GLOSSARIVM MANVALE

AD

SCRIPTORES

MEDIAE ET INFIMAE

LATINITATIS,

EX MAGNIS GLOSSARIIS

CAROLI DU FRESNE,

DOMINI DU CANGE,

ET CARPENTARII

IN

COMPENDIVM REDACTVM,

MVLTISQVE VERBIS


ET DICENDI FORMVLIS AVCTVM.

TOMVS QVINTVS.

HALAE,

IMPENSIS IOANNIS IACOBI GEBAVERI.

MDCCLXXVIII.


BODLEIAN LIBRARY
OXFORD
28
MAR
1927



O.

O. (1) Litera numeralis, quae XI. denotat, vnde verſus:

Vndenos facit O, cognoſcas ſic numerando;

ſeu vt habet Vgutio:

O, numerum geſtat, qui nunc vndecimas extat.

Eidem literae ſi recta linea ſuperaddatur, vndecim millia ſignificat. (2) O, *in ſuperſcriptione cantilenae, figuram ſui in ore cantantis ordinat.* Notkerus Balbulus opuſc. *Quid ſingulae literae ſignificent in ſuperſcriptione cantilenae.* V. A. (3) O, ſic dictae Antiphonae ſeptem, quae in Eccleſia Adventus Domini tempore cantantur, quod ab o, admirationis nota, principium habeant. V. Honorium Auguſtodun. lib. 3. Gemmae animae cap. 5. et Durandum lib. 6. Ration. cap. 11. num. 4. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis: *Vinum de paſtibus, de poſtmeridiis, caritatibus, et de omnibus O, ante Natale debet eſſe vinum decens refectorium.* (4) O, Literam nominibus praefigunt optimates Hiberni, *ob eminentiam*, inquit Camdenus in Hiberniae deſcriptione. Iacob. Waraeus in Antiquit. Hibernicis cap. 9. ait, regnante Rege Hiberniae, Hibernorum cognomina, ſive familiarium nomina coepiſſe eſſe fixa, poſterisque tradita, cum praepoſita, vel aſpiratione *h.*, vel voce *va*, quae poſtea mutata eſt in vocalem o, et ſignificat vnum e poſteris viri alicuius primarii, vt *O-Brien, O-Conner, etc.* (5) O pro u paſſim ſcriptum in vett. Inſtruſtrumentis. *Nuncopatur* qro *Nuncupatur*, in Teſtamento an. 690. apud Felibian. Hiſt. Sandionyſ. pag. XI. *Iobemmus* pro *Iubemus*, apud eumdem, pag. XII. *Pecodibus* pro *Pecudibus*, in antiquis Canonibus Hibern. tom. 4. Anecd. Marten. col. 10. *Ebor* pro *Ebur*, *Egomenus* pro *Egumenus*, ſeu *Hegumenus*, *etc.*

OAMMA, ſ. auditio, a Graeco ἀάσις, audire, apud Heſychium. Vita B. Rodulfi et V. Petri, ſeu Epiſtola Petri Damiani ad Alexandrum II. PP. *Praecepit mihi Beatitudo tua, vt nunquam tibi literas mitterem, quae le-*

ve quid et oblivione dignum ac frivolum continerent; quas ſcilices, mox vt lector tranſiliendo percurrerit, edax Oamma conſumit; ſed tale quid ſemper ſcriberem, quod et ad aedificationem legentium ſuſcipi, et inter ſcripturas authenticas reſervari poſſit. † Legendum videtur *Oancia*. V. infra *Oia*.

OBA. (1) Coloni domus cum certa agri portione, Germ. Hof, Huſe. Charta an. 931. inter Inſtrum. to. 3. Gall. Chriſt. col. 24. V. *Aba* et *Huba*. (2) † Ampulla, ſcyphus, patera. Gloſſar. Lat. Gall. Mſ. a. 1352. *Oba, Bouteille*. V. *Obba*.

OBAMBULATORIUM, periſtylium monaſticum, vulgo *Cloitre*. Fulcuinus de geſtis Abbatum Lobienſ. tom. 6. Spicil. Acher. p. 578.

OBAUDIENTIA, obedientia. Tertull. in Exhort. Caſtit. c. 2.

OBAUDIRE. (1) In ver. Lexico apud Petr. Danielem ad Querolum, eſt Male audire. V. *Abaudire*. (2) Parere, obedire. Gloſſ. Graec. Lat. ὑπακοή, *Obauditio, obtemperantia, obſequium.* ὑπακούω, *Obaudio, obtempero.* ὑπήκοος, *ſubiectus, obaudiens*. Paulus Diacon. in Miſcella, et Anaſtaſius in Mauricio. (3) Non audire. Alanus lib. 6. Anti-Claudiani c. 2. *Ergo minis, precibus, pulſu, clamore ſoporem expugnare parat, ſed talis ſomnus Obaudit.*

OBAUDITIO, ingrata auditio, ſeu ingratus ſermo. Acta S. Anatoliae, tom. 2. Iulii p. 682.

OBAUDITOR, auditor, obediens. Charta regnante Roberto Rege in Francia, apud Stephanotium tom. 7. Fragm. MSS. p. 315.

OBBA, *oba genus calicis*, Vgutioni et Ioanni de Ianua: *Nappo* Italis. Gloſſ. Anglo-Sax. Aelfrici: *Cauſus, vel Obba, Cuppe*. Io. de Garlandia in Synonymis:

Vrceus, urceolus, eſt urna,
vel amphora, teſta,
Obba, vel oenopherum, ſimul orca,
fidelia, vaſa.

Gloſſae MSS. *Crasera, vel Obba, calix enſas habens*. Petrus Damianus lib. 6. Epiſt. 26. *Parili converſione pepigerat, vt appoſita cuique vini, ſicut mos eſt, perſonaliter Obba, vterque quotidie vtriuslibet menſura contentus eſſet.*

† OBBEDIENTIARIUS, qui praedio ruſtico, nomine eccleſiae ſuae adminiſtrando, praepoſitus eſt. Ch. Mſ. a. 1190. V. *Obedientia* 1.

† OBBO, tegumentum capitis ad continendos capillos, reticis inſtar contextum, aut etiam ex linteo vel ſerico confectum, interprete Eccardo ad Leg. Salic. c. 76. Germ. Haube.

OBBROBRIUM, pro *Opprobrium*, in Breviario Hiſt. Piſanae ad an. 1264. apud Murator. tom. 6. col 195.

OBCANTARE, faſcinare, Gall. *Enchanter*. Paulus lib. 5. Sententiae, tit. 23.

OBCAPEDINARE, obſtare, retardare, moram producere. *Obcapedinante dilatione*, in Teſtamento an. 888. jam laudato in *capedinare*, vbi poſt Editores legimus *ob capedinante*, diviſis vocibus, ſed vnica voce videtur legendum *obcapedinante*.

OBCELARE, celare, occultare. Concil. Tolet. XIII. c. 11.

OBCURRERE, pro occurrere, in Ch. a. 1392. inter Probat. t. 3. Hiſt. Nem. p. 161.

OBDERE SESE, ſeſe offerre. Charta Roberti Franc. Regis an. 999. apud Doublerum Hiſt. San-Dionyſ. pag. 825.

OBDUCERE, Africanis ſcriptoribus, eſt offuſcare, obſcurare, imminuere, violare, laedere. Tertullianus Apolog. cap. 50. *Sed Obducimur, certe cum obtinuimus. Ergo vivimus, cum occidimur. Denique enadimus, cum Obducimus.*

OBDULCARE, dulce reddere proprie; dein demulcere, oblectare. S. Ambroſius in Hexaem. lib. 5. cap. 21. de melle: *Fauces Obdulcat et curas vulnera*. Iudith. 5, 15. *Fontes amari Obdulcati. Obdulcare ſale et oleo*, condire. Caelio Aureliano lib. 4. Tardarum Paſſionum.

† OBEA, *la taça da bevere*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. *) Forte idem quod Germ. Kopf, Köpfe. V. *Obba*.

OBEDIENTIA. (1) Munus ac officium omne monaſticum, quod per *obedientiam* injungitur, vel con-

*) Ex Ital. Mſ. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. Forte idem quod Germ. Kopf, Köpfe. V. *Obba*.

fertur, adeo vt ipſum munus Abbatis *Obedientia* ſit, et ita appelletur a Gregorio VII. PP. lib. 1. Epiſt. 32. et ab Vdalrico lib. 3. Conſuetud. Cluniacenſ. cap. 1. *De officiis, vel, vt regulariter loquar, obedientiariis, mandata quicquam dixi; quarum omnium cum ſit principalis Obedientia domini Abbatis, ſit etiam principium relationis noſtrae.* Cap. 6. *Si dominus Abbas non adeſt, nec Prior non ſolum omnes Obedientiarii, qui in claſtro ſunt, obediunt eius imperio, ſed etiam ipſi ad quodcunque opus fuerit, Decani.* Et Cap. 10. de officio Praecentoris et Armarii: *Haec eſt Obedientia, quam ex more nullus meretur, niſi nutritus. Obedientia hoſpitalis*, in Tradit. Fuld. lib. 3. Trad. 29. *Obedientia Praepoſiturae*, apud Leonem Oſt. lib. 2. c. 51. *Obedientia Cellerarii*, apud Gervaſium Dorobernenſem p. 1504. et apud Vindricum in Vita S. Gerardi Epiſc. Tullenſis n. 5. († Hinc OBEDIENTIA, nude, pro monaſtica profeſſione, in Ch. Mſ. Ioann. epiſc. Cameral. 1211.) Sed et quicquid Monachis ab Abbate iniungitur, *Obedientia* dicitur. Hinc *Obedientiam Abbatis ſui exercere*, in Concilio Vernenſi ann. 755. can. 10. Capitul. Caroli C. tit. 6. c. 15. *Vt monachi ad palatium non veniant, niſi cauſa Obedientiae, exceptis Abbatibus. Obedientiam ſuam explere*, id eſt munus impoſitum, apud Chrodegangum in Reg. Canonicorum Metenſium c. 9. † *Obedientiam facere*, operi ab abbate impoſito vacare, in Act. SS. 23. Sept. p. 805. † *Obedientiam facere*, alia notione, reuerentiam ſcilicet profiteri, in Stat. Praemonſtr. Mſ. † *Obedientia manualis*, idem, in Ch. Mſ. a. 1244. (2) OBEDIENTIAE vero praeſertim dictae, cellae, praepoſiturae, et grangiae, a Monaſteriis dependentes, quod Monachi ab Abbate illuc mitterentur *vi eiusdem Obedientiae*, vt earum curam gererent, aut eas deſervirent. Vita S. Yſarni Abb. ſaec. 6. Benedict. part. 1. p. 619. *Ego, inquit, obedientiam, cui Languinas nomen eſt, procurabam, etc.* OBEDIENTIARIA, eadem notione. Charta an. 1256. apud Rymer. to. 1. p. 596. Ab iſtis cellis Obedientiariis originem duxere *Prioratus* rurales. Cum enim interdum plures ad eamdem *Obedientiam* procurandam mitti neceſſe eſſet; Monachi Obedientiarii ſubinde Capellas et Eccleſiolas ſibi conſtruxere, quo in iis ſacrum peragerent officium, et monaſtica munia obirent, quibus praeerat qui ab Abbate *Prior* dicebatur. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis c. 51. Idem fere ſtatuitur in Concilio Monſpelienſi an. 1214. c. 30. vbi *Prioratus* et *Obedientiae* confunduntur. Et in Conventu Aquisgran. an. 817. vetantur Abbates, *ne minus de Monachis* in cellis *habitare permittant quam ſex.* Hinc igitur Prioratuum ruralium origo manavit, vnde Chronicon Novalicienſe l. 6. *Prioratum* vocat, quem paulo ante *Obedientiam* appellavit p. 643. † *Obedientiae* a *Praepoſitura* diſtinguuntur in Stat. Vodalrici Patriarch. a. 1181. in Monum. eccl. Aquit. c. 64. p. 628. Vbi cenſus, decimae, obuentiones ſeu aduenticia emolumenta, vt in eccleſia Lugdunenſi, haud aegre intelligi poſſunt. V. *Obedientiarius* 1. † AD OBEDIENTIAM TENERE, iure precario ſeu vſufructuario poſſidere, in Ch. a. 936. t. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 20. V. *Obedientiarius* 2. † OBEDIENTIA CUSTODIALIS, praedium quod *Cuſtodis* officio aſſignatum erat, V. ſupra *Cuſtodialis.* (3) Regio obediens ſeu ſubdita alicui Principi, quae eius ditionis eſt. Tractatus an. 1502. apud Rymerum tom. 13. p. 16. *Infra terras, patrias, dominia, Obedientias, portus, etc.* (4) OBEDIENTIA temporibus ſchiſmatis Avenionenſis dicebatur quaeuis ſecta Paparum concurrentium, quod ei obediret Pontifici, cuius partes ſequeretur, vt paſſim videre eſt apud Scriptores, qui de illo ſchiſmate tractaverunt. OBEDIENTIA DEBITA, formula qua Canonici Epiſcopo ſuo ſcribentes poſt ſalutem vti tenebantur. Charta an. 1309. to. 2.

Hiſt. Eccleſ. Meld. p. 192. (5) Homagium, vel ea quam vaſſallus erga dominum profitetur obedientia, ſeu potius *ſeruitium*, *reuenium*, vti accipi videtur vox *Obeiſſance* in Conſuet. Andegav. art. 258. Generalius tamen in veteribus tabulis vſurpatur pro quibuſuis praeſtationibus aut ſeruitiis vaſallorum. Charta Ricardi II. Regis Angl. apud Seldenum de Titulis Honorariis pag. 40. 2. edit. *Vna cum homagiis, Obedientiis, vaſſallis, etc.* Charta Fulconis de Matefalon Militis, et Aliciae vxoris an. 1273. ex Regeſto Andegavenſi fol. 38. *Tam in pedagio et coſtumis euntium et tranſeuntium, redeuntium, ementium et vendentium pedagiis, vectigalibus, redeuantiis, angariis, parangariis, et Obedientiis, etc.* OBEISSENTIA, idem ex Gallico, *Obeiſſance*, de qua voce ſupra. Charta an. 1267. apud Argentreum in Hiſtor. Britan. lib. 4. c. 24. OBEISSANTIA, eadem notione. Charta an. 1264. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 407. et 408. (6) OBEDIENTIA VLTIMA, mors. Vdalricus in Epiſtola, quam praefixit Conſuetudinibus Cluniac. in tres partes ſeu libros a ſe diuiſis.

OBEDIENTIALIS, idem qui *Obedientiarius* 1. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 102. *Facto ab Obedientialibus ſacramento.*

OBEDIENTIALITER, obedienter. *Obedientialiter ſe ſubdere*, in Vita B. Deicolae, apud Eccardum in Origin. Habsburgo-Auſtriacae familiae p. 163.

OBEDIENTIARIA. V. ſupra in *Obedientia* 2.

OBEDIENTIARIUS. (1) Qui vel aliquod in Monaſterio officium exercebat, vti ſupra diximus, vel qui in Cellam et Prioratum, ſeu *Obedientiam* mittebatur, eamque procurabat: qui *regebant Obedientiam*, vt eſt in Chron. Beſuenſi pag. 621. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 23. (2) OBEDIENTIARIUS, praeterea idem qui Advocatus, ſeu Defenſor Monaſterii. Berthold. Conſtanc. an. 1092. (3) Prima dignitas, vt vocant, inter Canonicos S. Iuſti Lugdun. Charta an. 1287. in Actis SS. Iunii to. 5. pag. 345: *Ad inſtantiam et requiſitionem Obedientiarii et Capituli Eccleſiae S. Iuſti Lugdunenſis, etc.* Cum hoc Canonicorum S. Iuſti Collegium primum fuerit Monachorum Congregatio, ab *Obedientiis* monaſticis, quae, vt ſupra dictum eſt, pro quouis munere, officio vel dignitate ſumuntur, Praepoſitum huius Eccleſiae *Obedientiarium* appellatum fuiſſe facile crediderim. Aliae huius Eccleſiae Dignitates ſunt Sacriſta, Cantor et Praepoſitus. In eiusdem civitatis Eccleſia metropolitana *Obedientiarii* dicuntur *Obedientiarum*, quas *Obeances* vocant, poſſeſſores. Facultates Canonicorum huius Eccleſiae bifariam diuiduntur in *Manſiones* et *Obedientias*. Illae conſiſtunt in caſtellis, agris et iuribus iuſtitiae; hae vero in cenſibus, decimis, obuentionibus ſeu aduentitiis emolumentis. Qui huiusmodi redditibus fruuntur, appellantur *Obedientiarii*, in Charta Philippi Pulcri Franc. Regis an. 1307. apud Meneſterium in Probat. Hiſtor. Lugdun. p. 44. col. 2. (4) Vſufructuarius. Charta Bellijoci an. 1198. apud Severtium in Epiſcopis Matiſcon. p. 147. *Eccleſia conceſſit praefato Guiſchardo, vt rerum quas dederat, dum vixerit, ſit Obedientiarius.* A monachis, quos *Obedientiarios* vocabant, quique, vt in *Obedientia* 1. dictum eſt, cellas procurabant et earum fructus percipiebant, Abbati tamen rationem reddituri, Vſufructuarium nuncupatum fuiſſe *Obedientiarium*, haud levis eſt conjectura.

OBEDIENTIOLA, parua *Obedientia* ſeu poſſeſſiuncula pendens a Monaſterio. Charta an. 1089. inter Inſtrum. to. 3 Gall. Chriſt. col. 192. V. ſupra *Obedientia* 1.

OBEDIENTIUNCULA, vt *Obedientiola*, apud Mabillonium to. 5. Annal. Benedict. p. 585.

OBEDIMENTUM (1) Idem quod *Obedientia*, 5. praeſtatio ſcilicet ſeu ſeruitium vaſſalli. Tabularium Eccleſiae Vzeticenſis an. 1272. pag. 6. (2) Idem

Idem quod *Mandamentum*, iurisdictio, territorium. Charta an. 1312. in Regesto 48. Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabulario Regio n. 70.

† OBEDIRE PRAECEPTUM, illud exsequi, in Charta Soldani a. 1174. adud Lam. in Delic. erud.

OBEDITIO, iussio, praeceptum, apud Baluz. to. 5. Miscell. p. 257. OBEDITIO EXERCITALIS. Capitulare an. 811. *De causis propter quas homines exercitalem Obeditionem dimittere solent.* Qua scilicet subditi tenentur *obedire banno* regio, quo in hostem euocantur. V. c. 6.

OBEDITIUNCULA, vt *Obedientiuncula*, parua *Obedientia*, villula. Vita S. Ioh. Gualberti, to. 3. Iulii pag. 364.

OBEDUS, pro *Obitus*, bis habetur in Testamento Bertichramni Episc. to. 3. Analect. Mabillonii.

OBEISSANTIA. (1) V. in *Obedientia* 5. (2) † OBEISSANCIA, OBEISSENCIA, idem quod *Obedimentum* 2, districtus, iurisdictio, territorium, Gall. *Obéissance*, Ch. Mf. 1306.

† OBELARE, V. in *Obelus*.

† OBELLARIUS, qui *Oblias* Canonicis distribuit, in Ch. a. 1278. in Metrop. Salisburg. t. 1. p. 285. V. *Oblata*.

OBELUS, Isidoro lib. 1. cap. 20. *Virgula jacens apponitur in verbis vel sententiis superflue iteratis, sine in iis locis, vbi lectio aliqua falsitate notata est; vt quasi sagitta jugulet supernacua atque falsa confodiat; sagitta enim graece ὄβελος dicitur. Obelus superne appunctatus ponitur in iis de quibus dubitatur, vtrum tolli debeant, nec ne.* Sed *Obelus* criticorum filiis notissimus. OBELARE, Iohan. de Ianua, *Sagittare vel sagitta percutere, vel tali virgula consignare, restituere.*

† OBERATUS, *subarratus*, in Gloss. vet. Cod. reg. 7641. *Conduto, circondato*, in Gloss. Lat. Ital. Mf.

OBERION, V. *Obers*.

OBEROS. Lex Longob. lib. 1. tit. 24. §. 5. *Mulier curtis rupturam, quod est Oberos, facere non potest.* §. seq. *Componat curtis rupturam, id est, Oberos, fol. 20.* Adde tit. 36. §. 4. Papias editus: *Oberus, i. curtis ruptura.* MS. Collegii Navarraei: *Oberes, curtis ruptatus.* Vbi legendum *curtis ruptura.* Quasi *hobae* rupturam interpretatur Lindenbrogius. Est autem *hoba* et *huba*, modus agri cum habitatione, *ros* vero, vel *ris*, siue *risse*, quod aliis *rete*, *ruptura*. At Lex eadem in Edicto Rotharis tit. 13. §. 8. et 9. habet priori §. *vel Wegorf*; altero, *id est Wegoranis*. Et tit. 114. §. 4. *Si servus Regis Heberus, aut wegoren, seu marawarf, aut quamlibet aliam culpam minorem fecerit, etc.* Schilterus in Glossario Teutonico v. *Hof*, pro *Oberos* corrupto, *Heveris* legendum monet ab *Hof*, curtis: quam vocem *Hofe* vel *Hove* male Cangius cum *Hoba* vel *Huba* confundit. Quod vocem *Wegorf* vel *Wegnorf* spectat, de curtis ruptura non intelligitur, sed de simili delicto, vt exponitur in eodem Schilteri Glossario.

OBERS, OBERION, moneta minutior, f. pro *Obolus*. Consuetudines Lugdun. an. 1206. apud Menestr. in Probat. Hist. eiusd. Civitatis p. 97. col. 1. *Afinata de brechis debet I. Obers III. den. Oberion II. den. bacones de camario suo qui inter domos integri venduntur nihil debent.*

OBESTA, colostrum. Gloss. Sax. Aelfrici: *Obesta, Beost, Colostrum, Byst.*

OBESUS, *i. e. carosus*, in Gloss. ad Doctr. Alex. de Villa-Dei, f. pro *Carnosus*.

OBFIBULARE, *concludere, circumdare*. Papias. Idem habetur in Glossis Isidori.

OBFICUS, *turpis ludus, impudicus*, Papiae, qui infra eadem verba habet in *Obficus*.

OBFIRMATIO, confirmatio, in Charta Massil. an. circiter 1039.

† OBFUGERE, pro effugere, t. 1. Ian. p. 92.

OBFUSQUARE AURAS, obturare, apud Vincentium Cigault de Bello Italico. Aliis *Obfuscare* vel *Offuscare*, tenebras offundere. V. *Offuscare*.

† OBGROSSUS, grossus, crassus, t. 2. Sept. p. 450.

OBICERE, pro obiicere, paſſim in Chartis.

OBICITER, *celeriter*, in Gloſſ. Regio MS. Cod. 1197. pro *Obiter*.

OBICULA, *paruus obex*. Gloſſ. Iſid. Graeuius legit *Parua obex*, quod haec obex diceretur notante Seruio ad 4. Virgil. et Papia.

OBIDEO, ideo, idcirco, in Charta an. 1485. apud Gothofredum in Obſeruationib. ad Hiſtoriam Caroli VIII. Franc. Regis pag. 499.

† OBIECTAMEN, ἐγκλημα, *obiectus*, in Caſtigat. ad vtrumque Gloſſ.

† OBIECTUS, teſtium refutatio, Gall. *Reproche*, t. 9. Ordin. reg. Franc. p. 453.

† OBIENDARIUM, pro *Obrendarium*, legit Murat. t. 3. Inſcript. p. 1491. V. in hac voce.

OBIERUS, qui vices obit Prioris, Gallis *l'Obier*, in Monaſterio S. Crucis de Volta. Vincentius Cigault de Bello Ital.

† OBIIT, pro *Obitus*, anniuerſarium, dies obitus, quotannis recurrens, in Obituar. S. Nicol. Corbol.

OBILARE, pro *Oblimare*, quod vide.

† OBILE, *inſigne*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

† OBILIS, *ab ouibus nomen accepit*, in eod. Gloſſ. An inde

† OBILUM, vel OBILUS, lanii menſa, locus vbi ouium carnes venduntur, in Ch. Mſ. a. 1243.

OBINDE, exinde. *Obinde placuit nobis*, in veteri Scriptura Monachorum S. Vincentii Ovetenſis, tom. 3. Concil. Hiſp. p. 88.

OBITARIUM, mortualis liber, in quo defunctorum nomina deſcribuntur, Gall. *Obituaire*. Ordinarium Rotomag. laudatum in Obſeruationibus ad librum Iohannis Abrinc. de Offic. Eccleſ. p. 101.

OBITEM, *intentionem*, Papiae. f. pro *Obicem*.

OBITER, iter obeundo, in itinere. Ordericus Vitalis lib. 5. *Obiterque virgo defuncta eſt*. Ita rurſum pag. 585. 859.

OBITUARIUS, qui pecunias *Obitibus* peragendis aſſignatas recipit atque diſtribuit, in Ch. Mſ. anni 1454.

OBITUS. (1) Anniuerſarium, dies obitus quotannis recurrens, officium Eccleſiaſticum: Gallis vulgo, *Obit*. Charta Willelmi Betunenſis Domini ann. 1197. in Tabulario Monaſterii S. Bertini: *Pro cuius eleemoſynae largitione ſeptem ſpeciales obitus* ‡ *videlicet Obitus meus, et vxoris meae, . . . ſingulis annis debent fieri*. (2) Alia, vt videtur, notione, ſcilicet Annuum vel perpetuum pro defuncto ſacrificium. Conſtitutiones Synod. MSS. Pontii Epiſc. Conferan. an. 1364. (3) † Pro Mortuus, in Ind. Onomaſt. ad calcem t. 3. April.

OBIURGIOSUS, obiurgatorius. *Obiurgioſa verba*, in Actis S. Bernardini, to. 5. Maii p. 306.

† OBLACTARE, lactare. Ordo Mſ. apud Lam. in Delic. erud.

OBLADO, piſcis genus, V. *Iblada*.

OBLAGIA, V. in *Oblata*.

OBLAGIARIUS, qui percipit ſeu colligit *Oblagia*, in Stat. Collegii Ardac. apud Duell. l. 1. Miſcell. p. 123. V. *Oblagia* in *Oblata*.

† OBLAGIUM, quidquid in exequiis defunctorum eccleſiae offertur, apud Pez. t. 6. Anecd. part. 3. p. 109. V. in *Heriotum* et *Oblare*.

† OBLAIUM, OBLAYUM, adminiſtratio ſeu menſa rerum eccleſiis *oblatarum* ſeu ad cultus diuini augmentum conceſſarum, apud Oeſel. t. 2. Script. Boic. p. 686. V. *Oblaya* et *Oblata*.

OBLAQUIATIO, in veteri Kalendario, menſe Sept. *Dolea picantur, poma leguntur, arborum Oblaquiatio, epulum Minervae*. Papias ex Iſidoro lib. 17. c. 5. *Oblaqueare, circa codicem terram aperire, et velut lacus efficere, hoc quidam dicunt excoditare. Oblaqueatio, patatio, propaginatio, foſſio. Vitibus iſta conueniunt. Ablaqueare et ablaqueatio* habent Columella, Palladius, et alii.

OBLARE, offerre. Teſtamentum Iohannis de Neuill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 429.

OBLATA, panis ad ſacrificium oblatus, hoſtia nondum conſecrata. *Oblata non conſecrata*, apud Bromptonum in Stephano Rege. Petrus Damian. lib. 4. Epiſt. 1. extrema: *Oblati*

lati per celebriora ſolemnia panes. Concilium Aurelian. V. c. 1. *Vt Oblatae, quae in ſancto offeruntur altario, non aliter niſi ad formam Arelatenſis offeruntur Eccleſiae.* Oblatas quandoque etiam ſumptas fuiſſe pro Hoſtiis conſecratis patet ex Eclogis Amalarii de officio Miſſae apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 1364. OBLATA nomen inde datum pani tenuiſſimo ex farina et aqua confecto ad ignem ferreis praelis toſto, Gallis vulgo *Oblée*, et *Oblie*. Nam quod Caſaubonus ad Athenaeum lib. 3. c. 25. vocem ex Graeco ὀβελίας, id eſt, panis veru vel ferro toſtus, deducit, nihil ad rem facit. Ioannes Monachus Maioris Monaſterii lib. 1. Hiſt. Gaufredi Ducis Norman. *His panibus, quos Oblatas vocant, conficiendis pariter et excoquendis exhibebas miniſterium.* Vdalricus lib. 1. Conſuetud. Cluniacenſium c. 49. *In quinquageſima, quia de caetero nec caſeum nec ova comedimus, poſt veſperos ad coenam de ipſis ouis coctis in pipere habemus generale, quod toto anno amplius non contingit, vt aliud quid ea vice habeamus praeter ſolum panem, et ſi forte ſunt in promptu, cruda poma, vel ea quae in ferramento characterato de conſperſione farinae tenuiſſimae fiunt, et ab hominibus Romanae linguae Nebulae, a noſtratibus appellantur Oblatae.* OBLIA, idem quod *Oblata*, ex Gallico *Oblée*, vel *Oblie*. Gaufridus Voſienſis 1. part. c. 74. *Sunt qui deprauant Eulogias, quas vocamus Oblias, ſeu hoſtias.* OBLIAE praeterea dictae *Oblatarum*, ſeu panum tenuiſſimorum praeſtationes, quae certis diebus fiebant dominis a vaſallis ſubditis, quae poſtea in tenuem et puſillam pecuniae quantitatem euaſerunt: *Droit d'Oublie*, in Conſuetud. Montarg. cap. 2. art. 40. *Droit d'Oublinge*, in Bleſenſi art. 40. vbi nolim vt quispiam amplectatur Dion. Pontani ſententiam ita ſcribentis: *Obliagia: hoc nomine ab obliuione tracto Gallorum vulgus vtitur pro inribus quae poenam ſeu mulctam ſuae deſidiae habent annexam, ſeu quod noſtro vulgari idiomate dicimus, quae ſecum ſuam important emendam, ob ſolutionem ſtata die non factam, eoque obliuioſum ſua ſequatur poena.* Sic nempe viri peritiores ſaepius coecutiunt in vocabulorum quae in Conſuetudinibus municipalibus occurrunt ſignificatu. Tabularium Eccleſiae Vzeticenſis an. 1224. *Obliae quae ſolent praeſtari, videlicet 12. nummi Praepoſito, etc.* Hiſtoria Abbatiae Condomenſis p. 485. *Et dedit ei Eccleſiam quae dicitur ſancta Gelada, quae reddit 30. panes Obliales et 2. ſolidos, etc.* Tabular. S. Eparchii Inculiſm. fol. 130. *De panibus vero Oblians, concordatum eſt, vt duo fierent de vna moldureira bene concuſſa et in teſta raſa, etc.* Ex hoc Tabularii S. Eparchii loco liquet; *Oblatas* cenſuales non ſemper fuiſſe tenuiſſimos panes; duo namque panes *Oblians* fieri debent ex vna *moldureira*, id eſt, ex certae quantitatis frumenti molitione, quae forte tanta erat, quantum frumenti in molendini infundibulum mitti ſolebat qualibet vice. Illud confirmat Charta Theobaldi de Fontenellis an. 1262. ex Tabulario Calenſi fol. 56. Quin imo *Obliarum* nomine interdum non ſolos panes, ſed et alias res cenſuales intelligendas eſſe patet ex Capitulis conuentionis Archirinci Abb. Montismaioris cum incolis Correni, vbi ſic legere eſt: *Vblias autem vnusquisque, qui ſtationem habet, et per ſe focum facit, circa Kal. Ianuarias ex debito perſoluere debent; in Vblia autem continentur gallina, et hemina hordei et panis frumentitius, qui duobus hominibus ſufficere poſſit.* Sic latiori modo vocem *Oblias* intelligo in Transactione an. 1242. apud Bouche tom. 2. Hiſt. Prouinc. *Cenſus, Oblias panum, fogaſſarum et hordei, caponum, etc.* Inſtrumentum Comitatus Toloſ. apud la Faille tom. 1. Annal. Toloſ. p. 37. *Homines dicti loci praeſtant annuatim Domino Regi quatuor Arietes de Oblitis.* OBLIA CLAVARUM, mulcta, quae ex rebus, quae in *commiſſum* venerunt, exigitur, in Ch. Mſ. a. 1297. OBLIARUM CHARITAS, V. *Caritas* 1. OUBLEIAE, OUBLEYAE,

idem quod *Oblia*. Charta Philippi V. Franc. Regis an. 1318. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 130. *In hebergamento, hortis, cenſibus, Oubleiis, pratis, lanis, etc.* OBLIGA, eadem notione. Libellus dotis apud Bignonium ad lib. 2. Form. Marculfi OBLIGUM. Additamenta ad Chronicon Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 953. OBLAGIA, idem quod *Oblata*, et *Oblia*. Capitulare Aquiſgran. an. 817. c. 59. *Vt Oblagiae Fratribus a Preſbyteris in refectorio dentur.* OBLETA. Vſus Culturae Cenoman. *Ad coenam habeant Obletas et nebulas.* OBLIGARE, vt *Oblia*, cenſus. Charta ibid. SS. Trinit. Cadon. fol. 61. OBLITA, idem quod *Oblia*. Charta Gosleni Epiſc. Carnotenſis in Tabulario eiusdem Eccleſiae n. 59. OBLIVIAE, pro *Obliae*, vt videtur. Charta Manaſſis Epiſc. Lingon. an. 1193. *Magiſter Girardus de Vangionis-rino conceſſit Eccleſiae S. Stephani Vangionis-rini in praeſentia mea terram, quam habet apud Ferrunclas cum omnibus redditibus ſuis . . . inter quos redditus ſunt quatuor paria Obliniarum.* UBLADDA, pro *Oblada*, ſeu *Oblata*. Tabular. Briuatenſe ch. 110. *Et habet conceſſum, et Vbladas, et nebulas, et pigmentum. Vblia*, in Tabulario Prioratus de Domina. OBLATAE denique, ſeu *Oblies*, etiamnum dicuntur quae in quibusdam Eccleſiis non in feſto Aſcenſionis, vt habet Naogeorgius, ſed in feſto Pentecoſtes, inter Miſſae maioris ſolemnia, cum ſtupis ardentibus de ſuprenis volutionibus ſpargunturin populum, V. *Nebula* 2. † OBLATA VINI, menſurae vinariae ſpecies, in Ch. a. 1317. t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 1273.

OBLATARE, offerre. Miracula S. Dympnae, to. 3. Maii p. 491.

OBLATI. (1) Dicti infantes ac pueruli, qui a parentibus Monaſteriis in Monachos attondendi offerebantur, diuinoque cultui conſecrabantur, ita vt aetatem adultiorem conſecutis non liceret diſcedere: quod ſi facerent, pro apoſtatis haberentur. Id ex Regula S. Benedicti c. 59. profluxit, tametſi iſtius liberorum Deo dicandorum ritus ac moris primus auctor haberi non debeat, de quo ita prae caeteris S. Hieronymus Epiſt. 7. *Offerre nec-ne poteſtatis tuae filiam fuit: quamquam alia ſit tua conditio, quae prius eam vouiſti, quam concideres; vt autem Oblatam non negligas, ad periculum tuum pertinet.* Adde Epiſt. 12. initio. Saluianus lib. 3. ad Eccleſ. Cath. *Si qui a parentibus filii offeruntur Deo, omnibus filiis poſtponuntur Oblati: indigni iudicentur hereditate, qui digni fuerunt conſecratione.* OFFERRI AD CLERICATUM. Ado Viennenſis in Chron. de Carolo Caluo: *Hic ex Regina Ermentrude quatuor filios ſuſcepit, . . . ex his Deo in clericali habitu duos obtulit, Carlomannum et Lotharium.* Guillelmus de Podio Laurentii in Praefat. ad Chronicon: *Milites enim rare ſuos liberos clericatui offerebant; ſed ad Eccleſias, quarum tunc ipſi decimas percipiebant, hominum ſuorum filios praeſentabant.* V. *Clericus.* (2) OBLATI Monaſteriorum, *qui ſe ac ſua, vel maiorem partem bonorum ſuorum ſine fraude ac dolo Monaſteriis ipſis ſponte ac libere obtulerunt*, vt eſt in Epiſtola Bonifacii VIII. PP. ann. 1296. apud Waddingum. Concilium Lateranenſe IV. c. 57. *Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſaeculo, eorum ordini ſunt Oblati, mutato habitu ſaeculari: vel cui inter vivos ſua bona dederunt, retento ſibi, quandiu in ſaeculo vixerint, vſufructu.* Atque hi quidem iidem ſunt qui *Donati*, ſic nuncupati, quod ſe totos, et bona ſua Monaſteriis *donarent*, ac *offerrent*. Rollandinus in Summa Notariae cap. 7. rub. 3. *Quando perſonae laicae conuerſantur alicui Eccleſiae, offerunt ſe ſimul et ſua.* Vbi Petrus de Boateriis ait diſcrimen eſſe inter *Profeſſionem* et *offerſionem*: *Profeſſionem* quippe eſſe abnegationem propriae voluntatis vitam actiuam abnegantis, et contemplatiuam eligentis: *Offerſionem* vero eſſe perſonae, rei, vel rerum alicui domino vel loco religioſo factam oblationem. Atque ita

Profeſ-

Professionem intelligit propriam esse Monachorum, cum Oblati ex ipsa oblatione admissa, nulla praevia probatione facta, tantummodo obedientiae professione, in *Oblatorum* et *Donatorum* ordinem reciperentur. In Synodo Baiocensi ann. 1300. can. 32. *Statuitur vt Condonati cuiuslibet domus religiosae aliquod signum in eminenti loco portent ad arbitrium Episcopi, et religioni congruentia indumenta.* Polyptychus Floriacensis: *Hiremburgis Britonissa gratanter se condonavit S. Petro antequam acciperet maritum, vt in posterum cum filiis et filiabus sub servitutis iugo seueretur.* Qui porro hic *Condonati*, aliis *Donati* nude dicuntur. Charta anni 1231. in Regesto Comitatus Tolosae Camerae Comput. Paris. fol. 24. *Idem petebat omnes iustitias Monachorum et Clericorum, et Donatorum suorum, et specialiter familiae suae, videlicet Donatorum illorum qui in templo S. Theodardi donant se et sua eidem Monasterio, et promittunt obedientiam Abbati et successoribus suis, et victum percipiunt a dicta Ecclesia. Oblatorum* autem et *Donatorum* ea erat conditio, vt ex familia Monachorum censerentur, Abbari obedientiam profiterentur, et victum et vestitum ab iis consequerentur.

OBLATIARII HOSPITES, iidem qui sese cum vniuersa familia, et bonis suis Monasteriis offerebant et mancipabant. Chron. Mauriniacense lib. 2. p. 360. *Hospites Oblatiarios pene octoginta ibi congreganit. Dati*, seu *Donati hospites* etiam dicuntur in Concilio Senonensi an. 1269. cap. 6. OFFERTI, eadem notione. Chron. Farfense p. 657.

OBLATIO. (1) Idem quod *Oblata*, seu hostia. Ordo Romanus: *Et postquam Pontifex Oblationem in loco suo, et Archidiaconus calicem iuxta eam.* Fortunatus in Vita S. Radegundis L. 1. c. 16. *Oblationes etiam suis manibus faciens, locis venerabilibus incessabiliter dispensans.* Adde Gregor. M. qui panem sacrificii *Oblationum coronas* vocat lib. 4. Dialog. cap. 55. OBLATIO FORMATA ET SACRATA, Hostia consecrata. Ordo Romanus. V. *Forma.* (2) Ipsum sacrificium. Gloss. Graec. Lat. *Oblatio*, προσφορὰ, sic Graeci sacrificium Christianum vocant. Capit. Caroli M. incerti anni c. 12. et lib. 6. c. 305. al. 407. *Non solum sacrificia quae a Sacerdotibus super altare Domino consecrantur, Oblationes fidelium dicuntur, sed quaecunque ei a fidelibus offeruntur, etc.* (3) OBLATIONES FIDELIUM, quae a Fidelibus et Christianis Ecclesiis offeruntur: in Concilio Aurel. I. cap. 5. 14. 15. Aurel. II. c. 48. OBLATIONES ALTARIS, quae pro Missis decantandis Sacerdoti fiunt, apud Gaufridum Vindoc. lib. 4. Ep. 46. V. *Altare.* OBLATIONES DEFUNCTORUM, quae per Testamenta, aut alio quouis modo Ecclesiis offeruntur ac donantur, in Concil. Carthag. IV. cap. 95. OBLATIONES MORTUORUM, quae pro humandis corporibus mortuorum offeruntur, apud Goffridum Vindocin. lib. 3. Epist. 40. OBLATIONES GALICIS. Charta Ludouici VII. Reg. Franc. an. 1071. *Notum . . . . quod Manasses Ecclesiae Aurelianensis Episcopus Canonicis suis videlicet Capitulo S. Crucis annuum reditum 15. librarum in Oblationibus magni Altaris et Calicis in eleemosynam perpetuam donauit, etc.* OBLATIONES CONFESSIONUM, V. *Confessio.* OBLATIONES CRUCIS. Charta Petri Episc. Paris. an. 1208. in Minore Pastorali eiusd. Ecclesiae Ch. 120. *Donauit insuper Clericus matutinalibus partem illam quam percipiebat in Oblationibus Crucis, quae proueniunt sexta feria in Passione Domini.* Eadem habet Necrologium eiusdem Ecclesiae 3. Idib. Iul. cum scilicet Crux inter sacram Liturgiam a fidelibus adoratur die sacrae Purasceues. OBLATIONES PENTECOSTALES. Synodus Exoniensis an. 1287. c. 54: *Quia vero Ecclesia Exonii mater est omnium Ecclesiarum dioecesis, omnibus parochianis nostris per Presbyteros parochiales sollicite praecipimus suaderi, vt in signum debitae subiectionis, Oblationes*

nes ſuas Penteco ſtales ad Eccleſiam ante dictam deferant, vel ſaltem per ſuos Presbyteros parochiales transmittant. Vbi *Synodalia* forte intelliguntur. V. in hac voce. OBLATIONES POENITENTIUM, in Concilio Arelat. II. cap. 12. Quae a poenitentibus fiunt. OBLATIO PUERORUM, V. *Oblati* 1. (4) OBLATIONES, munera quibus *tenentes* dominos ſuos in certis occaſionibus proſequi tenebantur. Polyptychus S. Remigii Remenſis. (5) Propoſitae conditiones. Reſponſio Legatorum Caroli VII. Regis Franc. ad Orationem Pii II. PP. to. 9. Spicil. Acher. p. 326. *Legatis et nuntiis per eandem ſedem miſſis ſaepenumero Oblationes et variae aperturae factae ſunt.* (6) † Pactum, conventio, in Ch. Mſ. a. 1291.

OBLATIONARIUS, Subdiaconus, interdum et Diaconus, ad cuius miniſterium pertinebat Oblatas, panem ſcilicet et vinum, Pontifici Miſſam celebranti e Patriarchio deferre, et eas Archidiacono offerre. Ordo Romanus.

OBLATOR, *συντελεστὴς*, in Gloſſ. Lat. Graec. Dicuntur autem *offerre*, qui tributa inferunt, apud Ammianum lib. 19. vt *ſuſcipere*, quia ea colligunt.

OBLATORIUM, idem quod *Offertorium*, vas ſcil. oblationibus ferendis idoneum. Bernard. Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. cap. 53. *Oblatio ſacra miniſterii cum vino a Priore offerenda, ab uno Sacerdote cappa indutо exhibetur: aqua etiam cum argenteo Oblatorio ab uno diaconorum nihilominus cappa induto cum offertorio ſerico infertur.* Sed pro *Oblatorium* legendum eſt *Colatorium*, colum ad vinum expurgandum, de quo ſupra in *Colatorium*. Ibi V. Alias *Oblatorium*, ferrum eſt quo decoquebant *Oblatas*. Miracula S. Vandregeſilii ſaec. 2. Benedict. p. 558. *Acceſſit ad ignem, ferroque, quo imprimendae erant oblatae, arrepto, mox nervi manus eius dexterae contracti ſunt, ac Oblatorium quod ſponte ſuſceperat, invita, vi agente divina, retinuit. Ferramentum characteratum* vocat Udalricus, vt ſupra dictum eſt in *Oblata*.

† OBLATORIUS, *miniſterialis*, in vet. Gloſſ. V. *Oblationarius*.

OBLATRICES, ſanctimoniales, vel feminae religioſae, ſeu, vt vocant, deuotae, quae *oblatas* conficiebant ad ſacrificium. V. *Oblata* et *Quadragintariae*.

† OBLAYA, adminiſtratio ſ. menſa rerum eccleſiis nomine *Oblationis* conceſſarum, vnde OBLAYARIUS, illarum adminiſtrator, ap. Schwarz. in hiſt. fin. Rug. p. 424. V. *Oblegium*.

† OBLAYERIUS, OBLEGIARIUS, officium monaſticum, cui *oblayas* diſtribuere et adminiſtrare incumbit, apud Oefele t. 2. Script. Boic. p. 680. V. *Oblaium*.

OBLEA, V. *Oblata*.

OBLEARIUS, qui *Oblias* conficit, in Ch. Mſ. a. 1261. OBLIARIUS, idem, in Areſto Parlam. a. 1313. V. *Oblia* in *Oblata*.

OBLECTAMEN, fauor, gratia. S. Ildefonſus in Addit. ad S. Iſidorum de Vitis illuſt. Eccleſiae.

OBLEGARE, *contradicere, vel contra leges venire, circummittere. Oblegatum, iniunctum mandatum.* Papias et Gloſſae antiquae MSS. Perperam in Gloſſis Iſid. *Oblegat, increpat.*

† OBLEGIUM, i. q. *Oblaya*, t. 1. Conc. Conſtant. p. 699.

OBLEIA, OBLERIA, OBLETA, OBLIA, etc. V. in *Oblata*.

† OBLIAGIUM, cenſus *Obliarum*, in Ch. Mſ. a. 1329. V. *Oblata*.

OBLIALIS, cenſualis, in Ch. Mſ. a. 1306. V. *Oblia* in *Oblata*.

OBLIALITER, ſub annuo cenſu, qualis eſt *Obliarum* Ch. Mſ. a. 1316.

OBLIARIA, cenſus *Obliarum*, in Ch. Mſ. a. 1308. OBLERIA, in alia, a. 1298.

OBLIARIUS. (1) V. *Oblearius*. (2) † Qui cenſui, *oblia* dicto, obnoxius eſt, in Ch. Mſ. a. 1366. V. *Oblia* in *Oblata*.

OBLICIA, i. q. *Oblia*, in Chartul. Maurigniac.

OBLICTA, V. in *Oblata*.

OBLIGA, V. ibidem.

OBLI-

OBLIGAGIUM, i. q. *Obligium*, in Ch. Mſ.

OBLIGAMENTUM, ligamentum, vinculum. Liga inter Reges Bohemiae et Hungariae an. 1338. apud Ludewig. to. 5. p. 487. V. *Ligatura 4.*

OBLIGANTIA, neceſſitudo, vinculum, coniunctio. Charta Richardi II. Angl. Regis an. 1393. apud Rymer. to. 7. p. 744. *Ob Obligantiatum et amicitiae foedus inter nos et cariſſimam ſororem noſtram . . . nuper inennndum et firmandum.* Sed videtur legendum *Ob alligantiarum*, etc. vt mox habetur ibid.

OBLIGARE, aſſignare, addicere. Charta Henrici III. Regis Angl. ann. 1255. apud Rymer. to. 1. pag. 543.

OBLIGATI. (1) Seruitio alicui obſtricti. Notitia ſub Ludouico II. Imp. in Chron. S. Vincentii de Vulturno p. 690. (2) Excommunicati, apud Nicolaum I. PP. Epiſt. 7. c. 2. 4. *Alligati*, ibidem. Anaſtaſius Biblioth. in praefat. ad VIII. Synodum.

OBLIGATIO, pro *Obliquatio*, perperam legitur in Pſalmo 24. 5. *Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.* Pro quo LXX. Interpretes habent εἰς τὰς στραγγαλιὰς, id eſt, in vias tortuoſas et obliquas, ſeu in aſtutias et conſilia doloſa, *praujtates*, vt vertit S. Hieronymus, *in obliquitates*, vt Chaldaicae paraphraſis interpretatio.

OBLIGATORES, qui ligamentis magicis ad morborum ſanationes vtuntur, in Capitul. Caroli M. lib. 1. cap. 64. Adde Capit. 1. eiusd. Imperii incerti anni c. 40. Apud Apuleium lib. de Herbarum virtutibus c. 15. n. 3. *Si quis ad mulierem non poterit affectari, Obligatus.* Id eſt, maleficio et veneficio incantamentoque alligatus, detentus, deuinctus et impeditus, quominus *affectetur*, id eſt, afficiatur, commoueatur, ſtimuletur, et accendatur ad cupiditates et libidinem veneris. Exemplum huiuscemodi obligationis prae caeteris profert Guibertus lib. 1. de vita ſua c. 11. 17. V. *Ligatura 4.*

OBLIGATORIUM, ἐνοχοποιὸν, in Gloſſ. Graec. Lat. Gall. *Obligatoire*, quo quis ad aliquid *obligatur* ſeu adſtringitur. *Obligatorium mandatum*, in Inſtit. tit. de Mandato §. Illud quoque. *Obligatoriae literae* an. 1343. leguntur apud Ludewig. to. 5. p. 510.

OBLIGATORIUS, qui habet pignora, Gall. *Engagiſte*. Notitia an. 1233. apud Schannattum Vindem. Litter. pag. 143. num. IV.

OBLIGIA. Aelfrici Gloſſ. de. partibus corporis: *Obligia*, *Nitte*. Vbi Somnerus: *Acromphalum*, *ni fallor, intelligit.*

† OBLIGIALIS, cenſualis, i. q. *obligialis*, in Ch. Mſ. a. 1272. V. *Obligium.*

OBLIGUM, vt *Oblia*, V. in *Oblata.*

OBLIMARE, Iohan. de Ianua, *limpidare*, *polire vel deterrere*, *demoliri*, *corrodere*, *vel limo operire.* Haec poſtrema notio a *limus*, caeterae a *lima* deriuantur. Papias: *Oblimat*, *limpidat*, *ſuicos obducit*, *limo replet.* Item: *Obliminat*, *limpidat.* Perperam in Gloſſis Iſidori: *Obilat*, *limpidat.* V. Graeuium et Martinium in Lexico, et ſupra *Limpidare.*

OBLIMINARE, V. mox *Oblimare* et *Limpidare.*

OBLIQUARE A VIA, oblique ire, ſeu aberrare. Vita B. Geraldi de Salis to. 6. Collect. Ampliſſ. Marten. col. 1011. *Venitur ad Eccleſiam nec a dextris nec a ſiniſtris Obliquatur a via.* † OBLIQUARE et OBLIQUARI, paſſim apud ICtos, quando ſubſtitutio ex directa vertitur in obliquam ſeu fidei commiſſariam. Fuſarius de Subſtitut. quaeſt. 8.

OBLIQUARIUS, pro obliquus, in Epiſtola Monachi anonymi, apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 484.

OBLIQUILOQUUS, λοξὸς, in Gloſſ. Graec. Lat. qui loquitur obliqua, doloſa, non recta.

OBLITA, V. in *Oblata.*

OBLITERE, *latere.* Papias. *Oblitere*, κατακρύπτειν, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. Sed videtur legendum *Oblinere.*

† OBLITIUM, λοξὸν, *obliquum*, ex Cuiac. in Caſtigat. ad vtrumque Gloſſ.

OBLI-

ILIVIA, V. in *Oblata.*

ILIVIFER, obliuionem afferens. Flodoardus de S. Paſchali PP. to. 7. Maii p. 773.

ILIVIUM. Gloſſ. Gr. Lat. λήθη, *Obliuium*, *Obliteratio.* Quae quidem vox vtraque Graeca et Latina in memoriam reuocat carceris Epiſcopi Pariſienſis nomènclaturam ſat inſolentem, qui vulgari idiomate *Oubliette* dicebatur, quod qui in eum coniicerentur delinquentes Clerici, quaſi *obliti*, in eo diutius detinerentur, apud Froiſſartem 2. Vol. c. 84.

LIXATUS, pro *obligatus.* Literae Edwardi II. Regis Angl. ann. 1314. apud Rymer. to. 3. p. 501. *Omnes pecuniae ſummas camerae ſuae debitas de plano perſonis oblixatis remiſerit, etc.*

LOGARE, V. in *Oblegare.*

OBLUVIO, inendoſe pro *Abluuio*, illuuio, aquarum decurſus, ap. Oel. t. 2. Script. Boic. p. 692. V. *Oblinio* et *Alluuio.*

LYA, vt *Oblia.* V. *Bicocaria.*

MALLARE, V. *Mallare.*

MURARE, muro claudere. *Obmurare feneſtras*, in Chronico Melliſenſi p. 435. col. 1.

NOXIATIO, et *Charta obnoxiationis*, in Formulis antiquis, interdum pactat bona ipſa, interdum perſonas. Prioris generis exſtat formula apud Marculfum lib. 2. form. 9. qua pater, qui bonorum quae vxori ſuae praemortuae dederat, vſumfructum a filiis accipit, ea conditione, vt villas alias ex ſuis bonis illis *Obnoxiet pro ipſo vſu*, ita vt ea vendere aut alienare ei non liceat, ſed in filiorum arbitrio et poteſtate remaneant. Adde formulam 9. ex Bauzianis. *Obnoxiationis* ſpecies alia fuit, cum quis pro inopia, neceſſitate, ac infirmitate, pecuniam aut bona alia in victum accipit, eoque nomine libertatem ſuam commodanti *Obnoxiat*, ita vt, velut de quolibet mancipio proprio, ipſi commendanti facere liceat, poteſtatemque habeat debitorem *vendendi, commutandi, et diſciplinam imponendi*, vt eſt in Formulis ſecundum legem Romanam, form. 10.

† OBNUTUS, *veſte circumdatus*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613.

OBOLATA. (1) Merces vnius oboli ſeu vilioris pretii. Conſuetud. Toloſae rubrica de emptione n. 10. *Denariatam et etiam Obolatam et etiam pogeſatum poteſt quilibet vendere ſine aliqua menſura ſecundum ſuae arbitrium voluntatis.* Inuentarium Maſſil. ann. 1294. *Vnum barralum plenum vnius obolatae*, hoc eſt, ſi bene coniecto, plenum vino quaſi pretio vnius oboli. Barralus vaſculum eſt, in quo vinitores et epiliones, aliaeque huiusmodi operae modicum vini reponunt, ad ſitim in agris extinguendam. OBOLATA PANIS, panis pretii vnius oboli. Statuta Maſſil. lib. 2. c. 34. † OBOLATA PRATI, modus agri, ſ. quia vnum obolum reddit; ſeu pars *Denariatae* habita ratione oboli ad denarium, in numeranda pecunia. Ch. Mſ. a. 1346. † OBOLATA VINI, tantum vini, quantum vno obolo haberi poteſt, in Ch. Mſ. a. 1399. (2) OBOLATA, OBOLATUS, obolus ſeu praeſtatio vnius oboli pro mercibus vendendis. Codex MS. redditiuum Epiſcop. Autiſſiod. *Quilibet venditor aliorum et ernarum tenens feneſtram debet in quolibet ſabbati Obolatum mercedis ſuae.* Infra: *Quisquis vendat vnctum diebus ſabbatis ad eſtallum, quilibet debet Obolatum.* (3) OBOLATA TERRAE, terra ſeu ager, reditus vnius oboli. Tabularium Lewenſis Prioratus in Anglia p. 21. Monaſtic. Anglic. tom. 1. pag. 501. 831. *Simul cum vno Obolata reddituri, etc.* Quidam, inquit, Spelmannus, aſſerunt *obolum terrae* continere longitudine 10. pedes, latitudine 5. rota ſcilicet ſuperficie 50. Alii *obolatam terrae* exponunt de dimidio perticatu, cum *denariatam terrae* pro ipſo perticatu accipiunt, qui iuxta Statut. *de terris menſurandis* 16. pedes et dimidium continet. V. *Libra terrae.* OBOLATA VINEAE, ſimili ſignificatu, in quadam Charta ann. 1169.

OBOLA-

OBOLATIM, per particulas, in Actis S. Godeleuae Virg. tom. 2. Iulii p. 402.

OBOLATURA. Inuentarium Eccleſ. Nouiom. an. 1419. *Iocale argenteum deauratum . . . in cuius ſummitate veneranda crux . . . cum ſculptura imaginis Crucifixi et Obolatura rubei clari ac lapidibus preciosis quatuornario numero.* Hoc eſt, ſi recte Interpretor, cum *rubeo* inſerto ſeu incluſo, Gall. *Enchaſſé;* quod forsan exprimitur per *Obolaturam*, quia *rubeus* ille magnus erat vt obolus.

OBOLITIO, *oblitio*, apud Papiam.

OBOLUS, Gloſſ. Graec. Lat. *Dipondium*, διπλοῦς χρύσιος, ἤτοι ὄβολος. Sed haec ſpectant veterum obolos, de quibus copioſe actum ab iis qui de re nummaria ſcripſerunt. Apud noſtros fuit etiam OBOLUS AUREUS. Charta Communiae Abbatisvillae cap. 20. *Vnicuique nouem libras et aureum Obolum perſoluere tenebitur.* OBOLUS AURI pretio 12. ſolidorum in Dalphinatu, vt patet ex Computo ann. 1324. tom. 1. Hiſt. Dalph. pag. 74. Fuerunt etiam in Dalphinatu Oboli argentei *groſſi*, *quorum quilibet curſum habebat octo denariorum cum obolo*, *et eſſe debebant ſinguli Oboli groſſi ligae octo denariorum argenti fini et ponderis*, vt habetur in Ordinatione an. 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 416. Praeter illos Obolos groſſos argenteos, alia fuit in eodem Dalphinatu *moneta nigra currens pro Obolo, quae appellatur Oboli nigri Dalphinales*, vt dicitur in priori Ordinatione an. 1430. p. 416. iam laudata. OBOLUS ARGENTI. Monaſt. Angl. to. 2. p. 414. OBOLUS ALBUS. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis, Kalend. Febr. OBOLUS, pro Minutiore moneta. Hepidamus de Vita S. Wiboradae cap. 14. *Cum neſciam de tot talentis hemiſſeclas vel Obolos obſernare.* OBOLUS, ponderis apud Medicos ſpecies, de qua ita Matthaeus Siluaticus; *Obolus eſt pondus trium Kirat . . Kirat ponderat quatuor grana hordei: ergo Obolus ponderat 12. grana hordei, etc.* OBOLUS AQUAE, in L. 2, Cod. Theod. de Aquaeductu.

† OBON. Canc. in Lib. cenſ. eccl. Rom. a. 1192. apud Murat. to. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 874. *In archiepiſcopatu Strigonienſi. Hoſpitale S. Stephani, vnam vnciam auri, quae dicitur Obon.*

† OBONIMENTUM, f. pro *Abonimentum*, permutatio, commutatio, in Chartul. S. Sulpit. Bituric. V. in *Abonare* 2.

† OBORRUIT, *offendit*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

OBORTUM, corollarium, confectarium, non ſemel apud Donatum Acciaolum in Commentariis in Ariſtotelis Ethica, vt adnotat Goclenius in Lexico.

† OBPONERE, pro ſimplici ponere, t. 6. Sept. p. 477.

OBPOPA, ſpecies ligonis. V. *Ospopa*.

OBPROBRIARI, opprobrare, exprobrare. Concilium Armen. an. 1342. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 354.

OBPROVIUM, opprobrium, in Chartulario V. S. Vedaſti Atrebat. p. 40.

OBRA, πειθαρχία, *Obedientia*, in Supplemento Antiquarii et in Gloſſis Lat. Graec. Sangerm.

OBRA, (1) Pro *Opera* 4. V. in hac voce. (2) † Modus agri, quantum quis per vnum diem operari poteſt, in Chartul. Celſin. V. *Operata*.

† OBRAGIUM. (1) Res quaeuis, inſtrumentum quodlibet, in Ch. Mſ. a. 1301. V. *Operagium*. (2) Opus, opificium, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 560.

† OBRATGIUM, idem, t. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 257.

OBRENDARIUM, quaſi *Obruendarium*, ab *obruere*, vt exiſtimat Rigaltius, locus ad obruenda cadauera, ſeu vas in quo defunctorum oſſa recondebant, vnde *Obrendaria vaſa*, apud Fabrettum Inſcript. pag. 14. V. Theſaurum Fabri et Antiquitates D. *de Montfaucon* tom. 9. pag. 47.

OBREPILATIO, fremitus, fremulus motus, horror. Meſſianus in Vita S. Caeſarii Arelat. lib. 2. n. 11. V. *Horripilatio* et *Obripilatio*.

OBREPTIVUS, idem quod *Obreptitius*, apud IC. Gall. *Obreptice*, *Obreptive*

pœna ſupplicatio, apud Symmachum lib. 5. Epiſt. 66.

† OBRICIUS, probatus, dicitur de auro per coctionem probato; vnde *aurum obryſum*, i. q. *coctum*. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 166. V. *Obryzum*, et *Obriziatus*.

OBRIDIUM, V. mox in *Obryzum*.

OBRIPILATIO, idem quod *Obrepilatio* apud Leibnitium to. 1. Scriptor. Brunſuic. pag. 871. *Obripilatio cutis*, pro affectione non ſatis nota, legitur in Vita S. Vdalrici to. 2. Iulii p. 126.

OBRITIUM, OBRIZIACUS, V. *Obryzum*.

OBRIZIATUS, i. q. *Obricius*, in Ch. a. 572. ex Tabul. Rauennat. V. *Obryzum*.

OBRUPTE, ſubito, ex praecipiti, († vel potius, iniuſta occupatione.) Bremterii Chron. Marienrod. apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunſuic. pag. 460.

OBRUTESCERE, ſtupidum fieri vt brutum. Statuta Synodi Ebroic. an. 1579.

OBRYZARII, in Gloſſis MSS. *Diſauri*, vel *Theſauri*.

OBRYZEUS, aureus, in Vita S. Aldhelmi Epiſcopi, tom. 8. SS. Maii. pag. 90.

OBRYZIACUS, ead. notione, Agnello in Vita Gregorii Epiſc. apud Muratorium, t. 2. p. 186. col. 1.

OBRYZUM, vox veteribus ſcriptoribus incognita. Papias ex Iſidoro: *Obryzum aurum dictum, quod obradiet ſplendore. Eſt enim coloris optimi, quod Hebraei Ophax, (Ophir,) Graeci, Carion* (ſ. καθαρὸν) *dicunt. Obryzum dicitur aurum, ſplendor auri, nitidum.* Ita etiam Vgutio. Aelfricus in Gloſſ. Saxon. *Aurum obryzum Weald Gold.* i. rubrum aurum. Gloſſ. Lat. MS. Regium cod. 1013. *Meram, purum, obryzum.* Infra *Obryzum, ſplendor auri.* Male igitur *Abrigenum*, in Gloſſ. Iſidori. Lexic. Gr. MS. Reg. cod. 2062. Ὀβρίζον χρυσίον, τα πολλάκις ἑψηθὲν, τὸ καθαρώτατον. Gloſſ. Biblicae MSS. *Obrizum, aurum purgatum, vel obrade aurum.* OBRIDIUM, nude in Gloſſis Arabico-Latinis.

OBRITIUM. Vetus Charta apud Vghell. to. 5. p. 1540. *Poena nomine auri Obritias*, (obritii) *vnciae ſex.* AURIBRICUM corrupte etiam in Diplomate Longobardico Paſchalis I. PP. pro Eccleſia Rauennenſi. Fragmentum Petronii. p. 57. *Reticulum aureum, quem ex ſobrietate eſſe dicebat.* Legendum forte *obruſſa*, nam Salmaſius *Obryzum aurum* dictum cenſet ab *obruſſa*, quod eſt auri experimentum quod igne ſumitur, ex Graeco ὀβρύζω. Apud Suetonium, *aurum ad Obruſſam.* Cicero: *Hic adhibenda tanquam Obruſſa ratio eſt*, i. probatio. Gloſſ. Lat. Gr. *Obruſſa, τὸ δοκίμιον τὸ χρυσὸν ὅταν παραπειράσωσι.* Eſt igitur *aurum obryzum*, probatum et ad *obruſſam* examinatum. Adde quae annotantur in libro de Originib. populor. p. 39. 40. et a Iacobo Gothofredo ad L. I. Cod. Th. de Oblat. votor.

OBRIZZATUS, deauratus, *obryzo* veſtitus. Necrolog. Laurisham. apud Fred. Schannatum Vindem. Liter. p. 28.

OBSCARIONES, *carcerum cuſtodes*, in Gloſſis ad Legem Longob. lib. 2. tit. 55. §. 19. *Si quis in curte Regis cauſam habueris, per ſacramentum Obſcarionum, cum auctoribus finiatur.* Pro *Obſcarionum* legendum eſt *ab ſcarione*, vt ex fide codicum Mutinenſium reſtituit Muratorius.

† OBSCLEARE, oſculari, donationem propter nuptias, dato oſculo, firmare. Ch. Mſ. a. 1422. V. *Inoſcleare*, *Oſcleare*, et *Oſculium*.

OBSCRIPTIO, ſcriptura, charta. Vetus Charta Maſſil. an. circiter 1039.

OBSCULTARE, obaudire, obtemperare, et ſecundare. Praefatio Regulae S. Benedicti: *Obſculta, o fili, praecepta Magiſtri etc.* Ita praeferunt vett. cod. pro *Auſculta*, quam lectionem defendit Smaragdus. Praefatio Regulae Magiſtri: *Qui me Obſcultas dicentem.*

† OBSCULTATIO, *vulneratio*, in Gloſſ. vet. Cod. 7641.

OBSCURARE, paſſiva notione. Epiſtola Wimundi Archiep. Averſani, apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 383.

383. *Homo enim noſter interior licet Obſcuret, tamen Dei imago eſt.* Sed f. leg. *Obſcuretur.*

† OBSCURATIO, *matricis vulneratio*, in Gloſſ. vet. Cod. 7641.

OBSCURILOQUIUM, *aenigma*, Gloſſae Iſid. cum Cod. Regio 1013 in in Gloſſis MSS.

OBSECIVI AGRI, V. *Subſecini.*

OBSECRATIO, προσευχή, in Gloſſ. Gr. Lat. *Obſecratio, oratio.* Προσεύχομαι, *Obſecro, adoro.* Papias: *Obſecratio, preces, gratiarum actiones.* Paſſim occurrit in Scripturis. *Obſecrationes*, inquit Rabanus lib. 2. de Inſtitut. cleric. cap. 12. *ſunt imploratione, ſeu petitiones pro peccatis, quibus vel pro praeſentibus, vel pro praeteritis admiſſis ſuis unusquisque compunctus veniam deprecatur.* OBSECRATIO dicitur Alcuino lib. de Diuin. offic. pars Canonis Miſſae, et Beleto cap. 43.

† OBSECUNDATIO, obſequium, in Concil. Matiſcon. II. can. 4.

OBSECUNDATORES *ſacrorum ſcriniorum*, in L. 3. Cod. Th. de Proximis, etc. qui in ſcriniis operam navant, *obſecundant*, ſcrinarii omnes.

OBSECUNDATOR, idem ac *Presbyter aſſiſtens*, qui adeſt Epiſcopo ſacra facienti. Forma electionis Petri Epiſc. Anic. to. 4. Annal. Benedict. p. 743. col. 1.

OBSEDES. Coronatio Coeleſtini V. PP. apud Murator. to. 3. p. 634. col. 2.

Nam Papa ſacer ſuccurrere diſcens
Caſibus Obſedis melius regnique citati etc.

Vbi Gloſſulae, id eſt, Regni Siciliae; ſed non intelligitur qua ratione Sicilia vocetur *Obſedes.* V. infra *Obſervator.*

OBSEDIUM. pro obſidium, obſidio, in Charta an. 1342. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 439.

OBSELLA. Ioh. Bromptonus pag. 1224. *Dum quadam die poſt celebrationem Miſſae veſtibus ſacerdotalibus ad altare adhuc ſtaret indutus, illi funeſti ſatellites venientes, vehicula et Obſellas, et quaecunque ejus vel clericorum ſuorum erant, diripuerunt.* Leg. Forte *ciſtellas.*

OBSEPS, obſeptus. Liber Miracul. S. Richarii ſub finem.

OBSEQUELA, V. mox in *Obſequium* 2.

OBSEQUIAE, exequiae funebres, Gall. *Obſeques, funerailles*, quod pompas iſtas funebres famulorum et amicorum *Obſequia* cohoneſtent, Petrus Chryſol. ſerm. 121. *In Obſequium divitis migrat hic tota civitas, cum funus effertur.* Lex Baiwar. tit. 18. cap. 2. §. 1. *Eo quod funus ad dignas obſequias reddere non valet.* Ita editio Heroldi et aliquot codd. MSS. vbi alii *Exequias* habent.

OBSEQUIAE EPISCOPALES, munia Epiſcopalia, in Decreto Taſſilonis Ducis Bavariae in Prologo.

OBSEQUALE, liber continens preces et ritus exſequiarum. *Matutinale, pſalterioluum, Obſequiale paſſionale, breuiarium*, in Actis SS. Iunii tom. 3. p. 117.

OBSEQUIALIS. (1) Obſequens, obediens. Annales Caeſenates apud Murator. to. 14. col. 1127. † (2) Qui de alicuius comitatu eſt, familiaris, in Ch. Mſ. a. 1307.

OBSEQUIANI, ſ. milites conducitii, niſi ſit populi nomen, aut niſi legendum ſit *Offacani*, vt eſt apud Peregrinium. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 34. V. *Obſequium* 1.

OBSEQUIARE, obſequi, famulari, Gall. *Servir.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Caſin. c. 39. *Cuſtodiebatur autem a Magnatibus Imperatoris, ab ipſis etiam et Obſequiabatur. Obſequiaturi fratres*, monachi qui menſae vel coquinae juxta Regulam S. Benedicti cap. 35. debent inſeruire, apud Theodemarum in Epiſtola ad Carolum Mag. do Vſibus Caſinenſibus.

OBSEQUIOSE, obſequendo, apud Ludewig. tom. 6. pag. 110.

OBSEQUIOSITAS, obſequium, famulatus, lib. 1. Rerum Sicul. Sallas Malaſpinae n. 4. apud Baluzium to. 6. Miſcell. pag. 204.

OBSEQUITORES, qui eccleſiae deſeruiunt, et *obſequia* faciunt in illa. Chartularium Aptenſe fol. 32. V. *Obſequium* 2.

OBSE-

OBSEQUIUM. (1) Famulorum et amicorum comitatus, pompa. Capitolinus in Pertinace: *Cum de castris ad Obsequium Principis conuenissent.* Paulus Warnefrid. lib. S. de Gestis Longob., c. 33. *Ibi omnia obsequia Palatina, omnemque regiam dignitatem . . . praeparatam se reperit expectare.* Adde lib. 1. cap. 20. Gesta Constantini M. *Dum festinus vellet a latere Imperatoris transire, Obsequium ordinare volens calcauit chlamydem Imperatoris.* (2) Officium Ecclesiasticum praesertim pro mortuis: Gallis vulgo *Seruice.* Nicolaus PP. in Epist. ad Michaelem Imp. *Ecce quotidie immo vero in praecipuis festivitatibus inter Graecam linguam veluti quiddam pretiosum, hanc* (Latinam) *quam barbaram et Scythicam linguam appellatis, miscentes, quasi minus decori vestro faciatis, si hac etiam bene ac ex toto intellectu, in vestris Obsequiis ac officiis non utamini.* Vita S. Madelgisili num. 7. *Expletis hymnorum Obsequiis.* OBSEQUELA, eadem notione. Donatio S. Rudesindi Episc. to. 3. Concil. Hisp. p. 181. col. 1. (3) Victus, vestitusque, († seu potius cibi, qui mensae apponuntur, apud Oesel. t. 2. Script. p. 37. V. *Generale.*) Martyrologium Autiss. apud Marten. to. 6. Ampl. Collect. col. 692. *Obiit D. Betto Episc. qui dedit Vendosam ecclesiam et Rontonnacum villam et in Corboiaco mansum 1. ad exhibendam refectionem et commune Obsequium.* (4) † OBSEQUIUM MORTUORUM, i. q. *Mortalagium*, quod ex mortuis, s. ex decedentium legatis, ecclesiis obuenit. Ch. a. 1119. apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 323.

OBSERVABILIS. (1) Obseruandus, colendus. *Nox ista est Obseruabilis Domini quando eduxit eos de terra Aegypti*, Exodi cap. 12. v. 42. (2) † Qui seruari et exerceri potest, V. *Inobseruabilis.*

OBSERVACULUM. Vita S. Austregisili Episc. to. 5. Maii p. 232. *In carceribus retrusi, sua oratione laxatis vinculis, nullius custodis Obseruaculo, ad Ecclesiam confugerunt.* Labbeus reddit *reseraculo*; legendum *Obstaculo*, vt in Actis SS. Benedict. saec. 2. p. 99.

† OBSERVANDISSIMUS, maxima obseruatione dignus, titulus honoris, in Stat. criminal. Saonae p. 113.

OBSERVANTIA. (1) Lex, regula. Concil. Tolet. IV. cap. 15. *Vniuersis igitur Ecclesiasticis hanc Obseruantiam damus, quam quisquis praeterierit communionis jacturam habebit. Obseruantia Christiana*, lib. 7. Capitul. cap. 276. *Obseruantiae regulares*, Gall. *Obseruances regulieres*, Religiosa disciplina in Chron. Berrensi apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsuic. p. 460. (2) † Executio, obtemperatio, Gall. *Obseruance.* Stat. crimin. Saonae p. 118. (3) † OBSERVANTIAE FUNERALES exequiae funebres, t. 4. Sept. p. 395.

OBSERVARE. (1) Expectare. Proverb. 8. 34. *Obseruat ad postes ostii mei.* Collatio Carthag. cognitione 1. *Perendie, si praecipis obseruabimus.* (2) OBSERVARE dicuntur Clerici, Presbyteri, quoties in Ecclesiis munia consueta et sibi imposita *obseruant* et exequuntur. Concilium Andegauense cap. 10. OBSERVANTES CLERICI, qui in Ecclesiis deseruiunt, in Concil. Aurel. III. cap. 5. Aurel. IV. c. 26. (3) Ieiunare, Glossae Isidori: *Abstinet, Obseruat.* (4) Seruare, tueri, defendere. Charta ann. 1211. e Chartulario S. Vandregisili to. 1. p. 849. (5) † De ministris dicitur, qui sacra facienti adsistunt, apud Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 869. V. *Obseruator.*

OBSERVATIO, († cautio, fideiussio.) Charta Rudolphi Episc. Halberstad. *De singulis mansis duo maltra frumenti et vnum anserem Aduocatus singulis annis recipiat hac conditione, vt in legitimis placitis suis homines sub Obseruatione quadam dicta Vara astare et respondere non cogat.* Et paulo post: *In majoribus vero excessibus homines deprehensi sub Obseruatione respondeant.* Idem est, quod sub custodia; *Wara* enim custodia est Teutonibus, vt explicat Schilterus in Glossario.

† OBSE-

† OBSERVATOR, minister cuiusuis ordinis, qui potius ad pompam, quam ad ministerium pontifici sacra facienti adsistit, i. q. *Obsecundator*. Murat. t. 1. Antiq. Ital. med. aeui p. 867. 869. 871. V. *Assistentia* 3. et *Observare* 5.

OBSES. (1) Sponsor, praes, *caution*; *Ostagius per sacramentum*, in Epistolis Francicis tom. 4. Hist. Franc. Epist. 61. Maxime is, qui si ille, pro quo spoponderat, defecisset a pacto, in ejus, (cui praedem sese dederat,) potestatem transire tenebatur: vnde eius *hospes* esse dicebatur, quod in eius teneretur domo manere, quamdiu is qui in pacto defecisset, fecisset satis. Charta Walteri Gabilonensis Episc. *Et ut ista pax firmior haberetur*, 120. *Obsides Saxaricus misit, eo modo, vt si ipse Saxaricus, aut quilibet suorum aliquid male abstulerit . . . hanc vero autem pactionem si praedictus Saxaricus executus non fuerit, postquam Obsides ab Episcopo vel Canonicis consenti fuerint, nec capitale intra 40. dies reddiderint, tamdiu capti in praedicta urbe manebunt, donec ablata restaurentur . . . de Obsidibus vero haec lex data est, vt, vbi vnus mortuus fuerit, alter in loco eius mox subrogetur.* OBSIDUM PRAESTATIO, ius quod dominus habet in subditos, cuius vi vasalli ac tenentes pro eius liberatione, si in proelio captus fuerit, vt conuenti lyeri obsides, in hostium potestatem transire tenebantur. Charta an. 1288. apud Guesnaium in Annalibus Massiliensibus hoc an. n. 14. (2) *Hospes*. Capitulare de villis cap. 12. *Vt nullus Iudex, obsidem nostrum in villa nostra commendare faciat.* V. *Hostagius*, et infra, *Obsidio*. (3) Obsessor. De daemone mulierem corripiente dicitur in Vita S. Germani Paris. tom. 6. Maii pag. 785. (4) † OBSES GENERALIS, submonitio, citatio ad exercitum seu bellicam expeditionem, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 231. V. in *Hostis*.

OBSESSUS, daemone correptus, energumenus, Gallis *Obsedé*. Victor III. PP. lib. 2. Dialog. p. 64. de Energumeno: *Ibique Obsessus vehementer fatigatus obdormivit.* † *Obsessus a Possesso* eo maxime distinguitur, quod in *Possesso* daemon agat intus, in *Obsesso* vero foris, horrenda interdum specie illum perterrendo. Consule Tyroeum de *Obsessis* et Diction. Treuolt. v. *Obsession*.

OBSETRIX. Gloss. MS. Regium cod. 1013. *Obstetrix, quae corrupte . . . Obsetrix nuncupatur.*

OBSIDATUS, OBSIDIATUS, V. *Obsidium* 1.

OBSIDEARE, obsidere. Gall. *Assieger*. Nicolai Smeregi Chronicon apud Murator. tom. 8. col. 106.

OBSIDIARE, insidiari. Gloss. Lat. MS Regium cod. 1013. *Obsidiaverunt, insidiati sunt.* Commodianus instruct. 62.

Obsidiando periit, et ideo fentib tuiquus.

OBSIDIO, datio in obsidem, Gall. *Hostage*. Gregorius Turon. lib. 2. Hist. cap. 15. *Obsides ad invicem acceperunt . . . Multi tunc filii senatorum in hac Obsidione dati sunt.*

OBSIDIUM. (1) Datio in obsidem. Epistola Balduini Imp. CP. apud Arnold. Lubecensem lib. 6. c. 20. OBSIDIATUS, eadem notione, ap. Eutropium lib. 2. et Ammianum lib. 16. et in Cod. Carolino Ep. 88. OBSIDATUS, eodem significatu. Ammianus lib. 16. cap. 27. *Obsidatus pignore tentus in Gallis.* (2) Pro *Obsidiae*, insidiae. Wichbild Magdeb. art. 90. *Insidias seu obsidia, stupra, domorum irruptiones*, etc.

OBSOLEFACERE, detergere, inquinare. S. Augustin. in Ps. 29.

OBSOLETARE, obsoletum reddere, infuscare, polluere. Tertull. in Apologet. c. 5.

† OBSOLETUS, abolitus, subductus. Chron. monast. Heilsbr. in Bibl. eiusd. p. 9.

OBSONIARE, tribuere, dare, soluere pro tributo. Prouentus Monasterii Centul. in Actis SS. Benedict. saec. 4. part. 1. p. 104.

OBSONIATOR, *Stipendiarius*, in Glossis vet. V. Casaub. ad Spart. Meur. in Ἀψώνιος, et Gloss. Fabr.

ad Cedretum, nec non Gloſſar. mediae Graecit.

OBSONIUM. (1) *Convivium: nam Obſonia, i. panis.* Ita Gloſſae MSS. ad Alexandr. Iatroſoph. Interdum capitur haec vox pro *procuratione*, ſeu *Convivio*, quod vaſallus domino debet. In Charta ſub Roberto Rege Francim an. 1023. exarata ex Tabulario S. Vedaſti Atrebatenſis: *Ab Eccleſia autem Epiſcopali juri nullam conſuetudinem perſolvendam ſtatuimus, vel ſtatui permittimus, niſi ut in Synodo denarii octo pro Obſonio in anno perſolvantur.* Vita S. Gerardi Abbat. Bronienſis. num. 16. *Et Eccleſia Bronienſis ab omni Obſonio Epiſcopi Leodienſibus debito vlterius immunis habeatur.* (2) Stipendium in Gloſſ. vet. V. *Obſoniator.*

† OBSORDERE. Laur. in Amalth. *Obſordeo, ſordidus fio. Obſordui. obſolevi.*

OBSTACULUM, agger, vt videtur, aquis oppoſitus, vel aluens, cujus aqua verſat rotam molendini. Diploma Boleslai Ducis Bohemiae an. 993. apud Ludewig. tom. 6. p. 49. *De ipſo flumine Vultava ad tria Obſtacula molendinorum in eodem loco.* Et mox: *Manſum in littore fluminis Vltavae ad horreum conſtruendum et Obſtaculum in eodem loco ad tria molendina aedificanda.*

OBSTAGIARE, obſides dare vel accipere. Conuentio inter Abbatem S. Urbani et Hugonem de Villers ann. 1173. ex Archivis ejusd. Monaſterii. V. *Hoſtagiare.*

OBSTAGIUM. Speculum Saxon. lib. 2. art. 11. §. 3. *Cui argentum vel nummi ſunt ſolvendi, et ſi ad terminum ſolutionis non venerit, vel ſi venerit, pecuniam tamen accipere voluit, per hoc pecuniam ſuam non amiſit, illum vero diem noſcat ſe perdidiſſe . . . Reus etiam ab Obſtagio ſeu equitatura tunc liberatur, ſed minime a pecuniarum ſolutione.* Id eſt, obſidem ſe pro ſuo debito debitori tradere, neque rurſum eum conuenire ad debitum perſoluendum tenetur. Non ſemel occurrit haec vox *Obſtagium*, pro Obſide ſeu Obſidis conditione, Gall. *Otage.* Privilegium an. 1298. apud Ludewig. to. I. p. 203. *Quod ſi non fecerimus, quod abſit, nos cum omnibus ſupradictis domino Abbati et Conventui de Dobirlug, pro Obſtagio, civitatem Herzberg promiſimus nos intraturos et inde non exituros, donec omnia ſupradicta a nobis fideliter fuerint adimpleta.* V. *Hoſtagium 3.*

OBSTAGIUS, obſes, in Mamotrecto ad 2 Paralip. cap. 24. V. *Hoſtagius* et *Oſtagius.*

OBSTANTIA, interceſſio, Gall. *Oppoſition*, in Ch. Mſ. a. 1422.

OBSTARE. (1) Vetus interpres Iuuenalis ad Sat. 6. v. 152. (*Quo jam mercator Iaſon.*) *Illud ſignificat quod Romae in porticu Trajanarum thermarum tempore Saturnaliorum ſigillaria ſunt. Tunc mercatores ceſas de linteis faciunt, quaſi picturam obſtans. Ideo autem dicit, Mercator Iaſon, quoniam antea in porticu Agrippinarum ſigillaria proponebantur, in qua porticu hiſtoria Argonauticorum depicta eſt, et caſae cum ſierent, picturae Obſtabant.* Id eſt, picturam occultabant; Gallis: *Offent la veue de la peinture.* Ita luminibus *Obſtare* dixit Ulpianus. Sic etiam (2) OBSTARE, et OBSTARE viam, eſt viam auferre, vel impedire: obſtare alicui quo minus pertranſeat: vnde Gall. *Oſter.* Capitulario Caroli M. de Partib. Saxon. cap. 25. *Ut nulli hominum contradicere viam ad nos veniendo pro juſtitia reclamandi aliquis praeſumat. Viam claudere*, in Capitul. 4. an. 813. c. 39. Lex Salica Pithoeana tit. 33. *Si quis Baroni viam ſuam Obſtaverit, aut eum impinxerit, etc.* Editio Heroldi tit. 34. §. 1. *Si quis Baronem de via Ortaverit etc.* §. 2. *Si vero mulierem ingenuam de via ſua Ortaverit, etc.* Vbi *viam obſtare* eſt viam auferre, recte dicitur. Quod ſi *Ortare* aliud ſonat, vti vult Wendelinus, et *hurten*, Flandricum, et *hurter* Gallicum exprimat, erit *Ortare*, aliquem de via cum vi aliqua propellere: quomodo etiam Itali ſcriptores *Vrtare*, pro *detrudere, impellere, viam facere, contraſtare*, vſurpant. Hanc ſententiam amplectitur Eccardus in Notis ad Pactum

Legis

Legis Salicae p. 54. aitque *Ortare* antiquiſſimum eſſe verbum Prouinciale, poſteris temporibus de colliſione et imperu congredientium vſurpatum. Sed videtur *Ortare* idem ſonare quod *Oſtare*. Tit. 37. apud Herold. §. 20. *Si quis vero de campo alieno arasrum Anteortaverit, aut iactaverit, etc.* quae apud Pithoeum tit. 29. §. 19. ſic redduntur: *Si quis arasrum in campum alienum instare prohibuerit; vel arantem foras jactaverit, etc.* Vbi *anteortare*, eſt vi propellere. Lex Aleman. tit. 98. §. 2. *Si porcarius ligatus de pia Oſtatus fuerit, vel battutus fuerit, etc.* In Legibus Scaniae Andreae Suenonis lib. 4. c. 5. 4. 5. fit mentio *transitus ad ſtratam publicam, ad civitatem, ad Eccleſiam, impediti*, et cap. 6. *de poena publicam viam inutilem facientis.* A voce *Ortare* nata vox ORT, pro impedimento, in Capitul. I. Caroli M. ann. 802. cap. 28. de Miſſis: *Vt absque vllum Ortaeus per miniſteria eorum*, (Comitum) *etc.* V. *Anteſtare*.

OBSTATICUS, obſes; item, fideiuſſor, ſponſor. Annales Genuenſ. apud Murator. tom. 6. col. 390. V. *Oſtaticus* ſuo loco et *Hoſtaticus* poſt *Hoſtagium* 3.

OBSTETRICARE, obſtetricis officio fungi, Exod. 1. 16.

† OBSTINACITER, obſtinate, pertinaciter, t. 3. April. p. 784.

OBSTINATIA, pertinacia, peruicacia, Gallis *Obſtination*. Cummianus Hibernus de Controuerſia Paſchali. OBSTINANTIA. Epiſtola Monachorum S. Remigii Remenſis ad Caſinenſes. OBSTINIUM, eadem notione, in lib. Miracul. S. Rictrudis n. 30. 36.

OBSTIPERE, vel OBSTIPESCERE, obſtupere, ſeu inſtar ſtipitis rigeſcere, vt habet Mabillonius ſaec. 3. Benedict. p. 181. Fridegodus in Vita S. Wilfridi c. 16.

Obſtipuit, haeſitque loco temeraria latrix.

Sed et apud Plautum, *Adſtans Obſtipuiſti*. Pſeudo Turnll. de Iudic. Dom. c. 11. *Obſtipuere quidem, plures.*

† OBSTIPUS, *obliquus, contra poſitus*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613. Aliud Prouinc. Lat. Cod. 7657. *Obſtipus, inclinatus, enclinat, Prov.*

OBSTITUS, Κατηφὴς, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. qui prae pudore vel moerore vultu demiſſo eſt. *Obſtitus* apud Lucretium *obliquum* ſignificat, aut *violatum attactumque de coelo*, vt habet Feſtus: quem conſule, vt et Voſſium in Etymolog. v. *Obſtita*. † Leg. *Obſtipus*, quod vide.

† OBSTIUS, *la petra come ſpechio ne li muri.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

OBSTRICTIO, obligatio, qua inferior obſtringitur ſuperiori. Charta an. 1523. apud Ludewig. tom. 5. p. 319.

† OBSTRINGILLI, *genus calcianenti*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613.

OBSTROPARE. Acta S. Thyrſi Mart. cap. 4. ex MS. Velleri: *Quantum arte magica Obſtropandes oculos facis*; i. illudendos, fallendos: vel forte *Obſtupandos*, i. claudendos. V. *Obſtupare*.

OBSTRUDULENTA, *appetenda*, apud Papiam, ab *Obſtrundere*, deglutire, deuorare.

OBSTUPARE, claudere, obdurare, Gall. *Eſtouper*. Germ. Verſtopfen, quaſi foramen, *ſtupa* obducere. Iter Camerarii Scotici, cap. 39. §. 7.

OBSUS, τὸ δυσμιμαζον τὸν χρυσὸν, ὅτως καμινευόμενον, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerm. *Lapis aurum attritum grobans*, in Supplem. Antiquarii. † Adde ex Caſtigat. in vtrumque Gloſſar. leg. *Obruſſa*. Meurſ. V. *Obryzum*.

OBTALMIA, morbus oculorum, Graec. ὀφθαλμία, in Vita S. Edmundi Cantuar. Archiep. to. 3. Anecd. Marten. col. 1823.

OBTENDERE. Acta Murenſis Monaſterii p. 54. *Semen quod feminat et mittis, et foenum quod ſecat, ſaepe debet Obtendere.* Id eſt forte *diſpergere*, Gall. *Eſtendre*.

OBTENEBRARE, obſcurare, in Scriptur. ſacr. non ſemel in Translatione S. Iacobi to. 3. Concil. Hiſpan. p. 123. et alibi apud Iuniores, quos

improbat Voſſius de Vitiis Sermonis p. 718.

† OBTENEBRESCERE, tenebris inuolui, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 517.

OBTENTATIO, tentatio, molitio. Luitprandus lib. 4. Hiſt. cap. 15.

† OBTENTIO. licentia, facultas, in Stat. ſynod. eccl. Tornac a. 1366.

† OBTENTUS, *occaſio, preces, intercaſſio*, in vet. Gloſſar. Cod. reg. 7613.

OBTESTIFICARE, teſtificari. Index vett. Canonum, tom. 3. Concil. Hiſp.

OBTEX, Codex. Formula 1. Andegav. apud Mabill. to. 4. Anaiect. p. 234. *Rogo te, vir laudabilis illi Defenſor . . . vel reliquum curia puplica, vtique Obticis puplicis patere, tebeatis, quia habeo quid apud Acta profetuere debiam. Defenſor principalis ſimul et omnis curia dixerunt: Patent tibi Cotecis puplici, profequere quae bpras.* Liquet *Cotecis* et *Obticis* vnum et idem ſonare; *Cotecis* autem eſt pro *Codices*, mendoſa temporum ſcriptione, vel pronuntiatione.

† OBTINENTIA, impetratio, Gall. *Obtention*, t. 5. Iun. p. 102.

† OBTINENTISSIMUS, inſtantiſſimus, t. 3. Aug. p. 216.

OBTINERE. (1) Occupare. Frontinus de Limitib. Agror. *Pomerium a priuatis operibus obtineri non oportebit.* Vtitur alibi, vt et Aggenus. (2) Vincere, victoriam obtinere; non ſemel occurrit in Hiſtoria Cortuſiorum. Lib. 5. c. 2. Lib. 8. c. 16. et alibi. (3) Superare, rationibus ad ſuas partes trahere, Galli *Gagner* dicunt. Auctor Praedeſtinati, Lib. 1. Haereſ. 30.

OBTINGERE, pertinere. Traditio an. 722. apud Martea. to. 1. Ampliſſ. Collect. Col. 23.

† OBTOCIARE, ſeruare, tueri, defendere, apud Lam. in Delic. erud. Sed leg. forte *obſeruare*, vide ſupra in hac voce.

† OBTRACTARE, attrectare, in Stat. eccleſ. Turon.

OBTRECTARE, idem. Statuta Eccleſ. Nannet. apud Marten. To. 4. Anecd. col. 947.

OBTUA COLUMNA, ſpecies columnae apud Gualvaneum Flammeum, To. 12. Muratorii col. 1011.

† OBTUITUS, viſus, intuitus, in Stat. ſynod. eccleſ. Tornac. a. 1366.

† OBTURATUM, obturamentum, in Inuent. Mſ. theſ. Sedis Apoſt. a. 1295.

† OBTUSIO VISUS, *apud antiquos auctores, i. q. obſcuritas.* Gloſſar. med. Mſ. Simon. Ianuenſ.

OBTUSITAS, ſtupiditas, imperitia. Ioan. de Monſteriolo apud Marten. To. 3. Anecd. col. 1394. OBTUSITAS HYEMIS, *Operis: Durae ceruicis Obtuſitas*, apud Auctorem de Diſciplina Scholarium. c. 1.

OBUA, pro *Obba*. Supplementum Antiquarii: *Obua, ὄμβιξ ἐν ᾧ τοῖς νεκρῶις ἐπίνδετον, Calix, Obba, in qua mortuis libatur.* V. Cuinc. lib. 11. Obſeru. c. 7.

OBVALLUM, *vndique munitum*, in Gloſſis Iſidori. Graeuius emendat *Obuallatum*.

OBVENIMENTUM, quidquid obuenit mulieri poſt ſua ſponſalia, ſiue hereditario iure, ſiue alio quouis modo. Charta an. 1409. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 411. V. *Adiecimentum*.

OBVENTIO, commodum, emolumentum. Paſſim occurrit pro iis praeſertim commodis, quae non debentur, ſed caſu et ſaepe praeter ſpem adueniunt. V. Iuris Conſult.

OBVIA, occurſus. Miſſale Gothicum pro Dominica in Palmis, apud Mabill. Liturg. Gallic. p. 235.

† OBVIAMENTUM, idem. Lit. remiſſ. a. 1351.

† OBVIETUM. Ch. Mſ. Ludov. reg. Sicil. a. 1382. *Cum ipſius principatus Tarentini — molendinis, fluminibus, vineis, obuietis, virgultis, herbagiis.* Sed leg. *Olinetis*.

OBVIUS, contrarius. Bulla Coeleſt. III. PP. apud Bezelinum in Gallos-Flandr. p. 365. *Cum deteſtabile ſit et obuium rationi.*

OBÚLUS, pro *obolus*, de quo ſupra, in Charta an. 1047. apud D. Calmetum tom. 1. Hiſt. Lotharing. col. 416. in Bulla Alexandr. III. PP. an. 1179. tom. 2. eiusd. Hiſt. col. CCCLXXXVII. et alibi.

OBUM-

OBUNCARE, Papiae, *obiugare*. S. Althelmus cap. 17. *Quem nefandis obarum gremiis procax Obuncabat.* Guibert lib. 1. *De Pigneribus SS.* cap. 1. *Hos plane, qui ſcrophas circa iugulum aut uſpiam in corpore patiuntur ad tactum illius.* (Ludouici cognomento Craſſi Fr. Regis.) *Superaddito crucis ſigno cateruatim me ei coherente, et etiam prohibente concurrere: quos tamen ille ingenita libe alitate, ſerena ad ſe manu obuncans, humiſſime conſignabat.* Hoc eſt, advocans obunca manu. *Obuncatis vnguibus*, apud Cael. Aurel. lib. 2. chron. c. 18.

OBURBARE, circumſcribere. Papias: *Oburbat, circumſcribit, dictum ab arbore quae eſt in curuatura, vel a ſulco urbium, qui primus aratro circumdictus, propter altitudinem murus appellatur.*

† OBXURA, vel *Obxurum*, opera, vt videtur, quam vaſſali vel ſubditi domino praeſtare tenentur. Ch. Mſ. a. 1223.

OCA, modus agri, V. in *Olca* 1.

† OCAGIUM, fructus, ſ. reditus, qui ex cultura *ocae* villano, ſub annuo cenſu conceſſae, proueniunt. V. *Olca* 1. Ch. Mſ. Henr. II. rex. Angl.

OCACIO, occaſus, mors. Chron. Mauriniac. apud Duchesn. tom. 4. Hiſt. Franc. p. 381.

OCCA, anſer, Gall. *Oye*, V. in *Anca*.

OCCAMEN, *contiſio*, in Gloſſis Iſid. Reſtituunt Viri docti *Contuſio*, ſcil. glebarum per occaſionem. Quid ſi *Concâſio*, vt in Excerptis Pithoeanis? non minus recte concidi dicuntur glebae per occam, quam contundi. V. mox *Occare*.

† OCCANUS, pro Occaſus. Ch. Mſ. a. 1038.

OCCARE. (1) Paſſio S. Victoris Maſſilienſis MS. ex cod. Vaticano:

Surge, Deosque voca, famenſque per Occipus Occa.
De grege, quidquid ames, et ſi faciendo reclames.

Infra:

Quae lex iure docet vitulas vt quilibet occet
Numinibus mutis etc.

Vbi *occare* eſt ſacrificare, quod immolant animalia, ea Occen ſecent, ſcindant, truncant. Eſt proprie *Occare, quando ruſtici ar ne et ſatione facta dimiſſis bobus ſ des. glebas caedunt et ligonibus ſ gunt*, apud Ioan. de Ianua ex lib. 17. Orig. cap. 2. in Gloſſ. G Lat. βωλοτρομεῖν, in aliis βαλλειν *Occare ſpinas, eas praecidere*, Vita S. Iacobi Erem. ſec. 4. B dict. part. 2. p. 151. (2) ‡ Se ſcindere, t. 1. Aug. p. 275.

OCCASIO. (1) Damnatio, vel *ſus*, mors animae. Capitulare tonis Epiſc. Vercellenſ. cap. 59 Oratione dominica, to. 8. S Acher. p. 22. (2) Tributum, praeſtatio quae propter *Occa* bellorum, vel aliarum neceſſit a dominis, ſubditis imponeb Concil. Turonenſe VIII. cap *Propter diuerſas Occaſiones res perum multis attenuatae ſunt.* marus in Concilio Duziacenſi I. 5. *Coepit clericos et laicos qui elegerant, per varias occaſiones gere, etc.* (3) Mulcta, quae q ex occaſione exigitur. Ch. M 1186. (4) † Lis iniuſſe inten Ch. Mſ. a. 1130. V. *Occaſionare* † Periculum, diſcrimen. *Occaſ hyemales*, aëris inclementia, Aug. p. 644.

† OCCASIONABILIS CIRCA quae propter *occaſiones* ſaepius a bitum inductas exigitur in ep. H mari ad Ludov. II. *Occaſionalis actio*, idem, t. 9. collect. Franc. p. 548.

OCCASIONALITER, data occaſ in Tractatu an. 1493. apud Gc fred. ad Hiſt. Caroli VIII. F Regis p. 669.

OCCASIONARE. (1) Occaſior ſeu praeſtationibus grauare; (potius, in ius vocare, litem ſtam mouere, vexare. V. *Ache Occaſio* 4.) Statut. Eduard. II. 21. *Non propter hoc Occaſion coram domino Rege et inſtitiariis buscunque, etc.* Fleta lib. 1. 24. §. 7. *Ita quod ipſi vigila non Occaſionentur, ſeu in aliquo*

xentur. (2) † Occupare, ad manum pônere, in Ch. Mſ. a. 1225.

† OCCASIONARIUS, occaſionum captator, vel qui *occaſiones* ſeu tributa exigit. V. *Occaſio* 2. Ch. a. 930. ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 343.

† OCCASIONATUS, imperfectus. Gabr. Bereleta in ſerm.

OCCASIVUS, ſpectans Occaſum, Saxoni Grammatico. Gloſſ. Graec. Lat. Δυτικὸς, *Occaſinus.*

† OCCEDERE, *obuiare*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7613.

† OCCELSIT, *occiderit*, in alio, Cod. 7641.

OCCENTARE, *male ominari*, in Gloſſ. Iſid. Feſtus habet: *Occentare dicebant pro conuicium facere, cum id celare et cum quodam cenore fieret, vt procul exaudire potuiſſet, etc. Occentare oſtium*, Plauto, ante Oſtium conuicium dicere.

† OCCHIA, i. q. *Oca*, V. in hac voce. Tabul. S. Sergii Andegav.

† OCCHIAVELLA. Tract. Mſ. de Piſcibus a. 47. *Torpedo Romanis hodie occhianella vel oculatella vocatur.* Ab Ital. *Occhio*, oculus.

OCCIARE. Chartulár. S. Vandregeſili to. 2. pag. 2102. *Hanc conuentionem ipſi Milites Rodulfus et Rogerius cum duobus ſuis hominibus cum ſacramento confirmauerunt, et Aduocato Alberico, et duas ſorores et fratre juniore, qui abſens erat, Sanctus nomine, vt benigno corde Occiarent, fecerunt.* Legerem luhens *Otriarent*, id eſt, concederent. V. *Otriare.*

OCCIDENTANAE, toni muſici, V. *Frigdorae.*

OCCIDIUM, occaſus, Prudentio Apoth. v. 27.

OCCIDUALIS, occidentalis, apud eundem Prudentium, lib. 2. adv. Symmach. v 597.

OCCILIARE, *Occiliator*, V. *Occlata.*

OCCILLARE. Willelmus Brito. lib. 5. Philip. de quibusdam ad furcam ſuſpenſis:

Ques in ſe Occillare finis vix pendulus aër.

Melius *Oſtillare*, quod proprie eſt, iactari per funes ex arbore ſuſpenſos, ſeu vt habet Feſtus in *Oſcillum*, *inclinare praecipitemque in os ferri.* De hujuſce luſus origine conſulendi Seruius ad lib. 2. Georg. et Feſtus loco citato. V. infra *Occlata.*

† OCCINIUM, *le baſilico*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OCCIPITALE CAPITIS, occiput, in Miraculis B. Raymundi, to. 5. SS. Iunii p. 689.

† OCCISIO. (1) Finis, deciſio. Ch. Mſ. a. 1215. (2) Forte conſumtio, vel laniarium, macellum. Ch. Mſ. Will reg. Scot. *Dedit — totam decimam ſepi octionis meae, quae fiet in Tinietesdale.*

† OCCISOR, homicida, interfector. Stat. crim. Saonae c. 63.

OCCISTRIO, *tabernarius*, in Gloſſis Iſid. Legendum *Ociſtrio*, a *Cocio*, de quo ſupra. Vgutio habet *Ociſtrio*, vt infra.

OCCITABULUM, *quoddam pondus habens dragmas 17. ſcrupulos.* Sic Vgutio MS. V. *Acitabulum.*

† OCCITAMEN, *Prov. Badalh. Occitare, badallar, iisdem.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657. Pro *Oſtiſamen et Oſcitare.*

OCCLATA, ex *Occiliata*, vel *Occilata*, terrae *Occata*, ſeu quinis agri modus. Gloſſ. Graec. Lat. βωλοκόποι: *Occiliatores*, Βωλοσφῶ, *Occo, Occilio, paſtinor, paſtino.* Mallem *Occillare* et *Occillator.* Gloſſ. Lat. Graec. *Occillare*, συνάπτειν. Plautus: *Aduenienti os occillet probe*, id eſt, contunde, ab *Occare*, glebas contundere vel comminuere, ſcindere. Charta Lerinenſis an. 1032. in Chronico Lerinenſi part. 1. pag. 364. *In vineis, campis, hortis, Occlatis, ternis cultis et incultis, etc.* AGGLATIS, eadem notione ſcribitur pro *Ogglatis*, in Charta Caroli Craſſi apud Ioan. Columbum lib. 2. de Geſtis Epiſcoporum Vaſconenſium num. 3. V. *Olca, Paſtina* et *Oglata.*

OCCLERUS, f. pro *Nauclerus*, clericus; Clericos enim *Naucleros* vel *Nautas* aliquando metaphorice dictos fuiſſe, videre eſt in *Epibata* et *Nautologi.* Charta vetus apud Stephanoctum tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. p. 543. *Conſiderandum eſt igitur*

tur omnibus mortalibus, vt ſi aliqui male erga Dei Occleros perpetrauerint, vel ſerras ſanctorum inuaſerint, quantocius timore penarum animæ penitentiæ. Alius forte non minus probabiliter dixerit, *Dei Occleros* hic appellari *dotatores* Eccleſiæ, qui Clericis in ea ſeruientibus neceſſaria ſuppeditabant ab *Occleare* de quo infra.

OCCULUS. Lambertus Ardenſis apud Ludewig. to. 8. p. 426. *Aliis mortem comminantur, nonnullis etiam ablatis rebus, rumpheis et Occulis, ſpatulis vel canipulis, ſicut ſiccarii, imo vere ſiccarii, morem ingeruiſ.* Armorum genus eſt, niſi ſublata virgula legendum ſit, *occultis ſpatulis vel canipulis:* quæ lectio probabilitate non caret.

OCCUPATIO. (1) Capitulare Francoford. an. 749. cap. 45. *De viginibus quo tempore velandæ ſint, vel quibus Occupationibus, ante annos viginti quinque, etc.* Sic alias legebatur, pro quo Baluzius recte emendauit *Occaſionibus*, vt et in Capitul. Caroli C. tit. 25. c. 2. vt monet ipſe to. 2. Capitul. col. 1035. et 1046. (2) † Pro aucupatio in Ch. a. 1177. t. 4. Cod. Ital. diplom. p. 11. (3) † *Occubatio canonica*, qua quis legitime ab officio diſtrahitur. Stat. S. Flori Mſ.

OCCUPATOR, qui occupat, inuadit, in Litteris an. 1349. apud Ludewig. t. 5. p. 460.

OCCURRENTIA, occaſio, caſus, Gall. *Occurrence*, tom. 3. Maii p. 551.

OCCURRERE. ire, pergere, vel conuenire; Gallis, *ſe rencontrer en quelque lieu. Occurrere in tempore*, in l. 1. Cod. de Aquæduct. Capitularia Caroli M. lib. 17. c. 20.

OCCURSUS. (1) Exactio. Charta Ludouici Pii Imp. in Tabul. Foſſatenſi fol. 8. v. *Aut vllum cenſum, vel vllum Occurſum, aut vllam redhibitionem ab ipſis accipere aut exactare præſumat.* OCCURSUS MALI, apud Apuleium lib. de Herbar. proprietat. c. 71. 109. phantaſmata, terriculamenta, et occurſabula dæmonum terrorem incutientium. Sextus Platonicus de Medicina animal. lib. 1. cap. 4. num. 16. *Efficit vt nec caducus fiat, nec phantaſma incurrat.* V. *Incurſus.* (2) † Officium eccleſiaſticum, ſeu ſeries orationum, pſalmorum, hymnorum etc. quæ occurrente quolibet die recitari debet, t. 3. Aug. p. 41. V. *Curſus* 2.

OCCURSUS, adi. obueniens. *Ex quodam accidenti ſibi occurſo*, in Miraculis S. Bernardini tom. 5. Maii pag. 286.

† OCELLARE, aucupari, Gall. *Oiſeler.* Stat. Mant. l. 1.

† OCELLUS, vrcellus, Gall. *Ourcel.* Inuent. S. Capell. Pariſ. a. 1376. V. *Orcellus.*

OCHA. (1) Anſer, Gall. *Oye.* Angelus Rumplerus lib. 3. Hiſt. Monaſterii Formbac. apud Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 468. V. *Anca.* (2) OCHA, OCHIA, modus agri, V. *Olca.*

† OCHIATA, piſcis genus. Locus eſt in *Iblada.* V. ſupra *Ochianella.*

† OCHIATUS, inciſus, Gall. ol. *oché.* Ch. Mſ. a. 1369. V. *Occare* 2.

† OCIA, tibiale, crurale, i. q. *Oſa.* Stat. Mſ. vniv. Aurel.

† OCINA, manſio cum certa agri portione. Gloſſ. Cæſar. Heiſterbac. in Reg. Prum. t. 1. Hiſt. Treuir. p. 677.

† OCINARIUS, *qui tenet ſturam in manu.* Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

OCISTRIO, *tabernarius.* Vgutio. Sed legendum, *Ociſtrio.* V. *Ociſtrio.*

OCITER, *ταχέως*, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerm. *Cito, ocius*, in Supplem. Antiquarii.

† OCLEA, OCLEUM, donatio propter nuptias, quam ſolet ſponſus, interueniente oſculo, dare ſponſæ. Ch. Mſ. a. 1385. V. *Ocleare* et *Oſculum* 3.

OCLEARE, dicitur ſponſus, qui propter nuptias ſponſæ ſuæ concedit vſumfructum partis bonorum, ſi prius ipſe moriatur. Charta Petri de Varena Cancellarii Ducatus Borbonii an. 1329. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 426. *Quibus ſic actis dominus Robertus Ocleauit ſeu dotauit dictam Iſabellam ſponſam ſuam futu-*

rum, et ipſum eſſe decatum voluit et conceſſit, matrimonio copulato inter ipſos de rebus quae ſequuntur, videlicet de caſtro Ialiguiacenſi, etc.

OCLEUM, vſusfructus partis bonorum mariti vxori ſuperſtiti conceſſus. Charta mox laudata. V. *Dos* et *Occlerus*.

OCO, pro ocius, cito, vt videtur. Diploma Caroli Simplicis an. 912. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 269.

OCONONISTAE. Nizo Abb. in Vita Baſini Archiep. Treuir. num. 2. *Brabantiam, Auſtraſiam . . . nuncupatam tradunt Geographi; et Oconeniſtae Auſtraſiae vocabulum deriuatum oſtendunt ab Auſtraſiae Principe magnificentiſſimo nepote Caroli Pulchri ex Landone filio.* Quid haec vox ſibi velit, fatentur ſe ignorare viri doctiſſimi, et an reponendum *Chronicae* ſubdubitant. Quid ſi *Othoniſtae?* nam Ὄθων et Ὄθνιος, eſt ſindon ex lino, ſeu mappa; in mappis autem fiebant Prouinciarum deſcriptiones, vnde *Mappae mundi*.

OCREA. (1) Vter, ſeu vas deferendis liquoribus ex hircina pelle, Gall. *Outre*. In Charta Roberti II. Ducis Normanniae pro Monaſterio Pratellenſi, quam laudat Mabillonius to. 4. Annal. Benedict. pag. 393. memoratur *Richardus de Liſſabona, qui Ocream vini Comitis Roberti ferebat*, in itinere ſcilicet Ieroſolymitano. † Hinc metaphorice pro ſcrotum, interprete Echardo, t. 1. Aug. p. 610. (2) † *Ocrea, Houſe de fer, vel Cauche de fer*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7679.

† OCRIDES, *certe calciamenta, e ſtivali*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Obſtringilli*.

OCRUDATUS. Landulfus apud Puricellum pag. 427. et in Actis SS. Iunii to. 5. p. 314. *Et mane facto Ocrudatas quaſdam ſuas veſtes induit et cibum ſumpſit, et quaſi ſanus factus ſuper mulam ſedit.*

OCTABA, pro *Octaua*, paſſim. *Octabae poſt feſtum S. Ioannis Baptiſtae*, in Statutis Maſſil. lib. 1. c. 9.

OCTACHORUM, ex Gr. ὀκτάχορον, Salmaſio dicitur templum, quod abſidem octo ſinuatam receſſibus, Roſweido, quod octo receſſus, ſeu diuerſa loca habet. S. Ambroſius in inſcript. ad Fontem S. Teclae Mediolani.

OCTAFORUM, Papiae edito, *quo pluuiae ſternuntur ſeſſoris*; Bituric. MS. *Quo plumae ſternuntur ſeſſoris*. Sanior haec lectio, quae proximius accedit ad *Octaphorum*, ſeu *Octopherum*, quod ſpecies erat lectiae delicatioris ab octo baiulis ferri ſolitum. V. *Octopherum*.

OCTAHEDRUM, vel OCTAHEDRUS, Graec. ὀκτάεδρος, apud Geometras, corpus ſolidum octo conſtans lateribus vel ſitibus planis, at Papiae, neſcio qua de cauſa, *Octaëdrum* dicitur, *Aër, ſpiritus*.

OCTALIUM, (ſeu potius OCTALE,) menſura frumentaria. († Forte octaua pars maioris. Germ. ein Achtel.) — Litterae an. 1266. apud Ludewig. to. 2. pag. 234. *Reſignauimus . . . . quinque Octalia ſiliginum et quintum dimidium ſolidum leuium nummorum in Kesſelſtadt, duo Octalia ſiliginum in Nidehornes, tredecim maldra caſeorum et octo ſolidos leuium in Buchen. etc.* OCTOLIA, OCTOLIUM, eadem notione. Chronicon Bonae-ſpei pag. 7. *Donauit etiam . . . Oda ſoror eiusdem Gualteri terram ad quatuor Octolias ſemensis.* Et pag. 70. *Alardus autem cum decem Octolias terrae prius ab auia ſua donatas vſurpaſſet, etc.* Rurſum p. 180. *Anno 1248. Geſſimus Ludouico Vadial pro censum libris et vndecim Octoliis et dimidio terrae in Morteri, domum, etc.* Quibus in poſterioribus locis *Octalia* et *Octolium terrae*, ager eſt capiens ſeminis *Octalium*. OCTOLATA TERRAE, ibidem pag. 225. Pluries recurrit. OCTOLIATA. Charta an. 1269. apud Miraeum to. 2. pag. 1238. col. 2. OCTARIUM, vt *Octalium*. Ch. an. 1154. to. 2. Rer. Moguntic. p. 757. *Quatuor manſos LXIIII. frumenti Octario ſingulis annis ſoluentes, LXIII. marcis in Vndenheim comparauerim.* OCTILIS, eodem ſignificatu. Chartularium 1. Monaſterii Aquincinct. fol. 48. VTELLIA, eadem

eadem notione. Idem Chartul. fol. 31. VTELE. vel VTELIS. Idem Chartul. fol. 46. V. *Octava* 4. *Octuale* et *Vitellus*.

† OCTAPODIUM, lingulis octo fectum vexillum, ex Codino cap. 6. in Act. SS. t. 2. Febr. p. 26.

OCTAPULUM. Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *Velum do Octapulo unum.* In Notis Muratorii habetur *Optagulum.* V. *Quadrapola.*

OCTARIUM, V. in *Octalium.*

OCTAVA. (1) Aeterna requies, dies requiei coeleſtis, qui ideo *Octava* dicitur, quod ſeptem hi noſtri dies mundani ad laborem pertinent, Dominusque noſter in *octava* die ad aeternam reſurrexit requiem. Hepidanus in Annal. ann. 778.

Quis dederis partem voluiſti quam dare ſeptem,
Nec non Octauam, o Dee ſancte, tuam.

(2) Dies octauus a feſto dominico, aut Sancti alicuius, quo tota ſolemnitas clauditur; vnde ἀπόλυσις Graeci appellarunt, vt ex Baſilio Seleucienſi lib. 2. de S. Thecla cap. 18. obſeruatum a viris doctis: qua quidem voce etiam vtuntur pro fine cuiuscumque officii Eccleſiaſtici, vt pluribus probat Leo Allatius de Dominicis et Hebdomadibus Graecorum cap. 7. *Solemnitas octauae dici*, apud Ioannem Monachum in Vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 2. initio. Alcuinus de diuin. offic. *Octauae quae hodie colimus, ideo reuerenter celebrantur, quia primis diebus concurrimus ſicuti vnus dies dominicus ad alterum, qui eodem ritu celebratur.* OCTAVA INFANTIUM, Dominica in Octauis Paſchae. S. Auguſtinus ſerm. de Tempore 160. c. 1. *Hodie Octauae dicuntur infantium, reuelanda ſunt capita eorum, quod eſt indicium libertatis.* (3) OCTAVA, in iure Hungarico, eſt Conuentus iurisdicendi 40. dierum extra ferias ante SS. Georgii et Michaelis feſtum 8. diebus. Sambucus et Molnarus. (4) Charta Ludouici III. Franc. Reg. an. 1158. in Tabular. Maurigniacenſi num. 81. *In territorio ſtamparum quaedam terrae exiſtunt, quae Octauae dicuntur, et ex antiqua conſuetudine earum poſſeſſores regii ſerui ſolent eſſe, etc.* Forte quia octauum gerbam ſoluebant domino earum poſſeſſores et cultores. Apud Pictones modus agri eſt, continens, vt videtur, mediam *quartam.* Hiſt. MS. S. Cypriani Pictau. p. 183. *Tradimus alodum noſtrum, qui ſitus eſt in pago Pictauo . . . . et eſt plus minus Octaua vna, quae ſuis laboratoribus circumfertur, etc.* † Pro menſurae ſpecie, alterius parte octaua, legitur in Ch. Mſ. a. 1430. ex Tabul. Maſſil. (5) Idem quod mox *Octauarium. Octauas more ſolito dependere*, in Lege 7. Cod. de Vectigal. V. *Octauagium.* (6) † Ius percipiendi octauam *gerbam.* Ch. Mſ. a. 1290.

OCTAVAGIUM, vectigal, vt videtur, ſitum in octaua parte percipienda. Charta an. 1283. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 432. *Aſſignauimus duas partes bauagii villae de Lannugon, Octauagium ſeu octauam de tallia dictae villae, nundinas in feſto S. I. B. ius quod percipiebat dictus Mornanus de ſale, etc.* Hinc emendanda, vt videtur, alia vetus Charta eiusd. to. col. 144. vbi pro *Octomagium decimarum* legendum videtur *Octauagium.*

OCTAVALIS CUPA, V. in *Cupa* 3.

OCTAVARIUM, vectigal quod ex rebus venalibus fiſco praeſtabatur, de quo eſt lex 7. et 8. Cod. de Vectigal. et l. 7. Cod. de Locato. V. Sueton. in Caligula c. 40.

OCTAVIANI in Eccleſia Miſnenſi, vbi, ante emendata a Luthero ſacra laus perpetua Deo canebatur, dicebantur Clerici, qui *ab Octaua noctis hora inchoantes, reliquum tempus ad intempeſtam vſque noctem pſallendo continuabant*, vt refert Hieronymus Eſmer. in Vita S. Bennonis Epiſc. to. 3. Iunii p. 154.

OCTAVUS, octaua pars fructuum agrorum, vel vinearum, quam tenentes dominis ſuis exſoluebant. Pactum inter Iacobum Aragoniae Regem et Berengarium Magalonae Epiſc. an. 1272. V. *Quarto* 6. et *Quartus.*

OCTENA, ſpatium octo dierum, Gall. *Huitaine.* Charta Communiae Rotomag. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. p. 309. † *Octena* editum. 5. earundem Ordin. p. 675.

OCTIMBEL, pro *Octobet*, Flodoardo lib. 3. c. 3.

OCTIMENSIS MORA, ſpatium octo menſium, in Geſtis Tancredi tom. 3. Anecd. Marten. col. 147.

† OCTOBRIA, laudes ſeu acclamationes Romae fieri ſolitae, ex Cod. Mſ. eccl. Camerac. *Octo Octobrias.* Explicet cui barbara placent.

OCTODIALE PANTHEON, octava omnium Sanctorum, in Actis SS. Aprilis to. 1 p. 65.

OCTODIUM. Will. Heda in Epiſcopis Traiect. p. 274. 1. edit. *Nota autem, quod iſta vria caſtra quae data ſunt Comitiſſae ab Imperatore pro morte Comitis mariti eius, et tribus induciis quas fecerat Imperatori, ſita ſunt in Lucenſi Epiſcopatu, quorum unum vocatur Decendium. propter decem dierum inducias; alterum autem dicitur Octodium, propter octo dierum inducias, quas Rex tribuit Comitiſſae, etc.*

OCTOGILD, dictum, vt *Nonigildum*, de qua voce ſupra, id eſt, mulcta irrogata reo, qua is rei furatae vel alia quavis ratione ſublatae capitale octies reſtituere tenetur, in Capitulis ad Legem Alamannor. editis a Baluzio c. 43.

OCTOLATA, OCTOLIUM, V. *Octalium.*

OCTOMAGIUM. V. *Octenagium.*

OCTOMINUTALIS, valens octo minutos argenteos. Lampridius in Alex. Severo c. 22.

OCTONA. (1) († Modus agri continens mediam *quartam*, i. q. *Octava* 4.) Donatio Theobaldi Comitis, to. 1. Anecd. Marren. col. 90. *Quando nomem lectiones vel Octonae non fuerint, communiter in choro unus pſalmus diceretur pro eo.* Videtur legendum *Octavae*; ſalrem eadem eſt notio. V. *Octava* et *Octalium.* (2) † Spatium octo dierum. V. *Octena.*

OCTONEUS, ex oricalco, ſeu metallo illo factitio, quod Germanis vulgo dicitur **Meſſing.** Liber Viſitationum Boſſii Notarienſis Epiſc. an. 1575. to. 3. SS. Martii pag. 51. *Aderant duo candelabra Octonea et pallium ex ſerica albo damaſco.* V. *Ottune.*

† OCTOPATON. Ch. a. 1026. e Chartul. Maſſil. *Scripta carta huius donationis in menſe Octopaton.*

OCTOPHORUM. Vetus interpres Iuuenalis ſat. 1. *Lecticarum uſum primi dicuntur inuenisſe Bithyni. Cicero: Nam vna haud mos eſt Bithyniae Regibus vehi lectica, id eſt, Octophoro. Octaforum.*

OCTORNARII, OCTURNARII, Preſbyteri Canonicis et Capellanis inferiores in Eccleſia S. Stephani Viennenſis in Auſtria. Statuta eiusdem Eccleſiae edita per Concilium Baſilienſe apud Raimundum Duellium lib. 2. Miſcell. p. 74.

† OCTOVIRI, magiſtratus qui rem bellicam curabant, ap. Murat. t. 21. p. 37.

OCTUALE, menſurae liquidorum genus, in Miraculis B. Stanislai Canonici Regul. Siccorum etiam in Conſuetudinibus villae Haſprenſi a Balduino Comite Hannon. confirmatis an. 1176. tom. 1. Ampliſſ. Collect. Marten. col. 893. vbi memoratur *vnum Octuale auenae* debitum quolibet an. V. *Octalium.*

OCTUOCENTI, pro *Octingenti*, in Addit. ad Chr. Caſuar. to. 2. Muratorii part. 2. col. 931.

OCTURNARII, V. *Octornarii.*

OCULARE. Oculos indere, aperire, videre. Gloſſ. Arabico-Lat. *Oculo, vidēo, proſpicio.* Cyprianus de Idolor. vanitate: *Vt homines ab errore tenebrarum ad viam lucis adducerens, coecos et ignaros ad agnitionem veritatis Oculavens.*

OCULARE, pellis, quae oculis ſubeſt. Guibertus lib. 3. de Vita ſua c. 8.

OCULARIA, conſpicilla, Gall. *Lunettes.* Addit. ad Vitam S. Antonini, tom. 1. Mail p. 341. *Quandoque linteamina et alia vtenſilia familiae ſuae, quandoque ſua Oculatia praeſtabat.*

OCULARITER, ſuiſce oculis. *Oculariter intueri*, apud Sidonium lib. 7. Ep. 14.

OCULA-

OCULARIUM, rima galeae, per quam quis videt, Gall. *Oeilliere*. Rigordus an. 1215. *Occiditur . . . . cultello recepto in capite per Oculārium galeae.*

† OCULARIUS TESTIS, oculatus, in Act. SS t. 3. Apr. p. 217.

OCULATELLA, V. *Occhianella.*

OCULATIM, de visu, propriis oculis. Cosmas Pragensis parr. 2. Chron. Aulae Regiae cap. 1. *Regina ne tanta mala Oculatim cerneret, etc.*

OCULATUS. Necrologium Ecclesiae Parisiensis 19. Kal. Ian. *Praeterea dedit idem Episcopus capam rubeam. brodatam, et capam viridem et capam albam Oculatam, et vnam albam fericam, et aliam ad imagines, et infulam, et dalmaticam, et tunicam, alba, et succinctorium fericum*, i. in qua delineatae sunt figurae instar oculorum. *Sic vestes purpura oculare* dixit Tertullianus lib. de Pudicitia, quod idem est ac *purpura clauare*. V. Salmasium ad Vopiscum p. 572.

OCULUS ARANEAE, tela araneae rotunda. Occurrit in Antidotario. † *Oculo ad oculum perlegere*, intentis oculis, in Ch. Ms. a. 1162.

ODA. (1) Anglis *Hod*, ferculum, quo in humeris gestant morrarium, Gall. *Oiseau. Oda calcis pro sustentatione manerioruṁ*, in Mandato an. 1334. apud Rymer. tom. 4. p. 629. (2) Gr. ᾠδή, canticum. Miracula S. Trudonis lib. 2. n. 4.

ODARE, canere. Ethilwulfus de Abbatibus Lindisfarnensibus c. 18.

ODARIARIUS, cantilenarum magister, in veteri Inscriptione, pro quo Reinesius Class. II. num. 81. male legit *Odorarium*, vt monetur in Thesauro Fabri.

ODARIUM, ᾠδάριον, cantilena. *Odaria saltare*, in Fragmento Petronii.

† ODARTUS, i. q. *Impossessionatus*, qui non habet bona solo, in Leg. Polon. t. 1. p. 329.

† ODASIA, *la pecora vecchia*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

ODATUS. Charta an. 45. Caroli M. apud Mabill. to. 2. Annal. pag. 719. *Et in villa Teliano, quidquid infra terminum ipsius visi sumus habere, excepto Odatos, exaga et regressa eorum, quod reddidi similiter.* Idem omnino videtur cum *Oglatus*, quod ibidem legitur non semel. Forte scriptum erat *Oclatus*, pro quo exscriptum fuerit *Odatus* procliui mendo. V. *Oglata.*

ODERE, olere. Gloss. Lat. Graec. Sangerman. *Odo, Oleo, πνέω ἐπὶ ὀσμῆς καλῆς.*

† ODEUM, aedificii genus apud Suet. in Domit. vbi in prima edit. Mediol. 1475. legitur *Exmethodium*, vt notat de Montfauc. in Diar. Ital. p. 230. De vocis significatione et etymo ibi ipsum consule.

ODEWINI. Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 10. *Transitus terrae eius difficillimus et incognitus est, quia flantibus ventis strata fabulo ita infundit, vt vix a quoquam sciatur, nisi ab Odewinis, qui saepius illuc transeunt.* Vbi editor vocem corruptam putat ex ὁδηγοὶ Sed legendum *Bedewinis*, populis scilicet ita appellatis, de quibus multa ad Ioinuillam adnotauit Cangius.

† ODEX, f. pro *Odegus* vel *Hodegus*, dux, in Cod. Ms. reg. Angl.

† ÓDHO, sandalium, genus calceamenti, ap. Mabill. to. 2. Musei Ital. p. 64.

† ODIATIO, odium, ap. Barel. in sermon.

ÓDICHILARE NEMUS, f. siluam exstirpare, in terram cultam conuertere, Germ. ausrotten. Charta Guillelmi de Belloramo Castellani S. Audomari pro confirmatione bonorum monasterii S. Andreae de Nemore dioecesis Ambian. an. 1185. *Ego postmodum Fratribus dictae Ecclesiae sot carrucatas extrincare non permisi, quos eis concesserat pater meus, pro eo quod castellum meum a nemore nudare et nemus meum Odichilare nolebant.* Vnde verbum hoc prorsus inauditum? († Mendose pro *Admichilare* vel *Annichilare*, vt legitur in eadem ch. edita inter Instr. t. 10. Gall. Christ. p. 324.)

ODIENDUS, odio habendus. Epistola S. Leodegarii inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 42.

† ODIFER, *odifero*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

ODILIS, odiosus. *Deo execrabiles, orbi detestabiles, hominibus Odiles,*

in

in Vita S. Canuti tom. 3. Iulii p. 140.

ODINUS, Saxon. *Woden*, Deus Germanorum, quem ſibi bellantibus adeſſe ſomniabant. V. Hickeſium in Grammatica Saxon. et in Diſſert. Epiſtolari p. 4.

† ODIOSUS, qui odit, inuidioſus, inimicus, in Stat. Mſ. eccleſ. S. Laurent. Rom.

ODIUM VETUS, ὑποκρίσιον ἔχθος, Menandro Protectori lib. 6. cap. 165. Crimen quod quis ſciens, et ex inueterato odio contra aliquem peragit. Charta Communiae Sueſſionenſis an. 1181. art. 2. *Omnia forisfacta, exceptis infractione vrbis, et veteri Odio, quinque ſolidis emendabuntur.* † ODIUM DEI, imprecatio, maledictio, ap. Rymer. c. 1. p. 65.

ODIVUM, Ὄδειον, in veteribus Gloſſis, vt *Diuum*, pro *Diuum; Muſium*, pro *Muſiuum*.

† ODOLLANTES, *teſtimonium in aqua.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

ODONARIUM. Edgarus Rex Angl. in Legibus Monaſterii Hydenſis cap. 5. de Adamo et Eua: *Vtrique tandem praefatis primati Odonariis, paradiſi eliminati metis, in praeſentis vitae crimina miſerrimi deiiciuntur.* Vbi forte legendum *donariis*, donis, muneribus. Quid vero ſignificet ὀδοναρίων, apud Graecos recentiores, vide in Gloſſis Baſilicon et in Gloſſario med. Graecit. v. Ὀδόνιον.

† ODONUM. Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Codon, Prou. coſtanum, Odonum.*

ODOR, anhelitus. Vita S. Gutberti, tom. 3. Martii p. 119.

ODORANTIA, *odor*, apud Vgutionem.

ODORARE, olfacere. Epiſtola Licinii Epiſc. to. 2. Concil. Hiſpan. p. 431.

ODORENCECI, canis venaticus, qui odore feras ſequitur. Virgil. *Et odora canum vis.* Liber Anglicus inſcriptus *Juſtice of peace* pag. 66. *Quod nullus homo, qui Laicus extitit, leporarios, lyciſcas, ſeu Odorencecos teneat vel exerceat, etc.* Occurrit ibi pluries. De *lyciſcis*, multa dixit Vlitus ad Gratium.

† ODORISEQUUS, canis venaticus, qui odore feras ſequitur. Bened. abbas Petroburg. in Henrico II. ad a. 1191.

† OECONOMIA, praedium, villa ruſtica, vbi pecudes nutriuntur, ap. Pez. t. 6. Anecd. part. 2. p. 200.

OECONOMUS. (1) Olim et in primis Chriſtianiſmi incunabulis, Eccleſia nullos alios habebat reditus praeter oblationes fidelium: at crescente poſtmodum eorumdem religione, locupletata etiam legitur latifundiis, et agris, quod quarto potiſſimum inualuit ſaeculo, vt pluribus docent Nic. le Maiſtre, de Eccleſ. poſſeſſ. et Petrus Marca lib. 8. de concord. Sacerd. et Imp. c. 18. At, quod eorum cura Epiſcopos, Presbyteros et Clericos, a diuinorum Officiorum executione quodammodo auocaret, vnde et Auguſtinus, vt auctor eſt Poſſidius in illius Vita c. 22. plebem eorum curam in ſe recipere enixius rogauerat, ea propter ſtatutum eſt Concilio Calchedonenſi can. 26. et Nicaeno II. can. II. vt in vnaquaque Eccleſia Cathedrali *Oeconomus* inſtitueretur, e Clero Eccleſiae illius eligendus: quod deinde legibus Imperatorum variis definitum legitur, vt Epiſcopi nempe miniſtros huiusmodi conſtituant. Hi porro *Oeconomi* dicuntur, *qui Eccleſiaſticas conſueuerunt tractare rationes*, de quibus copioſe egit Iacobus Gothofredus ad tit. Cod. Th. de Bonis Clericorum. Nec tantum Eccleſiarum bona ſuperſtite Epiſcopo adminiſtrabat Oeconomus, ſed etiam illo excedente e viuis, eorum gerebat curam, de iis Epiſcopo ſucceſſuro rationem redditurus. Id enim praecipitur in Concil. Calchedonenſi can. 25. (2) Defenſor, aduocatus. Matth. Paris ann. 1245. de Imperatore: *Summus ſecularium Oeconomus et protector Eccleſiae, hoſtis factus familiaris, Eccleſiae Chriſti efficax et validus factus eſt inimicus.* Eodem anno: *Rex Francorum Eccleſiae S. Dionyſii ſpecialis Oeconomus et Patronus.* Idem: *Archie-*

Archiepiſcopus . . . . in Regno Angliæ vices ſummi agebat Oeconomi. (3) Aulae magiſter, vt interpretatur Ioh. Knippenbergh. lib. 3. Hiſt. Eccl. Ducatus Geldriae c. 1. Diploma an. 1339. ibid. pag. 92. et apud Miraeum to. 1. p. 450. quo Ludouicus Bauarus Imp. Reinoldo Duci Geldriae recens creato, *ad maiorem Ducatus et principatus ſplendorem*, aſſignat, *iuxta morem Imperii quatuor Officiarios Iacobum van Myrlaer, Oeconomum, Euerardum van Wyle, Mareſcalcum, Theodoricum van Lieudem, Pocillatorem, et Guilielmum van Brouchuyſen, Camerarium.*

OECUMENICUS. Oecumenici, ſeu vniuerſalis epitheton ſibi adſcripſiſſe Patriarchas Conſtantinopolitanos palam eſt. Sed an id obtinuerit ſub Chryſoſtomo, cui id tribuitur in Actis Synodi Conſtantinopolitanae ſub Hormiſda, iure in dubium vocat Baronius, an. 518. n. 14. qui a Graeculis recentioribus in hoc falſatis exiſtimat, cum ea, inquit, neutiquam recepiſſet Eccleſia Romana: praeterea ex Pelagio PP. Ep. 1. conſtet Ioannem Conſtantinopolitanum huiusmodi titulum tum ſibi primum arrogaſſe, quo nomine eum pluribus redarguit, vt et Gregorius M. Pelagii ſucceſſor l. 4. ep. 38. V. Glabrum Rodulphum l. 4. Hiſt. c. 1. Hugonem Flauiniae p. 174. et Franciſcum Turrianum l. 3. pro Ep. Pontif. c. 1.

OENOMELUM, *muſſum melle admixtum vehementer agitatum atque commotum.* Iſidoro lib. 20. c. 3. Aliis *Oenomeli*, a Graeco Οἰνόμελι, *Inomelum*, Papiae: *Inomellum*, Ioanni de Ianua et Gloſſatori Lat. Gall. Sangerman. V. Dioſcoridem l. 5. c. 16. Palladium in menſe Octobri, Apicium lib. 7. c. 6. *Oenomeli, dulciſſimum vinum*, in lege 9. Dig. de trit vino et ol.

OENOPOLIUM, οἰνοπώλιον, taberna vinaria, vbi vinum venditur, in Synodo Valentina an. 1594. to. 4. Concil. Hiſpan. pag. 710. col. 1.

OES, *infamia*, in Gloſſis Iſidori. Lege *Oeſtrum*, ex Feſto, *Furor Graeco vocabulo*, οἶστρος, vox nota; vnde in vett. Gloſſis: *Aſilus, furor*, οἰστρομανία. De furore poëtico Statius:

Tempus eris, cum Pierio tua fortior Oeſtro
Facta canam, etc.

† OFFEGATUS, qui fidem ſuam domino obſtrinxit, idem qui *fidelis*. Libert. Barcinon. a. 1283.

OFELLA, pro *Offella*, vel *Offula*. Gloſſ. Graec. Lat. ὀφέλλιον, *Ofella*. Kempo Theſſalienſis;

Ferculum ſplendens, et Ofella dulcis
Grata fuerunt Domini.

OFERTIO, V. infra *Offertio*.

† OFFARIUM, offa, iuſculum. Inuent. Mſ. a. 1476.

OFFARIUS, *cognus. Offatim, particulatim*, apud Io. de Ianua. Gloſſae MSS. apud Voſſium: *Offatim*, λεπτομερῶς. Aelfricus: *Offarius, vel particularius, twichere.*

OFFATUS. Chronicon Noualic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 744. *Apparuit ei daemon in ſpeciem ſcurrae, tenens duos lituos in manibus, veſtimentum eius vndique ſciſſum, marginibus Offatis.* An quaſi Offa aſperſis et conſpurcatis?

OFFECTOR, qui officit, vel inficit. Priori notione Fronto de nom. verborumque differ. *Offector officio obeſt.* Poſteriori Feſtus in *Infectores* habet; *Offectores, qui proprio colori,* (ſeu e *proprio colore,*) *nouum efficiunt*; et alibi: *Offectores, colorum infectores.*

OFFENDERE, oppugnare, attentare. Charta an. 1203. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 181.

† OFFENDIBILIS, offenſiuus, in Ch. a. 1351. ap. Lam. in Delic. erud.

OFFENDIX, *quod reſtringitur, et remittitur, vel quo liber ligatur.* Io. de Ianua. Hinc emendo Gloſſas Iſid. vbi: *Offendices, Nodi, quibus libri ſiguntur.* Reſtituo *ligantur*. V. Feſtum in *Offendices*, et Scaligerum in Coniectaneis Varronianis, vbi docet *Offendices* proprie eſſe amenta infra mentum pertinentia, quae pileum

leum retinebant, et dici *Offendices*, quod ſe mutuo offenderent et conuenirent.

OFFENSA, *ius commiſſionis et Offenſae*, confiſcatio et multatio bonorum, vti dictum eſt in *Commiſſio*.

OFFENSACULUM, *ſcandalum, vel ira, vel impedimentum*. Io. de Ianua. Apuleio lib. 9. Lactantio de Opificio Dei c. 1. et Prudentio Pſych. v. 485. *Offenſaculum* dicitur id omne, in quod aliquis offendit et impingit.

OFFENSIBILIS, lapſabundus, titubans. *Offenſibilibus et caducis greſſibus incedere*, apud Lactantium lib. 4. Inſtit. Diuin. c. 26. *Offenſibilis damnatio*, in quam quis merito offendit ſeu incidit, in Concilio Tolet. XIII. inter Hiſpan. to. 2. p. 695.

OFFENSILIA ARMA, Gall. *Armes offenſives*, arma ad nocendum, in Conſtitutionibus Friderici Regis Siciliae c. 99.

OFFERARE, offerre. *Offeravit Conan Britannorum Princeps Deo tres villas*, in Charta an. 990. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 94.

OFFERENCIUM, oblatio, offerenda, pars Miſſae, vel potius praedium ad oblationum reditus. Tabularium Briuarenſe Ch. 243.

OFFERENDA. (1) Vti definitur a Balbo, Vgutione, et Io. de Ianua, eſt *Antiphona, quae canitur, quum Oblatio debet celebrari*. Rupertus l. 2. de Diuin. offic. c. 2. *Offerenda cantus eſt Eccleſiae, nomen hoc habens ab offerendo tractum, eo quod tunc canitur, quando omnipotenti Creatori noſtro incorruptum laudis offerimus, vel praeparamus ſacrificium*. Alcuinus lib. de Diuin. Offic. et ex eo Remigius Autiſſiodor. lib. de Celebr. Miſſae, et Hugo a S. Victore l. 2. Theolog. erudit. c. 22. *Sequitur Offerenda, quae inde nomen accepit, quod tunc populus ſua munera offerat. Dicto Symbolo cantatur Offertorium, ſive Offerenda, vt aliqui dicunt*. (2) Oblatio panis et vini ad ſacrificium. Guidonis diſciplina Farfenſis c. 8. *Offerendam cuncti faciant, pacem vnus accipiat*. Ibid. infra: *Offerendam atque pacem vnus faciat*. V. *Offertorium*. (3) Oblatio quaeuis, Gallis *Offrande*. Occurrit in Charta pro Eccleſia S. Andreae Viennenſis in Probat. Hiſtoriae Sabaudiae p. 7. et in alia apud Perardum p. 29.

† OFFERENDARIUS CALIX. Nominis rationem profert Ordo eccleſ. Ambroſ. Mediol. ap. Murat. t. 4. Antiq. med. aeui p. 852. V. in *Offertorium*.

OFFERENTES, qui tributa inferunt, collatores, in leg. 3. et 8. Cod. Th. de Tyronib. apud Ammian. lib. 19. et Senatorem l. 11. Ep. 7.

OFFERENTIA. (1) Idem quod *Offerenda*. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 5. *Poſt Offerentiam maioris Miſſae, etc.* (2) Oblatio, ſeu prouentus oblationum. Charta Willelmi Comitis Pictauenſis apud Beslium p. 425.

OFFERRE. (1) Sacroſanctum Miſſae ſacrificium celebrare. Ita vſurpat S. Cyprianus Ep. 12. 63. et 77. qui interdum *Sacrificium offerre* dixit lib. de Lapſis, Ep. 54. 68. OFFERRE SUSCEPTIONE dicitur Epiſcopus aut Sacerdos, qui in aliena parochia eſt: non enim ei licet Miſſam celebrare, ſed diuinam Euchariſtiam a proprio Sacerdote *ſuſcipere* debet, ſeu cum caeteris fidelibus communicare. Populus enim cum Sacerdote ſacra faciente offert, ſed *ſuſceptione*, non autem Confectione Euchariſtiae. Canones S. Patricii cap. 30. OFFERRE dicebantur praeterea Chriſtiani Laici, qui panem in Eccleſiam deferebant, et ibidem offerebant. Quippe Sacerdos ex pane particulam, ex vino ſorbitionem deſumebat, quibus ſacrificabat: vnde oblatio iſta fidelium *Sacrificium* dicitur Cypriano in lib. de Opere et eleemoſyna: *Locuples et dives es, et Dominicum celebrare te credis, quae carbonam omnino non reſpicis, quae in dominicum ſine ſacrificio venis, quae tu partem de ſacrificio, quod pauper obtulit, ſumis*. OFFERRE AURUM, *thus, et myrrham* ad altare die Epiphaniae ſacro ſolitos Reges Franciae ſcribit Continuator vernaculus Guill. Nangii an. 1378. OFFERRI NOMINA FIDELIUM dicuntur apud veteres, cum eorum memoria et nomen

men e ſacris Diptychis recitabantur in Miſſae ſacrificio. S. Cyprianus Ep. 10. V. *Diptychum*. OFFERRE AD BAPTISMUM dicuntur *Patrini*, ſeu *geſtantes*, aut *ſuſceptores*, apud S. Auguſt. Ep. 23. et Homil. 50. c. 2. Ferrandus Diac. Carthag. *Nonne ſolos parvulos rite credimus Offerentium fide ſaluari etc.* OFFERRE, indicare. *Theſaurum offerre*, dicitur qui inuenit, et ultro fiſco indicat, in l. 1. Cod. Th. de Theſaur. et apud Senator lib. 6. var. c. 9. OFFERRE proximis ſuis *burgagia vel libera tenementa ſua* tenentur, qui ea *propter ſui paupertatem vendere vel inuadiare, aut ad feudifirmam dimittere* volunt: nec extranei ea emere aut ad feudifirmam accipere poſſunt, ſi proximi adſint, qui ea emere aut ad feudifirmam accipere velint, ex legibus Burgorum Scoticorum c. 115. Vide etiam *Oblati*. (2) † Auferre, in Ch. Mſ. Renati regis a. 1476.

OFFERSIO, oblatio, paſſim in Chartis Longobardicis. V. Chron. Farfenſe pag. 667. Vghellum to. 2. p. 123. etc. V. *Offertio*.

OFFERSIRE, pro *offerre*, in Charta Sikelgaitae vxoris Roberti Guiſcardi apud Vghell. to. 7. p. 396.

OFFERSOR, offerror, qui offert, in veteri Charta apud Vghellum to. 7. p. 1443.

OFFERTA. (1) Oblatio. Ch. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 178. col. 1. (2) † Vas ſacri miniſterii, quod *Patena* dicitur, in Tabul. monaſt. Caſſin.

OFFERTI, V. *Oblati*.

OFFERTIO, oblatio, in Charta Caroli M. an. 775. ſaec. 3. Benedict. part. 2. p. 265. *Ofertio*, in Praecepto Borelli Comitis an. 986. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 337.

† OFFERTORIA, pannus oblongus, quo *offerta* ſeu patena inuoluitur inter Miſſarum ſolennia. Areſt. Mſ. a. 1321.

OFFERTORIALE SERVITIUM, quo quis totum ſe tradebat in obſequium Eccleſiae. Miracula S. Hucberti Tungr. Epiſc. ſaec. 4. Benedict. p. 298. V. *Oblati*.

OFFERTORIUM. (1) Papiae, *Oblatio, quae altari offertur et ſacrificatur a Pontificibus*. Seu vt eſt apud Ioannem de Ianua, *Locus vbi reponuntur, vel vbi fiunt oblationes*. Iſid. lib. 6. c. 19. *Offertorium tali ex cauſſa ſumpſit vocabulum; Fertum enim dicitur oblatio, quae altari offertur et ſacrificatur a Pontificibus, a quo Offertorium nominatur, quaſi propter fertum.* † OFFERTORIUM PANIS ET VINI, oblatio quae in exequiis fieri ſolet, inter Prob. t. 3. Hiſt. Nem. p. 305. V. *Offra* 2. (2) OFFERTORIUM, inter Miniſteria ſacra reponitur; ſed quid reuera ſit, non omnino inter ſcriptores conſtat. Onufrius et ex eo Ludouicus de Lacerda, aiunt eſſe ſindonem ſericeam, ſeu linteamen, in quo fidelium oblationes reponebantur. Sane oblationes fidelium in ſindono repoſitas teſtatur Ordo Romanus. In Inſtitutis Monaſterii Ciſtercienſis, apud Georgium Caſſandrum, in Liturgicis, *Offertorium ſericum* occurrit, ſed ad alios vſus: *Aqua etiam cum argento colatorio ab vno Diaconorum nihilominus cappa induto cum Offertorio ſerico offertur*. Sic Offertorium fuerit pannus oblongus, quo inuoluitur calix, cum a Diacono offertur Sacerdoti. Verum etſi ſindonem iſtam *Offertorium* appellatam concedatur: aliud tamen fuiſſe apud alios ſcriptores, quibus quidpiam ſolidum, et calicis, perinde, ac patenam, appendicem fuiſſe colligitur. Annales Anianenſes: *Calices aureos ſive argenteos, vel Offertoria cum patenulis et Offertoriis cum auro et gemmis ornatos*. Ardo Monachus in Vita ſancti Benedicti Abbatis Anianenſis num. 25. *Calices argenteos praegrandes, Offertoria argentea, et quidquid operi Dei neceſſarium eſſe conſpexit . . . acquiſiuit*. Idem ſcriptor infra num. 33. *Veſtes ſacras praebuit, calicem argenteum, Offertoria, etc.* Nec eſt quod *argentea* expungat Menardus, cum hanc vocem adiungant perinde alii. OFFERTORIOLUM, in miniſteriis ſacris, habetur etiam

etiam in Actis Murenſis Monaſterii p. 29. (3) Idem quod *Offerenda*, Cantus *qui inter offerendum cantatur*, vt eſt apud Walafridum Strab. lib. de Rebus Eccleſ. c. 22. Bernonem Augienſem lib. de Miſſa c. 1. *Offertorius cantus*, ad Theodoricum de Translat. S. Celſi Epiſc Trevir. n. 22. *Cantus Offertorii*, apud Honor. Auguſtod. l. 1. c. 77. (4) Oblatio quae Eccleſiis a fidelibus fit. Charta Godefridi Epiſcopi Ambianenſis an. 1108. ex Tabulario S. Arnulphi Criſpiacenſis: *Et exceptis Offertoriis totius anni, praeter Natiuitatis et Purificationis S. Mariae, etc.*

OFFERTORIUS, idem quod *Offertorium* prima notione. Vſus Culturae Cenoman. *Quando Diaconus dicet:* Partiti ſunt veſtimenta mea, *retrahuntur Offertorii a duobus Fratribus indutis.* Videntur intelligendae mappae altaris, quae etiamnum auferuntur, cum poſt ſacra Miſſarum ſolemnia, feria 5. in Coena Domini, recitantur haec verba: *Diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, etc.*

† OFFERTUM, offertorium, cum ſcilicet fideles accedunt ad ſacerdotem *patenam* oſculandi cauſſa. Ordinar. Mſ. S. Petri Aureae-vallis.

OFFERTURA. (1) Donum a fidelibus collatum inter ſacra, Gall. *Offrande.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 54. (2) † Oblatio quaeuis, in Chartul. Bitur.

OFFERTURIA, cymbium, vt videtur, in quo aſſeruantur micae thureae, Gall. *Navette.* Donatio S. Rudeſindi Epiſc. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 180. col. 2. *Lucerna, id eſt, thuribolorum ex auro cum ſua Offerturia, cepſas argenteas, etc.* Si non ſit Nauicula, ideo eſt quod *Offertorium* ſecunda notione.

OFFERTUS, oblatus, Gall. *Offert.* Anonymus ſuper Canonem Miſſae, ad calcem libri Iohannis Abrinc. de Offic. Eccl. p. 377. edit. 1679. V. *Oblatiarii.*

OFFERUMENTUM, vt *Offertura*, oblatio inter ſacra. Compendioſa beneficiorum expoſitio fol. 39. *Oblationes ſine Offerumenta, quae in ſacra liturgia altari ſunt, etc.* Feſtus: *Offerumenta dicebant, quae Offerebant:* quod Turnebus l. 16. Aduerſar. cap. 22. de iis accipiendum putat, quae in ſacris diis offerebantur.

OFFESA. Charta an. 1274. regnante Carolo Rege Siciliae, apud Ioannem Lucium lib. 4. de Regno Dalmatico c. 9. *Commodabit dictae Vniuerſitati Spalati duas galeas cum Offeſis et corredis ſuis, ſine hominibus, vsque ad finem dictae guerrae.* Occurrit ibi pluries.

OFFESSA, pro *Offenſa*, in Charta an. 1358. apud D Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. pag. 317. *Qui . . . iniuriam fecerint vel Offeſſam, etc.*

OFFEX, qui alicui *officit*, qui impedit, *Impeditor*, in Gloſſis Iuid. Fridegodus in S. Wilfrido Epiſcopo c. 53.

† OFFIBULARE, *concludere, circumdare.* Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641.

OFFICIALATUS. (1) *Officialis*, ſ. Procuratoris munus, apud Duell. l. 1. Miſcell. p. 113. (2) Officialis, ſeu judicis epiſcopalis, munus, Gall. *Officialité*, in Charta an. 1293. apud Sponium in Hiſt. Geneu. p. 78. V. *Officialis 3.*

† OFFICIALE, liber continens *officium* eccleſiaſticum. Hiſt. Nem. t. 1. Prob. p. 67.

OFFICIALIS. (1) Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Miniſter, ſeruus, Officialis.* Gloſſ. Graec. Lat. Τάξιωτης, *Apparitor, officialis.* Lex 1. Cod. Th. de Habitu quo vti oportet intra vrbem: *Officiales, per quos ſtatuta complentur, ac neceſſaria peraguntur.* Spartianus in Caracalla: *Non ignorantibus Marcio Agrippa, qui claſſi praerat, et praeterea pleriſque Officialium, impulſa Martialis.* (2) Procurator, adminiſtrator. Statuta Ardacenſia c. 10. apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. p. 113. (3) Adiutor. Vita S. Alpini Catalaun. Epiſc. Proprie autem *Officiales* appellantur iudices Epiſcopales, ſeu Epiſcoporum, in quos acrius inuehitur Petrus Bleſenſis Ep. 25. OFFICIALES ARCHIDIACONORUM, (nam et iurisdictionem habent, vti obſeruatum ſupra in *Archidiaconus*,) de quibus Prouinciale Cantuar. Eccleſiae lib. 3. tit. 1. et ibi Lindwodus.

(4) Cle-

(4) Clerici ac Sacerdotes qui in Eccleſia ſacra peragunt, in Charta an. 1072. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. pag. 274 et in alia an. 1174. ibid. p. 324. *Officialis*, *Sacrorum miniſter*, in Gloſſis Iſidori: *Officiales et chori miniſtri*, in Concilio Mexicano an. 1585. OFFICIALIS DE BANDO. Prima Curia Generalis Cataloniae ſub Iacobo Rege Aragon. an. 1291. *Quod nos vel ſucceſſores noſtri non imponamus vicarium vel alium Officialem de Bando in illo loco quo fuerit de bando.* Eadem habentur in alia an. 1333. ſub Alphonſo Rege. OFFICIALES CLAUSTRI, iudices a Monachis inſtituti. Charta Friederici Ducis Auſtriae an. 1312. apud Ludewig. to. 4. p. 188. OFFICIALIS FORANEUS, ruralis, cuius diſtrictus eſt extra vrbem. Diploma Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1397. apud Ludewig. to. 5. p. 18. V. *Officium Foraneum.* (5) OFFICIALIS LIBER, qui alias *Manuale Sacramentorum* dicitur, in Concilio Toletano IV. can. 26. in Concilio Moguntino cap. 12. etc. *Officialis liber*, apud Agobardum de Correct. Antiphonarii cap. 19. qui partem aliquam officii Eccleſiaſtici continet. Ita vero in MSS. Codd. liber Amalarii inſcribitur; *Liber Officialis Amalarii Corepiſcopi, id eſt, de Eccleſiaſtico ordine, caeteriſque officiis. Officiarium*, in Hiſt. Abbatiae Condomenſis pag. 504. *Liber officiorum*, in Vita Aldrici Epiſc. Cenoman. n. 26. *Officialis libellus*, in Indice vett. Canon. to. 3. Conc., Hiſp. pag. 10. † *Officialis*, nudè, apud Meichelbec. to. 2. Hiſt. Friſing. p. 288. V. *Officiale.*

OFFICIALISTA, idem quod *Officialis*, qui munus aliquod exequitur. Miracula B. Simonis de Lipnica, to. 5. Iulii p. 575.

OFFICIALITAS, officium, munus. Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. to. 9. col. 547.

OFFICIALITER. (1) Officioſe, amice, beneuole, honorifice, Gall. *Officieuſement.* Vita B. Coletae, to. 1. Martii p. 540. (2) † Iure officii, in Scacar. S. Mich. a. 1229.

OFFICIANS, iuuans, valens, potens. Miracula S. Iſidori Agricolae, to. 3. Maii p. 622.

OFFICIARE. (1) Vgutio: *Funerare, ſepelire, Officiare, vt, Iſte funerat corpus, i. Officiat corpus, ſcilicet facit exequias funeris, et funeroſa officia agit.* Itinerarium Gregorii XI. PP. *Non licuit nos Officiare pro mortuis.* (2) Eccleſiam deſeruire, in ea Officium Eccleſiaſticum peragere. Charta Landolphi et Pandolphi Ducum Beneuentan. in Chronico S. Sophiae pag. 654. OFFICIARI dicuntur dies feſti, cum in iis proprium diei et feſti officium Eccleſiaſticum peragitur, apud Honorium Auguſtod. lib. 3. c. 71. et Durandum lib. 6. Ration. cap. 36. n. 3. *Officiata dies*, in Summula Raymundi, id eſt, *feſta dies*, vt eſt in Gloſſa ſuperlineari. OFFICIOSITAS, officii Eccleſiaſtici peractio, apud Durandum lib. 6. cap. 36. n. 4. (3) † Munere fungi, officium ſuum exercere, Gall. *Officier*, in Ch. a. 1314. t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 973. (4) † Miniſtrare, ſuppeditare, ap. Oefelium t. 1. Script. p. 762.

OFFICIARIUM, liber continens diuina officia in choro peragenda. Necrologium Parthenonis S. Petri de Caſa.

OFFICIARIUS. (1) Gerens aliquod munus, Gall. *Officier.* Occurrit paſſim. V. *Officialis.* (2) † OFFICIARIUS COMMUNITATIS, in Reg. Capitul. eccleſ Carnot. appellatur Canonicus, cui accepti et expenſi ratio committitur.

† OFFICIATIO. (1) Seruitium, quod alicui eccleſiae impenditur. Annal. Praemonſtr. t. 2. Prob. p. 91. (2) Officium eccleſiaſticum, dies feſtus, in Suppl. ad Miraeum p. 438.

OFFICIATOR. (1) Gall. *Officiant*, celebrans, qui primas obit partes in officiis diuinis. Appendix ad acta S. Henrici Imp. to. 3. Iulii p. 788.

OFFICIATUS. (1) Qui officio aliquo fungitur, vel miniſterio, in Monaſteriis et alibi. Chronicon Trudonenſe lib. 8. p. 449. *Satagebat multa anxietate, . . . multoque labore apud Officiatos, maxime apud Folcardum*

fratrem noſtrum, etc. (2) † Cantor, in Breuiar. Mſ. eccleſ. Auxit.

OFFICINAE, in Monaſteriis, dictae aediculae, in quibus aſſeruantur quae ad victus aut alios vſus Monachorum ſpectant. Ioan. de Ianua: *Officina, locus vbi ſunt officia.* Ratpertus Monachus de Caſibus S. Galli cap. 6. *Denique Cellario cunctisque ſimilibus Monaſterii officinis laicales praefecit perſonas, etc.* OFFICINALE, eadem notione, in Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis num. 14. OFFICINALIS DOMUS, in Chronico Moſomenſi apud Acher. to. 7. Spicil. pag. 650. OFFICINAE ECCLESIAE, Sacella, Gall. *Chapelles.* Chronicon Fiſcamnenſe MS. part. 2. p. 126.

OFFICINATOR, praecipuus inter opifices, opifex, faber, qui caeteris fabris praeeſt. Gloſſae veteres: *Officinatores, ἐργαστηριάρχαι.* Aliae Gr. Lat. apud Martinium: *ἐργαστηριάρχης, Tabernarius.* V. Diſſertat. 23. ad Ioinuillam p. 286.

OFFICINATUS, inſtructus officinis. Vita S. Hiltrudis Virg. ſaec. 3. Benedict. part. 2. p. 421.

OFFICINULA, cellula. Ioannes a Bayono de Abbatibus Medianis in Hiſt. eiusd. Monaſt. p. 289.

OFFICINUM, pro *Officina.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi c. 17.

OFFICIOLATUS, dignitates, munia publica. Occurrit ſaepe in leg. Hungaricis, et apud Thwroczium in Ladislao c. 58.

OFFICIOLUM, liber complectens preces ſeu officium eccleſiaſticum, Ital. *Officiuolo.* Annal. Mediol. apud Murator. to 16. col. 808.

OFFICIONARIUS, officiarius, miniſter Iudicis, Praeſidis, in Hiſtoria Translationis S. Sebaſtiani n. 29. in Actis S. Thyrſi Martyr. num. 31. et alibi paſſim in Actis Martyrum. OFFICIONARIUS FRATER, monachus, de cuius officio hoc vnum nouimus, quod habet Guido in Diſciplina Farfenſi lib. 2. c. 25. Non video quis ſit ille *Officionarius*, niſi forte Sacerdos ipſe qui ſacra faciebat. Nomen belle conuenit, caetera, vt videtur, non ita bene. V. *Offerenda.*

OFFICIOSITAS, (1) Officium, munus. Eulogius Cordubenſis lib. 1. Memor. Sanctor. (2) Benignitas, comitas, procliuitas ad praeſtanda officia ſiue beneficia. Martinus Epiſc. ſaec. 6. in Libello ſeu Formula vitae honeſtae, apud Stephanotium tom. 8. Fragm. MSS. p. 225. (3) V. in *Officiare.*

OFFICIPERDI, *qui laboris non habent remunerationem, Caponi quoque* (in Diſtichis) *dicuntur Officiperdi.* Ita Gloſſ. Iſid. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. c. 7.

Perditio ſigni defectum ſignat, abhinc quin
Nomen ei creſcat, quod dicitur Officiperdi.

Apud Petrum Bleſenſem Ep. 25.

Nam genus hoc hominum, quod dicitur Officiperdi.

Officiperdi vel *Officiperdae* proprie ſunt ingrati, qui perdunt officia ſeu beneficia, cum non reddunt gratiam, vt patet ex Catonis Diſticho, vbi:

Gratior officiis, quo ſis mage clarior, eſto,
Ne nomen ſubeas, quod dicitur Officiperda.

OFFICIUM. (1) Officialis, Miniſter Iudicis, Magiſtratus apparitura, Palatina militia. Gloſſ. Graec. Lat. *Τάξις ἐγχωρίων, Officium, Apparitio.* Gloſſae aliae: *Officium, τάξις.* Acta Proconſularia ſub Munatio Felice, apud Auguſtinum lib. 3. contra Creſconium c. 29. *Non eos nominas. Paulus Epiſcopus dixit: Nouit Officium publicum, id eſt, Edeſſins et Iunius Exceptores.* (2) Interdum ſumitur pro *Obſequio*, ſeu comitatu domeſticorum. Bundemundus in Vita S. Amandi num. 5. *Rurſum cum Officio Clericorum Romam perrexit.* V. Regulam Magiſtri c. 93. (3) Munus, vel curia Officialis Epiſcopi, Gall. *Officialité.* Charta Officialis Rotomag. an. 1468. ex Archiuo B. M. de Bono-nuntio Rotomag. *Officium noſtrum ſuper hoc humiliter implorando, etc.* (4)

OFFICIUM ECCLESIASTICUM,

a S.

a S. Hieronymo, Damaſo PP. rogante, primitus ordinatum fuiſſe aiunt: ordinauit enim ille, inquit Durandus lib. 5. Ration. cap. 2. num. 3. quantum de Pſalmis in Dominica, quantum in ſecunda feria, et quantum in tertia feria, et ſic deinceps legeretur. Euangelia quoque et Epiſtolas, etc. quae de nouo et veteri Teſtamento in Eccleſia leguntur, praeter cantum magna ex parte ordinauit, cuius operis exemplum idem Hieronymus Romam miſit, et a Damaſo PP. canonizatum eſt, et praeceptum a cunctis Eccleſiis obſeruari. Poſtmodum Gregorius et Gelaſius orationes et cantus addiderunt, et lectionibus, et euangeliis Reſponſoria coaptauerunt. Gradualia vero, Tractus et Alleluia, Ambroſius, Gelaſius et Gregorius ad Miſſam cantari inſtituerunt. Exhinc duplex in Eccleſia officium obtinuit, Gregorianum et Ambroſianum: ſed Gregorianum tandem praelatum Ambroſiano, Carolo M. imperante, quod Ambroſius multa inſtituiſſe diceretur iuxta ritum Graecorum, illudque in ſola Mediolanenſi Eccleſia deinceps receptum eſt. Haec fere idem Durandus, cui adiungendi alii, qui de Officiis Eccleſiaſticis ex profeſſo ſcripſere, atque inprimis Cardinalis Bona lib. 2. Rerum Liturgicar. OFFICIUM GRADALE, V. in *Gradale*. OFFICIUM, PLENARIUM, ſolemne. Conuentus Aquisgranenſis an. 817. c. 46. † OFFICIUM EXEQUIALE, quod in exequiis peragi ſolet. Ch. Mſ. a. 1227. † OFFICIUM GENERALE, ſolemniori, quo poteſt, ritu pro defunctis celebratum. Necrol. Mſ. Caſal. † OFFICIUM VNIVERSALE, idem, in Act. Mſ. Senenſ. (5) Introitus Miſſae, vel Miſſa ipſa officii diuini pars praecipua. Ordinarium S. Germani Pariſ. in feſto Dedicationis Eccl. inter Probat. Hiſt. eiusd. Monaſt. p. 159. col. 1. *Poſtea incipiet D. Abbas*, Pax aeterna. *Officium*, Terribilis eſt, etc. (6) OFFICIA, loca vbi conſiſtunt Officia, ſeu Miniſtri Auguſtales in Palatiis. Vita S. Dominitiani. (7) OFFICIA, ſeu *Offices*, vulgo etiam appellant Galli, quae alii *officinas* vocant, ſeu aedificia Monachorum vſibus et officiis addicta. Radulfus de Diceto an. 1071. (8) Miniſterium ſeu feudum, ratione cuius vaſſallus obſequium certum domino debebat, in Probat. Hiſt. Guin. pag. 515. 626. OFFICIA FEUDALIA, *familiae Abbatis S. Bernardi de Romanis*, recenſentur in Charta an. 1240. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 142. (9) Miniſterium. Thwroczius in Attila c. 17. *Nauigii Officio Rheni flaminis alta ſecantes*, etc. (10) Acta Murenſia: *Cum XII. hominum pecora admantur in vnum, vocatur Officium, propterea quod non magiſtro committitur.* OFFICIUM FORANEVM, munus iudicis ruralis. Diploma Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1297. apud Ludewig. to. 5. p. 19. (11) † Oblatio quaeuis, emolumentum, reditus quilibet. Ch. Mſ. a. 1030. (12) † OFFICIUM DIVINUM, expeditio Hieroſolymitana, in Chartul. Campan. (13) † OFFICIUM FORMATUM, munus ſtabile, a quo, qui eo donatus eſt, ad nutum reuocari nequit. Hiſt. Nem. t. 3. Prob. p. 279. OFFICIUM MAIESTATIS, ius regium ſeu ſupremum. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1358. (14) † Diſtrictus, territorium, iurisdictio, pagus, apud Meichelbec. t. 1. Hiſt. Friſing. p. 380. (15) † Artificium, Germ. Handwerk, in Ch. Mſ. a. 1218. (16) † Idem quod *Officina*, locus vbi merces venum exponuntur. Stat. Montispeſſ. Mſ.

OFFICIUNCULA, idem quod *Officinae*. Vita S. Hugonis Monachi Aeduenſis ſaec. 5. Benedict. p. 98.

† OFFIDUCIARE, pignori dare. Ch. a. 540. apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui, p. 1002.

OFFIMENTUM, *πηλὸς*, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerman. et aliis. *Coenum, fimentum*, in Amalthea, ab *ob* et *fimus*, vt Martinius habet in Lexico.

† OFFISSARE, celebrare, officio eccleſiaſtico praeeſſe. Stat. eccl. S. Petri Redon.

OFFOCARE, ſuffocare. Sextus Placitus ſeu Platonicus de Medicina animalium lib. 1. c. 1.

OFFOCATAE LITERAE. Teſtam. an. 1035. to. 6. Spicil. Acher. pag. 436. *Boniſilius ſacer qui iſtum teſtamentum ſcripſit cum literis Offocatis in ſecundo verſu et ſuperpoſitis in XIX. et ſubſcripſit die et anno praefixo.* Vbi *Offocatas* puto dici literas nimio atramento conſpurcatas; quod monendum erat, ne ſuſpicio eſſet fraudis vel immutationis: qua de cautione dictum fuit in *Litura*.

† OFFRA. (1) Praeſtatio quae a ſubditis domino offerrur, oblatio, a Gall. *Offre*. Hiſt. Occit. t. 4. Prob. p. 302. (2) Oblatio quae in exequiis inter Miſſae ſolemnia fieri ſolet. Hiſt. Nem. t. 3. Prob. p. 125.

OFFRANDA, antiphona, quae canitur, cum panis et vinum in ſacris offeruntur Deo, Gall. *Offertoire*. Fragm. Hiſt. Monaſterii Noui Pictau. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1218.

† OFFRATOR, *apercularius*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641. pro *Effractor*. V. *Apercularius*.

OFFRETUM, pro *Orfretum* vel *Orfreſium*, a Gall. *Orfroy*, veſtis ſacrae ornamentum acu pictum, auro vel argento ſaepe diſtinctum. Inuentar. Eccl. Nouiom. an. 1419. V. *Aurifrigia*.

OFFULA, *poena vel percuſſio*, apud Papiam.

OFFUS, pro *Noffus*, ſarcophagus, V. *Noffus*.

OFFUSCARE, caliginem offundere, Gall. *Offuſquer*, Ital. *Offuſcare*. *Sol Offuſcabatur et facies eius erat cooperta*, in Chronico Petri Azari apud Murator. tom. 16. col. 416. *Offuſcare iuſtitiam*, Tertulliano lib. 2. adu. Marcion. c. 22. *Offuſcatus caligine*, apud Oroſium.

OFFUSCATIO, obſcuratio, caligatio, apud Tertullianum lib. 1. ad Nation. cap. 10. *Obfuſcatio dati et accepti*, Eccli. 41, 24. hoc eſt, fraus in dando et accipiendo.

OFFUSCATUS, ſordidus. Concilium incerti loci apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 163.

† OFFUSIO, occupatio, irruptio. Epiſt. Roberti reg. a. 1328.

OFFATINUS. Exſtat apud Ioan. Lucium de Regno Dalmatico lib. 5. 2. Diploma Mariae Reginae Hungariae, quod ſic claudiſur: *Datum . . . 1387. ſub ſigillo Butcho Comitis Corbauiae, curiae noſtrae Magiſtri Oſpatini. His praeterea fiduimus facere ſigillari ſigilli praedicti Oſpatini curiae noſtrae, quia ad praeſens ſigillo careamus.*

OGA, anſer, Gall. *Oye*, V. *Auca*.

OGARA, ſpecies nauis, vt videtur. († Vel potius tranſtra ſeu ſcammum, vbi ſedent remiges, a Prouinc. *Oguer*, remex.) Informationes ciuitatis Maſſil. de paſſagio transmarino e MS. Sangerman. vbi de formis et menſuris galearum. *Item Ogara CXX remos* (habere debet).

OGETHARIUS, in Regiam Maieſtatem lib. 4. c. 31. §. 3. Hybernicum nomen dignitatis, vulgo *Ochiern*, quo loco aequiparatur Thano.

OGIRE, pro obire. Gloſſ. Iſid. *Ogit, Moritur*.

OGIS. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII. Rege Franc. p. 290.

Rex regum mundi venerabilis ille Philippus,
Catholicae fidei calidus defenſor et Ogis.

OGLATA, OGLATTA, († oliuetum.) Charta Auae Comitiſſae Ruſcinonenſis an. 971. edita a Baluzio in Append. ad Capitul. num. 144. *Siluis, garricis, aquis, aquarumue ductibus vel reductibus earum, Oglatis tam ruſticum, quam et orbanum, etc.* Charta an. 1032. apud Columbum in Sanrufenſibus Canonicis: *Curtis, hortis, Oglateis, paſcuis, vineis, campis, etc.* VGLATA, eadem ſignificatione. Charta an. 1057. ex eod. S. Victoris Archiuo, armar. Forojul. num 30. † OGGLATUM, in Hiſt. Nem. t. 1. Prob. p. 20.

† OGLEARIUS, fax, taeda, vt videtur, in Act. SS. t. 6. Iul. p. 659.

OIANCIA, ſpecies tributi, Gall. *Oyance*. Literae Officialis Pariſ. an. 1248. e Charrulario AB. Sangerman. fol. 10. *Domum domini Bartholomaei Mili-*

Militis . . . oneratum VI. denar. capitalis cenſus, vna mina auenae, II. caponibus, I. gallina, II. denariis de Oiancia, releuamento et tallia . . . Abbas et Conuentus abſoluerant . . . ab huiusmodi onere cenſus, reddituſ, conſuetudinis, conſtumae, releuamenti et talliae. Ex quibus *Oiancia* videtur idem quod *conſuetudo* ſeu *conſtume*, cum hae voces illi ſubſtituantur. Quae vero tributi ſpecies *Oiancia* fuerit, ſaltem apud Aurelianenſes, clarius diſcimus ex Regeſto Camerae Comput. Bleſenſis initio ſaeculi XIV. vt videtur, exarato, cui titulus: *Ce ſont les reuues d'Orliens et des apartenances.* Ibi legitur art. 19. *Oances eſt vne reuue qui vaut VIII. lib. ou X. lib. et peut croiſtre et deſcroitre. Et eſt iſſi que chaſcun de ceus qui eſt des Oiances doit X. el. le jor des Oiances et a vne piece de char cuite de requeneiſſance, qui vaut II. d. ou III. d. et à tant il eſt quite des couſtumes et des toules, que il ne doive riens de riens, que il achatens ou vendens. Si aucun vent entres és Oiances il covient que il en cheviſſe aus reuuiers le Roi ou aus toulaiers l'Eveſque.* V. *Audientia.*

† OIGNONNUS, cepa, Gall. *Oignon.* Ch. Mſ. a. 1266.

† OISELLARE, aucupari, a Gall. *oiſeler*, in Ch. Mſ. a. 1320.

OLA. (1) *Summi humeri pars poſterior*, in Gloſſis antiquis MSS. (2) Chartae an. 1220. tom. 2. Maceriarum Inſulae Barbarae p. 532. *Chanuaria de Rimillieu, duo curtilia ad Olas, curtilia della Tiriveri.* Legend. omnino videtur, *Curtilia ad Olas*, horti olitorii.

OLACITAS, fetor, V. mox in *Olax.*

OLALOGIA. Vita S. Ethildritae ſaec. 2. Benedict. p. 769. *Rex Edredus ex hac vita diſceſſit, cui ſucceſſit frater ipſius Elwredus: qui acer ingenii per Baldum et Ioannem doctiſſimos monachos tantum inſtructus eſt, vt in breui notitiam omnium librorum haberet, totumque nouum et vetus Teſtamentum in Olalogiam Anglicae gentis transmutaret.* Hoc eſt, vt videtur, in linguam Anglicam redderet. Vox ducta ab *Olographus* ſeu *Holographus*, propria manu exaratus, Gr. ὁλόγραφος. Vnde Iurisconſulti ὁλόγραφον vocant Teſtamentum, quod teſtatoris manu perſcriptum eſt, non autem ſola ſubſcriptione firmatum. V. *Holographus.*

OLAMEN, ſ. idem quod *Oleamen*, quo poſteriori vocabulo vtitur Scribonius Largus Compoſit. 269. Factum ex oleo. († Vel potius meſſoria falx, a Prou. *Oulame.*) Transactio Guillelmi Comitis Forcalquerii cum Monachis Montis-maioris ann. 1212. *Teſtes probauerunt monaſterium habuiſſe pacifice ab omnibus ibi piſcantibus ſingulis ſeptimanis leuatam piſcium, exceptis die Lunae et ſingulis noctibus, ſingulos obolos pro ſingulis nancis, aut tres denarios pro vna ſeptimana, et a ſanmaderiis ſingulos colligentibus ſingulis pabelum cum biſpio aut Olamine ſingulis annis tres denarios, et de auibus crenis ſtrenuum pro pulmento et de venatione capita agrorum et quarterios aliarum ferarum.* Locum non ſatis accurate, vt videtur, excerptum, non licuit ex autographo emendare.

OLAX, OLIDUS, et *Olacitas*, *foetulentia, olor*, in Gloſſ. Iſidori. Ioh. de Ianua: *Olax ab Olere, i. Olens, qui aſſidue olet; Puant;* in Gloſſis Lat. Gall. Sangerman. *vnde Olaciter*, aduerb. eidem de Ianua: Vtitur Martianus Capella lib. 1. *Hains greſſus incerti, atque Olacis temeti madoribus implicati.*

OLBA. Verſus MSS. citati in Gloſſa ad Diſticha Magiſtri Cornuti:

Vrceus, vrceolus, eſt olla, vel amphora, teſta,
Olla, vel idria ſit vas, vini dico lagenam,
Oba, vel onophorus, ſed et orca, fidelia, vas eſt,
† *Olbaque iungatur Monachis appropriatum.*

OLCA. (1) Gall. *Ouſche*, vel *Oſche*, in Conſuetudine Niuern. c. 6. art. 1. et in Regeſto cenſuum et feodor. Carnotenſ. pag. 21. German. Eſche, Oeſche, terrae portio arabilis, foſſis vel ſaepibus vndique clauſa; († hortus quoque vel pomarium, ita clauſum.)

ſum.) Ita paſſim in veteriſb. Chartis S. Sulpicii Bituric. S. Sergii Andegau. in Tabulario S. Dionyſii de Capella dioeceſ. Biturie. etc. Gregorius Turon. de Gloria Confeſſ. c. 69. *Erat autem haud procul a baſilica, campus tellure foecundus, tales enim incolae* (Campani) *Olcas vocant.* Formulae Pithoei c. 36. *Concedimus tibi Olca in villa noſtra illa quam illa foemina quondam tenuit.* Tabular. S. Cyrici Niuern. Ch. 25. *Paginulam terrae, quae vulgo Olca vocatur.* OLQUA. Martyrologium Eccl. Autiſſiod. apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 700. OCHIA. Regeſtum Feodorum Campaniae fol. 53. *Guido de Mellegniaco tenet de Domino Campaniae Porchiacum . . . praeter coemeterium et vnam Ochiam vel duas.* OLCHA, apud Mabillon. in vita B. Bernonis Abb. ſaec. 5. Benedict. p. 76. Tabularium Vindocinenſe Ch. 240. OLCHIA et OSCHIA, promiſcue in Tabulario Prioratus Neronis-villae. OSCHIA, in Tabulario Autiſſiodorenſi et Neronis-villae, paſſim. OSCHA, in Tabulario Monaſterii S. Vincentii Cenomanenſis fol. 68. verſo. OSCA, in Charta ann. 1082. apud Sammarthanos in Abbat. pag. 5. 397. Charta Hugonis Archiep. Senonenſis a. 1154. in Tabul. Abbat. Ferrarienſis: *Scilicet apud manſum Oſcam vnam, quam tenet Girardus . . . ad Longam quercum Oſcam aliam, quae de feodo Martini, etc.* OSKA. Enumeratio feodi Girardi de Ham Militis an. 1293. ex Tabul. Corbeienſi. OCA. Tabularium S. Vincentii Cenoman. fol. 5. OCHA, in Teſtamento Herberti Comitis Viromand. ann. 1059. apud Ioan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi p. 7. HOCHIA. Charta an. 1246. in Chartul. Campan. Bibliothec. Reg. fol. 529. OLCHIA, cenſus vel praeſtationis ſpecies. Charta liberatum oppidi *des Ais*, in Biturigib. *Cenſus autem meos, et venditiones, et Olchiam meam mihi retineo, ſicut ſolitus ſum.* Videntur afficta ea vocabula ex Latino *Occare*, βωλοκοπεῖν, in Gloſſ. Graec. Lat. glebas confringere, ita vt *Olca*, *Oc-*

chia, *Oſchia*, fuerit ager *Occatus*, ſeu ruptus; proſciſſus, *terre à labeur*, ex quo pro modulo agri forte tanto, quantus per vnum diem *occari* poterat, vſurpata vox deinceps fuerit. V. *Occhia*, *Oglasa*, et *Paſcina*. (2) In Gloſſis antiquis MSS. *Gemma barbarici nominis, ex fulvo et nigro viridique et candido eſt.* V. *Olea* 2.

OLCARIUS. Statuta Vercell. fol. 212. *Qui etiam promittas de non exercendo vnquam per ſeipſum manualiter officia barberiorum, peltipariorum, fornariorum, mollinariorum, criuellorum, Olcariorum, bechariorum, piſtatorum, etc.* An figulus, quaſi *Orcarius*, *r* in *l* mutato, vt alibi ſaepe, ab Italico *Orca*, vas teſtaceum?

OLDA. (1) *Diſtinctio, diverticulum*, Ioan. de Ianua. Gloſſae antiquae MSS. habent, *Diſtrictio ſive diverticulum.* (2) Literae Angeli Pechinoli ad Innocentium VIII. PP. an. 1489. apud Ill. Fontanium ad calcem Antiquit. Hortae pag. 486. *Deminus Rex longe mitius ſe habuit et mitiores, vt dicunt, Oldas, id eſt, pecuniarum tributa, impoſuit oppidis Auſtriae, quae reſtant bello occupanda, quam alias cum Catholica Maieſtate egerit.*

OLDERMANNI, olim dicti in vrbe Groningana, qui negotiantium diſciplinae, et iuri nautico tuendo, ea dirimendis inde natis controuerſiis praefectae erant. V. Vbbonem Emmium in Groninga p. 165. V. *Aldermannus.*

OLEA. (1) *Pondus eſt, vtinet tres ſcrupulos.* Papias. (2) Papias: *Olea, gemma, barbarum eſt: ex fulvo et nigro, viridique et candido conſtat.* Neſcio an de hac *Olea* intelligendus ſit Anaſtaſius in Leone IV. PP. pag. 188. *Es ſuper illud Ciborium fecit Oleas, quae pendent in circuitu altaris habentes tabulas quatuor exauratas, necnon et gammadias numero quatuor.* Ibidem pag. 196. *Obtulit tres Oleas maſoricas, admirabilis pulchritudinis, ſerico textas, coloreque depictas, quae videlicet feſtis diebus in circuitu altaris maioris dependerent.* Certe cum ſoli-

ſolidum quid fuerint *Oleae*, quae in circuitu Ciborii dependerent, haud abſonum videtur exiſtimare fuiſſe grandiores gemmas, aut quid ſimile in gemmae grandioris orbiculatae figuram, atque adeo ex *murrhina* materia: quod non modo ſuadent vox *maſorica*, quae idem valet ac *murrhina*, ſed et colores Oleae, quibus murrham conſtitiſſe ſcribit Plinius lib. 37. cap. 2. nam quod *ſerico textae oleae* dicuntur Anaſtaſio, error eſt forte librarii, ita vt legendum ſit *ſerico tectae*. (3) † Mendoſe pro *Olea*, in Chartul. S. Hugon. epiſc. Gratianop.

OLEAGO, γλοιὸς, in Gloſſis Cyrilli, ſordes olei, quae in balneis atque etiam palaeſtra ab hominum oleo vnctorum cute deradebantur, Strigmenta.

OLEAMENTUM, res odorifera. Canonizatio B. Aloyzii, tom. 4. Iunii p. 1139. Pro eo quod ex oleo factum eſt, vtitur Scribonius Largus Compoſit. 222.

OLEARE, V. infra *Olerare*.

OLEARIUM, Ἐλαιοπωλεῖον, in Gloſſ. Graec. Lat. eſt etiam ibidem ἐλαιοφόρον.

† OLEATOR, qui oleum vendit, et molendinum olearium curat, apud Pez. t. 6. Anecd. part. 3. p. 75. V. *Olerius*.

OLEATRIX, quae vendit oleum. Miracula B. Stanislai Canonici Regul. tom. 1. Maii p. 790.

OLEATUM, cibus oleo conditus. Regula Mellicenſis in Chronico eiusdem Monaſterii p. 412. col. 2.

OLEATUS, ſacra ſeu extrema vnctione munitus. Miracula MSS. Vrbani V. PP. Alias *Oleatus* idem eſt quod oleo imbutus, vt Num. 11, 8. V. *Inoleare*.

OLEIFERALE, V. *Oliferale*.

OLEMOTITANI, DENARII, f. pro *Olitani* vel *Olitani*, antiqui. Charta Eccleſiae Nemauſ. ann. 1023. inter Inſtrum. to. 2. Gall. Chriſt. col. 227.

OLEPORA, *Fromage*, in veteri Gloſſar. Lat. Gall. MS. ex Biblioth. Thuan. an. 525.

OLERARE, *plantare olera, vel oleribus uti. Deolerare, exolerare, valde deolerare, vel olera auferre.* Io. de Ianua. Papias: *Holerare, olera culturare . . . olus, oleris, vnde Olerare.* Perperam in Gloſſ. MS. S. Andreae Andaon. *Oleare, Plantare.* Acta SS. Iulii to. 4. p. 149. de S. Helerio: *Hortulum conſtruxerat, atque propriis manibus Olerauerat.*

OLERATOR, vel HOLERATOR ab *holus*, vt non ſemel ſcribitur apud Antiquos, qui vendit olera. Gloſſ. Lat. Graec. *Holerator*, λαχανοπώλης.

† OLERIUS, OLIERIUS, i. q. *Oleator*, in Ch. Mſ. a. 1407.

OLERONIANA LEX, V. in *Lex*.

OLESCERE. Gloſſ. Gr. Lat. MS. Αὐξανομαι, *Oleſco, gliſco, creſco.* Αὐξομαι, *Creſco, Oleſco.* Virgil. *Modis Inoleſcere miris.* Agnellus in S. Sergio Epiſc. Ravenn. apud Murator. tom. 2. p. 172. *Non poſſumus per tanta diſcurrere, quia Oleſcit*; (i. e. in immenſum creſcit, nimis longum eſt) *tamen compendii proferimus cauſa.* Lucretius lib. 2.

OLETANUS, antiquus, Germ. alt. Acta SS. Aprilis to. 3. p. 6. de S. Sotere PP. *Quaeque per Oletana tempora defecta vetuſtate marcuerat.* Melius infra *Olitanus*.

OLETARE, oleto inquinare. Lex apud Frontinum de Aquaeduct. lib. 2.

† OLETUM, *la puça, e logo da ſpandere aqua.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OLEUM. Triplex conſecratur et benedicitur ſeparatim et diuiſim feria quinta Maioris Hebdomadae, ſcilicet *Oleum pro infirmis, Oleum ad chriſma, et Oleum ad Catechumenos vngendos*, vt eſt in Ordine Romano, et apud Honorium Auguſtod. lib. 3. cap. 80. 81. 82. OLEUM EXORCIZATUM, vel Chriſma, ſeu *Chriſmale Oleum*. Huius Exorciſmus perinde exſtat in Ordine Romano. OLEUM BENEDICTUM, quod a Pontificibus aut viris ſanctitate conſpicuis benedicebatur, et quo eccleſiae catholicae aſſeclae ad expellendos morbos, aut daemonas ab energumenis fugandos vtuntur. S. Hieron. in Vita S. Hilarionis. OLEUM S. CATHARINAE, de quo Boethius in deſcriptione Scotiae p. 6. OLEUM SANCTAE CRUCIS,

quod a Leontio Exconſule Gregorio M. miſſum, vt ipſemet Gregorius teſtatur lib. 7. ind. 1. Epiſt. 35. ſcribit Beda de Locis SS. c. 20.

OLEUM LARDINUM, in fragmento Hiſtorico de Concilio Aquisgranenſi, pro pinguedine, ſeu *Garo: Et quia oleum oliuarum non habent Franci, voluerunt Epiſcopi vt* (Canonici) *Oleo lardino vtantur.* Perperam editum *lardino.*

OLFACITAS. Gloſſ. Longobard. S. Germani Pariſ. *Gaſtrimargia, gula vel Olfacitas.*

OLFACTORIUM, *vas vnguentarium muliebre, in quo odoramenta geſtantur.* Io. de Ianua, ex Gloſſis antiquis MSS. Iſidorus lib. 19. Orig. c. 31. habet *Olfactoriolum*, vt et ver. Interpres Iſaiae 3. 20.

OLFANS, olfaciens. Iacobus Cardinalis in Vita S. Petri Caeleſtini Papae.

OLIBANUM, thus, Ital. *Olibano.* Charta Benedicti PP. an. 1033. apud Vghellum to. 1. part. 1. pag. 124.

OLIBARIUS, pro *Oliuarius*, Gall. *Olivier*, olea. Bulla Benedicti VIII. PP. an. 1017 Marcae Hiſp. col. 1003.

† OLIBETUM, Oliuetum, ap. Creſcemb. in Hiſt. S. Mariae in Coſmed. l. 2. c. 7.

† OLICIUM, horreum, locus in quo grana reconduntur. Annal. Praemonſtr. t. 1. Prob. p. 659.

OLICIUS. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Capas duas, . . . toalias Olicias duas, vna cum argento, etc.*

OLIDUS, V. *Olax.*

OLIERIUS, V. *Olerius.*

OLIFERALE, ſeu OLEIFERALE, quemadmodum *ceroferale*, vas in quo continetur oleum ad lucernas. Vita S. Drauſii Epiſc. Sueſſ. n. 16.

OLIFLAMMA, V. *Auriflamma.*

OLIGARCHIA, Ὀλιγαρχία, paucorum dominatus. Engelhuſius in Chronico apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 1131.

OLIMARE, V. in *Limpidare.*

OLIMENTUM, odor. Acta SS. Maii to. 7. pag. 832. de S. Humilitate.

OLIMINARE, V. in *Limpidare.*

† OLIOSUS, olearius, in Ch. Mſ. a. 1320.

OLITANUS, antiquus, vetus, ex voce *olim.* Gloſſ. Gr. Lat. Ἀρχαῖος. *Antiquus, Olitanus, priſtinus, veteſtus.* Anaſtaſius in Vitis PP. p. 113. 116. 117. 119. 122. *Per Olitana tempora.*

OLITARIUS, idem, in eodem Codice Carolino Epiſtola 71. *Olitaria traditione.* Niſi legendum ſit, procliui mendo, *Olitana.*

OLIVAE DIES, Dominica oliuarum ſeu palmarum. Acta SS. Iulii to. 3. p. 285. Vide *Dominica in Palmis.*

OLIVARIUM, ἐλαιών, in Gloſſis Lat. Graec. Sangermanenſibus MSS. Oliuetum.

† OLIVARIUS, oliua, Gall. *Olivier.* in Ch. a. 1168. t. 2. Hiſt. Occit. Prob. p. 608.

OLIVASTELLUM, oliuetum, vt videtur. Vide locum in *Bilamna.*

OLIVATIO, ἐλαιοκολία, in Gloſſ. Graec. Lat.

† OLIVATUS, oliuis conſitus. Ch. a. 1383. ap. Lam. in Delic. erud.

OLIVAYRETUM, oliuetum, in Charta Maſſilienſi anni 1529.

† OLIVEDA, OLIVETA, oliuetum, in Ch. Mſ. a. 1320.

† OLIVEYRETUM, oliuetum, in Ch. Mſ.

OLIVITOR, qui oliuas curat, vt *vinitor*, vineas, apud Sidon. lib. 2. Epiſt. 9. Apuleius lib. 2. Floridorum.

OLLA. (1) Imbrex, tegula. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 62. (2) Genus vaſis vel menſurae, diſtinctum ab olla vulgari. Charta Archidiaconi Sueſſion. an. 1216. *Recognouerunt ſe vendidiſſe eccleſiae B. Medardi Sueſſion. decem et ſeptem ſextarios vinagii; ſcilicet vndecim Ollas et dimidium vini ſupra vineam . . . . et quatuor Ollas ſupra vineam*, etc. *Olla poteller argenti*, ibid. pag. 433.

OLLATA VINI, idem ac *Olla* 2. Charta an. 1317. ex Archiuo Caſtri Rlein. † Mendoſe pro *Oblata vini*, V. in *Oblata.*

OLLEGUS. Statuta Placentiae fol. 53. vo. *Quicumque poſuerit et meſcuerit Ollegos in vino, condemnetur* in XXV. *lib. Plac. pro qualibet vice: et qui collegerit ipſos Ollegos, condemnetur*

pro

pro qualibet vice in centum ſoldis: et qui habuerit ipſos Ollegos in domo, condemnetur in X. lib.

OLLITUS, olitus, foedus. S. Wilhelmi Conſtit. Hirſaug. lib. 1. c. 97.

OLLUS, ſ. taurus, Belg. *Olle.* Chronic. Florentii apud Eccardum de Orig. Domus Saxon. col. 59. *Centum et octoginta pullos et 30. ſchock ouorum, et vnumquodque ſchock 60. ona, et 36. Ollos, et 16. talenta argenti.*

OLOAGIOGRAPHA, ſacra Scriptura, ab ὅλος, totus, ἅγιος, ſanctus, et γραφή, ſcriptura. In Actis SS. Benedict. ſaec. 3. part. 2. p. 430.

† OLOATA, mendoſe pro *Cloaca*, L. 7. Ordin. reg. Franc. p. 663.

OLOBERUS, *veſtis totaliter deaurata*, in ver. Vocabulario vtriusque Iuris. Vide *Holouerus* et mox *Oloforus.*

OLOCRYSTALLINUS, totus ex cryſtallo. Helgaudus in Roberto Rege Franc.

OLOFLAMMA, Vide *Auriflamma.*

OLOFORUS. Gloſſae MSS. *Olofora, veſtis purpurea.* Papias: *Olofora, veſtis tota ex purpura.* Ex Iſidoro lib. 19. cap. 22. quippe, vt auctor eſt Salmaſius in Obſeruat. ad Ius Atticum, pro *Holoporphyra, tota ex purpura*, in MSS. legitur *Olofora.* Anaſtaſius in Vitis PP. pag. 34. *Pallia Olobera blattea.* Vbi editor monet in aliquot Codd. legi, *Olofera blatea.* Vide *Holouerus*, et eumdem Salmaſium ad Pollionem pag. 342.

† OLOGIA, *lo vete*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OLOGRAFUS, Vide *Holografus.*

OLORA, Papiae, *Oloſerica veſtis.* Legendum *Olouera*, vel *Olofota*, vt ſupra. In MS. Bituric. ſic habetur: *Olor, cingnum, i. cignus, in cuius ſpecie cum Leda Iouis concubuit. Olores Latinum eſt; nam Graece cigni dicuntur cicones. Olora dicitur etiam.* Tum ſubiungitur, ſed a linea, vt nouus ſit articulus: *Oloſerica, Veſtis tota ex ſerico*, etc. In edito, quod vidi, deeſt *Olora;* ſed ſatis hinc patet *Olora* corrupte dictum pro Olore femina, vt ex terminatione licet coniicere.

OLOSERICUS, totus ſericus, non ſemel. *Oloſyricus*, apud Anaſtaſium in Benedicto II. PP. to. 3. Muratorii pag. 146. col. 1. in Notis. Vide *Holoſericus.*

OLOVERUS, purpureus, Vide *Holouerus.*

OLOVITREUS, totus vitreus, V. *Holouitreus.*

† OLPHATUS, olfactus. Barel. in ſermon.

OLQUA, modus agri; V. in *Olca* 2.

† OLRERA, *Prou. Emicaduina, olearium*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. reg. 7657.

OLTREGIA. Compoſitio an. 1253. e Tabulario S. Richarii: *Fundus vero territorii . . . cum cenſibus, relegiis, vendis, Oltregiis, furnis eorum, cum exitu et introitu, cum placitis et duellis, et aliis, et tota fundi iuſtitia integraliter dictis Abbati et Conuentui remanebit.* Ex ſimilibus Chartis, vbi *vendis* fere adiunguntur *laudes* vel *laudemia*, coniicere eſt, *Oltregia* nihil aliud eſſe quam *laudes*, quas vaſſallus vel tenens domino exſoluit pro licentia feudum alienandi vel tenementum, hancque vocem *Oltregia* fictam eſſe a Gallico *Octroy*, Conceſſio. Vide *Laudes* 4. et infra *Otorgare*, *Ottroium* et *Outreſium.*

OLYMPIAS, pro *Indictione.* Exſtat in Tabular. Celſinianenſi Charta eiusdam Adalardi, *data in menſe Febr. 11. die ipſius menſis, anno Dominicae Incarnationis 960. anno autem Lotharii Regis Francigenae quarto, ſecundo Olympiadis.* Quae tamen adſcripta anni nota non cohaeret cum anno 4. Lotharii et 2. indict. quae cadit in an. 959. qui erat 5. regni Lotharii: ſiquidem Ludouicus pater obiit 15. Oct. an. 954. proinde in apographo iſtius Tabul. pro DCCCCLX. ſcribendum DCCCCLIIX. An *Olympias* hic ſignificet indictionem, addubitare cogit Charta Ethelredi Regis Angliae, in qua per *Olympiades*, ſeu quadriennia, more Graecorum numerat annos regni ſui: *Conſentiens*, inquit, *ſigno ſanctae Crucis ſubſcripſi in Olympiade 4. regni mei.* Hic fuit

annus 16. regni eius vt coniicit Spelmannus, Christi 994. Eadem ratione lubens interpretarer *Olympiadem* Chartae Adalardi, vbi recte cohaerent omnia, si legeretur, *anno Lotharii tertio secundae Olympiadis:* Tertius enim annus secundae Olympiadis regni Lotharii respondet septimo eiusdem, seu anno 960. annum incipiendo a Kalendis Martii vel Paschate, more. Eo probabilior videtur haec emendatio, quo facilius fuit IIII. vel IV. pro II. legere. *Secundae Olympiadis* pro *secundo* vel II. *Olympiadis* nihil est.

† OMA, pro *Ama*, dolium vinarium maius. Glossar. Caes. Heisterbac.

† OMAGIALIS, pro *homagialis*, in Cod. Diplom. Polon. t. 1. p. 7.

OMAGIARE, homagia exigere, qualia dominis praestant vassalli. Ioannes Longinus in Vita B. Kingae Virg. to. 5. Iulii p. 713. V. *Hominium.*

† OMAGIUM, *la intrada del monasterio zoe in fruti.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

OMAGO, *homagium. Iuravit et Omaginem fecit*, supra in *Menagium* post *Hominium.*

OMASUS. Ordericus Vitalis l. 12. p. 852. *Radulfus autem Rufus pacifici senoris fuit Omasus, quia praefati Militis erat sororius.* Ioannes de Ianua: *Omasus i. tripa, vel ventriculus qui continet alia viscera, quia in ipsa verum euentus inspiciebant. Horatius in Epist. patinas cenabant Omasi. Item alius: Noscitur per nasum mulier quae vendit Omasum.* Videat lector, an ex his aliquid expiscari possit ad mentem Orderici.

OMECEDIUM, pro *Homicidium*, in Diplomate Adelphonsi Regis Hispan. an. 1094. apud Marten. to. 1. Collect. Amplis. col. 548.

OMELIAE, pro *Homiliae*, de quibus suo loco, Gall. *Homelies.* In Actis fundationis Monasterii Murensis, apud Eccardum de Orig. familiae Habsburgo-Austriacae col. 217. V. *Homiliarius.*

OMELIARIUS, i. q. *homiliarius*, liber continens *homilias.* Chartular. Virzionense fol. VII. OMELIARIS, t. IN. Gall. Christ. Instr. p. 219.

† OMELLUS, f. pro *Ormellus*, vlmus nouellus, Gall. *Ormeau*, in Comput. fabr. S. Petri Insul. Ms. *Datum pro 44. omellis plantatis in pratello processionis* etc.

† OMEN, an ab *Omellus*, locus vlmis consitus, vlmarium. Ch. Ms. a. 1218. *Hernaudus — vendidit — valles et omnes larricios ex vtraque parte, et omen ex veteri calciata.*

† OMENSTRUM, *mappa*, in vet. Gloss. cod. reg. 7641.

† OMICIDA, pro Homicida, ap. Gualt. Hemingford.

† OMINADA, tumor, tuber, Gall. olim *Ominade.* Litt. remiss. Ms. a. 1467.

† OMINISCHUM, obsequium, seruitium, quo quis homo alterius est. Testam. Ms. a. 1213.

OMMUTISCERE, obmutescere. Apud Radulphum in Praefat. Gestorum Tancredi, to. 3. Anecd. col. 112. Sed videtur legendum *Ommutescet.*

OMNEDICIBILIS, quantus dici potest. In Diplomate an. 1094. inter Instrum. to. 3. Gall. Christ. col. 59.

OMNES interdum positum pro *Homines*, probat Baluzius in Notis ad Capitularia to. 2. col. 1076.

OMNICOLENDUS, omnino seu valde colendus. Versus in honorem Paschalis II. Papae, apud Marten. tom. 2. Itinerarii pag. 244.

OMNICREANS, qui creat omnia, in Actis SS. Iulii tom. 1. pag. 334. et apud Mabillon. tom. 4. Analect. pag. 631.

OMNICREATOR, creator omnium, in Vita S. Raynerii to. 3. Iunii pag. 449.

OMNIFARIUS, *παντοῖος*, in Glossis Lat. Graec. omnigenus. Tom. 1. Anecd. Marten. col. 125.

OMNIMEDENS, qui omnibus medetur morbis. Apud S. Paulinum in Fragmentis Natalis XI. de S. Felice p. 169.

OMNIMODIS, pro omnino, omnibus modis vel *modis omnibus*, vt est in leg. 14. Cod. de Offic. Rect. Provinc. Glossae Isonis: *Vsquequaque, Omnimodis* Anastasius in Hist. Eccles. *ὁλοχλήρως*, apud Theophanem, *Omni-*

Omnimodis reddit. Sic *huiusmodis* Gloſſ. Graeco-Lat. Τοιουτοτρόπως, *huiusmodis*.

OMNIMODITER, eadem notione, in Epiſtola B. Archiep. Tolet. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 338.

OMNIMORBIA. Iſidorus lib. 17. cap. 9. *Polypodion Herba . . . a Latinis dicitur Omnimorbia, quod morbis ſubveniat.*

OMNIPAVUS, qui pavet omnia. *Pantophobus, i. e. Omnipauus.* Caelio Aurel. lib. 3. Acut. c. 12.

OMNIPLENUS, refertus, Gall. *Tout plein*, ad ſummum usque repletus. Epiſtola an. 1169. in Probat. Hiſt. Comiratus Ebroic. p. 4.

OMNIPOLLENS, omnipotens. *Omnipollens Deus*, apud Prudentium in Apotheoſis praefatione.

OMNIPOTENTATUS. Adrianus PP. in Codice Carolino, in Epiſt. ad Irenem et Conſtantinum filium: *Barbaras nationes ſub ſuis proſternens conculcauit pedibus, Omnipotentatum illarum domans, et ſuo ſubiiciens regno adunauit.*

OMNIPOTENTER, omnimoda ac ſumma poteſtate. Charta Curhredi Regis Cantuar. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 174.

OMNIPRAESENS, OMNIPRAESENTIA, omni loco praeſens vel praeſentia, Theologis Scholaſt.

OMNISATOR, ſator ſeu auctor omnium bonorum vel malorum. In pravam partem accipit Vſſingus apud Leibnitium tom. 3. Scriptor. Brunſvic. pag. 605.

OMNISCIUS, OMNISCIENTIA, apud Theologos Scholaſticos.

OMO, pro *Homo*, vt *Oc* pro *Hoc*, in Iudicio an. 821. col. 56. Probat. to. 1. nouae Hiſt. Occitanae.

OMOFAGIA, Vide *Omophagia*.

OMOLOGARE, publice confirmare. ratum habere. Charta an. 1196. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 369.

OMOPHAGIA, διωφαγία, crudorum voratio, eſus crudarum carnium. Arnobius lib. 5. Hinc emendandus Joh. de Ianua, qui habet: *Omofagia, vna vel ſimilis comeſtio*; perperam-ducta voce ab ὁμὸς, ſimilis, par, quae derivatur ab ὠμὸς, crudus.

OMOPHORIUM, OMOPHORUM, Ὠμοφόριον, Ὠμόφορον, ornamentum non Archiepiſcopis modo, ſed et omnibus Epiſcopis Graecis peculiare: longa ſcilicet faſcia collum primo inuoluens, deinde a collo per medium dorſum et pectus longe infra genua deſcendens, crucibus intexta, vt in Gloſſario mediae Graecit. definit Cangius, ibi omnino conſulendus, vt et infra in voce *Pallium*.

ONA, dolii vinarii ſpecies, apud Treuirenſes. Magnum Chron. Belgic. an. 1015. ex Chron. Trevir.

ONAGER, machina bellica iaciendis lapidibus. Radulphus de geſtis Friderici I. Imp. apud Murator. to. 6. col. 1183. *Et in quodam ligno ſedebant, vt lapidibus, qui iaciebantur ab Onagris, qui erant in Crema, obruerentur, aut eorum timore vel amore caſtellum redderetur.* Rurſus occurrit col. 1181. Sed et apud Vegetium lib. 4. cap. 2. *Onager autem dirigit lapides, ſed pro neruorum craſſitudine et magnitudine ſaxorum pondera iaculatur.* Onagros a ſcorpionibus ibidem diſtinguit Vegetius, ſed Ammianus ambos confundit ſuſeque deſcribit lib. 23. Ad quod obſeruat Carolus de Aquino, nihil facilius potuiſſe contingere, quam vt Ammiani tempore eamdem habuerint appellationem ſcorpio et onager, quae aeuo Vegetiano, aut certe antiquiore, diſtinguebantur machinae. Idem in aliis vſuueniſſe organis oppugnatoriis, obſeruat alias non ſemel.

ONATIZARE. Hymnus MS. in S. Ildevertum Epiſcopum Meldenſem:

Ildeuertum collaudemus, orgiis
Onatizemus, miracula enarremus,
Haec Clerici jubilemus, etc.

ONCIA, vox Italica, Gall. *Once*, vncia, in Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 807.

ONDERE, verbum, vt videtur, fictum ab Anglico *Vnder*, ſeu Belgico *Onder*, ſub, ſubter, at non ſatis certa notione. Charta Henrici Regis Angliae pro Normannis an. 1155.

1155. apud D. *Bruſſel* tom. 2. de Feudorum vſu pag. IV. *Si aliquis tenens de nobis feodum laicum moriatur, et Vicecomes vel alius Baillivus noſter Ondat literas noſtras patentes de Submonitione noſtra de debito quod defunctus debuit nobis, liceat Vicecomiti et baillivo noſtro achachiare et abreviare catalla defuncti inventa in laico feodo ad valentiam illius debiti per viſum legalium hominum.*

† ONERAGIUM, vectigal, quod pro facultate onerandi vina alio exportanda ſoluitur. Areſt. Parlam. Pariſ. a. 1372.

† ONERARE MERCATURAS, tributa iis imponere, t. 6. Ordin. reg. Fr. p. 411.

ONERARIUS, oneroſus, t. 3. Sept. p. 415.

† ONERATA, onus. Ch. Mſ. a. 1317.

ONERATIO, Gall. *Charge, commiſſion, ordre*, mandatum, prouincia. Charta Edwardi III. Regis Angl. apud Rymer. tom. 5. p. 607.

ONERATOR, qui onerat, onus imponit, apud Lambertum Ardenſem to. 8. Ludewigi p. 600.

† ONERATORIUS, oneroſus, t. 1. Sept. p. 726.

ONERIFER, qui fert onus, baiulus, Gall. *Crocheteur, porte-faix*. Non ſemel occurrit vox *Onerifer*, in Charta an. 1499. pro *Confratria Onerifererorum*, ſeu Bajulorum Maſſil. e Regeſto 73. Peireſciano vol. 2.

ONEUS, ſupercilium montis. Vita S. Wunebaldi cap. 3. *Et protinus paſſuantes ſuper Alpium Oneos, usque dum Condonei amplos militum intrauerunt terminos.* Ita editiones omnes. Ejusdem Itinerar. et Vita S. Willibaldi Epiſc. num. 18. *Ibi erumpebat fons qui erat ſterilis in Oneo montis.*

ONHUS, caepe, Gall. *Oignon*. Transactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes an. 1351. ex libro viridi fol. 53. *Caules, ſpinargia, porri, caepe ſeu Onhoe, cucurbitas, lactucas etc.*

ONICA, pro *Onycha*, V. in hac voce.

† ONICHINUM, *genus metalli*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641. *Onicinum, vno metallo*, in alio Lat. Ital. Mſ.

ONICLEUS, pro *Onycheus*, Onychitus lapis, V. *in Cameeus.*

ONIO, a Gallico *Oignon*, caepe. Chartularium Gemmeticenſe. Perperam *vnio* in Neuſtria Pia pag. 320.

ONOMA, nomen, ex Graeco ὄνομα. Baldricus lib. 1. Chronici Cameracc. cap. 88.

ONSELLUS, V. *Ocellus.*

ONUS. (1) Species menſurae vinariae. *Decem vel quindecim Onera in poſſeſſionibus*, apud Marten. in Onomaſtico ad calcem tomi 5. Anecd. (2) Tributum, praeſtatio. Charta an. 1077. adud Stephanotium tom. 1. Antiq. MSS. Vaſcon. pag. 735. (3) ONUS SENTENTIAE, in Iure Hungarico, eſt grauamen et liberatio mulctae. Sambucus et Molnarus. (4) ONERA SOLIDORUM, vſurae. Leges Luitprandi apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 55. col. 2.

ONUSCULUM, *Parvum onus*, Iohanni de Ianua; *Petite charge*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. MSS.

ONUSTARE, pro *Onerare*. Ioh. de Ianua: *Onuſtare, Sarcinare.* Iunilius Epiſcopus Afer in Geneſim.

† ONUSTARIA LOCA, vbi currus aut naues onerantur. Ch. a. 1025. apud Meichelbecc. t. 1. Hiſt. Friſing. p. 219.

ONUSTUS, qui oneri eſt, oneroſus. Saxo Grammaticus lib. 7. extremo.

ONYCHA, vel potius *Onyx*, a Graeco ὄνυξ, Dioſcoridi, vnguis odoratus, Exod. 30. 34. *Sume tibi aromata, ſtacten et Onycha, galbanum boni odoris etc.* Quidam legunt *Onycham*, alii *Onycheu*; ſed melius *Onycha*, ab ὄνυξ. Ioh. de Ianua: *Onica, Herba aromatica ſecundum* Papiam; *vel ſicut dicitur in hiſtoriis: Onica, Oſtreola parua ſuaue redolens magnitudine humani vnguis.*

OPFDERE, *contraire, quaſi pedem contra ponere*, apud Papiam.

OPELANDA, OPPELLANDA, pallii vel tunicae ſpecies, Gall. *Houpelande.* Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 809. *Opelanda vna pavonacii granae, laborata ad capellum vnum roſatum circa collum, cum certis foliis, roſis et botonis ſuper manica*

mica fenestra. Capitulum generale MS. S. Victoris Massil. an. 1378. *Statuimus quod nullus portet vestes inhonestas, scilicet Oppellandas vel cocardias froncias, aut cum colari, cum manicis largis ultra modum, vel cordulatione in capstina nec in manicis.* V. *Hopelanda* et *Opulenda.*

OPELLA, propola, V. in *Selda.*

OPERA. (1) Opus. Gall. *Oeuvre.* Epistola Algeri Monachi Cluniac. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 409. (2) Reditus ad Ecclesiae sarta tecta, Gall. *Oeuvre, fabrique.* Leges Caroli M. apud Murator. tom. 2. pag. 101. col. 1. V. *Fabrica* 4. *Operarius* et *Opus.* 2. (3) OPERAE, idem quod *Manuoperae, Cornatae*, operae quas patronis exhibent liberti. Chartae Alemannicae Goldasti cap. 59. *Panes* 40. *frisinga trimissem valente, unius hominis anno vertente Operas tres.* Charta anni 1195. apud Vghellum tom. 7. pag. 1321. *Debet . . . 6. manus lini et missatica, et Operas quinque, tres ex his in persona, et duas in alia cum bobus. Operam* inter et *Manoperam* distinguendum videtur ex Inquis. *de Moras* an. 1262. in Regesto *Probus* fol. 42. Interrog. *Si debens domino Operam, manoperam, corvatam et somey?* Resp. *Quod non nisi somey, videlicet illi de illi de burgo et de castro, qui habent bestias portantes . . . . attamen foris debebant praedictas Operam, manoperam corvatamque exequam domificarent in castro. Opera* forte spectat rusticos opifices, qui aliquam exercent artem, vt lignariam, lapidariam, etc. *Manopera* vero huiusmodi operarios, quos Galli *Manoeuvres* appellant, a quibus minus industriae quam virium exigitur.

OPERAE, pro *Operae*, in Tabulario Prioratus Dominae in Delphinatu. V. *Manopera.* OPERATIO, eadem notione Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 822. OPERAM REDDERE. Leges Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 39. col. 2. Hoc est, tantum pecuniae solvat domino, quantum labore suo comparasset mancipium. (3) OPERA TERRAE, modus agri regero minor apud Pictones; († quantum scilicet quis per diem operari potest.) Charta Frotsadi Abb. S. Seueriani in Hist. MS. S. Cypriani Pictav. p. 105.

OPERAGIUM. (1) † Pro operarii mercede.) Statutum Ludouici Regis Francise datum Parisiis an. 1225. regni 3. in Regesto *Noster* Camerae Comput. Paris. fol. 99. *Talis est usus monetae Paris. quod plumbum debet ponderare 16. marcas et dimidium, et de hoc plumbo debent habere operarii 7. sol. pro Operagio inter carbones, etc.* (2) († Opus quoduis, quo vestes ornari solent.) Literae Caroli V. Fr. reg. a. 1367. (3) † Officina, apotheca, i. q. Operatorium. Ch. Ms. a. 1319.

OPERALIS, V. *Ius operale.*

† OPERAMANUS, manuum opera, ad quam tenentur coloni et inquilini domino villae. T. 8. Ordin. Reg. Fr. p. 107.

OPERARE, pro operari, facere, agere. Concil. Tolet. XVI. inter Hispan. tom. 2. pag. 741.

OPERARI, eleemosynam conferre Tertull. lib. 4. adu. Marcion. cap. 16.

OPERARIA. (1) Opera domino praestanda, *Cornata.* Tabularium Solemniac. V. *Operae.* (2) OPERARIAE. mulieres, quarum erat templa condecorare et alia ad pompam necessaria ministrare. Synodus Valentina an. 1594. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 711. col. 1. (3) † Dignitas *Operarii* in collegiis canonicorum et monasteriis. Gall. Christ. t. 6. Instr. p. 391. et 393.

OPERARIUS. (1) Dignitas in Collegiis Canonicorum, et Monasteriis, cui operibus publicis vacare incumbit: Gallis *Maistre de l' oeuvre.* († Latius patebant interdum *Operarii* munia, siquidem ad ipsum spectabat librorum et ornamentorum prouincia, vt colligitur e Gall. Christ. t. 6. Instr. p. 62.) *Opera Ecclesiae*, in Charta Isarni Episcopi Tolosani apud Catellum S. Bonifacius Archiepiscopus Moguntin. Epist. 17. *Stirme in coquina sit: Bernhardus Operarius sit, et aedificet domunculas vestras vbi opus sit. Operarium magistrum*, Browero lib. 2. Antiq. Fuld. cap. 10. dici-

dicitur. *Magiſter Operis*, in vett. Conſuetud. Floriacenſis Monaſterii pag. 392. (2) † Qui operas domino debet, *corvatis* praeſtandis obnoxius. Ch. Mſ. Baldr. march. Fland.

OPERATA, quantum quis per diem operari poteſt in vinea. Tabularium Albae ripae in dioeceſi Lingon. ann. 1462. *Quandam peciam vineae continentem unam bonam Operatam vinea vel circa* etc. V. *Opera* 3. et *Ovrata*.

† OPERATIM, operam dando, agendo. Stat. Cadubr. l. 3. c. 37.

OPERATIO, V. *Opera* 4. et *Opus*. OPERATIONES TERRENAE, Gallis *Oeuvres ſerviles*, opera ſervilia. Synodus Andegav. an. 1288. tom. 11. Spicil. Acher. pag. 231.

† OPERATOR, opifex, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 638.

† OPERATORIA, domus, aedificium, in Ch. Mſ. a. 1498.

OPERATORIUM. (1) Officina, apotheca, Callis *Ouvroir*. Iſo Magiſter in Gloſſis: *Ergaſtron*, *Operatorium*. Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis: *In Operatoriis quae circa turrim ſunt et in furno dedit ſimili modo 3. ſolid. de acapſamento et 7. den. de cenſu.* (2) † Notarii tabularium, in Ch. Mſ. a. 1444.

OPERATUS. (1) Elaboratus, *Obrado* Hiſpanis, Gallis *Ouvré*. Helgaudus in Roberto Rege. (2) Pro apparatus, quod vide.

OPERCULATUS, V. *Operſolatio*.

OPERIUS, pro *Operarius*, Gall. *Ouvrier*, *manoeuvre*. Sententia arbitralis an. 1292. inter Abbatem et Conſules de Gimonte.

OPEROS, pro *Oberos*, curtis ruptura, in Codice Ambroſ. legi monet Muratorius, V. *Oberos*.

OPEROSITAS, opus. Vopiſcus in Tacito: *Vitreorum diuerſitate atque Operoſitate vehementer eſt delectatus.* Pro difficultate ſeu arduo labore vſurpat Quintilianus lib. 8. cap. 3. qua notione Tertullianus Rigaltii de Cultu foem. lib. 2. c. 7. *Ordinandi crinis Operoſitas*. Alii legunt *Onerosſitas*.

OPEROSUS, operarius. Sugerius in Ludouico VI. pag. 308.

OPERSOLATIO, *cluſis a perſolis dictum*, in Gloſſis Iſid. Excerpta: *Operculatis a cluſis operculis dictum.* Emendat Graeuius: *Operculatis, cluſis, ab operculis dictum.* Gebhardus vero et la Cerda corrigunt: *Oppeſſulatio*, *cluſio*, *a peſſulis dictum*. Quam correctionem improbat laudatus Graeuius.

OPERTANEUS, *latens*. Papias. *Opertanea ſacra*, Plinio lib. 10. cap. 56. Quae in operto fiebant, non ſub dio *Opertanei Dii*, apud Martianum Capellam lib. 1.

OPERTORIUM. (1) Tumulus, tumba, apud Sidon. lib. 3. Epiſt. 12. et Gregor. Turon. locis indicatis a Savarone. Mox idem Sidonius quid per *Opertorium* intelligat, hisce verbis aperit: *Reſurgat in molem ſparſa congeries, quam laevigata pagina tegat. Ego vero venerabili Gaudentio reliqui pretium lapidis, operisque mercedem.* Deinde in marmore ſeu lapide inſcriptum Epitaphium innuit. (2) Officina, apotheca. Charta an. 1166. e Tabulario B. M. de Charitate ad Ligerim. Sed forte legendum *Operatorium*: quod vide. (3) V. *Apertorium*.

† OPERTORIUS, ſ. certo operculo tectus. Acta SS. t. 2. Apr. p. 49. Niſi pro *opertorium* leg. *adſperſorium* aut *offertorium*.

OPERTUM, operimentum. S. Paulinus de S. Felice Natal. 7. v. 90.

† OPERTURA, foſſa ramalibus operta, t. 9. Collect. Hiſt. Fr. p. 59.

OPHIOMACHUS, qui ſerpentes oppugnat, ὀφιομάχος, Heſychio, ἐχενέμων, vel ἀκρίδων γένος μὴ ἔχον πτερά. Suidas habet, ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος μὴ ἔχον πτερά. *Ophiumachus*, *ſimilis Migali*, *Hauigrimmila*, apud Pezium in Miſcell. Theodiſt. to. 1. Anecd. part. 1. col. 412. Huius animantis fit mentio Leuit. 11, 12.

OPHISTICUS, ὀφιστικὸς, ſerpentinus, prudens, conſtat enim ſerpentem eſſe prudentiae ſymbolum. Anaſtaſius Bibl. in Nicolao 1. p. 208.

OPHTHALMA, ὀφθαλμία, morbus oculorum. Vita S. Columbae Abb. tom. 2. Iunii pag. 215.

† OPI-

† OPIATUS, ſoporiter, ab *Opio*. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell.

OPICARE. V. *Opinare*.

OPICIZUM. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 15.

Incumbunt feſſi vaſto
Sudore lasomi,
Nec minus approperant,
Opicizi emblemata proni
Arcus incultos byalino claudere velo.

Legendum ſorte *obryzi*, auri.

OPICUS. V. *Opizare*, et *Opirus*.

OPIDUM, V. *Oppidum*.

OPIFERAE FUNES, Iſidoro lib. 19. cap. 4. *Quae cornibus antennae dextra ſiniſtraque tenduntur retrorſum*. Legendum: *Opiferi funes, qui . . : retrorſum*.

OPIFEX, qui fert opem, chirurgus. Vita B. Bernardi Poenit. to. 2. Aprilis p. 695.

OPIFICIUM, opificina, Gall. *Ouvroir*. Synodus Limae an. 1582. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 275.

OPILARE, τίλλειν, in Gloſſis Latino-Graecis Sangermanenſibus MSS.

OPILASCERE, pilos producere. Gloſſ. Lat. Gr. Sangerman. et Suppl. Antiq. *Opilaſco*, τριχοφύω.

OPILIO, epiſcopus, paſtor vel cuſtos gregis Chriſti. *Suniarius Helnenſis Opilio, Vivens Barchinonenſis eximius paſtor*, inter alios recenſentur Antiſtites, qui adfuerunt dedicationi Eccleſiae monaſt. Riuipull. an. 977. Marcae Hiſp. col. 918.

OPINABILIS, opinatus, celebris, famoſus. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. et Mart. n. 3.

† OPINABILITER, celebriter et cum fama. Ch. a. 984. t. 9. Collect. Hiſt. Fr. p. 655.

OPINAMEN, *opinamentum* Apuleio de Deo Socratis, opinio, opinatio. *Vt firmiter Opinamen fuit*, in Chron. Siciliae to. 3. Anecd. Marten. col. 22.

OPINANTER, inopinate. Concil. Lateranenſe ſub Martino 1. PP. Act. 2.

OPINANTIA. Gloſſ. Graec. Lat. MS. Οἴησις, *Putatio, Opinantia, Opinio*. Editum habet *Opinatio*.

OPINATORES, exactores annonae militaris. Gloſſ. Lat. MS. Regium: *Opinatores, aeſtimatores, arbitratores*. Gloſſ. Iſid. et aliae apud Turnebum lib. 28. c. 6. pro *Arbitratores* habent *arte militares*, perperam vt puto.

OPINATUS, probus, bonae famae, celebris. Io. de Ianua: *Opinatus, opinione praeceptus*. Gloſſ. MS. Regium: *Nominatiſſimus, Opinatiſſimus*. Papias: *Opinatiſſimus, nominatiſſimus, frequentiſſimus. Philoſophi Opinati*, apud Iulium Firmicum lib. 3. c. 3.

OPINAX, in Gloſſ. Iſid. *Manifeſtus*. Vgutioni, *Opinax ab opinione dicitur, i. frequenter opinatus vel manifeſtus: ſic dicimus leccatorem opinacem eſſe, i. manifeſtum omnibus*.

OPINIO. (1) Fama, exiſtimatio: δόξα, in Gloſſ. Graec. Lat. Anianus ad leg. un. Cod. Th. de His qui veniam aetatis, etc. *Quos morum et honeſtatis commendat Opinio*. Adſo Abbas Deruenſis in Vita S. Baſoli cap. 19. *Cum autem eius Opinio coepiſſet ire per populos*, etc. Id pluribus probant Salmaſius ad Solinum pag. 143. et Altaſerra ad lib. 1. Gregorii Mag. Epiſt. 35. Hinc vaſſallus dicitur *quaercre Opinionem facere domino ſuo*, qui in exercitum cum eo pergit, et in praeliis praeclare ſe gerit, in Lege Bajwar. tit. 2. c. 7. §. 1. (2) Rumor, fama, nuntius. Capitulare Caroli Mag. an. 802. cap. 17. *Peruenit ad aures noſtras Opinio perniciosiſſima*, etc.

OPINIONISTAE, Haeretici a perverſa mentis *opinione* ſic appellati, quod dicerent nullum verum Chriſti Vicarium eſſe eorum, qui poſt Petrum fuere, niſi qui paupertatem Chriſti imitati eſſent, apud Spondanum ad annum 1467. n. 12.

OPINOSUS. Gloſſ. Aelfrici: *Famoſus vel Opinoſus*, Hlirful.

OPIONAE, *teſſenarii, qui nuntiorum ac ſpeculatorum fungnntur munere*, in Vocabulario Suſſannaei. An vox ficta vel corrupta ab Italico *Spione*, Gall. *Eſpion*, explorator?

OPIPARE, Ioann. de Ianua, *eſt nobilitate, vel renovare, vel recompoſuere, aut poſt planctum in conuiuio gaudere*.

OPI-

OPIRUS. Matth. Paris an. 1248. *Tritico deficiente, panis eorum Opirus et mucidus.* Ita praeferre MSS. codices monet Watsius, qui vim vocis ignorare se fatetur. Sed legendum videtur *autopyres*, (vide *Panis*) vel *Opicus*, id est, vetustus. *Opicus panis* memoratur apud Bernardum Bonaevallensem Abb. de Vita S. Bernardi cap. 1. *Opirus* vero *panis*, in Vita S. Raynerii, to. 3. Runii pag. 436. *Pomum Opirum et aquam in cibo tuo tantum habe.* Glossae ad Alexandrum Iatrosoph. *Opirus panis, i. panis medie maacius* f. pro *marcidus* vel *mucidus;* adeo vt *Opirus panis* idem fit qui marcidus vel mucidus.

OPISO. Speculum Saxonic. lib. 1. art. 61. §. 6. *Opiso, id est, tisubans, si in dictis suis ceciderit, sine damno relenare, et meliorare sua dicta valebit.*

OPITOGIUM, pro *Epitogium*, de quo suo loco, vestis superior, coga. Statuta Eccl. Tutel. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 794.

OPITULARIUM, *auxilium.* Papias. Iohan. de Ianua: *Opitulamen, Opitulantia, Opitulatio, auxilium, sustentatio*; *Ayde* in Glossis Lat. Gall. Sangerman. *Opitulatio* dixerunt Vlpianus leg. 1. Dig. de Minor. viginti. ann. et Arnobius lib. 4. *Opitulatus* vero Fulgentius lib. 3. Mythol. *Ejus Opitulatu cuncta germinum adolescit natiuitas.*

OPITULATIM, OPITULANTER, *auxilianter*, eidem Iohanni de Ianua.

OPIZARE, OPICUS. Vgutio: *Ab opes, pis, quod est terra, opizo, as, i. corrodere, diminuere, quia omnia terra corrodit et diminuit: unde opicus, corrodens et diminuens. Inde Inv. Et divina opici rodebant carmina mures. Hinc et opici dicuntur balbutientes, et verba quadammodo diminuentes. Inde Inv. Nec curanda viris opicae castigat amicae, Verba soloecismum liceat feciſſe marito. Opicus etiam dicitur quicumque alterius linguae genus corrumpit.* Io. de Ianua et ex eo Glossator Lat. Gall. Sangerman. praeferunt *Opicare.*

OPLUS, pro *Populus*, arbor. Charta Desiderii Regis Longobard. in Bullario Casinensi to. 2. p. 14. *Arbor Hoplae*, dicitur in Charta alia Mathildis Comitissae an. 1096. ibid. p. 117. † Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 352. *Oplus* est Italis *Oppio*, quae arbor ad vires alendas, aeque ac vlmus, aptissima est, vti monuere Matriolus, Menagius et alii; neque *Populus*, sed *Oplus* Latinorum dicenda est, de qua, praeter Columellam et Plinium, Varro lib. 1. c. 8. Vide Ind. Gesneri in Script. rei rust. et mox *Oppius.*

OPORTUNIA, *Graece, Latine Spasmus, id est, constractio nervorum.* Papias.

OPPA, in Legibus Adelstani de Hundredis c. 8. V. *Blanhornum.*

† OPPALPARE, palpare, tangere, in Act. SS. t. 2. Sept. p. 261.

OPPANSUM, *velum in scena, quod undique panditur*, apud Turnebum lib. 28. c. 6. ex vet. Glossario. Tertull. de Anima c. 35. *Anima de Oppansō corporis erumpit in apertum et suam lucem.*

OPPELLANDA, V. *Opelanda.*

OPPERATUS, vox mendosa, V. *Apparatus.*

† OPPERIRE, pro opperiri, exspectare, t. 7. Coll. Hist. Fr. p. 118.

OPPIATA, Gall. *Opiat* vel *Opiate*, Medicis *Opiatum*, in Praecepto Iohannis Regis Franc. an. 1352. pro Medicis, to. 2. Ordinat. p. 609.

OPPIDUM atque *Urbem* vnam rem esse probat Valesius in Praefat. ad Notitiam Galliarum pag. XIII. et seq. tametsi quidam *urbem* magis aliquid *oppido* esse arbitrantur. Probationibus ibi prolatis vnam addo ex Translatione S. Rigomeri Confess. an. 1014. descripta a Petro Monacho Malleacensi, subaequali, relata saec. 6. Benedict. p. 133. et seqq. Ibi p. 135. *Andegauense Oppidum* memoratur, quod inter celebres Galliarum *Urbes* seu *civitates* alii numerarunt. V. *Castrum* et *Civitas.*

OPPILAGO, *curcilla*, in Glossis Isidori. V. suo loco *Curcilla.*

OPPILARE. (1) Celare. Vita S. Wlmari Abb. saec. 3. Benedict. part. 1. p. 234. Latinis est occludere, obstruere. (2) † Alio significatu apud Greg.

Greg. Turon. l. 10. c. 8. *Concubinae eius, instigante, vt quidam asserunt, invidia, maleficiis sensum eius oppilauerunt.* Quod de veneficiis, quibus matrimonii vsus impeditur, intelligit Ferret. tract. de Abusib. l. 5. c. 4.

OPPITO, *sospito, valde saluto*, in Glossis Isid. vbi forte legendum iuxta Graeuium: *Opitulor, sospito, salvo. Oppido, valde.*

† OPPIUS, i. q. *Oplus*, in Ch. a. 1297. apud Lam. in Delic. erud.

† OPPONENS, Gall. *Opposant*, vox formensis, aduersarius, intercessor. Stat. Guill. Duprat.

OPPONERE. (1) In pignus dare, Germ. verſetzen. Gregorius Mag. lib. 1. Epist. 42. *Suppositorium aliquod argenteum pro vno solido dicitur esse Oppositum, et calix pro sex solidis dicitur esse Oppositus.* Vbi Iamesius monet in aliis codd. MSS. legi *appositum*, et *appositus*. Sed *Oppositus* est quasi *contra positus*, vice pignoris datus. V. *Apponere.* (2) In philosophicis vel theologicis disputationibus contra argumentari. Statuta Collegii Thesaur. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 288. col. 1.

OPPORTUNUS, idoneus. Liberatus Diaconus c. 17.

OPPRESSARE, opprimere. Vita B. Torelli, to. 2. Martii pag. 504.

OPPRESSIO SIGILLI, impressio, in Diplomate an. 1478. apud Ludewig. to. 6. p. 76.

OPPRESSIVUS, opprimens. Excidium vrbis Acconis apud Marten. Ampliss. Collect. to. 5. col. 771.

OPPRIMERE, reprimere. Literae an. 1152. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 432.

OPPROBRIARE, opprobrare, seu exprobrare. Acta SS. Martyrum Dalmat. to. 2. Aprilis p. 8.

OPPROBRIOSUS, plenus opprobrii, in Lege 40. §. 1. Cod. de Episc. et cler.

OPSTICARE. Charta Henrici III. Imp. pro priuilegiis Pisanorum an. 1081. apud Vghellum: *Nec casas apprehendere, nec dissipare, nec figillare infra cinitatem Pisae, neque in burgis, si foras cinitatis habuerint tenimentum, nec muros istae cinitatis destruere, neque Obsticare, neque istam cinitatem igne cremare, nec federare jubebimus.* Legendum videtur *Ostaticare*, vel *Hostaticare*, id est, fideiussores tollere. V. *Hostaticus* in *Hostagium* 3. † *Optatecare* ibi edidit Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aeui p. 19.

OPTAPULUM, pro *Octapulum*, quod vide.

OPTARI Canonicus dicebatur, maxime in Ecclesia Vpsaliensi apud Suecos, in qua vacante Canonia per decessum alicuius licebat alteri Canonico, omissa sua in pinguiorem vacantem succedere. Neque tamen omnes optari poterant Canonicae: quae enim optari poterant, *liberae* dicebantur: quae vero optari non poterant, *ligatae*. Ita Ioannes Schefferus ad Chronic. Archiepiscoporum, Vpsaliensium, p. 215. Vetus Schedа apud eundem pag. 180. *Quo iterum Optante praebendam Tierp, obtinuit eam D. Benedictus Ioannis per Optationem.* Passim ibi. Ita *feudum optare* dixit Ericus Vpsaliensis lib. 5. Hist. Suecicae p. 189. *Feudi vero possessio tandiu duranit in manibus et potestate cuiuslibet sic enentis, donec veniret alius qui, idem feudum vellet Optare.* Caeterum de vocis *Optare* notionibus apud Latinos, consulendus prae caeteris Petr. Faber lib. 2. Semestr. c. 22. p. 338. et lib. 3. c. 23. p. 367. et 368.

† OPTATIO, optio. Polet. Matiscon. a. 1513.

OPTATUM, *defensio, auxilium*, Papiae.

OPTICA, visitatio, seu collectio monasteriorum vni Visitatori subditorum. Acta SS. Aprilis to. 1. p. 802.

OPTIMATES. (1) Praeciputi e Palatinis proceribus, maxime apud Gothos, Burgundos, Francos, etc. *Optimates Gothicae*, in Epistola Aureliani Imp. apud Vopiscum in Bonoso. Gundebaldus Rex Burgund. in Praefatione ad leges Burgund. *Coram positis Optimatibus nostris vniuersa pensauimus.* Ii autem *Comites* sunt in indice, qui subsequitur. *Optimates nobiles*, id ead. lege tit. 2. §. 2. et in Addit. 1. tit. 14. §. 1.

Optimates, *Maiores domus*, *Domeſtici*, *Graſiones*, *etc.* in lege Ripuar. tit. 88. *Optimates palatii*, in lege Wiſigoth. lib. 12. tit. 1. §. 3. (2) Vaſſalli, Barones qui a domino ratione hominii nude pendent. Charta Fulconis Comitis Andegav. an. 1033. in Hiſt. S. Nicolai Anedgav. Vbi *Barones* et *Optimates* iidem ſunt, et pro Vaſſallis maioribus accipiuntur. (3) OPTIMATES, apud Anaſtaſium et Paulum Diaconum in Hiſt. Miſcella, qui Byzantinis Scriptoribus Ὀπτιμάτοι, quorum nomine in Aſia Prouincia erat ita appellata, quod *Optimatum thema*, ſeu legio in ea praeſidio eſſet. Dicti autem *Optimates*, apud Gothos praecipui a militaribus viris, quos cum Rodogaiſo eorum duce deuictos in Auguſtalem militiam adſciuit Stilicho, vt auctor eſt Olympiodorus apud Photium pag. 179. ex quo deinceps nomen manſit eidem militiae, quae poſtmodum vilioribus militaribus officiis addicta eſt, vt auctor eſt Conſtantinus lib. 1. de Them. c. 5. Iſtius Themaris meminit Pachymeres lib. 1. c. 9. V. Gloſſ. Rigaltii, et Notas Fabroti ad Hiſt. Eccl. Anaſtaſii p. 133.

OPTIMATUS, melior factus, apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1190.

OPTIMI VIRI, iidem qui *Optimates*, Gregorio Turon. lib. 8. Hiſt. c. 9.

OPTIMITAS, ſumma bonitas. Martianus Capella lib. 4.

OPTIO. (1) Quid apud Latinos ſignificet, notum ex Grammaticis, maxime ex Stewechio ad Vegetii lib. 2. cap. 7. apud quos proprie dicuntur electi milites, *honeſti gradus*, *quaſi adoptati in cohortes*, vt ex Varrone docet Nonius. Gloſſ. Aelfrici: *Optiones*, *gecorenne cempan*, i. delecti milites. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 687. *Famoſus Optio ſic inter verba deficiens hominem exuit.* (2) OPTIONES, militaris annonae erogatores, qui annonas militibus diſtribuebant, in Cod. Th. l. 2. 24. de Eroget. milit. annonae, l. vlt. de Iure fiſci, lib. 22. de Divin. offic. in Nov. 2. Majoriani. *Optio legionis*, in Vita MS. S. Theagenis. V. Cuiacium ad l. 7. Cod. de Exact. tribut. Alemannum ad Procopii Hiſt. Arcanam, Salmaſium ad Spartianum, et Iacobum Gothofred. ad d. l. 1. (3) OPTIONES praeterea dicuntur carcerum cuſtodes. Acta SS. Perpetuae et Felicitatis: *Pudens miles Optio praepoſitus carceris. Optio carceris*, apud S. Ambroſium in Epiſtolam ad Epheſios c. 4. (4) †. Ius regium in dolia vinaria, quae Rotomagum aduehuntur, cuius appellationis ratio aperta eſt ex Areſto a. 1414.

OPTIVUS, pro *Optatus* vel *Optandus*. Vtitur Gerardus Preſbyter in Vita S. Vdalrici Epiſc. Auguſtenſis c. 15. imo et Horatius lib. 2. Ep. 2.

Fit Mimnermus, et Optino cognomine creſcit.

OPTUMESCERE. Capitulare Caroli M. an. 808. c. 4. *De his qui ſe fraudulenter ingenuare volunt, et aliqui Optumeſcunt.* Forte pro *Optineſcunt* i. obtinent, nempe vt pro ingenius habeantur.

OPUCHLA. Miracula B. Simonis de Lipnica, to. 4. Iulii p. 562. *Incidit in granem infirmitatem oculorum, ſic quod facies ſua fuerit tumefacta, alias Opuchla, vna cum oculis; et ſic lacrymae ſanguineae de oculis illius infirmis profluebant.* Editores doctiſſimi reddunt *Tumor in facie.*

OPULENDA, veſtis ſpecies, Gall. *Houppelande*. Statuta Eccleſ. Aeduenſis an. 1468. t. 4 Anecd. Marten. col. 508. Mallem *Opelanda*, quod vide.

OPULUS. (1) Κισσόφυλλον, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. MSS. Hederae folium. (2) Pro *Opulentus*, Henricus Rosla in Herlingsberga.

OPUS, OPERATIO. (1) Eleemoſyna, quae praecipua eſt inter opera bona; virtus nempe quae auaritiae opponitur. Epitaphium Berthae vxoris Adalberti Marchionis in Italia apud Vghellum to. 1. p. 856.

Exulibus miſeris mater charitſſima manſit,
Atque peregrinis Opus ſemper tribuis.

Exſtat

Extat D. Cypriani liber qui inſcribitur *de Opere et Eleemoſyna*. Ibidem: *Et quia ſemel in baptiſmo remiſſio peccatorum datur, aſſidua et jugis Operatio baptiſmi inſtar imitata, Dei rurſus indulgentiam largitur.* Occurrit ibi pluries. V. *Operari.* (2) Redditus eccleſiae, Gall. *Oeuvre, fabrique.* Teſtamentum Abbonis Canonici Atriſſiod. ann. 1191. *Operi eccleſiae S. Mariani* (lego) *ſcifum argenteum . . . Operi eccleſiae S. Euſebii XX. ſolidos. Campana Operis eccleſiae*, hoc eſt, ad *opus* ſeu *fabricam* eccleſiae pertinens, in vett. Statutis MSS. Eccl. Senon. V. *Opera* 2. *Operarius* et *Fabrica.* (3) Charta, inſtrumentum. In Charta ann. 958. apud Mabillon. Diplom. p. 571. poſt ſubſcriptiones additur: *Petrus monachus ſcripſit hoc Opus in honore Domini noſtri Ieſu Chriſti.* (4) Matrimonium, coniugium. Chronicon Triuetti, to. 8. Spicil. Acher. p. 453. *Venerunt Nuntii Imperatoris ad Regem, petentes unam filiarum Regis, filii ſui ad Opus, et aliam ad Opus Henrici Ducis Saxoniae.* OPUS NUPTIARUM, non ſemel apud S. Hieronymum in libris aduerſus Iouinianum, et in Apologia ad Pammachium. (5) Lex Longob. lib. 1. tit. 2. §. 11. *De debito quod ad noſtrum Opus fuerit wadiatum, etc.* §. 10. *Ille tertiam partem ad eius recipiat Opus, duas vero ad palatium.* Galli dicunt *à ſon profit.* Adde Capitul. 2. an. 813. c. 6. (6) Pro *Cornata*, V. in *Seſo* poſt *Satio.* (7) OPUS DEI, officium diuinum, ſacra liturgia, *Opus* quod *Deo* impenditur. S. Bernard. ſerm. 40. ſuper Cantica Canticorum. Ita vtuntur Regula S. Benedicti cap. 19. 22. 43. 44. 47. 50. 52. 58. etc. *Opus dominicum*, eadem notione in Miraculis S. Ludgeri num. 10. *Opus diuinum*, apud Chrodegangum in Regula Canonicor. Merenſium c. 7. *Opus ſacrum*, apud Gregor. M. lib. 1. Ep. 41. OPUS CHRISTI, idem apud Gregorium Turon. in Vita S. Aridii p. 200. SACRIFICII OPUS, miſſa, in Fragmentis S. Hilarii Pictav. p. 21. † OPUS MATUTINARUM, vigiliae nocturnae, in Necrol. Pariſ. (8) OPUS DE LIMOGIA, V. *Limogia.* OPUS MANUUM, lotio manuum. Chronicon S. Trudonis to. 7. Spicil. Acher. p. 403. OPUS OPERATUM, artificum opera venalia, apud Ludewig. t. 2. p. 389. OPUS SCOTICUM. S. Bernardus in Vita S. Malachiae c. 6. *Oratorium intra paucos dies conſummatum eſt de lignis quidem laeuigatis, ſed apte firmiterque contextum, Opus Scoticum, pulchrum ſatis.* Modus operis a Scotis, vt videtur, inductus vel vſitatus. OPERA TRICARE, impedire, V. *Tricare.* OPUS BALISTARUM, V. in *Baliſta.* OPUS CIMITERII, V. in *Cimiterium.* OPUS FILI, V. *Filum.* † OPUS TURPE, crimen infame, in Ch. Mſ. (9) † Monetae cuiusuis pars auerſa, in qua ficta principis effigies. Hiſt. Nem. t. 2. Prob. p. 13.

† OPUSCULUM, Marca, inſtrumentum, apud Mabill. Diplom. p. 89.

OPUSTORIUM, πλακουντάριον, *placentula*, in Supplemento Antiquarii et in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. Eſt pro *Opus piſtorium.*

OPUTEGIUM, pro *Epitogium*, veſtis ſuperior, toga, t. 4. Anecd. Marten. p. 598.

ORA, inquit Skenaeus, generaliter ſignificat quoduis metallum, veluti cum dicimus, ait idem, *Leodere*, id eſt plumbi metallum, etc. Ex Saxonico *ore metallum.* ORA praeterea, ſignificat vel monetam, vel certe partem librae monetariae. Nam Skenaeo eſt monetae ſpecies, ex auro, vel aere, valoris, vt videtur, 2. ſolidorum: quippe in Regiam Majeſtatem lib. 4. c. 36. §. 1. *tres orae* pro *vaccae* pretio computantur: et cap. 27. ſupra, ſex ſolidi conficiunt pretium et aeſtimationem vnius vaccae. Ianus Dolmerus ad Ius Aulicum Norvegicum p. 504. *Ora, vernacule Aura, Danis Ore, fuit olim genus monetae valens 15. minuta. Ita* 2. *Ora faciebant* 2. *ſolidos Danicos cum dimidio.* 2. *ſcilicet Ora argenti erant* 2. $\frac{1}{2}$ *monetae, quae nunc valent* 7. $\frac{1}{2}$ *ſolidi Danici.* 3. *Ora autem erant*

7. ½ *marcas*, *nunc vero duplicem faciunt valorem*, 25. *marcas*. At Spelmannus et Somnerus *Orum*, non monetam, sed *unciam* esse volunt, quae fuit 20. denariorum: unde in Domesdei passim haec verba occurrunt, *Tale manerium reddit* 10. 20. *vel* 30. *libras denariorum de* 20 *in Ora*. Quia interdum *ora* fuit 16. denariorum. Verus Placitum apud eumdem Spelmannum: *Solebant habere talem consuetudinem, quod quando maritare volebant filias suas, solebant dare pro filiabus suis maritandis duas Floras, quae valent* 32. *denarios*. In Legibus Canuti c. 31. de ponderibus apud eumdem: *15. Orae libram faciunt*. ORA TERRAE, seu reditus *orae* in terra. Charta Ripensis Episcopi, apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. p. 383. *Omnes terrae nostrae in Randrup: decem Orae terrarum in Gerstrupmarck*.

ORABECELA, V. *Lito*,

† ORABILIS, exorabilis, t. 6. Collect. Hist. Franc. p. 317.

† ORACULA, *dimin. ab Oratio, Oracion, Prov.* Glossar. Prov. Lat. Cod. reg. 7657.

ORACULARIUS, pro *Auricularius*. Fragmentum Petronii. V. *Auricularis*.

ORACULUM. (1) Aedes sacra, in qua oratur. Will. Brito in Vocabulario MS. *Oraculum, dicitur Propitiatorium, unde Exodi 38. Deus fecit Propitiatorium, i. Oraculum. Et in eodem sensu accipitur fere per totam Bibliam . . . . tamen pro templo potest accipi, etc.* Plinius lib. 2. cap. 23. *Ab Hammonis Oraculo, iuxta quod giguitur arbor*. Fortunatus in Vita S. Madardi cap. 3. *Cum ad templorum Oracula . . . discurreret*. (2) Rescriptum Principis. Arcadius et Honorius in Appendice Cod. Theod. c. 2. *Comitatum sacrum petere, mereri mendaciis Oracula, et furtiua rescripta*. Ita passim in Codice, in Legib. Wisigoth. lib. 2. tit. 1. §. 30. lib. 12. tit. 3. §. 1. etc.

† ORACULUS, adiect. ore prolatus, in Ordinat. MS. Phil. reg Franc.

ORAGU, pluuia vehementior, tempestas, Gall. *Orage*, vox formata ab *aura*, quam vide. Regestum Ecclesiae Parisiensis inscriptum, *officium visi*, fol. 20.

ORALE. (1) Vestis Episcopalis, in formam sindonis, quam Pontifex Romanus capiti quasi in modum veli imponit, et replicat super humeros et ante pectus. Ita Innocentius III. lib. 1. Myster. Missae cap. 53. et ex eo Durandus lib. 3. Ration. c. 9. Testamentum Leodebodi Abbatis apud Helgaudum in Roberto Rege: *Sandalia 2. ad Missas, et Oralia ad mensam vna tum cappis et omni apparatu, etc.* Charta aerae 930. apud Anton. *de Yepez* in Chronico Ord. S. Benedicti. Alia Rudesindi Episcopi Dumiensis tom. 5. *Orales II. ex quibus vnum auro et argento compositum. Oralia* feminis etiam adscribit Concilium Arelatense an. 1234. cap. 16. *Mulieres autem Iudaeae a 12. annis et supra Oralia deferant extra domos*. Id est vela quibus caput et os tegant. Statuta Massil. lib 5. cap. 14. *Iudaeae maritatae, undecunque sint, portent Orales*. (2) † ORALE, ORALIS, mensurae salinariae species, ap. Murat. t. 5. Antiq. med. aeui, p. 753. t. 2. p. 29. t. 1. p. 417. (3) † ORALE, *quo cribrantur subtiliter pulueres, est pannus de serico subtilis*. Gloss. med. Ms. Simon. Ianuens.

ORALIS, sudarium, quo os abstergitur. Acta SS. Maii tom. 6. pag. 661. et Iunii to 2. p. 1049. V. *Orarium*, V. etiam *Orale* 2.

ORAMA, visio, apparitio. V. *Horama*. Bernerus Abbas in Translatione S. Hunegundis saec. 5. Benedict. p. 217.

ORAMEN. (1) Invocatio, preces. Vita S. Seueri Episc. Rauenn. n. 6. (2) Sententia. Acta SS. Iunii to. 1. pag. 127. de S. Conrado: *Vnde et nequam seruus illo diuino Oramine dominica gratia privatur, qui talentum sibi commissum maluit terra occultare*. (2) Pro *Omine* videtur usurpasse Nizo Abbas in Vita S. Bafini Archiepiscopi Trevir. num. 8. *Quem in Baptismate vnda quodam Oramine praesago Lauacrum appellauere*.

ORAN-

ORANGIA, malum aureum, Gall. *Orange*, in Actis S. Franciſci de Paula, to. 1. April. p. 121.

† ORARE. (1) Sermonem habeſe, apud Eginhard. in vita Caroli M. Aliis *orare* hic idem ac preces fundere. (2) Adorare, in Miſſal. Burdegal. Mſ.

ORARIUM. (1) Ioannes de Ianua: *Orarium, ab ora, pro extremitate veſtium, derivatur: limbus qui apponitur orae, i. margini et extremitati alicuius veſtimenti, cauſa ornatus. Item Orarium dicit poteſt ab os, oris, et tunc Orarium, i. peplum, ſcilicet inſula illa, quae innolvit et operit ora, i. vultus.* Catholicon paruum: *Orarium, un ourlet de robet ou touret à mettre ſur le viſage.* V. Salmaſium ad Vopiſcum p. 409. Proprie vero (2) ORARIUM dicitur ſudarium, quo os abſtergitur. S. Hieronymus in Epiſtola ad Nepotianum: *Plenum dedecoris eſt referta marſupiis: quod ſudarium Orariumque non habeas gloriari.* (3) ORARIUM B. MARIAE VIRGINIS, apud Martotum in Metropoli Remenſi lib. 3. cap. 15. quam vocem non percepit vir doctus, idem quod ὠμοφόριον τῆς Θεοτόκου, de quo multa dixit Cangius ad Alexiadem Annaeum: eſt enim Papiae, *Orarium, ſtola, operculum capitis:* et Vgutioni, *peplum, inſula illa, in qua, vel qua innolvit et operit ora.* Quod vero ὠμοφόριον alii, ἐπώμιον dicunt Synaxaria in S. Demetrio 26. Octob. (4) ORARIUM, vel ORARIUS, Papiae, *Stola ſacerdotis.* Alcuinus lib. de Div. Offic. *Orarium, id eſt, ſtola dicitur eo quod oratoribus, id eſt praedicatoribus concedatur. Orarium ſeu ſtola*, in Statutis Rioulſi Epiſcopi Sueſſionenſis cap. 7. in Concilio Sariſberienſi an. 1217. c. 39. *Orarium, quod vulgo Stola dicitur*, in Vita Leonis PP. IX. apud Eccardum de Orig. familiae Habsburgo-Auſtriacae col. 174. (5) † Libellus precum, in Act. SS. t. 1. Sept. p. 580.

ORARIUS, V. *Horarius* 3.

ORATA, piſcis marinus, V. *Aurata.*

ORATIO. (1) Licentia eundi, apud Monachos, quia licentia dabatur oratione ſeu benedictione Prioris. Poenitentiale S. Columbani cap. 7. *Qui egredientes domum, ad Orationem poſtendam non ſe humiliauerit. et poſt acceptam benedictionem non ſe ſignaverit, etc.* Infra: *Et qui regrediens domum Orationem petens non ſe curaverit intra domum, etc.* (2) ORATIO DOMINICA, ſeu quam *Dominus* Ieſus Chriſtus ſuis diſcipulis praeſcripſit. Hanc in Miſſa poſt Canonem recitari ſtatuit Gregorius PP. vt auctor eſt Rupertus lib. 2. de Diuinis offic. c. 31. ORATIO PATERNA, alias *Dominica*, *Pater noſter*, *etc.* Ita vocatur in Ordine celebrandi Concilii. *Oratio Heriki*, in Vita S. Sifredi Epiſcopi Carpentoratenſis. ORATIO QUOTIDIANA, eadem a SS. Patribus appellata, vt habetur in Concilio Toletano IV. cap. 10. et ex SS. Cypriano, Hilario et Auguſtino, quod quotidie recituri debeat a Chriſtianis. ORATIO SUPER POPULUM, *ſeu ad populum*, vti appellatur in libris Sacramentor. Eccleſ. Romanae, vocatur *ultima benedictio*, quae fit in Officio Miſſae, inquit Hugo a S. Victore lib. 3. Speculi Eccleſ. cap. 3. ORATIO PLEBIS, quae poſt Euangelia legitur, in Concilio Lugdun. I. c. 6. ORATIONES vocant Rituales libri eas preces quas in ſacris Liturgiis peragunt, quaeque a verbo *Oremus* initium habent, et ſemper ad Deum Patrem diriguntur, de quibus in Concilio Carthag. apud Ferrandum Diacon. in Breuiario c. 19. in Capitul. Caroli M. lib. 6. c. 66. Has et *Collectas* appellant. V. Durandum lib. 4. c. 15. ORATIONEM DARE, recitare, dicere. Diurnus Romanus c. 7. tit. 8. ORATIO IACULATA, S. Bernardo in Vita S. Malachiae, aliis *Iaculatoria*, Gall. *Oraiſon jaculatoire*, brevis et ardens precatio, feruidus piae mentis affectus, *Preces iaculatoriae*, apud S. Auguſtinum Ep. 120. (3) ORATIONES, libelli precum, Gall. *Heures*. Compertum an. 1356. tom. 9. Hiſt. Dalphin. p. 307. col. 1. (4)

† Aedes ſacra in qua oratur, vel pia peregrinatio, in Chartular. S. Ioann Angeriac.

ORATIONALE, liber in quo continentur Orationes, quae in Eccleſia recitantur, quae a voce *Oremus* initium habent, in Charta an. 1176. apud Vghell. tom. 7. pag. 1275. Idem

ORATIONARIUS, in Teſtamento Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. dicitur.

ORATOR. (1) Qui Deum orat, precatur. Iohannes de Garlandia in Aequiuocis:

Orator Chriſtum rogat, et verbum bene profert.

Saluianus Ep. 8 *Deus tribuat, vt qui fuerunt diſcipuli quondam mei, ſint nunc quotidie Oratores mei.* Ordericus Vitalis lib. 3. *Talis homo non debet Abbas eſſe, qui exteriores curas neſcit negligitque. Vnde vinunt Oratores, ſi defecerint oratores.* (2) Peregrinus, qui ad Sanctorum limina *orationis* et pietatis ergo pergit. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 24. *Negotiatores et Oratores qui ferunt ſportas, nemo ſubſtantiam eorum apprehendat.* (3) Qui aliquid *orat* ab aliquo, ſupplex, Gall. *Suppliant* alias *Orateur*. Literae ſupplices an. 1407. apud Madox Formul. Anglic. pag. 16. *Excellentiſſimo in Chriſto Domino, Domino Ricardo Beauchamp Dei gratia Comiti Warwychiae, veſtri humiles, devoti et perpetui Oratores . . . Monachi regulares Prioratus B. Mariae . . . de Cranewell, etc.* (4) † Qui *oratorium* deſeruit, idem qui *Capellanus*, Gall. *Orateur*. Ch. Mſ. a. 1129.

ORATORIOLUM, ORATORIOLUS, paruum *Oratorium* ſeu aedicula ſacra. Vita S. Deodati, in Hiſt. Mediani Monaſterii p. 21.

ORATORIUM. (1) Εὐκτήριον, εὐκτήριος οἶκος. Gloſſ. Graec. Lat. Εὐκτήριον, *Oratorium*; οἶκος προσευχῆς, S. Baſilio Epiſt. 70. et Homil. in S. Gordium, Gregorio Preſb. in Vita S. Gregorii Nazianzeni, et aliis. *Locus, vbi Orationes celebrare conſueuerunt Chriſtiani*, in Geſtis purgat. Felicis Epiſcopi Aptungitani. Aedes vbi oratur, locus orationi dicatus. Vgutio: *Oratorium, locus orandi, tantum orationi conſecratus.* S. Auguſtinus Epiſt. 121. *In Oratorio praeter orandi et pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic et operi ingiter impenſa concordans.* † ORATORIUS, ap. Meichelbec. Hiſt. Friſing. t. 2. p. 60. (2) Chorus Eccleſiae. Geſta Hoelli Epiſc. Cenoman. apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 299. *Summo coepit ſtudio . . . ſuperiores partes eiusdem baſilicae . . . . laborare, Oratorium ſcilicet quod Chorum vocitant, ſedemque pontificalem, altaria congrua, etc.* (3) ORATORIA deinde dicta ſunt, Sacella, Monaſteriis adiuncta, quae non erant omnibus peruia vti Eccleſiae, quas ideo καθολικὰς vocabant, quod vtriusque ſexus populo patérent, et in quibus Collectas celebrare non licebat, ſed erant tantum ad Monachorum preces et aſſiduos cantus accommodata. Sic Eugrius in Vitis S. Patr. cap. 5. Eccleſias et Oratoria diſtinguit. (4) ORATORIA tandem dicta Sacella quaedam domeſtica, aut priuatae aedes ſacrae in agris et villis exſtructae; quae Parochiarum ius non habebant, et a magnatibus ex fundis ſuis dotabantur, et ab Epiſcopis conſecrabantur. Charta Ludouici Franc. Regis an. 1154. apud Lobrnell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 119. ORATORIA VILLARIA, ſ. aedicula ſacrae in *villaribus* ſeu viculis exſtructae. Capitular. 6. an. 807. c. 15. *De ordine eccleſiaſtico et officio Miſſae, de reliquiis ſanctorum et Oratoribus villaribus.* Eadem habentur in App. I. lib. 4. Capitul. c. 19. et 20. (5) Vulgo Gallis, *au Prié-Dieu*, Germ. ein Bethſtuhl. Ordo Romanus: *Quartus vero Scholae praecedit ad Pontificem, vt ponat Oratorium ante altare, ſi tempus fuerit: et accedens Pontifex orat ſuper ipſum.* (6) Palatium, domus regia. Annales Bertiuiani ad ann. 827. *Kal. Mail Epiſcopos Remenſis prouinciae, ſed et aliarum prouinciarum, Compendio con-*

commocauit (Carolus Calvus,) *et Eccleſiam quam in eodem Oratorio extruxerat, cum multo apparatu in ſua et Nunciorum Apoſtolicae ſedis praeſentia ab eisdem Epiſcopis conſecrari fecit. Oratorii* autem vocabulo Palatium eſſe intelligendum, etſi patet ex ipſo contextu; id tamen confirmari iuuat ex Literis eiusdem Caroli hac de re, a Mabillonio relatis tom. 3. Annal. Benedict. pag. 681. *In palatio Compendio, in honore gloriosae Dei genetricis ac perpetuae semper virginis Mariae monaſterium, qui Regium vocabulum dedimus, fundotenus exſtruximus.*

ORATRIX, Βεσβίον, in Gloſſ. Graec. Lat. quo loco, inquit Meurſius, intelligi debet Enchiridion precum, quod in Orientali Eccleſia habebant pariter, vt in Occidentali, et *Breviarium* vulgo indigitatum. Sed legendum *matrix*, id eſt, *matricula* ex MS. Cod. alibi obſeruamus.

ORBARE, ictum *orbem* vel orbum infligere, tumorem facere, apud Vlpian in Collat. Leg. Moſ. Capitula Caroli M. ad Monachos an. 789. c. 16. V. *Ictus orbus*, et *Orbitatio*. Mabillonio tom. 2. Annal. Benedict. pag. 292. *Orbari* non aliud videtur, quam oculis privari: quae faecularis poena tum vſitata erat, fiebatque obiectu laminae aut valculi ardentis, quo nerui oculorum adurebantur. Hanc ſententiam firmant Gloſſae S. Benedicti, τύφλωσις enim excaecatio eſt, non cuiusuis membri mutilatio. V. *Abacinare*.

ORBATOR, ſpoliator, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 721. Pro eo qui alium filiis orbat ſeu priuat, vtitur Ouidius lib. 13. Metamorph. v. 500.

ORBEFACERE, orbare Gloſſ. Lat. Graec. *Orbefacio*, ὀρφανίζω. Accius apud Nonium c. 2. num. 852. hac notione dicit *Orbificare*.

ORBIA, ignota vox, V. *Hiffaronda*.

ORBICULARE. (1) Liber Anniuerſariorum Baſilicae Vaticanae, apud Ioannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Item tria ſuperpellicia de vinipa et cortina. Item duo Orbicularia de opere ad acum.* Legendum videtur *auricularia*. (2) In orbem vertere. Gloſſ. Lat. Graec. *Orbiculatur*, κυκλεύει. Participium *Orbiculatus* vſurpant Latini.

ORBICULUS, ludi ſpecies, Gall. *Ieu de palet*, V. in *Senio*. Alia notione V. in *Orbicus*.

† ORBICUS, ORBICULUS, ſaxum, quod machina bellica emittit, a forma rotunda, apud Ludewig. t. 11. Reliq. p. 33.

ORBINA, ignota vox, V. *Hiffaronda*.

† ORBIOLAE. Naud. de Stud. militar p. 612. *Maſſae caſeorum Parmenſium — quas nonnulli orbiolas, alii vero communiter formas appellant.*

ORBIS. (1) Imperium, regnum, dominatio. *Orbis Romanus*, pro Imperio Romano, in l. 17. D. de ſtatu hom. apud Plinium lib. 17. c. 12. *Orbis Africanus*, apud Saluianum lib. 7. *Orbis vaſtus Galliae*, in Vita S. Sulpicii Epiſc. Bituric. Veterem Chartam ita ſubſcribit Knuto Rex Angliae in Conciliis Anglicanis: *Ego Knuto gubernator Anglici Orbis propriaa manu confirmo*. (2) Interdum pro pago, ſeu prouincia. *Orbis Lemouicinus*, *Orbis Caturcinus*, crebro in Tabulario Abbat. Bellilocі in Lemouicibus. (3) ORBIS TERRARUM. Helgaudus in Roberto Rege Franciae p. 63. *Beato videlicet Dionyſio caſulam miro itidem opere factam consulit, cui et alind, vt tantam decebat feminam, ornamentum contexuit, quod vocatur Orbis terrarum, illi Caroli Calvi diſſimillimum*. (4) Ictus latens, V. in *Ictus*.

† ORBITA, via publica, ap. Gregor. Turon. l. 3. c. 7.

ORBITARE, recurrere, redire. Liber Miraculorum S. Genulfi n. 13. *Orbitatur interim gratus temporis recurſus*.

ORBITATIO. (1) In veteri Gloſſ. Saxon. Cottoniano *Stepneſſe*, i. tritae viae ſeu *orbitae* calcatio. (2) Inflictio ictus *orbi* ſeu latentis, pro *Orbatio* ab *Orbare*. Landulf. in Chron. Mediol. c. 26.

ORBITUDO, *orbitas*, στέρησις, in Gloſſ. Graec. Lat.

† Aedes ſacra in qua oratur, vel pia peregrinatio, in Chartular. S. Ioann Angeriac.

ORATIONALE, liber in quo continentur Orationes, quae in Eccleſia recitantur, quae a voce *Oremus* initium habent, in Charta an. 1176. apud Vghell. tom. 7. pag. 1275. Idem

ORATIONARIUS, in Teſtamento Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. dicitur.

ORATOR. (1) Qui Deum orat, precatur. Iohannes de Garlandia in Aequiuocis:

Orator Chriſtum rogat, et verbum bene profert.

Saluianus Ep. 8 · *Deus tribuat, vt qui fuerunt diſcipuli quondam mei, ſint nunc quotidie Oratores mei.* Ordericus Vitalis lib. 3: *Talis homo non debet Abbas eſſe, qui exteriores curas neſcit negligitque. Vnde vigent Oratores, ſi defecerint oratores.* (2) Peregrinus, qui ad Sanctorum limina *orationis* et pietatis ergo pergit. Concilium Narbonenſe an. 1054. c. 24. *Negotiatores et Oratores qui ferunt ſportas, nemo ſubſtantiam eorum apprehendat.* (3) Qui aliquid *orat* ab aliquo, ſupplex, Gall. *Suppliant* alias *Orateur*. Literae ſupplices an. 1407. apud Madox Formul. Anglic. pag. 16. *Excellentiſſimo in Chriſto Domino, Domino Ricardo Beauchamp Dei gratia Comiti Warwychiae, veſtri humiles, devoti et perpetui Oratores . . . Monachi regulares Prioratus B. Mariae . . . de Cranewell, etc.* (4) † Qui *oratorium* deſeruit, idem qui *Capellanus*, Gall. *Orateur*. Ch. Mſ. a. 1129.

ORATORIOLUM, ORATORIOLUS, paruum *Oratorium* ſeu aedicula ſacra. Vita S. Deodati, in Hiſt. Mediani Monaſterii p. 21.

ORATORIUM. (1) Εὐκτήριον, εὐκτήριος οἶκος. Gloſſ. Graec. Lat. Εὐκτήριον, *Oratorium*; οἶκος προσευχῆς, S. Baſilio Epiſt. 70. et Homil. in S. Gordium, Gregorio Preſb. in Vita S. Gregorii Nazianzeni, et aliis. *Locus, vbi Orationes celebrare conſueuerunt Chriſtiani*, in Geſtis purgat. Felicis Epiſcopi Aptungitani. Aedes vbi oratur, locus orationi dicatus. Vgutio: *Oratorium, locus orandi, tantum orationi conſecratus.* S. Auguſtinus Epiſt. 121. *In Oratorio praeter orandi et pſallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic et opera iugiter impenſa concordent.* † ORATORIUS, ap. Meichelbec. Hiſt. Friſing. t. 2. p. 60. (2) Chorus Eccleſiae. Geſta Hoelli Epiſc. Cenoman. apud Mabill. to. 3. Anaelect. pag. 299. *Summo coepit ſtudio . . . ſuperiores partes eiusdem baſilicae . . . . laborare, Oratorium ſcilicet quod Chorum vocitant, ſedemque pontificalem, altaria congrua, etc.* (3) ORATORIA deinde dicta ſunt, Sacella, Monaſteriis adiuncta, quae non erant omnibus peruia vti Eccleſiae, quas ideo καθολικὰς vocabant, quod vtriusque ſexus populo paterent, et in quibus Collectas celebrare non licebat, ſed erant tantum ad Monachorum preces et aſſiduos cantus accommodata. Sic Eugrius in Vitis S. Patr. cap. 5. Eccleſias et Oratoria diſtinguit. (4) ORATORIA tandem dicta Sacella quaedam domeſtica, aut priuatae aedes ſacrae in agris et villis exſtructae; quae Parochiarum ius non habebant, et a magnatibus ex ſuhdis ſuis dotabantur, et ab Epiſcopis conſecrabantur. Charta Ludouici Franc. Regis an. 1154. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 119. ORATORIA VILLARIA, f. aedicula ſacrae in *villaribus* ſeu viculis exſtructae. Capitular. 6. an. 807. c. 15. *De ordine eccleſiaſtico et officio Miſſae, de reliquiis ſanctorum et Oratoribus villaribus.* Eadem habentur in App. 1. lib. 4. Capitul. c. 19. et 20. (5) Vulgo Gallis, *au Prié-Dieu*, Germ. ein Betſtuhl. Ordo Romanus: *Quartus vero Scholae praecedit ad Pontificem, vt ponat Oratorium ante altare, ſi tempus fuerit: et accedens Pontifex orat ſuper ipſum.* (6) Palatium, domus regia. Annales Bertiuiani ad ann. 827. *Kal. Maii Epiſcopos Remenſis prouinciae, ſed et aliarum prouinciarum, Compendio con-*

convocatis (Carolus Calvus,) *et Ecclesiam quam in eodem Oratorio extruxerat, cum multo apparatu in sua et Nunciorum Apostolicae sedis praesentia ab eisdem Episcopis consecrari fecit. Oratorii* autem vocabulo Palatium esse intelligendum, etsi patet ex ipso contextu; id tamen confirmari iuuat ex Literis eiusdem Caroli hac de re, a Mabillonio relatis tom. 3. Annal. Benedict. pag. 681. *In palatio Compendio, in honore gloriosae Dei genetricis ac perpetuae semper virginis Mariae monasterium, qui Regium vocabulum dedimus, fundotenus exstruximus.*

ORATRIX, Βετβίον, in Gloss. Graec. Lat. quo loco, inquit Meursius, intelligi debet Enchiridion precum, quod in Orientali Ecclesia habebant pariter, vt in Occidentali, et *Breviarium* vulgo indigitatum. Sed legendum *matrix*, id est, *matricula* ex MS. Cod. alibi obseruamus.

ORBARE, ictum *orbem* vel orbum infligere, tumorem facere, apud Vlpian in Collat. Leg. Mos. Capitula Caroli M. ad Monachos an. 789. c. 16. V. *Ictus orbus*, et *Orbitatio*. Mabillonio tom. 2. Annal. Benedict. pag. 292. *Orbari* non aliud videtur, quam oculis privari: quae saecularis poena tum vsitata erat, fiebatque obiectu laminae aur vasculi ardentis, quo nerui oculorum adurebantur. Hanc sententiam firmant Glossae S. Benedicti, τύφλωσις enim excaecatio est, non cuiusuis membri mutilatio. V. *Abacinare*.

ORBATOR, spoliator, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsuic. p. 721. Pro eo qui alium filiis orbat seu priuat, vtitur Ouidius lib. 13. Metamorph. v. 500.

ORBEFACERE, orbare Gloss. Lat. Graec. *Orbefacio*, ἀφαιρέω. Accius apud Nonium c. 2. num. 852. hac notione dicit *Orbificare*.

ORBIA, ignota vox, V. *Hiffaronda*.

ORBICULARE. (1 Liber Anniuersariorum Basilicae Vaticanae, apud Ioannem Rubeum in Vita Bonifacii VIII. PP. p. 345. *Item tria superpellicia de vinipa et cortina. Item duo Orbicularia de opere ad acum.* Legendum videtur *auricularia*. (2) In orbem vertere. Gloss. Lat. Graec. *Orbiculatur*, κυκλεύει Participium *Orbiculatus* vsurpant Latini.

ORBICULUS, ludi species, Gall. *Ieu de palet*, V. in *Senio*. Alia notione V. in *Orbicus*.

† ORBICUS, ORBICULUS, saxum, quod machina bellica emittit, a forma rotunda, apud Ludewig. t. 11. Reliq. p. 33.

ORBINA, ignota vox, V. *Hiffaronda*.

† ORBIOLAE. Naud. de Stud. militar. p. 612. *Massae caseorum Parmensium — quas nonnulli orbiolas, alii vero communiter formas appellant.*

ORBIS. (1) Imperium, regnum, dominatio. *Orbis Romanus*, pro Imperio Romano, in l. 17. D. de statu hom. apud Plinium lib. 17. c. 12. *Orbis Africanus*, apud Saluianum lib. 7. *Orbis vastus Galliae*, in Vita S. Sulpicii Episc. Bituric. Veterem Chartam ita subscribit Knuto Rex Angliae in Conciliis Anglicanis: *Ego Knuto gubernator Anglici Orbis propria manu confirmo.* (2) Interdum pro pago, seu prouincia. *Orbis Lemouicinus*, *Orbis Caturcinus*, crebro in Tabulario Abbat. Bellilocі in Lemouicibus. (3) ORBIS TERRARUM. Helgaudus in Roberto Rege Franciae p. 68. *Beato videlicet Dionysio casulam miro itidem opere factam consulit, cui et alind, vt tantam decebat feminam, ornamentum camexuit, quod vocatur Orbis terrarum, illi Caroli Calvi dissimillimum.* (4) Ictus latens, V. in *Ictus*.

† ORBITA, via publica, ap. Gregor. Turon. l. 3. c. 7.

ORBITARE, recurrere, redire. Liber Miraculorum S. Genulfi n. 13. *Orbitatur interim gratus temporis recursus.*

ORBITATIO. (1) In veteri Gloss. Saxon. Cottoniano *Stepneſſe*, i. tritae viae seu *orbitae* calcatio. (2) Inflictio ictus *orbi* seu latentis, pro *Orbatio* ab *Orbare*. Landulf. in Chron. Mediol. c. 26.

ORBITUDO, *orbitas*, στέρησις, in Gloss. Graec. Lat.

ORBITUS, *annalis*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Lege *Obitus*, Gallis, *Obis*. V. in *Obitus*. Eadem vox *Orbitus*, pro obitus, mors, bis legitur in Diplomate an. 1181.

ORBUS ICTUS, non apparens, V. in *Ictus*, † ORBUS, obſcurus, tenebroſus. *Orba taberna* in Ch. Mſ. a. 1273. ORBUS VICUS, platea non recta, ſeu angiportum non peruium, Gallis *Cul de ſac*. Index MS. redituum Monaſterii Corbeienſis.

ORCA. (1) *Vmbroſa*, apud Papiam et in Gloſſario Sangerman. MS. n 501. Videtur omnino legendum *Opaca*. (2) Vas Hiſpanicum, Varroni, Iſidoro lib. 20. c. 6. *amphorae ſpecies*, cuius ratio, ait Budaeus, non menſura, ſed ſuâ forma conſtitit. Papias; *Serea, ſingul. vaſis genus*, *Orca; inde ſeriola*. Ioh. de Ianua: *Orca, vas olei, vel ſpecies amphorae magnae*. Certe *Orca*, vas eſſe fictile, praeſertim oleatorium, Perſius auctor eſt:

. . . . *angusto collo non fallier Orcae.*

Orcae bene picatae, apud Columellam lib. 12. c. 15. Graecis ὄρκη etiam eſt vas olearium aut vinarium, arca, capſa pigmentorum muliebrium. ORCULA, diminut. ab *orca*, apud Grammaticos, vnde *Orculares termini*, quibus *Orculae* erant vice ſimum.

† ORCARE, aſellus dicitur, in Carm. de Philomela.

† ORCELLUS, vrceolus, in Ch. Mſ. a. 1378.

ORCEOLUS, V. *Vrceolus*.

ORCES, *Quae ligantur ad velum velae, i. q. ad latus anterioris velae*, in Gloſſis Franciſci Barberini ad *Documenti d' Amore* apud Vbaldinum p. 258. verſ. 21. ORCIA, eadem notione; *Orcerius, qui attendit ad Orciem funem*, ibidem. ORCIPOGGIA, *funes, quibus poggia velae trahitur, cum nimium venti eſſent*, ibid. v. 19.

ORCHADIA. Charta Adami Meldenſ. Epiſc. ann. 1289. ex Charrular. eiusd. Eccl. *Decanus et Capitulum libere percipiant ſynodos et Orchadias in eccleſia de Malleo*. Legendum *Circadias* vel *Circhadias*. V. *Circada*.

† ORCHETA, piſcis ſpecies. Tract. Mſ. de Piſc. c. 134. *Squilla lata, Ligaribus Orcheta nominatur*.

ORCHICA, f. aurifolium, Gall. *Orſeille, Orchel* vel *Vrſolle*, voces inſectoribus ſeu tinctoribus notae. Vox obuia in Ch. Mſ.

ORCHISTOPOLUS, V. *Orciſcopalarius*.

ORCIA, V. ſupra in *Orces*.

ORCIARIUS, ORCIOLUS, V. *Orcium*.

† ORCILLUM, ap. Thaumaſſer. in Conſuet. Bituric. p. 116. mendoſe pro *Torallum*, vt videtur. V. in hac voce.

ORCINUS, *morte manumiſſus*. Gloſ. ſar. vet. Cod. 7641.

ORCIPOGGIA, V. ſupra in *Orces*.

ORCISCOPALARIUS. Iul. Firmicus L. 8. Matth. c. 15. *Petaminarius, Ephelmator, Orciſcopalarius*, *etc.* Quo loco, vocem hanc ſic effert Manilius lib. 5. à quo hauſit Firmicus quidquid de ſphaera Barbarica ſcripſit:

Corporaque immerguns undis, ipſumque ſub auſtris
Nerea, et aequoreas conatur viſere Nymphas.

Vnde conjectat Scaliger *Orciſcopalarios* eſſe *Vrinatores*, ſicque dictos, quod ἀδηκτοπέλλης, caecos et latentes explorent: vt *Orcigalea*, latens, aut quae latere facit, dicta eſt. At Salmaſius ad Solinum legendum cenſet *Orcheſtopalarius*, atque ita appellari qui Graecis ὀρχηστόπολοι, qui ſcilicet vertiginoſa et concita ſaltatione in orbem mouentur. Nam πολεῖσθαι eſt in circulum moueri et et circumagi apud Heſychium. In vetteri libro Notarum *Orchiſtopolis* legitur.

ORCISTRA, pulpitum Eccleſiae, ex Graec. ὀρχήστρα, locus in quo mimi actiones ſuas exhibebant. Ordericus Vitalis L. 11. p. 817. Ita *Orciſtram* pro ſuggeſtu dixit Ioannes Thwroczius in Bela Rege cap. 46.

ORCIUM, ORCIOLUS, ORCIARIUS, vrceus. Gloſſ. Gr. Lat. κεράμιον, *Orcium*, *amphora*. *Orcium* vero idem

idem videtur quod *Orca*, de qua voce supra. *Orcio*, pro vase olearo usurpant, Ioannes Villaneus lib. 12. c. 72. et Matth. Villan. lib. 3. c. 56. hinc ORCIOLUS, amphora in speciem *Orcae*, vrceolus: *Orciuolo*, Boccacio. Colloquia Gr. Lat. apud H. Steph. in Gloss. V. *Vrceolus*. ORCIARIUS, vrceus. Tradit. Fuld. lib. 1. trad. 39. ORCIOLA, eadem notione, V. in *Capricium*.

ORCULA, ORCULARIS, V. in *Orca*.

ORCULUS, *praesagium*, apud Papiam. Forte legendum est *Oraculum*.

ORDA. (1) Tartaris, tentorium, statio, curia Imperatoris. Occurrit apud Vincentium Beluacensem lib. 32. c. 21 22. 24. 25. 31. Alii scribunt *Horda*, hodieque *Hordae* vocant tribus, in quas diuiduntur Tartari. V. Georg. Hornium Orb. Imp. p. 288. et 295. (2) Warnerius MS. in Caprum Scottum Poëma:

Si super hanc orcam mihi tu inraueris Ordam,
Oscula dans illi, crimine liber abi.

Forte idem quod ORDALIUM, quod mox vide in *Ordela*. (3) † Conuocatio hominum ad hostes vel latrones insequendos, i. q. *Ordea*, in Instr. Mf. a. 1372.

ORDEA. Huius vocis vis sic exponitur in Tabulario S. Petri Generensis: *Absoluti idem Gasto in Beurnio . . . omnes homines ad dominium S. Petri Generensis pertinentes, ab exercitu, et ab omni expeditionis genere, et a repentina hostium infecutione, quam vulgus consuevit Ordeam appellare.* Quo loco Marca lib. 6. Historiae Benearnensis cap. 11. n. 6. censet *ordeam* idem esse, ac. *Wardea*, in Legibus Wisigoth. et in Capitularibus Caroli Magni, certum scilicet numerum militum, quo in castris et oppidis constituuntur ad arcendas repentinas hostium invasiones et irruptiones. At Dominicus lib. de Praerogat. allod. cap. 22. §. 5. scribit vocem hanc significare tumultuariam illam et repentinam militum conuocationem, quae aeris campani sonitu hosti jam finibus imminenti opponitur: in veteri quippe Codice forensium actorum ditionis Mixtae in regno Nauarrae, conuentus generalis, denunciatio *ab orde sonade*, idem est ac interposito aeris sonitu, vt interpretatur Oyhenartus in Notitia Vasconiae pag. 127. Ita *Ordeum pulsare*, idem est quod Gallis *battre le beffroy, sonner le tocsin*, Anglis *levare hueſium*.

ORDEACEUS, V. *Ordeiceus*.

ORDEACUM, praestatio ex ordeo, V. in *Mestinarius*.

ORDEICEUS, ORDEACIUS, *quod fit ex ordeo*, apud Ioh. de Ianua.

ORDELA, ORDALIUM, quoduis iudicium diuinum, purgatio vulgaris, modus criminis purgandi, ex Saxonico *ordela*, in Canonib. Saxonicis sub Edgaro datis cap. 24. 62. Vox confecta ex Saxon. *Or*, i. magnum, et *Dael*, vel *Dela*, iudicium, aut, vt placet Hickesio, a veteri Francico seu Teutonico *Vrdela*, iudicare, vnde *Vrdel*, Saxon. *Ordal*, iudicium quod vsu obtinente, specialius ad diuinum illud judicium translatum est. De huiusmodi iudiciis plura etiam dicta sunt in vocibus *Aquae frigidae iuditium*, *Campiones*, *Duellum*, *Ferrum candens*: quae totidem erant Ordaliorum genera.

ORDEOLUS, Isidoro lib. 4. cap. 8. et ex eo Papiae, *est parumissima et purulenta collectio in capillis palpebrarum constituta, in medio lata et ex vtroque conducta, hordei granum similans, vnde et nomen accepit.* Rocho le Baillif *Ordeolum est apostema parum ordeo simile*, Germ. Gerstenkorn, Gallis, *Grain d'orge*. Supra melius scribitur *Hordeolus*.

ORDEUS, *pondus, vetitum lentes duas*, Papiae.

ORDIBARII, Haeretici Valdensium sectarii, de quibus Raynerus contra Valdenses cap. 6.

† ORDIDULUS, ORDIDUS, pro horridulus et horridus in Gloss. Prov. Lat. Cod. 7657.

ORDIFICIUM, Charta an. 1178. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 348. *Nec ipse Fulcuinus eam turrem de cetero surgat, nec armet, nec nouum Ordificium, nec forticiam faciat.*

Omnino videtur legendum *aedificium*. ✝ Nili idem sit ac Ital. *Ordigno*, machina, vel quod *Hordiculum*.

ORDINABILIS, ordinandus, dirigendus, apud Pezium tom. I. Anecd. part. I. Col. 243. V. mox *Ordinabiliter*.

✝ ORDINABILITAS, ordinatio, administratio, t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 428.

ORDINABILITER, per ordinem, composite. Zeno Veronensis form. 6. ad Neophytos.

ORDINALE, vel ORDINALIS, *liber in quo ordinatur modus dicendi et solemnizandi diuinum officium*, inquit Lindwodus ad Prouinciale Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 27. Ranulfus in Polychron. lib. 7. c. 3. sub an. 1077. de Osmundo Sarisberiensi Episcopo: *Hic quoque composuit librum Ordinalem Ecclesiastici officii, quem Consuetudinarium vocant, quo fere nunc tota Anglia, Wallia vtitur, et Hibernia.* ORDINARIUM, vel ORDINARIUS, in Testam. Philippi Belnacensis Episcopi an. 1217. in Histor. Drocensi pag. 244. *Missale et ordinarium texta*, (tecta) *argento.* Statuta Synodalia Nicolai Episcopi Andegav. an. 1261. (tom. II. Spicil. Acher. p. 202.) *Statuimus quod in singulis Ecclesiis liber, qui dicitur Ordinarius, habeatur, quo Sacerdotes respiciant singulis diebus ante Vesperarum inceptionem, vt ipsas Vesperas, Matutinas, et officium diei sequentis faciant et exequantur, iuxta Ordinarii institutionem.* LIBER ORDINIS, in Charta Sisnandi Episcopi Frensis aerae 952. apud Ant. de Yepez in Chron. Ordinis S. Benedicti to. 4.

✝ ORDINALITER, i. q. *Ordinabiliter*, t. 6. Sept. p. 481.

ORDINAMENTUM, mandatum, constitutio, statutum. Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. to. 6. col. 465. Appendix ad Agnelli Pontificale apud laudatum Murator. to. 2. p. 189. col. 1. *Marcellinus* XI. *iustus et timoratus, cuius tanta corporis Ordinamenta flagrarunt, vt pretiosissimae myrrhae incensum sepelientium nares sentirent.* Procul dubio legendum *Odoramenta.* ORDINANTIA. (1) Idem quod: *Ordinamentum*, Gall. *Ordonnance.* Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. to. 3. SS. Iunii. p. VI. (2) ✝ Centuria, turma, Gall. *Ordonnance*, in Ch. Mss.

ORDINARE. (1) Statuere, disponere, Gallis, *Ordonner*, *disposer.* Praeceptum Caroli M. pro Hispanis edit. a Steph. Baluzio: *Et mandauimus illi vt . . . Ordinari faciat quomodo aut qualiter ipsi Hispani viuere debeant.* V. *Ordinatus.* (2) Praecipere, iubere, praescribere, statuere, ve etiam Gallis *Ordonner.* Capitulare de villis Caroli M. c. 16. *Volumus vt quicquid nos aut Regina vnicuique iudici Ordinaverimus, aut ministerialibus nostri Sinescalcus et Buticularius de verbo nostro aut Reginae ipsis iudicibus Ordinauerint, ad eorundem placitum, sicut eis institutum fuerit, impletum habeant.* (3) Ordines sacros et Ecclesiasticos conferre. V. mox in *Ordo* 3. (4) Poenitentiae, Eucharistiae et Extremae vnctionis Sacramenta moribundo administrare. Acta SS. Iunii. to. 1. p. 793. de S. Bertrando: *Dixit mihi, quod irem cito Ordinare vnum hominem, qui est in periculo mortis.* V. infra *Ordines sacri* post *Ordo.* 6. (5) ORDINARE GALEAS, naues armare, adornare, Gall. *Equiper des vaisseaux.* Breuiarium Hist. Pisanae ad ann. 1163. apud Murator. to. 6. col. 174. (6) ✝ Curare, medicamenta adhibere, in Lit. remiss. Ms. a. 1400. (7) ✝ Sensu opposito, male habere, imo interficere, in Lit. remiss. Ms. a. 1409.

ORDINARIA, tegula latericia. Dionysius Exiguus in Inuentione capitis S. Iohannis Bapt. to. 4. Iunii p. 726. *Et perueni ad locum, qui erat aedificatus ex calce et Ordinariis.*

ORDINARIOLI, V. mox in *Ordinarius.* 8.

ORDINARIUM. (1) ORDINARIUM, ORDINARIUS, liber continens ordinem diuini officii, Vi. *Ordinale.* (2) ✝ Consuera et quotidiana portio, in Statut. Tolos. a. 1457.

ORDI-

ORDINARIUS. (1) *Manipularis, qui in ordine eſt*, apud Feſtum. Gloſſae Iſidori: *Ordinarius miles, qui in integro ordine eſt, vel numero.* Gloſſ. Graec. Lat. τακτικὸς, *Ordinarius.* Ita vſurpant Vopiſcus in Bonoſo, et Capitolinus in Clodio Albino. Sed et (2) ORDINARII interdum appellantur, qui *ordines* ducunt. Gloſſae eaedem: ταξίαρχος, *Ordinarius*, *Manipularius.* Atque ita occurrunt *Ordinarii* apud Vegetium lib. 2. cap. 7. 8. 15. Praeterea. (3) ORDINARII dicuntur iudicum Ordinariorum officiales, vel Apparitores, qui inter Cornicularios, Commentarienſes, Numerarios, Apparitores, vel Speculatores, recenſentur in Notitia Imperii, in L. 16. Cod. Th. de Cohortalib. et L. 3. de iis qui adminiſtr. (4) Iudex ordinarius. Charta Henr. Imp. an. 1312. pro *Iacobo Spinola* Henrici filio. (5) Loci Epiſcopus, qui habet ordinariam iurisdictionem in cauſis Eccleſiaſticis, Gallis vulgo, *l' Ordinaire*; *Ordinary*, apud Littletonem ſect. 136. 648. V. Statuta Willelmi Regis Scotiae cap. 22. §. 2. (6) ORDINARII etiam dicuntur ex ordine Eccleſiaſtico, dignitates Eccleſiarum, quibus competit aliqua iurisdictio. Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccleſ. lib. 1. tit. 3. *Ordinarius principaliter habet locum de Epiſcopo et aliis ſuperioribus, qui ſoli ſunt vniverſales in ſuis iurisdictionibus. . . . ſed ſunt ſub eo Ordinarii, hi videlicet quibus competit iurisdictio ordinaria de iure, priuilegio vel conſuetudine, etc.* De his videtur intelligendus Ratherius Veronenſis in Itinerario: *Recolitis . . . me praecepiſſe vt duobus diebus Archipresbyter et Archidiaconus me abſente aduentantes cum Ordinariis omnibus pariter reſidentibus diſcuterent, die tertia emendanda mihi omnia recitarent.* ORDINARIUS ORDINARIORUM dicitur Romanus Pontifex, ex quo collationem beneficiorum ſibi arroguit, in Concilio Lateranenſi c. 4. cap. Antiqua de Privileg. Exinde Pontifex concurrit cum omnibus Ordinariis, et iure praeuentionis confert omnia beneficia vacantia. (7) Dignitas in ordine Canonicorum regularium, cuius munus recitat Innocentius III. lib. 1. Epiſt. p. 30. edit. Venetae: *Praedictorum autem octo* (Canonicorum Regularium in Eccleſia Perufina *maior Archipresbyter erit, alius Ordinarius, ſequens Camerarius . . . Ordinarius vero clauſtrum debet ex officio cuſtodire, ſignare diligenter, et auſcultare a ſingulis lectiones, etc.* (8) ORDINARII dicuntur Canonici Eccleſiarum Collegialium, in Charta an. 1040. apud Vghell. to. 4. p. 147. 961. et Puricellum in Ambroſ. Baſil. p. 425. 517. ORDINARIOLI, ſ. minores *Ordinarii* ſeu Canonici. Guiluaneus Flammeus loco mox laudato: *Dominica prima poſt Aſcenſionem Domini, Ordinarioli viciſſim portant annulum et albam rubeam, quae ſunt Archiepiſcopi.* (8) † Haeres legitimus et ex ordine conſuero. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Pariſ.

ORDINATIO. (1) ORDINATIO CARTUSIENSIS, ordo Cartuſienſis. Literae Iohannis Franc. Regis ann. 1350. tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 12. (2) † Conuentum ſtatutum, ſententia iudicis vel arbitri, in Hiſt. Pariſ. t. 3. p. 37. (3) † Charta in qua per ordinem cauſae diiudicandae deſcribuntur, t. 9. Ordinat. reg. Fr. p. 448. (4) † Inauguratio, qua quis in regem vel aliam dignitatem *ordinatur*, in Tabular. Maior. monaſt.

ORDINATOR, qui *ordinat*, dirigit, gubernat, abbas, ſuperior. *Aduocatus et Ordinator litis*, apud Senecam Epiſt. 19 S. Auguſt. lib. 19. de Civ. Dei cap. 12. Pro adminiſtratore vel pro curatore occurrit ap. Gregor. Turon. l. 4. c. 5. Occurrit alia notione mox in *Ordo* 3.

ORDINATUS. (1) Ordine ſacro donatus, V. *Ordo* 3. (2) ORDINATUS mori dicitur, qui teſtamentum confecit, apud Willelmum Tyrium lib. 12. cap. 25. V. *Inordinatus.* (3) Idem, vt videtur, qui *Aduocatus*, defenſor, Gall. *Avoué.* Chronicon Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col.

col. 664. (5) *Ordinati*, posteri, posteniti successiores, qui *ordine* descendunt ab alio, Gall. *Descendans*, et, vt Practici Gallici loquuntur, *Aians cause*. Charta an. 1209. apud Menagium Histor. Sabolii pag. 365. V. mox *Ordinium*.

ORDINIUM. (1) Posteritas, idem quod *Ordinatus* 5. Charta an. 1192. in MS. Codice B. Mariae Comuenarum. (2) † Testamentum, quo quis de rebus suis *ordinat*. Testam. Mf. a. 1251.

† ORDIOLUM, dimin. ab *Ordeum* pro hordeum, in Gloss. Prou. Lat. Cod. 7657.

ORDITORIUM, stamini vel telae fucula, Ital. *Orditoio*, Gall. *Ourdissoir*. Acta S. Franciscae Rom. tom. 2. Martii pag. 146.

ORDITORIUS, textorius. *Orditoria teisa*, orgyia, quae texuntur, in Statutis Montisregalis p. 275.

ORDITURA, in iisdem Statutis p. 276. textura.

ORDITUS. (1) Pro *Ortus*, passiua notione. Gesta Hugonis Cenomann. Episcopi apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 352. (2) † *Dominica de linguis orditis*, V. *Bohordicum*.

ORDO. (1) Modus, ratio, Germ. Art. *Malo ordine*, in Lege Ripuar. tit. 59. §. 8. tit. 67. §. 5. etc. apud Luciferum Calarit. MALO ORDINE *et contra leges*, in ver. Charta apud Vghellum to. 7. pag. 1418. *Malo ordine et iniquo ingenio*, in alia apud Saramarthanos in Episcop. Massil. num. 14. *Ordine violento*, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 110. §. 1. QUIETO ORDINE, apud Doubletum pag. 859. Vghellum tom. 2. pag. 143. ORDINE LEGITIMO, in Charta Caroli M. apud Doubletum p. 717. AEQUITATIS ORDO, in formulis Lindenbrog. cap. 105. CANONICO ORDINE *viuere*, *distringere*, in Lege Longob. L. 3. tit. 1. §. 18. VSV ET ORDINE *fructuario possidere*, in Pancharta nigra S. Martini Turon. fol. 103. col. 2. est iure vsusfructus. *Vsufructuario Ordine beneficiare*, in Formul. vet. cap. 38. VIVO ORDINE. Testamentum Ephibii Abbatis de Geniciaco an. 696. ex to. 12. Spicilegii Acheriani: Id est dum viueret (2) Curia, Senatus. Gloss. Graec. Lat. Βαλευτήριον, *haec Curia, Ordo*. S. Augustin. in Breuiar. Collat. 3. cap. 13. *Scripsit etiam secundus et ad seipsum missus a Curatore ex Ordine Centurionem et Beneficiarium*. Occurrit ibidem cap. 15. 17. et in Cod. Theod. non semel. ORDO REIPUBLICAE *superior et inferior*, i. magistratus maiores et minores. Charta Carlomanni Regis, ex Archiuis Monasterii Pictau. S. Crucis. (3) Ordinis Sacramentum, quod ei confertur qui in aliquem ordinem Ecclesiasticum cooptatur. Zosimus PP. Epist. ad Hesychium cap. 1. ORDINES MAIORES et sacri sunt, *Subdiaconatus*, *Diaconatus*, *Presbyteratus*, *Episcopalis*: minores vero, seu non sacri, *Cantoratus*, *Psalmistatus*, *Ostiariatus*, *Lectoratus*, *Exorcistatus*, *Acolythatus*. Omnes tamen ordines *sacros* promiscue appellatos annotat Menardus ad lib. Sacram. p. 270. Synodus Beneuentana an. 1091. cap. 1. *Sacros Ordines dicimus Diaconatum* ac *Presbyteratum*. ORDO SECUNDUS, sacerdotium, quo prior est Episcopatus. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi c. 8. saec. 4. SS. Benedict. part. 2. p. 176. ORDINARE, ordines sacros et Ecclesiasticos conferre, quod faciunt Episcopi. S. Hieronymus in Esaiam: ORDINATI, qui ordinibus Ecclesiasticis donati sunt. Leges Henrici I. Regis Angl cap. 11. ORDINATOR, qui confert ordines ecclesiasticos. Innocentius II. Papa in Epistola ad Synodum Toler. to. 2. Concil. Hispan. p. 151. EXORDINARE, sacerdotali gradu spoliare, *degradare*. Leges Aluredi Regis West-Sax. art. 24. apud Brompton. REORDINATIONES vetant Canones Conciliorum. Fulbertus Carnot. Epist. 25. (4) Liber Ecclesiasticus, sic dictus, qui vulgo *Ordo Romanus*, editus cum scriptoribus de Ritibus Ecclesiasticis, cuius mentio est in lib. 7. Cap. Caroli M. cap. 143. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 57. *Monque superiorum orationum primam, sicus*

ſicut in Ordine continetur, Lanigenus Epiſcopus dedit. ORDO ECCLESIASTICUS, eadem notione. Vita S. Rodingi Abb. ſæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 536. (5) Canon, regula, ſanctio. Libr. I. Capitul. cap. 82. *Iuxta ſacros Ordines, vilis perſona manens, ſacerdotii dignitate fungi non poteſt.* Ibid. cap. 91. habetur *iuxta ſacros Canones*, vt et apud Reginonem, Burchardum, Iuonem et Gratianum. V. notam Baluzii to. 2. Capitul. col. 1146. (6) Nude, pro ordine religioſo. Arnoldus Lubecenſ. lib. 4. cap. 13. *Quid ergo damno, reprehendo? Ordinem? non Ordinem, ſed Ordinis ſuperfluitates, quae ex illo tempore coeperunt, ex quo facta eſt mutatio Ordinis.* Curia Generalis Catalaniae an. 1289. *Neque aliam Eccleſiam, neque domum Ordinis, vel Religionis, vel Monaſterii, etc.* ORDO, monaſterium, ſeu Monachorum eiusdem loci congregatio. Iohan. Monachus lib. 3. Vitae S. Odonis Abb. Cluniac. cap. 8. ORDO, regula ipſa, vel obſeruatio monachica. Eadmerus lib. de ſimilitudinib. S. Anſelmi c. 77. *Haec et his ſimilia nonnisi dicit, dum Ordo ingressis illi videtur grauis.* ORDO NIGER, *nigri monachi*, Benedictini in Occidente paſſim dicti, apud Matth. Pariſ. p. 321. 514. ORDO ALBUS, Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini. Iacobus a Vitriaco in Hiſt. Occident. cap. 13. ORDO GRISEUS, monachorum ſcilicet qui coloris cinericii, ſeu *Pſeudolatini*, veſtibus induebantur: quo nomine Ciſtercienſes Monachi intelliguntur, qui *nigrum habitum primi in griſeum commutarunt*, vt auctor eſt Iacobus de Vitriaco in Hiſt. Occident. cap. 14. V. Michaelem Scotum lib. 4. Menſae Philoſophicae cap. 39. ORDO ASINORUM, V. *Aſinus*. ORDO FIDEI, ſeu *Militia Ordinis Fidei Ieſu Chriſti*, ordo militaris inſtitutus contra Albigenſes, cuius quidam Sauaricus *pauperem* ſe *Magiſtrum* inſcribit in literis ann. 1220. in Regeſto Curiae Franciae de negotiis Senaſcalliarum Carcaſſonae, *etc.* ch. 48. † Pro Conuentu ordinis religioſi occurrit in Ch. Mſ. a. 1161. (7) ORDO S. IACOBI, ſacramentum extremae vnctionis, ſic procul dubio dictum, quia illud a D. N. I. Chriſto acceptum tradidit S. Iacobus Epiſt. 5. 14. his verbis: *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Eccleſiae et orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, etc.* Limborch. Sententiae Inquiſit. Toloſ. pag. 5. ORDINES SACRI, *ſive Sacramenta Poenitentiae et Extremae-vnctionis*, quae moribundis conferri ſolent, in Miraculis MSS. Vrbani V. Papae. V. *Ordinare* 4. (8) ORDO VINEAE, vineae modus. Charta ann. 1105. apud D. Calmetum in Probat. Hiſt. Lotharingiae tom. 1. col. 517. *In Barro-monte vineas duas, in Carravalle quatuor Ordines vinearum, in Haſtonis Valle ſex Ordines, in ſummo Barro vnum vinum, in Calvomonte Ordines octo, in prato Amaſtii vndecim, etc.* (9) DARE ORDINEM, phraſis Gallica, *donner ordre de faire quelque choſe*, curare vt aliquid fiat. Occurrit non ſemel in Vitis PP. ab Ill. Epiſcopo Monſpelienſi editis p. 108. 134. 190. (10) † Aduocatus, iudex, i. q. *Ordinatus* 3, ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 974. (11) † Militaris turma, copiae, apud Boninconi. in Hiſt. Sic. part. 1.

ORDURA, Gall. *Ordure*, lutum, coenum, in Edicto Iohannis Franciae Regis an. 1356. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 158.

† ORDUS, deformis, ſordidus, Gall. *Ord*, Ital. *Ordo*, in Ch. Mſ. a. 1338.

ORECTARE, V. in *Baulare*.

† OREDENCIUS CADERE, in os ſeu dentes prolabi. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1412.

† OREFICIA, vectigalis ſpecies, f. quod pro fimbriis aureis exigitur. V. *Aurifrigia*. Ch. a. 1269. apud Lam. in Delic. erud.

OREFRUM, vt *Aurifrigium*, de quo pluribus ſuo loco, Gall. *Orfroi*, vel, vt ſcribit Menagius, *Orfroye*. *Dalmaticum velatum de Orefreis*, apud Thomam Blount in Nomolexico v. *Orfraies*. V. mox *Orfra*.

ORE-

ORGIELA, († vel ORGIALIS, vt editum eſt in Cod. Ital. diplom. t. 3. p. 361. vbi flos ſignificare videtur, quem Auriculam vrſi nuncupant.) Annales Mediolan. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 803. *Tres aliae collanae, quarum vna facta eſt ad Orgielas auri et flores albos, alia facta eſt ad botonzellos albos et rubeos, et alia facta eſt ad modum vnius roſani cum botonzellis albis et rubeis.* Videtur eſſe Fibula, Gallis *Agraffe.*

ORGILLUM, perperam pro *Torallum*, in Charta Guidonis Archiep. Bituric. pro villa S. Palladii an. 1279. V. *Toralium* et *Paſtorale.*

† ORGILUS. Reg. epiſcopat. Niuern. a. 1287. *Quilibet mercerius qui vendit orellos, debet obolum de tribus ſabbatis in tribus ſabbatis.*

† ORGRIA, ora, limbus, in Ch. Mſ. a. 1316. V. *Auveria.*

ORESTE. Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 16. 17. 827. *Habeant etiam Curiam ſuam et inſtitiam cum ſaka ſoka, et ... ſiemenefrith, et Ordel, et Oreſte infra tempus et extra, et cum omnibus aliis conſuetudinibus et immunitatibus, etc.*

ORETENUS, ore, verbo, voce, Gall. *de bouche, verbalement.* *Niſi nobis vel noſtro ſpeciali mandato Oretenus facto*, in Literis Humberti II ann. 1345. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 513. col. 2. *Orethenus vel litteris ordinare*, ibid. pag. 573. col. 1.

OREUM, pro horreum, apud Rymer. tom. 13. pag. 619.

† OREXIA, *fem. gen. i. Poliſagia, i. multa comeſtio.* Gloſſ. Lat. Gall. Mſ. a. 1352. V. mox *Orexis.*

OREXIS, cibi appetentia, auiditas, ex Graec. ὄρεξις. Lampridius in Heliogabalo: *Amabat ſibi preſia maiora dici earum rerum quae menſae parabantur, Orexin in conuiuio hanc eſſe aſſerens.* Rocho le Baillif in Dictionariolo Spagyr. *Orexis eſt ardor a Tartaro in ſtomacho excitatus.*

ORFRA, ORFREA, limbus acu pictus, Gall. *Orfroi.* Teſtamentum Rotherami Eborac. Epiſc. ann. 1498. in Libro nigro Scaccarii p. 674. *Cum vna capa, cuius Orfra eſt viridis.* Et mox: *Cum Orfreis bene et ſumptuoſe operatis.* V. *Aurifrigium.* ORGRETUM, eadem notione. Inuentar. Eccleſ. Nouiom. an. 1419. † ORERDUM, in Necrol. Mſ. Pariſ. ORFRESIUM, ibid.

ORGANALIS MUSICA, V. in *Organum.* ORGANALIS VENA, aſpera arteria, ſpiritus et vocis iter, Gall. *Trachée artere.* Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 565.

ORGANARE, ORGANARIUS, ORGANISTA, ORGANISTRUM, V. poſt *Organum.*

† ORGANATOR, qui organa muſica pulſat, vel conficit, in Ch. Mſ. a. 1276.

† ORGANIFEX, organorum artifex, in Comput. Fabr. S. Petri Inſul. a. 1472.

† ORGANISARE, certa modulatione cantare, in Caerem. vet. Mſ. eccleſ. Carnot.

ORGANIZARE, effingere, conformare, Gall. *Organiſer.* Engelbertus de longaeuitate ante diluuium cap. 8. *Calidum quidem eſt quod format et Organizat actiue; humidum autem eſt quod formatur et Organizatur paſſiue.* V. alia notione in *Organum.*

† ORGANO, piſcis genus, V. *Circulus* 2.

ORGANUM. (1) Quod vario calamorum ordine conſtat, follibusque inflatur: nam ὄργανον, *fiſtula*, exponitur, vt ἐργανάριος, *fiſtularius*, in Gloſſ. Graec. Lat. Non omnino nuperum eſſe inuentum, ſatis declarat S. Auguſtinus in Pſalm. 56. *Organa dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum. Non ſolum illud Organum dicitur, quod grande eſt, et inflatur follibus, ſed quidquid aptatur ad cantionem, et corporeum eſt, quo inſtrumento vtitur qui canitat, Organum dicitur.* Vt et Iſidorus lib. 2. Orig. cap. 20. *Organum, vocabulum eſt generale vaſorum omnium muſicorum. Hoc autem cui folles adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Vt autem Organum dicatur, magis ea vulgaris eſt conſuetudo Graecorum.* Sed et eiusmodi organa reſpexit, opinor, Senator lib. 1. Epiſt. 45. *Facit*

Facit aquas ex imo surgentes praecipites cadere; ignem ponderibus turrere, Organa extraneis vocibus insonare, et peregrinis flatibus calamos complet, vt musica possint arte cantare. Quin etiam describitur ab eodem in Psalmum 150. *Organum itaque est quasi turris diuersis fistulis fabricata, quibus flatu follium vox copiosissima destinatur, et vt eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiore parte constringitur, quas disciplinabiliter Magistrorum digiti reprimentes grandisonam efficiunt et suauissimam cantilenam.* In allatis Organi descriptionibus nulla hydraulicorum, quomodo describuntur a Vossio ex Vitruuio et Herone, in libro de Poëmatum cantu et virib. rythmi p. 100. et seqq. nulla fit mentio, immo follibus spiritum accepisse dicuntur, adeo vt ab hodiernis non omnino discrepasse fatendum sit, etsi Latinis vix cognita fuisse euincant quae habent Francorum Annales, qui in Franciam tum primum allatum, organum an. 757. ac Pipino Compendii tum agenti, cum aliis muneribus missum a Constantino Imp. narrant. Exhinc simile Organum Carolo M. oblatum per Legatos ab Imperatore Constant. Michaële forte cognomento Rhangabe scribit Monachus Sangallensis lib. 1. de Carolo M. cap. 10. a quo ita describitur: *Adduxerunt etiam tidem Missi omne genus Organorum, sed et variarum rerum secum . . . et praecipue illud musicorum Organum praestantissimum, quod doliis ex aere conflatis, follibusque taurinis, per fistulas aereas mire perflentibus vagitu quidem, tonitrui boatum, garrulitatem vero lyrae vel cymbali, dulcedine coaequabat.* Sed scrupulum iniicit, quod Eginhardus, organum Ludouici iussu a Georgio Veneto Aquisgrani confectum, *Hydraulicum* appellat, quasi aquarum vi, vt sunt hydraulica organa apud Vitruuium lib. 10. cap. 13. sonum ediderit: cum eiusmodi hydraulica quantum ad formam haud multum differrent ab hodiernis organis: quod abunde docet ea Pars Porphyriani Panegyrici Constantino M. dicti, quae organi speciem refert, quod hydraulicum fuisse testatur hic versus:

Sub quibus vnda latens properantibus incita ventis, etc.

Sed et hydraulicorum organorum vsum obtinuisse in Ecclesiis nostratibus testatur Willelmus Malmesbur. *Extant etiam apud illam Ecclesiam doctrinae ipsius monumenta, horologium arte mechanica compositum, Organa hydraulica, vbi mirum in modum aquae calefactae violentiam ventus emergens implet concauitatem barbiti, et per multiforasiles transitus aeneae fistulae modulatos clamores emittunt.* Quae vero de Organis musicis narrant Constantinus Manasses et Michaël Glycas a Theophilo Michaëlis F. Imperatore Constantinopol. adinuentis, non organa nostratia spectant, sed musicam quandam autum fictitiarum arbori perinde fictitiae insidentium organicam intelligunt, quod ex Leone Grammatico licet colligere. ORGANUM TRIPLUM *seu Quadruplum.* Necrologium Ecclesiae Parisiens. 7. Id. Ian. *Et quilibet Clericorum qui ad Missam Responsorium vel Alleluia Organo triplo vel quadruplo decantabunt, 7. den. habebit.* Adde 3. Id. Iul. ORGANA, seu *Orgues* Galli appellant cataractas lapsiles ferreas ad vrbium et castrorum portas. V. Tactica Ducis Cliuensis pag. 81. ORGANUM, alia notione. Altercatio de primis gradibus in consessu Concilii Basileensis, to. 2. Hist. Britan. col. 1025. *Per Organum dicti domini Arelatensis ordinauerunt praefatos Electorum Oratores collocandos prope sedem Maiestatis imperialis.* Lobinellus *vocem* seu *organum vocis* interpretatur, malim *operam*, ita vt huiusce dispositionis sequester fuerit Archiepiscopus Arelatensis. Vtraque tamen ratione potest intelligi vox *Organum*, vt apud Gallos *Organe*: quod modo ei, qui aliorum nomine loquitur, modo ei qui sequestri vices agit, tribuitur. Sed haec fere eodem redeunt. ORGANA PROPHETARUM, oracula, vaticinia. Vetus Auctor apud Mabillon.

ORREGIELA, († vel ORREGIALIS, vt edicum eſt in Cod. Ital. diplom. t. 3. p. 361. vbi flos ſignificare videtur, quem Auriculam vrſi nuncupant.) Annales Mediolan. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. col. 803. *Tres aliae collanae, quarum vna facta eſt ad Orreglas auri et flores albos, alia facta eſt ad bosenzellos albos et rubeos, et alia facta eſt ad modum vnius roſani cum bosenzellis albis et rubeis.* Videtur eſſe Fibula, Gallis *Agraffe.*

ORREILLUM, perperam pro *Torallum*, in Charta Guidonis Archiep. Bituric. pro villa S. Palladii an. 1279. V. *Torallum* et *Paſtorale.*

† ORRELLUS. Reg. epiſcopat. Niuern. a. 1287. *Quilibet mercerius qui vendit orellos, debet obolum de tribus ſabbasis in tribus ſabbatis.*

† ORRERIA, ora, limbus, in Ch. Mſ. a. 1316. V. *Auveria.*

ORRESTE. Monaſticum Anglic. tom. 2. p. 16. 17. 827. *Habeant etiam Curiam ſuam et inſtitiam cum ſaka ſoka, et ... flemenefrith, et Ordel, et Oreſte infra tempus et extra, et cum omnibus aliis conſuetudinibus et immunitatibus, etc.*

ORRETENUS, ore, verbo, voce, Gall. *de bouche, verbalement.* *Niſi nobis vel noſtro ſpeciali mandato Orretenus facto*, in Literis Humberti II ann. 1345. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 513. col. 2. *Orrethenus vel litteris ordinare*, ibid. pag. 573. col. 1.

ORREUM, pro horreum, apud Rymer. tom. 13. pag. 619.

† ORREXIA, *fam. gen. i. Polifagia, i. multa comeſtio.* Gloſſ. Lat. Gall. Mſ. a. 1352. V. mox *Orexis.*

ORREXIS, cibi appetentia, auiditas, ex Graec. ὄρεξις. Lampridius in Heliogabalo: *Amabat ſibi preſia maiora dici earum rerum quae menſae parabantur, Orexin in conuiuio hanc eſſe aſſerens.* Rocho le Baillif in Dictionariolo Spagyr. *Orexis eſt ardor a Tartaro in ſtomacho excitatus.*

ORRFA, ORFREA, limbus acu pictus, Gall. *Orfroi.* Teſtamentum Rotherami Eborac. Epiſc. ann. 1498. in Libro nigro Scaccarii p. 674. *Cum vna capa, cuius Orfra eſt viridis.* Et mox: *Cum Orfreis bene et ſumptuoſe operatis.* V. *Aurifrigium.* ORRETUM, eadem notione. Inuentar. Eccleſ. Nouiom. an. 1419. † ORREBDUM, in Necrol. Mſ. Pariſ. ORFRESIUM, ibid.

ORGANALIS MUSICA, V. in *Organum.* ORGANALIS VENA, aſpera arteria, ſpiritus et vocis iter, Gall. *Trachée artere.* Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 565.

ORGANARE, ORGANARIUS, ORGANISTA, ORGANISTRUM, V. poſt *Organum.*

† ORGANATOR, qui organa muſica pulſat, vel conficit, in Ch. Mſ. a. 1276.

† ORGANIFEX, organorum artifex, in Comput. Fabr. S. Petri Inſul. a. 1472.

† ORGANISARE, certa modulatione cantare, in Caerem. vet. Mſ. eccleſ. Carnot.

ORGANIZARE, effingere, conformare, Gall. *Organiſer.* Engelbertus de iuſmodi organa reſpexit, opinor, Senator lib. 1. Epiſt. 45. *Facit*

Et mox: *Cum Orfreis bene et ſumptuoſe operatis.* V. *Aurifrigium.* ORGRETUM, eadem notione. Inuentar. Eccleſ. Nouiom. an. 1419. † ORREBDUM, in Necrol. Mſ. Pariſ. ORFRESIUM, ibid.

ORGANALIS MUSICA, V. in *Organum.* ORGANALIS VENA, aſpera arteria, ſpiritus et vocis iter, Gall. *Trachée artere.* Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 565.

ORGANARE, ORGANARIUS, ORGANISTA, ORGANISTRUM, V. poſt *Organum.*

† ORGANATOR, qui organa muſica pulſat, vel conficit, in Ch. Mſ. a. 1276.

† ORGANIFEX, organorum artifex, in Comput. Fabr. S. Petri Inſul. a. 1472.

† ORGANISARE, certa modulatione cantare, in Caerem. vet. Mſ. eccleſ. Carnot.

ORGANIZARE, effingere, conformare, Gall. *Organiſer.* Engelbertus de iuſmodi organa reſpexit, opinor, Senator lib. 1. Epiſt. 45. *Facit*

ORGANUM. (1) Quod vario calamorum ordine conſtat, follibusque inflatur: nam ὄργανον, *fiſtula*, exponitur, vt ὀργανάριος, *fiſtularius*, in Gloſſ. Graec. Lat. Non omnino nuperum eſſe inuentum, ſatis declarat S. Auguſtinus in Pſalm. 56. *Organa dicuntur omnia inſtrumenta muſicorum. Non ſolum illud Organum dicitur, quod grande eſt, et inflatur follibus, ſed quidquid aptatur ad cantionem, et corporeum eſt, quo inſtrumento vtitur qui cantat, Organum dicitur.* Vt et Iſidorus lib. 2. Orig. cap. 20. *Organum, vocabulum eſt generale vaſorum omnium muſicorum. Hoc autem cui faſtes adhibentur, alio Graeci nomine appellant. Vt autem Organum dicatur, magis ea vulgaris eſt conſuetudo Graecorum.* Sed et eiusmodi organa reſpexit, opinor, Senator lib. 1. Epiſt. 45. *Facit*

Facit aquas ex imo ſurgentes praecipites cadere: ignem ponderibus currere, Organa extraneis vocibus inſonare, et peregrinis flatibus calamos complet, vt muſica poſſint arte canere. Quin etiam deſcribitur ab eodem in Pſalmum 150. *Organum itaque eſt quaſi turris diuerſis fiſtulis fabricata, quibus flatu foltium vox copioſiſſima deſtinatur, et vt eam modulatio decora componat, linguis quibusdam ligneis ab interiore parte conſtruitur, quas diſciplinabiliter Magiſtrorum digiti reprimentes grandiſonam efficiunt et ſuauiſſimam cantilenam.* In allatis Organi deſcriptionibus nulla hydraulicorum, quomodo deſcribuntur a Voſſio ex Vitruuio et Herone, in libro de Poëmatum cantu et virib. rythmi p. 100. et ſeqq. nulla fit mentio, immo follibus ſpiritum accepiſſe dicuntur, adeo vt ab hodiernis non omnino diſcrepaſſe fatendum ſit, etſi Latinis vix cognita fuiſſe euincant quae habent Francorum Annales, qui in Francia tum primum altarum, organum an. 757. ac Pipino Compendii tum agenti, cum aliis muneribus miſſum a Conſtantino Imp. narrant. Exhinc ſimile Organum Carolo M. oblatum per Legatos ab Imperatore Conſtant. Michaële forte cognomento Rhangabe ſubdit Monachus Sangallenſis lib. 1. de Carolo M. cap. 10. a quo ita deſcribitur: *Adduxerunt etiam iidem Miſſi omne genus Organorum, ſed et variarum rerum ſecum . . . et praecipue illud muſicorum Organum praeſtantiſſimum, quod doliis ex aere conflatis, follibusque taurinis, per fiſtulas aereas mire perſtantibus rugitu quidem, tonitrui boatum, garrulitatem vero lyrae vel cymbali, dulcedine coaequabat.* Sed ſcrupulum iniicit, quod Eginhardus, organum Ludouici iuſſu a Georgio Veneto Aquisgrani confectum, *Hydraulicum* appellat, quaſi aquarum vi, vt ſint hydraulica organa apud Vitruuium lib. 10. cap. 13. ſonum ediderit: cum eiusmodi hydraulica quantum ad formam haud multum differrent ab hodiernis organis: quod abunde docet ea Pars Porphyriani Panegyrici Conſtantino M. dicti, quae organi ſpeciem refert, quod hydraulicum fuiſſe teſtatur hic verſus:

Sub quibus vnda latent properantibus incita ventis, etc.

Sed et hydraulicorum organorum vſum obtinuiſſe in Eccleſiis noſtratibus teſtatur Willelmus Malmesbur. *Extant etiam apud illum Eccleſiam doctrinae ipſius monumenta, horologium arte mechanica compoſitum, Organa hydraulica, vbi mirum in modum aquae calefactae violentiam ventus emergens implet concauitatem barbiti, et per multiforatiles tranſitus aeneae fiſtulae modulatos clamores emittunt.* Quae vero de Organis muſicis narrant Conſtantinus Manaſſes et Michaël Glycas a Theophilo Michaëlis F. Imperatore Conſtantinopol. adinuentis, non organa noſtratia ſpectant, ſed muſicam quandam autum fictitiarum arbori perinde fictitiae inſidentium organicam intelligunt, quod ex Leone Grammatico licet colligere. ORGANUM TRIPLUM *ſeu Quadruplum.* Necrologium Eccleſiae Pariſienſ. 7. Id. Ian. *Et quilibet Clericorum qui ad Miſſam Reſponſorium vel Alleluia Organo triplo vel quadruplo decantabunt, 7. den. habebit.* Adde 3. Id. Iul. ORGANA, ſeu *Organes* Galli appellant cataractas lapſiles ferreas ad vrbium et caſtrorum portas. V. Tactica Ducis Cliuenſis pag. 81. ORGANUM, alia notione. Altercatio de primis gradibus in conſeſſu Concilii Baſileenſis, to. 2. Hiſt. Britan. col. 1025. *Per Organum dicti domini Arelatenſis ordinauerunt praefatos Electorum Oratores collocandos prope ſedem Maieſtatis imperialis.* Lobinellus *vocem* ſeu *organum vocis* interpretatur, malim *operam*, ita vt huiusce diſpoſitionis ſequeſter fuerit Archiepiſcopus Arelatenſis. Vtraque tamen ratione poteſt intelligi vox *Organum*, vt apud Gallos *Organe*: quod modo ei, qui aliorum nomine loquitur, modo ei qui ſequeſtri vices agit, tribuitur. Sed haec fere eodem redeunt. ORGANA PROPHETARUM, oracula, vaticinia. Vetus Auctor apud Mabillon.

billon. de Liturgia Gall. p. 500. ORGANUM DIABOLI, recens tormenti puluerarii genus, pluribus conſtans aeneis tubis intra arcam clauſis, et in idem centrum conſtipatis. Nimirum fatali machinae prope fiſtularum ſpiracula applicito igne, fiſtulae omnes pilas ferreas in modum grandinis continuo effundunt et obuia quaeque inelu&tabili ruina diffringunt atque proſternunt. Ita Carolus de Aquino in Lexico Militari. ORGANALIS MUSICA. Adelmannus in Rythmis alphabeticis quemdam Sigonem laudans ait:

Karitate Sigo noſter plenus atque gratia,
Multa praebens ore, manu, advenis ſolatia,
Singularis ORGANALI *regnabat in Muſica.*

ORGANEA INSTRUMENTA, in Vita S. Bernardini Senenſis, to. 5. Maii p. 279. ORGANIZARE, canere in modum Organi. Necrologium Eccleſiae Pariſ. Non. Iul. *Et 4. Clericis qui Organizabunt Alleluya, cuilibet 6. den.* Ioh. de Ianua: *Organizare, Organo cantare; Joer on chantar en orgnes, organiſer*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. ORGANARE, eadem notione. tom. 3. Anecd. Marten. col. 1708. ORGANARIUS, qui Organa muſica pulſat, vel qui concitat, ὑδραύλης, in Gloſſis. Gloſſae aliae: Ὀργανάριος, *Organarius, fiſtularius.* Iul. Firmicus lib. 3. Matheſ. c. 14. *Muſicos vel Organarios faciet.* ORGANISTA, eodem intellectu, Gall. *Organiſte*, in Literis an. 1537. apud Rymer. to. 14. p. 584. ORGANISTRUM, locus in Eccleſia, vbi ſunt organa. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandriae c. 4. ORGE, *occide*, in Gloſſis Iſid. Optime Graeuius poſt Reineſium, *Vrge, occide.* Voces in praelio clamantium, vt Gallis *Tue, Tue.* † (2) Qui alterius nomine agit aut loquitur, ſequeſter, Gall. *Organe.* Ch. Mſ. a. 1366. (3) † Logica, v. Fabric. Bibl. Graec. l. 3. p. 117.

ORGERAFRUS. Bernardus Monachus, poſtmodum Archiep. Tolet. in Conſuetudinib. Cluniac. MSS. ex ex Bibl. Sangermanenſi Pariſ. cap. 9. *In Quadrageſima omni die Dominica, et omni die Iouis facit ſer conſuetudinem caritatem de Orgerafro facto de betonica, et aliis bonis herbis, admixto melle.* Ex edito ſupra legimus *Borgeralfrum*: quod vide

† ORGERIA, forum, vbi frumenta venduntur, Gall. *Orgeria.* Ch. Mſ. a. 1466.

ORGIA, myſteria Chriſtianae religionis, accerſita voce a profanis Gentilium *Orgiis* ſeu Bacchanalibus aliisue ſacris, de quibus inter alios Seruius ad Virgilium lib. 4. Aeneid. V. 302. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Epiſcopi cap. 7.

Foedere conſorti ſeruabant ſcitaque vulgi,
Ardentes animis ſubdi coeleſtibus Orgiis.

Et cap. 12.

. . . . . *Dum tenſis alta pererrant*
Murmora Pſalmigraphi recolentes Orgia vatis.

Preces; vt planum omnino videtur, ſignificat apud Anaſtaſium Bibl. in Epitome Chron. Caſin. to. 2. Muratorii p. 362. col. 2.

† ORGIOPHANTAE SACERDOTES, qui praeſidebant *orgiis* in Inſcript. ap. Gruter. et Vandal. in Diſſert. 6. c. 5. p. 488.

ORIA, pro *Orgia*, vel, vt alii ſcribunt, *Orgya*, a Graeco ὄργυια, menſura quae inter manus expanſas continetur. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. cap. 21. *Ille quem aſpexi patens altitudinis habes vicenas Orias, hoc eſt 40. cubitos. Oria ergo, fine cubitus, eſt vtrinsque manus a latere extenſio vtroque.*

ORIBATAE, Ὀρειβάται, qui mira celeritate et ſtupenda dexteritate montes ſcandunt. Firmicus lib. 7.

ORICULARIUS, V. *Auricularius.*

ORICUS, *loquax*, Iohanni de Ianua. Additur in Gloſſis Iſid. *Qui magnum os habet.*

† ORI-

† ORIDIA, *Oryza*, Gall. *Ris*, in Diplom. Chilper. ll. a. 716. t. 4. Collect. Hiſt. Franc. p 694.

ORIDURIUS, σκληρόστομος, in Gloſſis Lat. Graec. Qui ore duro eſt. Perperam in Sangerman. *Oridorius*. Ioh. de Ianua: *Oridurus, aſpere loquens, vel qui non vult os aperire.*

ORIFICIUM. (1) Pro *Aurificium* vel *Aurifrigium*, de quibus ſupra, Gall. *Orfroy*. Obituarium vetus apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 727. (2) *Foramen inferius, quod et pro quolibet foramine dicitur, et vt dicit Ambroſius, Ventris ſunt duo Orificia.* Ioh. de Ianua. Vox nota Macrobio lib. 7. Saturn. cap. 4. et aliis quibusdam recentioribus.

ORIFLAMBA, pro *Oriflamma*, Gall. *Oriflamme*, vexillum Gallis notiſſimum, de quo pluribus in *Auriflamma*. Charta an. 1372. to. 3. Hiſt. Harcur. pag. 920.

ORIGINALE. (1) Archetypum ſcriptum, exemplar, Gall. *Original*. Vox nota et frequens apud recentiores. Interdum idem eſt quod *Reſcriptum*. V. Albericum Gentilem de Iure Canon. c. 30. p. 30. et ſeqq. *Originales Literae*, in Diplomate an. 1354. apud Ludewig. to. 5. p. 521. (2) † Opus integrum ſancti alicuius patris, vt ab eiusdem excerptis diſtinguatur. Necrolog. Mſ. Sorbonae.

† ORIGINALIS, i. q. haereditarius, ab origine paterna vel materna proueniens. Gall. olim *orinal*. Ch. Mſ. ſub Ludou. I. imper.

† ORIGINALITER, originitus, ab origine, Gall *originairement*. Ch. Mſ. Clem. IV. Papae.

ORIGINARII, *originales, vernaculi*, Iſidoro in Gloſſis et Papiae, Serui glebae addicti, adſcriptitii, a prima *origine* colonariae conditioni adſtricti. *Coloni originales*, in L. 14. Cod. Th. de Annona et tribut. *Originali inquilinatu obnoxii, et tributarii*, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 19. Edictum Theodorici Regis cap. 142. *Liceat vnicuique domino ex praediis, quae corporaliter et legitimo iure poſſidet, ruſtica vtriuſque ſexus mancipia, etiamſi Originaria ſint, ad Tom. V.*

intris ſui loca transferre, vel vrbanis miniſteriis applicare, ita vt illis praediis acquirantur, ad quae voluntate domini migrata fuiſſe conſtiterit, . . . alienare etiam ſupradictae conditionis homines liceat dominis absque terrae aliqua portione, etc. Adde cap. 21. 48. 56. 63. 64. 65. 66. 67. 68. Teſtamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. cap. 18. *Innocentium ſeruum, quem accepi a Profuturo Originario meo, etc. Manſi Originariorum*, in Charta Willelmi Epiſc. Traiect. an. 1063. in Hiſt. Epiſc. Dauentrienſis p. 209. Sic in L. 1. Cod. Th. de Inquilin. *Qui aliquid per originem debent*, apud Auitum Viennenſem Epiſt. 32. *Originariae conditioni obnoxii*, apud Gelaſ. I. PP. Epiſt. 9. *Qui conditionem loci debent*, apud Gregor. M. lib. 3 Ep. 21. ORIGINALES SERVI, apud Theganum de Geſtis Lud. Pii cap. 44. in Ordine Rom. cap. 7. tit. 9. ORIGINEUS, *originalis*, Ioanni de Ianua. Hac poſteriori voce vtuntur Apuleius et alii.

† ORIGINARIUS, oriundus, Gall. *Originaire*. Areſt. Mſ. a. 1340.

† ORIGINATRIX, quae fons et origo eſt, apud Murat. t. 20. p. 469.

† ORIGLIERE, ORIGLIERIUM, puluinar, Ital. *Origliere*, Gall. *Oreillier*, in Inuent. a. 1349.

ORIGINITUS, Gall, *Originairement*, origine. Ammianus lib. 31. cap 6.

† ORINAMENTA, *regalia ſtemmata*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7641. V. in *Originalis*.

ORINALE, idem quod *Orarium*. Acta S. Baſilici Mart. n. 20. V. *Orale*.

ORINDA, panis genus, et ex quo conficitur, ſemen, Aethiopiae peculiare, et ſeſamo perſimile, quod coquentes veſcuntur, vt eſt apud Heſychium in Ὀρίνδη. Ita porro hanc vocem reſtituit Gabriel Humelbergius apud Apicium lib. 2. cap. 2. pro *Orida*.

ORIOLUM, porticus, atrium. Matth. Pariſian. 1251. *Niſi in refectorio vel Oriolo prandere t.* Idem in Vitis Abbat. S. Albani: *Vt non in infirmaria, ſed ſeorſum in Oriolo Monachi infirmi carnem comederent.* Alibi: *Ad-*

 iacet

iacet atrium nobiliſſimum in introitu, quod porticus vel Oriolum appellatur. Vocis etymon non agnoſco. *) Procul dubio eſt diminut. ab Area, Thuringis et Francis die Aehre, ſeu der Aehren, atrium.

ORIPALATUM, in Gloſſario Saxonico Cottoniano, *Cyle - Wynd.* Vbi Somnerus, *reponendum forte, Oxylapathum.*

ORIPUTIDUS, cui os foetet. Gloſſae Graeco - Latinae: Ὀξόςομος, *Oriputidus.*

† ORIRE, pro haurire, in Inuent. Mſ. a. 1476.

† ORISALE, agger terreus, ſeu tumulus, vt videtur, cui inaedificatur molendinum. Ch. Mſ. a. 1318. *Cum — de nouo fieri quoddam molendinum bladerium venti incoepiſſent, et iam quaſi Oriſale vno pro dicto molendino aedificaſſent, etc.*

ORISPEX, *orarum inſpector*, in Gloſſis Iſidori. Recte Graeuius monet eſſe pro *Horiſpex*, *Horarum inſpector*, obſeruato vereribus fuiſſe ſeruos, qui horas indicarent.

ORITORIUM. Hiſtor. Translat. SS. Wandregiſili et aliorum num. 14. apud Mabillon. vbi de variis reliquiis: *De terra Oritorii S. Michaëlis.* Leg. *oratorii*, ſcilicet in Gargano.

ORIZA, *potio, genus ſubtiliſſimae pollinis, id eſt, farinae*, apud Papiam. († Apud Alex. Iatroſoph. eſt frumenti genus, hordeum nempe.) Nihil aliud videtur quam *Oryza*, Gall. *Ris.* Potionem eſſe ait Papias, quod ex oryza potionis genus fiat, Gallis *eau de ris*, imo apud Sinas vinum optimae notae, quod Hiſpanico comparatur. Aliter tamen Iohanni de Ianua: *Oriza, manerias pulmenti, vt dicunt, de ordeo.*

† ORLA, fimbria, limbus, a Gall. *Orle.* Comput. Mſ. a. 1244.

† ORLARE, vox architectonica, murum faſtigio ſuo coronare. Ch. Mſ. a. 1328.

ORLATUS, ornatus *orlo* ſeu ora. Statuta Placentiae lib. 6. fol. 73. vo. V. mox *Orlum.*

ORLE, V. *Dorle.*

ORLUM, ORLIS, Ital. *Orlo*, ora, margo, limbus, Gall. *Orlé*, *Orlet*, vulgarius *Ourlet*, *Bord.* Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 38. de Sartoribus: *Qui eorum conſilio, vel iunamine, pannos vel veſtes ſeu pelles, vel pennas, vel Orles veſtium quoscumque ement, etc.* Eadem fere mox recurrunt eod. cap. Et lib. 5. cap. 22. *Nemini liceat . . , vendere* (pennam) *veterem pro noua Orlumue vetus pro nouo . . . ſi quis contra hoc feceris, pennam dictam amittat et Orlum ſimiliter.* V. *Ornatura.* Sed non ſolum de pannorum veſtiumue oris ſeu limbis intelligenda vox *Orlum*, verum etiam de plerisque aliarum rerum marginibus orisue, vt ſatis patet ex Informationibus ciuitatis Maſſil. pro paſſagio transmarino, e Ms. Sangerman.

† ORLUS, ligula lignea ad oram aſſeris poſita. Guido de Vigeu. Mſ.

† ORMARIA, vlmetum, Gall. *Ormaye.* Ch. Mſ. Phil. Pulchri a. 1305.

ORMELATUS, appulſus, in portu collocatus, a Graeco ὁρμεῖν, ſtationem ſubire. Statuta Maſſil. lib. 4. cap. 17. §. 3. V. *Ormisatus.*

ORMESTA. Ordericus Vitalis lib 5. p. 558. *Oroſius Presbyter, qui librum de Ormeſta mundi ſcripſit, etc.* Ita etiam inſcribitur Pauli Oroſii Hiſtoria in MS. Regio. Atque ita laudatur in Vita S. Baboleni num. 18. ex edit. Petri Chiffletii. Codices vero MSS. Collegii Nauarrae Pariſienſis, Monaſterii Dunenſis in Flandria, Vallis S. Martini Louanii, et alii *Hormeſtam* praeferunt. Hanc in linguam Anglicam transtuliſſe Aluredum Regem Anglorum ſcribit Balaeus. Sed de vocis ſignificatione plane non conſtat: quidam legendum cenſent de *Orcheſtra*, i ſcena, *mundi*: ſed quum non conſtans fere ſit haec lectio, non temere mutandum. Varias de ea coniecturas proferunt Voſſius lib. 2. de Hiſtor. Lec. cap. 14. et Biuarius ad Pſeudodextrum pag. 431. qui locum Orderici non viderant. Sed vix quidpiam veroſimilis, nedum certi tradunt. Vocem hanc vſurpauit Stephanus Tornac. in Epiſtola ad Willelmum Archiep.

chiep. Remenſem deſcripta in lib. I. Miſcellan. Baluz. p. 420. *Ormeſta eſt, non parabola, quam propono.* Vbi: *Ormeſta* videtur ſumi pro veraci hiſtoria, cuius eſt illa Oroſii. Sed et in Vita S. Eupraxiae Virgin. num. 18. vox Graeca incertae perinde notionis, quae ad hanc accedit, occurrit. V. *Hormeſta.*

ORMILLA, *fibula*, Papiae. Leg. *Armilla.*

ORMISCUS. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 11. vbi deſcribit Epiſcopi conſecrationem:

Gemmata vehitur Archontum more cucullo,
Induit Ormiſcum, ſubiit hoc ſchemate templum.

An ex Graeco ὀρμὸς, ὁρμίσκος, monile, pro veſte, aut ornamento Epiſcopali? Lexicon MS. Reg. col. 930. Ορμίσκος, περιτραχήλιον κόσμου, μανιάκης. V. *Armellina.*

ORMIZATUS, *ferro alligatus*, apud Papiam: quod forte de naui intelligendum eſt, adeo vt *Ormizatus* idem ſit quod *Ormeiatus*, appulſus, etc. V. *Armizatus.*

ORMUSINUS, pannus ſericus e filis tenuiſſimis contextus, Ital. *Ormeſino*, vel *Armeſino*, Gall. *Armoiſin*, *Taffetas.* Occurrit in Translatione SS. Proſperi et Venerii, to. 5. Iulii pag. 71.

ORNA, pro Vrna. Gloſſae veteres: *Orna*, ἡμιχέραμον. Vbi fruſtra *Orca* reponit Vulcanius. V. *Horna* et *Horno.*

ORNAMEN, ornamentum, ornatus. Martianus Capella lib. 6.

ORNAMENTARIUS, *ornator*, Κοσμήτης, in Gloſſ. Graec. Lat. Ibid. Κοσμητικὸς, *Ornamentarius.*

ORNATOR. Gloſſ. Graec. Κοσμήτης, *Ornamentarius*, *Ornator.* Iul. Firmicus lib. 5. Matth. *Sculptores, aut Ornatores efficiet, aut mechanicos.*

ORNATRIX. Κοσμήτειρα, in Gloſſ. Gr. Lat. alibi, Σιεφτειρα, *Ornatrix*, Σιεφῶ, ἐπὶ ἐμαυτῆς, *Orno.*

ORNATURA. Papias: *Limbus eſt quam nos Ornaturam dicimus, quae ambit extremitatem veſtium, aut ex filo autro contexta aſſumque extrema parte veſtimenti.* S. Caeſarius in Regula ad Virgines cap. 42. *Plumaria et acupictura, et omne polymitum, vel ſtragula, vel Ornaturae, nunquam in Monaſterio fiant.* Adde Recapitulationem eiusdem Regulae c. 11. Epiſtola Baſilii Imp. ad Hadrianum II. PP. poſt octauam Synodum: *Vnum cauſalin dirodinum habens Ornaturam auream, etc.*

ORNUS, huius anni, V. in *Horno.*

OROBIOTAE, Graeci qui montes incolebant: ex Graeco, ὀρεβιῶται. Annales Francorum an. 809 *Populonium ciuitas maritima a Graecis qui Orobiotae vocantur, depraedata eſt.* Perperam *Oroboitae* ſcribitur in Annal. Franc. Bertin.

† OROBUM, vicia. Chron. Io. Whethamſted.

OROCOPUS, vel vt habetur ſupra *Horocopus*, f. pulſator *Horarum* ſeu campanarum ad *horas* officii diuini, compoſita voce e Latino *hora* et Graeco κόπτειν, Pulſare, vel σκοπεῖν, Proſpicere; interdum enim ſcribitur *Horoſcopus.* Index MS. Beneficiorum Eccl. et Dioec. Conſtantienſis fol. 52. V. *Camponarius* et *Receptor Horarum* in *Horae.*

OROCOPATUS, officium *Orocopi*, in eodem Indice fol. 49.

OROCOPORARIA, vel potius *Orocoparia*, eadem notione, ibidem fol. 59. vo.

ORODONA. Teſtamentum Riculfi Epiſcopi Helenenſis an. 915. *Caſulas Epiſcopales optimas tres, vnam diaprafam* (L. *diapr.*) *et alias duas de Orodonas.* Mendum indubie in hac poſtrema voce.

ORODUM, *bladum conculcatum*, in Gloſſario Saxonico, exarato ſub Edwardo III.

† OROLEGIUM, pro *Horologium*, in Inuent. S. Capellae Pariſ. a. 1335.

OROMA, ὄρυμα, viſio, V. in *Horema.*

ORPELLUM, Ital. *Orpello*, Gall. *Orpeau*, orichalcum. Statuta Ciuit. Aſtae de intratis portarum.

ORPHANARI, viduari. Fundatio Monaſterii Pamburgenſis, in Metropoli Salisburgenſi to. 3. pag. 32. *Parentum ſolatio Orphanari.*

vicum ſunt, in veteri Charta apud Stephanotium to. 3. Antiquit. Pictau. MSS. pag. 835.

OSARE, OSATVS, V in *Oſa*.

OSBERGVM, lorica, Haubert. V. *Halsberga*.

OSCA. (1) OSCA, OSCHA, modus agri, V. in *Olca*. (2) In eos, qui ad rem diuinam tarde accedunt, aut ab ea abſunt omnino, ſic fere animaduertunt Lexouienſis Eccleſiae Statuta: *Qui ad Oſca non veneris*, vel *Qui non veneris ad oſca, maledetur*. Vox monſtro ſimilis, de qua multa coniectant, tum Guill. *Fillaſtre* in ſua de hocce vocabulo ad Mabilloniſum Epiſtola, cum Mabillonius ipſe in ſua Reſponſione: quas ambas Epiſtolas conſulere potes inter huius Opera poſthuma to. 1. p. 445. et ſeqq. Nihil ibi probabilius mihi viſum eſt, quam quod ſuſpicatur Mabillonius, *Oſca*, ſcriptum fuiſſe pro *Os. Ca.* hisque vocibus abbreuiatis *Oras* ſeu *Horas Canonicas* indicari.

OSCEVM, ſcrotum. Miracula B. Edmundi Archiep. inter Anecd. Marten tom. 3. col. 1886.

OSCHA, V. *Olca*.

OSCHEVM, idem quod *Oſcenum*. Acta S. Petri Mart. tom. 3. Aprilis pag. 709.

OSCHIA, (1) Modus agri, V. in *Olca*. (2) † OSCHIA COLLI, ima colli vertebra, t. 3. Aug. p. 441.

OSCILLI. Vita S. Hugonis Abbatis S. Martini Eduenſis num. 22. *Vt incredibilis numerus ſtabellorum atque Oſcillorum poſt perceptam incolumitatem e redeuntibus ibidem remaneret*. Vbi Godefridus Henſchenius *Oſcillis*, fulcra ſubalaria interpretatur. Ita etiam Mabilloniuſ ſaec. 5. Benedict. p. 102. niſi quod pro *Oſcilli* legit *Oſcilla*, haneque vocem a ludicra actione ad neceſſariam mouendi corporis librationem translatam animaduertit. Haud ſcio an eadem notione Glaber Rodulphus apud Ducheſnium to. 4. Hiſt. Franc. p. 42. vbi: *Multimode quippe membrorum reformationes ibidem viſae ſunt extitiſſe, ac inſignia pendere Oſcillorum multiformia*. Vt ſolcra ſubalaria, ſic imaguncules infirma membra repraeſentantes intelligere potuit. Vtriusque enim generis ſigna paſſim cernere eſt in ſacris locis, vbi diuinae ſanationes perpetrantur. Iam vero huiuſcemodi imaguncules *Oſcilla* dici potuiſſe, palam eſt ex Macrobio lib. 1. Saturn. cap. 7. vbi *Oſcilla* vocat imaguncules ad humanam effigiem factas, quae Diti et Saturno dicabantur; et ex Seruio ad illud Virgilii lib. 2. Georg. v. 389.

Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu
Oraque cordicibus ſumunt horrenda cauatis.

Ad ferarum in venatione occiſarum capita ex arboribus ſuſpenſa transtulit Stephanus Africanus in Vita S. Amatoris Epiſc. num. 24. tom. 1. Maii pag. 57. De *Oſcillis* fuſe diſputat Scaliger lib. 2. Auſon. Lect. cap. 25. Adde Voſſium in Etymologico.

OSCILLVM, σφαῖρον, *oſculum, parvum os*, in Supplemento Antiquarii. Acta SS. Iunii tom. 5. p. 211.

OSCLARE, OSCLEARE, OSCLETVM, OSCLIVM, V. in *Oſculum* ſub finem.

† OSCLARIVS, qui *oſclam*, i. e terram arabilem ſepibus clauſam, ſeu hortum viridariumue poſſidet. Ch. Mſ. Ric. reg. Angl. V. *Olca* 1.

OSCLEARE, V. in *Oſculum* et *Oſcleare*.

† OSCLVM, pactum, conuentum, quo oſculo firmatur. Charrul. S. Ioan. Angeriac. V. *Oſculum* 2.

OSCORS, Tabularium Prioratus de Paredo fol. 16. *Natali Domini IV. panes, II. ſpatulas, duas Oſcors, paſtionem de porcis in ſilua*, etc.

OSCRIPTORTVM. Inter beneficia, quae Willelmus La Concha monachus contulit S. Martiali Lemouic. numeratur *Domus cum duobus Oſcriportis et apparamentis XLVI. lib.* † Forte pro *Scriptoriis*.

OSCVLAMENTVM, oſculum. Literae an. 1282. apud Rymer. to. 2. p. 201.

OSCVLARE, pro *Oſculari*, in Vibus culturae Cenoman. Sed et apud Nonium. V. *Oſculatorium*.

OSCV-

OSCVLATIO. Vox medicorum, Graec. ἀνασόμωσις, *Oſculi* venae aut arteriae apertio, ex qua ſequitur ſanguinis profluuium. Caelius Aurelianus Siccenſis lib. 2. Chron. cap. 10. *Demetrius Erophili ſectator duas inquit eſſe principales differentias ſtoris ſanguinis, vnam inciſuram, aliam ſine vlla inciſura . . . Eam vero quae ſine vlla diuiſura eſt, in 4. diuidit partes, quarum vnam varietate fieri dixit, aliam expreſſione ſine ſudatione, tertiam defectione ſeu debilitate, quam Graeci atoniam vocant: quartam Oſculatione: vult enim eam differre a ſupradicta, id eſt expreſſionis, quam tertiam nominauit: oſculari enim inquit corpora nimia pleuisudine, ſine virtute medicaminum oſculantium, quae Graeci anaſtomatica vocant, etc.* Adde cap. 13. p. 65. et Gorreum in ἀνασόμωσις. † *Oſculari ex transenſo*, ex vtroque latere, in Prob. t. 3. Hiſt. Occit. p. 387.

OSCVLATORIVM, tabula quae fidelibus inter Miſſae ſolemnia oſculanda defertur, vulgo Gallis, *la Paix;* in Statutis Walteri Archiep. Eboracenſis an. 1250. in Prouinciali Cantuar. Lindwodi lib. 3. tit. 27. et in Concilio Mertonenſi an. 1300. vbi etiam Oſculare nuncupatur.

OSCVLVM. (1) Eulogia, benedictio, vice oſculi, in ſignum caritatis ac mutuae beneuolentiae. Liber Epiſtolar. S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epiſt. 85. *Celſitudini veſtrae, vice oſculi, duas vini cupellas transmiſimus.* OSCVLVM IN ORE, *fronte et oculis*, impertitur Henrico Imperatori Paſchalis PP. apud Petrum Diac. lib. 4. Chr. Caſin. cap. 37. OSCVLVM MANVVM, in ſignum honoris et venerationis, apud Hieronymum in Vita S. Hilarionis, in Vita S. Pauli Eremitae. OSCVLVM GENVVM, quod ſcilicet ex reuerentia et ſubmiſſione olim ſubditi ſuperioribus impertiebantur, in Regula Magiſtri cap. 93. OSCVLVM PEDVM Romani Pontificis. Anaſtaſius in Conſtantino PP. de Tiberio Imp. *Cum regno in capite ſeſe proſtrauit, pedes oſculans Pontificis.* Idem in Leone IV. pag. 176. OSCVLVM PACIS. Olim in Eccleſia mos obtinuit, vt in Miſſae celebratione, dum Sacerdos poſt hoſtiae conſecrationem haec verba proferret, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*, ſtatim Clerus, ipſeque populus *per baſia blanda* ſeſe inuicem oſcularetur, vt ait Amalarius lib. 3. de Eccleſ. offic. cap. 31. quae quidem *baſia*, *Pacis oſcula* appellantur cap. ſeq. Ordo Romanus: *Cum dixerit, Pax Domini ſit ſemper vobiſcum, mittit in calicem de ſancta . . . . Interim Archidiaconus pacem dat Epiſcopo priori, qui et vltra dabit iuxta ſe ſtanti, ac deinde per ordinem caeteri, atque populus oſculantur ſe inuicem in Oſculo Chriſti.* Eiusmodi oſcula ab Innocentio I. PP. inſtituta tradunt Stephanus Eduenſis lib. de Sacramentis cap. 20. et Rupertus lib. 2. de Diuinis offic. cap. 21. OSCVLVM PACIS, *et ponem benedictum in Eccleſia interdicere*, in Conſtitutionibus Prouincialibus S. Edmundi Archiepiſcopi Cantuarienſis ſub an. 1236. c. 4. et in Synodo Wigornienſi an. 1240. cap. 34. *Pacem facere* dicebantur qui inter Miſſae ſolemnia ſeſe inuicem oſculabantur. Gregorius Turon. lib. 6. cap. 40. Abrogatus deinde *oſculorum pacis* in Eccleſia vſus, inductusque alius, vt dum Sacerdos verba haec profert, *Pax Domini ſit ſemper vobiſcum*, Diaconi vel Subdiaconi imaginem quandam adſtantibus Clericis, et plebi oſculandam porrigant, quam vulgari vocabulo *Pacem* appellant. *Oſculum* vero in ſalutationibus commune fuiſſe apud omnes, ſatis innuit Optatus lib. 4. V. *Pax.* OSCVLI IVS, ſeu oſculandi Magiſtratus, cum ſalutarentur, non omnibus, ſed Domeſticis, Protectoribus, et Curialibus omnibus muneribus in patria defunctis, indultum, docent Lex 4. Cod. Th. de Domeſt. et L. 109. de Decurion. eod. Cod. OSCVLVM, nude, *Homagium* praeſtitum cum oſculo. Charta ann. 1209. apud Menagium Hiſt. Sabotii p. 365. OSCVLVM PACIS IN HOMINIIS. Tabular. Eccleſiae Vzetienſis an. 1272. fol. 12. *De iure, quod habeo in praedictis iuramentum*

fidelitatis interpono. Oſculum pacis bona fide et ſine inganno facto vobis dicto Domino B. Epiſcopo Vticenſi, etc. V. *Homagium.* OSCVLVM PEDVM in hominis quandoque adhibitum fuiſſe teſtatur le Roman de Rou MSS, OSCVLO *pactum ac conventionem* FIRMARE, *promittere.* Tabularium Vindocinenſe Thuani ch. XI. *Et de his adfidaciauit nos per fidem, Oſculans inde ob ſignum fidei Priorem noſtrum.* Tabular. Montismorilionis in Pictonib. fol. 53. *Per tenorem et affirmationem huius rei perpetuo duraturam Oſculati ſunt ore ad os Priorem Salgacienſem, etc.* V. Hiſt. Aruern. Iuſtelli pag. 40. Turenenſem p. 30. etc. OSCVLATA PAX, oſculo firmata. in Annalibus Mutinenſium, to. II. Muratorii col. 63. OSCVLVM PACIS FIDEI, *et Securitatis* dictum eiusmodi oſculum. Lex Longob. lib. I. tit. 9. §. 38. *Qui vero infra treugum poſt datum oſculum pacis aliquem interfecerit, etc.* Charta an. 1238. apud Sammarth. in Praepoſitis Maſſilienſib. *Et pro his omnibus obſeruandis dederunt ſibi ad inuicem Oſculum pacis et fidelitatis.* V. Will. Tyrium lib. 12. c. 25. (2). OSCVLVM, donatio propter nuptias, quam ſolet ſponſus *interueniente oſculo* dare ſponſae, in lege 5. Cod. Th. de Sponſal. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 20. *Denique dato ſponſae annulo, porrigit Oſculum, praebet calciamentum, celebrat ſponſalium diem feſtum.* Tabular. Eccleſiae Cadurcenſis *Hoc tamen tenore, vt vxor mea teneat tecum omnino honorem meum . . . et illa omnia, quae ſibi dedi in Oſculo.* Charta Philippae Comitiſſae Pictauienſis vxoris Guillelmi VIII. ex Tabulario Monaſterii-noui Pictau. *Quod ego audiens, grauiter tuli pro eo, quod eadem mereſa dicebantur eſſe de Oſculo meo.* OSCLEIA, OSCLEVM, idem quod *Oſculum, Onsclage*, in Conſuetud. Rupellenſi art. 46. OSCLIVM. Charta liberatum villae de Bengiaco in Biturigib. an. 1257. *Immobilia ſibi data in matrimonium, in dotem, vel in Oſclium ſeu donationem propter nuptias, etc.* OSCLEARE, OSCLEARE, dotare. *Douer une femme de certains biens,* Libertates conceſſae Villaefranchae ab Odone Dom. Borbonenſi m. Ian. 1256. *Si quis ducit vxorem apud Villamfranchum, de medietate rerum ſuarum Oſcleat eam, et de medietate rerum, quas adquiret, hereditat eam.* Thomaſſerius p. 230. habet *Oſclet.* OSELLA, vel OSELLVS, Gall. *Oſier*, vimen. Statuta Placentiae fol. 69. vo. (3) † Oblatio ſeu munus quod offertur inter ſacra, cum *patena* populo oſculanda porrigitur. Comput. Mſ. a. 1430.

OSELLATOR, auceps, Gall. *Oiſeleur*, Ital. *Uccellatore.* Statuta Palauicinia lib. 2. c. 54. † OSELATOR, in Stat. Taurin.

OSERARIA, viminetum, Gall. *Oſerale.* Charta an. 1280. e Chartulario Domus Dei Pontiſarenſis. OSEREIA, OSERIA, eadem notione. Charta an. circiter 1280. ex Archiuo B. M. de Bononuntio Rotomag. V. *Oxeria.*

OSEROSVS. *Pallia XXI. pallam I. ſafferdia de ſerico Oſeroſa* XXIV. in Hiſt. Mediani Monaſt. p. 242. An *Oſtreoſa*, purpurea, ab Oſtrum?

OSFRAGIO, ὀσφόκος, *effusum dolor ex laſſitudine*, in Supplemento Antiq. Proprie ὀσφόκος, vt ὀστεόκος, oſſa tundens, *Oſfragio* vero, frangens oſſa.

† OSERETVM, viminetum, in Ch. Mſ. a. 1374. V. *Oſeraria.*

† OSERIA, vimen, Gall. *Oſier.* Ch. Mſ. a. 1233.

† OSERIVS, id. Ch. Mſ. a. 1306.

† OSILLA, tibiale, crurale, caliga. Ch. Mſ. a. 1266. V. *Oſa.*

OSITIVM. farcimen, V. *Iſicium.*

OSKA, modus agri, V. in *Olca.*

† OSMERILLVS, Aeſalon, Gall. *Emerillon.* V. *Smerillio.*

† OSOSSVM, *ruſtrum*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

OSPICIVM, pro *Hoſpicium*, de quo ſupra, domus, vbi ſunt *hoſpites*, in Codice MS. Irminonis Abb. Sangerman. paſſim.

OSPITALE, pro *Hoſpitale*, V. in hac voce.

OSPITES, pro *Hoſpites*, Pagorum incolae, in Charta an. 1231. ex Archiuo B. M. de Bono-nuncio Rotomag. et alibi. V. *Hoſpes*.

OSPRATVRA, V. *Aſpratura*.

OSSA, tibiale, caliga, V. in *Oſa*.

OSSAMENTA, oſſa, ex Gall. *Oſſemens*. Matth. Pariſ. an. 1257. *Inuenta ſunt Oſſamenta Regis, etc.*

OSSARIVM, OSSVARIVM, tumulus. Vetus inſcriptio: *Sex. Turranius ſex. F. cauſenus et Turrania Pacata Oſſar. fecerunt, etc*, Alia inſcriptio: *Iulio Fuſcinia Oſſuarium viuo ſibi fecit*. Occurrit in L. 2. D. de Sepulchr. viol. *Oſſuariae ollae*, in antiquis Inſcript. Voſſio teſte in Etymologico: vbi et obſeruat *Oſſuarius* et *Oſſuarium* dici ab eo veterum more, quo *Oſſua* dicebant pro *Oſſa*. Adde D. de Montfaucon Antiq. Expl. to. 9. pag. 47.

OSSENIVM, pro *Eſſonium*, impedimentum. Charta Odonis Vicecomitis S. Florentini ſaec. XII. pro Germano Abb. S. Germani Autiſſio. V. *Sunnis*.

† OSSERRE, pro offerre, in Correct. Statut. Cadubr.

OSSIFRAGOR, ὀστεοκλάστης, in Gloſſis Lat. Graec. Sangerman. Qui frangit oſſa, *Oſſifragus* apud Senecam.

OSSILAGO, dea ſolidatrix oſſium, *quae durat et ſolidat infantibus parvis oſſa*, vt habet Arnobius L. 4. Eidem L. 3. dici videtur *Oſſipagina*, ſiue, vt emendat Stewechius *Oſſipaga* vel *Oſſipanga*, quia *pangat*, ſiue, vt antiqui loquebantur, *pagat* infantium oſſa.

OSSILEGIVM, ab oſſibus legendis et condendis, poſt crematum cadauer dictum. Gloſſae Philoxeni: Ὀστολόγιον, *Oſſilegium*. Aliae Graec. Lat. Ὀστολογία, *Oſſilegium*. Ὀστολόγος, *Oſſilegus*. Qui legit et condit oſſa poſt buſtum.

OSSILLVM, oſſiculum, vox contemtus. Hariulphus lib. 3. Chronici Centul. c. 29. de Translatione S. Madelgili: *Coeperunt quidam ex monachis . . . dicere, quod indignum eſſet eius hominis venerari Oſſilla, cuius ignorarent actus et vitam.*

OSSIPAGA, OSSIPAGINA, V. *Oſſilago*.

OSSORIVM, oſſium conditorium Gall. *Charnier*. to. 1. Rerum Mogunt. p. 1004. V. *Oſſuarium*.

† OSSOSVS, pro *Oſſuoſus*, Ital. *Oſſoſo*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

OSSV, V. mox in *Oſſum*.

OSSVARIVM, OSSVARIVS, V. *Oſſarium*.

OSSVLA, paruum tibiale, V. *Oſa*.

OSSVM, pro *Os*, *oſſis*, ſeu ὀστέον, uſurpat Arnobius iunior in Comment. in Pſal. 138. *Tibi occultum non eſt nec Os meum, id eſt, Oſſum meum quod feciſti in occulto*.

† OSSVS, lapidis ſpecies, f. quae durior eſt, quaſi nucleus. Ch. Mſ. a. 1370.

OST, exercitus, expeditio militaris, ad quam pergere debent vaſſalli ſeu tenentes cum dominis ſuis, quod ſeruitium aliquando pecunia redimbeatur. *Abſoluti ab illa conſuetudine, quae dicitur Oſt, etc.* in Charta an. 1191. Plura vide in *Hoſtis* 2.

† OSTA, iunci Hiſpanici ſpecies, vulgo *Oſte*. Inuent. Mſ. a. 1363.

† OSTADA, panni ſpecies, ex lana ſubtiliore contexti, i. q. Gall. *Eſtame*. Comput. Mſ. a. 1522. Gall. *Oſtade*.

† OSTAERIA, lignum *hoſtagio* ſeu hoſpitio conſtruendo neceſſarium. Chartar. Norman.

† OSTAGERIA, i. q. *Hoſtagium* 1, in Cam. Comput. Pariſ.

OSTAGERIVS, obſes, fideiuſſor, Gall. *Otage*, in Regeſto Guillelmi Ferandi Notarii Maſſil. V. *Hoſtagiarius*.

OSTAGIAMENTVM, obſidium, ſecuritas, Gall. *Otage*. Literae an. 1313. apud Rymer. to. 3. ſp. 400. V *Hoſtagiamentum*.

OSTAGIARE, V. *Hoſtagiare*.

OSTAGIO, fideiuſſio, cautio, ſponſio. Literae Matthaei Ducis Lotharingiae an. 1220. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 881.

OSTAGIVM. (2) Praeſtatio quam tenentes vaſſalli domino ſuo exſoluunt in belli ſumtus. Gall. *Drois d' Oſt*. Char-

Charta an. 1069. apud Lobinellum to. 2. Hist. Britan. col. 120. V. *Hostis* 2. (2) Fideiussor, praes, sponsor, qui pro alio respondet interposito sacramento, obses, obsidium ipsum et fideiussio, Gall. *Otage*. Hinc *Ostagium tenere* vel *in Ostagium venire*, aut *in Ostagio esse*, dicuntur fideiussores, qui in certo loco consistunt, donec promissa et conuenta fuerint perfecta, vt et debitores, donec satis fecerint creditoribus. Charta Henrici I. Ducis Lotharing. pro Fratribus Templi an. 1209. apud Miraeum to. 2. pag. 1209. V. *Obses*. 1. et *Hostagium* 3.

OSTAGIUS, obses, fideiussor, sponsor. *Obsides et Ostagii*, in Literis Matthaei Ducis Lotharing. to. 1. Ampliss. Collect. Marten. col. 1032. *Ostagii pacis*, in Charta ann. 1208. t. 2. Hist. Lotharing. col. CCLXXVI. V. *Hostagius*.

OSTALARIA, diuersorium, Gall. *Hôtelerie* Miracula MS. Vrbani V. PP. V. *Hostellaria*.

OSTALERIUS, caupo, stabulatiius, Gall. *Hôtelier*, in Catalogo MS. Sodalium Confraternitatis B. Mariae Deauratae Tolos. V. *Hostallerius*.

† OSTALIENA, praestatio in belli expensas, vel obligatio eundi in exercitum. Libert. Montisfer. a 1291. V. *Hostelina* et *Hostena*.

OSTALIUS, pro *Ostagius*, obses. Chron. Parmense an. 1285 to. 9. Muratorii col. 807.

OSTANSIO, pro *Ostensio*, de qua mox. Charta an. 1279. apud Thomassserium in Consuetudinibus Bituric. p. 113. *Quis inuentus fuerit scindendo . . vel uemus in dicta foresta sciffum in quadriga portando . . solvet XXX. sol. Paris. tantummodo pro emenda . . . salua Ostansione facienda accusato, si petat.* Host est, vt interpretor, si ita postulet reus, eundum est in siluam, eique *ostendendum* seu probandum delictum, de quo accusatur.

OSTARE, Italis, obstare, resistere. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 76. et Murator. to. 11. col. 879. V. *Obstare*. V. *Hostagium* 2.

† OSTATGIUM TENERE, dicitur fideiussor qui in praefinito loco constitit, donec promissa fuerint peracta. Ch. a. 1156. V. *Ostagium* 2.

OSTATICUM, obsidium, Gall. *Otage*. Charta an. 1070. Marcae Hispan. col. 1157. V. *Ostagium* 1. et 2. et *Hostaticum*.

OSTATICUS, obses. Conuentio Raimundi Comitis Barcinon. cum Erinengaudo Comite Vrgell. ann. 1064. Marcae Hispan. col. 1128. V. *Obsticus* suo loco, *Hostaticus* in *Hostagium* 3.

OSTELLAGIUM, pretium pro apothecis a mercatoribus exsolutum. V. in *Hostilagium*.

OSTENSIBILIS, qui facile ostendi possit et videri. V. locum in *Hemfare*.

OSTENSIO. (1 Probatio. Capitulare Arechis Principis Beneuent. editum a Camillo Peregrino, §. 3. Ira *Ostendere* pro *probare*, dixisse interpretem S. Irenaei lib. 2. cap. 30. obseruat Billius lib. 2. obseru. cap. 33 (2) Charta, vt videtur, ostensa seu prae oculis posita. *Illi viderunt traditionem et Ostensionem Lantaldus, Pontius de S. Iuliano, etc.* in Charta traditionis an. 1164. tom. 2. Spicil. Acher pag. 497. (3) OSTENSIO, praeterea dicitur de praedio, de quo lis est: cum priusquam iudex de eo pronuntiet, actor et reus ad illud videndum proficiscuntur. vt inter vtrumque de re, de qua lis est intentata conueniat: *monstrée* vel *monstre d'heritage*, Arestum an. 1260. in Histor. Guinenti: V. *Monstra* et *Visus*. (4) Tributum a mercatoribus exigi solitum pro facultate *ostendendi* et exponendi merces in nundinis. Leges Ethelredi Regis apud Venetyngum editae cap. 23. V. *Proponenda, Scauagium*. (5) Lustratio solemnis exercitus Vetus Inscriptio apud Salmasium ad Lampridii Alexandrum c. 33. (6) † Certa mensura nemoris, quae *ostenditur*, i. e. caedenda designatur. Ch. Phil. Pul. a. 1300. (7) † Recensio, recognitio, i. q. *Inuentarium*. Inuent. S. Capell. Paris.

OSTENSIONALES MILITES, apud eumdem Lampridium cap. laudato: *Milites quos Ostensionales vocant,*

non

non pretiosis, sed speciosis clarisque vestibus ornabat, nec multum insignibus, aut ad apparatum regium auri et serici deputabat, dicens, Imperium in virtute esse, non in decore. Vbi milites pompaticos intelligunt et ad ostentationem productos in solemnitatibus. V. Casaubonum in hunc Lampridii locum, Carolum de Aquino in suo Lexico Militari, et *Monstrum* 1.

OSTENSOLIA, pro vtensilia, Gall. *Ustensiles* vel *Utensiles*, in Appendice Marculfi form. 37.

OSTENTABILIS, aptus ad ostentationem. Gloss. Lat. Graec. *Ostensabile*, ἐπιδεικτικόν.

OSTENTAMEN, ostentatio, pompa, significatio, indicium, apud Prudentium Psychom. v. 204.

OSTENTAMENTVM, ostentatio, pompa. Gesta Manfredi et Conradi Regum, apud Murator. to. 8. col. 597.

OSTENTARIVS, inspector et interpres ostentorum, Macrobio lib. 3. Saturn. cap. 7.

OSTENTATIO, simulatio. Chronicon Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 456.

OSTENTIFER, τερατώδης, in Glossis Lat. Graec. portentosus, prodigiosus.

† OSTENTVDO, χάσμησις. Germ. *Oscetudo*. Castigat. in vtrumque Gloss.

OSTENTVM, pars horae minima. Vetus Agrimensor, de Ponderibus: *Hora constat* 115. *punctis*, 10 *minutis*, 15. *partibus*, 40. *momentis*, 60. *ostentis*. Hrabano in Computo cap. 12. est *sexagesima pars vnius horae, atomos in se continens* 376. (V. *Athomus*.)

OSTENTVS, pro *Ostentum*, prodigium. Glaber Rodulfus lib. 5. Histor. cap. 1.

OSTIA, pro *Hostia*, Panis ad Eucharistiam. apud Stephanotium in Antiquit. Lemouic. MSS. to. 2. p. 367. V. *Hostia*.

OSTIALIS, OSTIARIVM, pallium, παραπέτασμα, quod ad ostium aedis sacrae appenditur. Leo Ost. L. 1. cap. 58. al. 55. *Pannum admodum pro Byzanteis* 8. *Hostiales pro Byzanteis* 8. Idem L. 2. cap. vlt. *Pallia quoque et Ostiaria aliquot.*

OSTIARI. Supplem. Antiquarii: *Ostior ἀσχολέμαι, Occupor.* Legerem *Ostior*, nisi contraria esset notio verbi ἀσχολέμαι; sed forte legendum σχολέμαι, sublato alpha priuatiuo; tumque procul dubio legendum esset *Ostior*, sum otiosus.

OSTIARIVS. (1) Cui ostii, seu portae cura incumbebat: qui ad *velum* stabat, Cancellarius, nam Ostiariorum id fuit potissimum munus. Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 1. c. 29. OSTIARIVS autem Palatii, primus inter *Ministeriales* Palatinus, qui maioribus ministris suberant, statuitur ab Hincmaro de Ordine Palatii cap. 17. Ex iis aliquot recensentur, scilicet *Goseramnus magnificus Ostiarius*, in Epist. Hadriani PP. 92. Codicis Carolini. *Albertus Comes* et *Ostiarius*, et *Consilarius Imperatoris*, (Ludouici Pii) in Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 71. V. *Magister Ostiariorum.* (2) Primus gradus Ordinis Ecclesiastici, Νεοχόρων τάξις, apud Theosterictum in Vita S. Nicetae Hegumeni num. 5. Huius officium sic recitat Isidorus Iunior in Epist. ad Luitfredum: *Ad Ostiarium pertinent claues Ecclesiae, vt claudat et aperiat templum Dei, et omnia quae sunt intus extraque, custodiat, fideles recipiat, infideles et excommunicatos reiciat.*

OSTIARIATVS, ostiarii ordo. Extat in Tabulario S. Bertini Bulla Alexandri IV. PP. qua facultatem concedit Abbati eiusdem Monasterii, *dandi duos minores ordines, Ostiariatum videlicet et Lectoratum.*

† OSTICARE, *fine hiare, bailler, aperire os.* Gloss. Lat Gall. a. 1352.

OSTILARIVM, († supellex, ornamentum, Gall. ol. *Ostiblement.*) Ioannes Thwroczius in Carolo Rege Hungariae cap. 99. *Tandem antedicti dextrarii solemnes cum armis et operimentis omnibus ipsorum gloriosissimis seu attinentiis, cum fartanea curru seu mobili aut Ostilario regnali signo regio desuper forma anis struthionis deaurato, et gemmis adornato-*

to, . . . dicto Monaſterio dati et conceſſi extiterunt.

† OSTILIA, pro *Oſtiſia*, manſio domus, in Lit. a. 1375. V. *Oſtiſia* 2.

† OSTILLVM, *oſtilli, bidoaſſa, Prou.* Gloſſ. Prou. Lar. Cod. reg. 7657. Inſtrumentum ruſticum, bidens; a voce *Oſtil*, pro *Oulil*. V. *Oſtilarium*.

OSTIOLXM. V. mox in *Oſtium*.

OSTIRE, *aequare*. Sic legendum in Gloſſis Sangerman. MSS. n. 501 pro *Equare*, et in Bituric. itidem MSS. vbi perperam *Aquare*. Eſt autem *Oſtire* pro *Hoſtire*, de quo ſupra.

OSTIS, pro *Hoſtis*, exercitus, ſeu ſeruitutis ſpecies, qua vaſſalli et tenentes coguntur pergere in exercitum cum domino ſuo. Charta Petri Regis Aragon. V. *Hoſtis* 2.

OSTISIA. (1) Idem quod *Oſtis*. Charta Raimundi Comitis Burgundiae apud Perardum pag. 198. (2) Pro *Hoſtiſia*, de qua in *Hoſpes*, ſeruitus pro domicilio, vel ipſum domicilium, ei ſeruituti obnoxium. Chartular. S. Martini de Pontiſara.

OSTISIVM, eadem notione. Charta an. 1221. ex Archiuis B. M. de Argentolio.

OSTITOR, V. *Hoſtitor*.

OSTIVM et OSTIOLVM, inter donaria vel miniſteria ſacra recenſet Hariulfus lib. 2, Chron. Centul. cap. 10.

OSTMANNI, Anglis dicti Norwagienſes, et inſularum Septentrionalium incolae, qui in Hiberniam appulſi, hic conſedere: *dicti ſunt autem Oſtmanni lingua ipſorum, corrupto quodam Saxonico, quaſi Orientales homines. Reſpectu namque terrae iſtius ab Orientalibus partibus huc vndecumque aduecti ſunt.* Verba ſunt Silveſtri Giraldi in Topogr. Hiberniae diſt. 3. cap. 43.

OSTOCOPVS, Ὀστεόκοπος, dolorem ſentiens in Oſſibus. Serenus Sammonicus verſu. 922.

OSTORIVS, accipiter maior, V. *Aſturcus*.

OSTRÁCARIVS, V. mox in *Oſtrearius*.

OSTREA, inter Miniſteria ſacra reponitur in veteri Charta Cornutianenſi edita a Suareſio: *Cicindelas argenteas 5. cum catenutis ſuis, ſtantarea argentea, et in Confeſſione Oſtrea argentea 2. cum clani ſua.* Sed legendum videtur *Oſtia*.

OSTREARIVS. Vgutio: *Oſtrea, coſta cuiusdam piſcis, qui in oſtrea latitat, . . . vnde Oſtrearius, qui piſcem iſtum vendit vel capit. Et oſtrum, purpura, quia Oſtrearum ſanguine tingitur, vnde Oſtreus, purpureus, Oſtratus, purpuratus et Oſtrearius, qui facit purpuram, vel qui eam opelatur, vel qui eam tingit.* OSTRACARII, apud Theophanem pag. 371. alii prorſus ſunt ab Oſtrearius, ſignificantque eos, qui teſtas ex figulina terra conficiunt, legendis tectis idoneas, vt exponitur in Gloſſario mediae Graecit. V. Ὀστρακάριοι.

OSTRI, *odioſi, odio ſemper habentes*. MS. Bituric.

OSTVGERVM, theca, Gall. *Etuy*. Inventarium an. 1377. ex Archivo S. Victoris Maſſil. *Item quasdam canetas argenti cum Oſtugero corii belliti*. Mallem *Eſtugerum*, vt ſupra.

† OSVLA, diminut. ab *Oſa*, tibiale, caliga. Gloſſar. Prou. Lat.

OTACVSTA, Apuleio, auſcultator, auribus captans ſermones aliorum. Gloſſae Graeco-Lat. Ὠτακούστης, *auricularius*. V. *Ataconſta*.

OTAGIA, *dolor auricularum*, Iohan. de Ianua; *Doulour des oreilles*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. Sed legendum *Otalgia*, à Gr. ὠταλγία.

OTAGIVM, manſio cum certa agri portione, ſub annuo cenſu *hoſpiti, villano* ſeu ruſtico ad excolendum conceſſa. Charta Henrici Regis Angl. an. 1155. pro Normannis apud D. Bruſſel to. 2. de Feudorum vſu ad calcem pag. IV. V. *Hoſtagium* 2. † Mendoſe pro *Ocagium*, V. in hac voce.

OTHO, in Eccleſia Anicienſi dicebatur diſtributio vini et aniſi ſaccharo conditi, quae fieri ſolebat Canonicis ante Natale Domini, quando concinuntur antiphonae maiores O. Notitia de dignitate Praepoſiti Anic. eiusque iuribus an. 1179. inter Inſtrum. tom. 2. Gall. Chriſt. col. 246. *Sacriſta . . , faciebat ſuum Otho, et promi-*

prouidebat ipſis Canonicis in victu et veſtitu. V. *Otho.*

OTHONIAE. Pactus Legis Salicae tit. 11. §. 8. *In alio pacto dicis, de ipſis Malb. thenca texaia, ipſuala texaca, amba texaca, amba Othonia, etc.* Videtur Eccardo vna voce efferendum *Ambvothonia*, ſiue correctius *Ambaſtonia*, vel potius *Ambaſtibinne*, vt *Ancilla miniſterialis* indicetur.

OTIO, pro *Optio.* Charta an. 1244. in Inſtrum. to. 4. Gall. Chriſt. col. 104.

OTLINGVA SAXONICA, in Capitul. Caroli Cal. pag. 113. 1. edit. Sic dictus pagus in Neuſtria, vbi conſedere Saxones cognominati *Otlingi* Saxones ad oras Sequanae maritimas conſediſſe probat littus Saxonicum in Gallia, cuius mentio eſt in Notitia Imperii. *Saxones Baiocaſſini* memorat Gregorius Turon. lib. 4. Hiſt. cap. 27. Vetus Charta laudata a Baluzio, de manſionibus et noualibus S. Saluatoris Cenomanenſis: *In auſtlingua Saxonica vnum.* Laudatur ab eodem Praeceptum Caroli Calui quo Attoni dat villam *Heidram*, *ſitam in Comitatu Baiocenſe*, *in pagello*, *qui dicitur Otlingua Saxonica.*

OTO. In Charta Arelatenſi *Centum ſolidi de Otone*, occurrunt. Certum eſt, eos ſolidos ſic dictos fuiſſe ab Otone M. qui ratione Adelaidis vxoris ſuae, ſororis Conradi cognomento Pacifici, Regis Burgundiae et Arelatis, ſupremus erat dominus Prouinciae: ad quam ſemel eo venit animo, vt Saracenos eiiceret ex arce Fraxineti. Rurſus occurrunt *Solidi de Othone*, in Teſtamento Franconis patris Pontii Archiep. Arelat. circa an. 1000 apud Domnum Chanteloup in Hiſt. MS. Montis-maioris, et in Charta anni circiter 1070. apud Iofredum in Nicaea illuſtrata, *Solidi monetae Othonis*. an. 1040. apud Ruffium to. 2. Hiſt. Maſſil. p. 325. *Denarii Ottonenchi*, an. 1077. apud eundem Ruffium ibidem, OTOMINEI DENARII, ab eodem Otone, t. 2. Gall. Chriſt. p. 277. ſed f. lég. *Ottonenchi.* V. *Ottelini.*

OTORGARE, concedere, Hiſpanis *Otorgar*, Gallis *Otroier.* Charta Hiſpanica aerae 1011 apud Anton. de Yepez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 6. p. 451.

OTPOPA, et ORPOPA, ὄγυξ, *foſſorium; item animal vnicorne, biſulcum.* Supplem. Antiquarii.

† OTRADIOSVS, immoderatus, Gall. *outregeux*, in Ch. a. 1369.

† OTRAGVLVM, pro *Stagnum*, in Gloſſar. Prouinc. Lat.

OTRECIARE, idem quod mox *Otriare*, concedere. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 3.

OTREVS, alius, a Gallico *Autre*, ſeu *Otre*, vti pronunciamus. Occurrit tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 277.

† OTRIA, *la nave del piſcatore*, Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OTRIARE, concedere, permittere, vel obtinere et impetrare, ex Gall. *Otroier*, ſeu vt olim efferebatur, *Otrier.* Notitia in Tabulario Vindocinenſi Thuani n. 5.

OTRISIAE, idem quod *Laudes*, vt videtur, ſeu pecunia domino perſoluenda pro obtinenda alienandi facultate; vox eiusdem originis, cuius mox *Otriare*, Gallicum videlicet *Octroy*, conceſſio. Charta venditionis cuinsdam vineae in Chartulario S. Melanii: *Vendae et Otriſae perſolutae; Ventes et Octriſes*, in quadam Charta gallica, id eſt, *Ventes et les*, ſeu, vt vulgo loquuntur, *Les et ventes.* V *Laudare 4.*

† OTTELINI, OTTONIENSES, moneta Ottonis M. nomine inſignita. Annal. Saxo ab Eccardo editus ad a. 950.

OTTINA, vel OTTINVS, in quibusdam Galliae prouinciis *Hautain*, ſpecies vineae altioris, quae arboribus et perticis ſuffulta palmites ſuos latius diſtundit, et quaſi cameras, vnde racemi pendent, efformat. Statuta Montis regalis p. 222. *In vineis, ottinis, planteriis, bladis vel leguminibus.*

OTTONENCHI DENARII, V. *Otto.*

† OTTRAGIVM, atrocitas, animus immoderate infenſus, a Gall. *Ouurer.* Litt.

Litt. remiſſ. Mſ. a. 1389. V. *Oeradioſus.*

† OTTROIUM, a Gall. *Octroye*, licentia vaſſallo data a domino feudali pro alienatione fundi. Ch. Mſ. a. 1375. V. *Otriſiae* et *Ouresium.*

OTTVNE, aurichalcum ſeu metallum factitium, Gall. *Laiton* vel *Leton*, Ital. *Ottone.* Vita B. Auguſtini Novelli, to. 4. Maii pag. 623. *Vidi duos libros in quarto folio, alterum in charta pecudina, cum coopertis ligneis et ſuis fimbriis de Ottune.*

OTVS, pro *Ortus*, hortus, in Charta an. 1449. apud Rymer. to. 11. p. 235.

OVA, ouis, *Brebis.* Formulae vett. Alſaticae art. 22. ad calcem Pactus Legis Salicae edit. Eccardi p. 244.

OVAGIVM, penſitatio ex ouis. Computus Bailliuorum Franciae an. 1306.

† OVALE, munus, donum. Stat. Auenion. Mſ. V. *Ouatio.*

OVAMEN, ouatio, gloriatio. Acta SS. Maii to. 6. pag. 749. de S. Carapno.

OVANTER, laete, ouantium modo. Terrull. adu. Valent. cap. 28.

OVARIA, venter, ſeu pars corporis, vbi formantur oua in auibus, apud Frideric. II. Imp. lib. de Venat. cap. 32. 48.

OVARIOLVM, f. vaſculum menſale miniſtrandis ouis accommodum. Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 813. *Salinus vnus deauratus cum ſoaxe ſtraforato. Ouariolum vnum deauratum cum tribus pedibus leonum. Plumazolum vnum deauratum cum pedibus quatuor leonum. Duae forzelottae deauratae. Coclearia duo argenti*

OVATARE. Charta an. 1160. apud Vghellum in Archiep. Salernitanis: *Et attacaturas per dictam terram ipſius monaſterii S. Clementis conſtruere, per quas ab ipſo alveo, et vsque ipſum molinum, vel molendini aqua ducatur omni tempore praedictum molinum, vel molendini, et Ouatare cum aquis et aquarum vibus, etc.*

† OVATIO. i. q. *Ouale*, t. 4. Hiſt. Occit. Prob. p. 73. V. *Ouentio.*

OVATIZARE, ouare, laetari, triumphare. Miſſale Lingon. XV. ſaec. in Proſa S. Mauricii et ſociorum.

OVBLEIA, OVBLEYA, V. in *Oblata.*

OVCKA, anſer, Gall. *Oye.* Deſcriptio bonorum Domini de Eska. V. *Auca.*

† OVELE, oblationis ſeu praeſtationis ſpecies, forte ex ouis, vnde ſic dicta. Gloſſae Caeſar. Heiſterbac. in Reg. Prum. *Oblationes quas Ouele appellamus.* V. *Ouileginm* et *Ouagium.*

† OVENTIO, commodum, emolumentum, f. pro *Obuentio.* Necrol. eccl. Pariſ. Mſ. V. *Oualio.*

† OVERHARE, i. q. *Ouerherneſſa*, ap. Ludew. t. 10. Reliq. p. 28.

OVERHERNESSA, contumacia, deſpectus, proprie de eo, qui iuri ſtare aut parere renuit: praeterea foris factura ſeu multa ex eiusmodi deſpectu debita: vox Saxon. *Oferhereſi.* Ex *ofer, ſuper,* et *kyran, audire, auſcultare*, vnde *Overhyrneſſam* Bromptono exponitur *ſuperauditio*, quomodo recte emendat Somnerus, pro *ſubauditio*, in Legibus Adelſtani Regis. c. 25. *Si quis Gemotum, id eſt, publicum Comitatum, adire ſuperſedeat ter, emendet Overhirneſſam, id eſt, ſubauditionem Regis, ſi placitum ipſum ſam diebus praenuntiatum ſit.* Leges Aluredi et Godruni cap. 6. *Si quis illud hoc modo non complebit, emendet Ouerherneſſam meam.*

OVERSAMESSA. Liber rub. cap. 36. *Si quis furi obuiauerit, et ſine vociferatione gratis eum dimiſerit, emendet ſecundum Weram ipſius furis, vel plenalada ſe adlegiet, quod cum eo falſum neſcinit: ſi quis audito clamore ſuperſedit, reddat Ouerſameſſa Regis, aut plene ſe laidiet.* Non male Thomae Blount in Nomolexico videtur multa pecuniaria iis impoſita, qui audito clamore malefactorem non perſequuntur, quod genus multae alibi dicitur, *Overſegeneſſe* aut *Overſeneſſe.* V. *Gyltivite* et *Ladare.*

† OVEVM, penſitatio ex ouis. Ch. Mſ. a. 1266. V. *Ouaginm* et *Ouilegium.*

OVIALE, apud Matth. Paris. an. 1254. pro *Ovile* occurrit, niſi mendum ſit. Certe

OVIARICVS, qrò *Ovilus*, occurrit in veteri Inſcript. 513. 1. *Conductores gregum Ouiaricorum*.

OVIFER, ouis ſituatica, ſeu ſilveſtris. Gloſſ. Gr. Lat. MS. πρόβατον ἄγριον. *Offer*. In edito abſunt Graecae voces. Rectius apud Gloſſar. MS. e Bibl. Sangermanenſi: *Ouifer*, πρόβατον ἄγριον. Occurrit haec vox apud Apicium lib. 8. de re culinar. c. 4. vbi perperam Humelbergius *oui fero* pro *ouifero* legit: tametſi occurrunt *oues ferae* apud Vopiſcum in Probo, diſiunctis vocibus.

OVILEGIVM, ouorum cenſus. Charta Alberti Landgrauii Turingiae an. 1303. inter Vindemias Liter. Schannati, p. 131. V. *Ouagium*.

OVILIO, opilio, ouium cuſtos, in L. fundi in fine Dig. de fund. inſtr. legat.

† OVILIS, ouis. Reg. epiſcop. Niuern. a. 1287.

OVILLA, parua ouis. Vita S. Romani Archiep. Rotomag. to. 3. Anecd. Marten col. 1663.

† OVINVM, i. q. *Oueum*. Ch. Mſ. a. 1301.

OVISPEX, *ouium inſpector*, in Gloſſis Iſid. *Qui uel quae viſcera ouium inſpicit*, Ioh. de Ianua.

OVITARIVS. Codex MS. reddituum Epiſcopatus Autiſſiod. *De Ouitariis qui vendunt in nundinis: Omnes qui vendunt in nundinis, debent denariatam .... et illi qui vendunt allia, quilibet. denariatam alliorum*. Cum hic agatur de alliis ſimilibusue, vt videtur oleribus, pro *Ouitariis* puto legendum *Olitariis*, qui vendunt olera; ſi retinendum *Ouitariis*, ii ſunt intelligendi qui vendunt oua.

† OVITVLVM, OVVLLVM, diminut. ab Ouum, in Gloſſ. Prouinc. Lat.

† OVLIARE, effodere, Gall. ol. *Ouillier*. Areſt. a. 1354.

OVNCIA, ab Anglico *Ounce*, uncia, in Charta an. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 159.

OVRAGIVM. (1) Opus, Gall. *Ouvrage*. Charta an. 1320. apud P. Anſelmum in ſua Hiſt. Geneal. to. 2. p. 1231. edit. 1712. (2) † Operae, quas dominis exhibere ex pacto tenentur vaſſalli. Ch. Mſ. a. 1315.

† OVRATA, OVREA, quantum quis per diem operari poteſt in vinea, ex Gall. *Ouvrée*. Ch. Mſ. a. 1219. V. *Operata*.

† OVRELA, limbus, fimbria, in Teſtam. a. 1269.

† OVRILLIERA, pulmus, Gall. *Oreiller*. Comput Mſ. a. 1237.

OVTHEST, OVTHORN. Foedus Aluredi et Godruni Regum, apud Spelmannum: *Nullus ſuperſedeat Outhorn, nec Outheſt vel buiblotam, vel firdfare, nec herebode, ore aut cornu, iuxta praeceptum Heretemiorum regni, cum ſemper expedit, et opus adfuerit expeditionem pro communi utilitate coronae regni Britanniae ſuper weram et witam, et Driecehen prima vice, et ſi ſecundo id ſuperſedeat, perdat omne, quod ſuum eſt, et compenet erga Regem pro membris*.

OVTLAW, Sax. *Vtlaghe*, extra legem, *Bannitus, proſcriptus*. V. Nomolexicon Th. Blount et infra vocem *Vtlaga*.

OVTOVRGARE, idem quod *Otorgare*, concedere. Hiſp. *Otorgar*. V. locum in *Sacudire*.

† OVTRESIVM, i. q. *Ostroium*, in Ch. a. 1269.

OVVLLVM V. *Ouitulum*.

OVVM. (1) *Oua*, pro teſticulis, apud Pſeudo-Ouidium, lib. 2. de verula, initio. OVI LACRYMA, *albumen*. Ita Gloſſae MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam. OVA DE CRVCIBVS. Tabularium Foſſatenſe: *Habet et percipit dicta Abbatia ibidem a quolibet foco dictae villae tria oua, quae vocantur Oua de Crucibus, vel obliam, quolibet anno, etc.* OVA, ſ. ouorum praeſtatio. Charta fundationis Cartuſiae Monialium Saletarum inter Inſtrum. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 34. *Inter quas allegit Princeps alias duas moniales, quibus dedit 30. ſolidos groſſos ſuper talliis communialibus, ſeu generalibus Vlcienſibus Ouis*. Vereor ne mendum ſit. Deſideratur hic locus to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 91. vbi haec fundationis Charta an. 1299. cum lectionibus variantibus propemodum innumeris exhibetur. OVA, in praeſtationibus, quae Miſſis Domi-

nicis fiebant in Capitulari 5. an. 819. cap. 29. et lib. 4. Capitul. cap. 73. V. *Onagium*. (2) † Monetae Gothicae ſpecies, ab ouali forma, forſitan nuncupata. Acta SS. t. 3. Apr. p. 768.

† OVVRAGIVM, opus, opificium, a Gall. *Ouvrage*. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1362.

† OXEA, *lo morbo*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OXELLVM, axilla. Miracula S. Ioannis Beuerrac. num. 8.

OXGAR, ſcomber, piſcis marinus et notus, Gall. *Maquereau*. Vſus antiqui Fontanell. MSS. fol. 91. col. 2.

† OXIA, *vna figura*, Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† OXIMENTVM, *lo aceto*. Ib.

† OXIREVM, *lo forſe aceto* Ib.

† OXIFALVS, *vna meſura*. Ib. *Menſura XV. drachmarum*, in Amalth.

† OXONIVM, praeſtationis ſeu ſeruitii ſpecies. Chartul. 21 Corb.

† OXVS, *vno dardo*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

OXYBLATTA, purpura intenſioris et vividioris luminis, ὀξεῖα φοινικὶς, Ariſtophani, πορφύρεαι διαφόροι καὶ ὀξυτάται, apud Suidam in *βάμμα*. V. *Blatta*.

OXYCOMINVM, Ὀξυκόμινον, in Fragmento Petronii pag. 56.

OXYDRAVRATVS, vox hybrida, auro ſplendente inauratus, ὀξυχρύσεος. Petrus Diac. lib. 4. Chronici Caſinenſis c. 17.

† OXYGALA, OXYGALVM, *aceto ſum lac*, in Amalth.

OXYPAEDEROTINVS COLOR, apud Vopiſcum, dictus ab acantho herba, quam Graeci et Latini *paederotem* nominant: vel a gemma opalio, quae propter eximiam gratiam *paederos* a plerisque appellata eſt, ve auctor eſt Plinius. *Oxy* vero intenſum et dilutum colorem ſignificat. Caſaubon. et Salmaſ.

OXYPYCNVS, V. *Meſopycnus*.

† OYA, auditus, i. q. *Audientia* 3, Gall. ol. *Oye* Ch. Mſ. a. 1328.

† OYDE, canalis, aquaeductus, Prouinc. *Ouide*. Form. Mſ. Cod. reg. 7657.

† OYENCIA, tributi ſpecies, ad cuius ſolutionem voce *ſernientis* ſeu apparitoris monebantur debitores; Gall. ol. *Oyſence*. Ch. Mſ. a. 1336.

OZEDVM, aquaeductus. Transactio an. 1219. inter ciues vtriusque vrbis Maſil. ſuperioris et Vicecomitalis, ex Schedis D. le Fournier.

OZERIA, locus viminibus conſitus, Gall. *Oſeraye*. Charta an. 1295. ex Archiuo S. Melanii. V. *Oſeraria*.

† OZILIVM, vimen, Gall. *Oſier*, ol. *Ouzil*. Chartul. S. Ioh. Angeriac.

† OZILLARIVM, viminetum, i. q. *Oſeretum*. Ch. Mſ. a. 1329.

† OZINA, ſupellex quaeuis, quidquid in vſu eſt. Ch. Mſ. a. 1318.

† OZVDIRE, exſcindere, t. 1. Hiſt. Nem. Prob. p. 55.

P.

P. (1) Litera numeralis, quae 400. denotat. Ita Notae antiquae numerorum: P. CCCC. *quadringenta*, et verſus apud Vgutionem:

P. *ſimilem cum* G. *numerum monſtratur habere*.

G autem 400. deſignat. At Baronius pro G. habet S. ita vt P. ſeptenarium numerum tantum confecerit. Quae Baronii lectio videtur confirmari ex Epitaphio Ioannis Nepeſini Epiſcopi, quod Romae viſitur in Eccleſia Monaſterii S. Sabae, quod ſic clauditur:

Extenſum per Θ. P. Q. E. Δ. *connexa,*
Chriſti annum monſtrant, quo tranſiit iſte Sacerdos,
Obiit in pace II. Kal. Nov.
E Y. O. J.

Si colligantur, inquit Baronius, numeri quinque harum literarum, partim

tim Latinarum, partim Graecarum, fiunt anni 770. nempe Θ. 9. P. 7. Q. 500 E. 250. Δ. 4. Eidem literae P. si recta linea superaddatur, quadringenta millia significat. (2) P. *in superscriptione cantilenae, professionem, vel praecisionem praedicat.* Notkerus Balbulus Opusc. *Quid singulae significent literae in superscriptione cantilenae.* V. A. (3) P. pro B. vt *apsens*, pro *absens*, *apsolutum* pro *absolutum*, passim legi in veteribus subscriptionibus obseruat Scaliger in Indice 19. ad Gruteri Inscriptiones. In Charta Childeberti III. an. 694. apud Felibian. Hist. S. Dionys. p. XV. *optulit* pro *obtulit*. V. *Absus*. (4) P. C. id est, post Consulatum. Hac nota vsi sunt veteres Pontifices, in annis Imperatorum designandis; qui mos ab ipsis Imperatoribus vsurpari coepit, vt obseruat Mabillonius Diplom. lib. 2. cap. 25. num. 3. ab anno 567. cum ante id tempus ab anno 542. *Post consulatum Basilii* computerantur anni. V. *Consul*.

PAAGERIVS, PAAGIVM, V. *Pedagium*.

† PAALERIVM, a Gall. *Poillier*, instrumentum cupreum, in quo posita campana facilius mouetur. Sent. Mss. a. 1282.

PABA. Chartarium Eccl. Auxitanae cap. 77. de Clodonaeo Rege Franc. *Fuit miles quidam nomine Raimundus, cognomento Paba, sic cognominatus, quia literas nouerat.* Vocis etymon non percipio. † Forte i. q. *Papa*, clericus, Germ. Pfaff.

† PABAMENTVM, PABARE, pro *Pauimentum* et *Pauare*, pauimentis sternere, in Ch. Mss. a. 1296.

PABELESSA, V. mox *Pabelum*.

PABELVM. (1) Herbae palustris genus, iuncus, Binsen. Charta Guillelmi Com. Forcalquerii 7. Id. Apr. 1212. in Hist. MS. Mont. Maior. *Testes probauerunt monasterium habuisse pacifice ab omnibus ibi piscantibus . . . et a fannaderiis colligentibus singulis Pabelum cum bispio aut olamine singulis annis tres denarios.* V. *Segna*. † Arelatensibus aliisque etiamnum *Pabel* vocatur. † PABELESSA, PABILLA, idem in Inquis. a. 1268. (2) † *Pabelum, pastus vel pascua*, in Gloss. Bibl. Mss.

† PABILLA, V. *Pabelum* 1.

† PABILVM, filamentum ex *Pabelo*, vnde ellychnium formatur. Pact. Mss. a. 1351.

PABO. (1) Vehiculum, V. *Pano*. (2) † *Refectorium*, in vet. Gloss. Cod. reg. 521.

PABSERE FINEM, barbare prorsus pro finem ponere, paciscī, vt videtur. Charta an. 1011. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 195. *Licentiam abeatis absque nostra persona, si vestra fuerit voluntas, exinde causas egendi, responsum redendi, finem Pabsendi*, etc. Infra pag 201. in Charta ann. 1008. eodem sensu legitur, *finem ponendi*.

PABV, *barba*, Papiae: in Glossis antiquis MSS. *Basta*.

PABVLA. (1) *Bruma, nives*, Papiae. (2) † Pro Pabulum, in Litt. remiss. Mss. a. 1352.

PABVLAMENTVM, *Pastus*. Glossar. Latino-Graecum, vbi emendant viri docti *Paludamentum*.

PABVLARE, pascere, Gall. *Paistre*. Chron. Farsense, apud Murator. to. 2. part. 2. col. 380.

PABVLATICVM, census vel tributum pro iure *pabulandi* seu pascendi animalia in pabulis domini. Charta Ottonis III. Imp. an. 1001. apud Murator. tom. 16. col. 37. V *Pastio*.

PABVLATOR, *pastor, qui bubus pabula praebet pabulum*, in Glossis Isidori. In Glossis antiquis MSS. *Pastor, vel pater, qui prebet pabula*.

PABVLVM CARITATIVVM, hospitium, conuiuium, *procuratio*. Statuta Ordinis Cisterc. an. 1202. apud Martene to. 4. Anecd. col. 1540. PABVLVM LAMPADIS, oleum quo lampas nutritur. Charta an. 1218. apud Stephanot. to. 4. Antiquit. Bened. Pictau. MSS p. 769.

† PABVRARE, pro *pabulare*, pascere, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 435.

PACABILIS, reddendus, exhibendus, a Gall. *Payable*. Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 301. V. *Pagabile*.

PACABILITAS, pax. Miſſale Gothicum apud Mabill. de Liturg. Gall. lib. 3 p. 252.

PACALARIVS, pro *Baccalarius*. Epitaphium Fr. Petri de Alinvilla, apud Felibian. in Hiſt. Sandion. p. 580.

† PACALIS, *et hoc Pacale, che appartiene à Pace.* Gloſſ. Lat Ital. Mſ.

PACARE, ſoluere, exſoluere, *Payer*, vox orta vel ex *pacare*, pacem facere debitum ſoluendo: vel ex *pactare*, pactum ſeu tribum ſoluere, quod vult Salmaſius lib. de Trapezitico fenore p. 517 etc. V. in *Pactare*. Diploma Henrici Ducis Sileſiae ann. 1338. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 548. *Recognoſcentes nos perſufficienter eſſe Pacatos et ſolutos.* PACCARE, in Foris laceae: *Paccet tres ſolidos. quomodo nobis videbuntur partiendos.* PAGARE, idem quod *Pacare*: *Pager*, Ligeris accolis. Charta Libertatum villae Montis Regalis in Sebuſianis. APPAGARE, idem, ex Italico, in Statutis Venetis an. 1241. lib. 1. c. 43. 51. lib. 5. cap. 10. *Appacare* c. 62. et lib. 3. cap. 39. IMPAGATVS, inſolutus. Henricus Rebdorff ann. 1346. PAXARE, vt *Pacare*. Diploma Henrici Ducis Sileſiae ann. 1339. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 548. PAGA, PAGVA, idem, *Paga* Italis, Gallis *Paie*, *Pague*. Charta Hugonis D. Brecarum ann. 1215. in Tabulario Campaniae: *Mater mea debet 1040. libras pagandas eidem Iudaeo ad quatuor annos; quarum prima Paga incipiet ab octabis S Remigii.* Tabulae nuptiales Mariae, filiae Guillelmi D. Monriſpeſſ. et Bernardi Comitis Conuenarum, menſe Decembr. an. 1187. *Ita quod fructus vel redditus inde exeuntes in ſortem vel agnam computentur.* PAGHA, eodem ſignificatu, in Chron. Petri Azarii apud Murator to 16. col. 391. PAIGA, eadem notione, in Charta libertatum villae de Graciaco in Biturigibus an. 1246. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. lib. 1. cap. 61. non ſemel. PAGAMENTVM, idem, Gallis *Payement*. Prima Statuta Roberti 1. Regis Scotiae c. 5. §. 6. PAGAMINTVM, in Litteris an. 1224. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. p. 376.

† PACATA, cenſus vel tributum pro facultate paſcendi animalia in paſcuis domini. Ch. Mſ. a. 1256.

PACATIO. (1) Soluſio, *Payement*. Matth. Paris: *Sine Pacationis retributione.* Infra: *Pretii ſolutionem, quam Pacationem appellamus.* (2) Transactio, pactum, conuentio. Charta 28. inter Alemannicas Goldaſti. Vita Aldrici Epiſc. Cenoman. pag. 116. *Volebant eorum amici et boni homines eos inde Pacare et concordare.*

PACATOR. V. in *Paciarii*.

PACATORIVM. Gloſſae antiquae MSS. *Pacatorio*, *Plantatorio*. Infra, *Pagatorio* ſcribitur. Gloſſ. verus MS. Sangerm. *Pacatorium*, *plantatorium*. Gloſſae vero Iſidori: *Pactorio*, *Plantorio*. V. *Pacturium*.

PACATVS et *Iratus*. V. *Iratus*.

PACCARE. (1) In faſces colligare, Gall. *Empaqueter*, *emballer*, Germ. Packen, Angl. *Pack*. Charta an. 1341. apud Rymer. to. 5. p. 278. (2) Alia notione vide in *Pacare*.

PACCARIVS, qui in faſces componit, ab Angl. *Packer*, Gall. *Emballeur*. Charta an. 1478. apud Rymer. to. 12. p. 81.

PACCATOR. (1) Idem qui *Paccarius*. Charta a. 1499. apud eund. Rymer. t. 12. p 714. (2) Sponſor, vas, fideiuſſor, Gall. *Répondant*. Charta ann. 1270. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 548. v. *Pagator*.

PACCATVRA, merçium in faſces compactio, officium *Paccarii*, Gallice *Embalage*. Charta ann. 1478. apud Rymer. to. 12 p. 81. V *Paccator*.

PACCEOLVM. V. *Paculum*.

PACCIOLVS, *πεδίκιον καὶ πόδιον τῶν γραμμάτων: καὶ πάσης ὀπώρας τὸ ξυλάδες, καθ' ὃ ἐξάρτηται τοῦ κλαδοῦ*, in Gloſſ. Lat. Gr. ſed *Petiolus* legendum docet Salmaſius ad Plin. p. 219.

PACCVS, faſciolus, farcina, Germ. et Angl. *Pack*, Gall. *Paquet*, *balot*. Charta an. 1506. apud Rymer. tom. 13. p. 134.

PACEATVR. Leges Inae Regis Weſt-Saxon. c. 45. *Et recipiat agenſrida cori-*

corium eius et carnem, et Pacentur de caetero. Id eſt, ſit *pacatus*, ſeu liber de caetero.

PACERE, *paciſci*, in Gloſſis antiquis MSS.

PACHINA, pro *Pagina*, V. in hac voce. Charta an. 746. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 8.

† PACHO, pro *Bacho*, porcus ſagina-tus, vſtularus, ſalirus, et petaſo aut perna. Meichelb. t. 2. Hiſt. Friſing. p. 110. V. *Baco*.

PACHTVS, pro *Pactus*, a Teuton. *Packt*, tributum quod ex *pacto* exigitur. Charta an. 1476. apud Miraeum to. 2. p. 891. V infra *Pactum*.

† PACIA, inter arma recenſetur in Inuent. munit. caſtr. reg. Forte mendum eſt pro *Baciae*, i. e. Caſſides. V. *Bacinetum*.

PACIAGIVM, V. *Paxiagium*.

PACIARIA CASTRA, quae a *Paciariis* muniuntur, vt paci obſeruandae inuigilent. Concil. Toloſ. to. 2. Spicil. Acher. p. 628.

PACIARIVS. (1) Cui pacis indictae a Romano Pontifice et Conciliis obſeruandae cura commiſſa erat, in Concilio Monſpelienſi an. 1214. c. 33. 34. 39. 42. Adde Toloſanum, an. 1229. c. 31. PAX, ipſum Paciariorum Collegium. Concil. Toloſanum an. 1229. c. 34. (2) Pacificator, dignitas, olim collata ad trienni im Carolo I. Siciliae Regi a Clemente IV. PP. flagrante Guelforum et Gibellinorum diſſidio, vacanteque Imperio anno Chr. 1267. Gloſſ. Gr. Lat. Εἰρηνάρχης, *Pacator, Irenarcha*. V. *Paxagium* 1. (3) Scabinus, V. *Pax*. (4) PACIARIVS, qui et *Sequeſtrarius*, V *Iuncta*.

PACIDICVS, qui pacem loquens, eam non ſectatur. S. Bernardus de Converſ. ad Clericos to. 1. col. 494.

PACIELLVM, f. diminut. a *Paxera*. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel de vſu feud to. 2 pag. CXLV. *De magiſtro Ricardo, pro Pacello, c. ſ.*

† PACIENTIA, induciae, in Ch. Mſ. a. 1347.

PACIFER, pacificus. Epiſt. Manfredi ad Vrbanum IV. PP. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 93.

† PACIFICA, *oblatio quae fiebat pro pace ad Deum vel ad homines*. Gloſſae Biblicae Mſ.

PACIFICAE LITERAE, videntur appellatae generatim Epiſtolae omnes *amicae*, pacis ac diuinae caritatis conciliatrices, maxime quae Clericis alio proficiſcentibus ab Epiſcopis dabantur. Concilium Eliberitan. an. 305. c. 81. *Ne feminae ſuo potius abſque maritorum nominibus, laicis ſcribere audeant, qui fideles ſunt vel literas alicuius Pacificas ad ſuum ſolum nomen ſcriptas accipiant.* V. Mendozam et Albaſpinaeum ad hunc Canonem. Verus interpres Concilii Antiocheni an. 341. c. 8. *Preſbyteri qui ſunt in agris canonicas epiſtolas dare non poſſunt, . . . Chorepiſcopi autem qui ſunt irreprehenſibiles, dare poſſunt Pacificas, id eſt, generales.* Graeca editio εἰρηνικὰς tantum praefert.

PACIFICALE, tabella quae defertur oſculanda ad *Pacem* in ſacra Liturgia. Acta S. Bennonis to. 3. Iunii p. 168.

† PACIFICALIS, pacificatorius, Saec. IV. Bened. P. I. p. 361.

PACIFICARE. (1) Soluere, exſoluere, Gallice *Payer*, Germ. befriedigen. Teſtamentum Alionorae Comit. Boloniae apud Baluz. to. 2. Hiſt Aruern. p. 119. V. *Clamor pacificatus*. 2) Sefe inuicem inter Miſſae ſolemnia oſculari. V. *Oſculum pacis*. (3) † Cedere, mittere in poſſeſſionem pacificam. Ch. Mſ. ſub Phil. 1. reg. Franc.

PACIFICATIVVS, pacificatorius. Concil. Piſanum ann. 1409. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1099.

PACIFICATORES ſeu PACIFICI, illi dicti ſaeculo V. qui Henoticon Imperatoris Zenonis ſequuti, ſub ſpecioſo concordiae inter Catholicos et errones ſarciendae praetextu, fidem deſtructum ibant Concilio Chalcedonenſi ſtabilitam. Euagr. lib. 3. Baron. ad an. Chriſti 482. Haec Hoſinannus.

PACIGER, pacificus, pacatus, tranquillus. Georg. Stella in Annal. Genuenſ. apud Murator. t. 17. col. 1001.

PACISCI. relinquere, demigrare. Acta S. Caſſiani Epiſc. apud Illuſt. Fontanium in Antiquit. Hortae p. 349.

† PACISCOLIA, *la gotta*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PACONANTES, *planantes*, Papiae. In edito eſt *Paconantes*; ſecus Vgutio. † Gallis ol. *Paconnier*. idem qui praedium ſub annuo reditu tenet, vulgo *Fermier*.

PACTA, pignus, fiducia, Gall. *Surété*. Teſtamentum R Vicecom. Biter. an. 1180. apud Marten. to. I. Anecd. col. 598.

PACTARE, V. *Pactum*.

PACTATOR, fideiuſſor, vas, ſponſor, Gall. *Caution* Charta Guillelmi de. Hala an. 1337. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Arverniae p. 312. V. *Paccator*, et *Pagator*.

PACTATVS, pactus, conditio. Charta an. 1068. in Append. ad Marcam Hiſp. col. 1144. V. *Pactatio*.

PACTIMONIVM S. Auguſtinus Epiſt. 223. de Recipiendis Donatiſtis: *Teſtem Deum facio . . . ſic eos me ſuſcepturum, vt non ſolum baptiſmum Chriſti quem acceperunt, ipſum habeant, ſed etiam honorem Pactimonii et continentiam*. Sed videtur legendum *patrimonii*, ita vt innuat recuperaturos patrimonium, et *continentiam*, hoc eſt, reditus ſuos, et quod cuique neceſſarium eſt ad ſuam conditionem manutenendam. V. *Continere*.

PACTIO, tributum ex *Pacto* conceſſum. Charta Rodulfi Reg. an. 923. to. 2. Gall. Chriſt. inter inſtr. col. 222. V. *Pactum*.

PACTIONALIS REMISSIO, quae ex *Pacto* certisque conditionibus conceditur. Epiſt. Friederici Reg. ad Barchin. in Chron. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 74.

PACTIONARIVM, tributum quod ex *pacto* perſoluitur, († vel potius *Pactionarius*, eiusmodi tributo obnoxius.) Charta Eduardi IV. Reg. Angl. ann. 1471. apud Rymer. to. 11. p. 732. V. *Pactum*.

PACTISIS, vini ſpecies, in ordine Romano; vbi f. leg. *Pachyſis*, i. e. vinum ſpiſſius, craſſius, a Graec. παχυς.

PACTITIVM, idem quod *Pactionarium*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1401. apud Rymer. to. 8. pag. 204. V. *Pactum*.

PACTORIVM, *pactum*, *vel locus vbi fit Pactum*. Vgutio et Ioan. de Ianua. V. *Pactum*.

PACTVARE, pactum inire, pacifci. Geſta Conſtantini M. p. 479.

PACTVATIO, pactum. Chronicon Farfenſis Monaſterii p. 657.

† PACTVETES, PACTVATES, qui Pactum iniit. Ch. a. 889. apud Murat. t. 1. Antiq. p. 755

PACTVM. (1) Quoduis Foedus, Contractus, *Traité* Gloſſae ad Regulam S. Benedicti c. 2. *Teſtamentum, placitum, vel Pactum*. Heſychius, Πάκτα ἡμερώσεις. Anonymus Caſinenſis ann. 1149. *Eugenius Papa Pactum cum Romanis reformans*. Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 16. §. 12. *Quod autem dictum eſt de ſolutione vel remiſſione debiti Pactive de non petendo opponendis et probandis ſic determinamus, videlicet, etc.* PACTARE, pactum inire. Carolus IV. Imp. in Vita ſua: *Et cum ibi exercitus diu ſtetiſſet, Pactauerunt illi de caſtro cum eis*. V. *Apatiſatio* et *Pectare*. PACTVRA, pro *Pacto*, apud Iul. Caeſarem. V. Salmaſium ad Ius Atticum p. 803. (2) Tributum ex *pacto* conceſſum, qua notione Teutones etiamnum *Pachs* vſurpant. Hiſtor. Miſcella lib. 18. pag. 538. *Sarracenorum vero tunc ſub Pactis Perſarum conſtitutorum multitudo Equitum clam in Imperatorem irruere meditabantur*. Lib. 19. p. 604. *Locauerunt . . . reſiduas ſeptem generationes quae ſub Pacto erant*. Lib. 23. *Aut tribue mihi Pacta, aut veniam uſque ad Auream portam*. Speculum Saxonic. lib. 3. art. 76. *Licebit . . . cenſum ſeu penſionem, aut Pactum ſolvere*. — Exemplis ſupra laudatis maxime ſignificatur tributum quod ex pacto Principi, qui regionem ſubegit, exſoluitur ab incolis, vt a caedibus et incendiis temperet. Galli *Pactis* vel *Paſtis* eadem notione dixerunt. V. *Appatiamentum*

sum et *Appatiſſamentum*. PACTITII, qui eiusmodi tributa exſoluebant, apud Paul. Emil. in Carolo VII. PATVVM, idem quod *Pactum*, in Charta an. 1434. ex Tabul. Archiep. Auſc. APPATVARI, de eiusmodi tributo paciſci, vel illud ſoluere, Gallis *Apaticher* vel *Apatiſſer*. Charta laudata. (3) Profeſſio Monaſtica. S. Hieronymus ad Demetriadem Epiſt. 8. *Nunc quia ſæculum reliquiſti, et ſecundo poſt baptiſmum gradu iniiſti Pactum cum aduerſario tuo, dicens ei, Renuntio tibi, diabole, ne tradat te tortori.* Concilium Eliberitanum can. 13. *Virgines quae ſe Deo dedicauerunt, ſi Pactum virginitatis perdiderint.* (4) PACTVM, vel PACTVS, lex quae ex pacto conuento, ex communi populorum conſenſu fertur, et admittitur: quo nomine donantur fere Leges omnes veteres, ſeu quarum vſus fuit in Francia et Germania: ac Romana quidem in Charta Heccardi Comitis ex Tabulario Perſienſi apud Perardum p. 26. *Waltario Epiſc. Pacto Romano libro, et anapo corneo maiore etc.* Gundebada Burgundionum, in eadem Charta: vbi *Paso Gunbaldo* perperam pro *Pacto* ſcribitur. Salica, quae inſcribitur in editione Heroldi, et in Codd. MSS. vti monet Steph. Baluzius, *Pactus legis Salicae*. Praefatio ad eamdem Legem: *Quidquid in Pacto habebatur minus idoneum, etc.* Eadem Charta Heccardi Comitis: *Heccardo filio Heccardi tabulas corneas, et Pacto ſaleco, et figulos* (l. figuſios) *duos, etc.* Alamannica in veteri Cod. MS. inſcribitur *Pactus legis Alamannorum*, vt obſeruat idem Baluzius. In eadem porro Lege Salica tit. 11. §. 8. *Pactus* ſumi videtur pro ea particulari lege, quae in aliquo mallo, ſeu placito, vel conuentu definitur. Atque hinc eſt etiam, quod *Pactum* pro iudicium, decretum, vſurpabant, quia nimirum ſecundum legem, quam *Pactum* vocabant, judicabatur. Gloſſ. vetus MS. Bibl. regiae. *Pactum, iudicium.* (5) Catalogus, matricula. Regula S. Fructuoſi: *Adnotetur in pacta cum fratribus, et vivat inter Monachos probatus et ipſe Monachus.* i. in Catalogo eorum qui profeſſionem ediderunt.

PACTVRIVM, *plantatorium*, Papiae, qui infra, *Pactortum* habet: alibi, *Pangratorium*, ſeu vt praefert Codex MS. *Pangatorium*. *Pacturium* vel *Pactorium* a pangendo, inquit Graeuius in notis ad Gloſſ. Iſid. vbi pangunrur arbores et plantae. V *Pacatorium*.

† PACTVS, paſcuum, in Ch. a. 1187.

PACTVVM, idem, Gallice *Paſtis*, *paſturage*. Charta an. 1385.

PACVLVM, *ſacculum*, *pacceolum*, in Gloſſis Iſidori, vel *Paſceolum*. Nonius: *Paſceolus, ex alaſa ſacculus.*

PACVS, pro *Pagus*, territorium. Iudicium an. 821. to. 1. Hiſt. Occitan. inter Inſtr. col. 56.

† PACVVM, i. q. *Pactus*, in Ch. Mſ. a. 1359.

PADELENGA, PALENGA, anguilla decumana, anguilla procerior, Flandris *Palinc*, Kiliano *Paelinck*. Charta Theodorici Comitis Flandriae in Tabular. Lehunienſi n. 89. † PADELINGVS, PALINGVS, idem.

† PADELLA, ſartago, Gall. *Paeſle* et *Paielle*, nunc *Poële*. Chartul. Mſ. V. *Padella*. Hinc

† PADELLARIA, fabri aerarii artificium, Gall. ol. *Paëſterie*. Lit. a. 1407.

PADENA, ſartaginis ſpecies, qua in conficiendo ſale vruntur, in Conſuet. Beneharn. Rubr. de Senr. art. 6. Gloſſ. S. Andreae Auenion. 13. ſaec. *Patina, id eſt, Padena vel ſartago* Tabular. Turenae ann. 1334. apud Baluz. to. 2 Hiſt. Aruern. pag. 188. *Quod dictus Iohannes furatus fuerat vectes ſiue verroilhs, Padenas et goſetos.* Italis *Padella*. Hiſp. *Padilla*, Gallis *Poële*.

† PADENTIA, piſcaria capiendis *Padelengis* idonea. Ch. Mſ. a. 1295.

PADES, arbor picea, Gallis, vt auctor eſt Plinius lib. 3. c. 6.

PADEZENVS. Inſtrumentum ann. 1372. tom. 1. Annal. Toloſ. inter Inſtrum. p. 94. *De mille ſeruientibus armatis equitibus et de quatuor auxiliis balеſtreriis et Padezenis medium per medium equitibus pro toto anno venienti.*

enti. An *Padenzeni* dicti milites, qui machina bellica ad modum *Padenae* ſeu ſartaginis efformata vterentur. V. *Padena.*

PADI, f. pro *Paria*, in Teſtamento Bertichramni Epiſc. Cenoman. apud Mabill. to. 3. Analect. p. 140. *Hoc iubeo tunc Archidiaconò, vt ipſius domnus qui peccatorem ſepelire dignauerint, donent eis caballis Padi duo, et poledros congregans duos.*

† PADOR, locus vacuus aedificationi aptus. Ch. Mſ. a. 1454.

PADOENA, PADOENTIA, V. in *Paduire.*

† PADOENCVM, PADOENQVVM, paſcuum, locus paſcuus, et paluſtris; ipſa praeſtatio pro facultate paſcendi animalia. Ch. Mſ. a. 1346.

† PADOENTIVM, idem, Ch. Mſ. a. 1325.

† PADOGVTIA, facultas paſcendi animalia in paſcuis domini. Ch. a. 1171.

PADOLAMENTO, ponderis genus, Charta Iacobi Reg. an. 1272. ex magno *Talamus* Montispeſſ. fol 21. inter Schedas Peireſc. *Statuimus . . quod argentum etiam groſſius non debet tenere in marcha, niſi vnum ternale, et vnum dictum Padolamento, etc.*

† PADORNEVS. ad prata vel paſcua pertinens. V. *Herpadorneum.*

PADRINEA, vitis ſpecies, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. cap. 4. cuius vetus interpres Gallicus habet *Paderinca.*

PADVAGIA, paſcua. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1426 apud Rymer. to. 10. p. 363. V. *Paduire.*

† PADVANA SALTATIO, tripudii ſeu ſaltationis ſpecies, Ital. et Hiſp. *Pauana*, Pall. *Pavane*, a *Padua* vbi primum inſtituta. Ant. Maſſa Galleſi.

PADVENSA, PADVENTIAE, V. *Paduire.*

† PADVENTVM, i. q. *Padoencum*, in Reg. feud. Aquit. Cam. Comput. Pariſ.

PADVIRE. Charta anni 1273. in Regeſto homagiorum Nobilium Aquitan. fol. 9. *Et propter hoc debet Paduire vias, aquas, vineas, nemora, prata, et alia Paduentia.* Alias vocem *Paduire*, pro paſcere animalia vſurpat. PADVENTIAE, paſcua, paſturae, *Paduens*, *Paduence*, in eadem Conſuetud. Solenſi. Regeſt. Conſtabulariae Burdegal. fol. 96. *Solebant dare et ſolucre Regi annuatim pro Paduentiis herbarum, aquarum et foliorum, etc.* Et fol. 100. *Occupat mille iornalia landarum, in quibus homines Regis habebant Padoentiam animalium ſuorum.* Charta an. 1166. apud Marcam in Hiſt. Beneharn. lib. 5. cap. 21. *Et ſi forte aliquis homo aliqua occaſione dominationis, vel Padoentiae contra praeditas domos ſurrexerit, etc.* Vbi *Padoentia* videtur ſumi pro quauis exactione, vt *Panagium*, ſeu *Paſtionaticum*, vti in hac voce docuimus. Alia Guillelmi Ducis Aquitaniae ann. 1027. apud Sammarthanos in Archiepiſcopis Burdegal. *Et aliam ſaluitatem S. Mariae de Macha cum decima, et omne ius et conſuetudines et eam prope adiacentem inſulam, et cum Paduenſa in terra et cum mare, etc.* PADOENAE, eadem notione. Conſuetud. MSS. Auſcior. an. 1301. art. 18.

† PADVISCERE, paſcere. Ch. Mſ. a. 1263.

PADVLECTVM, ſtagnum, palus. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 511. V. *Padules.*

PADVLES, palus, ſtagnum, ex Italico *Padulo*. Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 2. p. 685. *Eccleſiae S. Petri in Accule ſubtus ipſa crypta, ſupra ipſos Padulos, et campo de Meſu.*

PAEANES, inter nocturnas imagines recenſentur a Geruaſio Tilberienſi de Otiis Imperialibus deciſ. 3. c. 88. V. *Fadus.*

PAEBLVM, in Gloſſ. Saxon. Aelfrici, Paeh, i. tela. Corrupte, ni fallor, pro *Peplum.*

PAEDA, idem quod *Peda* 2. V. in hac voce. Chartul. Prioratus S. Roberti

beru de Montis-Ferrando apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 63.

PAEDAGOGARE, docere, occurrit in Vita SS. Seuerini et Victorini num. 2.

PAEDAGOGATVS, magiſterium. Tertullianus adu. Valentin. c. 13.

PAEDAGOGIANI, pueri honorarii, qui in Palatio miniſterio Principis militabant, cuiusmodi ſunt ii quos inde *Pagios* appellatos viri docti volunt. Italis *Paggi*. Ammianus l. 29. *Adultus quidam ex his quos Paedagogianos vocant.* Meminit et l. 26. vt et Notitia Imperii Orient. c. 9. in qua recenſentur inter Caſtrenſianos *ſub diſpoſitione viri ſpectabilis Caſtrenſis.* Sic porro appellati, quod ſub *paedagogis*, vtpote pueri, eſſent, quorum mentio eſt in veteribus ſubſcriptionibus 585. 6. 7. 586. 1. quorum miniſterium et munus vel potius ordo ipſe Paedagogianorum, *Paedagogium* appellatur, qui inde de *Paedagogio* eſſe interdum dicuntur, vt in veteri inſcriptione; PHILONICVS TI. CAESARIS. GERM: DE PAEDAGOGIO. VIXIT. ANN. XIIX. vbi aetas Paedagogiani obſeruanda. De eiusmodi *Paedagogiis* et *Paedagogianis* copioſe egerunt Cuiacius, Dorleans ad lib. 4. Annal. Taciti, Iac. Gothofredus ad l. 5. Cod. Th. de diuerſ. offic. et alii.

PAEDAGOGIVM, magiſterium. Gaufridus Serm. de S. Bern. to. 2. operum eiusd. Bern. col. 1312.

PAEDAGOGVM, V. *Paradegium.*

PAEDONOMVS, idem qui Paedagogus, a Graeco παιδονόμος. Acta B. Ceslai Odrouantii to. 4. Iulii p. 190.

PAELA, *iacula vel tela.* Gloſſ. vetus MS. Sangerman. n. 501.

PAELETIS, pala, a veteri Gall. *Paesle*, nunc *Pelle*. Index vtenſilium de Ruminiaco in Chartul. Compend. V. *Paella.*

PAELLA, farrago, Gallis olim *Paesle*, nunc *Poesle*. Computus an. 1239. V. *Paela.*

PAERRIA, haereditaria portio, alibi *fratriagium*, *frareſchia* dicitur. Tabular. S. Bartol. Berun.

PAETVS, ſtrabo. V. *Petoſus.*

† PAEVSTVM, armorum, f. ſecutis ſpecies. Ch. Mſ. a. 1355.

BAGA. (1) *Pagus*, territorium. Aſſerus de rebus geſtis Aelfrici Regis Anglor. (2) Spluvio, V. *Pacare.*

PAGABILE VINVM, legitimum. Charta Beatricis abbatiſſae. B. M. Sueſſion. an. 1312. V. *Pacabilis.*

PAGAE, *memoriae ſine idolis*, in Gloſſ. Iſid. Papias nude habet *Memoriae.* V. *Pagani.*

† PAGAGIVM, i. q. *Pacata*, in Ch. Mſ. a. 1313.

PAGALIA. Vetus Formula 121. ex Lindenbrogianis: *De ſecuritate pro homicidio facto ſi ſe pacificauerit, ita vt ipſa cauſa ſol. tantos in Pagalia nobis dare deberes*, id eſt, in *pagam* ſeu ſolutionem. Habentur binae aliae Formulae cum ſimili titulo apud Bignonium, in quibus vox iſta abeſt.

PAGAMATER, παγάνεια, in Gloſſ. Lat. Graec. *Panacea.*

PAGAMENTVM, PAGAMINTVM, V. in *Pacare.*

† PAGANELLVS, gobius. Tract. Mſ. de Piſc.

PAGANENSIS, paganus, pagenſis: Gallis *Payſan*. Occurrit in Vita S. Heldradi Abbat. Nouiale. n. 9.

PAGANIAE, ſuperſtitiones paganorum a Chriſtianis fidei adhuc dubiae obſervari ſolitae, quae in Conciliis paſſim proſcribuntur. Capit. Caroli Mag. lib. 5. c. 2. Capitul. an. 709. cap. 6. et Orholonus in Vita S. Bonifacii Archiepiſc. Mogunt. l. 1. c. 42.

PAGANICVS RITVS, paganorum religio, in Vita MS. S. Winwaloci.

PAGANIMITAS, eadem notione. Concil. Terracon. an. 1329. apud Marten. to. 4. Anecd. p. 307.

PAGANISMVS. (1) Idem. Concilium Duſiacenſe 1. part. 2. in Praefat. de Lauduno municipio. Concilium Duſiacenſe 1. part. 2. in Praefat. de Lauduno municipio. (2) Mahumetanorum ſecta. Chron. Piſanum de captione Hieruſ. et Maioric. apud Murator. to. 6. col. 103. (3) Terra Paganorum. Ordericus Vitalis lib. 10. p. 761. vt *Coadunatis viribus totius*

sius Paganismi bello illos exciperent. (4) Idem quod *Pagania*, superstitio paganorum. Concilium Suessionense an. 744. c. 6.

PAGANISSIMVS, paganismo addictissimus. Acta S. Edelburgae to. 2. Iulii p. 482.

PAGANITAS. (1) Paganorum mores. Bulla Clementis VI. PP. an. 1345. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 528. (2) Paganismus, paganorum religio, in leg. vlt. Cod. Th. de Spectacul. Isr Magister in Glossis, *superstitio*, *Paganitas*, *vana religio*. Symmachus l. PP. Epist. 7.

PAGANITIVS, *vir occultus*, in Gloss. Isid. Ita enim legendum ex Papia, pro. *vt*; id est, vir paganicae religioni addictus, quam palam profiteri non licebat aetate Isidori, vt quidam volunt. Sed magis placet *Paganitium*, *virum occultum* dici, pagensem, qui nullius est nominis.

PAGANIZARE, paganum agere, paganorum superstitionem profiteri. Occurrit apud Hadrianum I. PP. in Capitulis et in Concilio Ancyrano cap. 4.

† PAGANVM, praedium s. domanium rusticum, in Ch. Ms. a. 1222. V. *Paganus* 7.

PAGANVS. (1) Pagani Scriptoribus Christianis vulgo appellati gentiles, et idololatrae. Lex 46. Cod. Theod. de Haeretic. *Gentiles*, *quos vulgo Paganos appellant.* Marius Victorinus de Homodusio recipiendo: *Graeci quos* Ελληνας *Paganos vocant*, *multos Deos dicunt.* S. Augustinus lib. 2. Retract. cap. 43. *Deorum falsorum mutorumque cultores*, *quos vsitato nomine Paganos vocamus.* Ita ex his patet id nominis gentilibus a vulgo Christianorum inditum, cuius quidem mentionem non fieri apud scriptores ante annum 365. pridem obseruarunt viri docti ex lege 18. Cod. Th. de Episc. quae est Valentiniani et Valentis, qua tempestate scribebat etiam Marius Victorinus: tamensi antea obtinuisse existimari possit. Vnde vero natum, varii varia tradiderunt, etiam ex antiquioribus, Philastrius, Isidorus in Origin. Beda, et alii, quos iure explodunt, qui rem attentius inuestigarunt, et in hanc ferme sententiam concedunt, a *Pagis*, paganos appellatos Deorum cultores: quod, cum Constantini *M.* et filiorum edictis proscriptus esset ab vrbibus et ciuitatibus profanus Deorum cultus, eorumque fana passim in iis claudererentur, in pagos sese reciperent, ibique Deos suos colerent, et clandestina sacra peragerent, quae est Baronii et aliorum vulgatior sententia: quam fulciunt Glossae antiquae MSS et Isidori, in quibus *Paganus*, *vt* (leg: *vir*) *occultus* dicitur, et *Paganus*, *ab eo quod paga colit*, id est *pagos incolit: Pagi*, *Pagani*, *in pagis habitantes.* In iis denique *Pagae* dicuntur *memoriae sine Idolis*, quod paganis et gentilibus non liceret habere fana publica, ex quo Imperatores Christiani effecti sunt. Et sane Christum in maioribus vrbibus duntaxat cultum innuit sanctus Severus, seu Endeleichus Rhetor, in carmine de Mortibus boum. PAGANAE GENTES, eadem notione, in Capitul. Caroli M. an. 803. (2) PAGANI dicti etiam Mahumetani, in Chron. Pisano de captione Hierusalem et Majoric. apud Murator. to 6. col. 100. (3) PAGANI appellati interdum infantes, quorum certis ex causis differebatur Baptismus, quibus postea id in *ioculare*, vt Ausonii verbo vtar, *nomen* transiit: quod attigit Cangius in Noris ad Alexiadem. Nam posterioribus saeculis nomen tum primum datum infantibus, cum baptizarentur, cum olim secus fieret, quod pluribus ostendit Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. p. 98. 99. (4) PAGANI, dicti non veteribus Romanis duntaxat, sed et Scriptoribus sequioris aeui, qui militiam nondum consecuti, ad eam sese accingepant. Tabul. Maioris Monast. *Subscripsit Radulfus Vicecomes*, *et uxor eius Emelina*, *nec non eo filii eorum*, *Hubertus*, (Episc. Andegav.) *et Radulfus Paganus.* (5) Apud Saxones, pagenses, censuales, qui *Sculteorum* ciuili, *Archipresbyterorum* vero Ecclesiasticae iurisdictioni subsunt.

Spe-

Speculum Saxonicum lib. 1. artic. 2. §. 2. (6) PAGANVS Panis, V. in *Panis*. (7) † Dominus alicuius praedii rustici. Ch. Mſ. a. 1261. V. *Paganum*. (8) † Famulus, i. q. *Pagius*, ap. Pez. t. 1. Script. p. 1216.

PAGARCHI, a pagus, et Graeco ἀρχή. pagorum praefecti, in Iustin. Nouellis et Edicto 13.

PAGARE, soluere, V. *Pacare*.

PAGAS ET IRATS, apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 260. V. *Iratus*.

PAGATOR, sponsor, vas, fideiussor, Gall. *Répondant*, *caution*. Charta an. 1251. ex Schedis Praef. de Mazaugues: *Damus vobis fideiussores, P gatores et iuratores nobiles viros, etc.* V. *Paccator* 2. et *Pactator*.

PAGELLA. (1) Matthaeo Siluatico, *corium, vel petra lata vbi ponitur emplastrum*. V. *Pagina* 1. (2) † Mensura eadem quae *Pertica*. Libert. nouae Bast. de Tyra. V. *Pagellare*. (3) † Idem quod *Carrada*, onus Carri, quantum ex *Pagella* colligitur. Ch. Mſ. a. 1340.

† PAGELLARE, ad *Pagellam* seu perticam mensurare. Inquis. Mſ. a. 1342.

† PAGELLATOR, qui *Pagella* metitur, agrimensor, in Ch. Mſ. a. 1319.

PAGELLVS. (1) Pagus minoris amplitudinis, vel tractus. Charta Ludouici II. Regis apud Guillimannum lib. 1. de Rebus Heluet. c. 2. † PAGELLVS. (2) Rubelio, erythrinus t. 4. Hist. Nem. Prob. p. 47.

PAGENA, V. *Pagina* 1.

† PAGENSALENSES, i. q. *Pagenses*. Ch. a. 759. ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 1 p. 16.

PAGENSALES, V. *Pagus* et *Parensales*.

PAGENSES. (1) Eiusdem pagi homines qui vna eademque lege viuunt, in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 7. tit. 35. §. 12. in Capit. Caroli Magni lib. 3. cap. 43, lib. 4. c. 19. in Capitulari eiusdem Caroli ann. 797. cap. 4 et in Formulis non semel. Odo Cluniac. libro 1. de Vita S. Geraldi cap. 7. *Satius esse temerarios vi bellica premi, quam Pagenses et inermes ab eisdem iniuste opprimi*. (2) Interdum ii, qui ex pago et districtu Comitis sunt; non solum quod pagis praeessent, sed et ciuitatibus: nam et *Pagenses ciuitatis* dicuntur in Form. 4. apud Lindenbrog. Gregorius Turon. lib. 8. cap. 18. *Wintrio Dux a Pagensibus suis depulsus, Ducatu caruit*, etc. Tabularium Deruensis Monasterii: *Et quia Pagensis erat, et quomodo terra pergeret sciebat*, etc. Galli dicerent, *parce qu'il estoit du pays*. Interdum etiam PAGESII, eadem notione, in Charta an. 1434. ex Tabul. Archiep. Auscensis. (3) PAGENSES dici videntur qui nec summi, nec infimi ordinis sunt, in Translat. S. Hilarii Episc. Carcasson. an. 970. inter Instr. to. 2. Hist. Occit. col. 10. *Conglobati sunt pariter praedicti proceres, id est Rogerius Comes cum coniuge sua Adalais, et dom. Episcopus Franco, et Abbates Warinus et Benedictus, caeterorumque tam procerum quam etiam illustrissimorum virorum et clericorum insignis turma, nec non et Pagensium vtriusque sexus copiosa plebis in praedicto coenobio*. (4) Sacerdotum plebes, eiusdem Parochiae, vt apud Odonem Cluniac. lib. 1. Collat. c. 22. et in Lege Longobard. l. 3. tit. 1. §. 29. PAGENSES FRANCI, liberae conditionis, in Edicto Pistensi c. 26. quibus opponuntur. (5) Nude interdum, i. q. rustici, serui glebae. *Homi pagées*, in Foris Beneharn. art. 4. Agobardus Lugdun. lib. de Priuileg. et iure Sacerd. n. 11. *Habeo vnum Clericionem, quem mihi nutrivi de seruis meis propriis, aut beneficialibus, aut Pagensibus*. PAGENSALES, iidem, in Capitulari Pipini Regis Italiae c. 36.

PAGENTES, perperam pro *Pagenses*, qui ex pago et districtu Comitis sunt. Charta Dagoberti I. Reg. Franc. an. 630. apud Miraeum to. 1. p. 241.

PAGERAMENTVM, f. linearis adumbratio, descriptio, Gall. *Dessein*. Tabularium Auscíense, apud Marcam, lib. 4. Hist. Beneharn. c. 7. n. 5. *Fundamenta demum iaciens Ecclesiae construendae, villae aedificandae Pergamensa composui*.

PAGE-

PAGERE, verbum antiquum, quo vſus eſt Auctor ad Heren. lib. 2. n. 13. pro paciſci, negotium tractare. Litterae an. 1350. pro Conſulibus villae Gleolae to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 473 *Quod per iudicem ordinarium dicti caſtri, ab eis* (Conſulibus) *recipiatur iuramentum, in talibus praeſtari conſuetum, quo recepto, vti valeant Pagere, et exercere ſuum officium Conſulatus.* Occurrit rurſum pag. 481. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae an. 1435. MSS. *Et faciendo diligentium habendi et querendi plures juſtes neceſſarias pro dicta reparatione . . . in quibus omnibus Pagendis ipſe fuit et vacauit per XX. dies. Pago*, συντίθημι, in Gloſſ. Latin. Graec. MS. Sangerman V. *Pagit.*

PAGES, famuli, a Gall. *Pages.* Charta an. 1378. apud Menagium in Orig Gall.

† PAGESALIS. Teſtam. Mſ. a. 1469. *Vnum lectum nouum, bonum et ſufficientem, Pageſalem, munitum vnius culcitrae longitudinis decem palmorum.* V. *Pagella* 2.

PAGESIA, tenementum Pagenſium, quod aliis *Villenagium* dicitur. Conſtitutiones Catalaniae MSS. *Ne quis per aliquem titulum adquirat honores alicuius perſonae, neque honores ruſticorum, ſine Pageſias ſine conſenſu dominorum ſuorum.* Charta an. 1240. ex Tabul. Briuatenſi: *Et 2. troſſis palliae quae annuatim percipere conſueui apud Creſpiacum in Pageſia ſine tenemento quondam Petri de Conchas.* TENERE IN PAGESIAM, idem fere eſt quod tenere in *Villenagium*, vel in *cenſum.* Tabular. Briuatenſe fol. 1. *Ita quod Pageſii, qui tenent dictam terram ad cenſum*, etc. Praedia ſeu *tenurae*, quae in *pageſium* tradebantur, interdum *relevio* obnoxiae erant, hoc eſt, iura quae domino fundi et directo competunt pro mutatione domini, quouis modo eueniat, debebant. Charta Annae d'Abſaco dominae de Monte-Aſtruco an. 1488.

PAGESIVS, pagenſis, villanus, glebae obnoxius; *Pages*, Occitanis ruſtici, Fori Bigorritani art. 33. *Pageſius qui in conſuetudine non habet fumatas deferre, ſi inuentus fueris a Milite*, etc.

† PAGESSIVS, pagi incola, Gall. olim *Pagé.* Ch. Mſ. a. 1324.

PAGETTVS, Vide *Pagius.*

PAGHA, ſolutio, V. in *Pacare.*

† PAGIA, idem, in Ch. Mſ. a. 1340.

PAGINA. (1) Non tam modus agri, quam fundus, aut ager menſura ſua definitus, Gallis *Piece de terre.* Innocentius Agrimenſor: *Si* (fundus) *in monte fuerit conſtitutus, excogimus finem habere contra duas Paginas fundorum.* Charta Karlomanni Regis an. 881. apud eumdem Peradum p. 880. *Quod dederit . . . Paginum terrae ex rebus S. Aniani continentem in ſe aripennos 2. et quartam partem vnius iornalis* etc. Hinc *contiguantes agri*, vel *limites*, apud Frontinum de Limitibus agrorum, qui inuicem cohaerent, vicini ſunt. Vide Reineſii inſcript. p. 12. PAGENA. Charta fundationis Corbeienſis Monaſterii. PAGINOLA, PAGINVLA. Tabularium Eccleſiae Viennenſis fol. 65. *Habet et in alio fronte perticas 9. habet Paginole vinearum in eodem pago in villa Brociano*, etc. Mox: *Habent Paginolae ſupradictae inter vtraſque in vno fronte perticas 3. etc.* Tabular. Cyrici Niuern. ch. 25. *Paginulam terrae, quae vulgo olea vocatur.* PAGELLA *Terrae*, ſeu *vineae*, in Tabulario maiori S. Sergii Andeg. c. 254. Notitia vetus in Tabul. Eccl. S. Laudi Andeg. *Pagella vna et dimidia vinagii.* (2) Charta, inſtrumentum, diploma. Charta an. 1230. to. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 62. *Et ne praedicta donatio aliquod impedimentum vel detrimentum amodo patiatur, praeſentem Paginam coram omni parrochia S. Michaelis ſigilli noſtri munimine roborani.* PAGINOLA, in Tabular. S. Vincentii Cenom. PAGINA CAVTIONVN, cautionis chirographum. Pelágius II. PP. apud Bchorium de antiquo iure procurat. p. 40. PAGINA DIVALIS, edictum Imperatoris, V. *Divalis.* PAGINA EXCEPTIONIS, V. *Exceptio 3.* PAGINA SAXI, lex decalogi

logi ſculptæ tabulis lapideis. S. Paulinus Poem. 6. pag. 11.

Vel quas ipſe leges interprete Moſe
Condiderat, ſacri quas ſeruat Pagina ſaxi.

(3) Nude, codex. Agnellus in Vita S. Felicis apud Murator. to. p. 164. *Igitur beatiſſimus hic Felix poſt editam eccleſiam multas reliquias condidit, et Paginas et argento exstruxit*; hoc eſt, ni fallor, codices argenteis laminis ornauit. (4) Folia luſoria, ni fallor. *Ludus ad Paginas*, Gallis *Jeu de cartes*. Statuta ann. 1337. ex Tabular. S. Vict. Maſſil. *Quod nulla perſona audeat nec preſumat ludere ad taxillos, nec ad Paginas*, (nec) *ad eyſuchum F. eyſachum*, *Echets*. V. *Ludus de Rege*.

PAGINALIS, epiſtolaris. Epiſt. Martini Epiſc. ad Bonifacium Epiſc. to. 2. Conc. Hiſp. p 507.

PAGINALITER, per paginas. Iſidorus Pacenſis Epiſc. aera 780.

PAGINARE. (1) Breuiter ſcribere, ſummatim de re aliqua diſſerere. S. Ambroſius Epiſt. 50. n. 16. (2) Notis breuiori ſibique propria chartam vel codicem per paginas inſignire, Gall. *Parapher*. Charrarium Gellonenſe apud Mabill. to. 2. Annal. Bened. p. 404. (3) Compingere. S. Paulinus Poëm. ad Cytherium de naufragio Martiniani to. 2. pag. 108. edit. 1685.

PAGINATOR. Chronicon Windeshemenſe lib. 2. cap. 43. *Magnarum litterarum Miſſalium, bibliae, et librorum cantualium optimus pictor et Paginator*. Vbi editori *paginator* videtur eſſe *compactor*, qui *paginas* et folia in codicem compingit. Cangius vero *paginatorem* putat, qui paginas exornat picturis ac vineolis, *vignettes*.

PAGINEVMA. Inſcriptio quae legitur Romae in S. Iacobi ad Longaram: *Hanc turrem et Pagineuma facta a Militia Capratorum tempore Dn. Leonis IV. PP. ego Agatho C.* Vbi *Pagineumata*, repagula, ſeu antemuralia, quae obtendi ſolent ad arcendos hoſtes, interpretatur Ioſephus Maria Suarefius Vaſionenſis Epiſcopus in Diatriba de Foraminibus lapidum in priſcis aedificiis pag. 7. Alii legunt, vt monet Fleetwoodus in Sylloge Inſcript. antiq. pag. 438. *Hanc turrem et Pagine vna facta a militia Capracorum te m. Dom. Leonis Quar. PP. ego Agatho ei; . . . .* et per *Pagine* intelligit ſpacium inter duas turres, quomodo Angli *Pan* vocant quodcumque planum iacet inter duas quasuis eminentias. Vbi etiam pro *Capratorum*, legit *Capitatorum*, hoc eſt, eorum qui cenſum de capite debebant. † Alteram huius inſcriptionem ſubiungit Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui. p. 458. ex Turrigio de Crypt. Vatican. part. 2. 401. Vbi Turrigius vallum ſeu propugnaculum ſignificari cenſet; ſed vnde ille hoc didicerit, inquit Muratorius, ignoro. Verum ex ſecunda inſcriptione *Pagine* rectius legi quam *Pagineuma* haud aegre colligitur.

PAGIT, in Gloſſis antiquis MSS *aut palum figit, aut cytharam tangit*. Ita etiam Gloſſae Iſidori. Infra in Gloſſis MSS. pro *Pagit*, legitur *Pangit*. V. *Pagere*.

PAGITA, idem qui *Pagenſis*, ruſticus, ſeruus glebae. Chron. Cluſinum Bodonis p. 366.

PAGIVM, idem, vt videtur, quod *Pengium* ſeu *Pedagium*. Vide in hac voce. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 169.

PAGIVS, famulus. Hiſtoria fundationis Abbatiae Pipwellenſis in Anglia. *Et habuit ſub ipſo foreſtarios tres peditos, cum Pagiis eorum*. Certe olim quiuis pueri, ſeu potius miniſtri, *Pagii* appellabantur, voce, vt plerique autumant, a παις, Graeco vocabulo, quod famulum ſequiore Graecia ſignificabant, deducto: quod ad tempora Caroli VII. perſeueraſſe auctor eſt Fauchetus lib. 1. Orig. Milit. cap. 1. Alii vocis originem accerſunt a *Pagus*, quod a pagis vt plurimum eiusmodi miniſtros pueros aſſumebant; hinc Occitani etiamnum *Pages et Pageſes* vocant ruſticos et ruſticas. Nunc vero *Pagios* dicimus pueros honorarios, qui magnatibus adſunt, voce contracta, vt videtur, a *Paedagogiani*. Vide in hac

hac voce. Translat. Crucifixi miraculoſi to. 3. Iulii p. 455. *Abbates autem et Generalis praedicti non deferebant manibus cereas faces, vt reliqui Patres, ſed eas ferebant DD. ephebi ſereniſſimi magni Ducis, quos vulgo Pagios vocant, qui hinc inde circa abbates aſtabant.* PAGETTVS, diminut. ex *Page* ſeu *Pagius* Rotulus expenſarum domus Domini Bromondi Comitis S. ſub tit. *Mariſcalcia.*

PAGLERIA, palearium, vel palearum aceruus, cumulus, Ital. *Paglaio.* Gall. *Paillier* vel *Tas de paille.* Statuta Montis Regal. fol. 188.

PAGLIARICIVM, cohors, Gall. *Baſſecour*, quod in ea ſeruentur palearum acerui, ſic dicta; vel ab aedificiolis in ea exſtructis, quae vt plurimum palea cooperiuntur Charta Guillelmi II. Reg. Siciliae apud Rocchum Pirrum in Sicilia Sacra p. 343.

PAGLOLA, ab Ital. vt videtur, *Paglivola*, auri bracteola, Gall *Paillette d'or.* Statuta Aſtenſ. vbi de Intratis portarum: *Aurum in Paglola tam in virga quam in plata . . . ſoluat pro quolibet oncia* lib. XX.

PAGLORIVS. Statuta Montis Regal. fol. 199. *Item ſtatutum eſt, quod aliqua perſona non audeat vel praeſumat ire ad aliquam bataglioriem, ſeu Paglories in toto ſine et poſſe ciuitatis Montis Regalis etc.* f. Lupanar.

PAGNA GENS, pro *pagana.* Hac voce deſignantur Saraceni qui caſtrum Fraxinerum in Prouincia diu occuparunt. Charta an. 993. in maiori Chartul. S. Vict. Maſſil. fol. 28. vo.

† PAGNAGIVM, i. q. *Pagagium.* Ch. a. 697. in Suppl. ad Miraeum p. 283.

† PAGNAROLI, eodem vt videtur ſenſu quo *Folies* vſurpant Galli; immoderatae laetitiae indicia, apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1215.

PAGNI, ſportae ſeu amplae ciſcinae quae equis clitellariis imponuntur, Gall. *Paniers.* Charta ann. 1309. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 87.

PAGNOTA, domus eleemoſynae; ſic dicta a pane, Italis *Pagnotta*, qui ibi pauperibus diſtribuitur. Innocentius VI. PP. in Ep. an. 1361. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 905. V. *Pignota.*

PAGO. (1) Pro *Pagina*, ager. Vita S. Romani Abb. Iurenſis to. 3 Febr. p. 741. *A limite ſcilicet Rheni ſine ſtatibus Aquilonis vsque Paginem Mauſatis extimum.* V *Pagina* 1. (2) Pro *Pagina*, inſtrumentum. Charta Leodegarii Epiſc. Aprenſis in Chartul. Apt. fol. 66. (3) Pro compago. Rabanus Maurus Poëm. 29.

Vndique conglobantibus
Membrorum paginibus.

† PAGORIZARE, *placare, lenire, mitigare, mitiguer, Prou.* Gloſſ. Prou. Lat. Cod. reg. 7657.

PAGOTVS, calo, inermis, vel ignauus, Gall. *Pagot.* Continuator Nangii an. 1356. *Qui etiam garcionibus et Pagotis ſine defenſione aliqua fugere non valentes ſe reddebant.* Vocis forte origo a *bagandis*, de quibus ſuo loco, aut a *pagenſibus* ſeu ruſticis: niſi hoc loco legendum ſit *pagesis*, de quibus ſupra.

† PAGRVS, piſcis ſpecies. Tract. Mſ. de Piſc. *Pagrus in toto litore Galliae Narbonenſis Pagre nominatur, Italis pagro, nonnullis phagerio, Hiſpanis quibusdam bezoge, Dalmatis et Luſitanis phagro*; a Graeco Φαγρος, *quaſi* Φαγος, i. e *vorax.*

PAGVA, ſolutio, V. in *Pacare.*

PAGVLA, *frena*, in Gloſſis Iſidori, ſed legendum *Bagula.* Vide in hac voce.

PAGVM, vt ſupra *Pactum*, contractus. Placitum an. 878. inter Inſtr. Hiſt. Occit to. 1. col. 135.

PAGVS. (1) In Gloſſ. Gr. Lat. Διηρημένος κατὰ χώρων τόπος. Ita *Pagus* pars eſt regionis: atque vt regio in pagos, ita pagi in villas, oppida et burgos tributi erant. Id pluribus iam docuere Freherus in Orig. Palatin. lib. 1. cap. 5. Cluuerius lib. 1. Germ. antiq. pag. 91. Pithoeus ad leg. Salic. Bignonius ad lib. 1. Form. Marculfi, Lindenbrogius, Chriſtian. Fr. Paullini de Pagis antiq. Germen. edit. Francofurt. an. 1699. et alii. (2) *Collegium, curia.* Gloſſ. Iſid. et Anonymus in Codice Regio. Vide

Pago-

Pagenſi. (3) Ager, territorium, comitatus, diſtrictus, quomodo *Pays* dicunt Galli. Fortunatus in Vita S. Albini Epiſc. Andegau. n. 3 *Cum adhuc puerulus per Pagum in Abbatis ſui proficiſceretur obſequium.* Lex Salica tit. 1. *Nam ſi in inſſione Regis fuerit occupatus, munniri non poteſt. Si vero infra Pagum in ſua ratione fuerit, poteſt manniri.* Praeceptum Childeberti apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 221. *Vt in ipſo Pago Cenomannico accipere non debeat Ducem aut Comitem, niſi per electionem ipſius Pagi ponſificis, et pagenſium.*

PAIA, ſolutio, Gall. *Paie.* Charta Gregorii IX. Papae ex Regeſto Eccle. Lugdun. *Pro pagamentis, quae Paia vulgariter nuncupantur.*

† PAIAMENTVM, ſolutio, Gall. *Paiement*, in Lit. a. 1416.

PAIARE, idem quod *Pagare*, ſoluere, ex Gallico *Peier.* Statutum 2. Weſtmonaſterienſe cap. 46.

PAIELLA, cerra lignorum menſura apud Toloſates; PAIELLARE, *paiella* metiri; PAIELLATOR, cui ex officio ligna *paiellare* competit.

PAIGA, ſolutio, V. *Pacare.*

PAILES. J. Leſl. Scot. de Orig. morib. et reb. geſtis Scotor. apud Spelmannum: *Aedificia ſunt caſae ex ſungia, de quorum incendiis nihil ſunt ſolliciti: potentiores ſibi pyramidales turres, quas Pailes vocant, ex ſola terra, quae nec incendi, nec niſi magna militum vi ac ſudore deiici poſſunt, ſibi conſtruunt.*

† PAILHVSSA, culcita ſtraminea, a Gall. *Paillaſſe*, in Lit. Mſ. a. 1375.

PAILHVM, ſ. idem quod *Paſtio*, cenſus vel tributum pro glandatione et iure paſcendi porcos in ſilua domini, in Charta an. 1231.

PAILLARDVS, ſcortator, libidinoſus. Statuta pro Canonicis S. Capellae Pariſ. p. 10.

† PAILLERIVM. (1) Vectis ferrea, quia inſtar pali. Comput. a. 1381. (2) Locus vbi paleae reconduntur, horreum ſtramineum, Gall. *Pailler.* Ch. Mſ. a. 1342. V. *Paglevia* et *Palearium* 2.

PAILLO, pannus, velum quod domibus, praediis aliisque poſſeſſionibus, vel ratione *gardiae* vel *hypothecae* apponitur. Ordinat. Philippi V an. 1316. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. pag. 690. V. *Brando* 2.

PAIOLA, *puerpera*, ex Ital. *Pagliola*, in Statut. Mediolanenſ. 2. part. cap. 257.

† PAIRARIVS, lapicida, Maſſil. *Peyrier*, in Ch. Mſ. a. 1370.

† PAIROLA, lebes minor, in Inuent. a. 1218. V. *Peirola.*

† PAISANVS, ruſticus, qui in agro habitat, Ital. *Paeſano.* Murat. t. 4. Antiq. p. 657.

PAISARE, apud Rollandium in Chronico Patauino cap. 2. lib. 4. cap. 41. ex Ital. *Paeſare*, Heſychio, ἀγρεύειν, *courir le pays.*

PAISNAGIVM, in Chron. Bonae Spei pag. 125. idem quod *Paſtio.* Vide in hac voce.

PAISO, Vide mox *Poiſſo.*

PAISSELLARE, idem quod *Paxillare*, V. in hac voce. Charta an. 1270. in Tabular. Eccl. Autiſſiod. fol. 108.

PAISSELLATOR, qui *paiſſellis* ſeu paxillis vineam fulcit, PAISSELLIA, ipſa actio fulciendi. Charta Libertat. Bellomont. in Cod. MS. *Coislin.* V. *Paxillare.*

† PAISSERIA, palorum contextus ac ſeries, piſcium capiendorum cauſa. Ch. a. 1135. V. *Paxera.*

† PAISSERO, agger vel riuulus molendini. Ch. Mſ. a. 1327. V. *Paxera.*

PAISSO, paſtio porcorum in ſiluis, glandes, ex Gall. *Paiſſon*, vt eſt in Conſuetudine Pictauenſi art. 159. Monaſticum Anglicanum to. 1 p. 594. PESSVS, eadem notione. Ibidem pag. 116. PESSO, PESSONA. Charta Guillelmi Catalaunenſis Epiſcopi, an. 1225.

PAIVM. Charta Adefonſi Imperat. Hiſpaniae apud Colmenareſium in Hiſt. Segobienſi cap. 15. §. 11. *Concedo etiam eis, vt quicunque voluerit in domo ſua furnum faciat. Sed furnus de Paio nullus niſi ille, qui de palatio fuerit in tota villa fiat.* † Alias PAIVM et PAYVM eſt ſolutio. V. in *Pacare.*

PALA (1) Iſidorus lib. 20. cap. 14. et Papias, *Pala, quae ventilabrum vulgo dicitur a ventilandis paleis.* Amos

Amos Propheta cap. 9. *Pala frumenta in area ventilantur.* S. Hieronymus contra Luciferianos: *Nemo sibi poteſt Chriſti Palam aſſumere, nemo ante iudicii diem de hominibus iudicare*, vbi quidam *palmam* legunt. Vtuntur praeterea Tertullianus et S. Cyprianus. Hinc FRVMENTVM DE PRIMA PALA, quod ſemel eſt ventilatum. Chartarium Eccleſ. Auxit. cap. 98. (2) Pala Aratoris, V. *Palla* 3. (3) Foſſorium inſtrumentum, quo ſolum vertitur, Gallis *Paele* vel *Pele*. Chron. Windeshemenſe lib. 2. c. 31. *Palas et foſſoria, follos et muſcipulas, trabas atque gerulas, et caetera ſimilia ad formam fabricando*, V. Plin. lib. 18. cap. 6. (4) Inſtrumentum coquinarium, baſillum. Compotus an. 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 273. (5) Stipes, palus, Gall. *Pieu*, genus tormenti apud Turcas, quo per medium hominem ſtipes adigitur, qui per os emergat. Inſtrument. an. 1459. to. 8. Spicil. Acher. pag. 321. (6) V. *Palae*.

PALACITIVM, pro *Placitum*, V. *Granaria*.

PALACIVM, pro *Paliſium*, contextus et ſeries palorum, Gallice *Paliſſade*. Litterae Iohannis Comit. Armaniaci ann. 1353. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. pag. 324.

PALACTA, pila, Gall. *Boule*. Acta S. Franciſcae Romanae to. 2. Martii pag. 165.

† PALADA, contextus ac ſeries palorum, Gall. *Paliſſade*. Murat. t. 3. Antiq. p. 1210.

PALAE. (1) Vgutioni, *dorſi dextra laeuaque eminentia membra, dictae ſic, quia in luctando eas promimus, quia luctari vel luctum Graeci dicunt Palim*. Iſid. lib. 11. cap. 1. *Palae ſunt dorſi dextra leuaque eminentia membra: dicta quod in luctando eas premimus, quod Graeci* πάλλειν *dicunt*. (2) † Fines *palis* deſignati, t. 2. Hiſt. Treuir. ab Hontheim p. 168.

PALAEMVLIERES. Vgutio: *Vigiliae, quae vulgo dicuntur Palaemulieres*. Vbi forte *palae*, idem valet quod *pallidae*, cuiusmodi eſſe ſolent illae mulieres quae vigiliis grauantur.

† PALAESTRA, qui in palaeſtra decertat, athleta, t. 6. Sept. p. 876.

PALAESTRARE, luctari, certare. Supplem. ad Vitam S. Bonifacii to. 1. Iunii pag. 474. *Eadem nocte vir Dei in ſomnis putabat ſe cum tauro Palaeſtrare*. Pro impenſe laborare, apud Fulgent. l. Mythol. *Sudor hic opus eſt Palaeſtrantis ingenii*.

PALAESTRIZARE, eadem notione, in Vita S. Godeleuae to. 2. Iulii pag. 373.

PALAFREDVS, PALAFRENARIVS, PALAFRENVS, etc. V. *Paraueredi*.

PALAGIVM, PALLAGIVM, tributi ſpecies. Sugerius lib. de Rebus in adminiſtr. ſua geſtis c. 11. *Remoniamus etiam ab eadem terra quandam conſuetudinem malam Vicecomitis Stampenſis, quae Palagium vocatur*. Charta Ludouici Reg. Franc. ann. 1144. in Tabul. S. Dionyſii: *Talliam de annona quae dicitur meſtiua, aut nam quam accipiebas ab vnoquoque hoſpite, porcos, ſiue freſcengias, anſeres, gallinas, pullos, ... corueias, et carectum, Palagium, expeditionem, latronis redditionem*, etc. Charta fundationis Abbatiae Saviniaci ab Henr. II. Rege Angl. *Quieta de omni teloneo et paſſagio . . . paſnagio, cohagio, Palagio, ſeruice*, etc. Hiſt. MS. Beccenſis Monaſt. pag. 592. *Amalricus Vicecomes de Meſcis Palagium nauium et baccarum Becci quod iure hereditario ſibi deberi contendebat, penitus remiſit Beccenſibus. Palagium nauium et baccorum*, in veteri Charta in 20. Regeſto Chartarum Regum Angl. in Camera Compus. Pariſ. p. 24. Videtur eadem praeſtatio quae *Pellage* appellatur in Conſuetud. Meduntenſi art. 186. quod competere aiunt dominis qui praedia ſua vel agros aut portus habent Sequanae fluuio adiacentes, in Balliuiis Meduntenſi et Mellentenſi, quibus praeſtatur certus cenſus pro doliis vinariis, quae in eorum portubus onerantur in nauigiis, vel ex iis extrahuntur. Gallandus *Pellagium* ab *appellere* dictum cenſet in Aduerſariis MSS. cui non aſſentior.

Idem

Idem ius exactum quoque pro ſolo nauium appulſu, earumque in portu ad *palos* alligatione, vnde vocis etymon, probant Litterae patentes a D. de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici v. *Pellage* laudatae ex Lib. rub. nouo Magiſt. Caſtelleti fol. 4. Idem ergo *Palagium* quod alibi *Arripagium*, *Arrinagium*, *Anchoragium*. V. in his vocibus et infra *Pelagium*.

PALALDVIT. Conſuetudines Eccleſiae de Regula apud Labbeum: *Item Paſſapons recepit nomine noſtro de ligaſſa lini Palalquit in foro, et plenam manum lanae, iuxta quod ibi fueris.*

PALAMEISIVM, crates, ni fallor, in qua caſei reponuntur, in Statutis Monetis Regal. fol. 308.

PALANCATVM, PALANCHATVM, vox Italica, contextus et ſeries palorum, Gall. *Paliſſade*. Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad ann. 1238. apud Murator. to. 8. col. 1110. *Pallancatum*, ibidem col. 1114. *Palangatum*. ibid. t. 12. col. 1137. V. *Palitium* et *Palangata*.

† PALANDARIA, nauigii ſpecies, Ital. *Palandra*, Gall. *Balandre*. Murat. Script. t. 20. p. 962.

PALANGA, PALANGARIVS. Nonius: *Palangae dicuntur fuſtes teretes, qui nauibus ſubiiciuntur, quum extrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora ſubducuntur: vnde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fuſtibus transuehunt. Lenamentarii* vocantur in Cod. Theod. L. I. tit. 5. de Nauiculariis; vnde Gallicum *Levier*, quia leuandis oneribus aptum. V. *Falanga*.

PALANGARE, fuſtibus deducere. Afranius: *Carinam vnam ſemilaceram quaterni ſimul Palangabant.*

PALANGATVM, i. q. *Palancatum*, V. in hac voce.

PALANSGRAVIVS, comes Palatinus, Germanis *Pfalnsgreve*, vel *Pfalts-graffen*, ex Theutonico *Pfalts*, ſiue ex veruſta dialecto *Pfallents*, Palatium vel Curia regalis. Gloſſae veteres a Frehero laudatae: *Palatinus, Palensgreve*. Speculum Saxon. lib. 3. art. 52. §. 5. Et art. 53. §. 1. V. *Comites Palatini*.

† PALANTER, palam. Act. SS. t. 7. Iul. p. 174.

† PALANTEVM, *murus*, *faſtigium*. Gloſſ. vet. Cod. reg. 7613.

PALANTIA, PALLANTIA, palatinatus, iurisdictio Comitis Palatini, ſeu ius lites decidendi ſupremo iure, cuiusmodi habuit Magdeburgum ex Imperatorum indulto, vti videre eſt in Charta Ottonis II. apud Goldaſtum tom. I. Conſtit. Imp. p. 226. † Ficta et fabuloſa ſunt, quae ex ſuppoſititia hac charta traduntur. V. Chron. Gottwic. p. 490.

PALARE. (1) Forte locutorium, Gallis *Parloir*. Tangmarus in Vita S. Bernwardi Epiſc. Hildesh. apud Leibnitium to. 1. Scriptor. Brunſuic. pag. 451. *Praeſidente domino Gerberto Apoſtolico Imperatore* (Henrico) *in Palare*. Gallis etiam vſitatum fuit *Paller* pro *Parler*, loqui; *Palaures* pro *Paroles*, in For. Beneharn. art. 39. (2) PALARE, PALATA, PALATICVM. Willelm Brito in Vocabulario MS. *Palo, las, dicitur palis aptare, vel palis parare, a palus, li.* Apud Columellam lib. 11. cap. 2. *Vitis palari* dicitur, quae pedamentis fulcitur. PALATA, palorum ſeries, Italis *Palata*, Gallis *Paliſſade*; maxime ad continendas aquas in molendinis. Charta an. 1142. apud Vghellum in Epiſc. Frequentinis. PALATICVM, tributum quod penſitatur pro iure figendi palos in fluuio ad opus molendini aut excluſarum. Tabularium Maioris Monaſterii Turon. ſeu Vindocinenſe Thuani, Charta 87. PALORVM SERVITIA ad opus Caſtellorum. Tabularium Deruenſe. (3) Aedium parietes *palliis* exornare, *Tapiſſer*. V. in *Pallium* 2.

PALARIA, *cum milites ad palos exercentur*. Papias, ex Soſipatro lib. 1. Inſtit. Gramm. Gloſſ. Graec. Lat. Ὅταν στρατιῶται μεθ' ὅπλων γυμνάζονται, *Palaria*. V. *Palatare*.

† PALARIS, pellis, in Chartul. Fontis-Ebraldi.

PALARIS SILVA, in qua pali caeduntur ſeu ad fulciendas vites, ſeu ad aliud quoduis opus D. lib. 7. tit. 1. l. 9.

† PALARIVM, palorum ſeries, vel locus in ſilua ad caedendos palos aſſignatus. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 196.

† PALARIVS, dignitas in eccleſia Tullenſi, f. cui *palariorum* cura incumbebat. Stat. Mſ. eiusd. eccl. a. 1497.

PALAS. Ita Palatium Treuirenſe vocat Ditmarus lib 6. pag. 68.

PALASEA, V. *Plaſea.*

PALASTRIA, f. idem quod *Paiſſellia*, paxillus, Gall. *Echalas*, V. *Paiſſellator.* Teſtamentum Bertichramni Epiſc. Cenoman. *Id mihi placuit delegare, vt villa Nimione . . . cum vineis, quae Frontanito ad Palaſtrias et vinitores eſſe noſcuntur*, etc. Vbi *Plaſtrias* minus bene edidit Courvaiſier in Hiſt. Epiſc. Cenoman. p. 188. *Cum vineis quae fundi ratione aptae ad Plaſtarias et vinitores eſſe noſcuntur.* Quod de gypſi fodina interpretatur Menagius in Probin. Vitae Guillelmi Menagii p. 531.

PALATA. (1) Hiſtoria Cortuſiorum lib. 11. cap. 10. *Vngari auxilio banuitorum Tarniſii in Palatis Venetorum ceperunt nauigantes: vnde Palatae claudantur* (al. *dicuntur*) *a Venetis.* Chron. MS. Andreae Danduli an. 1238. *Qui reſiſtentes Palatas claudant, et bellatoribus muniant. Palata*, in edit. apud Murator. to. 12. col. 457. Videntur dicti loci in aeſtuariis venetis paliis concluſi. V. ſupra *Palare* 2. (2) PALATA; inter varia ornamenta et veſtes recenſetur in Charta an. 1382. apud Rymer. to. 7. p. 356. *Palatam, quinque mantellos de panno Hibernico.* Idem videtur quod *Palletot* vel *Palthot*; quo Galli veſtis militaris ſiue pallii genus ſignificant. Aliis *faldo* vel *paldo* dictum. V. *Faldones.* (3) V. *Palatae.* (4) † *Idem quod Haia*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. n. 521. V. *Palare.* (5) † Inſtrumentum coquinarium, batillus. Inuent. Mſ. a. 1476.

PALATA ARMA, vox Heraldica, Gallis *Armes palèes*, *palis* aureis et rubris exarata. Litterae an. 1432. apud Honoratum Bouche in Hiſt. Prouinc. p. 447. V. in *Paliura* 2.

PALATAE, PALATHAE, in lib. 1. Reg. c. 25. in 1. Paralipom. c. 12. et Iudith. c. 5. *Maſſae de ficis, dictae quia inter duos palos poſitae ſiccantur ad feruandum.* Ita Papias. Auctor Mamotrecti: *Palatas, i. ficus inter palos compreſſas.* Eucherius Lugdun. *Palathae, in Regnorum, maſſae quae de recentibus ficis compingi ſolent, et Graecum eſt*, παλάθη. Gr. Lexicon Herodoti: παλάθας, τὰ ἐκ τεγγομένων πλέγματα, κυρίως δὲ ἡ τῶν συκῶν ἐνέλληλος θέσις. Aldhelmus de Virg. cap. 21. *Tempore praeposſero, ideſt, vernali, non autumnali, diuinitus impendebantur mala punica, et mala granata, cum palmeti dactylis, quos Nicolaos vocant, ſanos, vuas, et Palatas; id. eſt, ficarum caricarum maſſas*, etc. V. S. Hieronymum in cap. 6. Ezechielis ſub finem.

† PALATEA, praeſtationis ſpecies, quae ex frumento molito exigebatur a molitore, quam *pala* metiebatur. Chartul. S. Nigaſ. Mellet.

PALATIA. (1) PALATIA REGIA, PVBLICA, ea dicebantur, quae Reges Francici intra ditionum ſuarum limites variis in locis ac prouinciis habebant; quo, ſi hac iter facere incumberet, in ea diuerterent ac interdum hiemarent. Vita Ludouici Pii an. 796. de Carolo M. *Ordinauit qualiter in quatuor locis hiberna tranſigeret, vt tribus annis exactis, quarto demum anno hiematurum ſe quisque eorum ſuſciperet locus: Theodonem ſcilicet Palatium, Caſſinogilum, Andiuicum, et Exrogilum; quae loca, quando quartum redibatur ad annum, ſufficientem regio ſeruitio exhibebant oppenſam.* Ex quibus patet hisce Palatiis ac ſuburbanis attributos et annexos fuiſſe amplos reditus, quibus regia alerentur familia. In haec etiam diuertebant Miſſi Dominici ac Regii, ne populus eorum grauaretur *menſionibus.* Synodus Ticinenſis an. 855. *Sancimus, vt ſinguli comentus et exactores rei publicae in ſuis miniſteriis . . . . per loca ſolita reſtaurent Palatia, quibus cum iter dictauerit, nos Legatosque noſtros valeant recipere, ne grauetur Eccleſia.* Edictum Piſtenſe Caroli Calui c. 37. Nam

Nam etſi *Palatia* non modo *regia*, ſed et *publica* dicerentur, vſui tamen regio vnice addicta erant, cum quod *publicum* dicitur, Regii eſſe intelligatur patrimonii: nam *villae regiae et proprietates* dicuntur in Annal. Francor. Bertinianis an. 858. Vnde promiſcue vtraque nomenclatura donantur, apud ſcriptores, et in veteribus Tabulis. Verbi gratia, *Carifiacum*, quod nomine Palatii regii vulgo et fere ſemper indigitatur. *Palatium publicum* vocatur in Charta Ludouici Pii pro confirmatione priuilegiorum Eccleſiae Pariſienſis, quae ſic clauditur: *Dat. 4. Kal. Nou. anno Chriſto propitio 7. Imperii Do. Ludouici Imper. Actum Cariſiaco Palatio publico.* Sic inquam paſſim in aliis Chartis. Eadem modo dicuntur eſſe *publicae ditionis*, id eſt regiae. Vita S. Eucharii Epiſc. Aurelianenſis num. 9. *Verum quoque fiſcum publicae ditionis illico consolatus.* Nam *fiſcus publicus*, *regius*, et *villa publica* ac *regia*, idem ſonant quod Palatium. Hinc *Palatium*, pro *fiſcus regius*, vſurpatur in Leg. Luitprandi apud Murator. to. 1. part. 2. p. 59. *Omnes res eius ad Palatium deuenient. Villas* etiam interdum inde vocant ſcriptores. Vita Ludouici Pii an. 795. de Carolo M. In iis etiam Palatiis *Placita* tenebant, ac feſta ſolennia Natalis et Paſchatis cum apparatu celebrabant; quod paſſim docent Annales Francorum. Atque hinc eſt, ni fallor, quod promiſcue *placitum* pro *palatium*, et viciſſim *palatium* pro *placitum* ſaepiſſime occurrit in vetcribus Inſtrumentis. Exemplis, quae in hanc rem congeſſit Baluzius in Notis ad Capitularia vnum addere placet ex Geſtis Aigiberti Epiſc. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. p. 192. *Quod et Theodericus Rex Francorum diligenter per fideliſſimos Miſſos, et ipſe poſtea in generale ſuo Palatio inueſtigauit, etc.* Vbi *Palatium* idem ſonat quod *placitum*. Quae porro in ſingulis regni prouinciis complura erant Regum Palatia, ab ipſis Regibus diſtracta pleraque, et proceribus conceſſa; quod a Carolo M. ſuccitatum docet auctor vitae Ludouici Pii, loco laudato, deinde ab ipſo Ludouico, vt habent Annales Francorum Mereníes an. 837. Sed poſtmodum Normannorum incurſionibus paene omnia delera ſunt, adeo vt nulla ferme loci, vbi exſtructa fuerint, ac ne nomenclaturae quidem ſuperſint veſtigia, quod quidem exerte tradit auctor Chronici Normannorum an. 881. Sed et Infancionum aedes apud Aragonenſes *Palatia* fere ſemper vocant Fori Oſcenſes Iacobi I. Regis Aragon. in quibus eadem erat immunitas, quae in Eccleſiis, adeo vt *ſi quis maleſactor perpetrato crimine, vel maleficio pro ſe defendendo, eas intrauerit, non debeat inde extrahi violenter, niſi fecerit latro, vel raptor, aut traditor manifeſtus.* (2) PALATIVM in Monaſteriis, apud Petrum Diaconum Caſin. lib. de Miracul. S. Benedicti Caſini patratis n. 29. ſed quae pars aedium Monaſterii fuerit, non omnino liquet, niſi fuerit domus Abbatis, quam Aulae nomine donat Vita S. Hermelandi Abbat. num. 30. vbi de quodam Abbate: *Coepit igitur Aulam ſibi aedificare, neceſſariis non consentus domibus*, etc. Id nominis etiam tribuitur caeteris dignitarum ſeu officialium Monaſterii aedibus in veteri Schedo apud Angelum a Nuce: *Camerarius* (Caſinenſis Monaſterii) *debet facere reparare Palatium, quod dicitur Palatium infirmarii, quod eſt iuxta cemeterium, extra paradiſum, et omnes alias cameras, etc.* Infra: *Firmatarius debet facere Palatium Infirmarii cum ſubtacentiis ſuis.* Interdum pro *Refectorio*, ſeu maiori aula vſurpatur, vt in Regula Militum Templariorum in Concilio Trecenſi ann. 1127. c. 8. ſeu potius pro cellis, vel quibuſuis aedibus monaſticis. Charta Sancii Regis, qui ad Zamorram obiit, apud Anton. *de Yepes*, in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. *Palatium* potiori iure dicta domus excipiendis hoſpitibus deſtinata, in Guidonis Diſcipl. Farfenſ. lib. 2. c. 1. (3) PALATIVM PONTIFICALE, domus Epiſcopalis, in Charta Matthaei

Episcopi Trecens. an. 1172. (4) Domus vrbis publica, ità qua Aediles seu Scabini ius dicunt aut coëunt, Gallis *Hastel* vel *Maison de Ville*. Chron. Veronense ad ann. 1242. apud Murator. to. 8. col. 628. (5) Conuentus publicus. Anonymus de Eleuat. S. Theoderici Abb. saec. 5. Bened. p. 521. V. quae obseruauimus supra in praemissis ad Palatia. (6) † Contextus ac series palorum, qui significatur primus et proprius vocis, i. q. *Palitium*. Gall. Chrift. t. 11. Instr. p. 219.

PALATICVM, tributum, V. *Palare* 2.

† PALATINA, mensurae species, quaenam *pala* continetur; nisi leg. *Palmata*. Ch. Mf. a. 1308.

PALATINVS. (1) PALATINA AVDIENTIA, iudicium Palatinorum, hoc est, eorum qui in Regum palatiis iudicum officio fungebantur. Capit. Karlomanni an. 882. cap. 2. PALATINVM SCRINIVM, archivum regium. Praecept. Ludou. Pii an. 832. tom. 1. Capit. col. 678. (2) PALATINI, qui in Palatio militant. Scholiastes Iuliani Antecessoris cap. 82. *Omnes qui in Palatio militant, possunt appellari Palatini.* Quomodo hominem Palatinum vocat Eckehardus iunior de Casibus S. Galli cap. 2. (3) Proceres, optimates Palatii. Vita S. Iohannis Episc. Valentin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1696. *Sicut autem Palatinis ex Consuetudine, quae eis a natura secunda est, rectissimum videtur principi suo blandiri. Palatinorum possessores*, in Vita S. Rotlingi saec. 4. Bened. part. 2. p. 535 Ex hac nomenclatura scriptoribus Gallicis infimae aetatis *Paladini* dicuntur regni proceres. Liber de Castro Amboisia. pag. 567 *Quae mulier de Paladinorum stirpe descendit ex linea regii sanguinis*: vbi perperam *Palladiorum* praefert codex editus. Ita porro seu veros, seu ficticios Caroli Magni comites expeditionum, et praecipuos copiarum duces, vocabant, Orlandum, Renaldum, Oliuerium, Ogerium, quos *παλατῖνος* etiam appellatos fuisse obseruat Laonicus lib. 2. p. 57. edit. Geneu. PALATINVS CONSVL vocatus Willelmus in Charta laudata inter Acta SS. Bened. saec. 5. pag. 82. qui ab aliis *Comes* et *Dux Aquitanorum*, id est, Arnernorum appellatur; *Palatinus Consul* idem ergo sonat quod *Palatinus Comes*. V. *Consul.* (4) PALATINI, nude, pro Comitibus Palatinis, in Speculo Saxonico lib. 3. art. 52. §. 5. *Palatinus Rheni*, in Wichbild Magdeburg art. 9. §. 1. (5) PALATINI, dicti sub Imppp. Romanis, qui rei priuatae et largitionales titulos exigebant, de quibus est titulus in vtroque Codice *de Palatinis sacrarum largitionum*. Scholiastes Iuliani Antecessoris c. 62. *Palatini dicuntur, qui pertinent ad Comitem rerum priuatarum, vel ad Comitem sacrarum largitionum.* Horum Palatinorum meminit Gregorius Magnus lib. 8. Epist. 10. (6) Apud Hungaros dignitas praecipua, de qua Decreta Andreae Regis Hungariae an. 1222. cap. 10. *Palatinus* porro prerogatiuae insignes sunt eae: si regium semen defecerit, in alterius electione primam vocem habet. Si Rex filium haeredem in tenera aetate reliquerit, eius tutor est, vt et regni Gubernator, et Dietas indicit. Exercituum Dux et supremus Capitaneus est, iuxta tamen voluntatem et arbitrium Regis. Controuersias regnicolarum diiudicat: in controuersiis inter Regem et subditos arbiter est: Regis, si negligens sit, aut minime idoneus defectum supplet: si Rex in exercitum pergat, eius Vicarius ac Locum tenens est, etc. Hinc in Vocab. vtriusque Iuris: *Palatini alias dicuntur Vicarii, quia quodam modo gerunt vicem principis.*

PALATIVM, V. *Palatia*

PALATVRA, interuallum, spatium, Gall. *Distance*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 436.

PALATVS, V. *Pallium* 2.

PALAX, *dolosus*, *fallax*, in Glossis Hisd. ad quas recte Graeuius: lege, vt habent Excerpta, *Pelax*. Constantiensis: *Pellax*, *dolosus*, *fallax*. Hinc apud Festum, *pellicator*, *qui pellicit in fraudem*.

PALAZ-

PALAZZOLI, virgulae, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. *Vergettes*, veteri Gallico interpreti.

PALCVM, ſuggeſtus, Italis *Palco*. Acta SS. Maii tom. 2. p. 60. de S. Angelo Mart.

PALDONES, veſtis ſpecies, V. *Faldones*.

PALDVS, palus, Gall. *Pieu*, vel contextus et ſeries palorum, Gall. *Paliſſade*. Rolandinus de factis in marchia Taruiſ. lib. 5. cap. 18. apud Murator. to. 8. col 247.

PALEA. (1) Vox, quae praeponitur vt titulus quibusdam capitibus Decretorum Gratiani, vt noterur addititia eſſe, nec a Gratiano primitus illi libro inſerta, cum in veteribus MSS. Gratiani, quae *paleae* nomine inſigniuntur, deſiderentur. Andreas IC. ad Speculat. et ex eo Anton. Auguſtinus lib. 1. dial. 2. de Emendat. Gratiani, aiunt *Paleam* fuiſſe diſcipulum Gratiani, qui capita haec adiecerit. V. quae habet Admonitio Gregorianae Editionis. (2) Praeſtationis ſpecies, quae in paleae manipulis exigebatur. Charta an. 1196. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Engoliſm. MSS. p. 189. (3) † Idem quod *Palla* 2. Locus eſt in *Inueſtitura* 1. (4) † Pala, Gall. *Pelle*, in Cod. reg. 1245.

PALEACEVS, ſtramineus. Acta S. Conradi to. 2. April. p. 449.

PALEAGIVM, idem quod *Palea* 2. citatur ex antiquis Recognit. to. 1. Hiſt. Dalph. p. 78.

PALEALES VVAE, in paleis conditae et aſſeruatae, apud Caelium Aurelian. lib. 3. Acut. c. 21.

PALEANCHE, *tumefacti faucium tumores, quique diſtenti non poſſunt: quaſi obſtruens obſtiensque praefocatio.* Vocab. Suſſannaei, ex Graec. πάλη et ἄγχος.

PALEARE. (1) Locus vbi paleae reponuntur. V. *Palearium* 2. (2) Straminea fax, Gall. *Torche de paille*. Annal. Murin. apud Murator. to. 11. col. 66. (3) Aedium parietes *palliis* exornare, *Tapiſſer*. Charta an. 1261. in Tabular. S. Victoris Maſſil. V. *Pallium* 2. (4) † Palea inſtruere, locum palea ſpargere. Ch. Mſ. a. 1273.

PALEARIA. (1) Horreum palearum, in Miraculis S. Caraldi Epiſc. num. 29. (2) PALEARIA MINVTA, omne genus herbarum et granorum, vt medica, etc. quod falce metitur et datur equis et pecori comedendum. Charta an. 1313. in Tabulario S. Martini Pontiſar.

PALEARII, Gallis *Paillers*. Gaufridus Voſienſis in Chron. part. 2. c. 10. Incertum, an ita dicti *Paleorii*, quod paleam pro inſigni ad caput aut galeam deferrent, an vero quod incendia, vbique ignem palea imanitendo excitarent. V. Gloſſar. mediae Graecit. in Ἀχυρώνας. et infra *Pilardi*.

PALEARITIVM, ſtramines calcita, Gall. *Paillaſſe*. Acta S. Franciſcae Romanae to. 2. Martii pag. 159.

PALEARIVM. (1) In Gloſſ. Graec. Lat. dicitur τὸ ὑποκείτω τῇ βοὸς τραχήλου δέρμα, *pellis, quae ſub collo bouis ſuſtat huc et illuc ad modum paleae, etc.* apud Ioh. de Ianua. Occurrit in Vita S. Benedicti Aninenſis. (2) PALEARIVM et PALEARE, locus vbi paleae reponuntur, apud eund. Ioh. de Ianua. Conſtitutiones Catalaniae MSS. (3) Tugurium paleis tectum Vita S. Gerii tom. 6. Maii p. 160.

PALEATVS. (1) Bicolor, vel etiam multiplici colore diſtinctus, Gallis *Pele*. Inuentarium ornament. et Reliqu. Eccl. Nouiom. an. 1419. ex Archiuo eiusd. *Item tres cortinae de ſamito Paleatae de rubro et albo, bortatae deſuper ad arma Franciae*. V. in *Pallium* 2. (2) Alia notione, vide in *Paleta* 2.

PALECTVM. Rollandinus in Summa Notariae c. 2. *In to. bruchiis panni de Prouyn, et vno Palecto de ſtanchiis pro veſtibus ipſius Dominae Mathildae, etc.* Gallis *Paleſtean* vel *Paleteau*, pro ſegmentum panni, lacinia.

PALECTVS, vel PALETTVS, armorum genus, quod palmulam luſoriam, Gall. *Palette*, referret, ſic appellari videtur. Liber Anglicus inſcriptus *Juſtice of peace* pag. 69. *Vi et armis, videlicet baculis, gladiis,*

artubus, sagittis, . . . ; Paleis, lanceis, etc. Charta Henrici VI Reg. Angl. ann. 1450. apud Rymer. to. 11. p. 262. *Quod nullus de cætero Palatos, loricas, gladios, . . . seu aliqua alia arma inuasiua, etc.*

PALED, idem quod *Paleatus*. Charta an. 1440. apud Madox Formul. Anglic. p. 432.

PALEFRNARIVS, PALEFREDVS, etc. V. *Paraueredi*.

PALEG, pro Pales, *Deæ pastorum*, in Gloss. MS. 13. sæc. monast. S. Andreæ Auenion.

† PALENCA, contextus ac series palorum, vel Ridica, ab Ital. *Palanca*. Ch. Mss. a. 1341. V. *Palicia*.

† PALENCVM, i. q. *Palitium*, vallum. Ch. M. a 1355.

PALENGA, V. *Padelenga*.

PALENGREGATVS, nassæ species, quæ Italis *Palengare* dicitur. Charta an. 1434. ex Tabular. Piscator. Massil.

† PALEOLA, auri bractea, Gall. ol. *Paillole*. Ch. Mss a. 1269. PALLIOLA, ibidem. V. *Paglola*.

PALERGIVM. Anastasius Bibl. in Benedicto II. p. 272. *In Ecclesia B. Valentini, vir Flaminia, fecit cooperturam super altare cum clauis et fastellis, et in circuitu Palergium clypeoclauum pretiosissimum.* Mox: *Et in circuitu Palergium de holoserico pulcherrimum.* Idem videtur, quod *phalergium* apud Papiam, vbi *ornamentum* esse dicitur, forte ex Graeco φάλαρα, quod additamentum et ornamentum aperis significat in veteri Inscript. 592.

† PALERIA. (1) Locus, vbi palese reponuntur, in Ch. Mss. a. 1460. (2) Agger, quia *palis* continetur, in Ch. Mss. a. 1449. V. *Palarium*.

PALESCARMVS, nauigii genus Georg. Stella in Annal. Genuens. ad ann. 1399. apud Murator. to. 17. col. 1204. Italis *Palischalmo* et *Palischermo* est scapha, cymba, Gall. *Esquif*.

PALESTES, a Graeco παλαιστὴς apud S. Hieronymum in cap. 40. Ezech. Mensura vnius palmi minoris.

† PALESTRARE, locum palea spargere, vnde male editum *Palestrare* c. 4. Hist. Occit. Prob. p. 85.

† PALESTRERARIA, locus vbi palese reponuntur, in Inuent. Mss. a. 1366.

PALETA. (1) Idem quod *Pala*, annuli pars, quæ gemmam cohibet. Gloss. Lat. Gr. *Paleta, σφενδόνη δακτυλὶς ἐς Τύρος*. (2) Mensurae frumentariae species, in Regesto Parlamenti B. fol. 28. *Quod licet maior et Pares Meddlesexiæ . . . exercuerint iustitias, quæ sequuntur, videlicet mensuras, pondera, boisselles, Paletas molendinorum, etc. Paletæ farinæ*, in 1. Regesto fol. 4. (3) †

PALETA, PALETTA, pala, batillum, Gall. *Pelle*. Inuent. Mss. a. 1476.

PALETARE, Gall. *Paleter*, proprie est ad palos, quibus vrbium et castrorum muniuntur et sepiuntur ingressus, dimicare. Apud Vegetium lib. 1. cap. 11. et lib. 2. c. 23. *ad palum dimicare*, species est armaturae, seu exercitationis militaris, qua milites se ad palum in terram defixum graui clava numeros omnes armaturae implentes exercebant. Anonymus de Recuperatione Terrae Sanctae capite 66. in Gestis Dei per Francos. *Vt Paletando contra hostes, quoties necesse fuerit, fines ipsos, ciuitates et castra defendant.* Continuator Nangii ann. 1326. *Post aliquam Paletationem factam cum Bidaldis prope castellum, etc.*

PALETARII, f. frumenti, vel quorumcunque granorum mensores aut agitatores, a *Paleta*. V. supra et infra *Paletegium*. († Vel etiam fabri ferrarii, V. *Paleria* 2.) Charta an. circ. 984. to. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 46. *Decimas autem iterum iis omnes emendationes et omnia vadimonia omnium satisfactionum omnium ibidem consistentium, et consuetudines macellariorum et Paletariorum in eodem suum habitantium.*

PALETATIO, V. *Paletare*.

PALETEGIVM, ius quod competit domino pro mensuratione frumentaria per *paletas*. Memorial. Cameræ Comput. Paris. an. 1364. mensis Sept. fol. 94. vo. V. *Paleta* 2. et *Paletarii*.

PALETVS, V. supra *Palettus*.

† PALET-

† PALETTVS, vectis, in Act. Mſ. a. 1283.

PALETVM, a Gall. *Palet*, diſcus, orbiculus. Regeſt. 93. Chartophyl. reg. Ch. 125. 18. Dec. 1362.

PALEVNCVLAE, parua palea. Vita B. Gerardeſchae tom. 7. Maii p. 179. *Dixit: O Paleuncula, quam magna eſt potentia Dei quae in te manet!*

PALEVS. (1) V. *Pallium* 2. (2) † Stramineus, in Ch. Mſ. a. 1308.

PALEZARE, vox Italica, declarare, denuntiare, indicare, quaſi palam facere. Statuta Montis Regal. fol. 316. V. *Palificare*.

PALEZINE, idem quod *Padelenga*, anguilla procerior. Charta an. 1080. apud Miraeum tom. 1. pag. 70.

PALFERRVM, inſtrumentum ferreum muris ſubruendis aptum. Caſtelli Chron. Bergom. ad an. 1404. apud Murator. to. 16. col. 949.

† PALFORCA, fuſtis bifurcus, Gall. ol. *Paufour*, *Paufourche*. Chartul. S. Sulpit. Bitur.

PALFREDVS, PALFRIDVS, V. in *Paraueredi*.

† PALHARDVS, homo nihili et infimae conditionis, t. 2. Hiſt. Nam. Prob. p. 255.

PALHERIVM, palearium, locus vbi paleae conduntur, horreum, ex Gall. *Pallier*. Charta an. 1306. in Comitatu Rutenenſi exarata, ex 2. Regeſto Philippi Pulcri Regis Franciae n. 7. in Tabulario Regio: † PALHERVS, in Ch. Mſ. a. 1340.

† PALHERVM, praeſtatio quae ſit ex palea. Ch. Mſ. a. 1266. V. *Palea* 2.

† PALHINVM, PALINVM, PALLINVM, idem. Ch. Mſ. a. 1314.

PALIA. (1) Iudicatum an. 1250. apud Rocchum Pirrum in Notitia Eccleſiae Pactenſis: *Pro vnoquoque porco ſarenos 60. Item de Palia mille retia ad valens ſarenos 30. etc.* Charta an. 1212. in Tabul. S. Illidii Claromont. *De fructibus et Paliis Abbas et monachi duas partes habeant.* Vbi *Palia* pro *palea* ſcriptum videtur. (2) † F. Sera. Acta Mſ. notar. Senenſ. a. 1283. *Confiteor conduxiſſe a vobis vnum molendinum - - cum duabus paliis ferri et cum vno paletto de ferro ad lauandum macinas.* V. *Paleria* 2.

PALICARII, *Miniſtri limitiae*. Leo Tact. apud Lanſ. in Amalth.

PALICIVM, vt *Palitium*, V. in hac voce.

PALISICARE, palam facere, exponere, declarare. Diedericus Monachus de Illatione corporis S. Benedicti, in praefat. *Exigis a me - - quatenus - - - Paliſicare quamocius non differam, quaenam cauſa exiſtat illius feſtinantis.* V. *Palezare*.

PALIFICATA. (1) Vox Italica, quae idem quod *Palitium* ſonat. Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad an. 1218. ap. Murator. tom. 8. col. 1090. (2) Opus acti pictum. Anonymus in Annal. Mediolani ap. Murator. to. 16. col. 811. *Peramentatio vnum cetonum rubei laborati ad ramum cum Paliſcatura ad duas dominas, etc.*

PALIFICATVRA, PALIFICATIO, ſeloma ſpecies, in Charta Berengarii et Adalberti Italiae Regum an. 959. in Bibl. Sebuſ. Cent. 1. cap. 99. quod pro palis, quibus fluuiorum ripae continentur, ſoluebatur; († ſeu pro facultate figendi palos ad ripas, ad quos religentur naues.) Itali quippe *Paliſicare* etiamnum dicunt, palis inſtruere, palos defigere: *Portenaticum, Paliſicaturam, tholoneum, ripaticum, nauium ligaturam.* Charta Henrici Regis Rom. an. 1311. *Ductus aquarum, Paliſicationes molendinorum, ripatica, etc.* V. *Palare* 2.

PALIMPSESTVS, *membrana iterum abraſa, charta deletilis*. Laur. in Amalth. Graec. παλιμψηστος.

† PALINGA, agger, quod palis continetur, ſic dictus. Ch. Mſ. a. 1323. V. *Paleria* 2.

PALINGENESIA, a Graec. παλιγγενεσια, regeneratio, alter natalis. Epiſtola Gunzonis ad Augienſes fratres an. 969. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col 303.

PALINODIA DEI, ſic canticum *Te Deum laudamus* vulgo S. Auguſtino adſcriptum vocat Abbo Floriac. in Epiſt. ad monachos Anglos apud Mabill. to. 4. Annal. p. 30. laudare, vbi idem canticum S. Hilario Pictauenſi

uenſi Epiſcopo tributic. Laurentio in Amalthea *Palinodia* eſt *iter reciprocum. Item, recantatio ſeu retractatio, contrarius cantus.* Vnde patet vocis origo, quod ſcilicet cantucum illud diuiſis choris ſoleat decantari. † De quouis cantico dictum fuiſſe colligitur e Miſſali Mſ. ann. circ. 400.

PALINVM, V. *Palinum.*

PALIOSVM. Anonymus de re Architecton. cap. 17. *Camerae ſtructiles ſpartiones erunt, ſigulinae autem ad contignationem ſuſpendantur, ita vt cadendo anchoratis fixae, regulas, vel Palioſa, quae camerom circinent, ſuſtineant.* Confer Vitruuium lib. 5. cap. 10. V. *Paleus.*

PALIOSVS, diues, qui pallio dorſum tegit. Guill. de Podio Laurentii cap. 43. V. infra *Pallium 2.*

† PALIOTVM, diminut. a *Pallium*, veſtis ſpecies. Inuent. Mſ. thef. Sed. Apoſt.

PALIPODIVS, idem qui *Palafredus*, Gallis *Palefroi*, equus gradarius. Charta venditionis Sergentariae ſeu oſtiariae Epiſc. Eduenſis an. 1271. in Tabul. eiusd. Eccl. V. *Paraueredi.*

† PALIS, vexilli baculus, ſ. haſta. Hiſt. Nem. t. 3. Prob. p. 205.

PALISFICTVRA, V. *Paliſicatura.*

† PALISMA, *lo logo de batayo*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PALISSATA, a Gall. *Paliſſade*, vt mox *Palitium.* Charta an. 1371. in Archiuo S. Victoris Maſſil. *Vt foſſas reparare, reficere et complari cathenam ferream et clauſuram Paliſſatae portus Maſſiliae.* V. infra *Paliſata.*

† PALITIO, i. q. *Palitium*, apud Murat. t. 1. Antiq. p. 187.

PALITIVM, PALLICIATVM, PALLATIVM, contextus ac ſeries palorum. Willel. Brito lib. 7. Philipp.

Paliciumque triplex, quod erat Gallardica ſubtus
Maenia, quadratis palis, et robore duro
Vſque ſub extremas protenſum fluminis oras.

Anonymus de Geſtis Frid. II. Imper. *Quia ſi Princeps illos in illa clauſula inuaderet, Palitiis illa quibus Papalis exercitus ſe totum clauſerat, etc.* Infra: *Quae lignaminibus ipſorum domorum, quae inde diſrumpere poſſent, facerent ſtithatos, ſine Palliciata circumcirca ciuitatem.* V. *Palium 1.*

PALLACIUM, eadem notione. Bracton. lib. 4. tit. 1. cap. 37. §. 1.

PALLITIVM, in Charta Matth. Abbat. Pulniac. an. 1225.

PALIVM. (1) Idem quod *Palitium*, vel locus pelis circumſeptus. Charta an. 1347. tom. 1. Hiſt. Dalph. pag. 67. (2) Praemium equeſtris vel pedeſtris decurſionis, Italis *Palio* vel *Paglio.* Sic dici videtur, quod victor *pallio* ſeu panno ſerico, alteriusue pretioſioris materiae donabatur. Breuiarium Hiſt. Piſanae ad ann. 1264. apud Murator. to. 6. col. 194. *Item curſus noſtri honorabilis Palii factus ab equis et plures milites cingulo nonae militiae decorati.* V. *Pallium 2.*

PALIVS, ſericus. Ordinar. MS. Abbat. Piperac. an. 1301. *In feſto Purificationis exeundo per clauſtra cum capis Palliis veniunt ante portam eccleſiae.* V. *Pallium 2.*

PALIZATA, PALIZATVM, ſepimentum e palis, *Paliſſade.* Iohan. Stella in Annal. Genuenſ. ad an. 1383. apud Murator. to. 17. col. 1269. V. *Paliſſata.*

PALLA. (1) Globus, Gallis *Bale*, Italis *Palla* et *Balla*, Germanis *Ballen*, pro *Pila.* Addit. ad Vitam S. Antonii to. 1. Maii p. 349. *Dum luderet ludo pilae inflatae, quae dicitur Palla groſſa, fregerat ſibi brachium.* Heſychius: Πάλλα, σφαῖρα ἐκ πολλῶν ῥιμμάτων πεποιημένη. Ita porro Globum crucigerum Imperialem, qui inter Regalia inſignia reponitur, appellat Godefridus Viterbienſis:

Aureus ille Globus Pomum vel Palla vocatur
Quando coronatur, Pallaferenda datur.

Infra:

Crux et Palla ſimul pariter connexa tenentur:
Haec ferit, haec ſanat, haec petit, ille manet.

(2) Aulaeum. Gloſſ. Lat. Graec. Palla, μίτρα, πίπλος, παραπέτασμα. Matth.

Matth. Paris. ann. 1236. *Ornatu igitur cinitus tota holoſtricis et vexillis, et coronis*, (forte *corvinis*) *et Paliis, et cereis, et lampadibus.* PALLA ALTARIS, in veteri Vocabulario, dicitur *veſtis quæ altari cooperitur, videlicet linteus pannus conſecratus, qui ſuper altare ponitur, ſuper quem extenditur corporale* Neque fere aliter Durandus lib. 1. Rational. cap. 3. n. 49. tametſi interdum *Pallam altaris* cum *corporali* videatur confundere: Vbi *palla* promiſcue vſurpatur pro linteo, quo tegitur altare, et pro corporali. Diſtinguuntur tamen in Concilio Meldenſi apud Burchardum lib. 4. c. 13. PALLIÆ ALTARIVM, in Hiſtoria de exordio Ordinis Ciſtercienſis c. 17. PALLA DINOSTIMA, diaconorum maxime veſtis propria. Liber Pontificalis ex decreto Zozimi PP. V. infra *Pallium* 2. PALA, eadem notione. Prudentius Trecenſis Epiſcopus in Vita S. Maurae. PALLAE SEPVLCHRALES, quibus Sanctorum et Honoratorum tegebantur ſepulchra. Concilium Aruern. c. 3. V. *Ariſtato*, *Cooperterium*, et *Pallium* 2.

PALLACIVM, pro *Palatium*, in Charta Guidonis Epiſc. Goriſopit. an. 1480. to. 2. Hiſt. Britan. col. 1616.

PALLAGIVM, V. *Palagium.*

PALLAMENTVM, pro *Parlamentum*, in Charta Ludouici VII. Reg. Franc. ex Chartular. S. Vandregeſili to. 2. p. 1616.

PALLANCA, pro *Palancatum*, contextus ac ſeries palorum, *Paliſſade.* Annal. Caeſenat. ad an. 1341. apud Murator. tom. 14. col. 1178.

PALLANCATVM, V. *Palancatum.*

PALLANDIONES, nauium genus, quae traducendis equis ſunt idoneae. De expugnatione vrbis CP. apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 787.

PALLANTIA, V. *Palantia.*

PALLARE, pro *Palari*, apud Albert. Muſſatum to. 10. Script. Italic. Murator. col. 650.

PALLARENSES, V. *Pauenſes.*

† PALLASIVS, pro *Balaſius*, carbunculus, Gall. *Balais*, t. 7. Sept. p. 865.

PALLASSA, ſtraminea culcita, Gall. *Paillaſſe.* Statuta Monaſt. Gellon. an. circ. 1150. apud Stephanot. to. 8. Frugm. Hiſt. p. 175.

PALLATA, vt *Palata*, V. in hac voce.

PALLATORIVM, pro *Parlatorium*, Gallis *Parloir*, alias *Locutorium*, et *Solutatorium*, locus ſcilicet in Monaſteriis virorum, vbi excipiebantur viſitaturi. Charta an. 1258. in Hiſt. S. Martini de Campis pag. 208. V. *Locutorium.*

PALLEA, vt ſupra *Pallenca*, *Paliſſade.* Regeſt. 84. Chartophyl. reg. Ch. 245. an. 1345.

PALLEA, PALLEVM, PALLEVS, V. *Palla* et *Pallium.*

PALLEARICIA, V. *Tectora.*

PALLEARICIVS, V. *Palliaricius.*

† PALLEARIVM, ſtramen. Necrol. vet. Mſ. Carnot.

PALLEDO, pallor. V. S. Agnetis de Montepolit. to. 2. April. p. 805.

PALLEFREDVS, PALLEFRIDVS, V. infra *Paraueredi.*

† PALLETA, i. vt videtur, quod *Pulmula.* Ch. Mſ. a. 1368. *Item quælibet barchia de Pulleta aut de tymone bayoneſte:* (ſoluat) — *tres groſſos.*

PALLENS. Anonymus in antiqu. Regula monaſt. apud Marten. to. 9. Ampliſſ. Collect. col. 865. *Iſidorus Epiſcopus. Per omnem autem hebdomadam fratres viles olerum cibos, ac Pallentia vtantur legumine.* An *pulleſcentia*, vel *naſcentia legumina*, vt habet S. Benedictus in ſua Regula? V. *Naſcentia.*

† PALLEVM, pro *Pallium* 3. Epiſt. Mſ. Honor. III. Pap.

† PALLEVRA, ſ. ius figendi palos ad directionem aedificiorum et viarum. Areſt. Parl. a. 1401.

PALLIALES PECVNIAE, quae Romano Pontifici pro accepto *pallio* exſoluebantur. Gudenus Hiſt. Erfurt. lib. 1. §. 19.

PALLIARE. (1) Veſtire, tegere, *pallio* amicire. Chron. S. Petri Viui to. 2. Spicil. Acher. p. 745. (2) Metaphorice pro ſimulare, fingere, qua notione etiam *Pallior* dicunt Galli. S. Bernardus to. 1. col. 578. *Glorioſa res humilitas, quæ ipſe quoque ſuperbia Palliare ſe appetit*, ne vi-

leſcat. V. *Palliatio.* (3) Pallium Archiepiſcopale conferre, V. *Pallium.* (4) Pro *Ballare*, ni fallor, mutato, vt ſæpe fit, *b* in *p*, Adminiſtrare res et bona pupilli. V. *Baiulus* 3. Charta apud Stephanot. in Antiquit. Bened. Lemouic. MSS. part. 1. p. 187.

† PALLIARIA, telonei ſpecies, quod pro facultate figendi palos ad religandas naues, vel quod ad palos ſ. repagula oppidorum ſoluitur. Ch. Conr. II. reg. Sicil. pro Piſanis a. 1269. V. *Paliſicatura.*

† PALLIARICIVS, PALLIATICIVS, ſtramineus, in Ch. a. 765. ap. Murat. t. 2. Antiqu. p. 167. V. *Paleus.*

PALLIASTRVM, rude ac vile pallium. Apuleius lib. 1. Metamorph.

PALLIATA TENSA, genus ſcripturae, V. *Scriptura.*

† PALLIATDVS, ſimulatus, fictus, t. 10. Collect. Hiſtor. Franc. p. 45.

PALLIATE, ſimulare. Limborch. Sent. Inquiſ. Toloſ. p. 60. V. *Palliare.*

PALLIATIO, ſimulatio, diſſimulatio, Gallis *Palliation.* Iac. de Layto in Annal. Eſtenſ. ad an. 1404. apud Murator. to. 18. col. 1006. V. in *Pallium.*

PALLIATVRA, ſupellex eccleſiaſtica, praecipue ornamenta eccleſiae. Sugerius de Adminiſtratione ſua c. 23.

PALLIATVS, pallio ſeu aulaeo, vel potius panno ſerico indutus, coopertus. Sugerius in Vita Ludouici Groſſi. V. infra *Pallium.* PALLIATVS ORDO, monachi, quorum pallium veſtis propria fuit. Vita S. Adalhardi n. 32. ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 393. Etiam de ſole dicitur, cum tenebris obumbratur, in Concil. Toletano IV. inter Hiſpan. to. 2. p. 481. † PALLIATVS, in epiſcopum conſtituitus, in Ep. Nic. I. PP.

† PALLICEA, ſepimentum e palis, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1362. V. *Palicia.*

† PALLICEVM, i. q. *Pallices*, ap. Labb. t. 1. p. 512.

PALLICIATVM, V. *Paliſtium.*

† PALLICVLA, *qua puer inuoluitur in vtero matris.* Gloſſar. Prou. Lat. Cod. reg. 7657.

PALLIDESCERE, palleſcere. Vita S. Guthlaci to. 2. April. p. 48.

PALLIDO, imago, delineatio; Germ. Bild, apud Geographum Rauennatem laudatum in Diſquiſit. Leibnitii de Orig. Franc. ad calcem Leg. Salicae edit. Eccardi p. 251.

† PALLIFICATA, pictura textilis, t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 365. V. *Pallido.*

PALLIGER, V. *Pallium.*

PALLINGVS, fuſtis genus, V. *Falanga.*

PALLINODIA, V. *Palinodia.*

PALLINVM, V. *Palhinum.*

PALLIOLA, V. *Paleola.*

PALLIOLVM, minus aulaeum. Inuentar. vetus apud Marten. in Itiner. p. 241. V. *Pallium.*

PALLITIVM, vt *Paliſtium*, V. in hac voce.

PALLIVM. (1) Chriſtianorum fuiſſe indumentum teſtatur Tertullianus lib. de Pallio, a quo ita deſcribitur cap. 6. *In viris autem Pallii extrinſecus habitus, et ipſe quadrangulus, ab vtroque laterum regeſtus, et cervicibus circumſtrictus, in fibulae morſu humeris acquieſcebat.* Nec vno hoc loco Chriſtianorum fuiſſe proprium innuit, illudque deſcribit; hinc apud eundem *de toga ad Pallium* tranſire; cum *toga*, Gentilium fuerit: tametſi in controuerſiam cadat, an Chriſtiani ab Ethnicis veſtitu diuerſi fuerint, quod ſane diſputat Baronius anno 197. Vtcumque ſit, Tertullianeum iſtud pallium, ex iis fuit, quae τετράγωνα vocabant, de quibus fuſe Salmaſius ad hunc Tertulliani librum. Sed et inferioribus ſaeculis. PALLIVM QVADRANGVLVM, cuiusmodi etiam fuit Romanorum peludamentum, Regum noſtrorum primae, ſecundae et tertiae ſtirpis proprium fuit; deſcribitur a monacho Sangallenſi lib. 1. c. 23. Quod quidem pallii genus etiamnum retinent Principes noſtri in ſuis inaugurationibus; nam cum quadratum ſit, ad ſiniſtrum humerum fibula conſtringitur, ad dextrum erigitur, et in armos ipſos ſuſtollitur, quo dextra libera ſit. Ita latera mutantur, pedes ante et retro tegunt, quod ait Sangallenſis. Verum in hoc diuerſum fuit a regiis hodier-

nis-

mis, quod vt Romanorum paludamentum, ad humerum dextrum fibula adſtringeretur. Ita etiam de palliis ſui aeui docet prae caeteris Nilus Mon. lib. 2. Epiſt. 245. PALLIVM DVPLEX dicitur Monacho Sangallenſi illud, quo nouus miles a feminis induebatur. *Duplex* appellatum vult la Colombiere in Theatro honoris p. 572. quod ipſi pallio aliud palliolum aſſutum erat. Haud ſcio, an non potius ab antextam pallio pretioſam pellem, Gall. *Doublure*, ſic nuncupatum fuerit. Pallio, vel potius palliolo, maxime vſi ſunt veteres Galli; qui mos a Romanis dum Galliis imperarent interruptus, ſenſim iterum receptus eſt. Id autem breue admodum dimidiaſque nates vix tegens; vt hodiernum Hiſpanicum. Martialis lib. 1. Epigr. 93.

Cerea ſi pendes lumbis, et trita lacerna,
Dimidiaſque nates Gallica Palla tegit.

PALLIVM FVNDATVM, ſ. auro textum. Vita S. Anſegiſi ſaec. 4. Bened. part. 1. pag. 634. *De veſtimentis vero eccleſiaſticis largitus eſt Pallia, quae dicuntur fundata, tria.* V. *Fundatus.* PALLIVM PLVVIALE, ornamentum eccleſiaſticum, *Coppa*, vulgo *Chape*. Vita S. Odonis lib. 2. num. 2. PALLIVM ROTATVM, pallii eccleſiaſtici ſpecies, in formam rotae efficti, vel pallium rotarum figuris diſtinctum, Gallis olim *Paille ré*. Geſta Gaufridi Epiſc. Cenoman. to. 3. Analect. p. 390. PALLIVM, monachorum veſtis propria fuit. Eo cum aliquando vterentur Gallicani Epiſcopi, eam ob rem a Caeleſtino 1. PP. reprehenſi ſunt. Saluianus lib. 8. de Gubern. Dei: *Palliatum et pallidum, et reciſis comarum fluentium ſubis ad cutem tenſum videre tam infelix ille populus, quam infidelis ſine conuitio atque execratione vix poterat.* Hinc *Palliatus ordo* dicuntur monachi. V. ſupra. PALLIVM, velum Sanctimonialium. Benedictionale Eccleſiae Rotomag. editum a Iacobo Petito p. 295. de Benedictione virginis: *Poſt hoc imponas puellae Pallium, et dicas, Accipe, puella, pallium, quod perferas ſine macula ante triaunal Chriſti, etc.* PALLIVM, velum, quod inter Miſſae ſolennia ſupra caput nubentium expanditur, diem quaedam conceptae orationes a Sacerdote recitantur. Durandus lib. 1. Ration. cap. 9. n. 9. PALLIO COOPERIRE filios natos ante matrimonium, *mettre les enfans ſous le drap*, vel *ſous le poile*, natos ſcilicet ex concubina, quam pater poſtmodum in vxorem legitimam coram proprio ſacerdote accipit. Cuius ritus initium fluxiſſe arbitror ab eo, qui in adoptionibus obſeruabatur: quippe adoptiuus pallio ac ſtola propria adoptantes quodammodo inuoluebant, vt ab iis quaſi prognatos indicarent, de quo quidem pluribus egimus ad Ioinvillam et ad Annam Comnenam. Ita in legitimationibus per ſubſequens matrimonium, liberi in ipſis nuptiarum ſacris ſolennibus, cum patre et matre pallio operiuntur, vt ab iis ex legitima coniunctione procreati innuantur. Willelmus Gemmeticenſis lib. 8. Hiſt. Norm. c. 36. V. *Legitimare*, *Mulier* et *Purificare*. PALLIA, dictae Gallis eae veſtium *liberationes*, quae fiebant *Officialibus* regiis conuiuis, ſeu *commenſalibus*. Nam aliis *Pallia*, aliis *Robae* dabantur ſtatis anni tempeſtatibus; vt obſeruatum a Cangio ad Ioinvillam Diſſert. 5. *Droit de mantea*. Computum Theſauri an. 1239. *Pallia Militum*, *Dominus Robertus de Curtiniaco pro Pallio XV. lib.* . *Pallia Clericorum Archiepiſcopo Senonenſi pro Pallio X. lib. etc. Wadia et Palia*, in Statuto Caroli V. Reg. Fr. an. 1368. pro Officiallibus Parlamenti. V. quae ibi obſeruamus. (2) Praetextus, ſimulatio. Nicolaus de Iamſilla de Geſtis Frider. II. Imper. apud Murat. to. 8. col. 518. *Cumque Marchio ſe hoc alicuius licet friuole Pallio rationis excuſaret*, etc. V. *Palliatio*. (3) Aulaeum, vel *Palla*. Victor Vticenſis lib 1. de Perſecut. Vandalica p. 8. *De Palliis altaris, pro nefas! camiſias ſibi et femoralia fab-*

faciebat. PALLIVM ALTARIS, V. *Palla.* PALLIVM LINOSTIMVM, de quo Anaſtaſius in S. Silveſtro et in S. Zozimo, vt videre eſt in *Linoſtimas*, quodnam fuerit ornamentum ambigitur inter eruditos. Mappulam ſeu *manipulam* et *ſtolam* ſiue orarium hac voce ſimul ſignificari tradit Altaſerra: *manipulum* eſſe putat Gauantus: cum Macris fratribus in Hierolex. Iubentius crediderim orarium lineis ſtaminibus et filis intextum, quod eſt *linoſtimum*, intelligi debere. V. Anaſtaſium cum notis variorum to. 3. p. 81. PALLIA OLOBERA, vel OLOVERA, id eſt, inſecta mero vel vero conchylio ſeu murice, hoc eſt, purpura. V. *Hololeucus* et *Oloſerus*. Vexillum ex panno ſerico. Acta Bs Micheliſae to. 3. Iunii p 936. PALLIVM interdum, atque adeo in plerisque ſupra allatis locis, ipſa pallii materia, pannus ipſe, ſericus aue pretioſioris materiae, dicitur. Vgutio: *Pallium, a pellibus, vnde fiebat: ſed modo dicitur Pallium quoddam genus panni ex ſerico, et quilibet mantellus.* Hariulfus lib. 2. cap. 10. *Caſulas de Pallio 30. fanones de Pallio auro parates 10.* Lib. 3. cap 3. *Fanones ad offerendum auro parati 14. ex brandeo 3, ex Pallio 15. . . . . in ſacrario ad tabulam cooperiendam veſtimentum lineum Pallio paratum.* Liber ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 4. *Caſulam de Pallio non habeat.* Ibidem: *Abſque aurifrigio et Pallio et omnibus ſericis,* PALLEA, aulaeum, vel potius pannus ſericus. Nam et *palleum* pro *pallium* dicebant. Gloſſae antiquae MSS. *Péplum, ſtola vel Palleum. Pepulo, Palleum.* Heiro Epiſcopus Baſilienſis in Viſione Wettini Augienſis cap. 12. *Dona magnifica et innumerabilia in Palleis et vaſis argenteis etc.* Anaſtaſius in S. Zacharia PP. *Pendentia vel inter columnas ex Palleis ſericis fecit.* PAVLEVM, pro *Pallium*, in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 210. PAVLIVM, eadem notione, in Necrologio Eccl. Carnotenſis 18. Kal. Maii. PALLEVS, ex *pallio*, ſeu ex ſerico. Charta Rudefindi Epiſcopi Dumienſis aerae 930. apud Anton. *de Papon* to. 3. Chronici Ord. S. Benedicti: *Pluma tios digniores Paleos decem, alios ſubminores 8. . . . alnucellas morgones 6. ſatoles, Paleos duos, etc.* Alia aerae 1062. ibid. *Nec non etiam et de lectuaria, cortos Paleos duos faſos de argento 4. etc.* V. in *Fatoles.* PALIOSVS, fericeis veſtibus indutus. Will. de Podio Laurentii c. 43. *Factumque eſt vt nonnulli dorſa Baioſa habentes, coepercint difficultates opponere, etc.* Hino nomen manſit panno nigro, qui feretro inſternitur, cum mortui cadauer humandum defertur: vt et vmbraculo quatuor haſtis ſuſtentato, ſub quo vel divina deferri ſolet Euchariſtia, vel quod Regibus aut viris Principibus in ſolennibus ceremoniis, ac vrbicum ingreſſibus praeſenditur, quae quidem vmbella, *poile*, pro *paille*, perperam appellatur. Geruaſius Doroberneſis in Ricardo I. Rege Angliae an. 1194. *Proceſſerunt omnes ad eccleſiam, Rege vltimo ſubſequente, portantibus 4. Baronibus 4. cereos accenſos ante eum et aliis 4. Pallium in 4. haſtis ſuper caput eius.* — Ab eadem voce Gallica *paille*, deducta AOX *Palare*, et *Paller*, pro ſedium parietes *palliis* exornare, *Tapiſſer.* Monaſticum Anglic. to. 3. p. 330. *Vnum frontale Palatum de cendalo et croceo.* Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1428. apud Rymer 2. to. 10. p. 392. *Palatos quatuor lectos de media aſſiſa, colorum rubei et viridis, Palatos duos lectos rubei coloris, cum curtinis de media aſſiſa.* (4) Graecis Ωμοφόριον, veſtis ſpecies Romanis Pontificibus, Patriarchis, Primatibus, et Metropolitanis propria, quae deſcribitur a Durando lib. 3. Ration. c. 17. n. 3. *Eſt autem Pallium de candida lana contextum, habens circulum humeros conſtringentem, et duas lineas ab vtraque parte, videlicet ante et retro pendentes? a ſiniſtris eſt duplex, a dextris ſimplex: habet quatuor cruces purpureas, ſcilicet ante et retro, dextris et a ſiniſtris. Infiguntur in Pallio tres acus aureae.* Et haec quidem eſt forma hodierni pallii; diuerſam vero olim fuiſſe in-

nuere

rugare videtur Iohannes Diaconus in Vita S. Gregorii M. lib. 4. c. 8. Sed et illud quoque ex Iohannis Diaconi verbis efficitur, Pallium hodiernum eniam quoad materiam a veteri esse distinctum; Gregorianum enim ex *byſſo confectum*, hoc est, ex tenuissimo lino contextum scribit: hodiernum vero ex lana conficitur. Hanc mutationem tum materiae cum formae circa saeculum octauum occidisse existimat Ruinartius in Dissertatione de Pallio Archiepisc. quae edita est to. 2. oper. posth. Mabillonii; vnde pleraque desumta sunt, quae eidem rei illustrandae hic addenda iudicauimus. Eius originem et vsum ab ipso Lino quidam repetunt. Alii ante S. Marci Papae, qui vixit an. Chr. 336. tempora, eius mentionem non fieri obseruant; alii denique pallii praerogatiuam Silvestro Papae a Constantino M. tunc demum concessam volunt, vnde ad ceteros Patriarchas et Archiepiscopos profluxerit. Quaedam in hanc rem obseruat Cangius in Dissert. de Byzantinorum Imp. nummis. Ea probabilior longe videtur sententia, quae Pallii originem diuisioni prouinciarum ecclesiasticarum asserit, eo maxime tempore, quo sacerdotes a Diaconibus, a Sacerdotibus Episcopi, atque inter ipsos qui primas obtinebant, vestibus distingui coeperunt; neque enim aliud ornamenti genus praeter Pallium mihi occurrit, quo Episcopi inter se discernerentur. (5) † Sepimentum e palis, i. q. *Pallicium*. Chartul. Priorat. de Guilcie

PALLOCTA et PALLOTA, pro *Ballota* tessera suffragii, calculus, Gall. *Balote*. Acta SS. to. 3. Martii p. 244. Billius in Hist. apud Murator. to. 19. col. 85.

PALLOCTITIVM, armaturae seu exercitationis militaris species, velitatio, singulare certamen. Sallas Malaspinae lib. 4. Rer. Sicul. cap. 8. apud Baluz. to. 6. Miscell. p. 298. V. *Paletare*.

† PALLOR, pallida lux, lumen tenue. Act. Mf. a. 1308.

PALLOTA, vt supra *Pallocta*, V. ibi.

† PALLOZA, panni species, f. sericum, V. in *Pallium* 2. Hist. Cassin. t. 2. p. 453

PALLVS, vel PALLVM, pro palus, Gall. *Pieu*. Charta Philippi Aug. an. 1215. apud Labbeum in Miscell. p. 641.

PALMA. (1) Anastasius in S. Symmacho PP. *Et ex multo agnos, et truces, et Palmas ornauit*, al. *fecit*. PALMA, olim porrecta Regibus Franciae in eorum solennibus inaugurationibus, vna cum sceptro, in victoriae adprecationem; apud Hincmarum in Coronationibus Regiis, p. 746. *Palmarum dies*, sic dictus dies Dominicus qui Pascha antecedit, *quia in eo*, inquit Isidorus lib. 1. de Diuinis offic. cap. 27. *Dominus et Saluator noster, sicut Propheta cecinit, Hierusalem tendens asello sedisse perhibetur. Tunc gradiens cum ramis palmarum multitudo plebium obuiam ei cecinerunt, osanna in excelsis*, etc. Ditmarus L. 2. *Recto itinere ad Magdeburgensem pergens ciuitatem, Palmas ibidem festiue duxit honore*. Lib. 4. *Cum Palmarum solennia in Magdeburg celebrare voluisset*. Lib. 7. *Inpraedicto loco Palmas et sanctum Pascha celebrauit*. V. *Dominica in Palmis*. (2) Mapa palmis in flicta. Acta S. Proculi Martyr. *Et solemnes eum ministri, insiruerunt eum, ita vt Palmas in faciem eius darent*. V. *Palmare*. (3) Mensurae frumentariae species Bulla Alexandri PP. pro Monasterio S. Crispini in Cauea Suession. in Tabulario eiusdem Monasterii: *Decimam nonae villae, octo Palmas frumenti, etc.* Idem videtur quod

PALMATA salis, frumenti: quantum salis aut frumenti palma manus continere vel haurire quis potest: ius nempe, quod domino feudali ex salis aut frumenti in mercatis publicis verditorum mensuris competit. Statuta villae Montis oliui an. 1231. apud Marten. to. 1. Anecd. col 968. *Item, soluimus et definimus illas Palmatas salis, quas alibi milites per tolsum vt forciam consueuerunt percipere in mercato*. (4) Pila. *Palmae ludus*, Gall. *Jeu de paleme*, quia palma olim

olim pilam percutiebant. Statuta Collegii Maior. Mont. an. 1390. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Paris. p. 397. (5) V. *Palmaris*. (6) † Menſura vulgo 8. circitet vnciarum, Occitanis vero 9. vnciarum, t. 5. Ord. reg. Fr. p. 278. V. *Palmus*. (7) † Pagina. t. 4. Hiſt. Occit. Prob. p. 68. (8) † Annus, in Ch. Mſ. an. 1305.

PALMADA SALIS, vt ſupra *Palmata* in *Palma* 3. Tabular. Monaſter. Solemniac.

PALMAEVM, *veſtis paſtoralis*, in Gloſſ. Iſid.

PALMALIS. pro Palmaris, menſura vnius palmi. Charta Petri de Roteys Vicar. Toloſ. ann. 1272. e Bibl. D. de Crozat. V. *Pecmes*.

PALMARE. (1) *Palmare* et *depalmare*, alapam infligere Gloſſae vett. *Depalmare*, κολαφίζειν. Petrus Bleſenſis ſerm. 24. V. *Palmizare*, *Palmata* 1. et *Palma* 2. (2) *Palma* menſuraria metiri, *menſurare*. Vetus Charta in Hiſt. Monaſterii S. Nicolai Andegav. p. 55. (3) † Manus abluere. Stat. eccl. Turon. a. 1396. (4) † PALMARE TERRAM, pecten ferreum, in Stat. Auenion. a. 1243.

PALMARIA, chirothecae ſpecies, quae manuum palmas tegit. Vdalricus lib. 2. Conſuet. Cluniac. Mon. cap. 36.

PALMARIS SYNODVS: ita appellata Synodus Romana quarta habita Rufio Magno Fauſto Auieno Conſule ſub Symmacho PP. an. Chr. 502. vt eſt in Codice Narbonenſi, vti obſeruat Sirmondus in Notis ad Auitum Epiſt. 31. quam alii nomenclaturam Synodo Auieno iuniore Conſule celebratae attribuunt. Hanc porro ſic dictam putant, quod in porticu Baſilicae S. Petri, quae hanc appellationem ſortita eſt coacta fuerit. Anaſtaſ. Bibl. in Honorio PP. *In porticu B. Petri Apoſtoli, quae appellatur ad Palmaria, etc. Palmae*, loci dicti Romae meminit praeterea Anonymus de Conſtantino M. a Valeſio editus p. 482. vbi etiam de eod. Symmacho: *Deinde veniens ingreſſus urbem, venit ad Scenam, et ad Palmam populo allocutus, etc.* Vbi forte *Palma* idem eſt, quod *Palmaria*. V. Baronium. an. 502. num. 1. 2. † PALMARES LVDI, in ant. Inſcript. ap. Gudium CXI. 5. viae notas p. VI.

PALMARIVM. (1) Domus excipiendis *Palmaris* ſeu peregrinis deſtinata. Charta an. 1159. in Hiſt. Epiſcopor. Nicienſium. V. *Palmarius*. (2) Merces, pretium, maxime honorarium, quod aduocato, qui cauſam obtinuit, conceditur. Charta Rodulphi Epiſc. Cabilon. an. 980. tom. 4. Gall. Chr. inter Inſtr. col. 227. *Ad augendum enim ſperatae retributionis Palmarium, pio roganti oratu, quo canonicam . . . traderemus*. V. Caſſiodor. lib. var. Lect. et Ian. a Coſta in Decretal. p. 235.

PALMARIVS LVDVS, ludus pilae, in Statut. Collegii Turon. an. 1450. ibid. to. 3. p. 419. *Ordinamus, quod nulli, tam burſarii, quam extranei, de caetero ludant ad ludum Palmarium, etc.* V. *Palma* 4.

PALMARIVS, PALMATVS, peregrinus. *Palmarii* porro dicebantur, qui peregrinationem Hieroſolymitanam ſeu ex voto ac pietatis intuitu, vel cruce ac ſacra expeditione ſuſcepta, in patriam redierant, quod in ſignum exactae iſtius peregrinationis palmarum, quarum ferax eſt Syria, ramos prae manibus referundo deferrent. Rationem delatae palmae aliam profert Durandus lib. 1. Ration. c. 3. n. 14. *Qui de Hieroſolymis veniens, Palmam in manibus ferunt, in ſignum, quod illi Regi militarunt, qui Hieroſolymis cum palmis honorifice receptus eſt, et poſt, modum ibidem cum diabolo pugnans victor extitit*. Henricus de Knyghton. L. 1. de Euentib. Angliae c. 5. *Eia, inquit, iam adeſt certe peregrinus, iſte eſt, qui nefandum Colibrondum occiſurus eſt. Ad quem ſermonem Palmarius accedens, etc.*

PALMATA. (1) Poenitentiae apud veteres ſpecies. Vetus Poenitentiale MS. et Beda de Remedio peccat. c. 14. *Si quis tinxerit manum in aliquo liquido cibo, et non idonea manu centum Palmatis tundatur*. Poeniten-

tentiale MS. Thuanum, quod Theodori esse volunt cap. 3. *Quidam dicunt 10. Palmatas valere pro uno die* (poenitentiae,) Infra cap. 80. *Alio modo 12. triduanae, singulae cum psalteriis tribus impletis, cum Palmatis 300. per singula psalteria, exensant unius anni poenitentiam, etc.* Adde Burchardum lib. 19. cap. 17. et 25. Quaerunt viri docti, quid his locis *palmata* denoter. Baronius an. 1055. n. 11. existimat, poenitentium palmas ferula verberatas fuisse: quod certe vero simile videtur de iis, quibus ob crimina perpetrata imponebatur haec poenitentiae species, quod ex verbis laudati Poenitentialis MS. elici potest, vbi *centum palmatis tundi* dicitur, qui tinxerit manum, etc. At in spontaneis *palmatis* non idem dicendum, cum a vero absonum sit, eos, qui pietatis et deuotionis gratia has sibimet imponebant poenitentias, ab aliis *palmatas*, seu palmarum percussiones accepisse. Ii igitur harum vice, *palmas* allidebant ad pauimentum: quod potissimum colligitur ex eodem Petro Damiano lib. 6. Ep. 27. *Lorica est homo indutus ad certamen, ferreis membra diuisa circulis ambis, mistis cum labore metaneas, allidis in pauimentum saepius palmas.* (2) Contractus emptionis vel venditionis, Gall. *Marché; palmata* dicitur, quod in signum pretii conuenti dextram dextrae committere solent, cuius violator mulctae pecuniariae subiacebat domino loci exsoluendae. Charta an. 1230. ex Bibl. regia: *Ad petitiones, quae fiunt ex parte Regis, dicimus, quod de Palmatis quae fiunt in mercato et in die mercati, de illis, qui uolunt stare contractui, debet habere Rex quinque solidos. De Palmatis vero, quae fiunt extra mercatum quibuslibet diebus, dicimus quod sint dominorum illorum, ad quos locorum spectat iurisdictio.* PALMATVM, eadem notione. Statuta Mont. Regal. fol. 115. PALMELLA, eodem significatur, in Statutis Paruf. fol. 58. *Si quis non obseruauerit Palmellum, seu pactum Palmello firmatum in die mercati, soluat pro banno sol. V.* (3) Mensura, V. *Palma* 3. (4) † Alapa *palmis* inflicta, Gall. *Paumée*. Lit. remiss. Mf. a. 1368.

PALMATIA, locus consitus palmis, *Palmularium*, *Palmetum*, Φοινικών, in Gloss. Graec. Lat. edito et MS. et apud Procopium lib. 1. de Bello Persico c. 19. Rad. de Dicero: *Et stabulabunt equos suos in Palmatia de Baldac*, V. *Palmerium*.

PALMATIAE, vibrationes, a Gr. παλλευ. Apuleius in mundo.

PALMATIANA. Gregor. M. lib. 2. Epist. 64. *Nobis de caetero ne quid transmittere debeas inhibemus. Et quoniam non delectamur xeniis, Palmatianas, quas tua direxit Fraternitas, cum gratiarum actione suscipimus, sed eas, ne quod exinde potuisset sentire dispendium, digne fecimus pretio venundari, etc.* Vbi loci Cerda *Datiles* seu *Dactiles*, intelligi censet. At Baronius ad *vnas palmatianas*, seu *vinum palmatianum*, de quo Senator. lib. 12. Epist. 12. Alexander Iatrosophista lib. 2. passim et alii, seu *palmarum fructus expressos in liquorem*, vt ait S. Hieronymus de Vita Clericorum, vocem referendam putat, nescio an vere, ad an. 591. n. 11. nam Altaserrae ad hunc Gregorii locum, non placet Baronii coniectura, quin potius *Palmatianas* existimat vestes fuisse auro et palmis intextas. Alii ramos palmarum intelligi putant. Ita in varias quisque abit sententias. V. Menagium in Origin. Ital. p. 1029.

† PALMATORIVM, flagellum. Gloss. Prou. Lat. Cod. reg. 7657.

PALMATVM, V. *Palmata* 2.

PALMATVS. *Palmatus tradias*, in in Concil. Carthag. sub Bonifacio to. 4. Conc. p. 1634. V. *Palmarius*.

EQVI PALMATI, in *Equus*.

PALME. Adamnanus lib. 3. de locis SS. c. 4. *Eisque digiti, quasi in Palme vel tuto insanies, in eandem impressi columnam inhaesernnt.* Ita editio, visi doctissimi Ioannis Mabillonii.

† PALMELA, verticillum, Gall. *Pannelle*. Hist. Nem. t. 3. Prob. p. 150.

PALMELLA, V. *Palmata* 2.

PALMENTVM, torcular, Italis *Palmento*, Gallis *Pressoir*. Charta Roberti

berti Regis Siciliae ann. 1326. apud Vghellum in Episcopis Caserranis: *Palmentum*, a pedum palmis dictum censet idem Vghellus, quia ibi vinae pedibus premuntur.

PALMERIVM, locus consitus palmis. Charta Eduardi II. Reg. Angl. to. 2. Monast. Angl. p. 256. V. *Palmetia*.

PALMES, mensura palmi. Miracula B. Henrici Bauiens. to. 2. Iunii p. 387. V. *Palmalis* et *Palmola*.

PALMETIE. Glaber Rodulphus lib. 5. cap. 1. *Circa mediam cuiusdam diei cecidit de coelo, quod Graeca dicitur Selas, vel Casma, seu Palmetie, dum fulgor aetherei splenderis insolito ad terras emittitur: insulsum enim vulgus perhibet stellam de coelo cadere.* Huc spectant ista Ouidii ex Metamorph.

. . . *Vt interdum de coelo stella sereno,*
Quae si non cecidit, potuit cecidisse videri.

Sed ibi legendum *fasus*, ex Graeco φάσμα, *apparitio*, vt *fulas*, ex Graeco τύλας, *imber*, *fulgor*: *Palmetie* vero nescio an non legendum sit *planetis*, vel *planetia*, i. stella errans, *planetes* vel *planeta*.

PALMIFER, peregrinus. Acta SS. tom. 1. Iunii p. 250. V. supra *Palmarius*.

PALMISANA TORTA, placentae species, a Parma ciuitate Lombardiae sic dicta. Compotus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Histor. Dalph. p. 273. *Guillelmo fusticerio* (L. passerio) *regio pro tortis Palmisenis factis per eum . . . soren.* XVIII.

PALMISARE. (1) In Glossario MS. Reg. Cod. 1701. *Est dare alapas, vel Barguinier.* V. *Palma* 2. (2) Vox naupegorum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 12. de Galeis: *Sub fundis extrinsecus Palmisentur usque supra ad aquam, secundum quod exigit ipsarum fuerit opportunum.* Infra *Calefatiari et reparari, ac etiam de sepo Palmisari oportet, etc.* PALMIZARE, eadem notione, in Chron Taruisino apud Murator. to. 19. col. 768.

PALMOLA, frumenti genus, hordeum, vulgo *Pamole*, Prouincialibus *Pamoule*. *Pamol* hordeum vocant etiamnum Picardi. Charta an. 1328. apud Plancuit. in Episc. Lodouens. p. 288. *Sub onere 7. sextariorum hordei, seu Palmolae.* Tabul. S. Vlidii Claromont. *I. Olers ont ha XII. ad dehtals e L. m. de Palmola e la seignoria.* V. *Pasmelya*.

PALMORERIVM, palmae ramus, Italis *Palmero*, Gall. *Palmier*. Verus Inquestus apud Puricellum in Monumentis Basilicae Mediolanensis Ambrosianae pag. 1133.

PALMOS, *subsultatio*, *palpitatio in cute et nervis*. *Palmoscopus*, *qui de subsultatione fibrarum augurasur* Ita Laurentius in Amalthea, a Graeco παλμός.

PALMOSVS, *victoriosus*. Glossae Isid.

PALMVLA, *ratis*, πλάτη, ἐν ᾗ διαπλέομεν, in Gloss. Lat. Graec. V. Schefferum de Militia nauali lib. 2. cap. 5.

PALMVLARIVM, V. *Palmatia*.

PALMVSO (1) Mensura vulgo octo circiter vnciarum; *Palmus* vero Occitanicus, vt et Graecorum est nouem vnciarum cum duabus lineis. Charta Tolosana ann. 1272. in Bibl. D. de Crozat. (2) Mensura pannorum. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351. (3) † Officium dominicae palmarum. Hist. Nem. t. 3. Prob. p. 149.

† PALOCOPIA, palorum copia, series et contextus. Vita Ms. S. Petri sen.

† PALOERIVM, locus, vbi excipiebantur vificaturi in monasteriis virorum. Ch. Ms. a. 1278. V. *Palloerium*.

PALOMBARVS, *qui intrat sub aquam, cum expedit*, in Dictionar. Fed. Vbaldini ad calcem *Documenti d'Amore* Francisci Barberini edit. Romae an. 1640.

PALOMERIA. Libertates concessae Barcinonensibus a Petro Rege Aragonum an. 1283. *Concedimus quod de nouibus, lignis vel barchis, ornamentibus, quae non dederint Palomeriam firmam in terra, vel non discaricauerunt, non detur lesdum, nisi sicut antiquitus consuetum est.* Raimundus Montanerius in Hist. Regum Aragon.

Aragon. p. 277. *Es 20 cab un ben cavall que tenia mi ters de cavallers armats ab Horigues e perpunts contrafets als Palomers de prendre terra, etc.* vbi *Palomers* naues dicuntur, quas Graeci ἱππαγὰς vocabant, Galli *Huissiers*. V. *Huissierium*.

PALONARI. Chron. Andr. Danduli ad an. 1379. apud Murator. to. 12. col. 446. *Galeae veteres reparantur in loco Poleni, sed antequam recipiantur fuissent, quia aliquae Palonabantur, aliquae non omnes vitas suas habebant, etc.* V. *Palmisare* 2.

PALONGATA, septum e palis in flumine, aut aquis factum, Italis *Palancato*, et *Palancatico*. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 40. Occurrit *Palengatum*, eadem notione apud Petrum Crescentium lib. 1. de Agricult. cap. 6. V. *Palancatum*.

† PALONVS. Lit remiss. Mf. a. 1370. *Guillielmus Canesi accepit unum Palonum, cum quo alium — percutere visus fuit.* Gall. *Palon* vasa genus est.

† PALORA, IVM, *li ornamenti de be e cavali*, in Gloss. Lat. Ital. Mf.

PALORICVM, columbar, V. *Piloricum*.

PALOTA, pro *Pilota*, V. *Pilatus*.

PALPA, monetae species; an eadem quae *Parpaillola*. V. in hac voce. Charta an. 1465. apud D. Chanteloup in Hist. Montismaior. *Adhibebant Antoniani duplas, sine Palpas, ex quibus 24. pro floreno vno numerabant.*

† PALPABILITER, manifeste, euidenter. Formul. Mf. Instr. V. *Palpasicus*.

† PALPAR, *membre dorsi eminentia loeua, dextraque*. Gloss. vet. Cod. reg. 7613.

PALPANISTA, palpatrix. Acta S. Godeleuae to. 2. Iulii p. 482.

PALPANTIA, *tremontia*. Ianssonii Auctarium ad Gloss. Isidori. Hinc

PALPARE LANCEAM, vibrare, Gall. *Brandir*. Gauterius de Bellis Antioch. *Laxis habenis, Palpatis lanceis, impetuose ac ferune cohortem sibi obuiam percutere maturauit.*

PALPATICVS, palpabilis, in Vita S. Mariae Aegypt. num. 16.

PALPERTINVS, i. q. *Parregundo*, V. ibid.

† PALPITARE, palpari, praetentare, t. 4. Aug. p. 50.

† PALPITATIO, dubitatio, haesitatio, in Ch. Rud. I. Imp. a. 1273.

† PALSIACVM, i. q. *Pulicium*. Hist. Nem. t. 2. Prob. p. 247.

PALTENA. Historia Fuld. p. 31. *Secundus colonus reddit aristes u. et duas Paltenas et opem.*

PALTEVM, *murum vel fastigium*. Gloss. Isidori; vbi Graecus: addunt Excerpta *pluteum*. Leg. *Pluteum*, *murum*, quia pluteus militibus erat loco muri. V. Festum in *Pluteus*.

PALTONARIVS, superbus, ferox, ex veteri Francico *Pautonnier*. Statuta Guigonis II. Prioris Cartusiensis cap. 20. num. 4. *Ergo ego relicta cella mea, claustro meo, et quid proposuerim, ablatus, propter gyronaos, gyrouagus, propter Paltonarios, Paltonarius, et propter suspiciendos pascendosque seculares efficiar secularis?* V. *Pautonarius*.

PALTVM, *teli genus*. Laurentius in Amalth. et Vocabular. Sussangaei. Graec. παλτὸν.

PALVDANDVS, *militiae adscribendus*. Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. to. 3. Reliqu. MSS. pag. 540. ex Guidonis Hist. Palaest. Paludamentum quippe erat militum vestis propria. Eo nihilominus nomine exterius indumentum, quo virgines vtebantur, quod instar *paludamenti* ad talos fere vsque demissum erat, appellat Gualuaneus *de la Flamma* apud Murator. tom. 12. col. 1033. *Virgines, antequam nuptui traderentur, vestiebantur tunica de pignolato, quae dicebatur setanum, et desuper portabant Paludamentum, id est pecium de lino albissimo.*

† PALVDATI, *blanati*, in vet. Gloss. Cod. 7641. V. *Blanatus*.

PALVDELLVM, palliolum, in Regula Tertiariorum Ordinis S. Francisci cap. 3.

PALVITA, paluis. Agnellus in Vita S. Iohannis apud Murator. to. 2. p. 170.

PALVMBACIVS COLOR, columbinus. Arcadius Auguſtus inter Agrimenſores.

PALVMBARIA, idem quod mox *Palumbarium*. Charta an. 922. Marcae Hiſpan. col. 844.

PALVMBARIVM, locus vbi Palumbes nidificant. Edictum Nunonis Sancii D. Roſſilionis, de Treuga tenenda an. 1217.

PALVS. (1) Foſſorium ligneum, ſeu ligo ligneus, quo terra egeritur, Gallis *Pelle*. Ita vſurpat Lex Salica. tit. 61. (2) Lignum acutum quod in terram defigitur ad ſuſtinendam ſepem. Lex Aleman. tit. 99. §. 24. Etiam, paxillus quo ſuſtentatur vitis, Gallis *Eſthalas*, Germ. *Pfahl*. Vox Iurisconſultis nota. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. §. 34. Vſ *Carrarium*. NVDVS AD PALVM VAPVLARI, poena ſeruorum, in Lege Longob. lib. 3. tit. 7. §. 1. et Capitul. Caroli M. lib. 4. c. 30. PALI, pro Terminis poſiti. Siculus Flaccus: *In quibusdam regionibus Palos pro terminis poſuimus, alii ilices, alii oleaginos, alii vero inuiperebs*. PALI SACRIFICALES, apud Agrimenſores. V. Gloſſ. PALVS IVSTITIARIVS, V. *Furca*. (3) † Ager paſcuus, Gall. *Pâtis*. Ch. Mſ. a. 1224.

PALVSTRES. S. Auitus Viennenſis Epiſt. 63. ad Apollinarem Epiſcopum, qui *marinas copiat*, id eſt, piſces ei miſerat: *Octo Palustres quis quia ſt duo paria ſolearum, quae dentibus macerasis, . . . direxi*. Vbi per *Palustres*, *anceps*, ſeu *anates ſilueſtres* ſorte intelliguntur, quas Auitus direxit, pro duobus paribus *ſolearum*, quas Apollinari miſerat. Caeterum locus vitioſus eſt, quem ſoli Codices MSS. ſanare poſſunt. V. *Dies Palustres*.

PALVSTRICVS, paluſtris, paludoſus, Gall. *Marécageux*, in Charta Caroli Simpl. an. 909. inter Probat. to. 2. nouae Hiſt. Occit. col. 52.

PAMARVM, *veſtis paſtoralis*. Gloſſ. Iſid. vbi legendum putat Graeuius *pomentum*, a Graeco ποιμὴν. V. *Palmarum*.

PAMDICIVM, tela goſſypina, facta ex bombace, V. *Bombax* 1.

† PAMERE, pretium pro victu, ab Ital. *Pambero*, quod panem et potum ſignificat. Ch. a. 1200.

† PAMIRE, *parcellare*, *indere*, *peſſundare*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. reg. 7657.

PAMONARIVS, aedituus, cuſtos eccleſiae. Acta S. Procopii, tom. 2. Iulii p. 147. † Leg. *Paramonarius*, V. in hac voce.

PAMPA. (1) Squama. Canones Hibern. num. 11. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 13. (2) Capitularia Caroli M. lib. 7. cap. 314. *Vt Clerici Pampis, aut ſtamgis, vel armis utantur*. Vbi Lindenbrogius, ſicae genus in Germania vſitatae eſſe ait, et *Pampi* etiamnum vocari. At vox *Pampe*, Gallica, videtur dedocta a *Pampinus*. Nicolaus Gillius in Hiſtoria Francica: *En mue fleur de lys y a trois Pampes ou fleurons, etc.*

PAMPILIO, V. *Papilio*.

PANADELLA, vox Italica, quae idem ſonare videtur, quod *Panella*, faxmeda. Chron. Eſtenſe apud Marator. to. 15. col. 346. V. *Papellus* et *Panenſes*.

PANAGATOR, V. *Peſtio*.

PANAGIA, panis benedictus, Πανα-γία Graecis dictus. Regeſtum Eccleſiae Hereſordienſis apud Spelmannum, de Graecis: *Item dicunt panem noſtrum Panagiam*. Quid vero proprie ſit πανηγία apud Graecos, pluribus docet erudirus Goarus ad Euchologium Graecor. p. 867.

PANAGIVM. (1) Pro *Apanagium* apud Paulum Emilium in Chappino de Dom. Franc. lib. 1. cap. 6. V. *Apanare*. (2) Panis conſecratus. Charta an. 1335. apud Menetrier Hiſt. Lugdun. pag. 24. (3) Vt *Peſtio*. V. in hac voce.

PANALATA, terrae, nemoris, etc. in Charta ann. 1269. in Regeſto Feodorum Ducatus Burgundiae 1. parte fol. 8. *Accepit a Duce Burgundiae cum homagio manuali quingentas Panalatas terrarum plenarum, et . . . . quater centum Panalatas nemoris, et 200. operatas vinearum, et 60. ſextuarias prati rum*. Vsus Martyrol. Eccleſ.

Eccles. Cathedr. Aquensis in cuius margine adnotantur obitus: *Reliquis tres quarentenas vinearum et tres Panatas terrae.* In Consuetudine S. Severi, tit. 19 art. 2. *Clausque* quae est mensurae species, dividitur in *Panes*, Gall. *Pans*; Panae in 5. pollices. PANALESANNANA, eadem notione, modus agri. Vetus Necrologium S. Salvatoris Aquensis. Est enim *Panalata*, mensura frumentaria, vulgo *Panal, saumatae* seu oneris equi saquarii pars est decima. Vetus Martyrol. mox laudatum: *Ipso die Sibilia Gauzella obiit quae pro anniversario suo unam Panalatam ferraginis reliquit.*

PANALE, eadem notione, mensura annonaria. Obituarium Bellijoc. 500. circiter annotatum: *Dedit duos unsferes et de frumento unum Panale.* Valet autem Bellijocense *Panale*, quod et *Panamum* vel *Panonem* dicitur, duos *bichetos*.

PANALIS, eodem significatu. Inventarium anni 1336. in Tabular. S. Victoris Massil.

PANARIA PERITIA, *arrogantia licentiaque.* Vocabular. Suffannaei.

PANARITIVM, Gallis *Panaris*, apud Apuleium lib. de Veritib. haeber. cap. 42. §. 3. quod Graecis παρονυχία, unde et deductum vocabulum putat Gabriel Humelbergius; abscessus qui circa ungues et ad radices illorum nascitur, non sine doloris pungentis vehementia.

PANARIVM, *excipulum*, in Gloss. Isid. Locus vel vas ubi panis servabatur: *Excipulum* ab *hidoro* dictus, quod veteres *fictoria* opere reticulato facere consueverunt; hinc *reticulum* vocant Horatius lib. 1. Sat. 1. et Juvenalis Sat. 12. 60. vas illud in quo venales panes deferebantur. Charta plenariae securitatis scripta Ravennae sub Justiniano apud Brisson. lib. 6. Formul. *Cave clavia valvarum filiquas duas asprienis: Panario rupto vino*, etc.

PANARIVS, ἀγγεῖον, in Glossis Lat. Graec.

PANAROLVS, fiscella, Gall. *Petit panier.* Anonymus in Annal. Mediol. apud Murator. to. 16. col. 789.

† PANASTICVM, jus pascendi porcos in silua domini. Ch. *Mi.* Hugon. de S. Maura. V. *Pascio.*

PANATA. (1) Tabularium Monasterii Conchensis in Ruthenis Ch. 85. *Ipsam Ecclesiam de Licairago, quam vocant sanctum Columbum, cum primitiis et decimis, et Panatas, et cum alodio, sicut ad ipsam Ecclesiam pertinent, etc.* Occurrunt eadem verba infra. (2) † Panaria annona, in consuet. Perpin.

PANATARIA, PANATERIA, V. *Panetarius.*

PANATERII. (1) Sic vocantur Ecclesiastici quidam saeculares, quibus ex prioratibus a S. Victore Massil. dependentibus certa annui reditus portio adscripta erat, ea conditione ut monasticam vitam profiterentur; sed ab ea lege sese tandem exemerunt. Illos Capitulum gener. an. 1349. reprehendit his verbis: *Servus in grauio, mus in pane, equus in fano.* Aliud an. 1313. *Statuimus quod in prioratibus dicti monasterii habentibus clericos, diacherios, Panateries seu commissas, etc.* Vbi habes vocis originem. (2) V. *Panetarius.*

PANATICA, PANATICVM, commeatus, militaris annona, Italis *Panaggio.* Bartholomaei Scribae Annal. Genuens. ad an. 1242. apud Murator. to. 6. col. 495.

† PANATIO, panis confectio, ars pistoria. Stat. Mf. eccl. Tull.

PANAVTVM, V. *Panale.*

† PANCA, vox Ital. subsellium, sedile ligneum, Gall. *Banc*, Germ. Bank, in Stat. ant. Florent.

PANCALIA, idem quod *Bancale.* Acta Morenfis Monasterii.

PANCARBA, V. *Vetarca.*

PANCARPVM. Glossar. Longobard. S. Germani Paris. MS. *Pancarpum, genus spectaculi est, ut fieri solet, ab his qui coram Regibus congredi bestiis praemiorum contemplatione conferunt: ii ferae quascunque fortiores robore, vel ferociores rabie conspexerint duriores, aduersus eas primae congressionis certamen suscipiunt, quibus ex cunctis reliquas quae minus terribiles minasque vehementes sunt, ex ictu faciliore profligarunt.* Glossae

alia MSS. *Ludus qui ludebatur antiquitus cum bestiis*, omnigenis scilicet, ut ex Cassiano et S. Augustino adderius Secundinum colligitur. Nam quicquid miscellum erat, et ex varii generis operimento, Graeci παγκρατιον vocant. Iulianus Antecessor Constit. 98. *Quarta autem* (processio Consulum) *est quam Monimentum dicitur, ubi et quod Pancarpum vocant, celebrandum est.* V. Cuiacium ad Novell. de Consulib. et Salmasium ad Capitolinum.

PANCEPS, ὅλος κτύπος ἐπὶ τραχηλου, in Gloss. Lat. Graec. *Pantex* vertitur Meursius. V. *Pectex*.

PANCERA, PANCERIA, lorica, Italis *Panziera*, Germ. Panzer, quae scilicet ventrem tegit, quem Galli *Panse* vocant, Itali *Pancia*, Germani Panzen et Wanst. Constitut. Siculae lib. I. tit. 9. *Prohibemus ut nullus arma molita et prohibita, cathellos et ensis, lanceas, Panceras, scuta vel loricas, clavas ferreas, deferre praesumat.* Edit. ann. 1560. habet: *Panceras.*

PANCERONVS, Italis *Panzerone*, signum militare, quod *panceriae* seu loricae superinduebatur. Castellus in Chron. Bergom. ad an. 1404. apud Murator. to. 16. col. 957. *Panzeronus*, in Decret. Placent. ad calcem Statut. fol. 108. recto.

PANCHARTA, quaevis Charta, diploma, maxime vero *Panchartae* dicebantur diplomata illa, quibus Reges bona ecclesiae seu monasterii omnia confirmabant, praecipue post amissa instrumenta: haud dubie quod in iis omnia praedia, iura et priuilegia recenserentur: Eiusmodi *Panchartae* formulam videsis tom. 3. Analect. Mabill. p. 270. Charta Caroli C. pro Monast. Curbionensi, to. 6. Vitar. SS. Ordin. S. Benedicti p. 252. *Gratissima largitione per hanc Panchartam, quam fieri iussimus.* Infra: *Per hanc Panchartam confirmamus.* Charta Caroli Simplicis pro Monasterio S. Martini Turon. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 197. *In hac nostrae praeceptionis Pancarta, etc.* Infra: *Corroborantes hanc denuo Pancartam, etc.* PANTOCARTA, idem quod *Pancharta*. Acta Episcopor. Cenoman. p. 270. *Panchartas* vulgo eiusmodi vocant Regesta chartarum, seu Tabularia Ecclesiarum; ut appellatur Regestum Chartarum Ecclesiae S. Martini Turonensis, quod *Pancharta nigra* vulgo inscribitur, quod nigro corio tectum sit. Pancarte in Consuet. Turonensi art. 81. dicitur *peagiorum*, seu tributorum, ac consuetudinum programma. † PANCHARTVM, t. S. Gall. Christ.

PANCHINA, saxi species. Translatio S. Clementis tom. 1. Isarii pag. 451. *Corpus hoc innocuum sub petra ad cornu Epistolae, ut ex antiquissima traditione habetur fuisse sepultum. Corpus S. Iustè in tumbo cauta in Panchina ad longitudinem corporis humani, eminente ad duas circiter ulnas supra fundum capellae.*

PANCHON, instrumentum pistatorium: Obsolari S. Genouefae Paris. an. 1224. *Et instrumentum pistendi in aqua eiusdem molendini, quod appellatur Panchon.* V. *Penchonia* et *Gordana*.

PANCHRA, V. *Panura*.

PANCHRESTA. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Infantes quoque parvulos contumaces, quos morigeros minime ac fernlos non efficiunt, interdum Panchrestis usque Plandisiae ad obedientiam erudiunt.* Ex graeco κράγγανα, crustula.

PANCHRESTARIVS. Arnobius lib. 2. aduersus Gentes: *Psyllos, cynes, Panchrysiarios, nullones, etc.* V. coniecturam Turnebi lib. 13. Adu. c. 24.

PANCIA. († Vox Ital. abdomen, Germ. Wanst; inde *Espanciare*, abdomen euacuare, in Stat. Taurin.)

PANCIAE VARIORVM, pelles murium Ponticorum, Italis *Pelli di vaie*, Germ. Feh-waamme, quod a parte quae ventrem tegit maxime sunt pretiosiores sic dici videntur. Castellus in Chron. Bergom. apud Murator. to. 16. col. 856. *Fecit sibi largiri petiam unam vaiati de grana, Pancias variorum numero MD. etc.*

PANCIARIVS, perperam pro *Partiarius*, partium fautor, Gall. *Partial*. Epistola Clementis IV. PP. an. 1267. apud

apud Martem. to. 2. Anecd. col. 457. V. supra *Paciarii*.

† PANCIATVS, f. ab Italico *Panciera*, lorica, seu a *Pancius*, ventrosus, dicta *Panciaticorum* factio, cuius fit mentio apud Murat. t. 21. p. 83.

† PANCITONVS, thorax, lorica, in Ch. a. 1370.

PANCKETA, tabulatum machinis bellicis sustinendis idoneum. Diarium obsidionis Varadinensis, apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 328. *Cum vero illud propugnaculum ligneum quoddam pauimentum, in quo machinae fitti solent, (vulgo Panketam) haberet, fossis mihi erectis milites aliquot Hungaros, qui nullo diuque hosti accessum prohiberent, imposui. Panketa* occurrit ibid. p. 330.

† PANCO, i. q. *Panca*, ib. Stat. ant. Florent.

† PANCOGOLLVS, caupo, vel qui mensa excipit, a *Pancia*, venter, et *Gola*, gula. Correct. Stat. Cadubr.

PANCOSSERIVS, pistor, vox ibrida, a Lat. *panis*, et Gr. κοπτὴς, cruditio; quasi qui panem coquit, Occitanis *Pancoussier*, Gall. *Boulanger*. Transactio inter Abbatem et monachos Crassenses an. 1351. PANCOSSERIA, pistrix, mulier quae *pancoserisae* artem exercet, in Consuetudinibus Tolosae part. 2. Rubr. de Debitis.

PANCRA, V. *Panera*.

PANCRATIARIVS, *pugil*, Πύκτης, in Gloss. Reg. MS. Cod. 1013. Papias, *Pugil, qui praeciuis*. Idem: *Pancratiari, flagellis aut tormentis subiici, unde eogor animo toleranter cruciatur*. Biblioth. Patrum ascetica tom. 3. p. 50. *Sunt enim in saeculo Pancratiarii, qui cum nimis caeduntur, et flant et furias apparentes*. V. Agonistica Fabri.

† PANCRATIVM, *lo tormento, e giecha*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† PANCRVS, *la panza da assay colori*, ibid.

† PANCTELLA, f. a. Gall. *Panture*, longurius ferreus, t. 3. Hist. Nem. Prob. p. 248. *Pesses, clauellos, Panctellas, ferraturas et alias materias necessarias ad portas*.

† PANDAGIVM, vadium, pignus, i. q. *Pannum*, Germ. Pfand. Ch. Ms. a. 1245.

PANDARE. (1) PANDARE, vel PANDIARE, *pandum* vel *bandum*, seu *bannum* apponere, *Appoſer ban ſur quelque heritage*. († Proprie vadia seu pignora capere, Gall. *Panner*, Germ. pfänden.) Charta an. 1231. pro villa Arkensi in Tabulario S. Bertini: *Abbas vel Praepositus pro rebellibus suis vel debitis per duos scabinos Pandare poterit. Qui pandum contradixerit, 3. libr. domino emendabit, et si pandum vi absulerit, iterum 3. libr. emendabit. Praeco vero Choreae neminem pandare potest, nisi per iudicium Choramannorum. Quod si fecerit, et de hoc comicibus fuerit, 3. libr. domino emendabit, et iniuriam 5. sol.* PANDATOR, qui *pandum* seu *bandum* apponit, apparitor. Consuet. Furnenses mox laudatae. (2) *Incurrere*. Onom. apud Martin. Germ. minden.

PANDARIVS LANAE, qui lanam pectit, carminat. Bulla Honorii III. PP. an. 3. apud Vghellum to. 1. Ital. Sacr. p. 823.

PANDATIO, ius *bandum* apponendi, seu emendas quae hinc proueniunt exigendi; († seu potius pignora capiendi.) Charta Guidonis Comitis Flandr. an. 1237. in Tabular. S. Berthol. Bertin. V. *Pandare* 1.

PANDECTA, pro *Pandectes*. Ita autem vulgo vocant libros Legum a Iustiniano digestarum. Petr. Blesensis Ep. 140. *Vides . . . . quam immeabile pelagus sit Pandecta, in qua ciuile ius continetur*. V. H. Stephanum de abusu linguae Graecae cap. 1. pag. 12. 13. Addit Papias, ita etiam vocari vetus et nouum Testamentum: quod et firmant versus Alcuini Bibliorum libris adscripti, apud Baronium an. 778. num. 27. Inter Eruditos controuersia est, quo genere efferenda sit vox *Pandectae*. In feminino, maxime in plurali, scribi vsitatius obseruat Brencmannus in Hist. Pandect. lib. 3. c. 6. vbi singulorum opiniones accurate recenset. Quoad caetera quae ad *Pandectas* spectant, ipsum consule.

vt et Laur. Theodor. Gronouium de Emendat. Pandect. V. *Litera Pisana* in *Literae*. *Pandectae* etiam dicuntur Gloſſae a Matthaeo Sylueatico medico Salernitano concinnatae, quas Roberto Regi Siciliae et Prouinciae Comiti cognominauit. Hae primum Neapoli editae an. 1474. V. *Maittaire* Annal. Typogr. to. 1. p. 106.

PANDIARE, V. *Pandare*.

PANDICVLARIVS, Ioanni de Ianua, *homo hians et toto corpore oſcitans, a pando, is. Pandiculari*, pro *oſcitare*, vox Feſto nota. *Pandiculans oſcitatur*, apud Plautum. Onom. *Pandiculor*, χασμῶμαι. *Pandiculatio*, χασμωμὸς. V. Regulam Iſaiae Abbatis c. 21. apud Holſtenium.

PANDITVS, pro *Panſus*, apertus. Proceſſus de Vita et Mirac. B. Guilielmi to. 1 April. p. 381. *Clauſa, ſigillata eo nomine Pandita*.

PANDOCHIVM, PANDOCIVM, V. *Pandox*.

† PANDOCHVM, hoſpitium publicum, i. q. *Pandochium*, in Ch. Mſ. a. 1316.

† PANDOCINARE, i. q. *pandoxare*, cauponam exercere. Acta SS. t. 4. Aug. p. 65.

PANDOX. Gloſſ. Iſid. *Pandex, qui ſemper pandit ora ad potandum*. Vguccio et Ioan. de Ianua: *Pandex, ebriosus, vel guloſus, laccator, qui ſemper pandit ora propter eſcas. Pandochium, leccacrtas, ebrioſitas, taberna*. Imo ex Gr. πανδοχεὺς, *ſtabularius*, caupo, et πανδοχεῖον hoſpitium, caupona. *Pandochium*, in Vita S. Marinae virg. c. 2. Ioſephus lib. 3. Antiq. Iud. apud vererem Interprètem: *Neque ancillam neque captiuam eis nubere voluit, vt eas quae de cauponibus et Pandochibus venit agunt*. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 7. *Nec venale quilpiam a Pandocibus et cauponibus ſiſteretur*. Hinc

PANDOXARE, cauponam exercere, agere; cereuiſiam venum exponere, atque adeo conficere. Synodus Sadorenſis: *Si vir vel mulier cereuiſiam vendendam Pandoxauerint, ſiue communis Pandoxator, vel Pandoxatrix fuerit, ſiue non, ſi duos denarios et obolum de vnoquoque Pandoxationis accipiat, lagunculam decimalem Eccleſiae perſoluat*.

PANDOXATRIX, inter artifices recenſetur in Prouinciali Cantuar. Eccleſiae Lindwodi lib. 3. tit. 16. et in Concilio Mertonenſi an. 1300.

† PANDVLVS, pigaro, in Gloſſ. Lat. Itál. Mſ.

PANDVRIZARE, *Pandare* canere: eſt autem *Pandura* inſtrumentum muſicum τρίχορδον Polluci, cuius mentio eſt apud Varronem, Iſidorum et alios. Lampridius in Heliogabalo: *Ipſe canauit, ſaltauit, ad tibias dixit, tuba cecinit; Pandurizauit, organo modulatus eſt*. V. Caſaubonum et Salmaſium ad hunc locum.

PANEARIVM, ciſta, caniſtrum, Gall. *Panier*. Radulfus de geſtis Frider. I. Imper. apud Murat. to. 6. col. 1194.

PANEFICA, PANEFICVS, V. *Panificus*.

PANEGENA, V. *Panigeria*.

PANEGORISARE, *pane ſuſtentare*, Ioanni de Ianua et Vguttioni, qui haec ex S. Auguſtino affert *Panigorizamur quotidie ſuſtentamentis Dei*. V. *Paregorizare*.

PANEGYRICVS, *laus in promptu dicta*. Gloſſ. Iſidori.

PANELLARE, V. *Panellum* 2.

PANELLVM. (1) († Puluinar, vt videtur.) Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſ. MS. c. 18. *Lectualia ſunt haec, culcitra, bumbucina, id eſt, Panellum, pulſilli pului, etc.* Supra cap. 17. *Lectus etiam in domo hoſpitali . . . praeparatus habere debet, videlicet cum bumbuctuis, id eſt, Panellis laneis ſuppoſitis*. V. *Pannus*. (2) Schedula, pagina, pagella, *Panell* Anglis. Forteſcutus de Laudibus Legum Angliae c. 23. Hinc *Panellare, et Impanellare*, pro, in paginam referre, apud practicos Anglos: *iuratores impanellati*, in pagellam relati. V. Edw. Cokum ad Littleton. ſect. 234. et *Panellare*. (3) † Inſtragulum, ephippii genus; Gall. *Paneau*, ol. *Penuel*. Gall. Chriſt. t. 8. Inſtr. p. 564.

PANELLVS. (1) Retis ſpecies, Gall. *Paneau*. Charta an. 1233. ex Schedis Pr. de Mazauguet. V. *Petrellum* et *Penuel-*

Pennellus 2. (2) Paruus panis: Vita S. Catharinae Senens. tom. 3. April. pag. 928. V. *Panicellus*. (3) Fax, taeda, Italis *Pennello*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 183. V. *Panedella*. (4) † PANELLVS, PENELLVS, mensura annonaria, eadem atque *Panale*. Ch. Mſ. a. 1217.

† PANELVS, retis ſpecies, Gall. *Panneau*. Ch. Mſ. a. 1501. V. *Panellus* 1. et *Pennellus* 2.

† PANEMVS, menſis orientalium, qui Iulio Romanorum reſpondet, in Act. SS. t. 3. Febr.

PANERA. (1) *Panera*, *Panora*, *Panchra*, (ita enim varie ſcribitur) *rapina*, in Gloſſ. Iſid. Vbi Graecius: Papias *Pancra*, *Graecis rapina*. A *pancra* eſt verbum *Pancro*, cuius compoſitum eſt apud Catonem *impancro*, teſte Nonio, cui *impancrare* eſt inuadere; rectius dixiſſet, rapere. Varro Eccleſia: *in regiam arcem impancrarunt*. Sic legendum, non vt vulgo: *Eccleſiam in regiam arcem impancrarunt*; Eccleſia enim eſt index Libri. (2) Vox Hiſpanica, *Granarium*, Gall. *Grenier*. Synodus Limenſis an. 1594. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 697.

PANERETTA, diminut. a *Panera*, Caniſtrum, cophinus. Vita B. Iuſtinae de Aretio to. 2. Martii p. 244.

PANERIVM. (1) Pro *Banneriam*, vexillum, *Banniere*, vſurpat non ſemel Albertus Argentin. in Chronic. p. 115. 136. etc. (2) † Mendoſe pro *Paterium*, patorum ſeries, in Ch. Mſ. a. 1233.

PANERIVS. (1) Sporta, corbis, Gall. *Panier*. Statuta Arelat. MSS. art. 34. *Pro qualibet Panerio vel canaſtello 5. ſol.* Charta an. 1298. apud Lobinell. to. 4. Hiſt. Pariſ. p. 575. V. *Panerum*, et *Pannerius*. (2) Piſtor, in Tabul. Dunenſi Ch. 29.

PANERNA, f. Perna, Gall. *Jambon*. Tabular. S. Trinit. Cadom. *Recepit in Sacramento IV. boues, et XL. bidentes, VI. poſtes et II. Panernas*. V. *Pernarium*.

PANERVM, ciſta, area, ex Gallico *Panier*. Paſſim occurrit. V. *Panerius* 1.

PANES, mendoſe pro *Panes*, V. in hac voce.

PANESCVLVS, paruus panis. Will. Thorn. anno 1143.

† PANESIVS, mendoſe pro *Paneſias*, ſcuti genus, in Monum. eccleſ. Aquil. p. 55. V. *Paneſium*.

† PANESTARIVS, qui panem conficit, Gall. *Paneſtier*. Ch. Mſ. a. 1297. V. *Panetarius*.

† PANESTINA, area, vbi panis conficitur vel aſſeruatur. Inuent. Mſ. a. 1476.

PANETA, *qui vel quae facit panem*, Vgutioni et Io. de Ianua. Occurit etiam in Gloſſar. Lat. Gall.

PANETARIA. (1) Officium panetarii, ſeu quod ad eius miniſterium pertinet, in Computo Hoſpitii Regii an. 1312. PANATERIA, eadem notione, in Computo an. 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 272. PANETRIA, idem. Charta an. 1327. apud Rymer. to. 4. p. 290. (2) Cellarium, ſeu locus vbi conficitur panis. Charta Agnetis Comit. an. 1080. tom. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 468. PANNETERIA, eadem notione. Reparat. factae in Seneſcall. Carcaſſonae ann. 1435. ex Cod. MS. D. *Lancelot*. (3) PANETARIA, dictum praeterea Cellarium, ſeu vti vocatur ab Anaſtaſio Bibliothecario, *Paracellarium* Romani Pontificis in Ceremoniali Gencii Camerarii, vt auctor eſt Nicolaus Alemannus in Diſſert. de Lateran. parietin. cap. 4.

PANETARIVS, qui panem conficit, piſtor, *Paneter*, in Conſuetud. Peruſienſi apud Thomaſſerium: Index MS. reditvum Monaſt. S. Petri Corbeienſis: *Singuli Panetarii debent ſingulis dominicis panem vnius denarii vna dominica, et altera panem vnius oboli*. Maxime vero ita appellabant officialem domeſticum, qui menſae panem, mappas, et manutergia ſubminiſtrabat. Officium Panetarii deſcribitur in Geſtis Guillelmi Maioris Epiſcopi Andegau. c. 23. In aula vero Regum Francine dignitas ea olim viguit, qua qui donatus erat, *Panetarius Franciae*, vt Hugo de Atheis Miles anno 1223. Cui ſimilis fuit *Piſtor* ille, qui caeteris piſto-

ribus grassetur. PANATERIVS, pistor, in Charta an. 1252. PANATERIVS, inter officiales Ecclesiae Anicienſis recenſetur in Charta eiusdem Eccl. an. 1312. PANATARIA, pistrix, quae panes vendit. Concil. Legion. can. 34. inter Hiſpan. to. 3. p. 194. PANATERIA, eodem ſignificatu, in Statutis Mont. Regal. fol. 283.

† PANETVS, paruus panis, Ital. *Panetto*, t. 2. Apr. p. 651. V. *Panellus.*

PANFILVS, natus ſpecies. Iacobi Auriae Annal. Genuenſ. ad an. 1282. apud Murator. to. 6. col. 578. *Piſani igitur milites praeparauerunt et poſuerunt pro diſti indicis auxilio. Vnde Commune Ianuae armauit galeas XXIII. et Panfilos XII. ad expedicias de ciuitate et poteſtatiis.* PANIFIL, eadem notione, in Miracul. MSS. Vrbani V. PP. ex Tabular. S. Vict. Maſſil.

PANGA, apud Petrum de Creſcentiis lib. 8. de Agricult. cap. 8. *Si capiti eius rapae ſemen immittas, ſine ſarre et Pangis, multum increſcere ſertur.* Vbi *panga* idem videtur quod *vanga*, i. *faſſorium.* V. in hac voce. Hinc

PANGATORIVM, apud Papiam, *Plantatorium.* V. Formulas Briſſonii pag. 648. et *Paſturium*, vt et *Pauga.*

† PANGERICVM, *le dire laſcive*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PANGITARE, *laudare*, in Gloſſ. Iſidor. vbi viri docti, legunt *plantare*, quia *pangere*, Pacto, eſt *figere.* Sed cum dicamus *pangere* carmina, quidni et laudes?

PANGITORIVM. (1) *Locus vbi multi ſimul canunt, i. Chorus, a pange.* Vguio et Ioan. de Ianua. (2) † Laudatio in hymno ex vet. officio Panatii.

† PANNERIA, pro *Panneria* vel *Panneria*, V. has voces. Ord. reg. Fr. t. 7. p. 506.

† PANNOTVS, Compus. a. 1362. t. 2. Hiſt. Nem. Prob. p. 247. *Solui pro IIIC. LXXVII. Pannotis emptis — ponderantibus duo quintalia* etc.

PANNYPERISERASTVS, Graec. πανυπερίσεραστος, totus Auguſtus, titulus nouae dignitatis in Imperio CP. quae primus Alexius Comnenus imperator Michaëlem Taronitam affinem ſuum ornauit ac Caeſarei throni participem fecit. Hofmannus ex Hierolex. Macri in v. *Sebaſtocrator.*

† PANIERVLVS, dicitur videtur equus clitellarius, ſeu qui ciſtas, Gall. *Panier*, portat, ap. Bened. abb. Petroburg. t. 1. p. 169.

PANICE, Papiae MS. *Roſae*, al. *roſae. Panicenum*, *genus veſtis.* Vguio: *Panicenum quaedam veſtis paſtoralis.*

PANICELLVS, paruus panis. Plinius lib. 1. Medic. c. 6.

PANICERIVS, idem quod *Panetarius*, officium monaſticum. Epitaphium Fr. Seuerini Colleret apud Felibian. Hiſt. Sandionyſ. p. 526.

† PANICEVM, *la veſte paſtorale*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Panice.*

PANICEVS, dicitur de eo quod ad panem ſpectat. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 337.

PANICHIVM, panicum, minutioris grani ſpecies, idem quod *Panicum.* Vita S. Antonii de Padua to. 2. Iunii p. 717.

† PANICIA, puls, Ital. *Paniccia*, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 920.

PANICIVM, *genus annonae, qua in quibusdam locis homines vice panis ſuſtentantur.* Vguio et Ioan. de Ianua. *Panicum* Latini vocant: *Panis*, Galli. Paulinus Epiſt. 3. ad Seuerum: *Fabam turriuit Panicia*, etc. Infra: *Fabam tantum milio, Panicioque confundens.* PANITIA, eadem notione. Fortunatus in Vita S. Germani Pariſienſ. c. 32. † PANICIVS, idem, in Chartul. S. Ioann. Angeriac.

PANICLVM, idem quod *Panicium*, ni fallor. Chron. Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 545.

PANICOCTARIVS, pistor, apud Chryſologum Serm. 99.

PANICVLA, V. *Panucula.*

PANIFER, pro *Panifex*, pistor. Charta an. 1279. apud Themaſterium Conſuetud. Bituric. p. 112.

PANIFEX, eadem notione, in Charta Archembaldi Borbonii. V. *Panificus.*

PANIFICARE, panem fingere, coquere. Vita S. Anſelmi Archiep. Cantuar. to. 2. Aprilis p. 880.

† PANI-

† PANIFICVM, *el logo dove fè fa el pane*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PANIFICVS. Gloſſar. Gr. Lat. Ἀρτοποιὸς, *Piſtor*, *Panificus*. Ἀρτοποιεῖον, *Panificium*, quae vox occurrit apud Celſum lib. 8. Ἀρτοπάλης, *Panarius*, Ἀρτοφόρον, *Panarium*. Papias: *Panificae*, *piſtrices*, *quae panes faciunt*. Charta an. 1144. apud Catell. lib. 2. Rerum Occitanar. c. 17. *Panificus et Panifica*, *qui panem venalem feceris*, etc. Vbi Regeſtum Toloſanum Camerae Comput. Pariſ. fol. 27. habet, *Panefius et Panefica*.

PANIFIL, vt *Panfilus*, V. in hac voce.

PANIGAROLA, lampyris, inſectum noctu lucens. Vita S. Francae tom. 3. Aprilis p. 391. *Statim ſic loquendi coeperunt luminaria multa et innumerabilia quaſi cornuolae vel Panigarolae*.

PANIGERIA. Epiſtola Manuelis Comneni Imper. ad Regem Ludouicum VII. *Cum magna laetitia acceperimus Imperium meum tuam Nobilitatem, et opportune viam tuam praeparauerimus, et tranſitum extruxerimus, et Panigyrium, id eſt, conuentum rerum venalium. Erroſum, id eſt, vale.* Vbi *panigeria* idem valet quod *forum*, commentus: ex graeco forte πανήγυρις, vti recte coniectat Sonnerus. Martene. to. 1. Anecd. col. 400. edidit, *Panegena*.

PANIOLVM, pro *Planolum*, V. in hac voce.

PANIS. (1) Vel PANVS, Celſo lib. 5. c. 27. dicitur tumor, non altus, ſed latus, maxime in vertice, aut in alis, aut inguinibus; ſic dictus a panis figurae ſimilitudine, Graecis φύγεθλον. Galeno, *Φῦμα ἐπίπεδον*. V. Lexic. med. Panor. Brunonis. (2) Sacra Euchariſtia, caro Chriſti, quae cum nobis caeleſte pabulum ſuppediter, vocatur a Cyrillo, aliisque ſpiritualis alimonia, τροφὴ πνευματικὴ, et *Panis* ſimpliciter. Iſidorus lib. 7. c. 2. *Dicitur enim panis, quia caro*. At cum epicheto ſaepius, vt *panem Dei caeleſtemque* vocat Ignatius Epiſt. 14. quae appellatio deſumpta ex Ioanne 6. et 1. ad Corinth. 10. et 11. atque iſtud etiam Lucae 24. (3) Menſura frumentaria, Gall. *Boiſſeau*, in Te gio Inſulae Adami laudato in G ſtr. Gall. (4) PANIS ACRO MVS, Saxonice, *Geſeorid*, in G Aelfrici: vbi perperam editum *simus*. Iſidorus lib. 20. c. 2. *P acronymus*, *leuiter fermentatus*, *acronymus*. PANIS AESTIVA in veteri Gloſſario Lat. Gall. M Bibl. Thuana, *Pains muſis*: p mucidus, *Pain moiſy*. PANIS XANDRINVS, biſcoctus, Apicium lib. 4. de Re culin. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. cap. 67. *de Alexandrino pane*. Gloſſae MSS. ſuperlineares, *biſ* Matth. Siluaticus: *Panis Alexa nus*, *vel rubicundus*, *i. recoct rubeſcens*, *vel biſcoctus*. PANIS *in aqua coquitur*, *et melior eſt quam quotidianus*, apud Vdalri lib. 2. Conſuetud. Cluniac. ca Ruellius lib. 2. de natura ſtirp. *Laudabatur et Parthicus* (panis) *pridem huc adnectus*, *quem alii ticum vocant*, *quoniam aqua tra a ſpongioſa inanitate*. PANIS DINIENSIS, ſordidus in l. 5. Th. de Annonis ciuicis, etc. vero ita appellatus, prorſus i tum. Coniecturas varias contul cobus Gothofredus ad hanc le PANIS ARMIGERORVM, q mulis quos Gallico vocabulo *Eſ* vocabant, diſtribui ac dari ſol Monaſticum Anglic. to. 1. p. V. infra, *Panis ferianalis*. PA ARTOPTICIVS, apud Plinium 18. cap. 20. a vaſe ſeu teſto, i Harduinus, in quo ii excoqu tur, dictus. V. Turneb. Aduer 14. c. 5. PANIS ASPER, furfureus, *Gros pin*, *Pain bis*. ber Rodulphus apud Ducheſn. p. 6. PANIS AVENACEVS Concilio Francoford. an. 794. PANIS DE AVLA, Abbatis ſ vel hoſpitium. Charta an. 12 Tabular. Fiſcamn. PANIS A PYRVS, ex quo nihil neque nis neque furfuris exoretur edemptum, quaſi totum in ſe cum non imminutum habea Gr. *ἀπύρωτος*. Eiusmodi pani tio eſt paſſim apud ſcriptores

fum lib. 2. c. 17. Marcellum Empiricum c. 31. Caelium Aurelian. Sicc. lib. 5. Tardar. paſſion. c. 12. PANIS AZYMVS, *ſine crudus*, apud Conſtantinum Afric. l. 5. Loc. Commun. medic. c. 15. PANIS BEATVS, eulogia, panis a Sacerdote benedictione conſecratus. *Pain benit.* Hartmannus in Vita S. Wiboradae virg. Supra *benedictionem* appellauit. PANIS BENEDICTVS. Cum Catechumeni ante baptiſmum diuinorum myſteriorum participes eſſe non poſſent, proindeque ſacram Euchariſtiam percipere, dabatur iis, veteri Eccleſiae ritu, a Sacerdote panis ab ipſo conſecratus et benedictus, quo praeparārentur ad Corporis Chriſti ſumptionem, vnde et ſanctum fuiſſe ait S. Auguſt. l. 2. de Peccator. merit. et remiſſ. c. 26. Poſtmodum his panibus benedictis non ſoli Catechumeni, ſed fideles etiam vſi pro munere in ſignum mutuae amicitiae et communionis inuicem transmiſſae. Rainerus contra Valdenſes in Catalogo Haereticor. de Graecis. V. *Eulogia.* PANIS BISCOCTVS, nauticus, *Biſcuit.* Albo l. 2. de Obſid. Pariſ. Chronicon Richardi de S. Germano an. 1242. *Biſcoctum fieri iubet per loca maritima et loca alia pro fodro 150. galearum et 20. nauium, quas armari mandat ſuper Piſanos, etc.* PANIS BISVS, ater, furfūreus, Gallis, *Pain-bis*, qui *ſordidus*, Suetonio in Nerone c. 49. et in l. 5. Cod. Th. de Annonis ciuic. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 420. PANIS BVFFECTVS, ſiligineus, V. *Buffetus.* PANIS CACABAZIVS. S. Zeno Veronenſis ſerm. 6. ad Neophytos: *Hi* (panes azymi) *quos videtis egregia coctura ſuaue redolentes, qui excocti ſunt non furno, ſed fonte, non humano, ſed igni diuino, ... certe Cacabacii non ſunt, non vetuſti, non oſti, non crudi, non mucidi, etc.* Nugatur hoc loco vir doctus, qui *cacabacios*, nugaces et garrulos interpretatur, cum hic de panibus agatur. Caſaubono dicuntur eiusmodi panes, qui ſaporem malum ex aqua in cacabo calefacta nanciuntur, in Notis ad Lamprid. Ego vero ſtatim *cacabacios* dictos, nigros, et quibus nihil admixtum eſt furfuris. V. *Cacabatus.* Papias: *Similiter autem et cacabacius Panis colidus ſiccus: frigidus vero minus multo ſiccus ex parte extenuat.* PANES CALENDARII, qui in Kalendis offeruntur. Durandus l. 4. Ration. c. 30. n. 40. PANIS CALIDATVS, delicatus, tener, recens, *Pain mollet.* († Rectius panis leniter coctus, Pariſ. *Eſtuandé.*) Chartular. S. Germani Pariſ. fol. 1. † PANIS DE CAMBIO, quorum ſex conficiuntur de Sextario, ap. Murat. t. 4. Antiq. p. 922. PANIS CANIBIVS. Charta Geraldi Abb. Angeriac. an. 1385. in Angeriac. an. 1385. in Chartular. eiusdem Monaſt. p. 462. *Item dominus abbas leproſis debet facere . . . in die omnium Sanctorum XXVI. panes frumenti, XIII. panes ſunt ratione Conibii Panis et XIII. panes mandati, et XIII. inſtitias vini ratione mandati.* PANIS CANONICVS, *Pain de Chapitre*, dicitur Rotomagi paruulus panis qui vnicuique Canonico quotidie praebetur. Vita S. Rigoberti Rem. Archiepiſc. a Mabill. laudata Liturg. Gall. p. 414. PANIS CANTABRVS, furfureus, V. *Cantabrum.* PANIS CAPITVLARIS, idem qui *Canonicus*, ex Regeſto Eccl. Andegau. an. 1443. in Vita Matth. Menagii p. 92. PANES CELARII, ſ. ex cellario communi. Obituarium MS. Eccl. Morin. fol. 8. PANIS CENALIS, pro refectione veſpertina. Conſuetud. MSS. Eccl. Colon. e Bibl. Eccl. Atrebat. PANIS CEPARIVS, χνδαῖος ἄρτος, in Gloſſario Gr. Lat. † PANIS CIRCVLI *vel Cuculi vocatur a quibusdam plantula, quae vocatur Allelaia.* Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. PANES CIVILES. In Nouella Iuſtiniani 7. et in Addit. 3. Ludouici Pii c. 30. in Capitul. Caroli M. l. 2. c. 29. Eccleſiae et xenodochia alienare vetantur res immobiles . . . ſiue etiam *ruſticum municipium, vel Panes ciuiles*, atque titulo ſpeciali vel generali hypothecae titulo obligare. V. *Panis gaudilis.* PANIS CLIBANITES, ἐγκρυφίτης,

furnens, in furno coctus. Gloss. Isidrici: *Panis cibaninus*, *Ofen-bacenlef*. Alexander Iatrosophista lib. 2. Paff. c. 79. *Quales sunt Panis bene confectus cibaninis*; *bis coctus*, etc. Vbi Glossae MSS. *quasi furni. Panis fermentatus in cibano coctus*, apud Constantinum de Rat. vict. p. 279. cui opponitur *Panis sub cinere coctus*, p. 278. *Panis cibaninus*, *in testo coctus*, apud Isidorum l. 20. c. 2. PANIS DE COKET, similaces. Fleta l. 2. c. 9. §. 1. V. *Ifungia*. PANIS CONIVRATVS, V. *Confrued*. PANES CONSVETVDINALES, qui ex *consuetudine* praestantur. Charul. S. Vincentii Cenoman. fol. 60. PANIS CONVENTVALS, quo vescitur conventus. Charta ann. 1254. ex Tabular. Fiscamn. PANES CORONATI. Charta an. 1050. apud Puricellum in Monumentis Ambrosianae Basilicae pag. 428. *In profesto ad vesperum fructus et vinum similiter secundum eandem consuetudinem: in solemnitate vero Panes Coronates, et vinum similiter*, etc. PANES CVRIALES, qui e Curia domini proferuntur ad alendam familiam. Charta Theobaldi Comitis Blesensis Senescalli Franciae ann. 1190. in Regesto censuum Carnot. PANIS CVRIAE, eadem notione, in Costumario Prioratus de Lewes fol. 18. PANIS DISPENSATORIVS, V. *Panis secundus*. PANIS ECCLESIASTICVS. Charta Philippi I. ann. 1106. in Tabul. Monasterii Maurigniacensis: *Si aliquis ipsorum Canonicorum infirmitate praegravatus*, . . . *de morte animae metuens*, *habitum sanctae religionis recipere propofuerit in praefata domo sanctae Trinitatis*, *Panem Ecclesiasticum et habitum S. Benedicti*, *quasi frater eiusdem loci*, *omni postpositae pecuniae*, *paratum inuenerit*. PANIS ELEEMOSYNARIVS, qui ad eleemosynas distribui solet pauperibus. Silvester Giraldus in Itinerario Cambriae l. 2. c. 12. PANIS EMENDATIONIS, seu DE EMENDAMENTO. Polypsychus Fiscamn. ann. 1235. *Filius Bernerii fabri debet habere vnum galonem vini*, *et vnum Panem Emendationis*, *quando fabricat botellos magnorum signorum*. Vide *Emendamentum* 3. PANIS ESCAVDATI, V. *Eschaudati panes*. PANIS FERMENTATIVS, *gehefenblaf*, in Glossario Saxon. Aeltrici. PANES FESTI, qui diebus festis apponebantur, consuetis delicatiores. Charta Philippi Franc. Reg. an. 1271. in Bullario Fontanell. fol. 38. PANIS FISCALIS, seu OSTIENSIS, in l. un. Cod. Th. de Pretio panis Ostienfis, qui de fiscali frumento, quod Ostiae pistoribus vendito confectus populo Romano venidebatur. Vide Iacobum Gothofredum et Salmasium ad Vopiscum pag. 408. † PANIS FOGAGII, Gall. *Pain de feu*, qui pro *focagio* soluitur. Ch. Mf. a. 1339. PANES FOLIATI, placentulae genus. Charta an. 1303. in Tabular. Fiscamn. V. *Foliata* 2. † PANIS FORESTAE, praestatio pro iure vendi foresta, in Ch. Mf. a. 1319. PANIS FORTIS ET DVRVS, apud IC. Anglos dicitur, cum quis de Felonia accusatus, accusatori aut iudici respondere renuit, aut mutum se fingit, vel certe os aperire, aut loqui non vult: tum enim poena ea illi imponitur, donec Iudici satisfaciat, vt in carcerem tetrum coniiciatur, in eoque, solo pane, duro, ac mucido alatur. Fortis autem dicitur, inquit Stanfordius lib. 2. Placitor. coronae cap. 61. quod adeo sit ponderosus et grauis, vt illum ferre aut sustinere nequeat reus: durus autem, quia toto vitae tempore, alio non victitabit, donec in eo moriatur. Statutum primum Westmonasterienfe cap. 12. hanc poenam videtur induxisse. PANIS FRACTVS, dictus postmodum *Panis benedictus*, qui in particulas dissectus, dirempta ea, quae ad consecrationem sumitur, plebi et fidelibus distribui solebat. Lege κλάσματος μετάληψις, *Panis benedicti participatio*, apud Pachymerem lib. 7. cap. 6. 15. 22. lib. 8. cap. 10. Sed proprie FRACTIO PANIS dicebatur *Eulogiarum* benedictio, quae a Presbyteris vel Episcopis fiebat ante cibi sumptionem, seu prandium, quas amicis vel conuiuis distribuebant

bant in *communionis* ſymbolum. Vide Gregorius Turonenſis in Vitis Patrum cap. 6. dixit: *Panes confracto communionem largiri*, et Theodorus Cantuarienſis Archiepiſc. in Capitul. c. 95. *Fracta oblatione communicent.* Idem c. 5. *Cum Graecis non frangunt Panem ſanctum, nec Oblectionem dicunt, vel Dominus vobiscum, Diaconus, nec Completum.* Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi c. 57. *Et illa die omnes Epiſcopi ſe invicem oſculantes et amplexantes, Panemque frangentes communicaverunt etc.* Vide *Panis Benedictus*, *Eulogia.* PANIS FRANCICVS, placentae genus. Charta an. 1291. to. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 26. PANIS FRIXIVS *gehrſthlaf*, in Gloſſario Saxonico Aelfrici. PANIS FRVMENTI, qui nobilium erat, vel certe honoratorum aut diuitum Plinius lib. 19. cap. 4. *Alio pane procerum, alio vulgi, tot generibus usque ad inſutum plebem deſcendente annona. Panis Frumentarius*, in Statutis antiq. Corbeienſib. lib. 1. cap. 4. PANIS FVRFVRATIVVS, pro *Furfureus*, apud Alexandrum Iatrosophiſtam lib. 1. Paſſion. vbi Gloſſae MSS. *Panem Furfuratium, qui fit ex ordeo vel furfure*, interpretantur: σιτηρέσιον, Graecis. PANIS GRADILIS, qui ad gradus plebi diſtribuitur: nam cum ſumma eſſet plerumque in vrbe Conſtantinopolitana rei frumentariae penuria, tum propter ciuium et incolarum in ea multitudinem, tum quod Thracia atque adeo vicinae regiones, frumenti haud multum feraces, iis alendis vix ſufficerent, prouiſum ab Imperatoribus, vt per annos ſingulos, certis ac ſtatis temporibus, annona ex Alexandria et Aegypto in vrbem transferretur: quam quidem transuectionem *Felicem embolum* vocitabant, quod ea populus gaudens reficeretur. Nec hac ratione penuriae publicae cautum duntaxat, ſed et panes, Imperatoris nomine, diuidebantur, non pauperibus modo, verum etiam honeſtioribus e populo, atque iis praeſertim, qui domos in vrbe exſtruxerunt, quos κτητόρων nomenclatura; non vno loco donat Chronicon Alexandrinum, *Poſſeſſorum*, Liberatus Diaconus cap. 20. nos dicimus, *Proprietaires.* Vnde panis ſine ius capiendorum panum a publico domo ſequebatur, ita vt qui illius quomodo diſtraxiſſet, id iuris amitteret, vt eſt in l. 1. Cod. Theod. de Annonis ciuilibus. Diſtribuebantur porro eiusmodi panes in gradibus, vnde *Gradiles* appellati ſunt. Prudentius lib. 1. contra Symmach. PANIS GRESVS, cinereus, ater, furfuraceus. Inquiſitio pro canoniſatione S. Yuonis MS. PANIS HEBDOMADARIVS. Vita S. Nili lunioris p. 40. Qui forte vni hebdomadi ſufficit alendo homini. PANIS HERBATICVS, vel HERBAGEVS. Gloſſae Biblicae MSS. *Borith, herba, de qua fiunt panes, quos Herbaticos appellant, quibus fecatis pro ſapone vtuntur.* Eadem habent Papias et Ioannes de Ianua. Panis ex herba facti meminit Suetonius in Iulio cap. 68. PANIS HORDACEVS, in Concilio Francofurd. ann. 794. cap. 4. Fortunatus lib. 10. Poem. in Epiſt. 2. ad Mumolenum: *Quod triticei panis oblectante candore, vel ſuauitatem paſcente, poſt Hordaceae frugis ariſtoſa ciboria faſtidioſo vtinam dente, nare, fauce, tranſitur.* PANIS HOSPITVM, vel *ad hoſpites*, quo refici ſolent hoſpites. Chartular. S. Vendreg. to. 1. pag. 721. † PANIS IERNAGII, e frumento hyemali confectus. V. *Iernagium.* PANES LAVITII. Statuta antiqua Canonicorum S. Quiricini in Viromand. apud Hemereum pag. 186. *Debet Eccleſiae S. Petri vnicuique de turriſecis 1. panem, ſcilicet de panes de medio, et Laudeies Panes, ſcilicet 6. ſexs. frumenti*, etc. Infra: *Debet cuſtos cuique primate 1. panem et 2. ſext. frumenti ad Panem Laudeium.* Iſidorus lib. 20. cap. 2. *Spongia, panis aqua diutiſſime laxatus, ſimilem modicum accipit, et fermentum modicum, et habet humectationis pluſquam eundi panis: vnde et ſpongiae nomen accepit.* Vide Io. Ruellium lib. 2. de Natura ſtirpium cap. 31. PANIS MATINELLVS, ſ. qui ad ieiunantium

lum

lum apponebatur. Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 844. *Duos Panes qui vocantur Marsinelli tantummodo percipiet.* PANIS MEDIVS, dimidius panis. Regula Magistri cap. 26. PANES MELLITI, Gallis *Pains d'Espice.* Arnoldus Lubecensis lib. 3. c. 32. PANIS MILITIS, idem qui *Armigerorum.* Charta an. 1248. in Chartular. Fiscamn. PANIS MIXTVS, in Itinere Camerari Scotici c. 9. §. 4. *Panis de minutura*, in Statutis antiq Corbeiensibus lib. 1. c. 4. *Pain de metail.* V. *Mixtum* 2. PANES MONACHILES, Monasticum Anglic. to. 1. p. 149. *A Celerario singulis diebus debent venire in refectorium 7. Panes Monachiles, quorum quilibet eris ponderis 6s. solidorum, ex quibus singuli Monachi singulos percipient.* PANIS MVTVATVS, in vetusto Chartular. unde Gallis corrupte *Pain mouton*, quasi panis verveceus. *Mutuatus* vero dici ex eo videtur, quod illum diuitibus offerre solent pauperes pecuniam inde ab eis accepturi, ac si mutuum darent. Vide Dictionarium Treuoic. v. *Pain.* PANIS NATALITIVS, cuiusmodi fieri solet in die Natalis Domini, et praeberi dominis a praediorum conductoribus, in quibusdam provinciis, qui ex farina delicatiori, ouis, et lacte confici solent: *Cuignets* appellant Picardi, quod in *cuneorum* varias species efformentur. Gerasinus Dorobernensis an. 1188. *Nec eorum deuotioni sufficere potuit, Panem conferre Natalitium, nisi etiam consensui panem conficerent piperatum.* Charta Petri Meldensis Episcopi an. 1228. in Tabular. eiusdem Ecclesiae fol. 35. *Item quinquaginta hominibus de Varedis consuetudines nemoris, videlicet gallinas, Panes de Natali et bolas, et ipsi quinquaginta nobis*, etc. PANIS NAVTICVS, Marcello Empirico cap. 27. p. 137. qui alias *Biscoctus. Vetus ait Nauticus Panis*, apud Plinium lib. 22. cap. 25. *Panis naualis*, Coelio Aureliano lib. 5. Chron. cap. 1. PANIS NICOLAVS. Ita placentas appellauit Augustus a Nicolao Damasceno sibi exhibitas et donatas, vt est apud Photium in Bibl. Ruffinus de Vitis Patrum c. 7. *Nicolai etiam ingentes et Panes calidi et mundissimi*, etc. Vide ibi Rosweidum. PANIS NITIDVS, apud Bedam lib. 2. cap. 5. et Marculfum lib. 1. form. 11. *Mundus*, apud Lampridium in Alexandro Seuero. Ita porro saepe dicitur, qui ad sacrificium paratur, Concilium Toletan. XVI. can. 6. *Vt aliter Panis in altari Domini sacerdotali benedictione sanctificandus proponatur, nisi integer et Nitidus, qui ex studio fuerit praeparatus*, etc. PANES NVNTII, qui nuntiis dari solent, in nuntii allati mercedem. Philippus Eystetensis Episc. in Vita S. Wilibaldi, de quodam contracto senato ad Translationem reliquiarum S. Walpurgis: *Claudicando cursum ascendit praeuenpans, in haec verba, O glorioso Praesul Christi Wilibalde, da mihi Panem Nuntii, soror tua admonis te benigne salutaria.* Vbi Gretzerus ad oram libri scripsit hoc verbum Germanicum *Bostembrots*, ex *Brots*, panis, et *Bots*, nuntius. PANIS OBLATVS, in Flora lib. 2. c. 14. §. 4. *Oblatus* lib 2. c. 72. §. 19. Vide *Oblata.* † PANIS OBLIALIS, tenuissimi panis species, Gall. *Pain oublieve.* Hist. Abbat. Condom. PANIS OCVLATVS, Gallis *Pain d'yeux*, rarus, fistulosus, in Medicin. Salernit. edit. 1622. p. 155. PANIS OPIRVS. Glossae ad Alexandrum Iatrosoph. *Opirus Panis, i. panis medie magnus.* Sic in MS. Vide *Opirus.* † PANIS REGIS, regi destinatus, Germ. Mundbrod. Areest. Mf. a. 1345. PANIS OSTIENSIS, V. *Panis Fiscalis.* PANIS PAGANVS, a rusticis seu hominibus qui in pagis habitant, confectus. Charta ann. 1309. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 86. PANIS PAPALIS. Matth. Siluaticus: *Similia sic fit. Frumentum fractum in frusta, vel molitum grosse, in qua diuersa substantia diuiditur per cribra, extrahitur furfur, et farina subtilissima, quae pollina dicitur. postea remanet similia, quae diuiditur in grossum, subtilem et mediocrem. De pollina fit Panis Papalis*, etc. Eadem habet nescio quis Cotta. Idem et

et *Panis Romanus* vulgo appellatur. Vide Angelum Paleam in Antidotarium Mesuae. PANIS DE PARIBVS: Charta Radulfi de Clarom. Domini Ailliaci an. 1224. in Tabular. Corbeiensi: *Advocatus habet apud Brach de singulis hospitibus unum Panem de Paribus.* Idem qui PANIS DE PERS, in Charta an. 1293. ex eodem Tabular. *Beatrix Pierres et duo liberi sui pro manerio suo* (debet) *in Natali unum caponem XII. denarios et unum Panem de Pers . . . Domina Peronale Carpentier pro manerio suo in Natali Domini unum caponem, unum denarium et tres Panes de Pers . . . Item Agnes Raimbalde pro domo sua in Natali duos capones, duas fouachias de Pers.* PANIS PAXIMATÉVS, Vide *Paximapium.* PANES PELE. Tabular. Calense p. 40. *Item XII. panes qui vocantur Panes Pele Item XII. capones.* PANIS PICENTINVS, qui ex alica fiebat; vt auctor est Plinius l. 18. cap. 11. de quo etiam Apicius lib. 4. de Re culin. cap. 1. PANIS PIPERATVS, idem qui *Mellitus*, V. *Panis Natalitius.* PANES PRAEBENDARII, qui diatim distribui solent Canonicis Praebendariis ex communi pistrino. Honorarius III. in 5. Compilat. tit. 16. cap. 2. PANES PRAEBENDALES dicuntur in Concilio Colonienſi ann. 1260. can. 11. PANES PRIMITIALES, qui Ecclesiis aut dominis, pro primitiis offeruntur. Tabularium S. Flori in Aruernia. Iidem qui PANES PROPOSITIONIS dicuntur in Charta Auae Comitissae Ruscinonenſis apud Steph. Baluzium in Append. ad Capitul. num. 144. Nam iis solis Sacerdotibus et Leuitis licebat vesci, ex 1 Reg. 21. PANES PROVENDAWICII. Adalardus lib. 2. Statutorum Corbeiensium cap. 1. *Vnicuique fratri Wortolano per vices centum Panes Prouendariciae, quos panes debet dare frater, qui pabulum prouidet fratrum.* PANIS DE REVLETO, ex farina, vnde pollen excretum est, factus. Charta ann. 1297. in Chartul. Fiscamn. PANIS REVERSATVS, V. *Focacia.* PANIS ROMANVS, V. *Panis Papalis.* PANIS RVBIDVS, *uecottus et rubefactus.* Ibid. l. 20. c. 2. PANIS DE SALA, idem qui Hospitum, *Pain de Sale.* Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 844. PANIS SANCTAE ORATIONIS diceborur *Panis benedictus* apud Albigenses. Limborch. Inquis. Sent. Tolos. pag. 29. Occurrit iterum pag. 30. PANES SANCTI SPIRITVS, qui pauperibus per totam Pentecostes hebdomadam erogabantur. Charta 1385. in Chartul. eiusdem Monast. pag. 465. PANES SANCTORVM, qui ad altare offeruntur. Herardus Archiep. Turon. in Capitul. cap. 24. PANIS, *qui in furfugine coquitur*, apud S. Willelmum lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 9. PANIS SECVNDVS, cui furfuris aliquantum admixtum est. *Sequanum* vocat Lampridius in Alexandro Seuero, qui scilicet *Mundum* excipit Constantinus African. lib. 5. Commun. loc. medic. cap. 15. PANIS SEGALATICVS, V. *Segalum.* PANIS SENIORVM. Guidonis Discipl. Farfens. c. 45. *Debet frater procurator eiusdem loci quotidie accipere ex promptuario panes decem et septem, et libras tres de illo Pane, quem Seniores habuerint in refectorio.* PANIS SERVIENTALIS, qui seruientibus seu famulis dari solet. Consuetudines Monasterii de Regula. Huic opponitur panis, qui Plinio *procerus* dicitur. PANIS SICCVS, idem videtur qui *Secundus.* Epistola Episc. cuiusdam a Mabillonio laudata to. 3. Annal. p. 510. PANIS SIGILACIVS, apud Beluz. Hist. Tutel. col. 436. *Decem quoque sextaria sigilis propter oblatas Panes Sigilacios.* Idem qui PANIS SILIGINEVS, apud S. Wilhelmum lib. 1. Constit. Hirsaug. cap. 6. V. *Siginum.* PANIS DE SIMENEL, Ioanni Villaneo lib. 8. cap. 82. *Pan de simele.* Vide *Simenellus.* PANIS TEMPERATVS, cui opponitur *Distemperatus*, apud Constantinum African. lib. de Ratione victus aegr. p. 278. 279. *Panis Temperatus vel sub cinere coctus*, eidem, *Panis coctus temperate*, lib. 5. Commun. loc. medic. c. 15.

ita

ita ut hæc exteriora nimis tenuia, nec interiora nimis mollia, etc. † PANIS TORNATVS, panis ater, furfureus, Gall. *Pain bis*, ol. *Tourte*. Inuent. a. 1271. PANIS TRAVERS. Hist. MS. Monast. Beccens. p. 592. *Quandiu vixerit singulis diebus unum micham panis et duos Panes Travers, unum mensurum cervisiæ quatuor ova.* PANIS DE TRIT, in Fleta lib. 2. cap. 9. §. 1. et in Itinere Cameræ Scotiæ. cap. 9. §. 4. V. *Wastellus*. PANIS TRIBOLETI. Charta an. 1442. ex Archivo S. Victoris Massil. *Dominus abbas debet tenere bonum panem album, qui dicitur Panis Tribuleti, quorum quilibet debet esse de pondere VIII. unciarum in pane cocto.* Haud scio an idem sit qui PANIS DE TRVSET. Capitul. genér. an. 1294. ex eodem Tabular. *Quod nulli speciale vinum vel Panis de Truset omnibus communiter præstetur.*

PANVM PRAESTATIO, in venditionibus. Necrologium Ecclesiæ Carnotensis: *Acquisivit, quidquid dictus Miles habebat apud Mundimaillum, videlicet partem suam Panum et vinderum.* PANEM OFFERRE, ad sacrificium scilicet, in Capitulari Pipini Regis Italiæ c. 34. V. *Offerre*. ESSE AD PANEM ET VINUM dicitur domesticus; qui est e familia alicujus, qui ex pane domini victitat. Regestum Constabulariæ Burdegal. fol. 202.

(4) † PANIS pro quavis præstatione, etiam pecuniaria, non semel usurpatur, ut videre est in *Panis focagii* et *foreste*.

(5) † PANIS pro victu quocunque sumitur in Lege Salica, tit. 58.

† PANISCVLVS, dimin. a *Panis*. Tract. Ms. de re milit.

PANISSA, minutioris grani species, idem quod *Panicium*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351.

PANISTARIVS, PANITARIVS, Vide supra *Panetarius*.

PANITA, V. *Paneta*.

† PANITECHA, repositorium panis, in vet. Gloss. cod. 521.

PANITIA, V. *Panicium*.

† PANITISSOR, mendose pro *Panicifor*, qui pannos scindit, sartor, in Prob. t. 2. Hist. Burg. p. 220. V. *Panicifer*.

PANITTARIVS, idem qui *Panetarius*. Charta Eduardi I. Reg. Angl. ann. 1299. apud Rymer. to. 2. pag. 853.

PANIZATA, V. *Palizata*.

PANKETA, V. *Panchesa*.

PANNA. (1) Sartago, caldarium amplum, Germ. Pfanne, Pfanne. Apud Andegauenses, vas fictile maius in quo panni lexiuio mundantur, vocant *Panne*. Charta an. 1178. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 8. (2) Vox lignariorum quæ lignum designant quadratum sex aut septem pollicum, quod super tecti canterios impositum, ligneisque retentum fulcris, portat asseres, Gall. *Panne*. Hinc *Panna* in Cathedralibus aliisque maioribus ecclesiis vocatur tignum illud transuersarium quod ad ambonem positum pluribus cereis ornatur. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. p. 98. *Item fustum quod vocatur Panna, debet duodecim denarios.* (3) PANNA GVTTAE, ex fastigii pars, quæ tabulato respondet. Tabular. S. Clodoaldi. V. *Gutta* 4. (4) Pellitium. V. *Pannus* 2.

PANNAGIVM, V. *Pastio*.

PANNALIVM, vexillum minus. Funus Iohan. Galeaz ann. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 1035. V. *Bandum* 1.

† PANNARIA, pannorum textura, in Leg. Gen. a. 1576.

PANNARIVS. (1) Caniſtrum, *Panier*. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 276. V. *Pannerius*. (2) Pannorum venditor, Gall. *Marchand drapier*. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1376. apud Rymer. tom. 7. pag. 117.

PANNEI LAPIDES, imbrices, tegulæ, Theuton. *Panne* et *Ghenpannen*. Chronicon Vindhemiense lib. 1. c. 11. *Quæ Panneis Lapidibus cemento contexerunt.*

PANNELLARE, in paginam seu schedulam referre, apud præticos Anglos. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an.

an. 1377. apud Rymer. to. 7. p. 147. V. *Panellum* 2.

PANNELLVS. (1) V. in *Panensest* et *Panellus* 3. (2) † *Pulvillus*, Bast. in Gloss. Lat. Gall. cod. 7679. V. *Panellum* 3.

† PANNERIVM. (1) Idem q. *Banerium*, ap. Pez. t. 1. Script. p. 1203. (2) Instrumentum piscatorium, in Ch. Ms. a. 1287.

PANNERIVS, sporta, corbis; *Panier*. Charta an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 98. V. *Penerius*.

PANNETERIA, V. in *Panetarius*.

PANNETERIVS, idem qui *Panetarius*. Processus de Vita B. Petri de Luxemb. to. 1. Iulii pag. 586.

PANNICIDAE, qui pannos scindunt, Sartores, *Tailleurs*, Gallis. (* Porius qui pannos vendunt, German. Gewandschneider.) Tidericus Langenius in Saxonia:

Sunt mercatores, quibus attribuntur honores,
Sunt Pannicidae pleni super omnia fide.

† PANNICISOR, PANNICISSOR, idem, in Lit. remiss. a. 1352.

PANNICLEROSVS. Historia Episcoporum Autissiodorensium cap. 51. *Quando ipse intrauit Ecclesiam, sic nudum vestimensis Presbyterium, sic Ecclesiae corpus ornamentis exutum, sic chorum cappis expoliatum reperit; vt in quinque tantum Pannicleriis, et sexta, quae bona erat, chorus psallendo triumpharet*; etc. Forte *pannosis*, vel *pannisaloss*, id est, detritis et in frusta decisis.

PANNICVLARIA, apud ICtos quid sint discimus ex Rescripto Hadriani D. de bonis damnat. *Non enim bona damnatorum Pannicularia significari quis probe dixerit: nec si vnum circa se habuerit, protinus sibi vindicare debebit. Sed vestem, qua is fuerit indutus, aut nummulos in venterali, quos victus sui causa in promptu habuerit, aut leues annulos.* V. Hofmannum.

PANNICVLVS, quisquiliarum fasciculus. Miracula B. Simonis de Liponica tom. 4. Iulii pag. 560.

PANNIGVSOR, sartor, Gall. *Tailleur*. Charta ann. 1366. pro Aquaristu de Talemundo.

PANNIERR, idem qui *Pannificus*, in Charta ann. 1478. apud Rymer. to. 12. pag. 61.

PANNIFICIVM, pannorum textura, fabrica. Litterae Philippi VI. Regis ann. 1335. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 114.

PANNIFICVS, pannorum confector. Charta Communiae Belvacensis an. 1183.

† PANNITGIVM, f. molendinum quo panni densantur, t. 2. Hist. Cassin. p. 452.

PANNITONSOR, pannorum tonsor, Gall. *Tondeur de draps*. Obituarium MS. S. Gerardi in Lemouic. fol. 31.

PANNONCELLVS, Gall. *Pennonceau du Roy*, velum quod praediis obsignatis opponitur. Ordinat. Ludouici X. an. 1315. to. 1. Ordinat. Reg. Fr. p. 572. *Pannucellos seu baculos nostros . . . apponant*, in Charta Caroli V. Reg. Franc. an. 1369. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. pag. 473. V. *Brandeo* 2. *Pannus* 5. et *Pennonesi*.

† PANNORMIA, titulus opusculi Yuonis Carnotensis, quibusdam *Panormia*, de quo fuse Baluz. in Praefat. ad Dial. Aut. Aug. de Emendat. Gratiani.

† PANNOSITAS, albugo, pellicula oculi, t. 5. Sept. p. 713.

PANNVCEVS, Papiae, *Pannosus. Pannucea vestis, quasi pannosa, dicta, quod sit diuersis pannis obsita.* Isidorus lib. 19. cap. 22. habet *Pannucia*. Pro *Obsita*, Vgutio legit *abscisa*. Persius Sat. 4. V. 21.

Dum te deterius sipitos Pannucia Bencis.

PANNVCVLA, V. *Panucula*.

PANNVLA, V. *Pannala* et *Pannus* 2.

PANNVLEIVM, *fudarialum a panno, et voluendo filo*. Laut. in Amalth. *Pannuellium*. Turnebo lib. 22. Aduers. cap. 6.

PANNVLVLA, *manicula textricum, qua eius discursu panni texuntur*. Vgutio.

† PANNVLVS, diminut. a *Pannus*, in Ch. Ms.

PAN-

PANNVM. (1) Vadium, pignus, Germ. Pfand. Leges Balduini Flandriae Comit. ann. 1200. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 766. (2) PANNVM GALLINARVM, pro *Bannum*, vt videtur, census gallinarum. Vide *Gallinagium*. Charta Alexandri Leodic. Epiſc. an. 1131. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 709. *Venatores ſuos ſeu canes eorum, ancipitres ſuos et quoslibet officiales, clientes, foreſtarios, ab impetratione meſſis, Pannum Gallinarum et quarumlibet exactionum . . . placuit ei omnimode excludere.*

PANNVNCVLA, V. *Panucula.*

PANNVS. (1) Portio, ſegmentum, Gallis *Pan*.. Siluester Giraldus de Hibernia expugnata cap. 21. *Militis quoque coxa ferro vtrinque veſtita vno ſecuris ictu cum Panno loricae praeciſa, etc.* PANNVS, pars Eccleſiae. Ordinar. Eccleſ. Cabil. apud Marten. Tract. de Ritib. pag. 125. *Fit ſtatio in primo Panno et ſit ſtatio in ſecundo Panno.* PANNVS LIGNEVS, portio nemoris. Charta an. 1245. in Chartular. Pontiſar. † PANNVS CLAVSTRI, pars, latus, in Ch. Mſ. a. 1245. † PANNVS ARMORVM, pars armaturae, quae latus defendit, Gall. *Pans*. Litt. remiſſ. MS. a. 1354. (2) Cambro-Britannis *Pan*, *pellitium*, pili molliores, Gallis *Panne*. Tudebodus lib. 5. Itineris Hieroſol. *Et fecit illis magnum mercatum fieri de equis et aſinis, et pane et caſeis et Pannis et omnibus bonis.* Vide Diſſertat. 1. ad Ioinvillam pag. 130. PANNA, idem quod *Pannus*. Teſtam. Oliuerii de Clicio an. 1406. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 827. PANNVLA, diminut. a *Panna*. Charta an. 1366. pro Aquariatu de Talemundo. PENNA, eadem notione, ex Gallico *Penne*. Statuta Ordinis *de Sempringham* pag. 715. de fratribus Pelliparіis: *Habeant vnde pelliceae et Pennae Sanctimonialibus et Sororibus Canonicis et Fratribus fiant.* V. *Buccula* 1. (3) PANNVS BERETTINVS, cinerei coloris, panni ſpiſſioris et vilioris ſpecies. Chron. Eſtenſe ad an. 1291. apud Murator. to. 15. col. 521. V. *Berretinus* et *Birrus*. PANNVS DE BIGARIA, ſ. *de bigeria*, pannus rutus, villoſus. V. *Bigeria*. Charta Iohannis Comit. Carnot. an. 1222. ex Schedis D. Lancelot. PANNVS BRVNVS *de Draſia* a Duaco ciuitate, Gall. *Donay*, nomen habens. Computus ab ann. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 274. PANNVS CARTARINVS, († mendoſe, leg. enim *tartarinus*, V. in hac voce.) Teſtam. Iohan. Gaſgui Epiſc. Maſſil. an. 1344. ex Tabular. eiusdem Eccl. *Lego eccleſiae Maſſilienſi . . . . duos Pannos cartarinos, cum quibus ſaepe iuſſit parare altare B. Mariae, in quorum altero eſt hiſtoria ſancti Nicolai de opere Anglicano.* Occurrit rurſum ibid. PANNVS DIASPRETVS, panni pretioſioris ſpecies, *Diaſpre*, Vide *Diaſprus*. PANNVS FRATVS, pro *Frectatus*, vel *Fritatus*, ni fallor, cancellatus, Gall. *Raié*. Litterae Patentes Caroli V. Reg. Fr. an. 1367. PANNI GRANAE, pannus coccineus. Statuta Maſſil. l. 1. c. 36. V. *Grana* 1. PANNI IMPERIALES. Radulphus de Diceto ann. 1178. *Comes Willelmus de Magnauilla Hieroſolymis rediit 8. Id.* Octobris. *Qui peregre profectus, ſicut altaria multarum per Angliam Eccleſiarum habuerat in memoria ſic et rediens habuit in veneratione Pannos, quos ciuitas Conſtantinopolis vocat Imperiales, paſſim locis diſtribuens Religioſis.* V. *Pallium* 2. PANNVS NIELLATVS, ſubniger, V. *Nigellus* 1. PANNVS PLANEVS, V. *Planeus*. PANNVS PROMISCVVS, ferruginei coloris. Vita S. Iohannis Gualberti to. 3. Iulii pag. 348. PANNI ROTVNDI. Bulla Adriani IV. PP. pro Canonicis Placentinis apud P. Mariam Campum in Hiſt. Eccl. Placent. in Regeſto 2. part. n. 12. *Et Pannos rotundos deferentes in Eccleſia conſtitutis horis domino ſecundum conſuetudinem deſeruire.* Adde ch. 60. PANNVS VIRGATVS, virgis quibusdam, in longum vel in latum varia ſerie et colore porrectis, diſtinctus. Limborch. Hiſtor. Inquiſ. Toloſ. pag.

50. V. *Virgatus.* PANNI DE WORSTEDE. Skinner. Lex. Etym. *Worsted, Lana quaedam textilis a Worsted oppido Norfolc. eius opificio quondam celebri.* (4) Habitus, veſtimentum. Statuta Aſtenſ. fol. 2. recto: *Pannorum vero eorum* (haereticorum) *et rerum mobilium medietas ſic accuſantium.* PANNI MONIALES, veſtes monaſticae. Notitia apud Mabill. to. 4. Anal. pag. 742.

† Hinc *eſſe de pannis alicuius* dicitur de familiaribus, quos domini veſtimentis donant. Liber virid. eccl. Carnot. V. *Drappus* et *Roba.* (5) Periſtroma, Gall. *Tapiſſerie.* Iohannes Diaconus in Vita S. Athanaſii Epiſc. Neapolit. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1046. V. *Pallium* 2. (6) Vexillum, ſignum bellicum, Gall. *Banniere*, quod prae ſe ferre in expeditionibus militaribus conſueuerant nobiliores, atque id fuit etiam Epiſcoporum et Abbatum ius, vt vaſſallos ſuos in praelium ſub eccieſiarum ſuarum vexillis conducerent, cum a Rege vel Principe ſubmonebantur. Charta donationis Comitatus Camerac. ab Imp. Henrico II. an. 1007. *Praecipimus vt praelibatae ſedis Eralwinus Epiſcopus ſuique ſucceſſores liberam dehinc habeant poteſtatem eundem Comitatum in vſum Eccleſiae ſupra dictae tenendi, Comitem eligendi, Pannos habendi, ſeu quidquid ſibi libeat modis omnibus inde faciendi.* Nec aliunde, vt obiter dicam, vocis *banni* originem repetendam eſſe exiſtimo: *banni* quippe ſeu vexilla erant *Panni* haſtis affixi; hinc etiam habes natiuam, ni fallor, vocis Gallicae *Pannonceau* originationem. V. *Pennones* et *Vexillum.* (7) PANNVS OCVLI, oculi albugo, λεύκωμα, Italis etiam *Panno.* Conſtantinus African. lib. de Gradib. *Petroleum . . . valet cataractis et Pannis oculorum.* V. *Pannoſitas.*

PANNVTIA, V. *Pannuceus.*

PANNYCHISMVS, nocturnae vigiliae, pernigilatio, Graecis παννυχίδες. Vide Gloſſ. med. Graecit. in hac voce. Arnobius lib. 5. p. 173. *Quibus myſteriis pernigilia conſecrata ſunt et Pannychiſmi graues.*

PANOCETA RHEINOVIANA, panacis ſpecies, ſic dicta quod circa Rhenum facilius creſcat. S. Willelm. Conſtitut. Hirſaug. lib. 1. cap. 12.

† PANOCLA, portio, ſegmentum, in Ch. a. 715. ap. Murat. t. 6. Antiq. p. 377. V. *Pannus* 1.

PANOCLYSTA, pro *Spanoclyſta*, quod vide.

PANORA. (1) V. *Panera* 1. (2) † PANORA, PANORVM, menſura agraria, *ſextarii* pars duodecima, Ital. *Panoro.* Ch. Mſ. a. 1289.

PANORVM, modus agri. Guiduccius lib. 2. cap. 18. de S. Humilitate to. 5. Maii p. 210. *Anno 1282. 19. Octobris emit Sancta 12. ſextaria et 9. Panora terrae a fratribus quibusdam de Poenitentia dictis, tunc Florentiae habitantibus, pro libris 382. et ſolidis 10. in parochia S. Laurentii.* V. *Panalata.*

PANOSVS. Caelius Aurelian. lib. 1. Tard. paſſion. cap. 4. *Dabimus etiam tum cibum plurimum atque Panoſum.* Vbi interpres *Panoſum* eſſe ait panem aridum, vel ſucco aliquo liquido conditum, vel iure.

PANOTVM, V. *Panale.*

† PANPHILVS, nauis ſpecies, Ital. *Panfano*, in Areſt. a. 1359. V. *Panfilus.*

PANSA, *qui ambulat pedibus in diuerſa tendentibus.* Gloſſ. Iſid. Vox nota Latio pro Latipes.

PANSELENOS, *tota lux noctis, ſcilicet Luna plena, vel Plenilunium*, Ioh. de Ianua. Gloſſar. Graec. Lat. πανσέληνος, *luna plena.* Alibi: πληροσέληνος, *plena luna.* Vitae Abbatum S. Albani p. 106. *Cum fuiſſet luna Panſelenos.* Perperam PANSENIA, apud Felicem Monachum Girwenſem in Vita S. Guthlaci n. 2. Vbi leg. *Panſelinae*, ex Graec. πανσελήνη, *plenilunium, luna plena.*

PANSERIA, lorica, Italis *Panziera*, a *Panza*, vt videtur, quod Italis et Francis ventrem ſonat. Acta S. Petri Coeleſtini to. 4. Maii p. 434. V. *Pancerea.*

† PANSITARE, ſturnorum vox. Carm. de Philomela Mſ.

PANSERMIVM, *commune femininum, materia prima, a* πᾶν *et* σπέρμα. Goclenius in Lex Phil.

PANTALERIA, vt *Panthera* 2. Statuta Montis Regal. fol. 204.

PANTÁNVM, PANTANELLVM, palus, ex Italico *Pantano, luogo pien d'acqua ferma e di fango*: Acarisio, qui vocem Longobardam esse, ait, *Il fango tenere e molle.* Pergamino; *aqua fangosa.* Charta Benedicti PP. an. 1033. apud Vghellum to. 1. Ital. sacr. part. 1. p. 121. *Vel alias turres, quae extensae sunt ab vna parte iuxta terram vestram, et Pantonum cum eodem ipso Pantano saliente ad viam publicam, etc.* Et pag. 144. *Cum . . . pascuis et siluis, Pantanis et riuis cultis et incultis, etc.* Ita legendum pag. 136. pro *panteriis.* Charta Friderici Imp. an. 1211. apud Rocchum Pirrum to. 2. p. 639. *Et ducere* (aquam) *per conductum per terras ipsius domus in paruum Pantanellum suum, et piscarium ibi habere, etc.*

PANTAPOLA, *simplasiarius.* Gloss. Isid. Leg. *Seplasiarius*, vt est in Excerptis, authore Graeuio.

PANTATIO, pignoratio. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 307. V. *Pannum* et *Pandare.*

PANTERA, PANTERIA. Vetus Notitia ex Tabular. B. M. de Argentolio fol. 59. XIX. *fol. . . . super stallum in Pantera B. Dionysii.* Sugerius de Administr. sua c. 1. *Triginta quinque* (solidos) *de censu stallorum pistorum in Pantera . . . refectioni fratrum apposuimus.* Idem Suger. de Consecrat. Eccl. S. Dionys. *Exeuntes per plateam, quae Panteria, eo quod inibi omnia emptioni et venditioni terminus, antiquitus vocitantur, etc.* Vbi habes vocis Originem, haud multum certam. Hoc forum *Panetiere* hodie dicitur, quod a vendito ibi panno duci posset. Huic etymo fauet prior locus ipsius Sugerii. V. *Panthera* 2.

† PANTESERIA, i. forte quod *Pantanum*, palus. Ch. Ms. a. 1235. *A terra Surdi vsque ad Panteseriam.*

PANTHEMA. Eckehardus iunior de Casibus S. Galli cap. 3. pag. 59. de quadam imagine ab ipsa Deipara depicta: *In bractea autem ipsa aurea, cum reliquisset circuli planitiem vacuam, nescio cuius arte postea caelati sunt apices:*

Hoc Panthema pia celauerat ipsa Maria.

Puto legendum *anthema*, seu potius *anathema*, ex Graec. ἀνάθημα, *donarium.*

PANTHEON, templum omnium Deorum, cui nunc S. Mariae Rotundae nomen. Anastasius in Epitome Chron. Casin. apud Murator. to. 2. p. 354. V. Lexic. Pitisci. PANTHEVM, pro Basilica, in vet. Inscript. apud Mabillonium Itin. Ital. pag. 224. *Sacrophagum et Pantheum cum tricono dispositis et perfecit*, id est, Basilicam tricameratam.

PANTHERA. (1) Retis species, qua capiuntur anates. Describitur a Petro Crescentio lib. 10. de Agricult. cap. 17. Normanni inferiores *Pantiere* vocant rete, quo capiuntur aues maritimae. Salmasius de Vsur. p. 352. πανθήρα, *genus est retis, quo omne genus ininstarum auium capitur; vt* παυσήρα, *quo piscium omne genus.* V. Lexicon Martini. (2) Tentorium, sub quo merces in publicis locis venum exponuntur; quod in modum retis *panthera* dicti efformatum esset, forte sic dictum. Statuta Astens. c. 71. fol. 62. V. *Pantaleria* et *Pantera.* (3) † Machina bellica triangularis, ferramentis acutis instructa, vt quidquid obuium darur, transfigat. Hanc describit Guido de Vigeuano Mod. de expugn. T. 5. c. 13.

PANTHEVM, V. *Pantheon.*

† PANTHIERA, lorica, thorax, Ital. *Panziera*, Germ. Panzer. Stat. Pistor. a. 1107. V. *Panseria.*

PANTIA, lucanicae species, V. *Toma.*

PANTIATVS, ventrosus Plinio, *ventriosus* Plauto, Graecis γαστρώδης, Gallis *Pansu.* Vir *pantiatus, venter pantiatus*, apud Michaelem Scotum lib. de Physionomia cap. 21. et 85. V. *Pancerea.*

† PANTOCHAEVM, i. q. *Pandoclium*, in Act. SS. t. 3. Aug. p. 815. V. *Pandox.*

PANTOCHARTA, V. *Ponchirta.*

PANTOFLA, calceamenti genus, aliud ab hodierno Gallico *Pantoufle*, German. Pantoffel Concil. Senon. ann. 1480. to. 5. Spicil. Acher. pag. 626. V. *Sandalia.*

PANTONARIVS, pontis cuſtos, Gallis *Pontonier.* († Nequaquam, hic enim hominem miſerum et nihili ſignificat, vt Gall. *Pantonnier* in *Paltonarius.*) Epiſtola tom. 5. Annal. Bened. pag. 684. V. *Paulinus.*

PANTONERIA, burſae ſeu marſupii ſpecies, in Fleta lib. 2. cap. 82. §. 2. forte pro *Panneteria.*

PANTONIVM, *navigium tardum et grave*, Papiae. Sed legendum *Pontonium*, V. in *Pontones.*

† PANTOR, fiſtulator, vt videtur, vel fiſtularum artifex, a *Pantorium*, tibia, fiſtula. Ch. Mſ. a. 1292.

† PANTORSSERIVS, piſtor, Occit. *Panconſſier.* Lit. a. 1378.

PANTVS, omnis, ex Graec. πᾶς, παντὸς. Charta Regis Merciorum an. 816. apud Hickeſ. Grammat. Anglo-Sax. pag. 173.

PANVCELLIVM, penus, vel locus recondendo pani, quo caſu legendum eſſet *Panicellium.* Gloſſ. Lat. Graec. *Panucellium*, πάνειον. Salmaſius reponit πανίον.

PANVCLA. Iſidor. lib. 19. c. 29. *Panuliae, vel Panuclae, dictae, quod ex iis panni texantur: ipſae enim diſcurrunt per telam.* Vbi Papias legit *Pannulae.* Gloſſ. Aelfrici cap. de veſtibus: *Panucla, Geclutadhraegel*, i. conſuta veſtis. Vbi Somnerus *panuucia* reponendum cenſet. *Panutla*, nude habent Gloſſae Arabico-Lat. V. Meurſium in πανῦχλα, Martinium in *Panuelium*, et *Pannus* 2.

PANVCVLA. (1) Morbi ſpecies, ſeu vlcus magnum, quod *Chironium* Theodoreto, aliis *Telephium* dicitur, vt notant Bollandiſtae. Miracula S. Richarii lib. 2. c. 3. PANNVNCVLA, ediderunt Bollandiſtae to. 3. April. p. 453. *Panuncula*, Mabillonius ſaec. 2. Benedict. p. 223. Nonio *Panucula* eſt tumor ſub auribus vel inguinibus: πανῦχλα, Alexandro Trallano, *Panicula*, πανῦχλα, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm. *Paniculs*, Plinio lib. 3. de Medic. cap. 27. V. *Papula.* PANNVCVLA, eadem notione, to. 1. Ianuar. p. 266. (2) Papias: *Panus, lignum, in quo trama componitur dictum, quod eo panni texantur. Idem Diminutivum, haec Panucula.* V. *Panucla.* Gloſſ. Gr. Lat. πηνίον, *Penus, penucula*: legendum, *panus*, et *panucula.* Mox: Πηνίσκιον, *Panuculum.* V. Salmaſium ad Hiſt. Aug. p. 127. Martin. V. *Panula*, et Lexic. medic. V. *Panus.*

PANVLIA, V. *Panucla.*

PANVNCELLVS, V. *Paillo* et *Pannoncellus.*

PANVS. (1) Pro pannus, in Capitul. general. S. Victoris Maſſil. Alia notione, vide in *Panis* 1. et in *Panucula* 2. (2) † *Inſtrumentum textoris, lignum circa quod involuitur filum.* Gloſſ. vet. cod. 521. V. *Panucula* 2. Germ. die Spuhle.

PANZA, Italis abdomen, aluus, Gallis *Panſe*, Germ. Wanſt. Statuta Aſtenſ. cap. 80. fol. 33. vo.

PANZERIA, vt *Panceria*, lorica quae ventrem tegit. Computus ab ann. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 278. V. *Pancerea.*

PANZERIVM, chlamydis genus, German. Panzerhembd. Teſtament. an. 1440. to. 2. Rer. Mogunt. p. 491.

PANZERONVS, V. *Panceronus.*

PANZONVS, nauis oneraria. Bartholomaei Scribae Annal. Genuenſ. ad an. 1264. apud Murator. to. 6. col. 532.

PAODENTA, pro *Padoenta*, paſcua, paſturae. Charta an. 1320. apud Rymer. to. 3. pag. 843. V. *Paduire.*

PAONACIVS, violaceus, purpureus, Ital. *Paonazzo*, colorem caudae pauonis referens. Iohan. Demuſſis in Chron. Placent. apud Murator. tom. 16. col. 579.

PAPA. Papias: *Papa, admirabilis, maior, pater, et cuſtos. Papa, paternitatis nomen eſt*, inquit Walefridus Strabo de Reb. Eccleſ. cap. 7. et promiſcue olim datum Epiſcopis, quos nude *Papas* vocabant. Hinc vererum Epiſtolae Epiſcopis inſcriptae hanc formulam ferme ſemper praeferunt, *Domino Papae N. ſalutem,*

sem, vt patet ex S. Augustino Ep. 13. 18. 222. 256. S. Hieronymo Epist. ad eundem Augustinum, et aliis, quos laudat Loach. Vadianus lib. de Primitiuae Ecclesiae statu, sub finem, Bignonius ad lib. 1. Marculfi, Sauaro ad Sidonium L. 1. Ep. 6. Ita *Papae* passim Episcopi dicuntur apud scriptores. Prudentius in Passione Hippolyti Martyris ad Valerianum Episcopum:

Rorantes Saxonum apices vidi,
optime Papa.

Neque illud praetermittendum, quod, *Papae* vocabulo tametsi promiscue ab aliis donarentur Episcopi, nullus tamen in Occidente hunc sibi titulum tribuerit praeter Romanum Pontificem, qui eo nomine tanquam sibi proprio vsus est iam inde a Leonis Magni temporibus. PAPAE denique nomenclatura donati soli Pontifices Romani, ex decreto scilicet Gregorii VII. qui in Synodo Romana statuit, vt Papae nomen vnius esset in Orbe Christiano. V. Baronium ad 10. Ianuarii, et Sirmondum ad Ennodii lib. 4. Ep. 1. PAPA PATRVM, V. *Pater Patrum.* PAPA SARACHENORVM, apud Iacobum de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient. to. 3. Anecd. Marten. col. 270. *Papa Turcorum*, apud Raimundum de Agiles, qui religioni seu potius superstitioni Mahumetanae praeest. V. *Calixtus* et *Chalifa.*

PAPABILITAS, vt mox *Papatia.* Instrum. an. 1395. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 468.

PAPAFIGO. (1) Veli nautici species, Ital. *Papafigo.* Bernh. de Breydenb. in Itin. (2) † Ficedula, Gall. *Becfigue.* Dial. creatur.

PAPAGALI, aula ornamentis decora. Caerem. Rom. Ms.

PAPAGALLVS. (1) Psittacus, in Chron. Estensi apud Murator. to. 15. col. 348. V. *Papagen* et infra *Pappagallus.* (2) Papalis, in Cod. MS. cuius meminit Godofredus in Notis ad Vitam Caroli VIII. pag. 712. 713. et 714.

PAPAGEN. Ebrardus Betunienſis contra Valdenses c. 23. *Induimini purpura et bysso, ideſt, Papagen, quasi cultum bonae vitae habentes exterius, potius ad nitorem, quam ad vtilitatem.* Vbi Grezerus, ad marginem: *Num vocula Germanica Papages, quasi dicat, Heretici vestri instar multicolorium psittacorum?* Sane Galli etiam Psittacos *Pappegues* appellant. Corona pretiosa: Παπαγὰς, *psittacus*, Ψιττακός. Itali *Papagallo* dicunt: *Papageso*, Ioan. de Ianua, in *Psittacus.* Arrestum 9. Maii an. 1321. *Vnam capellam albam operatam de brodaria cum Papegaldis aureis,* V. *Pappagallus.*

PAPALARDVS, V. *Pagelordus.*

PAPALHO, pro *Papilio*, vmbella quae regibus in vrbium ingressibus praetenditur. Charta an. 1463. ad calcem Consuet. Tolos. to. 4. part. 2. noui Costum. p. 1061.

PAPALICANA SCRIPTVRA, V. *Scriptura.*

† PAPALITAS, dignitas papalis, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7684.

PAPARE. (1) Summum Pontificatum obtinere. Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. *Qui est annus 1144. Verbi Dei incarnati et Septimus Conradi regnantis, primus Lucii Papatis, etc.* (2) PAPARE, *puerorum est, ficus manducare virorum*, Gall. *Paper*, Papias. Germ. vulg. pappen. *Pappare*, apud Bucelinum in Menolog. Bened. ad diem 3. Ianuar. p. 9. *Vir pius* (Hostradus) *incredibili laetitia repletus partem cibi quo vescebatur obtulit puero, mira simplicitate congeminans: Pappa, Pappa* (*quod est, comede*) *pulcherrime infans.* V. Persium Sat. 3. et supra in *Papa.*

PAPARELLVS, paruus Papa, († vel potius suppositicius.) Hugo Flauiniac. in Chron. p. 227.

† PAPARIVM, *Granche de oisel, Gallice.* Gloss. Lat. Gall. cod. 521.

PAPARVS. Statuta Astens. *Ad euitandum fraudes decretum est quod de cetero debeant ipsi becharii tenere carmesinum seu carmelinum Papari super carnibus, et non tenere super eodem buccho.* Italis *Paparo* auser est. † Leg. videtur *Papyrus.*

PAPAS. (1) Paedagogus. Gloss. Isid. *Papas, Paedagogus, qui sequitur studentes.* Papias: *Papas, pedissequus, paedagogus. Paedagogus, puerorum eruditor, idem et Papas, id est, custos.* Iuuenalis sat. 4.

. . . timidus praegustet pocula Papas.

Eiusdem Scholiastes ad sat. 7. v. 218. *Eunuchus. Paedagogus, aut communi caren- sensu, proprium Papasis.* (2) PAPAS, PAPATVS, clericus, vel sacerdos. Acta Romanae Synodi sub Zacharia PP. apud Orhlonum in Vita S. Bonifacii Mogunt. lib. 2. c. 5. *Et ipsa Epistola* (D. Iesu Christi) *per manus Angeli Domini peruenit ad Romanam ciuitatem ad locum sepulchri S. Petri, vbi claues regni coelorum constitutae sunt, et duodecim Papati, qui sunt in Romana ciuitate tridnanas fecerunt vigilias, in ieiuniis et orationibus, etc.* Innocentius III. PP. L. 15. Ep. 60. ad Thebanum Archiepiscopum: *Canonici eiusdem Ecclesiae obtinuerunt ab eo medietatem omnium Monasteriorum et Papatuum, in quibus tres Monachi vel pauciores morantur.* Lib. 16. Epist. 98. ad Episcopum Aimyclensem: *Abbatiarum, Ecclesiarum, Papatuum, decimarum et possessionum ad eorum Ecclesias pertinentium illicitos detentores.* Vbi *Papatus* videntur esse qui *Obedientiae*, seu *Prioratus*, nostris dicuntur. Bosquetus reditus et beneficia minorum Clericorum interpretatur, quos vulgo παπάδας Graeci appellant. PAPALES, in Concilio Senensi an. 1423 Goarus ad Cedrenum has voces, πάππας, et παπᾶς, distinguit: et alteram summo Pontifici, alteram Clericis minoribus conuenire ait. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. c. 7. *Papae* nomen *paternitatis* appellationem esse ait, et *Clericorum congruere dignitati.* Quod etiam colligitur ex Vita Zozimi Episcopi Syracusani n. 16. V. Menaea 7. Martii. (3) Isidor. lib. 19. cap. 27. de Lanis: *Byssum genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, quod Graeci Papatem vocant*, Graecis πάππος, lanugo carduorum et quiuis flos lanuginosus.

PAPATIA, dignitas papalis. Flor. Wigorn. an. 1044. de Benedicto PP.

PAPATICVS, eodem significatu. Charta an. 1014. to. 4. Annal. Bened. p. 699. PAPATVS, eadem notione. Leo Ost. lib. 2. cap. 79.

PAPATISSA, nutrix. Passio SS. Viri et Modesti tot 2. Iunii p. 102.

PAPAVER. Vetus Charta apud Ioannem Schefferum ad Chronic. Vpsaliense p. 152. *Obtulit casulam Dalmaticam et subtile cum duabus cappis, omnia de Papauere. Item duo suppellicea de riis.* Infra: *Item aliud par dorsalis et antependii de Papauere. Item deputabantur duo panni de Papauere ad ponendum super sepulchrum in solennitatibus.* Occurrit rursum ibi. Meminit Plinius lib. 8. cap. 48. vestium, quas *papaueratas* vocatas fuisse ait. Exceptio corporis S. Florentini Latiniacum MS. *Inscriptio* (breuis) *haec erat: Hic requiescit, etc. Erat autem scriptum in Papauere.* Quales vero fuerint illae vestes de *papauere*, vix coniicere licet. Vossius in Etymol. tenuem ex byisso linoque subtili vestem interpretatur: Salmasius in Solin. pag. 1127. ex pinnarum papauere textam. Neutra sententia Harduino placet, qui in notis ad Plinii locum citatum existimat vestes *papaueratas* eas fuisse, quae eo papaueris genere tersae, ex quo, teste Plinio lib. 39. cap. 4. splendorem candoremque lina traherent, eundem nitorem accepissent. Iudicent peritiores. Hesychio, μήκωνες . . . . . καὶ ὑφάσμα βύσσινον. V. Lochnerum de Papauere p. 33. edit. 1713.

† PAPAVERCVLVM, meconium infantis, ap. I. Rhod. Obseruat. 83. Cent. 3.

PAPEGALDVS, V. *Papagen.*

PAPEGAVS, V. *Pappagallus.*

PAPELARDIA, hypocrisis, Gallis *Papelardie*, vel *Papelardise.* Ostiensis in Cap. Constitutis Extra de appellationibus to. 4. Gall. Christ. col. 134. Vbi *Papelardia* potius ingenuum religiosumque oris habitum, quam hypocrisim significare videtur.

PAPELARDVS, hypocrita, adulator, simulator: qui *Papae* frequenter exclamat, vel qui vt infantes, qui *Papas*

pes parentes vocare ſolent, voce adulatoria vti conſueuit. Scio eſſe quosdam, qui a παιπάλημα, aſtutia, alios, qui a *palpel* Hebraico, i. acuere ingenium, deducunt: ſed valeant iſtae originationes nimis ridiculae. Galli *Papelard* dicunt. Peraldus in Summario virtutum et vitiorum tit. de Prudentia: *Caro decipit ſicut Papelardus, qui dicit ſe infirmum et pauperem, cum non ſit.* M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conſcientia: *Si tales homines cum ſint cum Papelardis viris et Religioſis, dicunt, Orate pro me, etc.* PAPALARDVS, pro *Papelardus*, in Vita B. Edmundi Cantuarienſ. Epiſc. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1791.

PAPELINA Vetus Necrolog. Eccl. Rem. *Debent Seneſcalli de vino praedictae vineae vnam Papelinam.* Ibid. *Debet hoſpitale noſtrum Papelinam vnam de quadam vinea ſita in cretaria Andreae.* Sic in Eccleſia Remenſi vocabatur *paſtus* ſeu extraordinaria refectio, quae Canonicis in refectorio communi certis diebus ſubminiſtrabatur, maxime vero iis diebus in quibus decantatae fuerant natales Antiphonae O; idque eius impenſis qui antiphonam praecinuerat. *Papelina* dicta haec refectio a campanula eiusdem nominis, cuius pulſu ad refectorium conuocabantur Canonici aliique quibus id erat iuris. Liber Collectarum in Tabul. Remenſi ſign. A. num. 76. fol. 72.

† PAPELINVS, qui iudicat inter lepram et lepram, in Synodo Senon. a. 1514.

† PAPELLA, papula, vlceris ſpecies, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 246.

† PAPENGATVS. Ch. a. 1120. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 318. *Omne donum perfectum de ſurſum eſt deſcendens a patre luminum ſuper Papengatus, vt Dei auxilio* etc.

PAPERES, pro *Papyri*. Hiſtoria Cortuſiorum lib. 8. cap. 2. (V. Rymer. to. 7. pag. 233.)

† PAPERICVS, papyraceus, in Stat. a. 1253.

† PAPETARIVS, papyri opifex, Gall. *Papetier*. Necrol. S. Nicol. Corbol. V. *Papietarius*.

PAPIANA FIDES, papalis, Romana, catholica. Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 68.

PAPIAS, et PAPPIAS, cuſtos Palatii apud Byzantinos Imperatores. *Cuſtos Palatii, Papias, et Oſtiarius*, in VIII. Synodo act. 5. De qua dignitate vide, quae obſeruauimus ad Cinnamum p. 480.

PAPICI, morbi genus. Vita B. Humilianae to. 4. Maii p. 397. *Infirmitas illa vulgo Papici vocabatur, alio autem vocabulo ignis volatilis, alio modo gutta ſalſa vocabatur.*

PAPIENSES DENARII, moneta ciuitatis Papiae. Chron. Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 589.

PAPIETARIVS, qui papyrum facit, chartarius, Gall. *Papetier*. Conſuetud. Vniuerſ. Pariſ. per Robertum Goulet. fol. 11. *Operatores ſiue artifices Papietarii qui debent habere molendinos ad faciendum papyrum ſuus ſeptem.*

PAPILIO. (1) Tabernaculum, tentorium, Gallis *Pavillon*. Gloſſae antiquae MSS. *Tabernacula, Papiliones, Tentoria*. Gloſſae vett. *Papilio, σκήνωμα*. Ioan. de Ianua: *Papiliones dicuntur tentoria ad ſimilitudinem papilionis auis volantis.* PAMPILIO, in Geſtis Ludouici VII. Regis Franc. cap. 19. 22. (2) Nummi aurei Francici ſic dicti, quod Rex in iis ſub *papilione* in throno ſederet. Vetus Regeſtum. (3) *Scyrpeum vaſculum*, Papiae. Sed infra *Papyrio* ſcribitur.

PAPIANISTAE, dicti olim qui biennium in legum ſtudio verſati, tertium etiam adiungebant, legentes libros Papiniani. Imper. ad Anteceſſ.

† PAPINA, papilla, in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

PAPINIO, idem quod *Papilio*. Ogerii Panis Annal. Genuenſ. ad an. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405.

PAPIO. Iacobus de Vitriaco Hiſt. Orient. lib. 3. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 279. *Sunt ibi* (in terra Ieroſolymitana) *cameli, et bubali abundanter, et Papiones quos appellant canes ſilueſtres, acriores quam lupi.*

PAPIRVS CISTERNVS. Teſtam. Cardinalis Ambian. an. 1402. apud Godefredum in Addit. ad Notas in Hiſt. Caroli VI. p. 754. *Suum teſtamentum . . . condidit, fecit et ordinauit, prout et quemadmodum in quodam ciſterno Papireo, quem per me . . . publicare voluit.*

PAPIRVS, PAPYRVS, breuiarium actorum et agendorum, index, recenſio, Charta an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalph. pag. 319. *Volentes vlterius, quod praefati Conſiliarii . . . . . Papirum habeant quam vnus fidelis notarius eligendus per ipſos Conſiliarios cuſtodiat, et in quo ſingula per ipſos facienda per ipſum notarium conſcribantur . . . quodque ſingulis duobus menſibus ſemel procurator noſter cuiuslibet Baylliuae ipſam Papirum dicto ſigillo Conſilii ſigillatam, ad noſtram praeſentiam, vel noſtrum magnum Conſilium ſtudeat aportare, per acta, geſta, et expedita per eos illis duobus menſibus referendo.* Ordinat. Domus Dalphin. ann. 1340. ibid. pag. 392. *Faciant . . . . de omnibus paramentis, libris, iocalibus et rebus nunc exiſtentibus in eadem* (capella) *et de his quae erant in illa proceſſu temporis, ſucceſſiue ſingulis terminis inuentarium et Papirum vnum.* Statuta Monaſt. S. Claudii auctoritate Nicolai V. PP. p. 87. *Quodque de emolumentis dictae ſacriſtiae S. Claudii fiat vna Papyrus in qua de verbo ad verbum ſcribantur litterae huiusmodi, . . . inſuper quod fiat alia Papyrus in qua per modum inuenturii ſcribantur litterae praeſcriptae.*

PAPISCI, pro *Paciſci*, vt videtur. V. in hac voce Acta S. Caſſiani apud Illuſt. Fontaninum in Antiquit. Hortae pag. 345.

PAPONIVS. Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Paponius, druncen.* i. ebrius. Gloſſ. Arabico-Lat. *Paponius, ebrioſus.* Infra: *Papotentia, ebrietas*, ſed legendum videtur *paponientia.* His locis *hibonius* reſtituunt viri docti, potuiſſent etiam *popinius*, a popina, reſtituere.

PAPPAGALLVS, pſittacus, *Perroquet*, Papagoy. Computus ab an. 1333. ad ann. 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 278. *Item, pro emendis duobus Pappagallis et uno gatto-maymone, unc. 11. saren. VI.* V. *Papagetus.*

PAPPARE, V. *Papare.*

PAPPAS, diſcipulus. Vita 2. S. Adalberti Epiſc. Prag. ſaec. 5. Bened. p. 867. *Poſt populus terrae Epiſcopum ſuum renocant: viri ſancti Pappatem Radlam, qui frater carnis ſuo Duci erat . . . Vnde cogitans Epiſcopus, quod nec ſibi nec illis caſſus labor profuiſſet, animae vero ſuae talis ſtatio obeſſet, Pappati ſuo ait: Scias certum, aut vbi ego ſum venies, aut amplius me numquam videbis.* Differunt ergo, vt monet Mabillonius, *pappas* et *papas*, vt *papas* ſit paedagogus, qua notione occurrit in hac 2. Vita num. 3. vbi Adalbertus dicitur *Papas morumque magiſter ſenſuum.* V. *Papas 1. Pappas* vero ſit *papae* diſcipulus.

PAPVLA, vlceris ſpecies. Vita S. Dominici Abbatis Sorani in Italia num. 21. *Cum ecce inter eundem lethali vlcere, quod Papulam vulgus vocat, a maxilla inuaditur.* (V. Lexic. medic. Pancr. Brunonis.)

† PAPYRIVS, chartarum collectio, *regiſtrum.* Ch. Mſ. a. 1349.

PAPYRVS. (1) Planta naſcens in paluſtribus Aegypti, aut quieſcentibus Nili aquis, ex cuius libro texebantur vela, tegetes, veſtes, ac funes, vt docent Theophraſtus lib. 4. Hiſt. plant. c. 9. et Plinius lib. 13. c. 11. Hinc non ſemel ſtoreas Monachorum, et *mattas* ex papyro confectas legimus. Regula Solitariorum c. 47. *Habui etiam lectos ex auro veſtitos et pretioſiſſima ſtramenta: et pro his dedit mihi Deus ſtramentum hoc de Papyro, et hanc pellem.* Petrus Damian. in Vita S. Romualdi n. 38. *Ipſe in ſtorea de Papyro confecta, tenera delicati corporis membra terebat.* Idem lib. 1. Ep. 19. *Papyrinae ſtoreae ſtramenta.* Praeterea *papyrum* in lucernis et cereis adhibitam non ſemel obſeruare eſt vice ellychnii. Ioh. de Ianua: *Dicitur Papyrus, quaſi parans pyr, i. ignem, eo quod in cereis et lampadibus ponitur ad ardendum.* Idem: *Dicuntur funalia licinii a funibus, inter ceram, quos ante vſum*

Papyri

Papyri cera circumdatos habuere maiores. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 8. *In quo* (cicindeli) *nec Papirus addita, nec olei gutta stillantis adiecta, etc.* Marcellus Emp. c. 8. p. 70. *Lucernam fictilem de Papyro et medulla vaccina conciunato.* PAPYRIONES, loci, vbi creſcunt papyri, Mamotrecto ad 2. Exod. *Charterii loci*, Apuleio lib. de Virtutib. herbar. c. 1. (2) V. *Papirus.*

PAR. (1) Coniux, in Lege Ripuar. tit. 49. apud Marculfum lib. 1. form. 12. lib. 2. form. 5. 30. 39. etc. Capitul. Pippini Reg. ann. 752. cap. 6. *Nam qui de pretio Paris ſui de tali neceſſitate libebatus fuerit, in tali coniugio debet permanere, et non ſeparari.* Charta Henrici Imperat. an. 1012. pro Monaſt. Florin. *Item ſeruus eccleſiae qui Parem ſuam non habet, etc.* Matthaeus Vindocinenſis in Thobiae:

Sponſa datur iuſto ſobria Parque Pari.

Eadem notione Ouidius Faſt. 4. 98.

Et docuit iungi cum Pare quemque ſua.

V. *Compar.* (2) Socius, comes; hinc *Bon-Par*, Gall. *bon-Compagnon*, cognominatus Ranulphus Bernardi I. Comitis Petrocor. filius apud Beslium Hiſt. Comit. Pictau. c. 15. p. 47. (3) Qui aequis viribus pugnas. *Parent* ea notione vſurpat le Roman de Vacce MS. (4) PAR APOSTOLIS, appellatus fuit S. Martinus, propter miraculum illud, quod in Turonibus accidit, dum ſacra celebraret, de quo Sulpitius Dial. 2. c. 2. Fortunatus lib. 1. poem. 5. lib. 10. poem. 5. et lib. 3. de Vita S. Martini. Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Compar Apoſtolicis meritis aequande Prophetis.

(5) PAR LITTERARVM, Gallis, *une paire de lettres.* Ita vnicam Epiſtolam vocabant, quod complicata quaſi binas efficere videatur. Matth. Paris: *Vbi Falcaſius cecidit in miſericordiam Regis de plusquam triginta Paribus litterarum, etc.* Radeuicus lib. 3. de Geſt. Frider. c. 10. *Multa Paria litterarum apud eos reperta ſunt. Par mularum*, in l. 22. D. ad legem Aquil. *Poculorum paria duo*, in l. 30. D. de leg. 3. *Duo Paria bonum*, apud Monachum Sangallenſem l. 2. c. 21. Leo Oſt. l. 3. c. 57. al. 58. *Alia candelabra argentea cum malis cryſtallinis Parium vnum. Bazili de argento Parium vnum.* Occurrit ibi pluries et cap. vlt. V. *Prediſterium.* (6) PARES, qui eiusdem ſunt conditionis, vel dignitatis, in Lege Aleman. tit. 93. in Capitul. Caroli M. l. 3. c. 71. 72. etc. Fredegerius Scholaſt. in Chron. an. 762. *Factum eſt autem, vt Anſtraldus Comes, et Galemannus itemque Comes, cum Paribus eorum, ad propria reuerterentur.* Mox: *Contra quem Adalardus Comes Canalenſis, et Anſtraldus idemque Comes, cum Paribus eorum, contra eum venientes, etc.* Hairulfus l. 4. c. 21. de Hugone Comite Pontiui: *Ob hoc reliquis paribus ſuis Hugo Abbatenſis fortior factus eſt, etc.* Curia Generalis Catalaniae an. 1291. *Si aliquis reptabit aliquem Militem, et dabit Parem vel contraſimilem, quod non poſſit ipſum dare, niſi ſit Miles, vel filius Militis pro ſuo genere.* Agitur de duello. V. *Creſcere.* Ita *Pares* ſeſe inuicem appellant filii Ludouici Pii Imperatoris, in Conuentu ad Marſnam an. 851. c. 2. 3. COMPARES, eadem notione. In veteri Notitia an. 926. apud Beslium in Comitibus Pictauienſibus p. 219. *Et dixit eis, vt venirent comitentes ipſum vsque Orbiacum, et ipſi ibi cum ſuis Comparibus Boſone ſcilicet et Berengario . . . . occurreret eis.* Ita apud Baldricum Nouiomenſem l. 3. c. 75. *Compares* ſunt *Pares*, feudales, et in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 34. PARES exinde appellati vnius domini conuaſſalli, quod ratione hominii ac *tenurae* ſibi inuicem *pares* ſint, vnique domino ſubſint: a quibus ſolis iudicari poterant. Nam conuaſſalli diuerſarum Baroniarum ſeu territoriorum, eidem domino ſubiecti, non dicuntur proprie *Pares.* A pariter igitur condi-

tionis et dignitatis appellatio iſta profluxit: vnde, qui aliis *Pares*, dicuntur *Aequales*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 12. §. 12. PARES eadem ratione dicti eccleſiarum et monaſteriorum conuaſſalli. Bulla Innocentii II. PP. an. 1142. apud Miraeum to. 2. p. 1163. PARES vero appellati videntur ii poſſimum, qui maiores *tenuras* a domino feudali ſub ratione *homagii* tenebant; quamquam enim conuaſſalli omnes primum *Pares* nuncupati fuerint, quod eiusdem eſſent conditionis, ad eos tamen exinde vox illa manſit, qui a ſeruitiis exemti, hominio tantum obnoxii erant. De iis accipienda quae ſequuntur. PAR INTEGER, qui integrum feudum tenet. Charta an. 1214 in Tabul. Corbeienſi. SEMIPAR, qui dimidii tantum ratione feudi domino ſubditus eſt. Charta an. 1244. in laudato iam Tabul. *Parium* autem iudicia in ipſos *Pares* et conuaſſallos exercebantur; adeo vt ſi aliqua oriretur controuerſia inter ipſos pares, dirimi non poſſet niſi in conuentu, et iudicio *parium* ſuorum, domino ipſo feudali praeſide. Otto Friſingenſis l. 1. de Geſtis Friederici c. 31. de Hungaris. Cum igitur *Pares* ſint vaſſalli, qui a domino feudali nude pendent ratione *tenurae*, atque ita etiam vulgo appellati ſunt *Barones:* inde vox vtraque eadem notione paſſim vſurpata legitur pro maioris dignitatis vaſſallis, qui vel in conſilium adhibentur a domino aut Rege, vel cum eo Parium lites diiudicant. Chronicon Andernenſe p. 823. *Vt tam ſupradictorum Comitum progenies, quam Barones omnes, qui Pares caſtelli* (Guinenſis) *vocantur, iuxta votum et deliberationem ſuam ibidem ſepelianntur.* Arreſtum contra Epiſcopum Caralaunenſem an. 1267. *Propoſuit pars alia quod de hoc tenebatur in hac Curia reſpondere dictus Epiſcopus, cum ſit Baro et Par Franciae, et homo ligius domini Regis.* Neque vero hic praetermittendum, aliud fuiſſe olim *Parem* eſſe, aliud in *Paria* tenere, hinc qui in *Paria* tenebat, non continuo *Par* reputabatur. Id confirmat D. *de Lauriere* in Gloſſ. Iur. Gall. ex ſtylo antiq. Parlam. part. 2. cap. 2. PARES COMMVNIARVM, qui vulgo *Scabini*, *Maioris* ſeu Praefecti ciuitatis Aſſeſſores, quos ille in conſilium adhibet, vt dominis feudalis vaſſallos ſuos *Pares*. Charta Communiae Beluacenſis anno 1182. *Tredecim Pares in Communia eligentur etc.* V. Sugerium Epiſt. 76. *Pares communiae de Pontiſara*, in Tabular. Domus Dei Pontiſar ad annum 1261. Ita in Charta Maioriae Rotomagi et Faleſiae, mentio perinde eſt centum *Parium* earundem ciuitatum, ex quibus eligi ſolebant 12. *Scabini* et 12. *Conſultores*, poſt Ordericum Vitalem p. 1066. PAREGIVM, officium eiusmodi *Parium*. Charta Aegidii *de Sorcy* Epiſc. Tullenſ. Hiſtor. Tullenſ. pag. 140. PARIA, Parium dignitas et praerogatiua, *Pairie*. Areſta oct. Nat. B. M. an. 1259. I. Reg. f. 96. PARERIA et PARRERIA, eodem ſignificatu. Recognitiones et homagia an. 1317. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 169. V. *Paragium*. PARIATVS, idem quod *Paria*. Litterae Iohannis Reg. Franc. ann. 1363. apud Miraeum to. 1. p. 118. V. *Pariatus*. PARITAS, eadem notione, in Litteris erectionis Ducatus Britanniae in Pariam an. 1297. deſcriptis ab Argentraeo lib. 5. Hiſt. Britan. cap. 31. PERRIA. Arreſtum an. 1341. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 487. PARES, praeterea dicuntur, qui vnius praedii, ſeu feudi, domini ſimul ſunt: id eſt, *participes*. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 572. de Gerboredo Caſtro in Bellouacis: *Moris enim eſt illius Caſtri, vt ibidem duo Pares domini ſint.* PARERII, eodem ſignificatu Regeſt. 87. Chartophylacii regii: *Item tenet a domino ipſe Gonoinus et Iohannes Marelli eius nepos et eorum Parerii quaedam nemora et quosdam eſſartos.* Ibid. *Et inde percipiunt tachiam Bucheti et eorum Parerii.* PARERII, dicti etiam Cohaeredes, quod eiusdem haereditatis participes, in Statutis Foroiul. an. 1292. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. PARIERII, eadem notione, in Charta anno

anno 1180. in Regesto Tolosano, in qua etiam interdum *participes* dicuntur. Alia anno 1245. ibidem: *Notum sit cunctis, quod Enricus de Castanhaco pro se et pro aliis dominis de Castanhaco Parieris suis, etc. Pariarius*, in Historia Episcoporum Lodouensium p. 228. Chronicon Vosiense vtitur etiam voce, *Partiarius*. Atque hoc dominii *participium* et societas PARIAGIVM vel PARIATIO vulgo appellatur, vel APPARIATIO, Gallis *pariage:* quae quidem vox maxime sumitur pro *associatione* domini: vnde *associationes* etiam dicuntur in I. Regesto Parlamenti an. 1260. fol. 109. et seqq. Charta R. Abbatis Monasterii Caroffensis anno 1308. ex 2. Regesto Philippi Pulcri num. 11. *Communionem, communicationem, associationem, Pariagium, cessionem, etc.* Litterae Philippi V. an. 1319. to. 1. Ordinat. Reg. Franc. p. 697. *Non faciemus, seu recipiemus permutationes, seu escambia, nec etiam Pariagia aliqua, in terris, castris, villis sive castellaniis eorumdem, seu in pertinentiis eorumdem in quibus habent altam iustitiam.* PARERIA, idem quod *Pariagium*, Dominii societas. Charta an. 1220. tom. 2. Macer. Insulae Barbar. pag. 531. PARIA, eadem notione. Sponsalitium Adalmodis Comitissae an. 1056. Marcae Hisp. col. 1110. PARIARIOS praeterea vocabant quibus iuris pars quaeliber erat in aliquo praedio. Verbi gratia legimus apud Plantauitium pag. 228. *Episcopum Lodouensem, vt Pariarium Castri de S. Privato, praeter ea quae ad ipsum spectabant, tanquam ad maiorem dominum et dominum supremum, et dominum feudi, habuisse in iurisdictione dicti Castri decem hebdomadas:* quibus scilicet in solidum pro Castri domino haberetur.

† PARA, apparatus, pompa, in Ch. a. 1418.

PARABATA, *cupidus*, in Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. *Parabates, transgressor. Item, socius in curru et miles in eo pugnans*, in Amalth. a παραβάτης.

PARABIA, potus quidam factitius. Coel. Rhodig. L. 4. cap. 26. *Hecateus in Europae periodo auctor est, Poenas ex ordeobrytum haurire, ac ex milio et coryna Parabiam.* V. Martinii Lexic.

PARABILIS. Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis: *Equum meum Parabilem, et mulum quem elegeris do, lego.* Equus forte qui Gallis dicitur *cheval de parade*, ad pompam, ad apparatum.

PARABOLA. (1) Verbum, sermo, Gall. *Parole*, Hispanis *Palabra*, quasi *parabola. Parabola rustica*, in vet. Gloss. ex Biblioth. Colbertina. Hesso Scholasticus: *Assumpta Parabola sua, respondit Episcopus.* Radeuicus lib. 1. cap. 41. *Per Parabolam Friderici Imp. vel nuntii eius.* IN PARABOLIS, verbo, voce, Gall. *Verbalement.* Charta ante an. 1010. in Chartular. Aptens. fol. 35. PARABVLA, eadem notione. Charta apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1518. PARABVLLA. Charta an. 1164. (2) Vox in Euangeliis frequens, *i. similitudo, quae ab eo vocatur, quod altera παραβάλλεται, hoc est, assimulatur, et quasi vmbra praesium veritatis est;* S. Hieronymus Epist. 151. quaest. 6.

PARABOLANI, *qui ad curanda debilium aegra corpora deputantur*, inquit lex 17. Cod. de Episc. et Cleric. sic dicti, quod neglecto omni periculo, suaeque saluti immemores, aegrorum curationi sese vltro exponerent, quomodo apud nos ii qui pestifera lue contactis curandis totos se addicunt: de quorum *confratria* vide quae habet Malfrancus lib. 10. de Morinis cap. 58. A Graeca voce παράβολος, vel παραβαλλόμενος, quam vocem per ἐπικινδύνευον reddit Hesychius. De eiusmodi Parabolanis agunt pluribus Cuiacius, Baronius to. 5. Salmasius de Modo vsurarum, et ad Pollionem, Iac. Gothofredus ad leg. 42. Cod. Theod. de Episc. et Cleric. etc. Vocabular. vetus apud Martinium: *Parabolani sunt medici, qui ad curanda aegra membra vel corpora debilium deputantur. Dicti Parabolani a parabola; quia plura promittunt*

minutus hominibus quam faciunt, et quia ſæpius vinuntur parabolis.

PARABOLARE. (1) Sermocinari, verba facere, Gall. *Parler*. Capitula Caroli Calui apud Siluacum c. 1. *Noſtri ſeniores, ſicut audiſtis, Parabolauerunt ſimul et conſidereuerunt, cum communibus illorum fidelibus de Dei ſeruitio, etc.* V. *Parabola* 1. (2) Periclitari, ex Graec. παραβάλλεσθαι. Monent Salmaſius 1. de Modo uſurarum p. 196. et Iacobus Gothofredus, in antiquiſſimo Codice Bibliothecae Puteanae in Epiſtola B. Pauli ad Philippenſes c. 2. haberi haec verba, *Parabolatus eſt de anima ſua:* vbi Graeca praeferunt, Διὰ τὸ ἔγγυς τῦ χειρῦ μέχρι θανάτυ ἠγγικε παραβαλευσάμενος τῇ ψυχῇ. V. *Parabola*.

PARABOLOSVS, verboſus. Matth. Vill. L. 2. c. 97.

PARACELLARIVM, idem quod *Cellarium*, cella vinaria, Gallis *Cellier*. Anaſtaſius in S. Hadriano.

PARACELLARII, ſeu *cellarii*, qui cellariis praeſunt. Iis, ex Macro, incumbebat menſae Pontificiae largitiones pauperibus diſtribuere. Idem Anaſtaſius in S. Zacharia PP. V. *Subpulmentarius*.

PARACELLATICVM, Papiae MS. edito vero *Paracelleticum*, *penicillus* (ed. *Peniculus*.) *i. ſpongiola*. V. *Paracellarium*.

PARACENTHERIVM, pro *Paracenteſterium*, a Graeco παρακεντητήριον, Inſtrumentum quo fit *paracenteſis*, ſeu compunctio, qua hydropicis aqua eximitur. Veget. Mulomed. L. 2. c. 17. V. Lex. Martinii.

PARACHARAMADION, Macro, locus ad hybernandum aptus, a Graeco παραχειμάζω. Vita S. Anaſtaſii Perſae: *Abiit ad Parachaemadion ſuum, ſine ſtationem hybernationis.*

PARACHARACTAE, qui falſos nummos cudunt, in lege 8. c. Theod. de Falſa moneta.

PARACHARAGMA, moneta adulterina, ex Gr. παραχάραγμα. Gloſſae Gr. Lat. παραχάραγμα, *adulteratio*. παραχαράκτης, *adulter*. Caſſianus Collat. 1. cap. 20. 22. *Tanquam adulterina numiſmata et Paracharagmata reprobemus, utpote quae falſam imaginem Regis non legitime ſigneta contineant.*

PARACHARAXIMVS. Gloſſarium Saxon. Aelfrici: *Paracaraximus: flaspenig*, id eſt, falſus denarius. Gloſſae Iſonis Magiſtri ad Prudentium: *Monete dicitur vo quod monet monetam inſcriptione nominis Regis, ne paxacaraximi, i. falſi nummi fiant.*

PARACHIMVMENVS, ex Gr. παραχαμόμενος, praefectus ſacri cubiculi, de qua dignitate Scriptores Byzantini paſſim, et ex iis Grezerus et Goarus ad Codinum, et nos quaedam ad Villharduinum. Ignotus Barenſis in Chron. an. 888. *Paracoemomenus*, in Vita S. Greg. PP. auctore Iohanne Diac. to. 2. Martii p. 186. Apud Luitprand. L. 3. c. 7. *Parachimmenus*, perperam ſcriptum legitur.

PARACHLAMYS, veſtimenti genus, non modo militare, ſed etiam puerile, apud Vlpian. lib. 3. tit. 2. L. 23. V. Lexic. Martinii.

† PARACLETVS, *rogatus vt faueat, deprecator, conſolator, tutor ſaſſae, defenſor*. Laur. in Amalth. PARACLYTVS, *infamis, male audiens*, ibid.

PARACOLESIS, glutinatio, a Graeco παρακολλάω, agglutino. Gariopontus L. 5. Paſſionarii cap. 23.

PARACOLLECTICVM, V. *Paracellaticum*.

PARACONTACIVM, a Graeco παρακοντάκιον, Latinis *Reſponſorium*, ſeu ratio antiphonatim canendi apud Graecos. V. *Antiphonatim*, *Contacium* et κοντάκιον in Gloſſar. med. et infimae Graecit.

PARADA. (1) Sidonius lib. 8. Epiſt. 12. *Hic, ne tibi pendulum tinguat volubilis ſentina veſtigium, pandi carinarum ventres, abiegnarum trabium textu pulpitabuntur, hic ſuperſtexo crate Paradarum ſereni hramalis inſida vitabis.* Auſonius Epiſt. 5.

Expoſitum ſubter Paradas, lectoque iacentem
Corporis vt tanti non moueatur onus.

Scali-

Scaliger. ubi & Auſon. lect. cap. 14. *Paradus* interpretatur naues voluntarias et cubiculatas vndique rectas. Sed his locis *Parada* pars eſt nauis ſub qua iacebant nauigantes. Scheſſerus lib. 2. de Militia nauali cap. 2. in Addit. p. 325. poſt Voſſium et Martinium, multa de hac voce commentatur. V. *Paradiſus* 5. (2) Pro *Parata*, V. in hac voce.

PARADEGIVM, vel *Paradegum* et *Paradegium*. Vox Longobardis vſitata vt feudum nobile ſignificarent, et a feudo ignobi et *vaſſallatico*, quod *Paedagogum* vocabant, diſtinguerent. Beraver. lib. feud. tit. 4. apud Spelmam. *Qui ab antiquis temporibus feudum non tenent, licet nonnulli a capitaneis, ſeu valuaſoribus acquiſierint, plebei nihilominus ſunt: nam et ii qui ſoldatam acceperunt vel habuerint per eam nullum Paradegium, ſed nec feudi vſum acquirunt.* V. Cuiac. p. 146.

† PARADELLA, mechi filueſtris ſpecies, inter prete Hearnio, in Chron. Ioh. Whelhamſted. p. 337.

PARADIE. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. *Cum potiones biberis ducentas, dabis iterum die Paradie.* Vbi Gloſſae MSS. *Die paradie, i. die poſt diem.*

PARADIONIVM, *prope balthenm.* Papias.

PARADISEVS, ſummus, eximius, perfectus. Bernhardi de Breydenbach Iter Hieroſol. p. 213. *Ideo vltra eam* (Aegyptum) *locus eſt deſertus, intra vero eam locus Paradiſeae voluptatis. Paradiſica voluptas,* in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 33. p. 87.

PARADISIACVS. (1) Caeleſtis. Charta Bertrandi Comit. Forcal. ann. 1014. ex magno Chartular. S. Victoris Maſſil. fol. 148. PARADISICOLA, paradiſi incola, Acta SS. Iulii to. 2. p. 375. S. Godeleua. (2) † Laetiſſimus, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 435.

PARADISVS. (1) Atrium porticibus circumdatum ante aedes ſacras, ex Gr. παραδείσος, qui ab Heſychio definitur, τόπος ἐντῷ περιπάτοι, locus porticibus et *diambulatoriis* circumdatus, vulgo Gallis *Parvis*. Interdum apud Graecos atrium illud arboribus erat conſitum, quo propius ad vocis originem accederet, vt colligitur ex Vita S. Marthae matris S. Symeonis Iun. cap. 7. n. 57. to. 5. Maii pag. 428. Anaſtaſius in Dono 1. PP. *Hic atrium B. Petri ſuperius, quod Paradiſus dicitur, eſtque ante Eccleſiam, in quadriporticum, magnis marmoribus ſtratis.* Et in S. Paulo: *Fecit autem in atrio turrem S. Mariae ad Gradus, quod vocatur Paradiſus, oraculum, etc. Paradiſos* porro interdum vicem coemeteriorum praebuiſſe declarant quae de Ottone II. Imp. habent ſcriptores, quem *in Paradiſo B. Petri* Romae tumulatum tradunt Leo Oſtienſis lib. 2. cap. 9. Chronic. Laurishamenſe, etc. Eodem *Paradiſi* nomine deſignata Canonicorum habitatio, quod in atrio, vt plurimum, eccleſiae, vel circa illud, aedificata eſſet; aliis *clauſtrum* dicitur. Conſtitutio B. Epiſc. Barchin. an. 1898. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 607. Latius interdum patuit eiusdem vocis notio, eum ad totum territorium, quod ad eccleſiam vel monaſterium pertinebat, extenſa eſt. Id de monaſterio S. Victoris Maſſil. ex variis eiusdem Inſtrumentis conſtare ſcribit Marten. in Gloſſ. ad calcem tom. 5. Anecdotorum. PARAVISVS, in Charta laudata ab Hemeraeo de Academia Pariſienſi p. 13. ex Magno Paſtorali Eccleſiae Pariſ. PARVISIVS. Matth. Paris an. 1250. PARVISVS. Forteſcut. de Laudibus legum Anglic. c. 51. (2) Femin. gen. hortus cultus et amoenus, quae natiua eſt huiusce vocis notio. Baldricus apud Mabill. to. 5. Annal. p. 146. (3) Arbor quaedam Terrae ſanctae. Iacobus de Vitriaco Hiſt. Orient. L. 3. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 279. *Sunt ibi arbores quae dicuntur Paradiſi, habentes folia vnius cubiti longa, et medii lata, ferentes poma oblonga et in vno ramuſculo centum ſeſe tangentia, et mellenm ſaporem habentia.* (4) Regio, tractus, Gall. *Pais.* Hiſt. Epiſc. Roman. apud Stephanon. tom. 7. Bragm. Hiſtor. MSS.

(5) Pars

(5) Pars nauis ſic appellata. Contractus nauigii etc. an. 1268. to. 5. Hiſt. Francor. p. 437. de naui: *Et habet duos Paradiſos, et vnum vannum et ſupernauunum coopertum.* V. *Parada.* (6) † Locus ſeu altare ornamentum, vbi die Iouis ſancta SS. Chriſti corpus reponitur, Gall. *Paradis.* Ch. a. 1398.

PARADOGIVM, PARADOGVM, V. *Paradegium.*

PARADOXI et PARADOXOLOGI, idem cum Neanicologis et Areralogis ſeu ſcurris, ſic dictis quod multa falſa de virtutibus ſuis praedicantes, riſum aliis mouere quaererent. Vetus Scholiaſtes Iuuenalis: *Siparium velum eſt, ſub quo latent Paradoxi cum, cum in ſcenam prodeunt.* Eosdem *Ordinarios* vocat Sueronius de Rhetor. cap. 2. vbi perperam vulgo legitur, *Hordearium.* *Ordinarium*, autem vereribus ſcurram dictum eſſe, monet Feſtus: *Ordinarius, homo ſcurra et improbus.* Haec Hofmannus. † *Paradoxus* appellatur S. Stephanus, quia interfectoribus ſuis pepercit, in hymn. Mſ.

† PARADOYRA, inſtrumentum ferreum. Inuent. Mſ. a. 1379. *Item vnum ferrum, vocatum Paradoyra.*

PARAFERNALIA BONA, Gall. *Biens Parafernaux*, apud D. de Lauriere in Gloſſ. Iur. Gall. ex Caluini Lex. Iurid. *Sunt res vxoris extra dotem conſtitutae;* vel *Sunt res quas vxor in vſu habet in domo mariti, neque in dotem dat.* Vocabular. vtriusque iuris: *Parafernalia bona, vel res Parafernales, dicuntur res quas mulieres inxta* (Leg. extra) *dotem inferunt in domum viri, Paraſernium, le don fait des amis à la femme nouvellement mariée*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. In Conſuetud. Norman. art. 395. *Parafernalia bona* definiuntur ea quae ſunt ad vſum mulieris, puta lectus, veſtes, linrea, et alia eiusmodi. Ex quibus colligitur, *Parafernalia bona*, quibusuis ex rebus conſiſtant, eadem eſſe quae Graeci παραφερνα, Galli *Peculium*, dixerunt; quae a dote ſemper diſtincta in vſum mulieribus erant atque in earum arbitrio poſita: Statuta Philippi Pulcri an. 1303. in MS. Conſtitutud. Toloſ. pag. 35. *Indicatum quod executio pro clamoribus ſine iuſticiis vxoris in bonis maritι, vel e contra in bonis vxoris dotalibus aut Parafernalibus pro marito - - - - non fieret de caetero.* PAREFERNALIA, eadem notione, in Decret. ad calcem Statut. Placent. fol. 113. recto. PARAFRENALES RES. Statuta Caſtri Redaldi L. 1. fol. 19. vo. *Parafernalia bona* dicuntur praeterea in dioceſi Rotomag. ea vtenſilia, quae parochi defuncti haeredes ſucceſſori demittere tenentur, ſcilicet lecti compages *lignea*, fulmenta quibus ſuper foco ligna ſuſtinentur, forceps et cremathra.

† PARAFFVS, notarius ipſe, qui acta peculiari ſibi nota ſubſcribit, Gall. *Paraſe.* Inſtr. a. 1507.

PARAFREDVS, PARAFRENARII, V. *Paraueredi.*

PARAGAMINARIVS, pro *Pergamenarius*, membranarum concinnator, Gall. *Parcheminier.* Litterae an. 1341. to. 2. Ordin. Reg. Franc. p. 171.

PARAGAVDA, *ornamentum pallii, vel veſtis, quod vulgo friſeum dicitur*, Ioan. de Ianua, apud quem perperam editum *Paranganda.* Παραγαυδιον, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Biblioth. S. Germani Pariſienſis: *Paragandis*, Pollioni. Lex. 2. Cod. Theod. de Veſtib. *Nemo auratas habeat aut in tunicis, aut in lineis Paragaudas.* V. ibi Iacobum Gothofredum. PERANGADA, perperam in Vocabul. Iuris vtriusque: *Perangada, eſt veſtis de auro vulgari, quod a gaydis veſtimentorum vel clamydum poni ſolet: vel veſtis quae habet aurum tantum in ſuperficie.*

PARAGAVDATVS, *Paragauda* ornatus. Charta donationis Cornutinenſis edita a Suareſio: *Et pro ara ora vela tramoſerica alba pro auroclana 2. Vela blattea auroclana Paragaudata 2. Paragaudiae veſtes*, apud Vopiſcum in. Aureliano: *Paragaudiae interulae*, in Epiſt. Valeriani Imper. ad Praefectum Praet. quae *Paragaudis* exornatae erant. V. Turnebum lib. 9. Aduerſar. capite 11. Caſaubonum,

bonum, Salmaſium ad Hiſt. Aug. Martinium et Hofman. in Lexic.

† PARAGENA, conditionis paritas. Ch. Mſ. Henr. reg. Angl.

PARAGIVM. (1) Vel PARATICVM, conditionis ac nobilitatis *paritas*, iuxta quam Barones *debent*, *maritare*, *ſorores*, *aut amitas*, *fratres aut nepotes*, vt eſt in Conſtitut. Siculis lib. 3. tit. 33. *Pro modo ſcilicet facultatum ſuarum*, *et filiorum ſuperſtitum numero*, *ſecundum Paragium*. Quod porro *Paragium* noſtri in nuptiis appellabant, *congruam pariliatem* recte vocat Martianus Capella lib. 1. p. 4. Hinc vox (2) PARAGIVM, pro ipſa nobilitate vſurpata. et ſupra in *Disparagare*. Ita etiam PARATICVM vſurpatur in Hiſpanicis Tabulis. Curia generalis Catalon. an. 1320. MS. *De hominibus de Paratico*, *ſive de genere Militari*. V. *Bandoſitas*. (3) Parium dignitas et praerogatiua, *Pairie*. Litterae Philippi Pulcri ad Clementem V. PP. an. 1307. in MSS. *de Brienne*, vol. 236. fol. 3. (4) PARAGIVM, deinde appellatum, quidquid feudale a fratre primogenito ſecundogenitis in partem haereditatis datur, qui id ab ipſo primogenito fratre tenent, pari ac ille reliquum feudum conditione, abſque tamen homagio, (quod is pro toto feudo dominico praeſtat) vsque ad ſeptimam generationem, qua finita, omnis ſanguinis affinitas extincta cenſetur: tum enim qui excipiunt, homagium praeſtant primogeniti. Areſtum Parlamenti Pariſienſis an. 1275. apud Duchesnium in Hiſt. Drocenſi pag. 281. Hinc APPARAGIVM, pro parte haereditatis paternae aut maternae, quae ſecundogenitis datur a primogenito fratre, in Charta an. 1316. ex veteri Regeſto Camerae Comput. Pariſienſis. (5) Quaeuis portio in re aliqua. Tabular. Vindocinenſe fol. 54. V. *Cenagiator* et *Par 6*. (6) † Aſſociatio in Dominium, V. *Pariagium*. Areſt. Mſ. a. 1318.

PARAGIVS, proximus, contiguus, Gall. *Proche*, *contigu*. Charta an. 1283. to. 2. Hiſtor. Dalph. p. 26.

PARAGO, V. *Parrago*.

PARAGOGIA, Graec. παραγωγίαι, aquaeductus minores, qui in maiores confluunt. V. Gothofredum in L. 8. lib. 15. Cod. Th. tit. 2.

PARAGONICVS. Ioannes Hocſemius in Engilberto a Marca Epiſcopo Leodienſi c. 35. *Ad ea*, *quae nobis obiiciuntur in Curia de lauacro Militari ſumpto in concha Paragonica Conſtantini*; *dicimus*, *quod in eadem intrauit Conſtantinus*, *et inibi locus fuit*, *eſt*. Anaſtaſius in S. Silueſtro: *Fontem ſanctum*, *vbi baptizatus eſt Auguſtus Conſtantinus ab eodem Silueſtro: ipſum fontem ex metallo porphyretico ex omni parte coopertum*, *etc.* Ita *paragonica concha*, pro *porphyretica* hic ſumitur, niſi ita legi debeat apud Hocſemium, vel *Pentagonica*.

PARAGONISARE, comparare, conferre, a veteri Gallico *Paragonner*, vel *Parangonner*, nunc *comparer* dicimus. Acta S. Raynerii to. 3. Iunii p. 443.

PARAGONIZARE, PARAGORIA, PARAGORICVS, V. *Paregorizare*.

PARAGRAPHVS. (1) Peculiaris ſubſcribentis nota, Gall. *Paraſe*. Charta an. 1478. in lib. cui titulus. (2) Linea quaedam breuis, qua in diſtinguendis verſibus vtebantur Clerici. Vtrum maſculini an feminini generis ſit, diſputant Grammatici, qui in feminino a Graecis conſtanter efferri obſeruant. Vulgatius eſt apud Latinos *hic paragraphus* ſcribere. V. Fabri Theſaur. in *Graphe* et Brencmannum in Hiſt. Pandect. lib. 3. cap. 6. p. 304. (3) † Iurisconſultis, quidquid ſub ſententia clauditur, V. Lex. Iuris.

PARALAMENTVM, litigium, Gall. *Procés*, *conteſtation*. Miracula S. Wernheri, to. 2. April. p. 728. V. *Parola*.

PARALANDRINVS, nauis onerariae ſpecies. Rafanus de Careſinis in Chron. MS. an. 1379. *Hoſtibus autem*, *cum galedellis*, *Paralandrinis*, *ganzarolis* . . . . *viriliter reſiſtentibus*. V. *Parandaria*.

† PARALITAS, aequalitas, conditionis *paritas*, Gellio *paritas*. Ch. Io. PP. a. 1006.

PARAL-

PARALLELOMEVS, παραλληλος, apud Latinum Agrimenſorem, p. 316.

PARALODIVM. Charta Berengarii Comitis Barcinonenſis an. 1090. apud Baronium an. 1091. num. 8. Sed legendum videtur diſtinctis vocibus, *par alodium, ſine appriſionem.*

PARALOGIVM, aedes, vt videtur, extra ſepta monaſterii aedificatae cum chorte, Plinio Cauaedium. Henrici Berntenii Chron. apud Leibnit. Scriptor. Brunſuic. to. 2. p. 445. *Eandemque coquinam extruxit a fundo lapideam, ſicut Paralogium, capitulum, armarium, dormitorium, colloquium, auditorium et omnia cum tectis trabibus atque tegulis perficiendo,* Ibid. pag. 447. *Submouit etiam ſtabula periculoſiora in curia Paralogii, diſtinguens eam a media porta per muros a dextris et a ſiniſtris.*

PARALOGIZARE. Gloſſ. Lat. Gall. *Paralogizo, Parler, decevoir, on conclure.* Alanus de Inſulis in Planctu naturae.

PARALOYSARE, pro *Paralogizare,* in Praefat. Vocabularii vtriusque iuris.

PARALYTICATVS, paralyſi afflictus. Vita S. Stanislai Epiſc. to. 2. Maii p. 246.

† PARAMENSIVM, lac coagulatum, in Stat. Aſtae.

PARAMENTVM. (1) Ornatus, ornamentum: Gallis *Parement.* Annales Francor. Bertin. an. 868. Adde Concilium Rauennenſe an. 1311. cap. 8. etc. V. *Parare* 1. (2) Phrygium opus auratis, argenteis aliisue filis intextum, Gall. *Orfroy.* Geſta Guillelmi Epiſc. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabill. p. 375. (3) Hincmarus Remenſis ad Carolum Regem, de coërcendis milirum rapinis: *Et ad aliquem diem iubeatis venire Fideles veſtros, dicentes, quia eis adcognitare vultis vndecimque vobis placet dicere, et antequam de Paramento veſtro ad manſiones redeant, commoneſte eos ſecundum ſapientiam vobis a Deo datam.* Infra: *Vt ſi tales ſunt, qui antea hanc admonitionem non audierint, eis quotidie, quando ad Paramentum veſtrum venerint, relegat.* Vbi *Paramentum,* videtur eſſe tribunal *pratum,* ſeu ádornatum. V. *Camera paramenti.* (4) Apparatus ſiue bellicus, ſiue alius quiuis, rerum neceſſariarum copia, inſtructio. Teſtamentum Euerardi Comit. an. 837. apud Miraeum to. 1. p. 20. *De paramento autem noſtro volumus vt habeas primogenitus noſter Vnroch ſpatam vnam, cum aureis hilcis et cuſpide aurea, etc.* V. *Praeparamentum.* (5) † Impedimentum, in Teſtam. Alphonſi III. reg. Portug. a. 1271. V. aliis notionibus in *Parare.*

PARAMONARII, iidem, qui Manſionarii Eccleſiarum, etſi ſecus videatur Meurſio, qui *Paramonarios* adminiſtros Monaſteriorum fuiſſe contendit. Hiſtoria Inuentionis corporis S. Priſci, apud Vghellum in Epiſcopis Frequentinis: *Sacerdos quidam Marcus nomine, qui etiam Paramonarii gerebat officium, et praedictam eiusdem ciuitatis Eccleſiam cuſtodiebat, etc.* Infra *Cuſtos ſanctae Eccleſiae ciuitatis* dicitur. Apud Petrum Diac. Caſin. in Relat. de Corpore S. Benedicti num. 2. et 20. *Georgius* ECCLESIAE *Paramonarius* occurrit, qui apud Leonem Oſt. lib. 3. cap. 26. *Manſionarius* dicitur. Obſeruationes praeuiae ad Vitam S. Richardi ſaec. 6. Bened. part. 1. p. 516. Vbi legendum *Paramonario* probat. Vita eiusd. Richardi ibid. p. 522. *Ecce autem in ipſa nocte, vnus pontificalibus inſulis redimitus, lecto fratris Paramonarii adſtitit, dicens, etc.* Adde Vitam S. Gerardi num. 20. ſaec. 5. Bened. p. 266. Concilium Conſtantinop. ſub Menna act. 5. περιχειριζόμενος ποτὲ μὲν χωρεπισκόπους ἄλλοτε παραμονεῖους. Παραμονάριοι dicuntur in Definitionibus Concilii Calched. can. 2. apud Balſamonem ad Marci Patr. Reſp. 28. et Leonem Grammaticum in Michaele Balbo p. 459. Suos etiam παραμονεῖους habebant Gentiles, ſi qua Menologio fides ad 17. Nov. Nec dubium tamen videtur quin vox *Paramonarius* interdum vſurpata fuerit pro templi ſiue monaſterii adminiſtratore ſeu oeconomo. V. S. Apollinaris Syncleticae to. 1. Ianuar. p. 299.

PARA-

PARAMVRVS, i. q. *Antemurale.* PARAMVRVS PORTALIS, murus portae praeſtructus, Gall. *Avant-mur; Promurale*, Iſidoro lib. 15. Orig. cap. 2. Charta an. 1382. ex Tabul. Maſſil. *Item fuerunt cannata Paramuri portalis portae Gallicae.* V. *Antemurale.*

PARANA. Charta an. 1047. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 413. *Donamus Domino Deo et S. Victori monaſterii Maſſilienſis. . . . eccleſiam S. Mariae . . . cum vno clauſo vinearum et cum duabus ſparanis, et cum toto hoc quod huic eccleſiae accreuerit. Et alteram eccleſiam donamus . . . cum vna vinea, et ſuis Paranis, et cum omnibus rebus quas adquiſierit in futuro tempore.* Vbi, vt paulo ante, legendum videtur *ſparanis*, id eſt, ſepibus vel muris, quibus vineae claudebantur et ſeparabantur. † *Parana* et non *Sparana* legendum eſſe, innuit alia eiusd. Tabul. Maſſ. Ch. a 1034. *Terminatur via vsque ad Paranas dominicales.* Idem videtur ac *Parrana.*

PARANDARIA, nauis onerariae genus. Bernhard. de Breydenbach Iter Hieroſol. pag. 266. *Praeter has quoque additamus nonnulla oneraria nauigia, Parandarias vulgo dictas, ex quibus quaedam machinis et ſaxeis globis tormentis adaptatis ornatae fuere . . . Parendaria,* in Epiſt. Petri d'Aubuſſon ad Frider. III. Imp. V. *Paralandrinus.*

PARANGARIAE, iumentorum vel plauſtrorum praeſtationes per viam transuerſam, ſiue extra viam regiam. Charta an. 1308. V. *Angariae* 2. *Angariare* 1. et *Perangariae.*

† PARANTELLA, pro *Parentela*, affinitas, t. 1. Ital. diplom. p. 409.

† PARANVS. *Terra parana*, quae haereditario iure poſſidetur. Ch. Mſ. a. 1323. V. *Parana.*

PARANYMPHA, dicebatur matrona quae ſponſam comitabatur atque ad maritalem thorum deducebat. Leges Aiſtulphi Reg. ex Cod. Mutin. apud Murator. to. 1. part. 2. col. 91.

PARANYMPHALIS, paranymphum ſpectans. Gerhohi Epiſt. ad G. ſo-

ſorem apud Bernhard. Pezium to. 1. Anecd. part. 2. p. 333.

† PARANYMPHVM, grata nunciatio vel ſalutatio, ap. Barel.

PARANYMPHVS. (1) Soterem PP. inſtituiſſe aiunt, vt legitima vxor tum haberetur, cui Sacerdos benedixiſſet, et quam parentes ſolenni pompa, more Chriſtiano, merito collocaſſent, quamque etiam Paranymphi cuſtodiiſſent: de quo more exſtat Epiſtola 1. ſub nomine Euariſti PP. *Paranymphi* meminit Concilium Carthaginenſe IV. cap. 13. apud Reginonem L. 2. cap. 153. Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 363. Παρανύμφους plures interdum adhibitos in nuptiarum ſolemnibus teſtatur Euchologium Graecum, p. 389. (2) In Scholis Pariſienſibus, qui, peracto *Licentiae* curſu, in ſolemni coetu, vnicuique *Licentiato* de doctrina, pietate, aliisque virtutibus, quarum per *Licentiam* ſpecimen edidit, gratulatur. Ab officio paranymphi erga ſponſam manauit haec appellatio; is quippe gradum *Licentiarum* acceptaros olim ad Cancellarium deducebat. Compendium iur. et conſuet. Vniuerſ. Pariſ. per Rob. *Gaulet.* fol. 15.

PARAPALLIVM, in Theatro ſtatuit vetus interpres Iuuenalis ad Sat. 6. v. 649. *Spectant ſubeuntem fata mariti Alceſtum:* vbi ille, *in Theatro Parapallium.*

PARAPETASIA, in L. 39. Cod. Th. de Operib. publicis. *Aedificia, quae vulgi more Parapetaſia nuncupantur, vel ſi qua opera publicis moenibus, vel priuatis, ſociata cohaerent, vt ex his incendium vel inſidias vicinitas reformidet, aut angustentur ſpatia plateārum, vel minuantur porticibus latitudo, dirui ac proſternī praecipimus.* Quo loco in Baſilicis habetur παραπέτεσμα, vel παραπέτασμα, quae vox, opus quoddam alii adiunctum, ſignificat, ſeu ad aliud fulciendum, vel alia de cauſa, vti obſeruatum a Cangio in Deſcripe. aedis Sophianae num. 36. Proinde alia ſunt *Parapetaſia* a moenianis et ſubgrundiis,

PARAPETASMA, *velum genialli incumbens lecto*. Vocabul. Suſſan. Gr. παραπέτασμα, Vmbraculum.

† PARAPETEVMATA MARTIANA vocantur teſſerae ad accipiendas quasdam annonas e horreis publicis ab Imp. *Martiano* conceſſas, a Gr. πετευμα, παραπετευμα, teſſera. Leg. 2. Cod. de Annon. ciuil.

PARAPHERNALIA BONA, V. *Paraſernalia*.

PARAPHONISTAE, παραφωνισαὶ, cantores, qui ſunt ex Schola Cantorum. Vgutio: *Paraphoniſta, Cantor*. Alibi: *Antiphonos, qui eſt ſonus: vnde Paraphoniſta, dicitur praecentator, quaſi parans ſonos*. ARCHIPARAPHONISTA, dicitur in Ordine Romano, qui aliis locis *Quartus Scholae* appellatur.

† PARAPHRASIS, lingua, idioma. Acta SS. t. 3. Aug. p. 770.

PARAPSIS. (1) Pro παραψὶς. Gloſſae Gr. Lat. τευβλιον, *Parapſida*. Ita MSS. Vbi editae habent *Paropſida*. Vas eſcarium a rotunditate dictum. Will. Brito in Vocab. *Parapſis dicitur diſtus*. (*Parapſis, Eſcuelle*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman.) Iſidor. lib. 20. Orig. cap. 4. *Parapſis, quadrangulum et quadrilaterum vas, id eſt, paribus abſidis*. Gloſſae eiusd. Iſidori: *Parapſides, ſuſſuſoria. Parapſis, granata vel catunis*. Legendum *gauata, vel catinum*, vt habent Gloſſae antiquae MSS. Pithoeanae, et Papias. (2) Praeſtatio paropſidum, quas recens nuptae apud Delphinates domino feudali dare tenebantur. Computa Vien. an. 1318. fol. 119. In Computo Caſtellani de Romanis vocantur *eſcuellatae ſponſarum*. V. *Eſtuellata* et *Miſſus* 1.

PARARE. (1) Ornare, Gall. *Parer*. Charta Caroli M. an. 795. to. 1. Hiſt. Occitan. inter Inſtr. col. 29. *Aliquid exinde dilecto filio noſtro obtulit, equum optimum, et brunia optima, et ſpatam Indiam cum techa de argento Parata*. PARATVS, opere phrygio ornatus. Teſtamentum Euerardi Comitis an. 837. apud Miraeum tom. 1. pag. 20. V. *Paramentum*. (2) *Metare*, in vett. Gloſſ. V. *Paratae*. (3) PARARE DOMOS, eas reficere. Comput. an. 1259. ex Bibl. reg. *Pro domibus de Craci tegendis et Parandis, etc.* (4) † Vulnus medicamentis fouere, curare. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1352. V. *Paramentum* 3. (5) † Declinare, vitare, auertere, Gall. *Parer*. Ch. Mſ. a. 1331.

PARARIA. (1) Forte dominium, *Pariagium*, V. in *Par*, et infra *Pararium* 2. Excerpta ex Chron. Anic. to. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 237. *Guillelmus eccleſiae ſuae et ſucceſſoribus ſuis pretio 1020. libr. Turonenſ. acquiſitis caſtrum et Pararium de Bello-ioco a Iarentone de Sancto Romano domicello*. (2) Locus vbi parantur panni. Litterae Philippi VI. an. 1335. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 115. V. *Paratoria*. (3) † Ars parandi pannos. Stat. a. 1327.

PARERIA, ibid. V. *Paratoria* 2.

PARARIVM. (1) Pro *Peraria*, ſeu *Petraria*, apud Bromptonum pag. 1166. *Ingenia vero et Pararia Chriſtianorum ita retro foſſata erant, quod nullus ex parte aduerſa poterat eis nocere*. V. *Petraria* 2. (2) Idem quod *Pararia* 1. ni fallor. Charta an. 1174. ex paruo Chartul. S. Victoris Maſſil. fol. 177. *Dono eccleſiae B. Mariae de Toramitus Pararium in Inſola cum ribagio, et totum tenementum Iſoardi in manu ſacra I. epiſc. Senecenſis*.

PARARIVS, qui nominibus faciendis interuenit, conciliator, proxeneta. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 23.

† PARAROLLVS, PARAROLVS, ſ. locus vbi ligna ſeu aſſeres ſecantur, quod linea *parallela* fit. Correct. Stat. Cadubr. c. 38. et 104.

PARASCERNVS, nauigii ſpecies. Charta Elizabethae Reginae Hungariae an. 1380. apud Ioannem Lucium lib. 4. Hiſt. Dalmat. cap. 1. *Omnes galeas, Paraſcernos, brigentinos, et quodlibet aliud genus claſſis*. V. *Parandaria*.

PARASCEVE, ex Gr. παρασκευὴ. (1) Sexta ſabbati, ſeu feria ſexta vltimae hebdomadis Quadrageſimae, ſic dicta, inquit Iſidorus lib. 1. de Eccleſiae offic. cap. 29. *quia in ea die Chriſtus myſterium crucis explenit, propter*

propter quod venerat in hunc mundum. Papias: *Paraſceue, ſexta Sabbati appellatur, hinc enim praeparatio dicitur, quod a Iudaeis, quae in Sabbato ſunt, eadem die praeparantur.* (2) Pro qualibet ſexta feria cuiuuis hebdomadae, quomodo quaelibet dies Dominica ab antiquis dies Reſurrectionis Dominicae dicitur. Vita S. Aldegundis ſaec. 2. Bened. p. 815. *Die Paraſceue ante Sabbatum dormitionis famulae Dei Aldegundae, etc.* id eſt, *ſexta feria ante diem Sabbati*, ſicuti alius anonymus interpretatur. Obiit autem S. Aldegundis die Sabbati III. Kalend. Februarii, vt obſeruat Mabillonius ibid.

PARASCHELMVS, a Graeco παρὰ et σκέλμος, ſcalmus, Gall. *Schalme*, Ital. *Schelmo*, lignum quo alligatur remus, labrum nauis, vbi remi adnexi ſunt, ita vt *Paraſchelmus* dici videatur id quo *ſcalmus* munitur. Chron. Eſtenſe ad ann. 1380. apud Murator. tom. 15. col. 506. *Veneti ſuorum inimicorum victoria potiti, cum XLVIII. galeis ad bella multo ſtudio praeparatis, quarum vnaquaeque Paraſchelmum vnum habebat, etc.*

PARASCIS, pro *Paropſis*, catinus, Gall. *Plat.* Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 273. V. *Parapſis.*

PARASENVS, pro *Paraſinus*, moneta Pariſienſis. Hiſt. Nem. t. 2. Prob. p. 44. V. *Parazinens.*

PARASIA. Vetus interpres Iuuenalis Sat. 4. v. 77. *Pegaſus, Trierarchi filius, ex quibus Liburna Parafia nomen accepit.* Vbi P. Pithoeus legit, *ex cuius Libarnae Parafia*, et *parafium*, pro παράσημον dictum putat, i. tutela nauis, de qua voce copioſe egere criticorum filii.

PARASIS, paropſis, catinus. Inuent. Mſ. a. 1361. V. *Parapſis* et *Paraſcis*. PARASSIS, apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. p. 477.

PARASITASTER, idem videtur qui *Paraſitus*, famulus domeſticus. Guibertus in Vita ſua lib. 3. cap. 15. *Quid, quod cum vxore ſua Paraſitaſtrum quemdam extinctis iam nocte lucernis ſub ſpecie ſui cubitum tre mandauit.* Laurent. in Amalth. *Paraſitaſter, parafitorum imitator;* qua notione vtitur Terentius in Adelphis.

PARASITVS. (1) *Paraſiti, qui praeficiebantur colligendo ſacro frumento.* Vocab. Suſſannaei. Hinc *Paraſitium*, horreum in quo prjmitias ſacri frumenti Paraſiti recondebant. V. Scaliger Poet. L. 14. Meurſium, etc. (2) PARASITVS, PARESITVS. Vita S. Sori Eremitae Petragor. cap. 2. num. 10. *Vocato itaque vno e Pareſitis, iubet diligenter a beſtia pellem detrahere.* Vbi Bollandus per *pareſitum*, lanionem deſignari putat: malim famulum domeſticum, qui de menſa domini victitat. Sic apud Petrum Damianum in Vita S. Romualdi cap. 3. num. 17. *Huius vaccam Comes quidam ſuperbus et tumidus, miſſis Paraſitis, impetu barbarico rapuit, eiusque carnes praeparari ſibi ad prandium . . . praecepit.* Will. Gemeticenſis lib. 7. cap. 10. *A duobus Paraſitis ſuis in via fecit eum ſubito ſtrangulari.* V. *Paraſitaſter.*

PARASSEVA, pro *Pareſceue*, V. *Participatio.*

PARASSIS, V. *Paraſis.*

PARASTER, vitricus, vt *Filiaſter*, priuignus; Gall. *Paraſtre.* Vetus Notitia in Hiſt. Monmorenciaca pag. 12. *Hucherti, . . . qui poſtea propter Paraſtrem ſuum cognominatus eſt Raſorius, etc. Paraſtre*, in Conſuetud. Montenſi art. 6. 11. et in vet. Melodun. art. 149. Armoricis, *Peraſtre.*

PARASTITIA. Adamnanus Scotus lib. 3. Vitae S. Columbae cap. 27. *Ecce enim Angelus Domini . . . nos deſuper intra Eccleſiam aſpicions et benedicens, rurſum per Paraſticiam Eccleſiae reuerſus, nulla talis veſtigia exitus reliquit.* An *poſticium?* Alii a παρὰ et *ſtatio* deducunt, quaſi *ad ſtationem.*

PARASYNAXIS, ex Graeco παρασύναξις, conuenticulum. Sacra Marciani Imp. contra haereticos part. 3. Concilii Calched. c. 19. Concilium Conſtantinopolitanum ſub Menna Patr. act. 1. Κελεύσαντες μήτε παρασύναξαι, μήτε παραβαπτίσαι. Vetus interpres *reconuenticulare.* V. L. 8. Cod. de Haeret. et Manich.

PARATA. (1) Practicis Gallicis *droit de parée*; ius nempe, quod dominis feudalibus competit, perſequendi *natiuos* ſeu homines ſuos, ſi in vicini alterius dominium tranſierint, quod quidem ex pacto viciſſim inito vtrique domino competit, ex quo eorum tenentes, *homines de parata* vulgo dicuntur. Charta libertatum oppidi de S. Palladio in Biturigib. an. 1279. (2) PARATAE, expenſae ad hoſpitum ſuſceptiones, maxime Miſſorum, ſeu Legatorum publicorum, *Miſſatici:* tollitur enim Sigonius lib. 7. de Regno Italiae, vbi ait *Paratam* eſſe ſumptum, quem populi in vias, pontesque fluminum, qua tranſiturus aut quo aditurus Rex erat, reficiendos impendebant. Vox formata a *Parare*, quod idem eſt ac *Metare*. Gloſſae Gr. Lat. Ετοιμάζω, *Paro, Meto.* Ετοιμασία, *Praeparatio, metatio. Menſio parata*, apud S. Ambroſium ſerm. 5. in Pſalm. 118. *Parare hoſpitium*, apud Sidonium lib. 8. Epiſt. 11. *Manſionaticos parare*, apud Hincmarum Remenſem ad Clerum Laudun. Praeceptum Ludouici Pii pro Hiſpanis an. 815. *Et Miſſis noſtris, quos pro rerum opportunitate illas in partes miſerimus, aut Legatis, qui de partibus Hiſpaniae ad nos transmiſſi fuerint, Paratas faciant, et ad ſubuectionem eorum veredas donent.* PARADA, eadem notione. Praeceptum Pippini Maioris domus an. 750. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 263. (3) PARATAE crebro etiam ſumuntur pro expenſis, quae in Epiſcoporum et Archidiaconorum ſuſceptionibus a Presbyteris Eccleſiarum ruralium fiunt, dum ii dioeceſim ſuam viſitant, quae poſtmodum in praeſtationes pecuniarias abierunt; (ita vt ab Epiſcopis interdum monaſteriis concederentur, vt patet ex Charta Alduini Lemouic. Epiſc. apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Bened. Lemouic. MSS. p. 420.) Hincmarus Remenſis: *Presbyteros in Paratis et exeniis indebitis non affligant.* PARADA, idem, in Charta Pontii Epiſcopi Bellicenſis: PAREDA, eadem notione. Hiſtor. Epiſcopi Autiſiodor. cap. 49. PARETA, in Necrologio an. circ. 1250. exarato Eccl. Autiſſiod. ad 19. Maii. GVADIA DE PARATA, in Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 2. extremo. APPARATVS, idem quod *Parata*, prandium, coena. Charta Bernardi Comitis Melgorienſis apud Garielum in Epiſcopis Magalon. PARATA CERAE, cenſus in cera ad *luminare* eccleſiae exſoluendus. Statutum MS. Eccl. Lugdun. V. *Cerorius.* (4) † ESSE IN PARATA, dicitur de iis qui in officio eccleſiaſtico *cappis* parati ſeu veſtiti, potiores partes agunt. Teſtam. Mſ. a. 1472. (5) † Marini piſces, Gall. *Marée, Parée.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1457.

† PARATALASSIVS, qui in re nauali praeeſt, Gr. παραταλάσσιος. Sic emendandum pro *Parato laſio*, t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1492.

PARATALIS VOX, ius, quod quis habet in prata. Charta an. 1020. Marcae Hiſpan. col. 1022. V. *Vox.*

PARATARIVS, facilis paratu. *Phaſeoli paratarii*, apud Apicium lib. 8. cap. 6.

PARATELLA, lapathus, herba, quae Gallis *Parelle* dicitur. Macer de Virtutib. herbar. lib. 2. cap. 26.

Herba ſolet lapathi vulgo Paretella vocari.

PARATICA, idem quod *Parata*, ſeu *Paratae*, de qua voce ſupra. Charta Frider. I. Imp. an. 1185. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana pag. 1029.

PARATICVM. (1) Italis appellatur Collegium, ſocietas. Statuta Mediolanenſia 2. part. c. 418. *Nullum Paraticum, nec ſchola, nec congregatio alicuius artis de caetero ſit in ciuitate Mediolanenſi, nec eius ducatu.* (2) Idem quod *Paragium*, V. in hac voce.

PARATICVS, qui ex aliquo *paratico* ſeu collegio eſt, († i. q. alibi *Hanſatus.*) Statuta Placent. lib. 1. fol. 12. vo. V. *Parazicum 1.*

PARATILMVS, Gr. παρατιλμὸς, *expilatio natum; poena adulterorum pauperum; ditiores enim ſe pecunia redimebant.* Laur. in Amalth.

PARA-

PARATIO. (1) Quidquid piſcatur in ſtagno, antequam exhauriatur. Charta an. 1085. tom. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. p. 65. col. 1. (2) Eccleſiae ſecretarium. Charta an. 1185. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. V. *Paratorium* 1.

PARATITLA. (1) Rubricarum explanatio ſummaria. Cotta in Memor. iuris tit. de Iurisper. V. Lexicon Caluini. (2) Conſtitutiones eccleſiaſticae, in Elogio Ant. Auguſtini Archiep. Tarracon. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 655.

PARATOR. (1) Sartor, qui veſtes conficit vel ornat: Gallis olim *Parmentier*, quaſi *paramentarius*, paramentorum confector. Charta Communiae S. Quintini: V. *Permentarius*. (2) Qui pannos parat, Occitan. *Paraire*, Gallis *Pareur*. Litterae Philippi VI. an. 1335. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 114. (3) Cubicularius, qui cubicula diſponit, ordinat, lectos parat, inſtruit; huius officium deſcribitur in Leg. Palat. Iacobi II. Reg. Maioric. to. 3. Iunii p. XXXIX. (4) Thwroczius in Chr. Hung. 2. part. c. 10. *Qui fundator extitit monaſterii de Tata et Parator*, id eſt, exornator. (5) Charta an. 1257. apud Prynneum in Libertatib. Angl. to. 2. pag. 1035. *Pro quibus omnibus . . . . firmiter obſeruandis, ... praefatum Dom. Regem et ſucceſſores ſuos eisdem mercatoribus principales conſtituerunt debitores, et Paratores*, etc. Vbi legendum *pacatores* vel *pagatores*, ſponſores, fideiuſſores. V. *Pacator* 2. et *Pagator*.

PARATORIA. (1) Palla ſeu aquarii canalis valuula, Gall. *Palle* et *Pelle*, vel *Vanne*. Addit. ad Statuta Mutin. cap. 25. fol. 48. vo. Ab Ital. vt videtur, *Parato*, quod id omne, quo aliquid munitur vel continetur, ſonat. (2) Locus vbi parantur panni. Litterae Philippi VI. an. 1335. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 114. V. *Pararia* 2. (3) Ars ipſa parandi pannos, ibid. pag. 115.

PARATORIVM. (1) Secretarium Eccleſiae, ſeu locus, vbi Pontifex, et qui ſacra facturi ſunt, ſeſe *parant*, id eſt, adornant, et veſtes Eccleſiaſticas induunt: vel vbi ad ſacram peragendam liturgiam ſe *parant*, *vel praeparant*. Ordo Romanus. (2) Locus vbi parantur telae, panni, papyrus, Gall. *Paroir*, Prouincialibus *Paradon*. Charta an. 1097. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. (3) Inſtrumentum quo parantur telae, († ſeu potius i. q. *Paratorium* 2.) etc. Statuta Montis Regal. fol. 272.

PARATRAPETA. Anaſtaſius in Leone III. PP. p. 127. *Item et in monaſterio S. Eraſmi fecit veſtem de ſtauraci, cum cruce et gamadiis, ſimul et Paratrapetis ſuis, cum periclyſi de chryſoclauo*. Vbi forte legendum *Paratapetis*, ex Graeco παρατάπητις, quod extra *tapetum* eſt, ita vt idem valeat, quod limbus tapetis, *Bord de tapiſſerie*.

PARATVRA. (1) Pannorum confectura. Litterae an. 1332. to. 2. Ordinat. Reg. Fr. p. 90. (2) Idem quod *Paramentum* 2, opus Phrygium. Charta an. 1239. in Tabular. S. Barthol. Berun. fol. 42. *Eiusdem cuſtodis officii eſt ipſorum pannorum diſſuere Paraturas*. Analect. Mabill. p. 390. (3) Idem quod *Paramentum* 3. apparatus quiuis, Gallis *Parure*: *Paratus*, Tertulliano de Corona militis. Solinus c. 53. *Gemmarum adhibent Paratum* 2. Paralip. c. 5. *Portauerunt Leuitae arcam, et intulerunt eam, et omnem Paraturam tabernaculi*. PARATVRA MISSATICA, ornamenta ad Miſſam celebrandam. Vita S. Vdalrici ſaec. 5. Bened. p. 446. PARVRA, eadem notione, ex Gallico *Parure*. Vitae Abbatum S. Albani. (4) PARATVRAE, expenſae ad hoſpitum ſuſceptiones, maxime Miſſorum ſeu Legatorum publicorum. Charta Henrici III. Reg. Rom. an. 1040. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 60. V. *Paratae*. (5) † Piſcaria locus ad piſcandum paratus, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 195. PARATVRIA, idem.

PARATVS LASITVS, V. *Paratalaſſins*.

PARATVS. (1) Ius procurationis et giſti. Ch. a. 934. ap. Stephanot. t. 3. Antiquit. Pictau. Mſ. p. 337. (2) *In parata pecunia*, interdum nude, *in*

parato, hoc eſt, numerato, in numerata pecunia, Gall. *Argent bas, Argent comptant.* Charta Caſimiri Reg. Polon. an. 1343. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 510.

PARATYPA, *Numiſmata adulterina.* Vocabular. Suſſannaei. V. *Paracharagma.*

PARAVAREDVM, V. *Paraueredi.*

PARAVEGIVM, locus, qui naues a ventis tuetur, Italis *Paravento.* Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 25.

PARAVELLA. Priuilegia Figiaci apud Acher. to. 13. Spicil. pag. 258. *Praecipimus etiam vt nulla poteſtas . . . infeſtationem inferre, nec paratas, nec Paranellas . . . integre* (L. exigere) *audeat.* Vbi legendum videtur *Parauereda.* V. in *Paraueredi.*

† PARAVENTVS, ſupellex, qua ventus arcetur, Ital. *Paravento.* Inuent. Mſ. a. 1476.

PARAVERE, pro *Peruere*, cupere. Charta Caroli VIII. Reg. Franc. an. 1494. in Chartul. Monaſt. Belli-loci.

PARAVEREDA, V. *Paraueredi.*

PARAVEREDARII, colonij qui *Parauereda* praeſtare tenebantur, de quibus Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 40.

PARAVEREDI, equi *agminales*, ita enim promiſcue appellatos docet Lex 3. Cod. Th. de Curſu publico, quorum vſus in curſu publico, non quidem in viis publicis, ſed in transuerſariis et militaribus, vt *veredorum* in viis publicis. Ita Iacob. Gothofredus ad d. legem. Parauereda rum etiam mentio occurrit in L. 6. 7. 15. 16. 59. 63. 64. eod. tit. et apud Senatorem non ſemel, vbi pro quibuuis equis publicis videntur vſurpari. *Parauereda rum ſubnectiones exigere*, lib. 5. Epiſt. 39. *Parauereda rum aſſiduitate fatigari.* PARAVERREDARIVS, pro *Parauereda.* Capitulare de Villis cap. 31. PARAVAREDVM. Leges Caroli M. apud Murat. to. 1. part. 2. PARAVEREDA, in Teſtamento S. Karileffi apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 82. PARAVERODI. Charta Henrici III. Imper. an. 1056. apud eundem Calmet tom. 1. Hiſt. Lothar. col. 450.

PARAVREDVM. Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 16. PAREFREDVS, in Bulla Leonis IX. PP. an. 1049. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 68. PAREFRIDVS, in Chronico S. Trudonis apud Acherium to. 7. Spicil. pag. 512. PAREVEREDVS, in Charta Pippini I. Reg. Aquit. an. 835. to. 1. Hiſt. Occit. inter Inſtr. col. 69. PARAFREDVS. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 14. De colonis vel ſeruis Eccleſiae §. 4. PALAFREDVS, equus gradarius, Gallis *Palefroi, cheval de ſervice.* Lexicon Cambro-Britannicum: *Palfrai, Palfridus, genus equi.* Catholicon paruum: *Gradarius, Palefroy.* Vgutio, et ex eo Ioannes de Ianua: *Palafredus, dicitur a paſſu equi et fraeno, et deducendo, quia leni paſſu per fraenum ducitur.* N. Abbas Claravallenſis lib. 2. Miſcellan. Baluzii p. 247. *Super Palafredum totum vndique phaleratum.* Hinc a *Palla* et *fraeno* vocem *Palefredus* deducunt nonnulli; non omnino male, mos quippe erat equos honorarios *palla* coopertos freno ductare. Quidam etiam perperam ab Hebraico etymon arceſſunt. V. Guichardum in Harmonia etymolog. pag. 74. 814. PALAFRIDVS, apud Innocentium III. PP. lib. 14. Epiſt. 43. PALEFREDVS. Teſtamentum Rogerii Vicecom. Biter. an. 1193. apud Baluz. Hiſt. Aruern. to. 2. p. 500. PALLEFREDVS, in Conſtitut. Cluniac. MSS. PALEPHREDVS, Io. de Ianua. V. *Mannus.* PALEFRIDVS, apud Ordericum Vitalem l. 5. p. 594. PALLEFRIDVS. Acta SS. Iunii to. 4. p. 173. PALAFRENVS, Italis *Palafrene.* Acta Alexandri III. PP. an. 1162. PALAFRENALIS, ad *Palafredum* pertinens. Leges Palat. Iacobi II. Reg. Maioric. to. 3. Iunii p. LV. PARAFRENARIVS, equiſo, qui *palafrides*, ſeu equos curat, ſeu etiam, qui ſtabulis regiis aut Principis praeeſt: Gall. *Palefrenier*, Italis *Palefreniere.* Occurrit in Ceremoniali Romano lib. 1. ſect. 2. PALAFRENARIVS, eadem notione. Ordinatio Domus Dalphin. an. 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 395. PALAFRENE-

FRENERIVS in alia Ordinat. ibid. p. 315. PALEFRENARIVS, in Charta an. 1318. ibid. p. 176. PALEFERNARIVS. Teſtam. an. 1433. ex Tabul. Eccl. Maſſil. PALEFRIDIARIVS. Charta Eduardi III. Reg. Angl. an. 1359. apud Rymer. to. 6. p. 127.

PARAVISVS, V. *Paradiſus.*

† PARAULLA, verbum, ſermo, Prouinc. *Paraula*, Gall. *Parole.* Ch. Mſ. a. 1335. V. *Parola.*

† PARAYRARIA, ars [illegible]nos parandi. Lit. a. 1322. V. *Pa[illegible]ia 3.*

† PARAZINEVS, Pariſinus, moneta Pariſienſis. Ch. Mſ. a. 1349. V. *Paraſenus.*

PARAZONIVM, gladiolus a zona pendens, et a pugione nonnihil diſtinctus, vt ex Martialis Diſtichis colligit Carolus de Aquino in Lexic. milit. V. *Cinctorium.*

PARCAGIVM, tributum quod pro reparatione *parcorum* domini, vel pro iure *parcum* conſtruendi, a vaſſalis exigitur, Gallis *Parcage.* Charta Henrici I. Regis Angl. tom. 3. Monaſtici Anglic. p. 267. PARCATIO, idem, quae inter iura dominica recenſetur in Monaſtico Anglic. to. 3. p. 311.

PARCAMENVM, pro *Pergamenum*, ex Gallico, *Parchemin:* habetur in libro miraculorum S. Vulfranni Epiſc. n. 26. PARCAMINVM, idem, ex Cod. Dunenſi apud Mabill. ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 765.

PARCARE, *parco* ſeu *ſepto* ex cratibus oues per noctem includere, quo terra earum firmo impinguatur, Gallis *Parquer*, in Conſuetud. municipal. Aruern. *Parger.* Charta Radulphi Abb. de Viconia an. 1206. in Chartular. S. Quintini in inſula: *Si Parcaueris, duplo de noſtris quam de ſuis Parcabis.*

PARCATA, modus agri, Gall. *Parquet.* Monaſt. Angl. t. 2. p. 279. V. *Parcus.*

† PARCATVS, ius conſtruendi *parcum.* Ch. Mſ. a. 1314.

PARCELLA. (1) Portio, pars modica, particula, Gallis *Parcelle.* Charta Henrici Reg. Angl. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 1474. *Dominia, feoda, terrae, tenementa, redditus, et poſſeſſiones praedictae ſeu aliqua Parcella eorumdem alicui alii perſonae per nos ante haec tempora data.* PARCMLVM, eadem notione. Charta an. 1431. apud Kennet. Antiquit. Ambrosden. p. 617. (2) Breue ſeu Charta expenſi articulatim et per partes diſtincta. Computus an. 1324. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 132.

PARCELLARE EXPENSAS, eas per partes annotare. Statuta Auenion. lib. 2. rubr. 9. art. 24. V. *Particulare.*

PARCENNARII, PERCENNARII, participes, *partiarii*, *partionarii*, in veteribus tabulis paſſim, qui paternam haereditatem inuicem diuidunt: ex Gall., *Perçonniers*, vel *Parçonniers*: *Perceners*, in Legibus Willelmi Nothi vernaculis c. 19. Bromptonus: *Domini, ſi tantum hodie copiſtis, centuplum inuerim perdidiſtis: hanc Dani cinitatem eboracenſem Rege Osbrith parcenario veſtro interfecto . . . ceperunt.* Maxime vero *Parcenarii* dicuntur, qui aliquid in commune poſſident. V. Fleram lib. 4. c. 24. §. 11. et l. 5. c. 9. §. 35.

PARCERARIVS. (1) Colonus partiarius. *Meſtaier partiere*, in Conſuet. Turon. art. 113. V. *Mediotarius.* Frequentius vero vſurpatur pro eo qui diuidit vel accipit partem decimae alicuius territorii, in Tabular. S. Illidii Claromont. (2) † Particeps qui aliquid in commune poſſidet, Gall. *Partier.* Inquiſit. Mſ. a. 1342. V. *Parcennarius* et *Partiarius.*

PARCERIA, a *Parcerarius i.* vox apud Aruernos vſitata, vulgo *Parciere*, quaeuis pars et portio in re aliqua, praecipue in decimis. Charta an. 1149. apud Stephanot. to. 4. Fragm. Hiſt. MSS. p. 407. *Damus monaſterio B. Andreae Apoſtoli Ordinis Praemonſtratenſis et Deo deuotis religioſis noſtris Abbati et Conuentui eiusdem bona, reditus, domos, ... cenſus, decimas et Parcerias, feudos et alia quaecunque.*

† PARCERIALIS, qui ad *Parceriam* tenet. Ch. Mſ. a. 1305.

PARCETVS, ornamentum capitis mulierum, († vel potius lnauris, vt

videtur.) Litterae Caroli V. Reg. Franc. an. 1367.

PARCHETA, animalia, ni fallor, quae in damno sunt. Charta an. 1203. in Tabular. Compend. *Et si a famulis nostris, vel ab alio aliquo in praedicto parco rareto Parcheia capta fuerint, ad domum nostram de Agen adducentur et forisfactum habebimus.* V. *Parcus.*

† PARCHIA, trabecula in aedibus sacris, vbi cerei accenduntur. Obituar. eccles. Lingon. V. *Pergula* 1.

PARCHVS, pro *Parcus*, V. in hac voce.

PARCIALIA. Charta Gosleni Episcopi Carnotensis an. 1155. ex Tabular. N. D. de Iosaphat: *Sciendum, quod Dominus Cendrevil, et vxor eius, et seruientes eius, et Milites eius cum vxoribus suis Parcialia non exsoluunt.* V. *Parceria.*

PARCIARICIA. Formula 30. ex Andegau. *Quasi vineas suas, quae erant illius, quendam illi ad Parciaricias dedisset, vt quamdiu ipsi illi se optificeret, ipsas vineas ad Partiaricias habere debiat, etc.* id est, ad partem seu medietatem. V. *Medietarius, Parceria*, et *Parfiare.*

PARCIARIVS-COLONVS, qui fructuum agri quem colit cum domino eiusdem, est particeps, in Statutis Astens. cap. 16. fol. 37. V. *Medietarius.*

PARCIATES, vt *Partiates*, V. in hac voce.

PARCIBILIS, qui parcit, apud vet. Interpr. S. Irenaei l. 4. c. 37.

PARCIERENGHVS. *Parcierenghae salices*, quae *parcis* contexendis sunt aptae, vt videtur. Statuta Perus. fol. 53.

PARCILOQVIVM, taciturnitas. Apuleius lib. 5. Metamorph.

† PARCIMONIA, aerarium regium, Gall. ol. *Epargne.* Ch. Ms. a. 1411. V. *Parcitas.*

PARCIMONIVM, *parcitudo*, φειδωλία. Gl. Gr. Lat.

PARCIOLA, particula. Vita S. Symeonis Erem. saec. 6. Bened. part. 1. p. 163.

PARCIOSVS, *Φαυλὸς*, pro *φειδωλὸς*. Gl. Lat. Gr.

PARCITAS. (1) Aerarium, Gall. *Epargne.* Constitut. Arnaldi Episc. Barcinon. an. 1277. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 609. (2) PARCITATES, pro *Partiates*, V. in hac voce.

PARCITER, pro parce, apud Nonium c. 11. num. 47. et Claud. Mamert. in Praefat.

PARCITVDO, angustia. Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 515.

PARCOLERIVS, f. idem qui *Parcarius*. Cod. Pituric. an. 1280. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 191. *Clerici exercentes vilia officia maneantur in Casibus infra scriptis. In primis fabri ferrarii et Parcolerii, etc.*

PARCOPOLLEX, Ioanni de Ianua dicitur *Tramellum, qui parcit pollici.* Gloss. Lat. Gall. *Parcopolex, Traymel pour ayder à chausser sanlez.* † Leg. *Trainellum* pro *Tramellum*, V. in hac v.

PARCVNSA, parcimonia. Commonit. S. Orientii apud Marten. veter. Script. Collect. noua part. 1. p. 18.

PARCVS. (1) Non tam stabulum, vel ouile, quam liberior et spatiosior locus, in quo grex totus includitur. Galli *Parc* etiamnum appellant septum ex cratibus, in quo de nocte oues, quae ad pascua educuntur, includi solent, quo ab luporum incursibus tutae sint. Lex Angiorum et Veriorum tit. 7. §. 1. *Qui gregem equarum in Parco furatus fuerit, etc.* Lex Ripuar. tit. 82. §. 2. *Si quis peculium alienum in messe adprehensum ad Parcum minare non permiserit, etc.* Editio Heroldi habet *parricum*, Codex Regius *parricium*; alius *parium*, etc. Vita Alcuini n. 10. *Curte sine aquarum sub uno Parco omnis mundus collectus ostenditur.* Pecora porro dicuntur *ad Parcum* duci in laudatis legibus, quae ob forisfactum et damnum pignorantur, et in eius, cui damnum factum est, *parcum*, seu *imparcum*, vti etiam appellabant, conseruanda ducuntur, donec illud resarciatur. Atque ita PARCVM PVBLICVM appellant IC. Angli, quem sic definit Cowellus: *Parcus publicus, est area in*

in quolibet fendo ſeu manerio circumſeptus, in quo animalia damnum frugibus aut fructibus terræ quibuscunque faciensia includuntur, donec de damno per dominum ſatisfiat, aut ſaltem cautio apud Vicecomitem per dominum interponatur de ſtando iuri. Locus ad ferarum cuſtodiam, palis, cratibus, muris aut foſſis circumſeptus, cuius primum inuentum Henrico I. in Anglia adſcribit Ioannes Roſſius: ſed contrarium ex Domeſdei euincit Spelmannus in *Deretald*, et ſub Anglo-Saxonibus exſtitiſſe *parcos* aſſerit. Sane Perſicos Reges eiusmodi ſiluas muris clauſas habuiſſe teſtatur in primis Zozimus lib. 3. p. 724. Petrus Crellenſis de Diſciplina Clauſtrali c. 1. *Regulares incluſerunt in clauſtro, tanquam cervos et capreas in clauſo, vt ita dicam, Parco.* Chronicon Andrenſe: *Dum - - - pro ſylueſtribus cuſtodiendis Parcum facere vellet.* PARCORVM CLAVSVRA, inter onera quibus tenebantur Angli erga Regem, in Charta Guillelmi Nothi pro Monaſterio de Bello in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 317. Idem quod PARCORVM OPERATIONES dicitur in Charta Henrici II. Reg. Angl. an. 1156. apud Kenner. Antiquit. Ambroſden. p. 114. (2) † Conuallis arboribus conſita, t. 6. Aug. p. 484.

PARDINA. Charta Aragon. aerae 927. in Hiſt. Pinnatenſi p. 269. *Monaſterium de Nanazal cum ſuis villis, id eſt, Larrota et Aranella, et cum omnibus blodiis, et montibus, et Pardinis, et Eccleſiis, etc.* Alia Sancii Maioris Regis Nauarrae aerae 1052. apud Sandouallium in Epiſcopis Pampilonenſibus: *Neque praeſumas aliquis ex ſucceſſoribus noſtris in illa Pardina de Yçurum, ſine in aliis terminis, ... nouum aliquid conſtruere, etc.* Alia Sancii Regis Aragob. aerae 1128. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. to. 3. *Et Monaſterium S. Chriſtophori de Aurin, cum tota villa, et Palatium de Lares tota ſua haereditate, et Pardinum illum de ſericata, etc.* Idem forte quod *Prado*, pratum.

PARDONA, PARDONARE, V. *Perdonare.*

† PARDONANTIA, Ital. *Perdonanza*, indulgentia. Serm. Barel.

† PARDVM, conuentio, pactum, quod condonatis ab vtraque parte querelis fit. Ch. Mſ. a. 1222.

PARDVS, adiect. coloris *pardi*, cinericius. Concil. Tolet. an. 1582. inter Hiſpan. to. 4. p. 215.

PARECLVM, PARICLVM VESTIMENTVM, par, aſſimile, Gall. *Pareil, aſſorti.* Teſtamentum Ermentrudis ad calcem Liturgiae Gall. Mabill. p. 463. V. *Paricla.*

PARECVLVS, V. *Paricla.*

PARECTVS, V. *Parcetus.*

PAREDA, V. *Paratae.*

PAREDRVS, ex Graeco παίεδρος, virtus daemoniaca, qualis in Simone Mago fuit. Papias: *Paredrum, vocant dominicam virtutem.* Rufinus lib. 2. Hiſt. Euſebianae c. 14. *Is vrbem Romam ingreſſus, vtens adminiculo adſiſtentis ſibi et adhaerentis daemoniacae vimutis, quam Paredrum vocans, etc.* Adde Suicerum in Theſauro Eccl. v. παίεδρος. *Paredros* Battiadis laudat Fulgentius Placiades de Virgiliana continentia.

PAREFERNALIA, V. *Paraefernalia.*

PAREFREDVS, PAREFRIDVS, V. *Paraveredi.*

† PAREGALE, PARREGALE, i. q. *Parius*, ſeptum ex palis et cratibus. Ch. Mſ. a. 1341.

PAREGIVM. (1) V. in *Par* poſt *Pares Communiarum.* (2) † Maris plaga vel tractus, Gall. *Parage.* Ch. Mſ. a. 1291.

PAREGORIZARE, PARAGORIZARE, Ioanni de Ianua, *mitigare, lenire, oblectare. Paregoria, mitigatio, et quaedam medicina ſic dicimus, quae lenit.* Anonymus medicus: *Paregorica ſunt quae Paregoriſant, ne malum creſcat, non ſanant.* V. Gariopontum l. 1. c. 19. Gloſſ. Medicum MS. Reg. cod. 1486. *Paragoricus, mitigator, Paragoriſare, mitigare.* Papias: *Paragorizat, mitigat, oblectat, temperat.* Perperam *Paragominat* praeferunt Codd. MSS. et editi. Rectius infra *Paregorizat, mulcet.* Graecis παιγγορεῖν eſt conſolari.

† PARELIVS, par, Gall. ol. *Pareil.* Ch. a. 832. t. Probr Annal. Praemonſtr. p. 104.

† PAREMPTITII, qui ſint apud Anglos, exponitur a Ge. Braunio t. 3. theatri vrbium p. 4.

PARENDARIA, V. *Parandaria.*

PARENDERIVS, qui ſub *parastore* telas, pannos, etc. *parat.* Statuta Montis Regal. fol. 272.

PARENS, ſanguine proximus, agnatus, cognatus: vox Saluſtio etiam nota. Hieronymus lib. 2. contra Ruſinum: *Niſi forte parentes militari vulgarique ſermone cognatos et affines nominat.* Saluianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. *Cum dicat quis de aliquo adoptivo ac ſubitaneo propinquo, illum haeredem facio parentem meum.* Inſra: *Emens pretio haereditatis haeredis nomen, et totis patrimonii ſui viribus hoc elaborans, ne ſe ille qui haeres ſcribitur, Parentem neget.* PARENTORVM, pro *Parentum* crebro occurrit apud Scriptores locis indicatis a Baluzio in Notis ad Capitul. p. 1014.

PARENSALES CHARTAE. Edidit Hieronymus Bignonius poſt Marculfum, formulas quasdam veteres, cum hoc titulo: *Incipiunt chartae Regales ſive Parenſales.* Wendelinus in Gloſſ. Salico v. *Salicae Chartae*, dictas eiusmodi Chartas putat a *Sala*, ita vt eaedem ſint quae aliis *Salicae Chartae* dicuntur, quae ſcilicet ſecundum Salae vſum ac ſtylum, vt loquuntur, praeſcriptae ſunt, et Flandrenſibus *Sael - brief* dicuntur, Quid ſi pro *Parenſales* legatur *Pagenſales*, ita vt *Pagenſes* ſpectauerint: nam reuera nihil fere in iis quod Regem ſpectet occurrit, ſed totae ſunt priuatorum, atque adeo Pagenſium. *Pagenſales* vero dicuntur qui aliis *Pagenſes*, in Capitulari Pipini Regis Italiae c. 36.

PARENTAGIVM, idem quod *Parentela*; *Parentage*, in Conſuet. Bituric. art. 16. tit. 19. Leges Norman. c. 30. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 225.

PARENTALIS, προγονικὸς, auitus. Ita *Parentale Imperium*, *et parentalem domum* dixit Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. p. 120. et 136. vbi Theophanes habet, προγονικὴ βασιλεία, et γονικὸς οἶκος.

PARENTALIA, conuiuia Paganorum ad tumulos mortuorum, ſic dicta quod ea a filiis in parentum honorem fierent, vt eſt apud Hieronymum in Hieremiam, cap. 16. vbi a Graecis περιδειπνα appellari ait. Sopater Chariſius lib. 1. Inſtit. Grammat. *Parentalia*, νεκύσια. Ita etiam in Gloſſis Lat. Gr. Ea autem conuiuia a Chriſtianis proſcribuntur. Gaudentius Epiſcop. Brixienſis Tract. 4. *Partes enim Idololatriae ſunt veneficia, praecentationes, ſubaligaturae, vanitates, auguria, ſortes, obſervatio ominum, Parentalia, inquam, vnde Idololatriae malum caput extulit erroris. Nam gulae ſuae cauſa primum coeperunt homines prandia mortuis praeparare, quae ipſi comederent, etc.* Huc ſpectant iſta Tertulliani lib. de Teſtim. animae: *Si quando extra portam cum obſoniis et masteis, tibi potius Parentans ad buſta recedis, aut a buſtis dilutior redis.* Id etiam vetatur in Capit. Caroli M. lib. 6. cap. 194. *Admonemur fideles vt ad ſues mortuos non agant ea quae de paganorum ritu remanſerunt, . . . et ſuper eorum tumulos nec manducare, nec bibere praeſumat.* V. Concilium Arelat. III. et Ioannem Climacum grad. 7.

PARENTARE, parere. Alanus de Inſulis in Planctu Naturae.

PARENTATVS. (1) Cognationibus et affinitatibus inſtructus, copioſus, Gall. *Apparenté.* Arnoldus Lubec. lib. 7. c. 3. *Adolfus vero vxore vir Parentatus, etc.* Et c. 9. *Quia vir Parentatus erat, ornatus fratribus et amicis, etc.* (2) Affinitas, cognatio, *Parentado*, Italis: Gallis, *Parenté.* S. Eugenius in Epitaphio matris ſuae:

Hic dilecta Deo recubans Bleſilla quieſcit,
Clara parentatu, clarior et merito.

(3) Alia notione, in Bullis Ioannis PP. an. 1206. et Benedicti PP. an. 1013. apud Vghellum to. 1. Italiae ſacrae

sacrae part. 1. pag. 112. et 124. *Parentatum autem eiusdem Ecclesiae S. Petri, et supradictorum suorum Monasteriorum, et cuncta ecclesiastica indicia ipsorum . . . . confirmamus.* Forte legendum est *Patronatum.*

PARENTELA. (1) Willelmo Britoni in Vocab. *Cognatio vel consanguinitas vel contribulitas.* Capitolinus in Gordiano III. *Quem causa eloquentiae dignum Parentela sua putauit.* (2) Affinitas, quae per coniugium contrahitur. Litterae Bonifacii VIII. PP. an. 1299. apud Rymer. to. 2. p. 851. DE PARENTELA SE TOLLERE dicebatur, qui eam solenni et recepto ritu eiurabat, qui pluribus describitur in pacto legis Salicae tit. 63. quem explicare conatus est Wendelinus in Gloss. V. *Alninos fustes.* Cur autem quis se *de parentela* tolleret, ea potissimum causa erat, vt a bellis familiaribus sese subduceret. Viguit in Comitatu Hannoniae prauus alius mos *de parentela*, quem ita refert Arestum an. 1298. in Regesto Parlam. B. fol. vlt. *Ex parte Comitis fuis propositum coram nobis talem in suo Comitatu Hannoniae vigere, videlicet quod quotiescumque aliquis in suo Comitatu praedicto perpetras homicidium, omnes et singuli de Parentela ipsius homicidae infra annum a tempore perpetrati homicidii tenentur in Curia praedicti Comitis comparere ad iurandum homicidium praedictum. Et si quis de parentela homicidae praedicti hoc facere omiserit, reus et culpabilis dicti homicidii reputatur, et punitur tanquam homicida, si ibi postea reperitur, etc.* Quam consuetudinem vt prauam interdixit Curia. (3) Familia, gens, in Inquesta an. 1272. apud Georgium Pilonum in Historia Bellunensi lib. 4. pag. 129. Excerpta ex Lege Longobard. cap. 14. *Vxoris Parentela ita sit viro sicut propria parentela.* (4) † Societas, ordo. Ch. a. 1198.

† PARENTESIS, solemnitas. Gesta Mf. abbat. Valcell.

PARENTHETICA, Gr. Παρενθετικὰ. Ioan. Sarisb. lib. 8. Policrat. c. 7. *Bellaria* ait alia esse *Solennia*, alia *Parenthetica*: ac *solennia* quidem, *pulmenta esse quae in omnes transeunt, et a Graecis Catholica, hoc est vniuersalia nominantur: Parenthetica vero, quae ex causa necessitatis vel vrbanitatis in praeceptam aliqua ratione veniunt partem: sic dictam, eo quod solennibus, id est, vniuersalibus partiuncula[ri]ter soleant interponi.*

PARENTIA, *de Parricidio lex*, in Glossis Lat. MSS. Reg. Cod. 1013. Pro *obedientia* habetur in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. *Cum huius sedis Pontificalibus monitis ob reuerentiam Apostolorum Principis Parentiam offerant voluntariam.* Hinc in Gloss. MSS. Sangerman. num. 501. *Parentia, a parendo, obedientia.* V. *Parientia.*

PARENTILITAS. (1) Idem quod *Parentela* 3. in Glossis antiquis MSS. Hariulfus lib. 4. c. 19. (2) Quaeuis societas, confoederatio. Chron. Corn. *Zantfliet* ad ann. 1425. apud Marten. to. 5. Ampliss. Collect. col. 418.

PARENTILLA, i. q. *Parentela* 3, familia, in Lege Salica tit. 46. §. 10. et tit. 63. et in Epistola Hildeberti Regis Franc. to. 1. Hist. Francor. p. 867. V. supra.

PARENTINVS. S. Valerianus Episc. Cemelienſis homil. 20. *Quisque hominum Parentinae mortis exspectatione animam pascit: parricidiali crimine in haereditate succedit.* Id est, *parentis*, seu patris, *mortis expectatione.*

PARERE. (1) A Gall. *Parer*, ornare. Miracula SS. Greg. et Sebast. to. 2. Martii p. 749. (2) † Apparere, t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 483. (3) † Soluere, exsoluere. Ch. a. 832. t. 1. Prob. Annal. Praemonstr. p. 105.

PARERGIVM. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 91. *Illi autem proditores Parergio laetissimi redditi, rogant vti meditato opera expleat.* Quo loco vox *Parergium* videtur sumi pro auxilio.

PARERGVM, Laurentio in Amalthea: *Quod alicui rei praeter propositum additur, operis appendix, corollarium.* Vetus Inscriptio apud Ambrosium Moralem p. 89. *Venerem cum Parergo, item phialem argenteam Aemilio*

milla Raſtici F. . . . poni iuſſ. h. e. ni fallor, cum ornamentis quae Veneri tribui ſolent.

PARERIA. (1) V. *Par.* (2) † Dominium, iurisdictio, t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 109. (3) † Aſſociatio, confoederatio. Steph. de Inueſt. Mſ. (4) † Ars parandi pannos, V. *Pararia* 3.

PARERII, V. in *Par.*

PARERMENEVTAE, Haeretici ſaeculo VII. S. Scripturam, pro lubitu, ad ſuorum errorum patrocinium, detorquens, Hofmannus ex Ioh. Damaſceno.

† PARESERIVS, Pariſinus, moneta Pariſienſis. Ch. Mſ. a. 1336. V. *Parazinens.*

PARESITVS, V. *Paraſitus.*

PARETA, V. *Paratae.*

PAREVEREDVS, V. *Paruueredi.*

† PARETAE, i. q. *Paratae*, expenſae in ſuſceptionibus epiſcoporum. Reg. Iur. epiſc. Niuern.

PAREXERIA, pro *Paxeria*, riuulus molendini. Charta an. 1062. in Archiuis S. Victoris Maſſil. V. *Paxera.*

PARGAMENVM, vt *Pergamenum*, Gall. *Parchemin.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 97. PARGAMENARIVS, qui *pergamenum* conficit, vendit, Gall. *Parcheminier*, in compendio iurium et conſuetud. Vniuerſ. Pariſ. per Robert. *Goulet* fol. 13.

† PARGEA, mulcta quae domino ſoluitur pro damno animalium in agris, quae in *pareo* vel *pargo* ob id includuntur. Libert. villae S. Theob. a. 1203.

PARGIA. (1) Ius quod domino competit ratio *emendarum*, quae pro damno animalium in agris irrogari ſolent. V. *Pergia* et *Spargicia.* (2) † Idem quod *Pargea.* Ch. Mſ. a. 1207. (3) † Zona latior ex corio. Leudae min. Carcaſſ.

† PARGIVM, atrium ante aedes ſacras. Stat. eccl. Tull. V. *Parcus.*

PARGVAMENVM, vt ſupra *Pargamenum.* Regeſtum 87. Charrophylacii Regii.

† PARGVAMINERIVS, qui *Pergamenum* conficit. Gloſſar. Prouinc. Lat.

PARGVLINVS, minimus, vt videtur, ab Ital. *Pargoletto*, puerulus. Acta B. Michelinae tom. 3. Iunii p. 930. *Ego enim veluti Michelina, ad nihil et nihilum, et ad nihil praeualens . . . merito mica parvula Pargulina . . . valeo dicupari.*

PARGVS, pro *Parcus*, ſeptum quo oues includuntur. Tabularium Eccleſiae Gratiapolitanae ſub Hugone Epiſcopo fol. 56.

PARGYA, V. *Spargicia.*

PARHIPPVS, ſic definitur a Iuliano Imp. in l. 14. Cod. Th. de curſu publico: *Sublimitas tua noſcat Parchippum eum videri, et habendum eſſe, ſi quis vſurpato vno vel duobus veredis, quos ſolos exactio continebit, alterum tertiumue extra ordinem commouerit.* Secus tamen ipſe παράπηγος vſurpat in Epiſt. 28. et 32. generaliter ſcilicet pro quouis veredo, vt et l. 22. 27. 29. d. tit. vbi *Parhippi* a Curſualibus diſtinguuntur, cum Parhippi iidem eſſent quos *Auersarios* etiam vocabant, ad onera ſcilicet curſorum ferenda, quod et indicat Senator lib. 4. Epiſt. 47. lib. 5. Epiſt. 5. V. Petauium ad eiusdem Iuliani Ep. 20.

PARIA. (1) Par, Gall. *Paire.* Charta an. 1205. in paruo Charrular. S. Victoris Maſſil. fol. 150. *Vnam Pariam de onibus poteſt Prior in territorio Sallernarum adducere ad laminaria S. Alexii.* V. *Par.* † De ouium grege potius intelligendum eſſe probat Inquiſitio Mſ. a. 1268. *Vidit iactre parias ouium*, etc. (2) Societas, confoederatio, clandeſtinum conſilium. Litterae Amalrici Ducis Narbon. an. 1221. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 885. V. *Paretia.* (3) Parium dignitas, V. in *Par.* (4) PARIAE, ex Hiſpanico *Parias*, feudales redditus, honores, homagia. Charta Hiſpanica an. 1063. apud *Diago* in Comitib. Barcinon. l. 2. c. 52. *Et ad caſtra et caſtella et terras quas habet praedictus Raymundus Comes in Comitatu Ribagorca, et habere debet, et ad ipſas Parias de Hiſpania, quas iam dictus Raymundus Comes inde habet, et quae ſunt commengudae ad eum, etc.* (5) Etiam

PARIAS,

PARIAE, de iis dici videtur qui eumdem artificem assidue conducunt, Gallis *Pratiques*, *Chalands*, Germ. Kunden. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1351, to. 2. Ordinat. p. 469. *Ordinauerunt et conuenerunt, quod nullus praenominatorum magistro suo Parias seu lucrum auferat, nec in fraudem praedictorum aliquid faciat, etc.* (6) † Modus agri, vel portio, pars, i. q. *Par terrae*. Ch. Mſ. a. 1320.

PARIAGIVM. (1) Dominium quod in *Pariagio* seu in associatione possidetur, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 363. V. *Par*. (2) † Quidquid a Scabinis seu *Paribus communiarum* communitatis nomine possidetur, ibid. p. 442. V. etiam in *Par*.

PARIARE. (1) Parem facere, esse. Tertullianus de Resurr. carnis c. 6. *Et ferme enim Deus, qui in effigie Dei constitutus, non ropinem existimauit Pariari Deo*. Nicolaus de Braia in Ludouico VIII. de Satana:

Quem quia proposuit Actori se Pariari,
Vitro digna Dei submisit in igne tebennae.

(2) Soluere, Gall. *Payer*. Donatio dominae Onecae apud Iosc. Moret. Antiquit. Nauar. p. 597. *Quislibet homo qui haec conatus fuerit confringere, Pariet vobis Regi domno Sancio . . . auri talenta duo*. (3) † In *Pariagium* associare. Lit. Mſ. Clement. VII.

† PARIATGIVM, i. q. *Pariagium*, associatio in dominium, t. 6. Gall. Christ. Instr. p. 388.

PARIATIO dicitur, ea scriptura qua apparet satisfactum esse creditori. Lex vlt. §. 3. Dig. de Condict. indebiti. Et

PARIATOR, qui pariâ fecit, nec reliquator est, Gallis *Reliquataire*. Lex. 81. ibid. *An Stichonmortuo, antequam rationes redderet, vel Pariatore, vel reliqua habente, etc.* V. *Parire*.

PARIBILIS, V. *Lex paribilis*.

PARICELLVLI, monachi ex eadem Cella, seu Monasterio, in Vita S. Fructuosi Episcop. c. 2.

PARICIVM, in Tabulario Maioris monast. perperam pro *Panicium*. V. in hac voce.

PARICLA, PARICVLA CHARTA, exemplum Chartae, ἀντίγραφον, Charta pari tenore scripta, ab archetypo expressa. Vox formata ex *Par*, vnde Galli *Pareil* acceperunt, vt *verweil* ex *vermiculo* vel *vermiclo*. Post Legem Salicam: *Incipiunt sententias de septem septinas, hoc sunt Pariculas causas*. Ita praeferre Codd. MSS. monet Baluzius. Galli dicerent, *c'est à dire de pareilles choses*. Apud Marculfum l. 1. form. 38. inscribitur *Charta Pariola*, continens iudicium Comitis Palatii, in quo cum neutra pars victa dici possit, iubentur ambo eius iudicii similia exempla percipere: *Interim vero vsque in ipso placito, quia nec vtra pars ex ipsis victa sit apparet, vnde aequales praeceptiones eis fieri, et accipere iussimus*. Formulae variae c. 14. de commutatione: *Vnde duas Epistolas Pariculas, vno tenore conscriptas, manu eorum, vel bonorum hominum firmatas inter se fieri et firmare rogauerunt, etc.* Placitum Chlodouei III. Reg. Franc. apud Mabill. to. 4. Actor. SS. Ord. S. Bened. p. 618. *Vnde et per ipsas eorum notitias Paricolas taliter inter se placitum habuerunt initium*. Infra: *Per eorum notitias Paricolas taliter inter se pro hac causa placitum habuerunt*. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Simili modo iubeo, quod de vestimenta dames . . . . Domno vero et Pontifice successore meo Pariculos duos optimos de proprio vestimenti dames reuerenter offerre iubeo. Tibi vero sancti Archidiacone praecipio, vt vnum caballum bonum, et vnum Pareculum de proprietate mea praesumas*. Ibid. infra: *Poledros congregans duos, et singulos Parioculos ipsi domini accipiant*. V. Formul. 48. ex Baluzianis, et *Appar*.

PARICONSILIVM, consensus vnanimis, decretum. Consilium Magalonense apud Iunquerias an. 909. *Par Consilium* eodem sensu dixit Concilium Andegau. an. 453. tum in Praefatione, tum in fine Canonum: *Parem*

Parem Conſultum, Frotarius Epiſc. Tullenſ. Epiſt. 20.

† PARICVS, *quello che chiama in piaçça*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PARIENTIA, obedientia, in Concilio Toletano XVI. can. 8. 9. 10. *Parientiam accommodare*, obedire, apud Senatorem lib. 7. V. Cuiacium lib. 1. Obſeru. c. 6. et *Parentia*.

PARIERIA, PARIERII, V. in *Par.*

PARIES. (1) Retis ad capiendas aues ſpecies, in modum parietis tenſi. Deſcribitur a Petro de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. c. 21. Germ. eine Wand. (2) Oſſa Temporum ſiue Tempora, Gallis *Tempe* vel *Temple*, Graecis κρόταφοι, Medicis barbaris *Oſſa parietalia*. Additio III. ad Legem Friſion. tit. 3. §. 63. 64. *Si naſum transpunxerit, ter 12. ſol. ſi vnam Parietem tranſpunxerit, 6. ſol. etc.* (3) Limbus, ora, Gall. *Liſiere*, ni fallor. († Forte rectius, Pur, Ital. *Pari*, Gall. *Paire*.) Statura Vercell. lib. 4. fol. 85. (4) Alia notione, in Statur. Aſtenſ. vbi de *Instratis* porcarum: *Parietes ſacherum que ducuntur in balla ſoluant pro qualibet balla de Parietibus 3s. Parietes ſacherum que non ducuntur in balla ſoluant pro qualibet Pariete ſol. VI. den. VIII.* (5) † PARIES TRIBVNALIS, cui epiſcopi ſedes affixa eſt, t. 7. Iul. p. 183.

PARIETES, eadem notione qua *Pariae* ſupra, feudales redditus, honores, homagia. Charta Caroli Calui an. 845. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 132.

PARIETH. Papias: *Maslingua, genus auis, Parieth dicitur.*

PARIETINAE, *parietum ruinae*, in Gloſſ. MS. Sangerm. num. 501. Iudicium an. 997. apud le Blanc in Diſſert. de Monet. p. 92. Vox Plinio haud ignota.

PARIFICARE, parem facere, *Egaler*. Bulla Clementis IV. PP. an. 1285. † PARIFICARI, parem eſſe. Lit. Mſ. Greg. IX.

PARIFORMITER, pariter, ſimiliter. Ericus Vpſalienſis lib. 1. Hiſt. Suecor. p. 4.

PARIGIVM, maris aliquod ſpatium ita appellatum, quod tendentibus in Aegyptum occurrit. Sanutus l. 2. part. 4. c. 5. *Pro tranſeundo Parigia dicti maris, quae periculis quaſi nusquam carent.* Et c. 14. Galli *Parage* vocant quamlibet maris plagam vel tractum.

PARILION. Vita S. Wunebaldi Abbatis Heidenheim. n. 8. de eodem: *Sacer ille atque perfectus Barilion.* Et n. 13. *Cum belligeroſus atque beatus Barilion terram Sualueldorum habitare coepit, eſt.* In alia Vita eiusdem Sancti n. 31. habetur *Parilion.* Itinerarium S. Willebaldi n. 31. *Et ille beatus Parilion Willibaldus.* Vnde coniicio Scriptores reſpexiſſe iſtos ad Graecum παρήλιον, quod *nubem ſoli ſimilem tum colore tum orbiculari figura* ſonat: ita vt quaſi ſol alter ſanctitatis fuerit, ſeu iubar. Vita S. Soli Confeſſoris c. 1. de eodem ſancto: *Hanc in patriam ceu iubar ſolis clariſſimum delatus eſt.* De Parelio vide Ioan. Sarisber. l. 2. c. 3.

PARILIS LEX, V. *Lex paribilis.*

PARINVS, mendoſe, vt videtur, pro *Pannus*. Anaſtaſius in Epitome Chron. Caſin. apud Murator. to. 2. p. 369. † Nihil emendandum, veſtis ſeu pars veſtimenti ſignificatur.

PARIOCVLVS, V. *Paricla.*

PARIOLVS, pro *Hariolus*. Gloſſ. Lat. Gr. *Pariolus*, προφήτης, θυοσκόος.

PARIRE, ſoluere, Gallice *Payer*. Teſtam. Adephonſi Reg. Hiſpan. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 547. V. *Pariare* 2.

† PARISIA, pro *Priſia*, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 126.

PARISIACA TERRA, Pariſienſis pagus, ager, in Formula 12. nouae Collect. to. 2. Capitul. col. 564.

† PARISIATA, modus agri vnius Pariſienſis annui redditus, quomodo *Denariata*. Ch. Mſ. a. 1374.

PARISIENSES, monetae Pariſiis cuſae, quae Turonenſium quarta parte pretium ſuperabant. Harum paſſim mentio eſt in Chartis.

PARISIVS, ſine flexu interdum pro ipſa Pariſiorum vrbe vſurpatur. Charta Ludouici VI. Regis Franc. an. 1134. in Tabular. Montis Mart.

PARITADERII, apparitores, in Conuentionibus inter Ludouicum II. Regem

gem Siciliae Comitem Prouinciae, et Arelat. an. 1385. art. 16. vbi interpres Gallicus vertit *Juges Carreriés*, qui vocem a *paries* deducit, Arelatenſibus *pares*, vt *Carreriés*, a *Carriere*, via, platea.

PARITAS, aequalitas; Gellio paritas, Gallis *Egalité*, Ital. *Parita*. Chron. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 359. V. alia notione in *Par.*

PARITIO, obedientia. Conſtit. Nicolai V. PP. an. 1448. in Bullario Carmelit. p. 214. V. *Parientia.*

PARITONVS, *cenſor, qui parat tonos.* Vgutio.

† PARITOR, ſcelus parans, niſi legendum ſit *Apparitor*. Acta SS. t. 1. Sept. p. 769.

PARITORIVM, vox forenſis, ni fallor, denuntiatio apparitoris ſcripto conſignata, Gall. *Commandement*. Articulus 51. ex Inſtrum. pacis Osnabrug. inter Probat. Hiſt. Alſat. p. 161.

PARITVRIVM. In Deſcript. Regionum vrbis Romae edit. Mabillon. *A porta Flaminea vsque Pariturium, etc.*

PARIVM. (1) Menſura frumentaria. Statuta Monaſt. S. Claudii an. 1448. p. 63. *Item, et per dominum de Albenco occaſione dominii de Viſiaco, debentur eidem officio de annuo redditu, duo Paria bladi, quae per eumdem dominum ſolui anno quolibet in praefato loco de Viſiaco conſueuerunt.* (2) Idem forte quod Galli etiámnum *Parement* dicunt, affutum veſtis muliebris ornamentum. Litterae Caroli V. Reg. Franc. an. 1367. de forma veſtium: *Item quod non audeant* (mulieres) *portare mochas . . . latiores trium digitorum vel maioris latitudinis qua ſit vnum Parium vel vnum ermininum.*

PARJVRVS, pro *Periurus*, Gallis *Parjure*. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 363.

PARIVS, adiect. par, to. 3. Concil. Hiſpan. p. 221.

PARLAMENTARE, colloquium de re alicuius momenti inire, habere, Gallis *Parlementer*. Chron. Parmenſe ad an. 1297. apud Murator. to. 9. col. 838. PARLIAMENTARE, eadem notione, in Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 673.

PARLAMENTVS CONSVL, curiae Parlamenti Conſiliarius. Charta ann. 1435. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 607. *Parlamentea Curia*, in Compendio iur. et conſuet. Vniuerſ. Pariſ. per Robert. *Goulet* fol. 12.

PARLAMENTORIVM, locus in clauſtro ad collationem fratrum, apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 616. V. *Parlatorium.*

PARLAMENTVM. (1) Ioan. de Ianua: *Colloquium, quod vulgo dicitur Parlamentum.* Ptolomaeus Lucenſis an. 1180. *Et dictum fuit hoc in publico Parlamento.* Otto Morena in Hiſt. Laudenſi p. 10. *Poſtremo in Roncalia expleto Parlamento, petiit Rex, etc.* Statutum Leproſariae S. Iuliani in Anglia: *Nec quisquam fratrum teneat ibi Parlamentum cum alio fratre, etc.* Maxime vero *Parlamentum* ſumitur, pro ſolemni aliquo colloquio, de re quapiam alicuius momenti deliberandi cauſſa habito. Matth. Paris an. 1244. *Hoc ſiquidem facto Parlamento* (S. Ludouici Regis Franc. cum ſummo Pontifice) *receſſurus Rex Francorum cepit diem Parlamenti cum domino Papa in quindenam Paſchae.* Codex Croylandenſis Coenobii: *Conceſſimus etiam nunc ſergentiam noſtrae Eccleſiae Semanno de Lek: qui veniens coram conuentu in noſtro publico Parlamento ſimiliter iuramentum praeſtitit, quod fidus et fidelis nobis exiſteret.* Ita pariter appellabant plebium ac populorum conuentus in ciuitatibus, de rebus publicis deliberandi cauſa coactos: vnde *Commune colloquium* dicitur in Charta Raimundi Comitis Toloſani apud Catellum p. 35. quod in aliis Alphonſi Comitis, *Parlamentum: Mandamus quatenus ab eiusmodi praeſumptione ceſſetis, et ad requiſitionem nuntiorum noſtrorum generale concilium, cum eis ſcripſerimus, congregetis, et ſi res exegerit, Parlamentum, vt omnes mandata noſtra liceat audiant.* Frequentioris vſus fuiſſe videtur, vt campanae, quam *bannalem* vocabant, pulſu eiusmodi Parlamenta

lamenta congregarentur. Charta an. 1223. in paruo Chartul. S. Victoris Maſſil. Hinc haud aegre colligere eſt, vnde Galli appellarint Parlamenta procerum totius regni Conuentus, ad hoc coactos, vt cum Rege ac Principe de rebus publicis deliberarent, et ſi quae maioris momenti negotia eſſent peragenda, in iis per leges examinarentur et conficerentur. Nam conſtat eam fuiſſe *Parlamentorum* inſtitutionis occaſionem, maxime in Anglia, vbi Parlamentum *Commune Concilium regni Angliae*, *Magnum Concilium*, et *Magnum Concilium Regis* vulgo appellatur, vt auctor eſt Edwardus Cokus ad Littletonem ſect. 164. licet diſcrimen aliquod eſſe videatur inter Anglicana Parlamenta et Francica; cum Anglicanis omnes regni ordines interſint, in Francicis vero, ſi prima ſpectetur eorum origo, proceres tantum ſecularis et eccleſiaſtici ordinis. Vita Ludouici VII. *Eodem anno Caſtro Veneliaci magnum Parlamentum congreganit. Ibi Archiepiſcopi, Epiſcopi et Abbates, et magna pars Baronum Franciae conuenerunt.* Denique Anglicana Parlamenta eiusmodi videntur eſſe, quomodo in Francia ſunt trium Regni Ordinum Conuentus, quos vulgo *Aſſembleés des Eſtats du Royaume* nuncupant, qui potiſſimum ad hoc cogebantur, vt incumbentibus bellis, Regi auxilia pecuniaria ab omnibus regni incolis praeberentur. Eodem *Parlamenti* nomine deſignatum legimus magnum Dalphinorum Conſilium, in Charta Humberti II. an. 1336. to. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 319. *Vt ſuper omnibus in Parlamentis tutius et certius reforre valeant, coram magno Conſilio Dalphinali, ... quodque ſingulis duobus menſibus ſemel procurator noſter cuiuslibet bayliniae ipſam pagyrum dicto ſigillo Conſilii ſigillatim, ad noſtram praeſentiam, vel noſtrorum magnum Conſilium ſtudeat operare.* Quae verba non obſcure ſignificant illud quod Galli *Grand Conſeil* vel *Conſeil d'Etat* nuncupant. At in Charta eiusdem Humberti Dalphini an. 1338. ibid. p. 361. *Parlamentum* appellatur procerum totius Dalphinatus Conuentus ad hoc coactus, vt ſubſidia conſueta Regi Francorum, ingruente bello praeberent. PARLAMENTVM NIGRVM, conſeſſus Baronum de capitalibus criminibus cognoſcentium apud Hectorem Boëthium lib. 14. Hiſt. Scotor. p. 305. V. *Placitum Lethiferum.* PARLAMENTVM INDOCTORVM dictum Parlamentum Conuentriae habitum ann. 6. Hentici IV. Reg. Angl. de quo Walſinghamus ad ann. 1404. p. 413. p. 30. PARLAMENTVM INSANVM nuncupatum Parlamentum Oxonienſe habitum ana. 41. Henrici IIP. Reg. Angl. Th. Blount in Nomolek. Anglic. ex MS. Bibl. Cotton. tit. *Vitellius* C. 9. (2) Placitum, ſeu ſeruitium Placiti. Charta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Vghellum to. 1. part. 1. p. 84. *Vos autem noſtrae curiae vnius conueſtionis pabulum, Parlamentum etiam, nec non et hoſtem per maritima et Campaniam facietis.* (3) Quiuis conuentus, coetus. Caffari Annal. Genuenſ. lib. 1. apud Murator. to. 6. col. 251. † Hinc pro Congregatione ad expeditionem bellicam, in Ch. a. 1207. (4) Oratio, Gall. *Harangue.* Anonymus de Geſtis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 603. *Parlamentum Regis Caroli: Sciatis certiſſime domini Milites, quod, etc.* (5) Iudicium, ſententia. Charta an. 1501. ex Schedis Pr. *de Mutangues: Condemnationes factas in Parlamento nouiſſime pronunciato.* (6) Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 53. de Sacriſta: *Ad Tertiam et Veſperos pulſatio ſigni in eius eſt arbitrio, niſi Dom. Abbas ſit ad Parlamentum, tunc enim petit licentiam.* Id eſt forte, in *parlatorio*, ſeu *locutorio*. Hanc coniecturam firmat Hiſt. Monaſt. Beccenſis MS. p. 406. *Michael monachus Becci . . . obiit . . . an. 1168. humatus in cloiſtro eiusdem loci in area quae eſt in pariete inter capellam B. Mariae et Parlamentum ſacerdotum.* V. *Parlamentorium.*

PARLATORIVM. (1) Locus colloquiis deſtinatus in Monaſteriis, Gallis

lio *Parlebi*. Bernardus Mon. in Confuerud. Cluniacenſibus MSS. c. 4. *Quo completo ex more ad ultimum per Parlatorium redit in Eccleſiam. Arcus parlatorii*, c. 29. V. *Locutorium*.

PARLATORIVM appellant in Italia et Lombardia praeſertim, logum, ſeu cameram, vbi de rebus ſeriis ciuitatis cuiuspiam diſcepatur. Ioann. Villaneus l. 1. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1350. to. 4. Ordinat. p. 20. *Ita tamen quod ſummae huiusmodi ſit* (ſint) *leuate in commodum et utilitatem ville huiusmodi et parlamenti ſeu Parlatorii* (Parlatorii) *Burgenſium ipſius, etc.* V. *Locutorium* et *Prelocutorium*. (2) † Locus vbi iudices litigantes audiunt. Ch. Mſ. a. 1230.

PARLIAMENTVM, ſaepius apud Anglos, pro *Parlamentum*.

PARLINCHIAMINVS. Teſtamentum an. 1415. apud Rymer. to. 9. p. 276. *Lego vnum magnum Parlinchiaminum de melioribus absque reyns, et vnum parvum librum vocatum Virginal.*

† PARLOIRIVM, locus colloquiis deſtinatus in monaſteriis, Gall. *Parloir*. Ch. a. 1451.

PARLVRA, aula inferior, Gall. *Salle baſſe*, Angl. *Parlour*. Charta an. 1473. apud Rymer. to. 11. p. 782. *Apud Londoniam, infra hoſpitium ſuum, in quodam Parlura adiacente gardino, etc.* Et pag. ſeq. *In dicta Parlura ſua, infra manſionem ſuam apud Londoniam.*

PARMA, *atis*, pro Parma, ae. Fridegod. in S. Wilfrido c. 43.

PARMATVS, parma armatus, i. e. fretus. Acta S. Reginſwindae to. 4. Iulii p. 92. *Sed virgineo Parmati ceſſantia globa, etc.* Vtitur Liuius l. 4. c. 39.

PARMENIANI, haereticī, iidem qui Donatiſtae, a Parmeniano eorum antecſſore ſic dicti. Auctor Praedeſtinati l. 1. haer. 44.

PARMENTARIVS, V. *Permentarius*.

PARNAGIVM, pro *Paſnagium*, occurrit non ſemel in Regeſto Caſtri Lidi in Andibus. V. *Paſtio*.

† PARNIVM, mendoſe pro *Perunium*, apud Martem. an. 3. Anecd. p. 522.

PARO. (1) Feſtus: *Paroues, magnum genus, ad cuius ſimilitudinem Myoparo vocatur.* Vgutio et Io. de Ianua: *Paro, onis, nauis piratarum. Parunculus, parua nauicula Piratarum.* Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Paro*, Scathena Scip. i. hoſtilis nauis. *Myoparo, Hith Scip. Parunculus: Pleg Scip.* i. conflictus nauis, vel etiam *Luſoria*. Iſidorus lib. 19. c. 1. *Myoparo, quaſi minimus Paro, idem et Carabus, etc.* Ebrardus in Graeciſmo cap. 10. *Barcha, Celox, Paro dicitur, Muſculus, et Mioparo*. Florentius Wigorn. an. 893. *Haſteinus Rex paganus cum 80. Paronibus oſtium Thamesis fluminis intrans, etc.* De vocis etymo multa diſputant Scaliger, Voſſius, Martinus, Schefferus, et alii. V. *Myoparo*. (2) Charta 39. inter Alamannicas Goldaſti: *Et in Inſola ipſa mancipios tres, et Paronas quatuor.* V. *Baro*.

† PARONA, *ſcapha ex vimine et crudo corio*, Gloſſ. vet. Cod. 7613. V. *Paro*.

PAROCHIA, ſeu potius *Paroecia*, ex Gr. παροικία; nam vocem *Parochia*, barbaram eſſe pridem obſeruarunt Budaeus, Alciatus, et alii. (1) Territorium et diſtrictus Epiſcopi, vt *Prouincia et Dioeceſis* Metropolitani et Archiepiſcopi. Eucherius Lugdun. *Parochia, adiacens domus, id eſt, Dei, dioeceſis, gubernatio, hoc non ſecundum proprietatem verbi, ſed ſecundum effectum.* Latiori tamen interdum acceptione ſumta videtur vox *Parochia*, in Conſtitutionibus Apoſtolicis lib. 7. c. 46. pro tota Aſiae dioeceſi vſurpatur: pro Metropolitani diſtrictu apud Sigebertum a Mabill. laudatum to. 4. Annal. Bened. p. 384 vbi de Gerardo Cameracenſi Epiſcopo, *qui ſolus ex Lotharienſibus appendebat ad Parochiam Francorum*, quod recte idem Mabillonius de Remenſi metropoli interpretatur. Eadem notione pro metropoli nimirum Rotomagenſi, occurrit in Vita S. Audoeni apud Surium 24. Aug. p. 261. n. 26. Atque hinc eſt forte quod *Parochiam Epiſcopalem* dicebant, vbi de territorio et diſtrictu Epiſcopi agebatur. Eigil in Vita S. Sturmi Abbat. Fuldenſ. a. 28. ſaec. 3.

Bened. part. 2. p. 283. (2) Ecclesia parochialis; districtus Ecclesiae Presbyteri. Gillebertus Lunicensis Episcopus de Vsu Ecclesiastico: *Parochiam appello, populum primitias, oblationes, et decimas persoluentem.* Hinc *Parochia* in Tabul. Maior. Mon. vsurpatur pro Parochi obuentionibus. *Parrochiae rusticanae*, in Capitul. Caroli C. tit. 46. c. 1. quae a *Ciuitatensibus*, de quibus Concilium Agathense c. 22. distinguuntur. *Parochia Episcopi*, apud Auitum Vienn. Epist. 80. V. Sidon. lib. 9. Ep. 16. (3) *Parochianorum* conuentus. Charta ann. 1259. in Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 860. (4) Districtus iudicis. Decreta S. Ladislai Regis Hungariae l. 3. c. 16. V. *Particula.* (5) Territorium, districtus. Charta an. 1275. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 820. PARROCHIA, pro *Parochia*, eadem notione, in Charta an. 950. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 349. (6) PARROCHIA, vrbis regio, Gall. *Quartier d'une ville.* Bernh. de Breydenbach. Iter Hierosol. p. 219.

PAROCHIAGIVM, ius parochiale, parochi seu curionis; obuentiones seu reditus, qui ad Parochum primario iure pertinent. Charta an. 1241. Exstat in Tabulario Eccl. Meld. Charta Abbatis Loci restaurati an. 1138. qua Capellam de Berigniaco erigit in Ecclesiam Parochialem, cum hoc titulo ministro, *de Parrochiatione de Berigniaco.* In Charta vero Gallica *Parochiaige*, pro districtu Parochiae sumitur, quomodo *Paroisse* vsurpant.

PAROCHIALIS, ecclesia quae sub Parochia est, quae proprium presbyterum non habet. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. an. 1280. PAROCHIALIS PRESBYTER, parochus, curio. Charta an. 1408. tom. 3. Hist. Paris. Lobinelli p. 110.

PARROCHIALIA dicuntur potissimum Sacramenta, quorum administratio ad Parochum seu curionem iure suo competit. Chartul. Latiniac.

PAROCHIANVS. (1) Nude, curio seu parochus, in Chron. Montisserenti an. 1128. 1211. et alibi non semel, qui *Parochianus Presbyter*, in lege Alaman. tit. 19. §. 1. De eiusmodi Presbyterorum origine, vide Sozomenum l. 1. c. 15. et ibi Henricum Valesium. (2) Qui ex Parochia alicuius Episcopi aut Presbyteri est, in Capit. Caroli M. l. 1. c. 253. Epist. an. 1128. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosd. p. 90. PARROCHITANVS, eadem notione. Charta Emehardi Episc. Herbipol. ann. 1097. in Viadem. Liter. p. 177.

PAROCHIATICVM, idem quod *Parochiagium*, vt videtur, in Charta Martelli de Malleio, in Chronico Besuensi p. 699. *Dedi etiam decimas de Falgri, et Parochiaticum, et omnem vsum et consuetudinem in nemoribus et siluis, etc.*

PAROCHIATVS. Tabular. Campaniae Thuanum f. 42. *Si non sit nisi vnum castellum, primogenitus habebit illud castellum, et feoda illius castelli, et carrucatas, prata, vineas, . . . quae sunt infra Parochiatus illius castelli.* Habetur ibi semel ac iterum, pro districtu, ni fallor. Eodem significatu occurrit in Charta Theobaldi Campaniae Comit. an. 1224. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 919.

PAROCTA, perperam editum pro *Parata*, in Charta Widonis Episc. Geneuensis an. 1091. apud Guichenonum lib. 2. Bibl. Sebusianae cap. 1.

PAROFIA, vox Gallica, pro *Parochia*, in Chartular. Aurelienſi in Lemouicibus fol. 5. *Parrofia*, in Charta an. 1091. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 434.

PAROLLA, lebes minor, Gall. *Chaudron*, Occitanis *Pairol.* Libertates Villae-franchae in tractu Petrocoricensi an. 1357. *Parrola* editum to. 3. Ordinac. pag. 208. PARROLIA, eadem notione. V. *Arderia* in *Ardena* 1. PAROLLVS, idem in Statutis Vercell. lib. 3. fol. 101. vo.

PAROMONARIVS, pro *Paramonarius.* Charta Hugonis Autissiodor. Episc. an. 1143. V. *Paramonarii.*

PARONARIVM, V. *Vista.*

PARONISTAE, Haereticī Valdenſium sectarii. De iis mentio fit in Constitut. Friderici II. Imper. a Ludouico X. Reg. Franc. adoptata to. 1. Ordinat.

dinat. p. 611. Iidem videntur qui *Paſſagini* infra. Hinc emendanda Bulla Innocentii PP. inter Statuta Vercell. fol. 195. vo. vbi *Sperondiſtae* pro *Parondiſtae* legitur.

† PARONVS, ſ. arboris adminiculum, niſi ſit quercus ſecundariae caeſionis, Gall. *Perot.* Stat. Auellae MS. a. 1496. *Si aliquem arborem — ſeu planzonum, vel haſtam ſeu Paronum ſtiderit*, etc.

PAROPHARNALIA, pro *Paraphernalia*, V. in hac voce. Charta an. 1478. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 76.

PAROPIA, *coria, quae oculos equorum ambiunt.* Vocabular. Suſſannaei, a Graec. παροπίον.

PAROPSIS, vas eccleſiae miniſterii dicatum, idem quod *Patena.* V. in hac voce. Occurrit apud Mabill. to. 3. Annal. Bened. p. 348.

PAROPTVS, aſſatus. Apicius 6. 9. *Pullus paroptus.*

PARORICVM. Charta an. 1145. ap. Ludewig. ap. 4. Reliq. MSS. p. 205. *Otteker Marchio vna cum filio ſuo Luipoldo ſartaginem ſalis quam haereditario iure poſſidebat, ad Parorictum Halle, etc.*

PAROSTICIA, pro *Poſticia*, poſticum, poſterior porta. Vita S. Columbae Abbatis ſaec. 1. Bened. pag. 364. n. 18. *Rurſus per Paroſticiam eccleſiae reuerſus nulla talis exitus reliquit veſtigia.* Vbi Bollandiſtae to. 2. Iunii p. 234. habent, *Paruſticiam.* V. *Poſterula.*

PAROSVS, ἀηδής, in Gloſſ. Lat. Gr. MSS. *Peroſus.* Leg. forte *Baroſus*, ex Barthio.

† PAROTIDA, *ordure d'oreille*, Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

PAROXYSMVS, vox Medicis nota, acceſſio et impetus ſaeuiens febris, a Graec. παροξυσμός. Medic. Salern. edit. 1622. pag. 256.

PARPAGLIONES, *velae vtiles, cum fortuna imminet ſeu tempeſtas*, in Gloſſ. Barberini ad *Decum. d'Amor.* edit. Vbaldini pag. 259.

PARPAILLOLA, monetae ſpecies, de qua Pittonus in Hiſt. Aquenſi lib. 3. cap. 9. ſic loquitur: *René de Sicile fut contraint de donner cours à une*

trés mauuaiſe monnoie de fort bas alloy, qu'on fabriquoit en la ville de Taraſcon. Ces pieces furent appellées Parpailloles, desquelles il en falloit 33. pour un écu. Et comme nos Religionnaires au ſiecle dernier les remirent en uſage, les Catholiques de Provence les appellerent Parpaillaux, qu'on pourroit expliquer faux monnoyeurs; ou de leur chef, Parpaille. V. le Blanc in Tract. Hiſtor. de Monet. Franc. pag. 263. Italis *Parpaglinola* et *Parpaiola*, Mediolani pontiſſimum in vſu. Charta an. 1343. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 516. † PARPILLOLA, in Teſt. Mſ. a. 1362.

PARPALIO, papilio, inſecti genus, Ital. *Parpaglione*, Gall. *Papillon.* Annal. vett. Murin. ad an. 1209. apud Murator. to. 11. col. 75.

† PARPANVS, lapis angularis, Gall. *Parpain.* Comput. fabr. S. Petri Inſ. a. 1402.

PARPILLOLA, V. *Parpailloles.*

PARPRISIVM, V. in *Perprendere.*

PARQVETVM. (1) Idem quod *Barcus.* Chartular. Gemetic. to. 2. p. 8. Hinc (2) PARQVETVM, conſeptum fori, Graecis δικαστήριον, Gallis *Parquet.* Idem Chartular. to. 1. p. 270. (3) Fori auditorium, qua etiam notione *Parquet* vſurpant Galli. Areſtum Parlamenti an. 1394. apud Meneſter. Hiſt. Lugdun. p. 73.

PARRA. (1) Fragmentum Petronii: *Frater eius fortis fuit, amicus amico, manu vnica, plena menſa, et inter initia malam Parrum pilauit.* Vbi *mala parra* ſignificare videtur aduerſam fortunam; ita vt ſenſus ſit, inter initia aduerſam fortunam ſuperauit; veteribus quippe inauſpicatum omen habebatur cantus parrae. (2) Μέγας, ὄρνεον, κορυδαλλὸς ἢ ἀσπαγάλωνος. Gloſſ. Lat. Gr.

PARRAFFVS, V. *Paraſſus.*

† PARRAGIVM, aſſociatio in dominium. Aruſt. Mſ. 1317. V. *Paragium* 3.

PARRAGO et PARAGO. Breue de terris et vineis quas acquiſiuit Rodulfus presbyter et Grammaticus an. 1040. ex Chartular. Aquenſi fol. 29. *Alia vinea eſt mea in Domanova quam dedi mihi Ato filius Ponciae*

quæ mihi patris fui et matris suæ et pro se ipso. Alia vinea est in loco qui dicitur Podius Launulfus. *In civitate quædam Parrago iuxta vinum qui dicitur Margarita. Alia Parrago est sub ipso quæ fuit aui mei ad Vlmum. Alia est super ecclesiam S. Pauli quam adquisiui ex parte pro anima Agilburgi, et ex parte pro pretio quod dedi. Alia Parrago est ad partem Septentrionalem ultra vinum Consulorum, quæ mihi ab auunculo meo et filiis eius deuenit. Alia est iuxta eam quæ mihi ab auo meo successit per quam aqua molendini discurrit. Alia est ad Borcam . . . . quam habet Rodulfus ex comparatione pretii. De vineis autem ad Borcam positis, etc.* Charta an. 1056. ibid. fol. 75. vo. *Vinæ mansus cum terris sibi pertinentibus, cultis et incultis, cum ortis et Paraginis, et omni actu sibi debito,* Perperam edirum *poraginis* tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 76. Ex quibus per *parraginem* vineam significari manifestum est; quæ *Parrago* dicta videtur, quod in pergulæ modum, Gall. *Treille*, ligata esset, ab Hisp. *Parra* vel *Parral*. V. *Parale* et *Salm.*

PARRALE, pergula, clatri, *Treille de vigne;* ex Hispanico *Parral*. Iacobus I. Rex Arag. in Foris Oscae an. 1247. fol. 17.

† PARRAMENTVM, vexillum. Areſt. Mſ. a. 1348. V. *Paraha* et *Paramus.*

PARRANA, PARRANEA, Gallis *Parcan;* testamentum quod ab vno *tenentiario*, vt vocant, tenetur, ad discrimen agri, cuius plures simul domini sunt, quem Ruthenenses *Herum*, Galli *Here*, appellant. Chartular. maius S. Victoris Massiliensis p. 14. *Ad pratum Aucherium habemus vnam Parrunam quæ tenet ad feuum, etc.* Tabular. S. Martini de Altopodio in Ruthenis: *Petrus Dayas villæ Altipodii iuratus dixit se habere . . . . quandam Parraneam sitam in affurio del bosto, etc.* Occitanis inferioribus *Parranea* dicuntur agri suburbani, muris fossisque ciuitatis vicinibres. Passim occurrit in Instrumentis Pontis S. Spiritus. V. *Perana* et *Paranar.*

† PARRAPANDA, vox architectonica, Gall. *Platte-Bande.* Ch. a. 1490.

PARRECHIA, pro *Parochia*, V. in hac voce.

PARRIA, feudum inter *Pares* seu cohaeredes diuisum, V. in *Par.*

PARRIGVS, V. *Parcus.*

PARRIGO, idem quod *Parrago*. V. in hac voce. Tabularium Abbatiae Conchensis in Ruthenis Ch. 192. *Vna mansione cum curte, cum horto, cum Parrigine, totum et abintegrum, etc.*

PARROC, parcus minor, a Saxonico *Pearroc*, locus ad ferarum custodiam. Charta an. 1132. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. p. 136.

† PARROCHAGIVM. (1) Territorium, districtus, Gall. *Parrochage.* Ch. Mſ. a. 1258. PARROCHIAGIVM, in Chartul. Lingon. (2) Rei alicuius appendix et accessio, quae in *parochia* seu vicinia est. Ch. Mſ. a. 1352.

† PARROCHIA, i. q. *Parochia*, in Ch. Mſ. Adriani IV. PP.

PARROCHIAGIVM, V. in *Parrochagium.*

PARROCHIALIA, V. in *Parochia.*

† PARROCHIANVS, incola, habitator. Chartul. S. Vict. Massil.

PARROCHIATIO. Charta Philippi Augusti an. 1185. apud Morinum in Historia Vastinensi p. 706. *Si vero granchia per heredum successionem, seu quolibet alio modo ad Parrochiationem venerit, ad 5. solidos consuetudinis redibit*, i. ad proximum haeredem. Vbi *Parochiatio* idem videtur quod *premessa* appellarur in Consuetudine Britanniae: vbi *retrait de premesse*, est cum praedium distractum, iure *retractus*, ad proximum haeredem devenit. *Parochiatio* autem ex Gallico *prochain*, id est *proximus*, deducitur.

† PARROCHIATVS, districtus, iurisdictio. Ch. Mſ. a. 1284. V. *Parochiatus* in *Parochia.*

† PARROCHITANVS, qui ex *parrochia* alicuius presbyteri est. Chartul. prioratus de Guilcio. V. *Parochia.*

PARROFIA, vt *Parofia*, V. ibi.

PARROLA, PARROLIA, V. *Parolla.*

PARS.

PARS. (1) Schismatici qui in Ecclesia schisma amplectuntur, seu qui haereticis adhaerent. Ita hanc vocem vsurpant passim Patres, qui alteram *Ecclesiae* nomine indigitant. Sic S. Augustinus non vno loco *Partis Donati* meminit, vt et Optatus, Cyprianus in Epist. 72. Pelagius I. PP. in Epistola ad Vitalorem edita ab Holstenio, etc. Epistola Episcoporum Italiae ad Illyricos in Fragm. Hilarii: *Niceni tractatus adversus Arium, Sabellianumque, cuius Photinus Partiaria haereditate damnatur, decreta seruamus.* Ita vocem hanc pro factione vsurpat S. Hieronymus Epist. 7. *Qui sub occasione partium clementissimi Principis saevissimus omnium extitit tyrannorum.* Galli *Parti* eadem notione dicunt. † Pro factione, et eo qui factionem aliquam fouet, legitur in Ch. a. 1251. Germ. Partey. (2) Regio, quomodo Galli dicunt *partie* hac notione. Sulpitius Severus lib. 1. Histor. *Inde in Parte turris Gadir tabernaculum fixit.* Capitulum 3. ad Legem Salicam cap. 5. *De negotiatoribus qui Partibus Slauorum et Auarorum pergunt, etc.* Hinc vulgaris illa dictio, hodieque nautis Rhodani vsitata, qua pars Orientalis Rhodani *a parte imperii*; Occidentalis vero *a parte regni* nuncupatur. Quae distinctio ab illa opinione fluxit, quae regnum Arelatense prouinciasque ad Rhodanum positas temere et falso Imperatoribus tribuebat. (3) PARS VIRORVM, locus in Ecclesia vbi stant viri. Stabant autem ii in naui, ad Meridiem et ad dextram, mulieres ad Septentrionem et ad Sinistram. Ordo Romanus: *Diaconus stat versus ad Meridiem, ad quam partem viri solent ee: ere.* Amalarius lib. 3. de Eccles. offic. cap. 2. 32. *Masculi stant in Australi Parte, et foeminae in Boreali, etc.* (4) Actor, vel reus, quomodo dicimus Partey. Lex Visigoth. lib. 2. tit. 2. §. 4. *Pars vtraque, id est, tam petentis, quam petiti, etc.* Ioannes Sarisber. Epist. 6. *Cum ergo Partibus super hoc dies esset praefixa, etc.* PARS ACTORIA et CITATA, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 225. † PARS etiam interuentor, vnde *partem facere*, interuenire. Libert. Sarlati a. 1370. (5) Aduocatus, qui actoris, vel rei partes agit et tuetur. Instrum. an. 1105. apud *Le Blanc* in Dissertat. Hist. de Monet. p. 52. (6) PARS DIVINA. Vetus Charta MS. *Vinas vero . . . nos quas de fargite quondam nostiante, Parte diuina, cum terra comparauimus.* (7) PARS TERRAE, sors haereditaria in praediis paternis aut maternis. Vulcatius in Cassio: *Vtuam in patrimonio parentum pro Parte Donatu.* In Marcò: *Filii Cassii et amplius medii Parte recuperunt paterni patrimonii. Pars haereditatis*, in Charta S. Ludouici Regis an. 1237. apud Haraeum in Castellanis Insulensibus pag. 81. V. Notas ad Stabilimenta eiusd. Regis lib. 1. cap. 8. (8) PARTEM HABERE *cum Rege*, formula vsitata cum in *associationem* Rex vocabatur ab aliquo, vt bona sua facilius tueretur eius patrocinio, quam ob rem Regi partem aliquam in eadem bona assignabat. Similim. an. 1270. lib. 2. cap. 31. V. *Paringium* in *Par.* (9) PARTES dicuntur dimissae Eucharistiae vel panis Eucharistici particulae, quae a Sacerdote inter Missae solemnia fractae in partes minutiores, fidelibus distribuebantur ad Communionem. S. Augustinus apud Bedam in cap. 10. prior. ad Corinth. et apud Gratianum de Consecr. dist. 11. can. 58. PARTICVLAE, eadem notione. Caesarius Heisterb. lib. 9. cap. 25. PARTES autem vocabant veteres, quidquid e commixtio decerpebatur, et ministris aut mittebatur, aut reseruabatur. Lampridius in Alexandro Seuero. (10) Lusio, Gall. *Partie de jeu*, in Regesto 80. Chartophylacii regii Ch. 509. an. 1352. (11) Pro *Partie de guerre* videtur sumi apud Gauterium Antioch. de Bellis Antioch. pag. 497. (12) PARTES, rationes, quae notione Galli dicunt *Parties*. Charta an. 1. Theodetici Regis co. 3. Analect. Mabill. p. 225. *De pagensis nostris vnusquisque per manus nostras recipi-*

receptimus, vel adrecipere habemus, unde apud Hadingan vicedominо Partes exinde fecimus. (13) PARTEM FACERE, foedus cum aliquo facere, inire, Gall. *Faire partі, ſe ligher.* Litterae Roberti Comit. Flandr. ann. 1319. apud Rymer. tom. 3. p. 771. PARTEM SVAM FACERE, in Statutis Aſtenſ. Collat. 16. c. 74. fol. 53. *Compellere teneatur aliam conſortem illius domus vel aedificii facere ſuam Partem ſeu ſolvere expenſas dictae apotiosis.* (14) TRAHERE IN PARTEM, Gall. *Tirer à part*, aliquem e turba ſeducere, apud Eckeardum Iun. de Caſib. S. Galli cap. 1. *In partem ſecedere*, in Collat. 1. Carthag. c. 10. *In partem ire*, in Libello delati iudicii apud Camillum Peregrinum lib. 1. Hiſt. Longob. p. 225. *In partem ſtare*, vel *in parte*, apud Fauſtum in Vita S. Mauri Abbatis num. 49. AD PARTEM, vel AD PARTES, a Gall. *A part*, ſeorſum, ſeparatim. Teſtam. Andreae de Luxemb. Camerac. Epiſc. to. 9. Spicil. Acher. p. 895. (15) PARS PVBLICA, res publica. Lex Longob. lib. 3. tit. 13. §. 2. *A propriо Comite, vel a Publica Parte, id eſt, qui rempublicam agunt.* Ita AD PARTEM ALICVIVS SOLVERE dicebant. (Charta Dagoberti I. Reg. Franc. apud Miraeum to. 1. p. 241. *Omnia et ex omnibus quidquam ad Partem noſtram, vel fiſco publico, de ipſo mercado ex ipſa mercimonia exigere potuerit.*) Capitula Ludouici Pii ad Legem Salicam cap. 3. *Ibi volumus vt 40. denariorum ſolutio quantitatem habeat, quam vel Saxo, vel Friſo ad Partem ſalici Franci cum eo litigantis ſolvere debet.* EX PARTE: S. Eulogius lib. 2. Memorial. SS. c. 1. *Vinaci educatione litteris cognus, nec non ex Parte linguae Arabicae cognitus, totam pene inuentutem in praedicto coenobio exegit.* Phraſis Hiſpanica, *por Parte de lingua Arabica*, id eſt, quod ſpectat ad linguam Arabicam, Galli dicerent, *a Regard de*, etc. († PARS REGIA, fiſcus, aerarium regium. Ch. a. 1210.) PRO PARTE, quomodo Galli dicunt, *de la part de*, etc. Nomine vel mandato alicuius. Litterae ann. 1333. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 241. (16) Lex, 1. hac parte C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12. 1. nemo 5. C. de malef. quae eſt Conſtantini. Etiamnum in Venetiis vulgo appellatur. Ita Pancirolus lib. 1. Theſaur. var. lect. cap. 77. (17) PARTES EDERE, partitiones orationis facere, orationem per partes ac verba ſingula examinare. Quintilianus lib. 1. cap. 14. *Et illa quidem minora praeſtare debebit, vt partes orationis reddi ſibi ſoluto verſu deſideret*, etc. Eiusmodi ſunt Priſciani *Partitiones 12. primorum verſuum Aeneidos.* Gotofrid. Viterb. part. 16. Panth.

Nunc quoque Grammaticae ſummus Donatus in arte,
Hieronymus cum diſcipulo docet edere Partes.

Neſcio an huc pertineat vetus Inſcriptio Placentiae, apud Petrum Mariam Campum lib. 14. Hiſt. Eccl. Placentinae: V. F. C. TERENTIVS. FRVCTVS. SIBI. ET. ATTICO. SER. QVI. VIXIT. ANN. XX. LITTERATVS. GRAECIS. ET. LATINIS. LIBRARIVS. PARTES. DIXIT. CCC. IN. FR. P. XV. IN AG. P. XXV. Sic Burgundionibus aliisque vocatur liber, in quo rudimenta ſeu prima Litterarum elementa traduntur, quo ſenſu accipiendum videtur Epitaphium a Naudaeo editum:

Hic iacet Iudocus,
Qui fuit Romae coquus,
Magiſter in Artibus,
Et doctor in Partibus,
Et de gratia ſpeciali
Mortuus in hoſpitali.

(18) † Diuiſio, partitio, Gall. *Partage.* Ch. Mſ. a. 1172. (19) † Latus, in Inuent. a. 1389. (20) † Pecuniae ſumma, Gall. *Partie.* Bulla Vrbani V. a. 1367. (21) † Recenſio, deſcriptio, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 656.

† PARSANVS, tractus, pagus, vrbis regio. Ch. Mſ. a. 1340. V. *Partitio* 1.

† PAR-

† PARSARE, *indicare*, in Gloſſ. Caſſin. ann. circ. 700.

PARSCHALCVS, homo mediae conditionis inter liberos et ſeruos. V. *Barſcalcus*.

PARSIARE, Ital. *Partaggiare*. Vetus Charta apud Vghellum tom. 7. p. 263. *Non habeatis poteſtatem ſupradictam haereditatem alienare, id eſt, vendere, vel donare, aut in pignori ponere, vel pro dextro Parſiare, etc.* Id eſt per *diuiſum*, ſeu teſtamentum, diuidere.

PARSIMONIA, ieiunium et vigilia, ſeu parcitas ſomni et cibi. Vitae Patrum Eremit. to. 2. Concil. Hiſp. p. 649.

PARSIMONIVM, *μικρολογία*, in Gloſſ. Lat. Gr.

PARSIMONIZARE, cum parcimonia diſtribuere. Vita S. Bernardi Menthon. tom. 2. Iunii p. 1078.

PARSIMVM, territorium, diſtrictus, iuriſdictio. Charta an. 1527. in Tabul. Archiep. Auſc. † Leg. *Parſanum*, V. *Parſanus*.

PARSINALIS. Epiſt. Petri Bernardi Grandim. Ex-prioris ad Henricum II. Reg. Angl. de nece S. Thomae Cantuar. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 563. *Haecne threna tragedi Parſinalis didicere ibides noſtrae eremi? F. Parricidalis.*

† PARSO, particeps, qui aliquid in commune poſſidet. Ch. Mſ. a. 1349. V. *Parcerarius*.

† PARSVS, inſtrumentum piſcandi; rete, apud Pez. Anecd. t. 6. part. 3. p. 76.

† PARTA, i. q. *Pecia*, modus agri. Tabul. S. Vict. Maſſil.

PARTAGIVM, ea haereditatis pars et portio, quae vnicuique haeredi, ex bonorum paternorum vel maternorum diuiſione, competit. Charta an. 1276. in Chartular. minori S. Benigni Diuion. Occurrit praeterea to. 1. April. p. 152. PARTATGIVM, eadem notione, in Charta Roberti Comit. ann. 1286. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 131. † Nude, partitio, diuiſio, t. 5. Ordin. reg. Fr. p. 439.

† PARTAGLONVS, pedamentum, vel arboris adminiculum, vt videtur. Stat. Auellae a. 1496.

† PARTAPIA, *la corona de diverſi fiori*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PARTENDA, pars, portio. Tabul. Voſienſe fol. 44.

† PARTESANA, vox Hiſpanica, haſta bipennis, Gall. *Pertuiſane*. Ch. Mſ. a. 1488.

† PARTESANVS, fautor, ſtudioſus partium, Gall. *Partiſan*. Barel. in Serm.

PARTHICAE PELLES, olim magno in pretio. Matthaeus Siluaticus: *Fenuſtio, id eſt, pellis Parthica. Ex φοινικίου*, nam pelles Parthicae purpureae erant; et ex iis fiebant Imperatorum calcei. Pollio in Claudio: *Zanchas de noſtris Parthicis paria duo.*

PARTHICARII, harum pelliuum mercatores, in L. 7. Cod. de Excuſat. muner.

PARTIALIS. (1) Partilis. Epiſt. Xyſti II. PP. ad Hiſpanos to. 1. Concil. Hiſp. p. 214. (2) † Vnicus, peculiaris vel perſonalis. Areſt. Mſ. a. 1284. (3) † Singularis, priuatus, Gall. *Particulier*. Ch. Mſ. a. 1245. (4) † Per partes diuiſus. Ch. Mſ. a. 1316.

PARTIALITAS. (1) Factio, partes, Gall. *Partialité, parti*. Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. to. 9. col. 570. *Si de caetero contingit Archiepiſcopum Mediolanenſem . . . extra ciuitatem et diocceſim propriam exulare propter . . . . Partialitates inibi vigentes, ſchiſma vel aliam cauſam conſimilem.* (2) Partium ſtudium, Gall. *Partialité*. Inqueſta an. 1440. in Tabulario Caſſanienſi. (3) † Societas, t. 2. Cod. Ital. diplom.

† PARTIALITER. (1) Priuatim, ſingulatim. Lit. Mſ. a. 1294. (2) Diuiſim, per partes. Inuent. Chartar. a. 1482.

PARTIARIVS. (1) PARTIARIVS COLONVS, quocum dominus fundi partem capit in fructibus. V. *Medietarius*. (2) Seruus, qui duobus dominis obnoxius eſt. Epiſt. Paſchalis I. PP. apud Murator. to. 2. p. 220. *Nec non coloni, aut Partiarios*

et fervos fubiacentes. (3) Qui aliquid in commune habent, eiusdem rei participes. Leges municipales Mechlin. tit. 14. art. 19. V. *Percennârii.*

PARTIATES. Innocentius III. PP. lib. 13. Epiſt. 95. *Et quod ſervientes cuſtodum, quos vominant Partiates, Pinetum pro communi cuſtodire iurabant . . . quod Partiates per monaſterium eorum numerum trahium in feudum percipiebant de ſilua, et iuramento fidelitatis eidem proprietatis tenebantur: et quod ſervientes eorum iurabant pro monaſterio ſilue cuſtodium in Abbatis præſentia, etc.* Ita videntur dicti cuſtodes ſiluarum, apud Rauennates, ſeu qui partes nemorum cuſtodiendas in beneficium acceperant: *Seruiterie* ſpecies. Niſi potius legendum ſit *Porciates*, vt fuerint ii qui glandationem *porcorum* curabant, eique inuigilabant. Magis arridet *Partiates.* Vt vt eſt emendandus Anonymus apud Murator. to. 16. col. 271. *Omnes Imperiales de Artmino cum violentia et cautela lethaliter infugauit, et præſertim Parcitates illos de Landicino, et plurimos alios nobiles viros inimicos.* Vbi leg. *Parciates.*

PARTIATIM, priuatim, ſingulatim. Charta an. 1542. apud Calmet. tom. 3. Hiſtor. Lothar. inter Probationes col. 396.

PARTIBILIS, in partes diuiduus. Placitum an. 16. Eduardi I. Reg. Angl. apud Th. *Blount* in Nomolex. Anglic.

PARTICA. (1) Fuſtis ſeu claua fullonis. Bernardi de Breydenbach Iter. Hieroſol. p. 52. V. *Pertica.* (2) † Trabecula in aedibus ſacris, vbi cerei accenduntur. Obituar. eccleſ. Lingon.

PARTICELLA, minor pertica. Vita MS. S. Caſtoris Epiſc. Aptenſis.

† PARTICIARIVS, colonus partiarius, qui cum domino fundi fructus participat. Ch. Mſ. a. 1232. V. *Partiarius.*

PARTICIONARIVS, qui vnius praedii, alteriusue rei, cum alio eſt particeps. Ghartular. Meldenſe fol. 65.

PARTICIPALIS TERRA, quae in commune poſſiderur, cuius plures ſimul domini ſunt. Charta an. circa 1080. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 11.

PARTICIPANTES, in Bulla Pauli PP. an. 1538. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſ. pag. 138. *Cubicularius de numero Participantium.* V. Poſſimum ad eo. s. Pachymeris p. 295. et ſupra *Cubicularius.*

PARTICIPARE. (1) PARTICIPARE IN SALLIBUS, impoſitam ibi pro facultatibus *talliam* ſoluere. Charta Ludouici Reg. Siciliae an. 1383. (2) † Societatem habere, habere, conſuetudinem cum aliquo iungere. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1396.

PARTICIPARI, Charta pro Floriac. Monaſter. to. 3. Annal. Bened. pag. 712. *Quiſcunque perſona quidquam de hac noſtra conſtitutione infringere tentauerit . . . cum Eliedoro Participetur qui aerarium Domini infringere tentauit;* id eſt, eaedem, quas Eliodorus, poenas ſuſtineat.

PARTICIPARIVM, *communicarium*, *communicatio*, Papiae.

PARTICIPATIO. (1) Eleemoſyna, qua quis pauperes bonorum ſuorum participes facit. Monaſticum Anglic. to. 2. p. 321. (2) Societas, communio. Charta Henrici I. Reg. Angl. apud *Madox* Formular. Angl. p. 37. V. *Participium.*

PARTICIPATOR, particeps. Concil. Toleran. XII. inter Hiſp. to. 2. pag. 685.

PARTICIPATVS, *ſocietas*, in Gloſſis MSS. S. Germani Pariſ. Cod. 524. V. *Participatio* 2.

PARTICIPERE, in Litteris Caroli Regentis an. 1359. to. 3. Ordinat. pag. 342. bis occurrit pro *Percipere*, vt recte emendat Cl. Editor.

PARTICIPES. Iura et Conſuetudines Normanniae cap. 26. *Quidam ſunt Participes principales, quidam ſecundarii. Principales ſunt inter quos hereditas diuiſionem ſuſtinet principalem, videlicet qui aequalem debet ſuſtinere portionem, vt fratres et huiusmodi. Secundarii autem ſunt, qui non aequalem expectant portionem, ſed in aliqua portione portionem reclamant: vt liberi alicuius fratris*

suis defunctis in portionem ad patrem pertinentem suas debent percipere portiones. Gallica editio habet *principaux perçonniers, et seconde perçonniers.* Charta an. 1259. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 98. *Sciant omnes praesentes et futuri quod ego Radulfus dictus Hugo . . . et Guillelmus dictus Gebon, et Ricardus dictus le Manible Participes mei, vendidimus et concessimus, etc.* V. *Parierii* in *Par* et *Parcenarii*.

PARTICIPIVM. (1) Participatio, communio. Gloss. vett. *Participium, μεροχή. Participatur*, in L. 6. Cod. de Incest. nupt. Matth. Paris a. 1244. (2) † Pars, portio, t. 10. Collect. Hist. Franc. p. 199.

† PARTICIPIVS, particeps, socius. Placit. a. 1258.

PARTICVLA. (1) Aelfricus in Gloss. Saxon. *Offula, vel Particula, Swinner Sneed*, i. fructum porci, offula porcina. V. *Pars.* PARTICVLAM TELLVRIS *in ore recipere*, mos Anglis, forsasse et aliis, vsitatus, cum hostes aggressuri procederent. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 27. p. 65. (2) Charta particulis seu per partes distincta; vnde *Particula* nuncupari videtur. Charta an. 1323. to. 1. Hist. Dalph. p. 40. *Et quod apportent dictis dominis inquisitoribus omnes rotulos, et omnes particulas omnium taillatorum factarum in suis parochiis a sex annis citra.* V. *Parcella* 2.

PARTICVLARE, singulatim edisserere, Gallis *Particulariser*. Acta SS. Mail tom. 2. pag. 310. de S. Wireno Episc.

PARTICVLARITAS. (1) Gallis *Particularité*, rei circumstantia. Oratio habita an. circ. 1471. to. 9. Spicil. Acher. p. 331. † PARTICVLARITATES, singularum partium enumeratio, in Ch. Mss. a. 1382. (2) PARTICVLARITATES, dicuntur obsonia singularia, in Constitut. Dominican. p. 105.

PARTICVLARIVS, minister in monasteriis, qui cibos per partes dissecat singulis monachis. Aelfricus in Gloss. Sax. *Offarius, vel Particularius*

vius Ypokiere, i. qui carnem in duas partes secat.

PARTICVLARITER, partim, in Ch. a. 1382.

PARTICVLONES, Nonio, *cohaeredes, quod partes patrimonii sumunt.*

PARTICVM, pro *Partium*, V. in hac voce.

PARTICVS. (1) *Negotiator, qui partes vendit, etc.* in Gloss. Isid. forte idem qui *Parthicus*, vel *Perthicarius*, de qua voce supra. Rectius Graecius ad Gloss. Isid. institorem interpretatur, qui minoris emit a magnariis, vt carius per partes vendat; vnde apud Isidorum legendum suspicatur, *Particarius, qui per partes vendit*; et quidem in Excerptis additur τεμαχιστής. (2) Idem quod *Parcus*. Leges Henrici I. cap. 40. (3) † Pro partitus, t. 2. Monum. S. Antiquit. p. 451.

PARTIDA, partitio, separatio, diuisio, Gall. *Separation*. Chart. ann. 1473. ex schedis Praesid. de Mazaugues. V. alia notione in *Partita* 1.

† PARTIDOR, cultor lanionis et coqui. Litt. remiss. Mss. a. 1362.

PARTIFISCVS, fiscus, dominium regium, vel eiusd. pars. Charta Childerici to. 3. Iulii p. 212.

PARTILITER, *diuise, per partes, distribute*, in Glossis Isid. Occurrit apud Firmicum. *Partilia fata*, Graecorum μοῖραι, dixit Ammianus lib. 14. de Adrastia, *Partilibus praesidens fatis.*

PARTIMENTVM, partitio, diuisio, Gall. *Partage*. Sententia arbitralis an. 1292. inter Abbat. et Consules Gimont.

PARTIO, portio, pars. Charta an. 760. apud Baluz. in Append. ad Capitul. n. 14.

PARTIONALE, liber *partium*, V. in *Combinale.*

PARTIONARIA COLONIA, quae a colono partiario colitur, cuius fructus fundi dominus et colonus participant. Statuta Massil. lib. 2. cap. 29. § 2. Hinc

PARTIONARIVS. (1) *Partionarii* dicuntur in iisdem Statutis lib. 3. c. 32. coloni, qui eiusmodi praedium tenent. V. *Escharius.* (2) Eiusdem

praedii ſeu fundi participes et domini, qui alibi *pares* et *parerii* vocantur, vt ſupra in voce *Par* obſeruatum eſt. Charta an. 1275. in Chartular. Angeriac. p. 500. V. *Medietarius* et *Parcennarii*. (3) Communis, Gallis *Mitoyen*. Tabul. Nantolienſe in Pictonibus an. 1335. *Quamdam pleiduram vna cum chappali domus, quod chappalę erit Partionarium inter me et dictam emptricem.* (4) Statuta Ord. Praemonſtrat. diſt. 5. cap. 9. *De negotiatione vitanda, et Partionariis non habendis: Statuimus, vt quicunque noſtri Ordinis Canonici vel conuerſi conuicti fuerint, vel confeſſi, oues, paccas, ſeu quaeuis animalia Partionariis ad partem tradere, vel ad tempus locare, etc.* Vbi *Partionarii* appellari videntur ii negotiatores, quos inter ſocietas eſt, ſic dicti quod iacturam ſimul et lucrum participent. Neque alia notione Statuta Maſſil. lib. 4. cap. 6. (5) † Officium in eccleſia Tullenſi, cui vnicuique canonico portionem ſuam diſtribuere competit. Stat. Mſ. eiusd. eccl.

PARTIOSVS, φαῦλος, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS.

PARTIRE. Statuta Dauidis II. Regis Scotiae cap. 8. §. 2. de Miſſis dominicis, aut iis qui ad curiam euocantur: *Cum in itinere ſuo ad cuiuscunque domini donum veſpere venerit, ab eo hoſpitium roget, et poſtquam cum conceſſione, vel iuſſione eiusdem, ſecundum morem patriae, homines Partiti domos intrauerint, etc.* Vbi *homines partiti*, videntur dici qui in itinere ſunt, *qui ſont partis*, qui profecti ſunt, vt loquimur.

† PARTIRI, conterminare, Gall. *Partir*. Ch. Mſ. a. 1294.

PARTITA. (1) Regio vrbis, Gallis *Quartier de ville*. Conſuetudines Toloſae: *Fit tallia ſeu collecta iuxta modum Partiarum Toloſae, de quibus ſunt prout alii habitatores dictae Partitae, propinquiores contribuunt in ipſa, et ſequuntur exercitum villae ſub vexillis ſeuheriis ipſarum Partiarum Toloſae, de quibus ſunt.* Erat autem Toloſa in 32. *partitas* diuiſa, vt colligitur ex Charta Philippi III. an. 1283. in Cod. MS. Abb. de Cauaut fol. 19. vo. Hiſpani *Partida* eadem notione dicunt. V. Foros Aragon. pag. 21. V. edit. 1624. Ab Hiſpanis eandem vocem acceperunt Prouinciales. Ordinat. an. 1223. de abeuratoriis magni Rhodani in Cod. MS. D. Brunet fol. 64. vo. *Ab aliud abeuratorium, quod eſt inter Partidas honoris domus militiae et hoſpitalis.* (2) Modus agri; an idem atque *Partica* ſeu *pertica* dubium eſt, cum ſaepius occurrat in Charta, vbi etiam *partica* non ſemel legitur. Charta Philipp. Pulcri Reg. Franc. an. 1290. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 285. *Duo arpenta et dimidium cum ſeptem Partitis terrae . . . . duo arpenta quinque Partitis minus . . . Item apud Bollogam 20. Partitae terrae.* Tabular. Portus-regii an. 1230. *Talis pax inter ipſos eſt reformata, quod abbatiſſa et conuentus dicto preshytero et ſuis ſucceſſoribus dederint ſeptem arpenta terrae ad Partitam.* Quo vltimo loco pro *pertica* vſurpari videtur. (3) PARTITAE, rationis partes ſeu articuli. Epiſt. 21. Adami Abb. Perſenniae apud Marten. to. 1. Anecd. col. 754. *Vbi regnat mediocritas, non de pupillorum praediis augentur praedia, nec Partitae onerantur mutatoriis, quibus corpora vaſa ſtercorum adornentur.* (4) † Vox Italica, ſignum. Stat. Mant.

PARTITAE VESTES, opere vario, ni fallor, diſtinctae. Concil. Valliſ-Oletani an. 1323. inter Hiſpan. to. 3. p. 571.

† PARTITIO. (1) *Partionarii* officium, V. *Partionarius* 5. (2) Lat. q. *Praepoſitura*, quod ex iudicibus eccleſiaſticis et laicis compoſita, ſic appellari videtur. Ch. Mſ. a. 1233.

PARTITORIVM, quod aliquis ab alio partitur, diuidit, Ital. *Partitore*, partitor. Statuta Placent. lib. 5. fol. 60.

PARTITVDO, pro *Partus*, in L. 10. Cod. Theod. de Bonis proſcript. Vtitur Plautus in Aulul. V. *Nonium*.

PARTITVM. (1) Italis, deliberatio, conſilium, ſuffragatio quae ſecreto per calculos fit. Acta S. Ambroſii Senenſ. to. 3. Martii p. 244. *Facto ſuper praedictis inter conſiliarios dicti conſilii*

consilii diligenti Partito et scrutinio. Hinc emendanda Charta an. 1408. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 935. et 936. vbi perperam editum *Particum*, pro *Partitum*. (2) † Idem ac Gall. *Parti*, vbi de matrimonio ſermo eſt. Teſtam. Mſ. a. 1316. (3) † Cauſa, partes, Gall. *Parti*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1360.

† PARTITVRA, partitio, diuiſio. Ch. Mſ. a. 1280.

† PARTITVS, Gall. *Partis*, minutioris monetae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1320.

PARTIZANVS. Ita Itali et Galli vocant publicorum vectigalium conductores, *Partiſans*. Anonymus de Geſtis Frider. II. Imp. p. 879. V. *Prothoncius*.

PARTIZARE, diuidere, ex Gall. *Partager*. Occurrit in Charta an. 1253. apud Ducheſn. in Hiſt. Luxemb. p. 69.

PARTVRITIO, partus, *Enfantement*. Vita S. Ildefonſi to. 2. Concil. Hiſpan. pag. 572.

PARTVS. (1) Paratus, in Geſtis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 169. (2) † Vulua, in Act. SS. t. 3. Apr. p. 244. (3) † PARTVS MATHEMATICVS, imaginarius, fictitius, magicus. Acta SS. t. 6. Iul. p. 584.

PARTVSVRA, ſ. apertura, rima, Gall. *Ouverture*, *feute*. Guibertus in Vita ſua lib. 1. cap. 13. vbi de matre ſua: *Pulla veſtis et amplitudine inſolita diſplicens, innumeris reſarcitionibus ſegmentata prodebat cum natiui coloris palliolo et ſutulari Partuſuris incorrigibilibus terebrato.*

† PARVA, linteum quoddam lectuale. Inuent. Mſ. a. 1476.

PARVARETVS et PARVERETVS, mendoſe, vt videtur, pro *Paraueredus*, in Codice MS. Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 82. Ibid. fol. 74. V. *Paraueredi*.

PARVCA, Saxon. *lycce*, in Dict. Saxonico-Lat. apud Somnerum. Vox incertae notionis.

PARVIBIBVLVS. Caelius Aurelian. Acut. lib. 3. cap. 15. *Phrenetici Paribibuli*, *quos βραχυπότας vocant.*

† PARVICHALIS, paruus, exiguus. Acta Mſ. a. 1283.

PARVIFICARE, paruum facere, extenuare, deprimere: vox ab Italicis aliquot ſcriptoribus vſurpata. Gregorius IX. PP. de Translat. Epiſc. c. 1.

PARVIOR, minor: vtitur Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani.

† PARVIPENDIVM, contemtus. Areſt. Mſ. a. 1004.

PARVIPENDVLVS, qui parui pendit, negligit. Eulogius Cordub. L. 1. Memor. Sanct.

PARVISIVS, PARVISVS, V. *Paradiſus 1.*

PARVITAS, titulus quo inferiores vel humillimis amatores vtuntur. Epiſtola Vitalis et Conſtantii ad Capreolum Epiſcopum to. 2. Concil. Hiſp. pag. 196. *Exoramus humiles ſerui tui ſanctum apoſtolatum veſtrum, vt informetis Parnitatem noſtram in his quod rectum habet fides catholica.*

† PARVIVS, atrium ante aedes ſacras, Gall. *Parvis*. Ch. Mſ. a. 1405.

PARVLA. Vetus Gloſſarium Anglo-Saxonicum: *Parula*, *Colmare*. forte *Parra*, inquit Somnerus.

PARVM, par, Gall. *Paire*. Computus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 274. † PARVM VNVM, paullulum. Acta Mſ. a. 1308.

PARVNCVLVS, V. *Paro*.

† PARVRA, V. *Parare 1.*

PARVS, *βραχύς*, in Gloſſ. Lat. Gr.

PARVSTICIA, V. *Paroſticia*.

† PARVVLA, modus agri, i. q. *Pecia*. Chartul. S. Sulpit. Bitur.

† PARVVLINVS, paruulus, in Inuent. Mſ. a. 1295.

PARVVLITAS. Commodianus inſtruct. 6. *Et ſi parunlitas ſit ſenſu, cur annis ducentis fuiſtis infantes.*

PARVVLVS. Hac voce non puerulus, ſed etiam puer 14. vel 15. annorum ſignificatur. Flodoard. lib. 4. Hiſt. cap. 5. *Arnulfo Regi Transrhenenſi literas mittens.* (Fulco Archiep. Rem.) *pro cauſa Regis Caroli* (Simplicis) *quem Parnulum adhuc vnxerat in Regem.* Erat autem Carolus, cum inauguratus eſt, 14. fere annorum. Egberrus in Excerptis can. 99. *Parnulus*, *vſque ad annos quindecim*

pro

pro delicto corporali disciplinis castigatur. V. Menag. in Histor. Sabol. lib. 3. cap. 9.

† PARVVM COMMVNE, penitentionis species, V. *Commune 1.*

PARVVNCVLVS, paruulus. Acta SS. Maii. to. 3. pag. 168.

PARVVS. (1) Paucus; *Parui*, pauci. Praestatio Legis Salicae: *Gens Francorum Parua numero.* Ita apud Gregorium Turon. lib. 4. c. 30. (2) † Submissus, t. 4. Aug. p. 626.

† PASATA, praestationis species apud Occitanos, eadem quae *Passata.* Ch. Mſ. a. 1320.

PASCAGIVM. (1) A Gall. *Pascage*, ius pascendi porcos in silua domini. Charta Richardi Regis Angl. to. 4. Hist. Harcur. p. 1281. (2) † Conuiuium, refectio, i. q. *Pastus*, *Procuratio.* Ch. Mſ. a. 1358.

† PASCAIRAGIVM. (1) Ius pascendi animalia in pascuis. Inquisit. Mſ. a. 1268. (2) Tributum quod pro pascuis soluitur. Ch. Mſ. a. 1377. V. *Pasquerium.*

PASCAIRARE, V. *Pasquerium.*

† PASCALIS, solemnis, vnde *Pascaliter*, solemniter. Parid. de Graſſ. Caerem. capell. papal.

PASCALIVM, V. *Pastio.*

PASCARE, pascere, V. *Pascbare.*

PASCARIVM, PASCASIVM, V. *Pascuarium.*

PASCATA, anis quae mures capit, V. *Muriceps.*

PASCAYRARE, V. *Pasquerium.*

PASCEL, PASCELLA, pro Pastel, Pastella. Charta Henr. IV. Reg. Angl. an. 1409. apud Rymer. to. 8. p. 580. *Diuersae mercantiſae, vt panni, vina, Pascellae de gaides, frumentum, etc.* Infra: *Pro dolio de Pascel sepem ardicos.*

† PASCENTVM, pascuum, inde PASCENTARE, pascere. Ch. Mſ. a. 1343.

PASCEOLVM, V. *Pacalum.*

† PASCERE DE VERBIS, verbis dare. Steph. de Inſect. Mſ.

PASCHA, vox Hebraica; quae transitum significat. Duplex autem a Christo factus fuit transitus: prior quidem ex vita in mortem, quo die crucifixus fuit, feria scilicet hebdomadis sexta; posterior vero ex morte in vitam, quo die resurrexit a mortuis, feria nempe prima, vocata deinceps Dominica. Ea propter alii existimarunt celebrandum Pascha ipso die crucifixionis, vnde et dictum fuit *συμφώνιον* Pascha; alii die Resurrectionis, vnde et Pascha dictum *ἀνασάσιμον* fuit: *Pascha Resurrectionis*, in Charta an. 1259. apud Vghellum to. 2. p. 465. Sanctum tamen a Pio Papa scribunt, vt *Pascha* die Dominica lunam 14. proximo insequente celebraretur: quod alii ab ipsis Apostolis institutum volunt. V. Baronium an. 34. num. 23. et seqq. an. 159. n. 1. 2. an. 198. n. 4. et alios passim. PASCHA praeterea interdum pro ipso Christo accipitur, vt apud sanctum Paulum 1 Cor. 5, 7. *Pascha nostrum immolatus est Christus.* Interdum pro ipsa Eucharistia, vt apud S. Augustinum contra literas Petiliani Don. lib. 2. c. 37. *Aliud est Pascha, quod adhuc Iudaei de oue celebrant, aliud autem quod nos in corpore et sanguine Domini accipimus.* PASCHA, hebdomada paschalis. Missale Gothicum p. 341. *Missa matutinalis per totum Paschem pro paruulis, qui regati sunt.* PASCHALES DIES, hebdomadis scilicet paschalis, quae pari cultu ac ipse Paschatis dies celebratur a Christianis. Vnde Durandus lib. 6. Rat. cap. 81. n. 6. ait dies omnes huius octauae esse Dominicos. Amalarius lib. de Ord. anciphonarii cap. 52. *Paschalis dies, qui per septem dies quasi vnus dies celebratur.* PASCHA FLORIDVM, dominica in palmis, qua canturur, *Occurrunt turbae cum floribus et palmis: et nos similiter debemus ei occurrere cum floribus virtutum et palmis victoriarum.* In Ordine Romano, *Dies Palmarum, siue Florum atque ramorum* dicitur: *Pascha Florum*, apud Ordericum Vital. l. 8. p. 696. V. Durandum lib. 6. Rat. c. 65. num. 5. PASCHA PETITVM, ita Ordo Romanus ait appellari primum Pascha, seu Dominicam Palmarum, *Pascha petitum, siue compotentium*, quia hoc die *Symbolum competentibus tradebatur*, vt eſt

apud

apud Iſidorum, Alcuinum, et Rabanum Maurum lib. 2. de Inſtit. Cleric. c. 25. Concilium Agathenſe, in eandem ſententiam c. 13. ſtatuit *Symbolum omnibus Eccleſiis una die, id eſt, ante octo dies Reſurrectionis publice in Eccleſia competentibus praedicari.* † PASCHA ALBVM, dominica in Albis. Necrol. Rotomag. PASCHA BONVM, dies reſurrectionis. Chartul. Godefr. dom. Aſperim. PASCHA CARNOSVM, *Paſques charneux*, dies Reſurrectionis, in quo carnium eſus reſumitur, vt a Paſcha florido, quo carnis abſtinentia praecipitur, ſit diſtinctum. Litterae an. 1350. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 4. pag. 81. PASCHA CLAVSVM, vel potius *Clauſum Paſchae*, vt legitur in Miſſal. Gothico et in veteri Gallicano, apud Mabillon. de Liturg. Gall. p. 147. et 374. Dominica octauarum Paſchae, qua Paſchalium feſtiuitatum ſolennitas clauditur. *Clauſula Paſchae*, apud S. Auguſtinum ſerm. de Temp. 244. *Clauſum Paſchae*, apud Grodegang. Metenſ. Epiſc. in Regul. Canonicorum cap. 36. nouae edit. cap. 30. Statutum primum Weſtmonaſterienſe dicitur editum an. 3. Eduardi I. Reg. Angl. *Lendemain de la cluſt de Paſche.* Gregorius Turon. lib. 9. cap. 44. *Eo anno poſt clauſum Paſcha*, etc. PASCHA ANNOTINVM, quod proprie fuerit, et quando celebratum non vna eſt ſententia. Microlog. de Eccleſ. obſeru. c. 56 *Romani Annotinum Paſcha, quaſi anniuerſarium Paſcha dicunt, quia antiquitus apud illos qui in priori Paſcha baptizati erant, inſequenti anno, eodem die, ad Eccleſiam conuenere, ſuaeque regenerationis anniuerſarium diem cum oblationibus ſolenniter celebrauerunt.* Eadem Honorius Auguſtod. lib. 3. cap. 137. Nec diſſentit Belerus de diuin. offic. cap. 84. *Vocatur autem Paſcha Annotinum, quando aliquis diem quo baptiſmo ſuſceptus annuatim celebrat: atque eo tum ipſius diei Paſchae officium integre cantari debet, praeter Alleluia, ſi euenat tempore Quadrageſimae.* Ita etiam Durandus lib. 7. cap. 1. n. 37. 38. Ex quibus eodici videtur non ſemper ſtatum ac fixum fuiſſe cuique Paſchatis Annotini diem, propter Paſcatis diuerſos in ſingulis annis dies, ſed celebratum ipſomet die recurrente quo quis priori anno baptizatus fuerat, quod *Annotinum*, vox ſuadet, id eſt ἐνιαύσιον ἐνιαυσιαῖον, περιγινόν; in Gloſſis redditur. (Aliae apud Baluz. in Notis ad Capitul. *Annotini ἐτήσιοι, ἐνιαύσιοι.*) Atque ita *Paſcha Annotinum* incidere poterat in Quadrageſimam, vel poſt Quadrageſimam, vt habet Belerus. Atque hunc quidem ſtatutum diem legimus in veteri Breuiar. Pariſ. a Baluzio in Notis ad Capit. laudat.: *De Annotino Paſchae nota quod debet ſemper fieri in craſtino octauarum Paſchae anno reuoluto aut non reuolato, niſi reuolutis in Quadrageſima euenerit.* PASCHA ROSATA: ita Pentecoſten appellant Itali, quod eo fere tempore roſae floreant, vt tradunt Cruſcani. Occurrit in Hiſtoria Mortis et Miraculor. S. Leonis IX. PP. n. 21. V. *Roſalia.* PASCHA COMMVNICANS, *Paſques Communiant*, dies Reſurrectionis Dominicae, in Charta Caroli VI. Reg. Franc. an. 1387. tom. 2. Hiſt. Eccl. Meld. pag. 248. PASCHA INTRANS, *Paſques commengent*, nota chronologica, qua ii vſi ſunt, qui a Paſchate annum putabant; iidem, ne aliqua ſuboriretur confuſio, *ante vel poſt Paſcha* apponere ſolebant, vt annum proximeelapſum, vel ſubſequentem certius denotarent. Charta Baillini Senon. pro prioratu de Perta. † PASCHA MAGNVM, dies reſurrectionis dominicae. Ch. Radulfi de Caſtro Port. Mſ. PASCHA MEDIVM, mercurii dies infra octauam Paſchae, V. in *Pentecoſte.* † PASCHA NOVVM, nouus annus, Lit. remiſſ. Mſ. a. 1397. PASCHA dicitur etiam tempus a Dominica in Ramis palmarum, vsque ad octauam Paſchatis. Durandus lib. 6. Ration. cap. 81. n. 5. PASCHATIS nomenclatura donati pariter dies omnes Dominici in Ordine Romano. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Mauritii Epiſcop. Andegau. cap. 18. PASCHA, quodlibet magnum

magnum festum in quibusdem prouinciis vocari obseruat Durandus lib. 7. c. 1. n. 25. Certe constat hodie omnes maiores festiuitates *Paschata* Italos et Hispanos vocare: Pentecosten vero *Paſcha roſada* seu Rosaceum, quia incidere solet in tempus rosarum. Hinc *κατανυκτὸν* et *φιλόεορτον*, pro eo qui libens festum colit, confundit Marcus Hieromonachus in Respons. Otto Morena in Hist. rerum Laudensium p. 41. Quod et apud Gallos in vsu fuisse colligo ex Chron. Fontanell. tom. 3. Spicil. Acheriani, vbi festum alicuius Sancti ideo potissimum *Paſcha* dictum innuitur, quod hac die celebratur eius ad caelestem gloriam transitus: *Quia ſolemnem diem pro venerandi Confeſſoris Chriſti Vandregeſili tranſitu colimus, quem Paſcha ipſius non incongrue nuncupari . . . monſtrauimus.* PASCHALIA INDVMENTA. Caesarius Arelatensis Archiepisc. in Testamento suo: *Indumenta Paſchalia, quae mihi data ſunt, omnia illi* (successori) *ſeruiant, ſimul cum caſula villoſa, et tunica, vel galnape, quod melius diuiſero. Id eſt, quibus* vtebatur diebus *Paſcalibus*, seu dominicis. V. Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. n. 44. p. 109. † PASCHA, conuiuium, refectio. Comput. a. 1362. PASCHA in prima declinatione passim vsurpatur a scriptoribus. Durandus lib. 6. Ration. c. 86. n. 4.

PASCHAGIVM, quod pro pascuis praestatur. Statuta Mont. Regal. fol. 306. V. *Paſcuarium*.

PASCHALE. (1) Computum paschale, seu ratio inueniendi diem quo celebrari debet Pascha quolibet anno: a die scilicet Martii 8. ad Aprilis 5. *Paſchalis curſus*, Honorio Augustod. c. 88. *Paſchalis recurſus*, Gennadio de Viris illustrib. cap. 88. *Paſchalis circulus*, Adoni Vienn. Victorius in Canone Pasch. *Theophilus quondam Alexandrinus Antiſtes, ad Theodoſium Imp. datis Epiſtolis ex primo ipſius et Gratiani 5. Conſulatu conditum Paſchale direxit.* (2) Districtus Paroeciae, sic dictus, quod Paroeciani in festo saltem Paschatis ad Ecclesiam paroecialem conuenire, et ibi *communicare* ex Canonum praescriptis tenerentur. Tabul. Monast. S. Sauini Leuitanensis. PASCHALIS CEREVS, V. *Cereus*. PASCHALIS EPISTOLA, qua Pontifex Maximus Metropolitanis Episcopis denuntiabat, quo die celebrandum esset Pascha: *Ad praecipuum enim religionis noſtrae Sacramentum pertinere, vt in feſtiuitate Paſchali nulla eſſet toto orbe diuerſitas*, consueuerunt sancti Patres, vt ait Leo I. PP. Epist. 95. ad Rauennium Arelatensem. PASCHALES EPISTOLAS praeterea vocat Auitus Viennensis Epist. 65. quas Pontifices sibi inuicem scribebant, sese consaluantes, et de exacta festiuitate nuntium mittentes, quae proinde erant ex iis, quas Graeci *σοτηριακὰς* nuncupabant: nam haec non modo in Paschalibus, sed et in aliis solennioribus festis scribebantur ab Episcopis, vt ex aliis Auiti et Theodoreti Epistolis colligitur. PASCHALES DENARII, praestatio, quae a presbyteris pro chrismate quod circa Pascha ab Episcopo accipere solent, eidem Episcopo exsoluebatur. V. *Chriſmales denarii* in *Chriſma*. PASCHALIS, praestatio, quae ad Pascha exsoluitur. Rotulus saec. 12. de Prioratu S. Pauli *de Tartas* in Archiuis Casae Dei. PASCHALIS AGNVS, V. *Agnus*. PASCHALIS IGNIS, V. *Ignis*. PASCHALE LIGNVM, V. *Lignum 1.* PASCHALIS TERMINVS, nota chronologica, qua vtebantur notarii, qui peritiam suam in arte computi ostentare amabant; hac inter primos vsus est Rodradus presbyter Ambianensis, quam libro sacramentorum manu sua descripto apposuit: *Anno incarnationis Dominicae DCCCLIII. Indictione I. epacta VII. concurrente VII. Termino Paſchali IIII. Kal. Aprilis.* PASCHALES MISSAE dicuntur in veteri Missali Gallicano, quae tota Paschatis hebdomada decantari debent.

PASCHALIVM, *κανονικὸν*, canon de celebranda Pascha, apud Martinium.

PASCHA-

PASCHARE. (1) *Paſcha celebrare*, Vgutioni. Vox Italica. (2) PASCHARE, PASCARE, paſcere. Statuta Montis Regal. fol. 308. Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279. apud Thomaſſ. in Biturig. p. 113.

PASCHARIVM, ius paſcendi porcos in ſilua domini. Hiſt. MS. S. Cypriani Pictau. p. 294. Item tributum quod pro eo iure exigitur. V. *Paſcuarium*.

PASCHASE, eadem notione, in Charta Willelmi Aquitan. Ducis an. 1069. ibid. p. 248.

PASCHERIA, PASCHERIVM, *etc.* V. *Paſquerium*.

PASCHERIVM, idem quod *Paſcharium*, in Chartular. Aurelienſi in Lemouicibus.

PASCHIVVM, eadem notione. Tabul. Prioratus S. Iohannis Toloſ.

† PASCHVM, paſcuum, pratum. Stat. Taurin. a. 1360.

PASCILIS, *animal, vel auis quae in manu paſcitur*. Ioan. de Ianua.

PASCINATVS, glandatio. *Paſcinatus tempus*, quo ſcilicet glandes maturae ſunt, paſcendisque porcis idonee. Hiſt. Mediani Monaſt. p. 269. V. *Paſcio*.

PASCIO. Polyptichus Floriacenſis: *Soluit inter viuuritium et Paſcionem de vino mod. 6.* Alibi: *Soluebat vnusquisque de Paſcione denarios 12. et gallos 3. cum ouis 15. etc.* Et *Paſcio*, porcorum ex glandibus paſtio, Gall. *Paiſſon* vel *Peſſon*; eſt etiam tributum vel cenſus qui domino ſiluae pro glandatione ſoluitur: *Paſnage* ſiue *Pennage*, in Conſuetud. municipal. plerisque ſignificat praeterea tempus quo glandes et fanias porci paſcuntur in nemoribus, quod menſe Octobris incipit, Decembris concluditur. Charta Libert. Bellomont. ex Cod. MS. Coislin. *Quotiescunque erit Paſcio glandis ſeu fauine in aliquo dictorum nemorum . . . quilibet poterit ponere in nemoribus XX. capita porcorum . . . ad totam Paſtionem*.

PASCISSI, pro Paſci, in Inſtr. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 290.

† PASCIVM, i. q. *Paſcuum*, in Gloſſar. Prouinc. Lat.

† PASCLERIVM, mendoſe pro *Paſcherium*, paſcuum. t. 6. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 195.

PASCOLVM, vt *Paſculum* infra. Charta an. 1079. apud Murator. delle Antic. Eſtenſe p. 47.

PASCVA, AE, pro paſcuum. Gloſſae Graec. Lat. νομὴ, ἡ βοσκὴ, *paſtus, paſtio, paſcua*. Charta an. 1154. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 34. *Terra eſt, quam mariſcos vocant, in vſum communis Paſcuae conſtituta*.

PASCVAGIVM. (1) Paſcuum, herba paſcibilis, in Extrau. comm. de Decimis. (2) Tributum quod pro paſcuis exigitur. Charta fundat. Monaſterii de Boſco-Ratherii an. 1172. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 573. V. *Paſcuarium*.

PASCVALE, ius paſcendi animalia vel in paſcuis vel in ſiluis. Charta an. 1126. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 159.

PASCVALIS, *cum diligentia nutritus*. Gloſſar. Arabico-Lat.

† PASCVARE, paſcere, praeſertim de porcis, qui glandes paſcunt. Ch. Mſ. a. 1243.

PASCVARIVM, quod pro paſcuis praeſtatur. Conſtitutio Chlotarii Regis c. 11. *Agraria, Paſcuaria, vel decimas porcorum, etc.* Lex Wiſigoth. lib. 8. tit. 5. §. 8. *Quod vero ſortem ſuam totam forte concluſerit, et aliena paſcua abſente domino inuadit, ſine Paſcuario non praeſumat, nih forte dominus paſcuae voluerit.* Paſcario editum in Append. Marcae Hiſpan. col. 779. V. *Paſquerium*. PASCASIVM, eadem notione, apud eumdem Baluzium a. 89.

PASCVATICVM, ius paſcendi porcos. Bulla Alexandri III. PP. a. 1179. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 190.

† PASCVATICVS, tributum, quod pro paſcuis exigitur. Ch. Mſ. Caroli M. a. 806.

† PASCVATIO, ius paſcendi animalia in paſcuis. Ch. Henr. Imp. I.

PASCVERIVM, idem quod *Paſcuarium*. Charta an. 1242. in Tabul. Carruſiae Montis-riui.

PASCV-

PASCVLARE, pascere. (Occurrit passim apud Scriptores Italos.) Hist. Cortusiorum f. 3. c. 14.

PASCVLVM, PASCVLVS, pascuum, pratum, Caesareo Eusterbach. L. 3. cap. 11. Charta an. 1072. in Hist. Pergamensi to. 3. p. 273.

PASCVS, idem quod *Pasculus*. Chron. Monast. Noualic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 751.

PASCVVM, quod pro pascuis praestatur. Litter. Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. to. 4. Ordinat. pag. 677. *Quod dicti Consules cum eorum consilio, valeant defendere deuesia, iura, et libertates, pacua et Pascua vniuersitatis praedictae, etc. Pacua* (si tamen legendum non sit *Pauua*, vt videre est in V. *Pauuum*) pro ipsis pascuis vsurpatur. V. *Pascuarium*.

PASELIVS, V. *Praditerium*.

PASELLVS S. MARTINI. Charta Dagoberti Reg. Franc. apud Doublet. p. 655. *Veniunes in illa strada quae vadit ad Parisios in loco qui dicitur Paselus S. Martini*. Idem videtur quod *Pons S. Martini* dicitur, in Charta Ludouici VI. an. 1122. apud eumdem Doublet p. 852.

† PASENARIVS, aedilis, sodalis. Ch. Ms. a. 1297. V. *Paciarius* in *Pax*.

PASFIEVDVM. Charta an. 1475. apud Calmet. to. 3. Hist. Lothar. col. 280. *Sub . . . . restitutione omnium sumptuum, expensarum, dampnorum, disturbiorum, grauaminum, et interesse feudorum Pasfiendorum et subtinendorum, . . . super quibus omnibus vniuersis et singulis dampnis, sumptibus, expensis, interesse, disturbiis et supra, feudis, Pasfiendis et sustinendis sure promissis, etc.* † Leg. *Pasfiendum*, vt et *fienderum* loco *feuderum*. Formula est qua debitor sese obligat ad restituendas creditori damna cuiuscumque generis, quae ex non solutione debiti prodirent.

† PASIAGIVM, in Ch. Ms. a. 1306. pro *Paxiagium*, quod V.

PASINOLA, mendose, ni fallor, pro *Palmola*; in hac enim voce facillime errare potuit exscriptor. Testamentum an. 1285. apud Baluz. to. 2. Hist. Arueru. p. 530. *Item legauit carbaci, quae sit immunita apud S. Saturninum, quatuor sextarios Passinolae reddibiles.*

PASMVS, deliquium, spasmus, Gall. *Pasmoison*, Ital. *Pasmo*. Iacob. Delagro in Annal. Estens. ad an. 1395. apud Murator. to. 18. col. 917.

† PASNADIVM, ius pascendi porcos in silua. Ch. Henrici I. reg. Fr.

PASNAERIVM, pascuum, pratum. Charta an. 1064. in Tabulario Maior. Monast.

PASNAGERIVS, PASNAGIVM, PASNATICVM, V. *Pastio*.

PASON, vt supra *Dispason*. Iacob. Cardin. de Coremat. Bonifac. VIII. PP. inter Acta SS. tom. 4. p. 465.

Concrepat inde chorus, duplices sua vulnera. Pason,
Hic getis vnisonum, stabili firmatus in vnco.

PASONIA, idem videtur quod *pastio*. Charta an. 1246. in Tabular. S. Nicasii Rem.

PASPALE, *rerum minutiae*. Vocabul. Sussannaei. *Res vilissimae*, in Amakh. a Graec. πασπάλη.

PASQVARE, pascere, V. *Peisonagium*.

PASQVARIVM, idem quod *Pasquerium*. Charta an. 1290. to. 1. Hist. Dalphin. p. 21.

PASQVAYRAGIVM, eadem notione. *Pasquayrium*, pascuum, pratum. *Pasquayrare, pascere*. Charta a. 1298. ibid. to. 2. pag. 38.

PASQVERAGIVM, eodem significatu. Charta an. 1309. ibid. to. 1. p. 87.

PASQVERGIVM, pratum, pascuum, in Charta an. 1337. apud Columb. in Stemmate Simian. pag. 582.

PASQVERIVM. (1) Quod praestatur pro pascuis: vt PASQVAIRARE, tributum exigere pro pascuis. Charta Theobaudi *Chabot* apud Sammarthanos in Abbat. Absiensibus: *Pasquerium vero a Gaufredo Mainardi ego illis vendicabo*. Charta Raimundi Berengarii Comitis Prouinciae an. 1232. pro Arelatensibus. PASCHERIA, eadem notione. Charta Othonis Aquitan. Ducis to. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 478. PASCHERIVM, eodem significatu. Charta an. 1182. in Archiuis S. Vi-

S. Victoris Maſſil. PASCHERIVM OVIVM, in Charta Raimundi Comitis Prouinciae an. 1179. apud Sammarthanos in Archiepiſc. Aquenſibus. PASCHERICIVM, in veteri Notitia apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 241. (2) PASCHERIVM, ius paſcendi animalia in alterius ſilua. Charta an. 1201. to. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 322. (3) PASCHERIA, paſcuum, pratum. Charta Ludou. II. Reg. Sicil. PASCHERIVM, eadem notione, in Charta an. 1153. inter Probat. to. 2. Hiſt. Occit. col. 471. PASQVERIVM, idem, in Charta an. 1263. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues.

PASQVETVM, ius paſcendi animalia in alterius ſilua. Charta an. 1312. in eod. Tabul.

PASQVILIS, paſcuum. Tabular. S. Remigii Remenſis.

PASSA, in Gloſſis Lat. Graec. *ὄρνις ἐιδος*. Etiamnum Andegauenſes Paſſerem, *Paiſſe* et *Paſſe* vocant. V. Salmaſium ad Solinum p. 444.

† PASSABILIS, non reiiciendus, Gall. *Paſſable*. Ch. a. 1483.

PASSACRIARIVM, *ὑδρία*, *hydria*. Gloſſ. Lat. Gr. MSS. Scaliger. Leg. monet Martinius, *Vas aquarium*.

† PASSADIVM, i. q. *Paſſagium* 3, in Ch. a. 1267.

† PASSADORIVM, tranſitus perulus pro domibus. Ch. Mſ. a. 1305.

PASSAGENII, V. *Paſſagini*.

† PASSAGERINVS, qui naulum pro transuectione ſui rerumque ſuarum ſoluit, Gall. *Paſſager*. Stat. Gennenſ.

PASSAGERIVS PORTVS, ripa, ni fallor, in quam transeuntes deponit nauita. Charta an. 1301. in Tabular. Floriac. *Item duas partes medietatis reddituum . . . quam habemus . . . . in porta et ratione portus Paſſagerii de Regula*. PASSAGERIVS, idem qui *Paſſiagiarius*. Computus ab anno 1333. ad an. 1336. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 280.

PASSAGIARIVS, portitor, publicanus, Italis *Paſſagiere*, Gallis *Paſſager*, in Conſtit. Sicul. lib. 1. tit. 76. Eſt etiam Nauita, qui de ripa in ripam alterum tranſeuntes nauicula tranſmittit. Willel. Thorius a. 1287. V. *Paſſagium*.

PASSAGINI, Haeretici Valdenſium ſectarii, quorum paſſim mentio in Conſtitutionibus Friderici II. Imp. contra Catharos et Patarenos, in Gregorii II. PP. Epiſtolis, apud Bonacurſum lib. de Vita haereticorum, cui *Paſſagii* dicuntur, pag. 75. et vbi eorum errores recenſer, et Waddingum in Annalibus Minorum an. 1254. n. 16. ann. 1325. V. mox

PASSAGIVI, pro *Paſſagini*, in Bulla Innocentii PP. inter Statuta Vercel. lib. 7. fol. 195. vo. *Paſſagenii* apud Stockman in Lex. Haeretic. Quod vitae ſanctimoniam ſimulabant, *Paſſagini* ſunt appellati, a Gr. vt videtur *πὰς ἀγιος*. Hos damnauit Lucius III. PP. an. 1184. in Conc. Veron. V. *Parenſiſtae*.

PASSAGIVM. (1) Tranſitus, iter, et iter inſtitutum, Gallis *Paſſage*. Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. to. 2. Ordinat. p. 36. *Cuſtodes portuum et Paſſagiorum conſtituum regni noſtri ſint amoti, quatenus ad factum auri et argenti et monetarum*. Ita porro Galli appellabant peregrinationes, atque adeo ipſas Hierosolymitanas et ſacras expeditiones. Iacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. initio. PASSAGIVM VERNALE dicitur illud potiſſimum tempus quo maria aperiuntur, vt loquitur Vegetius lib. 5. cap. 9. vere nempe, vnde *Paſſagium Vernale* Oliuerio Scholaſtico pag. 1188. et Iacobo de Vitriaco lib. 3. pag. 1138. *Tranſitus Vernalis*, Tyrio lib. 17. cap. 8. nuncupatur. *Paſſagium Paſchae* dicitur, in Charta an. 1233. in Tabul. Commendariae Arelat. circa menſem Martium, ex quo *Paſſagium* Martii vocant Matthaeus Pariſ. an. 1244. et alii. PASSAGIVM AESTIVALE, illud eſt, quod menſe Iulio peragebatur, vulgo *Paſſagium S. Ioannis Baptiſtae* dictum in Epiſtola S. Ludouici de captione ſua. Quod menſe Auguſto etiam interdum fieret, dictum *Paſſagium Auguſti*, in Charta an. 1233. PASSATGIVM, in Teſtam. an. 1328. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 799. (2) Semi-

mita, callis, Gall. *Sentier*. Charta ann. 1501. ex Schedis Praef. de Mazaugues. (3) Tributum quod a tranſeuntibus exigitur, *Droit de Paſſage*. Leges Henrici I. Regis Angliae cap. 2. (4) Naulum. Charta an. 1257. ex Schedis Praef. de Mazaugues. (5) Canalis. Charta an. 1164. apud Kennett. in Antiquit. Ambroſd. p. 120. (6) Perperam pro *Paſnagium*, tom. 4. Hiſt. Harcur p. 1347. V. *Paſtio*. (7) † Ius tranſitus, in Terrear. Apchon. (8) † Transactio, pactio, t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 572.

PASSALORINCHITAE, PATTALORINCHITAE, Haeretici ſic dicti, quod digitum imponentes in nares, et ora ſua, et in labia, quaſi ſilentium ſemper exercerent, ſoli taciturnitati quaſi ſtudium commodantes. V. Philaſtrium, et S. Auguſtinum haer. 63. a Graeco παίσσαλος, paxillus, et ῥὶς, naſus, vel a ῥὶγχος, roſtrum, rictus; unde alii *Paſſalorynchitae* ſcribunt. Alia dialecto dicuntur *Taſcodrogitae*. V. in hac voce et Cuperum in Harpocr. c. 27.

PASSANS. Gall. *Paſſant*, viator, peregrinus. Libellus ſupplex Poſtulenſium Canon. ad Reg. Hiſp. an. 1600. to. 4. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 422. *Nec non quascunque miſerabiles perſonas transeuntes, ſive vti communiter vocant, Paſſantes.*

PASSARE. (1) Transire. Charta an. 1493. in Tabular. Iotrenſis Monaſt. (2) Transgredi, Gall. *Outrepaſſer*. Charta an. 1252. to. 13. Spicilegii Acheriani pag. 315. (3) Transigere, pactionem facere, Gall. *Paſſer un contrat, un traité, un acte*. Charta Fulconis Epiſc. Andegau. a. 1237. in Tabular. S. Albini Andegau. *Habeant poteſtatem ad concordandum, integrandum et Paſſandum cum dictis Abbate, etc.* Ibid. *Ad Paſſandum compoſitionem cum dicto, etc. . . . . Ad Paſſandum Litteras et inſtrumenta, etc.* PASSARE DONATIONEM, et alia eiusmodi dicuntur Notarii publici qui Inſtrumenta conficiunt. Areſtum Parlamenti an. 1484. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Arvern. p. 832. (4) Permittere aliquid per Inſtrumentum authenticum. Statuta Eccl. Carnot. an. 1325. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1365. (5) † Transmittere. Reg. Feud. Normann. (6) † Valere, l. 1. Cod. Ital. dipl. p. 1122.

† PASSARELA, ludi ſpecies. Stat. crimin. Cumanae c. 80. Idem videtur ludus, qui Gallis *Paſſe* dicebatur, qua ad metam *Paſſe* dictam, ſagittas dirigebant.

† PASSARINVS, machinae ſpecies, qua pondera leuantur. Tract. Mſ. de re milit.

PASSARIVS, aridus, paſſus, exſiccatus. Capitolinus in Albino cap. 11. *Quingentas ficus Paſſarias, quas Graeci caliſtruthias vocant, ieiunum comediſſe dicit cordus.*

PASSATA. (1) Praeſtationis ſpecies, († alibi PAZATA et PESATA.) Charta Occitanica an. 1312. in 48. Regeſto Philippi Pulcri Regis Franc. ex Tabulario regio num. 28. *Idem Paſſatum ſeu bladatum quam nos habebamus in dicto loco de Senolhaco, videlicet in quolibet agricultorum cum uno pari animalium, unum ſexterium bladi, frumentum et auenam per medium ad menſuram Albienſem, etc.* Infra: *Item habebamus tunc in dictis locis una cum dicto Epiſcopo in quolibet animali groſſo, exceptis animalibus terram excolentibus 8. den. Turon. pro Paſſata, et in quolibet pecude ſeu animali minuto unam pictam Caturcenſem, etc.* Occurrit ibi pluries. Codex MS. Conſuetud. et priuileg. Toloſ. fol. 38. *Seneſcallus defendat Conſules et Vniuerſitates a nona impoſitione ſeruitutis facienda per Praelatos . . . et a nona exactione praeſtationis Paſſatae.* V. *Pax* et *Panagium* 2. (2) † Vicus, via, ſemita, qua *paſſare* ſeu tranſire licet. Ch. Mſ. a. 1319.

PASSATGIVM, V. *Paſſagium*.

PASSATICVM. Teſtamentum Guillelmi Raymundi Comit. Ceritan. an. 1095. Marcae Hiſpan. col. 1194. *Relinquo . . . et ipſas meas francheſas quas habeo in villa Peladol et decimum de lenda et de Paſſaticum Villae franchas et decimum paſcuarii de inſula.*

Charta

Charta Raymundi Comitis Provinciæ an. 1179. apud Sammarthanos in Archiepisc. Aquensibus: *Pascherium ovium suarum, et Passaticum, et vsaticum et omnia quæ emere voluerint, libera sint ab omni vsatico et lesda.* Alia Iacobi Regis Aragonum an. 1230. *Emfranquimus ab omni lesda, pedagio, Passatico; portatico, tolta, consuetudine, etc.* Videtur idem quod *Passagium*, ius transitus. V. *Pedagium*.

PASSATIO, instrumentum a Notario publico *passatum* seu confectum; († vel subscriptio, nominis appositio.) Statuta Eccl. Trecor. a. 1372. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 1123.

PASSATOR, dominus, cui *Passagii*, seu transitus praestatio competit. Charta *Edw.* III. Regis Angl. in Monastico Anglic. to. 1. p. 505.

PASSATORIVM, pons vel quidquid ad transeundum vtile est, Ital. *Passatoio*. Lit. Phil. VI. a. 1335.

† PASSATVS, praeteritus, Ital. *Passato*. Tabul. S. Germ.

† PASSAVOLANTVS, Ital. et Hisp. *Passavolante*, Gall. *Passevolant*, tormentum bellicum exile. Barcel. serm.

PASSAYRAGIVM, a *Passagio* distinguí videtur; est tamen tributum quod a transeuntibus exigitur. Charta an. 1317. to. 2. Hist. Dalph. p. 166. *Cum suis territoriis, districtibus . . . pasqueriis, pascuis, passagiis, Passayragiis, pulueragiis, etc.*

† PASSAZIVM, i. q. *Passagium*, in Ch. a. 1225.

† PASSELLVS, paxillus, in Ch. Mf. a. 1203.

PASSER PARADISI, suis fictitiis, vulgo *oiseau de Paradis*. Epistola Alphonsi Ciaconii apud Marten. to. 3. Amplissim. Collect. col. 1324. *Taceo tintinnabula ex auricalco dulce sonantia, aves ex provincia de Banda, quas Passeres Paradisi Lusitani vocant, expedes, perpetuo volatu errantes.*

PASSERIA, V. *Paueria*.

† PASSELVM, suggestum. Ordinar. eccles. S. Petri Insul.

PASSIAGERIVS, idem qui *Forensis* et peregrinus alibi dicitur, qui ex aliena dioecesi vel ecclesia est. Obituer. MS. Eccl. Morin. fol. 43. to. V. *Presbyter forensis*.

PASSIAGIARIVS, V. *Passagium*.

PASSIATVM. Charta Alamannica Goldasti 61. *Et quando opus fuerit aut ad messem vel pratum colligendum, vel ad reliqua, in Passiato faciens.* f. Gall. *en paix*.

† PASSIBILE, tributum quod a transeuntibus exigitur, i. q. *Passagium*. Stat. Mf. a. 1401.

PASSIBILIS, calcabilis. Dudo de Ducibus Normannorum.

PASSIBILITAS. Arnobius Iunior in Psalmum II. *Fiducialiter, id est Passibilitate carnis, nulli timori succumbens.*

PASSIM, lento gressu, seu passu, Gall. *An pas*. Rolandinus Patav. de Factis in marchia Tarvis. lib. 12. cap. 8.

PASSIMAE. Matthaeo Silvatico, *Tortellae panis azymi biscoctae de Sem, i. de terra Ierusalem; quoniam ibi Arabes impastant ea cum aqua mastichis.*

† PASSIMA, *atis*, panis subcinericius; vel re octus, in Act. SS. t. 5. Aug. p. 860. *Passimata*, idem, t. 2. Aug. p. 462.

PASSIO. (1) PASSIO DOMINI, Dominica quinta Quadragesimae, quae *Ramispalmas* praecedit. In Epistola Balduini Imperatoris de expugnatione Constantinop. vrbs obsessa a Francis dicitur 5. *Id. April. feria 6. ante Passionem Domini, et capta 2. Id. April. feria secunda in Passione*, id est, die Lunae hebdomadis, quae Dominicam Ramis palmarum praecedit, quam *Hebdomadam Passionis* vocamus. Amalarius lib. 4. cap. 48. apud Mabillonium: *In Passione Domini, quindecim scilicet dies ante Pascha*. V. notas nostras ad Villharduinum num. 129. et supra in voc. *Dominica* et *Hebdomada*. PASSIO DOMINI, pro ejusdem Incarnatione interdum accipi, ex Charta an. 1083. in Tabular. Eccl. Carnot. supra obseruatum est in voce *Annus*, col. 243. (2) Ea Euangelii pars, quae *passionem* Christi continet, apud Mabill. to. 4. Analect. pag. 455. et alibi passim.

(5) Martyrium. Ordo officii Gothici inter Concil. Hiſpan. to. 3. pag. 272. *Pro innexa collo ſuo fune ad Paſſionem tractus eſt, laetabundus.* (4) Quinta e nouem partibus in quas hoſtia diuiditur apud Mozarabes. V. *Hoſtia.* (5) Morbus, medicis peſſim. Chron. Romualdi II. Archiep. Salernit. apud Murator. to. 7. col. 206. V. mox *Paſſionarius.*

PASSIO SCOTOMATICA, caecitatis dolor, a Graeco *σκότος*. Miracula S. Bertini ſaec. 3. Bened. part. 1. p. 131. (6) Mala cogitatio quam quis in mente volutat, in Poenitentiali Egberti Archiepiſc. Eborac. cap. 19. (7) Perperam pro *Paſtio*, conuiuium, refectio, in Charta Ludouici Pii an. 18. imperii eiusd. Imp. Hiſt. Alſat. inter Inſtrum. p. 19. V. *Paſtus.* Nec rectius *Paſſio* pro *Paſtio* ſeu *Paſquerium* occurrit in vet. Notitia apud Stephaniot. Locum vide in *Paſtitericium* ad vocem *Paſquerium.* (8) † Chriſti ad crucem affixi imago, in Ch. Mſ. a. 1403. (9) † Acta cuiuslibet Sancti, in Ch. Mſ. Concil. Sancti.

PASSIONABILITER, inordinate, perturbate. Ioan. Gerſonius de Conſolat. Theol. lib. 4. V. infra *Paſſionate.*

PASSIONARIVS, *Paſſionalis, Paſſiones Martyrum.* Ioh. de Ianua: *Paſſionarium, liber continens Paſſiones Sanctorum: vel Paſſiones id eſt morbos.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm *Paſſionarium, Paſſionaire c' eſt livre des paſſions des Saints. Paſſionarius* Durando lib. 6. Ration. cap. 1. n. 29. *eſt liber continens Paſſiones Sanctorum, qui legitur in Eccleſia in feſtis Martyrum:* ex inſtituto nempe Antheri PP. qui Martyrum geſta ſcribi, et in Eccleſiis haberi praecepit. Liber MS. Ordinis S. Victoris Pariſienſis cap. 19. *Quales ſunt Bibliothecae, majores expoſitores, et Paſſionarii, et Vitas Patrum,* etc. Chronicon Caſſinenſe lib. 3. cap. 62. (al. 63.) *Paſſionaria totius anni libros quatuor.* Lambertus Ardenſis p. 195. *Veteris Teſtamenti libros, et Paſſionarium.* V. Monaſticum Anglic. to. 3. p. 322. PASSIONALE. Chron. S. Bertini apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 592. PASSIONALIS. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis 6. Id. Ian. *Dedit etiam tres libros Paſſionales, et unum qui dicitur Martirologus.*

PASSIONATE, inordinato et impoteati ſtudio. Acta SS. Iulii tom. 2. pag. 391. de S. Godeleva. V. ſupra *Paſſionabiliter.*

PASSIONATICVS, ius tranſitus, *Droit de Paſſage.* Charta Dagoberti Regis apud Doublet. p. 656.

PASSIONATVS, infenſus, a Gall. *Paſſionné.* Inſtrum. ann. 1409. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 957.

PASSIONITAE, haeretici, qui Chriſtum Deum in paſſione carnem dimiſiſſe atque in coelum aſcendiſſe mentiebantur. De iis Philaſtrius c. 71. V. Stockman. Lex. Haer.

† PASSIPEDIVM, PASSIPEDVM, via anguſta et ſoli pedeſtri itineri accommodata, Germ. Fußſteig. Acta SS. t. 6. Aug. p. 819.

PASSITARE, ſtarnorum clamor, V. *Baulare.*

PASSIVARE, tranſire, quaſi *paſſus,* ſeu *ſtrictiora* loca emetiri, vel *vagari,* quo modo *paſſim* pro *vague* vſurpatur. Vita S. Wunebaldi cap. 3.

PASSIVE. Apuleius lib. II. *Crines . . . per diuina colla Paſſive diſperſi molliter fluebant.*

PASSIVITAS. Saluianus lib. 7. de Gubern. Dei: *Quis conjugii fidem reddidit? imo quantum ad Paſſivitatem libidinis pertinet, quis non conjugem in numerum ancillarum non redegit?* Infra: *Atque illi : . . . et minore fortaſſe crimine, et minore, ut reor, numero ac Paſſivitate peccabant.* Tertullianus Apolog. c. 9. *Turbulentia et Paſſivitas.* Idem ad verſ. Hermog. cap. 41. et alibi paſſim; vbi *Paſſivitas* idem quod frequentia promiſcua ſeu confuſio, interdum quod libertas, communitas, ſonat. V. Iac. Billium lib. 1. Obſerua. ſacr. c. 15.

PASSIVITVS, vulgo, promiſcue. Tertullianus de Pallio cap. 3. *Pars vero Paſſivitas omnibus oviles.*

† PAS-

† PASSIVM, mendoſe ut videtur pro *pallium*, t. 2. Hiſt. Caſſin. p. 502.

PASSIVVS, vagus, inconſtans, incertus. Vox Afris ſcriptoribus familiaris. S. Auguſtinus adv. Adimantum cap. 24. *Si hoc ideo dictum eſt, ut non ſeruetur panis in craſtinum, magis hoc implent vagi Romanorum — quos Paſſiuos appellant qui annona quotidiana ſatiato ventre, aut donant ſtatim quod reſtat, aut proiiciunt. Paſſiua libido*, apud S. Hieronymum in Ezech. cap. 16. vaga ac promiſcua, quae *errabunda Venus* Saxoni Grammatico lib. 5. dicitur. *Paſſiuus obitus*, apud Caſſianum Collat. 1. c. 5. vagus, incertus.

PASSNAGIVM, V. *Paſtio.*

† PASSO, i. q. *Paſſio*, cenſus pro glandinatione et iure paſcendi, in Ch. 1126.

PASSONAGIVM. (1) Charta anno 1233. *Nos Humbertus dominus Bellisioci petebamus Paſſonagia molendinorum in ripa Rodani.* Videtur eſſe praeſtatio quaedam ſic dicta. † Seu praeſtatio pro facultate figendi *paſſellos* ſ. palos, piſcium capiendorum cauſſa. V. *Paiſſeria* et *Paſſorgium.* (2) † Cenſus ſ. praeſtatio pro iure paſcendi porcos in ſilua domini. Ch. Mſ. a. 1244.

PASSONVS, Rhodani oſtium, vulgo *le Gras*, vel *le Pas* dictum. Tabular. Maſſil. *Cum dominus Amiratus deceſſiſſet hodie graſſi Arelatis vocatus Paſſoni.*

PASSOR, Patiens, Gall. *Patient.* Vita S. Iohannis Bonuiſii to. 5. Maii pag. 111.

† PASSORGIVM, ſ. praeſtatio pro facultate figendi *paſſellos* in molendinis vel aliubi, in Ch. Mſ. a. 1290. V. *Paſſonagium.*

† PASSOTVS, pugionis ſpecies, Gall. *Paſſot.* Ch. Mſ. a. 1465.

† PASSVATIM, lento et compoſito paſſu, ap. Andr. Floriac. Mſ.

† PASSVLLARE, *paſſellis* ſ. pedamentis vineam fulcire, i. q. *paſſillare.* Ch. Mſ. a. 1260.

PASSVM, vadum, Gall. *Gué.* Charta an. 1204. to. 1. Annal Tolor. inter Inſtrum. p. 53.

PASSVRASSE, *ἀπάρτια*, in Gloſſ. Lat. Graec.

PASSVS. (1) Locus, Gallis *Paſſage.* Proceſſus de Vita S. Thomae Aquinat. to. 1. Martii p. 706. *Quando ſcribebat dictus frater Thomas ſuper Iſaiam uenit ad quendam Paſſum Scripturae, etc.* (2) Menſurae vel ponderis ſpecies. Statuta Vercell. lib. 4. 4. fol. 66. vo. *Ordinatum eſt quod ſi aliqua perſona . . . ſciens ſeu doloſe habuerit vel tenuerit falſum penſum, ſtaterum, Paſſum, balancium, marchum, vel aliquam aliam menſuram vel pondus, etc.* V. *Penellus.* (3) Anguſtiae et clauſtra itineris, vel montium: *Clauſurae cluſae.* Italis *li Paſſi*, Gallis *Pas, paſſage, detroit*, Germ. Paß. Teſtamentum Bertrandi de Turre an. 1286. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Arvern. p. 535. *Lego pontibus et melis Paſſibus Alverniae reparandis et reſtituendis triginta libras Turon.* Chron. Siciliae apud Marten. to. 5. Anecd. col. 38. *Interea tamen poſuit inſidias per Paſſus, per quos idem Rex Petrus debebat tranſire.* (4) PASSVS ARRIPERE, metiri paſſus alicuius longitudinis. Proceſſus de Canonizat. S. Franciſci de Paula to. 1. Aprilis p. 121. PASSVM FACERE, phraſis Gallica, *Faire un pas*, apud Robert. Avesbur. in Hiſt. Edw. III. Regis Angl. edit. Hearnii. p. 179. PASSVS ECCLESIASTICI, V. *Dextri.* (5) † Tranſitus, iter, via, Ital. *Paſſo.* Ch. Mſ. a. 1390. (6) † Tributum quod a tranſeuntibus exigitur. Stat. crimin. Riper. (7) † Palorum contextus ac ſeries, in Ch. a. 1369. (8) † *Super iſto paſſu*, phraſis Gallica, hoc poſito, t. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 158.

† PASSVTVS, *che a grandi paſſi*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PASTA. (1) Maſſa, Gall. *Paſte*, crudus panis. Guill. Brito in Vocabul. *Piſtor dicitur qui panem facit, a pinſo, is, quod eſt panem facere, Paſtam deducens et terere.* Caeſarius lib. 4. cap. 65. *Cum piſtorem pro eo quod panes nimis magnos faceret, arguerent, reſpondit ille, Credite mihi*

Domine, in Paſto valde parui ſunt, et in fornace creſcunt. (2) Gallina, V. *Pallipaſta.* (3) Vt *Paſtus*, conuiuium Charta an. 1181. apud Baluz. Hiſt. Turel. col. 494. Niſi Paſtionem malis intelligere. V. infra *Paſtio.* (4) † Hiſpanis, maſſa metallica, aurea vel argentea, t. 1. Hiſt. Geneal. domus Portug. Prob. p. 471. (5) † Lignum aedificationi aptum et neceſſarium, in Ch. Mſ. a. 1392.

† PASTAGIVM, praeſtatio, quae in *paſta* fit, pro coctione furnaria. Ch. Mſ. a. 1330.

PASTARE, *paſtum* ſeu maſſam farinae ſubigere, depſere, Gall. *Paitrir.* Proceſſus de B. Petro Luxemburgo to. 1. Iulii pag. 604. *Qui non poterat ſe iuuare de brachio, videlicet in Paſtando et in furnando.*

PASTAYRAGIVM, idem quod *Mundamentum*, iurisdictio, territorium. Ch. Mſ. a. 1312.

† PASTELLARIA, glaſtum, Gall. *Paſtel*, V. *Paſtellum* 1. Ch. Mſ. a. 1312.

PASTELLERIVS, V. *Molendinum paſtellerium.*

PASTELLIO, PASTELLVS, PASTICERIVS, etc. V. *Paſtillus* 2.

PASTELLVM. (1) Herbae genus, Gallis *Paſtel*, Germ. Waid, qua infectores lanarum vtuntur, ab effigie *paſtillorum*, in quam glomerantur eius cineres, ſic dicta; aliis quippe *Guesdium* vel *Guesdum* nuncupatur, quae *Vitrum* Latinis, Graecis ἴσατις dicitur. V. *Guesdium.* Statutum Comitatus Fuxi ann. 1332. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 90. (2) Idem videtur quod *Paſtitium* paſcuus ager. Teſtamentum Iohannis Epiſcopi Albienſis an. 1473. apud Marten. to. 1. Anecdot. col 1842. *Cum mihi deberet octocentas et octocentas et octogintas libras Guillelmus Lebas, pro quibus habeat ſibi adiudicatum Paſtellum per clientem regium de caſtro Karoli.*

PASTELLVS, PASTELLATICVM, V. *Paſtus.*

PASTENAGO, V. *Paſtinaca.*

† PASTENARE, pro *Paſtinare*, agrum fodere, in Ch. a. 1065.

† PASTENCHVM, ius paſcendi porcos in ſilua domini, vel etiam cenſus, qui pro ipſo iure exigitur. Ch. Mſ. a. 1397.

† PASTENQVVM VIRIDARIVM, ager paſcuus, in Ch. Mſ. a. 1364.

† PASTERIA. (1) Mactra, in qua *paſta* ſubigitur, et piſtrinum, ſ. locus vbi eſt mactra. Ch. Mſ. a. 1375. Maſſa ſebi. Inuent. Mſ. a. 1476.

† PASTICA, *Eſpeſche*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352.

† PASTICERIVS, piſtor dulciarius, in Ch. Mſ. a. 1285. V. *Paſtillarius.*

† PASTICIA, paſtillus, in dipl. Chilper. II. a. 716. t. 4. Collect. Hiſt. Fr. p. 694. V. alia notione in *Paſtucia.*

PASTÍCIO, ius paſcendi porcos in ſilua domini. Tabular. S. Sulpitii Bituric. V. *Paſtio.*

PASTICIVM, paſcuus ager, vulgo *Paſtis.* Tabular. S. Vincentii Cenoman. V. infra *Paſtitium.*

PASTICIVS, idem quod mox *Paſtillus*, Gallis *Paſté.* Ordinat. Humberti II. ſuper numero et ordine menſurarum ac ferculis apponendis, to. 2. Hiſt. Dalph. p. 311. Ibidem pluries occurrit.

† PASTICVS. Lambert. Nerden in Tract. Mſ. de Variolis: *Eſt enim quaedam ſpecies* (variolarum) *quae a quibusdam ranellis nominatas et in quibusdam Paſticus.*

PASTILIARE, paſtillis pingue facere, in medicina Salernit. pag. 152. V. *Paſtillus* 3.

† PASTILLARIA, piſtoris dulciarii ars, Gall. *Paſtiſſerie.* Ch. Mſ. a. 1362.

PASTILLARIVS, paſtillorum confector, apud S. Auguſtinum lib. 2. de Moribus Manichaeorum cap. 15. PASTICERIVS, eadem notione. Edictum Philippi VI. Franc. Reg. an. 1329. to. 2. Ordinat. p. 33.

PASTILLATICVM. V. *Paſtus.*

PASTILLESCERE, in paſtillum evadere. Gariopontus lib. 3. Paſſion. cap. 24. *Et ſimul omnia mixta tandiu maneant, donec Paſtilleſcant.* V. *Paſtillus* 2.

PASTILLVS. (1) Diminut. a *Paſtus*, V. in hac voce. (2) Celſus lib. 5. cap.

cap. 17. *Malagmata atque emplaſtra Paſtillique, quos τροχίσκους Graeci vocant, cum plurima eadem habeant, differunt eo quod malagmata maxime ex floribus, eorumque furculis: emplaſtra Paſtillique magis ex quibusdam metallicis ſunt, ... Inter emplaſtrum autem et Paſtillum hoc intereſt, quod emplaſtrum vtique liquati aliquid accipit: in Paſtillo tantum arida medicamenta aliquo humore jungunſur.* Hinc (3) PASTILLVS, et PASTELLVS appellatus panificium carne aut alio edulio fartum, Gallis *Paſté*, quod in modum medicorum *paſtilli* compoſitum et fartum ſit. Bulla Honorii III. apud Margrinum: *Tenentur praeſtare . . . . vnam gallinam et 2. panes, et vnum Paſtillum, vel loco paſtilli vnam gallinam.* PASTILLI DE LOTHARINGIA, in Ordinat. Humberti II. to. 2. Hiſt. Dalph. pag. 313. *Item volumus quod ſeruiatur nobis in dicta die Veneris de vno intromeyſio, videlicet de Paſtillis de Lotharingia cum aliquibus aliis friſuris.* PASTELLIO, Paſtillus. Alexander Iatroſophiſta lib. 1. Paſſionum.

PASTINA, PASTINVM, terra *paſtinatione* renouata, apud Pallad. Gloſſ. Graec. Lat. Βαλοτρόφιον, *paſtinum*. βαλοτροφία, *paſtinacio*, *repaſtinacio*. βαλοτροφητέα γῆ, *paſtinanda*. βαλοτροφῶ, *occo*, *occilio*, *paſtinor*, *paſtino*. Leo Oſtienſis L. 1. cap. 26. *Et curtes alias duas in vainpis, et Paſtena, et domum vnam in Cennis, etc.* Lib. 3. c. 18. *Et integram curtem Banioli, et Sipianni: Caſtrumque, Paſtinam, et quatuor terrae ingera.*

† PASTINACA, *Paſnaſſe*, in Gloſſ. Gall. Lat. cod. 7692.

PASTINAGIVM, ius paſcendi porcos in ſilua domini; item, cenſus qui pro ipſo iure exigitur. Charta Richardi Regis Angl. tom. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 388.

PASTINARE. (1) Paſcere. Charta ann. 966. apud Calmet. to. 1. Hiſt. Lothar. col. 378. (2) Columellae eſt agrum fodere. Vetus Charta apud Ughellum to. 5. Ital. ſacrae p. 1538. *De terra ad paſtinandum, etc.* (3) Plantare, conſerere. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 511. V. Ioh. de Ianua.

PASTINARI, edere, prandere. Gocelinus in Miraculis S. Auguſt. Cantuar. to. 6. Maii pag. 399.

PASTINATICVM, V. *Paſtio*.

PASTINATIO, paſtus porcorum. Charta ann. 1133. to. 3. Gall. Chriſt. inter Inſtr. col. 33. V. *Paſtio*.

PASTINATVM, *vocant agricolae ferramentum bifurcum quo ſemina panguntur.* Gloſſ. Sangerm. MS. num. 501. *Paſtinum*, Columellae; *Houe*.

PASTIO. (1) Vel PASTIONATICVM, PANNAGIVM, cenſus vel tributum pro glandatione et iure paſcendi porcos in ſilua domini. *Panage*, in Conſuet. Norman. art. 30. et Andegauenſi art. 497. *Paſnage*, in Pictauenſi art. 159. et Britannica art. 255. Dicitur etiam *Paſtio* ipſe glandarius herbariusque porcorum paſtus; vſurpatur praeterea pro ipſo tempore quo porci ad nemora mittuntur glandationis cauſa, Gall. *Paiſſon*, vel *Glandée*. Edictum Chlotarii II. Regis c. 23. in Concilio Pariſienſi V. *Et quando Paſtio non fuerit, vnde porci non debeant ſaginari, cellarinſis in publico non exigatur.* Capitul. Caroli M. de Villis cap. 25. *De Paſtione autem Kal. Septemb. indicare faciant, ſi fuerit annon. Paſtio vſuraria*, pro vſuaria, in Charta an. 1362. ex Regeſt. 93. Chartophyl. Regii n. 44. PASTINACVM, eodem ſignificatu, Tabul. Dunenſe. Ch. 61. PASTINATICVM, eadem notione Hiſtoria Epiſcopor. Autiſiod. cap. 49. PASNATICVM, idem quod *Paſtio*, ex Gallico *Paſnage*. Charta Roberti Reg. pro Micinacenſi Monaſt. an. 1022. to. 4. Annal. Bened. pag. 707. col. 2. PASNAGIVM et PANNAGIVM, ſimili pariter ſignificatu. Vita S. Wenningi Confeſſor. PANAGIum, idem. Charta Guillelmi *Com* domini *de Gien*. PARNAGIVM, eadem notione. Charta Roberti Comit. Ceſtriae apud Stephanot. to. 13. Fragm. Hiſt. MS. p. 115. PASNACRIVM, in Charta Alani Comit. Britan. ex Tabul. Major. Monaſt.

nast. PASSNAGIVN, in Bulla Nicolai IV. PP. ann. 1289. ex Cod. MS. Sangerm. PASCALIVM, Charta an. 1124. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 14. col. 1. PASNAGERII FORESTARVM, in Regesto Parlamenti B. fol. 78. qui ius pasnagii habent in foresiis. PANNAGIVM interdum pro ipsa glandatione animalium sumitur. Monast. Angl. to. 1. pag. 146. PANAGATOR, qui *Panagium* exigit ac recipit pro domino silvae. Charta Henrici II. Regis Angl. in Regesto Normannico signato P. ex Camera Comput. Paris. PANAGIVM, et PANNAGIVM, pro quovis tributo. Primum Regestum Parlamenti Parisiensis inter Arresta an. 1271. f. 187. *Ipsi satagebant levare Panagium de quadrigis et vecturis deferentibus bladum, vinum, etc. Regestum B.* fol. 32. inter Arresta an. 1276. *Responsum fuit civibus Rothomag. quod Panagium apud Clailloel non levaretur post proximum Pascha.* Ridicule porro Santonius *Pannagium* dictum scripsit, quod sit *panis porcorum*. (2) Idem quod *Pastus*, convivium, refectio, Gallis *Past*, V. in *Pastus*.

PASTIONARE, de porcis praesertim dicitur, qui glandes pascuntur. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. *Tam de hospitibus, qui in villa ipsa manent vel laborant, quam de porcis, qui ibidem interessati fuerint et Pastionati.*

† PASTISSERIVS, a Gall. *Pastissier*, pistor dulciarius, in Ch. a. 1399.

† PASTISSVS, panificium carne aut alio edulio fartum, Gall. *Pasté*. Comput. a. 1362.

PASTITIVM, pascuus ager, Gall. *Pastis*. Tabularium Fossatense an. 1268. f. 99. V. *Pasticium*.

PASTITIAGIVM, i. q. *Pastitium*. Charta Gaufridi Vicecomitis Castrid. an. 1232. in Tabulario Bonae-vallis.

PASTOFORIVM, pro pera pastoreli vsurpat auctor Praedestinati lib. 1. extremo: *Nos Hebraei pueri sui David Pastoforium adsumentes, de lapide tuo angulari pugnamus.*

PASTOLARE, ager pascuus. Charta Ludovici IV. Reg. Franc. an. 950. apud Miraeum to. 1. p. 869. col. 2. V. *Pastorale*.

PASTONARE, implicare, implectere, Gall. *Enlacer*. Statuta Placentiae. 4. fol. 46. recto: *Si quis civitate vel suburbiis requirat clausuram inter se et suum convicinum in domibus vel curtibus, compellatur per iudicem convicinus communicare ad dictam clausuram fiendam de muro vel gratitio Pastonato vel pariete, etc.*

PASTOPHOREI, sacerdotes, qui thalamos vel sediculas, *Pastophoria* dictas, in quibus deorum simulacra posita erant, portabant in pompis publicis, Graecis etiam παστοφόροι, de quibus Apuleius lib. II. Metamorph.

PASTOPHORIVM, *atrium templi, aut sacrarium*, in Glossis Isid. Papias: *Pastophoria Graece, Latine thalami dicuntur.* Idem: *Pastophoria, atria templi, gazophylacia, cellae parvae.* In Excerptis additur, *alveale templi. vel sacrarium.* Vbi Graevius leg. monet *sabarium*. V. *Pastorium*. Glossae MSS. *Pastophoria, vestibula in circuitu domus. Pastophorium, chambrete*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Videtur esse monimenti genus ex cratibus confectum, quibus pastores includunt oues de nocte vt a luporum incursibus tutae sint; vnde fortean *Pastophorium* nuncupatum.

PASTOR ECCLESIASTICVS seu LAICVS, *Advocatus*, in Tabulario Turelensis ecclesiae. PASTORVM OFFICIVM, quod in Ecclesia Rotomagensi celebratum statim post Nocturnale officium Natalitii Christi describit Ordinarius MS. eiusdem Ecclesiae.

† PASTORAGIVM, ius pascendi pecora in pascuis. Ch. Mf. a. 1222.

PASTORALE, ager pascuus. Charta Communiae Bituric. ann. 1181. (V. *Pastolare*.)

† PASTORALIS, idem. Ch. a. 1150.

PASTORALITAS. (1) Praesulatus, Episcopi vel Abbatis dignitas, munus, cura ouium ipsis demandatarum. Charta an. 1034. to. 4. Annal. Bened. p. 334. (2) Titulus honorarius Episcoporum vel Abbatum

cum. Manasses Episc. Camerac. in Epist. ad Lambertum Atrebat. Episc. apud Baluz. to. 5. Miscell. pag. 319. (3) Ius pastoris, Episcopi iurisdictio. Charta an. 1003. to. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 44.

† PASTORARE. (1) Pastorem agere, episcopi vel abbatis officio fungi. Epitaph. S. Gauzlini Episc. Bitur. (2) Pascere, pecus ducere in pascua. Inquisit. Ms. a. 1268. PASTORISARE, idem, in eadem Inquisit. V. *Pasturare*.

PASTORATVS. (1) Pastoris officium, ipse pastoris titulus. Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 99. (2) Pastus porcorum. Litterae H. Abbat. Pontiniac. apud Stephanot. to. 7. Fragm. Hist. MSS. pag. 236. V. *Pastio*.

† PASTORCVLVS, diminit. a *Pastor*, in Gloss. Prouinc. Lat.

PASTORELLA, Gall. *Bergere*. Hist. Britan. to. 2. p. 885. *Ferebatur vnum parauum penuncellum, in quo depingebatur ymago eiusdem Pastorelle*.

PASTORELLI, factiosorum quaedam cohors exorta in Francia S. Ludouico IX. regnante anno 1251. de qua praeter Thomam Contipratanum lib. 2. de Apibus cap. 4. n. 14. 15. Nangium in S. Ludouico, Matth. Paris. an. 1251. Anonymum Gallum in Chron. in Hist. Merouingica p. 1072. Anonymum alium in Chronicis Slauicis Lindenbrogianis, Sanutum l. 3. part. 12. c. 3. Chronic. Andeg. apud Labbeum p. 291. et caeteros Gallicae historiae scriptores. Exorta perinde in Francia et Anglia, eadem appellatione, simili in Terram Sanctam proficiscendi proposito, factiosorum alia cohors anno 1320. de qua pariter agunt historici, ac in primis Thomas Walsinghamus p. 112. Cosmas Pragensis p. 34. Chronicon Rotomagense editum a Labbeo, Continuator Nangii Gallicus sub an. 1320. etc. quibus addendus Odoricus Rainaldus an. 1320. n. 21. 22. 23. De iis posterioribus Pastorellis aliter scribit Auctor poematis, cui titulus, *les Aduentures aduenües en France* ab an. 1214. ad 1412. docet quippe eos an. 1306. penitus exstinctos, cum a Iudaeis illata plurima sustinuisset mala. Sed nolim eius hac in re fidem praestare. *Pastorellos* vero appellatos scribit Macer in Hierolexico, quod in vexillo agni effigiem ferrent. Rectius deducenda videtur vocis origo a Gallico *Pasteureau*, quod pastorem infimaeque plebis hominem significat, cuiusmodi erant plerique ex Pastorellis, vt testatur Continuator Nangii vernaculus sub an. 1251.

PASTORGAGIVM, eger pascuus maxime pecudum, Prouincialibus etiamnum *Pasturgagi*. Item, census qui pro faculate pascendi exigitur. Charta an. 1496. ex Schedis Praes. de Mazaugues.

PASTORGARE, pascere, pecus ducere in pascua, et seruare. Charta an. 1327. in Tabular. S. Victoris Massil. PASTORIGARE, in Charta Ludouici Reg. Siciliae an. 1359. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 108. PASTVRGARE, in Charta an. 1206. apud Pitton. Hist. Aquens. l. 2. p. 114.

PASTORIA. (1) Parochia, ecclesia, seu ipsarum bona et reditus. Charta an. 1351. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 281. (2) Domus pastoris seu curionis. Miracula B. Wernheri to. 2. April. p. 720. (3) V. *Pastorium*.

PASTORICIVM, ius ducendi animalia in pascua aliena. Tabular. Aurelianense in Lemouic.

PASTORIGARE, vt *Pastorgare*, V. in hac voce.

PASTORISARE, V. *Pasturare*.

PASTORIVM, PASTORIA. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 6. §. 1. *Si quis in exercitu aliquid furauerit, Pastorium, capistrum, frenum, feltrum* etc. Lex Long. lib. 1. tit. 25. §. 35. *Si quis capistrum de capite caballi tulerit, componat sol. 6. Si quis Pastorium de caballo alieno tulerit, comp. sol. 6.* Vbi editio Heroldi habet *Pasterium*, pag. 93. Occurrit *Pastorium* in Gloss. Isidori, in quo esse dicitur *Alueale templi vel fasurium*, vbi legendum, *Pastoforium, atriale templi, vel fastorium*. Alias *fasurium*. V. *Pastophorium*. Idem videtur *Pastorium* quod

Italis *Paſtoia* etiamnum dicitur, pedica nempe ſeu compedes, quibus equi, ne aberrent in paſcuis, impediuntur Gallis *Entraves*, Normannis inferioribus, aliisque *Paturez*, a parte pedum equi, vulgo *Paturon*, qua innectitur *paſtorium*, Gerta. Teſſel. V. *Paſturale* 1. et *Pedica* 1.

† PASTRINE, mendoſe pro *Paſtione* in Diplom. Mabill. p. 307.

PASTRIX. (1) Dicta Abbatiſſa quod in moniales officio paſtoris fungatur. Litterae Henrici V. Reg. Angl. an. 1414. apud Rymer. to. 9. pag. 157. (2) † Puella gregis cuſtos, in Ch. Mſ. a. 1373.

PASTVAGIVM, idem quod *Paſtio*. Charta an. 1067. ex Tabul. Maior. Monaſt.

PASTVARIVM, paſcuum, pratum, vel etiam cenſus qui ex paſcuis percipitur. Charta an. 1265. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 1611. V. *Paſtio*.

† PASTVCIA, i. q. *Paſtiſſus*, in Ch. a. 1221.

PASTVLA, leuior paſtus. Vita S. Gerardi Abbatis Bronienſis n. 15.

† PASTVLLARE, depaſcere, morſu carpere, Ital. *Paſturare*. Stat. Vallis-Ser. Mſ.

PASTVM, paſcuum, Charta an. 1196. in Tabular. S. Victoris Maſſil.

PASTVMGIVM, paſtus animalium. Charta an. 1272. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 52.

PASTVRA. (1) Lindewodus in lib. 3. Prouincial. Angl. tit. de Decimis: *Differunt paſcua et paſtura: nam Paſtura omne genus paſcendi ſignificat, ſive fiat in pratis, ſive in ſtipula, ſive in agris, ſive in campis: ſed paſcua eſt locus principaliter deputatus pecoribus paſcendis, vt puta in montibus, moris, moliſcis et planis non cultis nec aratis. Omnes Paſturas foreſtae*, in Charta an. 1172. apud Pillet. Hiſt. Gerbored. pag. 336. PASTVRA VANA, *Vaine paſturaige*, in Litteris Roberti Ducis Burgund. an. 1282. inter Ordinat. Reg. Fr. to. 4. p. 381. Aliis *paſcuum viride et vacuum:* viride ſeu viuum dicitur; cum in pratis herbae virent et in ſiluis glandes maturescunt; vacuum vero ſeu vanum, tempore quo foenum aliique fructus conditi ſunt, quod Arelatenſes vocant *Eſpleches*. Charta ann. 1186. Hiſt. Mediani Monaſt. pag. 309. (2) Alimentum. Charta an. 1227. to. 9. Spicileg. Acher. p. 657. Proprius de animalibus dicitur in Statutis Breſſiae. (3) † Farrago, pabulum equorum, in Ch. a. 1345.

PASTVRAGIVM, paſcuum; ius in eo paſcendi, nec non et cenſus qui pro eiusmodi iure percipitur. Charta an. 1202. in Tabular. Belliportus. Vide *Paſtuagium*.

† PASTVRAIGIVM, pratum, paſcuum, in Ch. Mſ. a. 1280.

PASTVRALE. (1) Equi pedum, et aliorum quadrupedum pars ima. Italis *Paſturale*, Gallis *Paſturon*, vel potius *Paturon*. Petrus de Creſcentiis lib. 9. de Agricult. c. 9. *Equus habens iuncturas crurium naturaliter groſſas, et Paſturalia curta velut bouina, fortis eſſe cenſetur*. Adde caput 57. eiusdem libri, vbi perperam *poſtucalia* editum. (2) Idem quod *Paſturagium*. Charta an. 1069. in Hiſtor. MS. S. Cypr. Pictau. p. 248. V. *Paſtura* 1. PASTVRALLE, in Charta an. 1301. apud Thomaſſerium Conſuet. Bituric. p. 123. PASTVRALIS, eadem notione. Vetus Charta Aragon. to. 8. Spicil. Acher. pag. 268.

† PASTVRAMENTVM, ius paſcendi pecora in paſcuis. Ch. Mſ. a. 1400.

PASTVRARE, paſcere. Charta an. 1217. to. 9. Spicil. Acher. pag. 627. V. *Paſtorgare*.

† PASTVRARIVM, paſcuum, in Ch. Mſ. a. 1362.

PASTVRATIO, paſcuum, pratum. Bulla Innocentii IV. PP. ann. 1245. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1291.

PASTVRELLVS, ager paſcuus. Charta venditionis praedii dicti *Caſeaux*.

† PASTVRGAGIVM, ager paſcuus, in Ch. a. 1483.

PASTVRGARE, V. *Paſtorgare*.

† PASTVRIA, ager paſcuus, in Ch. Mſ. a. 1344.

PASTVS. (1) Conuiuium, refectio: Gallis *Paſt*. Concilium Nannetenſe can. 15. *Paſtos autem et conuiuationes*

nes quas diuina autoritas vetat, etc. Riculfus Sueſſ. Epiſc. in cap. 20. Conſtitut. *Per ſingulas decenias preſbyteri ſimul conueniant, non Paſtis vel potationibus vacent.* (2 Cibaria, annona, Gall. *Vivres.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 32. p. 78. (3) PASTVS ſumitur eadem notione, qua *Procuratio, conuiuium, coenaticum*, etc. de quibus vocabulis ſuis locis agimus, ſeu pro eo iure, quo vaſſalli et tenentes Principem ac Dominum ſtatis ac definitis vicibus, vel diebus, vel etiam quoties per vaſſallorum praedia iter agebat, conuiuio tenebantur excipere: quod quidem ius in praeſtationes pecuniarias ſaepe numero commutatum legitur. Ac *Paſtus* quidem qui Principes ſpectabat, mentio eſt in capitulis poſt Concilium Romanum an. 904. c. 8. V. *Parata* et *Procuratio.* PASTVS NVPTIALIS, ius quod a recens nuptis parocho debetur. Bulla Clementis V. PP. ann. 1309. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 461. V. *Miſſus* 1. PASTVS CABALLI, qui debebatur miſſis Dominicis, et a quo immunes erant praediorum Eccleſiaſticorum coloni. Capitul. Caroli C. tit. 32. c. 2. *De manſo . . . ad Eccleſiam dato nullus cenſus, neque cabalti Paſtus a ſenioribus de Preſbyteris requiratur.* Eadem habentur in Concilio apud S. Macrum c. 6. PASTVS CANVM VENATICORVM. Vetus Charta apud Auguſtinum du Pas in Stemmat. Armoric. 823. V. *Bren.* PASTVO, idem quod *Paſtus*, in Charta Caroli Calui pro Ebroino Epiſcopo Pictau. apud Beslium. PASTELLVS, PASTILLVS, diminutiuum a *Paſtus.* Ioan. de Ianua: *Paſtillus parnus paſtus.* Concilium Romanum II. ſub Gregorio I. PP. et lib. 4. Epiſt. 44. V. *Paſtillus.* PASTILLATICVM et PASTELLATICVM, ius *Paſtus*, ſeu *Paſtelli.* Ioan. Diaconus lib. 2. de Vita S. Gregorii M. cap. 5. Rectius Macer in Hierolex. *Paſtellum* interpretatur Sigillum ſiue eius interpreſſionem in *paſto* cerea, quomodo in Breuibus Apoſtolicis, aliisque priuilegiis fieri ſolet: hinc *Paſtillaticum* et *Paſtellaticum*, ſi eidem fides, ſpecioſo nomine dicebatur quidquid pro eius ſigilli impreſſione exigebant; quam ſimoniacam labem penitus ſuſtuliſſe Gregorium M. refert Ioannes Diaconus. Nec ab eo diſſentit Chriſtianus to. 1. Rer. Mogunt. p. 307. (4) Paſtio, vel paſcuum, in Chron. Fontanellenſi c. 3. (5) PASTVS, haud ſatis mihi nota ſignificatione, in Liberat. Pontis Vrſonis tom. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 640. *Molendinus tenet in angulis, dimidium boeſſellum, et Paſtum;* niſi idem ſit quod *Pugillata*, quantum pugillo ſeu manu, Gallis *Pate*, continetur, Gall. *Poignée.*

PASVAGIVM, paſcuum, pratum, pro *Paſuagium.* V. *Paſtio.* Charta ann. 1198. apud Miraeum to. 2. p. 1203. Rurſum occurrit infra.

PATA. (1) Ornamentum eccleſiaſticum, limbus quidam quo vtuntur in plerisque eccleſiis Cathedralibus. Inuentar. Ornament. et Reliq. Eccleſ. Nouiom. an. 1419. *Item quaedam Pata de panno aureo, bordata de ſandalo nigro, duplicata etiam de eodem ſandalo.* (2) † Turris ſ. aedificii pars ima. Reg. 34. bis Chartophyl. reg. (3) † Calicis vel poculi baſis, Gall. *Pate*, in Teſtam. Mſ. a. 1376. (4) † Pars calcei, in Stat. Auenion. (5) † Minutioris monetae genus, idem quod *Patacus*, in Tabul. Maſſil.

† PATACALIS, res quae *patago* emitur, in Comput. a. 1393.

PATACO, Gallis *Patagon*, Monetae Flandrenſis argenteae, in cuius altera parte efficta Crux S. Andreae cum corona in eius medio atque hac inſcriptione: *Albertus et Elisabetha Dei gratia;* ex auerſa, vero parte ſcutum coronatum cum leunculis, in circulo *Archiduces Auſtriae Duces Burgundiae et Brab.* pretii ſaltem an. 1651. 48. dè hinc 58. *patacorum* ſeu ſolidorum. Chron. Bonae Spei p. 547. *Anno 1651. mutuo cepit . . . mille Patacones.*

PATACVS, idem quod *Patarus*, minutioris monetae genus apud Prouinciales, Delphinates, aliosque, pre-

pretii duorum denariorum. Charta an. 1490. ex Schedis Praef. de Mazaugues. † PATAQVVS, in Comput. a. 1362.

PATAGINE, *quum propius* (f. propter) *pituitam, non facile labra moserunt*, (f. mouentur.) Sic in Gloſſis antiquis MSS. Apud Feſtum *Patagium* eſt *morbi genus*. Is eſt morbus, inquit Graecius ad Gloſſ. Iſid. quo qui corripiuntur, ſubito tanquam fulmine tacti moriuntur, aliter dicitur *ἀνακλῆσις*.

PATAGVS. (1) *Morbus, vitium, et plaga naſcens ex caeſura dum colitur. Item morbi genus peſtilentis, quo correpti morientes maculos in corpore oſtentant et maculas.* Laurent. in Amalth. poſt Scaliger. (2) Idem quod *Patacus*. Charta ann. 1433. in Tabular. Eccl. maior. Maſſil.

PATALIA, V. in *Paterinus*.

PATAMEN, patens aditus et egreſſus, in lege 53. Cod. Th. de Operib. publ.

PATAQVVS, V. *Patacus*.

PATARACINVM. Fragmentum Petronii: *Clamat itaque primus, cum Pataracina popoſciſſet, dius, inquit, nihil eſt, dum verſus te nox ſit.*

PATARDVS, pro *Paturus*, V. in hac voce. Menoti Serm. fol. 140.

PATAREA, haereſis *Paterinorum*. Bonizo Epiſcopus Sutrinus in Chronico Romanor. Pontificum. ex Bibliotheca Caeſarea apud Lambecium lib. 2. Comment. V. infra *Paterinus*.

PATARENI, PATARINI, V. *Paterinus*.

† PATARIA, locus vbi pannus texitur vel venditur, in Stat. datiar. Riper.

PATARVS, Gallis *Patart*, idem Prouincialibus eiusdem pretii ac *patacus*, Belgis vero ſolidum valet. Charta Renati Reg. Prouinc. a. 1460.

PATATIVS, vt *Patacus*, moneta Dalphinalis. Charta Humberti II. an. 1343. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 516.

PATEGARE, paſcere. Chart. an. 1317. ex Schedis Peireſc. apud Praef. de Mazaugues.

† PATEGIVM, paſcuum commune. Ch. Mſ. a. 1315. PATEGVM, in alia a. 1343.

PATELLA. (1) Apud Celſum lib. 8. c. 1. dicitur *Commiſſura femorum aſſe parno molli et cartilaginoſo tecta*. Vtitur etiam Sextus Platonicus lib. 1. de Medicina animal. cap. 1. num. 14. vt et Anonymus de Geſtis Conſtantini M. de Zenone Imperat. *Perhibent de eo quia Patellas in genuculo non habuiſſet, ſed mobiles fuiſſent, vt etiam curſu velociſſimo vltra modum hominum haberetur.* (2) Papias: *Arula, patella carbonum, craticula*. Charta Alphonſi VI. tom. 3. Concil. Hiſpan. p. 284. *Nullus habeas ibi furnu vel Patella, ſed vbi fuerit inuento, frangatur, et det abbati quiſque ſolidos.* (3) PATELLA SALIS, vel *ſalinarum*, ſalina, Gall. *ſaline*, locus in quo ſal conficitur. Charta Lotharii Imper. an. 844. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 35. *Nulla thelonia de illa eorum Patella, quae eſt in Mediano vico, hoc eſt, Marſalle dare nec ſoluere debeant.* (4) Praeſtationis genus, quae ex *Patellis* percipitur. Charta Narrioti domini de Tuciaco ann. 1110. in Tabular. Floriac. (5) Charta Gaufredi Comitis Andegau. an. 1135. ex Archivo Regio, nunc edita to. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 633. *Quicunque autem voluerit vinum Andegauis adducat, ibique non cum Patella, ſed cum lagunculis illud vendat, Comitique ſuum conſuetum rectum ſcilicet de ſingulis modiis quinque denarios reddat.* Galli dicerent *Vendre a plats et aſſiettes*. PATELLAE COCTAE ſingulis hebdomadis ex micis quae e menſis monachicis leuantur, apud Magiſtrum in Regula cap. 23. 25. (6) Lampadis ſpecies; ab eius forma ſic dicta, quae ſebo aliaue materia alebatur. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. c. 3. (7) Obiectaculum ligneum, Gall. *Bonde*. Litterae Caroli V. Franc. Reg. an. 1365. *Si contigeris per diruptionem ſeu fractionem calceiae ſiue Patellae ſtagni aquam arreſtari, etc.*

† PATELLARIA, quantum patella continetur. Necrolog. B. M. de Moduncta.

PATELLATA. (1) Diminut. a *Patella*. Gall. *Petit plat*. Ch. to. 2. Hiſt.

Hist. Dalphin. p. 313. (2) † Idem quod *Patellaria*, in Chartul. Floriac.

† PATELLVS. Comput. Ms. a. 1475. *Item pro reparando magna organa, in eis scilicet faciendo bursas et patellos.*

PATENA. (1) *Vas latum* definitur a Columella lib. 12. cap. 43. Vnde Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. c. 24. sit patenam dictam *a patendo, quod patula sit.* Ioannes de Garlandia in Synonymis:

A pateo dicas patenas, coninge patellas,
Vas dico Patenam, calicis tectura patenam.

Est autem vas Ecclesiae ministeriis dicatum, cuius vsus in oblatione Corporis Dominici olim fuit, et iam est. Lex Bajwar. tit. 1. cap. 3. *Si autem de ministerio ecclesiae aliquid furauerit, id est, cáticem, aut Patenam, vel pallam*, etc. (2) Lamina, vel ferrum latius, et deductum in laminas, quibus ferrei thoraces constabant: limbos vocat Ammianus lib. 16. *Thoracum munitis tegminibus, et limbis ferreis cinctis.* V. *Plata.*

PATENS. (1) Nude pro *Litera patens.* Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1367. apud Rymer. to. 6. pag. 573. V. *Literae.* (2) † Iter apertum f. vadum, ap. Ludewig. t. 9. Reliq. p. 369.

PATENTA, eadem notione, *Patente.* In Cancellaria Ferdinandi II. Imperat. *Comiti Iohanni de Nassaw Patenta transmissa est.*

† PATENTITIVM, exactionis species, f. quod *literis patentibus* indiceretur. Ch. a. 836. t. 6. Collect. Hist. Fr. p. 674.

† PATENVLA, diminut. a *Patena*, t. 7. Iul. p. 219.

PATER. Papias: *Genitor naturae vocabulum est, Pater dignitatis.* Quod quidem discrimen obseruare est in Epistola Theodeberti Regis ad filium Mauricii Imperatoris: *Et quia ad serenissimum atque pissimum Patrem vestrum, genitorem vestrum Mauricium Imperatorem . . . legatarios direximus*, etc. V. Dissertat. 23. ad Ioinvillam pag. 281. Eo potissimum ritulo, honoris et obseruantiae causa donati seniores a iunioribus, qui vicissim ab eis ad animi paterni testimonium *filii* vocabantur; eodem praeterea vrebantur inferiores erga superiores suos; sed et pares dignitate interdum iis titulis sese inuicem compellant: sic Iacobus IV. Rex Scotor. Henricum VII. Regem Angliae *patrem* nominat, in Epist. apud Rymer. to. 13. p. 90. PATER et PATER MONASTERII, Abbas. S. Augustinus lib. 1. de Morib. Eccles. Cath. cap. 31. *Illi autem Decani cum magna sollicitudine omnia disponentes, ... tractatorem tamen etiam ipsi reddant uni, quem Patrem vocant.* Sic et Abbatissa *Mater monasterii* dicitur. V. *Mater.* Pater, patrinus. Poenitentiale Theodori Cantuar. c. 4. PATER ABBAS, seu Abbas domus illius quae alterum genuerit, qui *Abbas maioris Ecclesiae* dicitur, in Charta Charitatis Cistercien sis c. 5. Rainardus Abbas Cisterc. in Constitutionib. eiusdem Ordinis c. 65. *Defuncto Abbate, Pater Abbas vocetur, et si qui sunt Abbates quos domus illa genuerit.* PATER CONFESSIONVM, qui vulgo Confessarius, apud Florentinum Wigornien sem p. 604. PATER CIVITATIS. Synodus Mopsuestana in quinta Synodo Constantinopolitana collat. 5. *Comitat Agens in rebus et Pater civitatis dixit*, etc. V. Gloss. med. Graecit. PATERFAMILIAS, qui sui iuris est, a paterna potestate liber. Charta Caroli IV. Reg. Franc. an. 1325. to. 8. Spicileg. Acher. p. 263. PATER IMPERATORIS, πατὴρ βασιλέως, βασιλοπάτωρ, dignitas qua donatus Romanus Lacapenus, prinsquam Imperator dictus fuisset, apud Luithprandum lib. 3. c. 7. 8. et Tzautzas Scylianus socer Leonis Philosophi Imperatoris, apud Zonaram, Cedrenum, Leonem Grammaticum, et alios. Claudianus lib. 2. in Eutropium perinde Eunuchum;

Direptas quid plangis opes quas natus habebit,
Non aliter poteras Principis esse Pater.

Alibi

Alibi de eodem Eunucho:

. . . praesidium legum, Genitorque vocatur
Principis, et famulum dignatur regia Patrem.

Nescio an eo etiam respexerit vetus Interpres Iuuenalis Sat. 10. *Tutor haberi Principis, Patricius fieri:* nam is post Constantinum, a quo inuenta Patricii dignitas, vixit, vti obseruatum a Petro Pichoeo eius editore. Vt porro *parentes*, ita et *patres* compellabant, summos magistratus, vt est in Passione S. Saturni n. 2. V. Gloss. med. Graec. in πατὴρ. PATER MATERNVS, matris gerens affectum. Gerardus in Vita S. Adalhardi n. 36. saec. 4. Bened. part. 1. p. 354. PATER NATVRALIS, genitor. Formula inter Sirmondicas 23. PATER PATRVM, titulus concessus Romano Pontifici ab Africanis Episcopis in Epist. ad Theodorum PP. quae exstat in Synodo Lateran. sub Martino I. PP. act. 2. a Cyro Episcopo Phasidis in Epistola ad Sergium PP. quae legitur in sexta Synodo act. 13. a Patribus Concilii Constantinopolitani Hormisdae PP. apud Baron. an. 520. n. 41. ab Anastasio Bibl. in Epist. ad Adrianum PP. seu praefat. ad VIII. Concilium Oecumenicum, in Reclamatione Hincmari Laudunens. in Concilio Trecassino an. 878. Epist. 9. etc. Eodem titulo donati etiam interdum Episcopi. In Conc. Nicaeno II. sess. 6. to. 5. Gregorius Nyssenus dicitur ab omnibus appellatus πατὴρ πατέρων. Sic et apud Athanasium in Epist. ad Solitar. Osius Cordubensis Episcopus πατὴρ τῶν ἐπισκόπων dicitur. PATER RELIGIONIS, antistes, qui iis, quae ad Religionem spectant, praeest. Arnobius lib. 4. adu. Gent. PATER SPIRITVALIS dicitur Sacerdos, illius cui baptismi Sacramentum impertiit. Auitus Viennensis in homilia de Rogationib. *Praedecessor namque meus, et spiritualis a baptismo Pater, Memeritus Sacerdos*, etc. PATER SPIRITVALIS, qui a Confessionibus est, *Confessor*: Wigornienſi, *Pater confessionum*. Petrus Damiani lib. 4. Epist. 7. de Hildebrando Comite Tusciae: Hic. *Presbyterum quemdam, religiosum videlicet et honestum virum, spiritualem sibi feceras patrem, a quo et poenitentiam ex more percipiebas.* PATER NOSTER, Ital. *Paternostro*, Gallis *Pasenostre*, sacer globulus, seu torolla precatoria ex his globulis composita, Gall. *Chapelet*. Compotus ab an. 1333. ad an. 1336. to. 2. Hist. Dalph. p. 275. *Pro pectinibus sex et speculis sex et duobus filis de Paternostris de ambre, et duobus filis de Paternostris de cuallo, et duobus filis de Paternostris de vitro . . . Item, in quatuor filis de Paternostris de cristallo*, etc.

† PATERA, pro patella, vas coquinarium. Gloss. Lat. Gall. Ms.

PATERAE, Beleni, seu Apollinis Sacerdotes, Gallis. Auson. in Profess. Burdig. Ep. 4. *Tibi Paterae, sic ministros nuncupant Apollinaris mystici.*

PATERCA. Epistola Balduini Imperat. Constantinopolit. apud Arnoldum Lubec. lib. 6. cap. 20. *Inter duas turres quatibet seu Paterca seu mangnellus erigitur.* Sed nemo non videt legendum *petraria* et *mangenellus*. V. in his vocibus.

PATERE, patefacere. Vita S. Wilfridi cap. 23. saec. 4. Bened. part. 1. p. 689

PATERINVS. Hugo Flauiniacensis in Chronico p. 28. *Iam vero si quis esset qui Gregorio* (VII. PP.) *communicaret, his publice comitiis appetebatur, Hic haereticus, destructor regni . . . et quodam adinuentitio nomine Paterinus dicebatur.* A loco vrbis Mediolani, qui *Patareo* vel *Pateriâ* vocabantur, Arialdistae dicti olim *Paterini*, quod eo ad celebranda seorsim diuina mysteria congregarentur; exstat etiamnum Mediolani locus seu via, quae *Pattaria* seu *contrada de' Pattari* vulgo nuncupatur. Id testatur Sigonius lib. 9. Histor. ad an. 1058. licet minus recte huius vocis originem ad Arialdistarum aduersarios referat. († Aliam et prorsus nouam huius vocis originem Muratorius, cuius Cangiana interpre-

terpretatio nimis contorta videtur, proponit t. 5. Antiq. Ital. med. aeui p. 84. vbi ex Landulph. Sen. efficit, vocem *Patalia* et *Pataria* nihil aliud significaſſe primo, quam vilium perſonarum congeriem, et deinde ſeditionem abiectorum artificum ac gentis indoctae rudisque.) Exinde vero haeretici, qui circa vndecimi ſaeculi initium Eccleſiam vexabant, eodem nomine a populo donati, quaſi horrendum quid et infame ſonaret, et vt, quantum ab illis abhorrerent, manifeſtius oſtenderent, quod etiam labente eodem ſaeculo eadem ratione ab Henricianis ad Gregorium VII. eiusque fautores delatum eſt, vtpote qui omnium criminum rei habebantur. Vide Pagi ad an. 1058. Nec alia cauſa aſſignari legitime poſſe videtur, cur PATERINI dicti haeretici Valdenſium ſectarii, de quorum tamen appellatione ſic conſtitutio Friderici II. contra Haereticos apud Vaddingum an. 1254 n. 14. *In exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica Martyrium ſubierunt, Paterenos ſe nominant, veluti expoſitos paſſioni.*

† PATERIVM, libri cuiusdam titulus, forte qui paſſionem Chriſti ex Euangeliis complectitur. Hiſt. Nemt. I. Prob. p. 67. V. *Paſſionarius.*

PATERNA. (1) V. Canones Hibern. l. 31. c. 20. (2) † Imago Patris aeterni. Ordinat. Mſ. S. Petri Aurese-vall. Mendoſe ſemel ibidem *Pathena.*

PATERNALIS, paternus. Charta an. 1438. ex Schedis Praef. de Mazaugues.

PATERNIANI, Haeretici, *qui interiores humani corporis partes non a Deo, ſed a diabolo factas eſſe opinantur, et omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impuriſſime viuunt. Hos etiam Venuſtianos quidam vocant.* Ita S. Auguſtinus haer. 85.

PATERNICVM, ſucceſſio vel haereditas paterna, bona paterna. *Haereditas paternica*, in Lege Alaman. c. 57. et 91. Ex Cod. Corbieneſi, vt monet Baluzius.

PATERNITAS, Abbatiae munus, dignitas. Synodus Tullenſis apud Saponarias an. 858. cap. 12. V. *Pater.* Fuit et *Paternitas* titulus honorarius Epiſcoporum et Cardinalium. S. Bernardus Ep. 44. ad Henricum Senonenſem Archiep. *Meminit veſtra Paternitas, quod etc.*

† PATHELA, i. q. *Patena*, vas eccleſiaſticum. Inuent. Mſ. a. 1411.

PATHENA, V. *Paterna* 2.

† PATHNVTIA, f. Cantilena. Ludw. t. 9. Reliq. p. 341. *Canones diuinos patens nugales Pathnutias.*

PATIBVLATVS, *patibulo affixus aut deſtinatus, cruciarius.* Laurentius in Amalthea ex Sidonio. Vtitur Plautus in Moſtellaria Act. 1. ſc. 1.

PATIBVLVM. (1) *Rex patens*, in Gloſſ. Iſid. Laurent. in Amalth. *Patibulum, ſera lignea, qua oſtia claudantur. Item crux. Item inſtrumentum vindemiatorum, ſcalae pliantiles.* (2) † Carcer, quia in eo quis incluſus patitur. Ch. a. 1208. Niſi ſit pro *Pilorium* (3) † Poena, dolor. Barelets in Sermon.

PATIBVLVS. (1) Idem quod *Patibulatus*, apud Apuleium Metamorph. lib. 4. *Exitiabili nexu Patibulum relinquens.* Alii Codices *patibulatum* legunt. (2) Patibulum. Capitulare 2. an. 813. c. 11. Vtitur Lucilius apud Nonium 3. 184.

PATICES, ἕλκη κεφῶν ἐν τραχήλῳ, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm. id eſt, petimina, ſeu vlcera in collo iumentorum. *Pantices* emendat Meurſius. V. *Panices.*

PATICHVM, collegium, ſocietas maxime mercatorum. Statuta Placent. lib. 1. fol. 12. recto: *Item ſtatuimus quod aliquis qui non ſit de collegio ſeu Paticho mercatorum, ſeu mercandie ciuitatis Placentie, non poſſit ibi recipere terminum, nec ſe aliqualiter ſupponere iuriſdictioni ipſius ſocietatis vel collegii.* V. *Paticus.*

PATICIVM, pro *Pacticium*, tributum ex *Pacto* conceſſum. Charta an. 1396. apud Rymer. to. 7. p. 832. V. *Pactum.*

PATICIA, fem. gen. in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud eundem Rymer. to. 10. p. 307.

PATI-

PATICVS, *negotiator ipſe*, in Gloſſis antiquis MSS. V. *Particus* 1. et *Paticum*.

PATIENS, qui paſſus eſt. Miſſale Franc. apud Mabill. Liturg. Gallic. lib. 3. p. 315.

PATIENTIA. (1) Scapulare monaſticum, Gallis etiam *Patience*. Vita B. Auguſtini Ord. Eremit. to. 4. Maii p. 623. (2) † *Patientiam præſtare*, tolerare, patienter ferre. Pact. Mſ. a. 1315. (3) † Induciæ, V. *Pacientia*.

PATIGINARIVS, *lenitor*, *qui ignem facit patere*. Ioh. de Ianua.

PATIGVS. Ordinat. Humberti Dalph. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Fr. to. 3. p. 277. *Quicumque incola villæ Romanis volens in communibus plateis, viis ſeu carreriis ſeu Patigos vel vicis vtreis eiusdem villæ conſtruere buncam, etc.* Monet Cl. Editor *Patigos* interdum occurrere in antiquis Recognit. pro loco derelicto; vnde vtcumque colligi poteſt hic vſurpari pro plateis deuiis, Gall. *Ruës écartées*.

† PATILE, ager paſcuus, pratum. Ch. Mſ. a. 1282.

PATILITER, *diuiſe*, *aut patenter*, in Gloſſis antiquis MSS. ſorte *partiliter*, prima ſignificatione.

PATIMONIVM, paſſio, Gall. *Souffrance*. Diſput. inter Carthol. et Pater. apud Marten. to. 5. Anecd. col. 1720. *Per amditudinem et viam Patrimoniorum ſalvantur*. Vbi leg. *patimoniorum*.

PATINA. (1) PATINA SALINARVM, idem quod *Patella ſalis*, V. in hac voce. (2) Pro *Patena*, vas miniſteriis ſacris deſtinatum, in Prouinciali Lynduoodi lib. 3. tit. 23. Alia notione vide in *Padena*. PATINA ANIMARVM. Synodus Valentina an. 1584. inter Conc. Hiſpan. to. 4. p. 290. *Impenſae ſumentur ex eleemoſynariis Beatae Mariae Virginis, et animarum Patinis, vbi eleemoſynae abundauerint*. Id eſt, ex elemoſynis, quae pro defunctis ſcutella in eccleſiis colligunrur.

† PATINAGIVM, PATINATICVM. Teſtam. a. 1342. t. 2. Hiſt. Caſſin. p. 563. *Relinquo Preſbytero Benedicto pro Patinatico tarenos tres*. Aliud a. 1409. pag. 591. *Legauit primicerio - - patino ſuo pro patinagio tarenos quinque*. F. pro *Patrinagium*, officium *Patrini* ſeu conſeſſarii.

PATINVS. (1) Calopodium, ſeu lignea crepidula corio pedibus aptata, interdum et ferro inſtructa, Gall. *Sabot*, *galoche*, *patin*. Statuta MSS. Eccl. Aquenſ. an. 1259. *Nec etiam in eccleſia vel claustro portabunt* (canonici) *Patinos ſine ſoccos ferratos ſtrepitum magnum facientes*. Stat. Capit. Audomar. *Inhibemus ne aliquis deambulet per chorum cum calopodeis ſiue Patinis ferratis vel non ferratis dum Horae cantantur*. Hinc emendanda Bulla Innoc. VIII. PP. a. 1484. in Continuat. magn. Bullar. Rom. part. 3. p. 288. col. 1. vbi perperam editum *Patinos* pro *Patinos*. PATINI, leuiores calcei, vel vdones, Gall. *Chauſſons*. Bernardus Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. c. 27. (2) † *Patinorum* confector, Gall. *Patinier*. Stat. Mſ. a. 1302. (3) † Forte pro *Patrinus*, V. *Patinagium*.

PATIRE, f. diſciplinam ſeu flagellationem pati. Libellus de Remed. peccat. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect col. 48. *Si vult minus pſallere et non vult Patire, proſternat ſe, canet frequenter in oratorio, videlicet vicibus centum, et dicat Miſerere*.

† PATISSIS, i. q. *Patinus* 1. Sent. ſabbat. Carcaſſ. a. 1402.

PATISSIVM, tutela, protectio, quae ex pacto ſeu conuentione conceditur. Litterae Henrici VI. Reg. Angl. an. 1440. apud Rymer. to. 10. p. 802.

PATITVS, vocant Libellum aegrotanti praebendario conceſſum vt choro non interſit; eſt etiam ſignum, quo notatur praebendarius abſens ex morbo, vel ex licentia, quo fit vt reditibus conſueris non priuetur. Regula conſuera Toribii Archiepiſc. Limae to. 4. Concil. Hiſpan. p. 677.

PATITVS, vt *Patinus* vel *Patina*. Statuta Vercell. l. 3. fol. 101. vo.

PATIVM, pratum, paſcuum, Gall. *Pâtis*. Charta an. 1196. in min. Chartular. S. Victoris Maſſil. p. 188.

PATI-

PATIVVS, pro *Patulus*, V. in hac voce.

PATOR, hiatus, apertura, a verbo patere. Apuleius l. 1. Metamorph. *Et ingulo eius vulnus debiscit in profundum Patoris.* Et l. 3. *Psamphile quæ iam vecors animi, tectum fœdandum conspexit, quod abrimseus aedium Patere perflatit nudatum.* Occurrit praeterea l. 10. et 11.

PATRABVLVM, factum. Acta S. Huberti mon. to. 7. Maii pag. 279. *An hoc egregium ac divinum Christi Patrabulum fraudare litterarum monumentis traditum est?*

PATRARE. (1) Generare. Anonymus in Hist. Palaest. apud Ludewig. to. 9. Reliq. MSS. pag. 25. *Satisfaciens uxoribus, imperent et seminicent per vulnusum regionem illam, ut omnino deus fefe ad perulantium et luxuriam, undiquaque filii Patrare congaudeant.* Hinc emendandae Glossae Isidori: *Patrauit, patrem fecit.* Leg. *patrem egit;* quod iam monuerat Graevius. Onomast. *Patro, πατροκτονῶ.* V. *Patrato* et Lexicon Martinii v. *Patro.* (2) † Palam facere, perpulgare. Acta SS. t. 2. Apr. p. 456.

PATRASTER, *vitricus*, Io. de Ianua: Gall. *Parastre*, Germ. **Stiefvatter.** Verus Gloss. MS. Sangerm. *Vitricus, Patrafter, vulnusus, contristatus.* V. *Patreus.*

PATRASTVS, ead. notione, in Chron. Besuensi to. 1. Spicil. Achet. p. 576.

PATRATIO, *est rei venerit consummatio*, in Gloss. Arabico-Lat. V. *Patrare.*

PATREVS, *vitricus*, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. et Isidori. V. *Matreus.* In Gloss. Arabico-Lat. habentur *Patreus, vitricus.* Scribendum monet Graevius *Patrens, πατρῶος*, Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Parreus, parrastre.* Occurrit eadem vox *Parastre* apud Bellemaner. c. 57. in Consuet. Montenss art. 6. 8. et Melodun. art. 149.

PATRIA. (1) Pagus, provincia, regio, Gallis *Pays:* vox Virgilio lib. 1. Aeneid. nota:

Quod genus hoc hominum? quaeque hanc in finibus oram
Barbara moretur? Patriae prohibebimur arenae.

S. Augustinus l. 1. contra Epist. Parmeniani c. 7. *Multae interiacent Patriae gentium.* PATRIA CONSVETVDINARIA, Gall. *Païs Coustumier*, vt apte reddit V. Cl. Secousse, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. to. 4. Ordinat. pag. 686. PER PATRIAM SE DEFENDERE. In Fleta lib. 1. c. 31. §. 2. 3. et alibi non semel, opponitur *defensioni per corpus suum.* Est autem genus defensionis, qua accusatus seu reus iudicio totius patriae se submittit: idque in factis publicis locum habebat. *Sunt autem 4. casus qui imponunt homini necessitatem, quod per Patriam se defendat*, vt est in c. 34. §. 25. *regia* nempe *dignitas, cum patriam habeat pro campione, foemineus sexus, virium mahemii, et aetas 60. annorum et vltra.* Adde c. 35. §. 4. et Bractonum lib. 2. c. 35. §. 15. lib. 3. Tr. 2. c. 19. §. 6. c. 22. §. 6. c. 25. §. 1. PER IVDICIVM *et bonam Patriam ab imposito crimine se purgare*, in Regiam Maiestatem lib. 4. c. 5. §. 10. id est, Skenaeo, *per assisam ex bonis hominibus patriae. Inquirere per bonam Patriam super facto alicuius*, c. 28. PER PATRIAE TESTIMONIVM *contentio terminari* dicitur in Charta an. 1255. ex Tabular. Rothon. cum a *pagensibus* seu hominibus eiusd. pagi iudicatur. (2) † Familia, t. 1. Cod. Ital. diplom. p. 639.

† PATRIALIS, *patriae* seu pagi cuiusdam incola, indigena. Io. Blakman. de virtut. Henr. VI. reg. Angl. PATRIARCHAE, in Ecclesia primitus quinque fuere, tres per se et ex natura sua, *Romanus, Alexandrinus*, et *Antiochenus:* duo per accidens, *Constantinopolitanus* et *Hierosolymitanus.* Haec nota. PATRIARCHAE dicti etiam Primates. In Desiderius Episc. Cadurcensis Ep. 12. Sulpitium Archiepiscopum *Patriarchem* compellat, et *primae Sedis Antistitem*, Innocentius III. Papa in Epist. ad Trinouitanum Archiepisc.

Primatem totius Bulgariæ et Blachiæ, in Gestis eiusd. PP. p. 60. Haud scio tamen an iste *Patriarchæ* titulus aliquem prætulerit prærogatiuam et iurisdictionem in cæteros Metropolitanos. Et quidem Agiúlfus Bituric. Archiepisc. tamensi *Patriarcha* vocatur a Theodúlfo, Archiepiscopis nihilominus Narbonensi et Burdegalensi postponitur in Capitulari Ludouici Pii an. 828. Illud idem colligere licet ex Episcopis, quibus idem nomen concessum est, quod ob eximias quorumdam virtutes, aut a priuatis hominibus factum credere par est. Sic Alcuinus Arnonem Episcopum Salisburgensem *Patriarcham* compellat to. 9. Spicileg. Acher. p. 116.

Te ducunt, Pater, Pastor, Patriarcha, Sacerdos.

Extat vetus inscriptio Eccl. S. Agathæ apud Fleetwood. in Inscript. antiq. Syllogę p. 386. in qua 318. Niceni Patres titulo *Patriarchæ* omnes donantur; quod foedissimo errore factum notat Fleetwoodus: sed vereor ne inclementius dictum videatur, cum eumdem titulum Episcopis concessum constet, nisi monitum lectorem velit ea ætate inusitatum fuisse *Patriarchæ* vocabulum; quod probabilissimum est. PATRIARCHAE titulus etiam datus Pontifici Romano, qui in Occidente vnicus est, semperque fuit, Occidentis Patriarcha, inquit Morinus. Leo *Romanus Patriarcha* nominatur a Theodosio in Epistolis Concilio Calchedonensi præfixis. Epistola 3. Ratherii Episcopi Veronensis inscribitur *Summo primati, hoc est Romanæ Sedis Pontifici, Domino Patriarchæ reuerendissimo Ioanni.* PATRIARCHAE titulus concessus Episc. Gradensi et Aquileiensi. V. Baronium an. 570. n. 10. an 630. n. 18. PATRIARCHAE nomenclatura ἡγουμένους seu Abbatibus tribuitur in Vita S. Nili Iunioris p. 12. 20. PATRIARCHAE IVDAEORVM, in Palæstina dicti Principes ac Summi Pontifices Iudæorum, qui successionis iure ad hanc dignitatem perueniebant, vt Epiphanius docet in hæres. Ebionit. c. 30. de quibus copiose egit Iacobus Gothofredus ad l. 3. Cod. Th. de Iudæis, etc. Horum nomen exstinctum ac dignitatem sublatam a Theodosio iuniore obseruat idem Gothofredus ad l. 29. eod. tit. quibus successere *primates*, qui in Synedriis eligebantur.

† PATRIARCHARI, Patriarchae dignitatem obtinere, in Breuiar. Bisunt.

PATRIARCHIAE, seu PATRIARCHALES, 3. præcipuas Romæ Basilicas appellasse, vt iis adiuncta Palatia, Patriarchia: sc. Lateranensis, S. Petri in Vaticano, S. Pauli extra muros, S. Mariae Maioris, et SS. Stephani et Laurentii. V. Concilieb. Rom. an. 1160. Hist. Pergam. to. 3. p. 422. Attil. Serenum, Pannonium, etc.

PATRIARCHICOS ecclesia Patriarchalis, apud Anselmum Hauelbergensem Episc. l. 3. Dialogor. c. 3.

PATRIARCHISSA. Bernardus Thesaur. de Acquisitione T. S. c. 143. apud Murator. to. 7. col. 779. *Scisitantibus, quamnam esset haec mulier tanti fastus, responsum erat Patriarchissam esse.*

PATRIARCHIVM. (1) Palatium Patriarchae. Anastasius in Vita Gregorii III. PP. (2) Dignitas Patriarchae, apud Guitbertum in Hist. Palaestina.

PATRIATVS, pars hæreditatis paternae, quae secundogenitis datur a primogenito fratre. Litterae Caroli V. Reg. Franc. an. 1366. to. 4. Ordinat. p. 685. *Nonobstante quod dicta praepositura de Firmitate, cum certis aliis terris, dictis fratri et seruori nostris, in Patriatu seu appanagio, tradita fuerint seu vectim affictata se.* PARIATVS eadem notione occurrit in Litteris Iohannis Reg. Franc. an. 1361. ibid. tom. 3. p. 544. Haud scio an mendose, cum vtraque vox eodem significatu vsurpari potuerit. V. *Apanamentum* in *Apanare*. et *Paragium*. *h*

† PATRICIALIS CIRCVLVS, aureus scilicet, quo Patricii caput ornabatur, ap. Menck. t. 1. Script. Germ.

PATRI-

PATRICIANI, haeretici, qui ab auctore quodam Patricio an circ. 287. humanam carnem a diabolo coctam impie aſſerebant. V. Auguſt. haer. 61. Iſidorum l. 8. c. 5. Philaſtrium haer. 60. Baron. ad an. 803. Stolkmannum in Lexico Haereſ. et ſupra *Paterniani*.

PATRICIATUS, V. *Patricius*.

PATRICINUS, αὐτόχθων, *aborigo*, *indigina*, in Gloſſ. Gr. Lat. Gloſſae aliae p. 336. Edit. H. Steph. habent *Patricius*.

PATRICISSA, V. *Patricius*.

PATRICIUS, dignitas a Conſtantino M. inſtituta, vt auctor eſt Zosimus l. 2. quae caeteras anteibat, etiam Praefectos praetorio. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. c. 31. *Patriciis, qui primi poſt Caeſares in Imperiis fuiſſe videntur.* PATRICIATUS dignitatis formulam deſcripſit Senator lib. 5. Ep. 2. ex qua obſeruare eſt hanc dignitatem *vni tantum cedere fulgori*, hoc eſt Conſulatui atque ſola morte ſolutam: *Mox vt datus fueris hic honor in vitae tempus reliquum hominis ſe coeunt*, etc. Atque id forte cauſſae eſt quod *Patriciatus* dignitas cum alia perſaepe dignitate copulata legatur, cum haec perpetua eſſet, altera vero temporaria. Sed id obtinuiſſe apud Gothos tantum volunt alii; cum in Synodo Chalcedonenſi Act. 1. initio, et in God. Th. *Expatricius* legatur. Cum vero plures interdum eſſent hac dignitate conſpicui, qui ante alios eam obtinuerat, *Primus Patriciorum* dicebatur, vt Aſpar apud Marcellinum Comitem. Πατρικιότατος etiam dixit Malchus in Excerptis p. 92. PATRICIATUS dignitatem vt eminentiſſimam Regibus ac principibus exteris ab Auguſtis Byzantinis ſaepe delatam legimus; ſed maxime iis qui Conſtantinopolim concedebant, vel ſedibus ſuis depulſi ad Imperatores confugiebant, vt Theodorico Gothorum Regi, et Odoacro, a Zenone, apud Procop. l. 1. de Bello Goth. c. 1. l. 2. c. 6. et Malchum in Excerptis p. 94. Sigiſmundo Regi Burgundionum, apud Auitum Viennenſem Ep. 7. Vitigi Gothorum Regi, et Areobae Saracenorum Principi, a Iuſtiniano l. 16. Hiſtor. Miſc. p. 457. 469.

PATRICIOS etiam peculiari nomenclatura appellabant, Siciliae et Longobardiae Praefectos, Conſtantinopoli ab Auguſtis ſubmiſſos: cum in Italiam potiſſimum ſoli fere Patricii mitti ſolerent. Malchus Rhetor p. 93. ait, Auguſtum Oreſtis filium oraſſe Zenonem Imper. vt Odoachum Patriciatus dignitate ornaret, et Italicam dioeceſim ei regendam committeret. Conſtantinus vero Porphyrogenit. de Adminiſt. Imp c. 27. ſcribit translata Conſtantinopolim Imperii ſede, miſſos inde Patricios duos, qui vtramque Prouinciam regerent, quorum, inquit, alter Siciliae, Calabriae, Neapoli, et Amalphiae praeerat: alter vero Beneuento, Capuae, Papiae, et reliquis vrbibus quae Byzantinis Auguſtis parebant: quod intelligendum, maxime poſt occupatas plerasque Italiae prouincias a Gothis, Longobardis, et Saracenis. Hinc *Patricius Siciliae*, id eſt, Praefectos, legimus in Codice Carolino Ep. 73. 88. *Patricium Panormitanum*, apud Gregorium M. l. 10. Ep. 44. *Patricius Italiae*, locis indicatis in voce *Catapanus*: *Patricius Africae*; apud eumdem Gregorium eod. lib. Ep. 43. et Victorem Tunnenſem. Ita etiam Damianum quendam *Patricium Sclaueniae*, id eſt Praefectum, nominat Codinus in Originib. edit. Meurſii p. 75. vt *Patricios Lasicae* Cedrenus p. 443. et Anaſtaſius in Collectaneis p. 254. *Patricium Alanorum*, idem Anaſtaſius p. 255. *Patricium Armeniorum*, Theophanes p. 286. De eiusmodi Patriciis, ac praeſertim Italiae, intelligendus Diurnus Romanus c. 1. tit. 3. Neque alii fuere *Patricii Romanorum*, quam *Praefecti* Romanae vrbis: quam quidem dignitatem, poſtquam ſeſe a Graecanici Imperii iugo ſubduxere, Longobardis etiam deuictis et ſuperatis, Pipino primum, deinde Carolo M. et Carolomanno Romani ipſi adſcripſere, vt colligere eſt ex Anaſtaſio in Vita Stephani IV. Papae: *Itaque in exordio ordinationis*

sua, quo idem sanctissimus Pontifex Pontificatus apicem assumpsit, direxit Francie partibus ad excellentissimos viros Pipinum, Carolum, et Carolomannum, Reges Francorum, et Patricios Romanorum, etc. Sed coronato a Leone III. Papa eodem Carolo, *ablato Patricii nomine, Imperator et Augustus appellatus est*, vt habent Annales Francor. an. 801. Atque abstinuere deinceps hocce titulo gentis Francicæ Augusti, vt qui Imperatoriæ dignitatis longe eminentiori obscurarentur, eoque ipso Romæ imperarent; tametsi in aliquot veteribus Tabulis sub eodem Carolo rum Imper. in adscriptis annis *Rex Longobardorum et Patricius Romanorum* adhuc indigitetur, apud Mabillonium to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 88. 89. Quippe Patriciatus *Romanorum* intelligendus proprie de vrbis Romæ, vel etiam Italiæ præfectura, quæ, a Patriciis, vt diximus, regi solebat, quæ est etiam sententia Nicol. Alemanni in Differt. de Lateranensibus Parietinis c. 11. Non mirum igitur, si Carolus Imperator factus a Patricii titulo abstinuit, cum Patriciatus dignitas fuerit Imperatoriæ subdita: non quod idem Carolus Imperatori Constantinopolitano, ea vltro accepta, sese ei obnoxium reddiderit, cum contra, Summo Pontifice id enixius postulante, hanc arripuerit, vt et Romam et Italicas prouincias, cum aduersus Græcos, quibus Romana tum Ecclesia successerat, tum etiam Longobardos, qui eam acrius infestabant, tueretur, idque obiret muneris, quod ipsi Italiæ Patricii seu Præfecti, qui ab Imperatore Constantinopolitano mittebantur. *Patriciatum Caroli*, a *Patriciatu Beati Petri* distinguit exeme Hadrianus PP. in Codice Carolino Ep. 87. ita vt *Patriciatus Caroli* fuerit vrbis Romæ et Romanorum Præfectura, vel etiam dominium: *Patriciatus* vero *B. Petri*, id quod *Ecclesiæ Romanæ Patrimonium* vulgo vocamus, ex Pipini et eiusd. Caroli liberalitatibus conflatum. Aliis tamen interdum quam Augustis Germanicis concessa legitur Patricii Romanorum dignitas. Hugo Flauiniacensis an. 941. *Hoc anno Dominus Odo venerabilis multorum Monasteriorum restaurator, cum multum laborasset in componenda pace, inter Hugonem Regem Italiæ et Albericum Patricium Romanorum obiit Turonis.* Helinandus in Chronico an. 999. *In Italia Crescens Patricius Romanorum arrepto contra Ottonem Imperatorem rebellat.* Idem an. 1004. *Otto Imperator Romæ Crescentem Patricium aggreditur. Victus Crescens, etc. ex fuga retractus capitur, villisque ignominiæ asperis impositis circumducitur, etc.* Inter Duces Amalphitanorum, quorum catalogum exhibet Iulius Cæsar Capacius in Hist. Neapolit. memorantur ad an. 952. Sergius *Imperialis Patricius*, et ad an. 959. Manso *Imperialis* iidem *Patricius et Anticpatus*. Ibidem in quodam Instrumento legitur: *Temporibus dom. Iohannis gloriosi Ducis et Imperialis Patricii, Antiquis ex Vestis.* V. Brencmanni Dissertat. de Republ. Amalphit. p. 23.

Patricii dignitas in Francia tolam obtinuit, eodem fere quo apud Byzantinos gradu, cum post regem proxima fuerit. Lex Ripuar. tit. 50. §. 1. *Si quis testes ad mallum suos Centenarium, vel Comitem sui suos Ducem, Patricium vel Regem testes habuerit, vt denuo testimoniet, etc.* Vbi *Patricius* Duci præponitur, vt etiam apud Marculfum l. 1. form. 8. In quibus primum eruimus *Patricios*, perinde ac Duces et Comites, prouincias rexisse, et populis ius dixisse, suosque habuisse districtus, quos *Patriciatus terminos* vocat Predegarius in Chron. c. 90. Deinde quod *Burgundiones* tertio loco, vt *Patricios*, locentur, satis indicari *Patricios*, præsertim Burgundiones spectasse; cum in Burgundionum regno summa ac suprema post regem exstiterit dignitas, alia tamen a dignitate *Maioris-domus*, licet summa parque fuerit vtriusque potestas et auctoritas, disperi tamen nomine. Quamquam Patricios domui etiam regiæ præfuisse videantur indicare Cyprianus in Vita S. Caesarii Arela-

Arelatenſes. *Patricium Romanum, qui omnis ſervis proſtibus, apud dominum ſuum præcipuum gratiæ locum obtinebat*, etc.

Id porro nominis ac dignitatis apud Burgundiones potius obtinuiſſe quam apud Francos, ex eo conjicere eſt, quod data primitus Sigismundo Burgundionum Regi ab Imperatore Conſtantinopolitano legatur; in cujus aula duo præcipua fuerit, jus Regis Burgundici primum in ſua eſſe ſtatuentis, niſi dicamus *Patriciorum* ſervitutem in Burgundiæ atque adeo Provinciæ Regno dignitatem, eique attributam rerum adminiſtrationem, quod Gobaſum in Italia Regem, qui hoc pacto Galliarum, ſuccedente Romanorum in Italia et in Galliis poteſtate, impetebant, hanc regendam committerent viris illuſtribus qui Patricii dignitatem obtinebant: quæ causa fortaſſe legitur Petrus Marcellinus Felix Liberius Præfectus Prætorio Galliarum, qui Concilio Arauſicano an. 529. interfuit, ſub Theodorico H. Gothorum in Italia Rege, a quo reſtaurata fuerat Præfectura in Galliis an. 511. quæ dominantibus Viſigothis fleterat; ut obſervat vir doctiſſimus Aegidius Sacarius in Hiſtoria Galliarum ſub Præfectis Prætorio. Sed et ante hanc reſtitutam Romanis Auguſtos viros illuſtres dignitate Patricios in Gallias, qui eas regerent, miſſiſſe, ſatis evincunt quæ de Aëtio, Aegidio, et aliis Patriciis, habent Scriptores Francici. Verumque ſi res habeat, conſtat Patricios Francos promiſcue *Patricios Galliæ*, vel *Galliarum Burgundiæ*, vel *Maſſiliæ* ſeſe inſcripſiſſe, quod regni Burgundiæ urbs præcipua eſſet, atque in ea degerent Regni Burgundiæ Reges, ut ex Præfectis.

Patricium ſeſe indigitat Richardus Dux Normanniæ in Charta a. 1015. apud Hemereum in Auguſtis Viromanduorum. Unde firmari poſſet eorum ſententia, qui *Pares Francie* e Patriciis Francicis deducunt; niſi aliunde conſtaret vocis origo. V. *Par Francie*. *Patricios* ſuos habuere veteres Reges Anglo-Saxonum. Charta Ina Regis tom. 1. Monaſtici Anglic. p. 12. *Pro ampliori firmitatis teſtamento Principes et Senatores, Judices et Patricios ſubſcribere fecimus.* Charta Athelredi Regis ibidem p. 51. *Quapropter ego Athelredus Rex Merciorum rogatus a Patricio meo, et propinquo Comfrido*, etc. qui in ſubſcriptione *Comes* indigitatur. PATRICII LOVANIENSES, quorum frequens mentio in Charta Wenceslai Ducis Brabantiæ a. 1378. apud Miræum to. 2. p. 1024. De horum origine ita ſcribit Iuſtus Lipſius in Deſcript. Lovanii lib. 2. c. 2. *Aiunt Baſtianum quendam olim fuiſſe (tempus aliter non deſignant) corpore et animo validum, qui ſeptem filias habuit, et eas totidem viris elocauit; ſed cum lege, quoniam ipſe virilis ſexus liberos non habuerat, hæ nobilitatis ſuæ jus tenerent et diffunderent, atque ex iis, qui tales conſerentur. Sive res fuit, ſive inventiuncula eſt, non tamen abſona a vero et vero.* Plura vide in notis Miræi ad hunc locum.

PATRIENSIS, indigena; Gallis *Criſtin patr.* Encomium Emmæ Reginæ.

PATRILOQVIUM, corolla precatoria, Gall. *Chapelet*. Proceſſus de canonizat. S. Franciſci de Paula to. 2. Aprilis p. 191. V. *Pater-noſter*.

PATRIMONIALES FILII, legitimi. Concil. Mexican. an. 1585. inter Hiſpan. to. 4. p. 387. † PATRIMONIALIA REGIA, tributa veſtigalia publica et fiſcalia, bona quæ ad dominium regium pertinent. Ch. Mſ. a. 1342. † PATRIMONIALIS TITULUS, V. Titulus.

PATRIMONIUM. (1) Varie ſumitur apud IC. nam, vt de vulgari ſignificatu taceam, cum tres eſſent Principis *ſegmenta*, ſeu facultates, Largitiones, Priuatæ, et Patrimoniales, Largitionum appellatione donorum eſt fiſcus ſeu theſaurus Principis, qui regendo Præfectus erat. Comes ſacrarum largitionum; Rerum priuatarum dominæ, intelliguntur bona Principis quæ priuata, vibus erant dicata, quibus gubernandis præerat Comes rerum priuatarum. Denique pro Patrimonium, ſacrum intelligi-

tur, proinde diuersum a priuato, cui praeerat Comes sacri patrimonii, cuius curae incumbebat regias, vt ait Sciator, epulas solicite ordinatione disponere, vt et apothecas et enthecis aulicas; praeteret praedia rum patrimonialium prouentus excipere, etc. Quae patrimonia pluribus explicat Chiacius in Paratit. lib. 1. Cod. tit. 32. 33. 34. et ad lib. 11. tit. 62. Atque ita domus regiae fundi appellantur a Procopio lib. 1. de Bello Goth. cap. 4. et 6. Χωρία τῆς Βασιλέως οὐσίας, τὰ δὴ πατρίμωνια καλοῦσι. PATRIMONIVM ECCLESIASTICVM, seu *Patrimonium S. Petri*: ita appellabant Ecclesiae Romanae praedia, diuiones, vel census in prouinciis. Anastasius in S. Canone PP. p. 59. *Huius temporibus pietas Imperialis voluntate per sectum iussionem suam ducentas librarum capita, quae Patrimonii custodes et Lucanae annue persolebant.* Infra: *Rector Patrimonii Siciliae.* In S. Zacharia p. 97. *In Patrimonio Tusciae. Ecclesiarum Patrimonium*, in Hadriano p. 119. PATRIMONIVM CRVCIFIXI, bona Ecclesiastica vocat S. Bernardus lib. 4. de Consider. (2) Tabularium S. Mauricii Andegau. de donatione Plessiaci *in Graminoire* eidem Ecclesiae facta a Fulcone Comite Andegau. an. 1109. Vbi *patrimonium* pro re *mobili* vsurpatur. (3) Quod a patre in dotem filiae concessum est. Charta a. 1095. ex Tabul. Maior. Monast.

PATRINA, pro *Matrina*, Gall. *Marraine*. Riobaldus in Hist. Pontif. Roman. apud Murator. to. 9. col. 149. vbi de Hygino PP. *Hic constituit vt patrinus vel Patrina suscipiat fontem a fonte baptismatis.*

† PATRINARIVS, *Patrinus*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7694.

PATRINATVS, officium patrini. Statuta Danielis Epis. Nannet. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 954.

PATRINVS. (1) *Auus, sponsor, qui loco alicujus de sacro fonte, vel Instructus in Baptismo*, apud lo. de Janua. Germ. *Pathe*, Gallis *Parrain*. Higinus PP. de Consecr. dist. 4. In *Catechismo*, et in *Baptismo*, et in *confirmatione vnus Patrinus filii sufficit; si necessitas cogit. Non est autem consuetudo Romana, sed per singulos singuli suscipiunt.* PATRINI in Confirmatione pueri. Concilium Seriburiense an. 1217. c. 24. (2) Pro *Patronus*, in Testam. Bertichrammi Epis. Cenoman. to. 3. Anecdot. p. 227. (3) † Idem qui *Confessarius* et *Pater spiritualis*, apud Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 767.

PATRIOTA, indigena. Metellus in Quintinellum?

Patriae confisum rite tuendae
Tribuerunt peregrini Patriotis,
gaudefactis.

Vita S. Deicoli Abb. Lutrens. num. 7. *Et Columbanum egregium Sanctigenarum omnium Patriotam.* Acta S. Ottonis to. 1. Iulii p. 476. *Non absque summa Patriotarum admiratione coguabat.*

PATRIOTOVS, idem quod *Patricius*, indigena, non semel apud Senatorem L. 11. et 12. in Conflictu Aurelian. c. 7. et apud Gregor. Turon. in Vita S. Mauritii Epis. MS. c. 9. Pro Patritus; apud Marten. tom. 9. Ampliss. Collect. col. 921.

PATRIPASSIANI, Sabellium Haeretici, qui Patrem passum esse asserebant, apud S. Augustin. haer. 41. Philastrium, etc. *Vnde non solum*, inquit Fernandus Diac. in Ep. ad Sanctarum, *Patripassianos appellari timuistis ofensis. Deipassiani* dicuntur Marcellino Comite in Anastasio.

PATRIZARE, pro *Patrissare*, patrem imitari. Charta an. 1095. in Tabular. S. M. de Beno-Nunnio Aurelian.

PATRIZARE, eadem notione. S. Bernardus in Vita S. Malachiae. *Patrissare* dixit Terentius Adelph. Act. 4. sc. 2.

PATROCIDA, patriorum interfector. Processus Ludouici Imper. in Iohannem XXII. PP. in Chr. Siciliae apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 160.

† PATROCINARI, praeesse, regere. Ch. Mf. a. 1062.

† PATROCINATVS, ius patronatus Ecclesiae. Chartul. S. Vinc.

PATROCINIVM. (1) Tutela Patronis, cum in complurimis libri, seu

seu servi libertate donati. Capitula ad Legem Bajwar. tit. 1. c. 7. *Qui vero per chartam ingenuitatis dimissi sunt liberi, ubi nullum Patrocinium et defensorem sibi elegerint, similiter Regi componantur cum 40. sol.* (2) PATROCINIA SANCTORVM, reliquiae Sanctorum, quorum patrocinia invocantur, vel reliquiae *Patronorum*, seu Sanctorum *tutelarium*. Aimonius de Miracul. S. Benedicti c. 36. *Erant autem quae ferebantur cum Patrocinio S. Benedicti pretiosissimae reliquiae beatissimorum Confessorum Eucherii et Verani.* Odo Abbas lib. de Miracul. S. Mauri c. 17. *Beati quoque Petri Apostoli Patrocinia sunt reperta, etc.* Sanctus Eulogius lib. 2. Memorial. SS. c. 7. *Quorum corpora loca quo decidebant derelicta, summo militum observantur studio, ne Christiani ad emolumentum patrocinationis furtim ea surriperent et recondirent*, i. e. ut iis nunquam reliquiis verterentur; vel sane vi per ea Sanctorum sibi tuerentur patrocinia. Dionysius Parisiens. in Vita S. Maximi Episcopi Regiensis: *Corpus beatissimi Antistitis . . . est humatum in Ecclesia B. Petri quam ipse condiderat, quae postea ipsius nomine appellata est, ubi crebra eius Patrocinia*, i. *miracula*. (3) Ius Patronatus Ecclesiae, in Tabulario Ecclesiae Gratianopolitanae fol. 19. (4) Pro Patrocinium, apud Fortescue. de laudibus legum Angliae c. 49. nisi mendum sit: *Quamvis non gliscam cum* (filios) *legum imbui disciplinis, nec eius exercitio vivere, sed solum ex Patrocinio suis.* (5) † Fictum patroni alicuius ecclesiae, ap. Pez. t. 1. Script. p. 702.

PATRON, pro Patronus, Alcuinus de Ecclesia S. Ludgeri Episc. Monigard.

PATRONATUS, maiores, ancliores. Homagium an. 1110. inter Probat. nov. Hist. Occitan. to. 2. col. 375.

PATRONAGIVM. (1) Idem quod *Patronatus*. Statuta Monast. S. Claudii an. 1448. p. 75. (2) † Nauis gubernatio, *Patroni* seu nauclerii officium; ipse. *Patronizare*, nauem gubernare. Form. Mis. God. ap. Marc. 857.

PATRONALE HOSPITIVM, diversorium, ni fallor. Statuta Astens. Collat. 4. cap. 25. fol. 18. vo. *Item quod non permittam quod duo vestri hospitii Patronalis sint in vno et eodem officio simul tempore mei regiminis.* V. infra *Patronus hospitii*.

† PATRONANTIA, ius seu tributum, quod *Patrono*, ratione protectionis debetur, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 335.

PATRONARE. (1) Ius patronatus exercere. Histor. MS. Monast. Gemmetic. p. 175. (2) † Ad *Patronum* seu archetypum exigere. Ch. Mis. a. 1356. V. *Patrunnus*.

† PATRONARIVS, i. q. *Patronus* 2. apud Murat. t. 4. Antiqu. Ital. p. 542.

PATRONATA BENEFICIA, ad quae *patronorum* praesentatione quis instituitur. Expositio compendiosa beneficiorum. fol. 30.

PATRONATICVM, obsequium quod patrono libertus debet. Formula vetus 48. ex Bignonianis.

PATRONATVS. (1) Idem quod *Patronaticum*, in Append. ad Marculf. form. 18. *Patronatus*, alio sensu. (2) PATRONATVS, seu *ius Patronatus*, *Patronage*, Gallis *Padronaggio*, et *Padronatico*, Marthae Villaneo lib. 1. c. 33. l. 9. c. 98. est *ius honorificum, emolumentum, et vtile alicui in Ecclesia competens pro eo, quod de diocesani licentia fine consensu illius fundauit, dotauit, vel construxit ipse, vel is a quo iustum causam habet.* Ita Ioan. Andr. et alii Canonistae. (3) † *Patronus* qui clericum nominat vel praetentat. Ch. Mis. a. 1223.

PATRONES, V. *Patron*.

PATRONISARE, PATRONIZARE, officium *patroni* seu nauclerii gerere. Charta an. 1382. in Tabular. Communit. Massil. V. *Patronagium*.

PATRONIZATIO, conuentio cum eiusmodi *patrono*, in Charta a. 1298. in eodem Tabular.

PATRONIVM, tutela, protectio, contracte pro *patrocinium*. Charta an. 1206. ex min. Chartul. S. Victoris Massil. p. 151.

PATRONVS. (1) Gloss. Saxon. Aelfrici, vbi de partibus domus: *Patronus*, *Latine*. Quae vox Saxonica, *basis*

laſum ſonat, vt obſervat Somnerus. Aliud Gloſſ. Saxonicum MS. laudatum ab eodem Somnero: *Stagnl, Baſis*, vbi *baſis*, reſtituit. (2) Qui alicuius eccleſiae exſtruendae, aut alterius cuiuscumque fundationis eccleſiaſticae auctor eſt. *Advocatus* interdum nuncupatus, vt videre eſt in hac voca, col. 101. Ioan. de Gaſlandia in Synonymis:

Patronum faciunt dos, aedificatio, fundus.

Praeter hanc legitimam vſuque receptam iuris patronatus originem, quae ex eccleſiarum fundatione manauit, aliam, eamque longe frequentiorem, reperire licet ab eccleſiarum infeodationibus. Et quidem vbi laici eccleſias et earum bona, quae vel a Principibus in feudum conceſſa habebant, vel ipſi ſibimet arrogauerant, reſtituere tandem ſtatuerunt, iis ea lege ceſſerunt, vt iure patronatus gauderent, atque in iis eccleſiis clericos inſtituendos Epiſcopo praeſentarent, quos ipſi prius inconſulto Epiſcopo inſtituebant deſtituebantque ad libitum. Quo ſpectat Capitul. Ludouici Pii an. 816. c. 9. (3) PATRONI, dicti veteribus Chriſtianis *Sancti*, praecipue *tutelares*, S. Auguſtino lib. de cura pro mortuis c. 4. 18. V. *Patrocinium*. (4) PATRONI, epiſcopi. Vetus Scheda de Ordinat. Epiſc. edita a Baluzio. (5) PATRONI REGIONVM, praecipui, niſi ſint, quos ἡγεμόνας vocat Chronic. Alexandrin. Hiſtoria S. Clement. I. PP. Acta S. Sebaſtiani to. 2. Ian. p. 276. *Beatiſſimus Zoe in Apoſtolorum natale dum ad Confeſſionem Petri apoſtoli oraret ab infidelibus paganis arcebatur, ducitur ad Patronum Regionis Naumachiae . . . . tunc Patronus regionis miſit eum in cuſtodiam obſcuriſſimam.* Vbi *Patroni regionum* iidem videntur qui ſub vrbis Praefecto ciuili politiae inuigilabant, Gallis *Commiſſaires de quartier*. (6) Dominus, *Senior*, *Seigneur*. Charta Hamelini Epiſc. Cenoman. in Tabul. Maior. Mon. *Hoc audientes ex ſtientia tam nunitis Ipſi de Medunta Patroni eiusdem loci, quam clamore vulgi.* Infra: *Hoc approbauit loci Patronus. etc.* PATRONVS GALEAE, NAVIS, nauclerus. Charta a. 1326. in Tabular. S. Victoris Maſſil. *Mandetis ſingulis Patronis galearum de dicta ciuitate recollectis ad regia curiae, vt etc.* PATRONVS HOSPITII, diuerſorii magiſter, caupo. Computus mox laudatus ibid. V. *Patronale hoſpitium*. (7) Exemplar, Gallis etiam *Patron*, Germanis *Patrône*. Menoti Serm. fol. 120. *O inuenes hic notetis; voyés la forme et le Patron ou a été priſe voſtre vie; ecce formam et Patronum a quibus ſumpta eſt vita veſtra.* (8) Exemplar, ſeu Charta enumerationis, in qua bona ſua quis recenſet, Gall. *Denombrement*. Charta an. circ. 1300. ex Regeſto Neſtor fol. 440. vo. (9) † Autographum, Gall. *Original*. Ch. Mſ. Cod. reg. 5851. (10) † Archetypum, ſpecimen. Ch. a. 1356. (11) Pro *Patrinus*. Annal. Bened. to. 3. p. 23. *Patroni filii ſuis: ſimbolum et anotamen Dominicum inſtituere.* V. *Patrinus*.

† PATRONNVS, PATRVVS, exemplar, archetypum, Gall. *Patron*. Ch. Mſ. a. 1275. V. *Patronaze* 2.

PATRVELVS, fratris ſeu ſororis filius. Chron. MS. Regum Franc.

PATRVUS. (1) V. *Paternus*. (2) Pro *Paternus*, V. *Domus paterna*.

PATTA, fibula lignea, a Gall. *Patte*. Tabular. Capituli Ambian.

PATTALORINCHITTAE, V. *Paſſalorinchitae*.

PATVATIO, pro *Pactuatio*, pactum, conuentio. Chron. Caſaur. lib. 2. Spicil. Acher. to. 5.

† PATVENTIVM, i. q. *Patuum*, paſcuum, pratum. Ch. a. 2054. Vs *Pulsentium*.

PATVLA, pugio, enſis. Lambertus Ardenſis p. 169. *Manus in eum iniecerunt, et euaginatis Patulis, ſine miſericordiis eum . . . . ingulauerunt.* Sed legendum videtur *ſpatulis*, id eſt, paruis ſpathis.

PATVLE, paſcuum. Chron. Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 909. *Cum ſilua, . . . ſinis, regnis ac Pagibus*, etc.

PATV-

PATVLVM, locus patens et apertus, area, Gall. *Cour*, vbi interdum conuentus habebantur. Annal. Bened. to. 5. p. 70. V. *Putum*.

PATVRAGIVM, a Gall. *Paturage*, pascuum. Charta MS. Libert. Bellomont.

PATVS. (1) Gaza, thesaurus, πάτος, in cpd. Barbaro-Graeco Nicetae in Alexio Duce, vbi exponitur πλοῦτος, *diuitiae*. Auctor Querali: *Si dines fueris, Patus appellaberis, & vestro loquitur Graecia*. Monet praeterea Petrus Daniel in veteri Glossario *Patus, pecus teneus*, exponi, quam interpretationem secutus est Pepin. (2) Mendose in Charta Guillelmi de Calniniaco an. 1218. apud Thomasser. in Biturig. p. 724. Lege *Rata*. (3) V. alia notione mox in *Potuum*.

PATVVM. (1) Pascuum, pratum, Gall. *Pastis*, Germ. Weide. Charta an. 1144. inter Probat. nouae Hist. Occitan. to. 2. col. 507. *Ego Bernardus Atimnis Vicecomes Nemausi dono et in perpetuum concedo ad Patuum populo Nemausensi omnes garrigas*. PATVS, eodem significatu, in Charta an. 1154. inter Probat. to. 2. nouae Hist. Occitan. col. 549. (2) Idem quod *Pasalum*, Prouincialibus vulgo *Pati*, locus vacuus. Charta an. 1320. ex Tabular. Commendariae Arelat. *Idem cum in Patuis, plateis et locis publicis tam in cimiterio quam in territorio existentibus*. (3) Cloaca, fimentum, fossa fimaria. Statuta Massil. lib. 1. c. 59.

PATVVS, pascuum. Testament. an. 1177. to. 9. Spicil. Acher. p. 182.

† PATVZARE, pascere. Stat. Vallisor. c. 69.

† PAVA, *Papatesse*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7684. Pauo femina.

PAVAGIVM. (1) Mendose pro *Parigium*, in Charta Philippi Pulcri an. 1307. apud Menestor. Hist. Lugdun. p. 42. Vbi leg. omnino *societatem vel Parigium*. V. supra in voce *Par*. (2) Ex Gallico *Pauage*, tributum quod pro viarum pauimentis praestatur: Gallis *Droit de chaussée*. In Monastico Anglic. to. 1. p. 722. 767. 976. PAVIAMENTVM. Catalogus Episcoporum Lichefeldensium in Anglia, in Waltero *de Luggen* an. 1300.

PAVAILLONVS, papilio, tentorium, Gall. *Pavillon*. Charta teugarum ex Archiuis Ducis Sabaudiae Taurini V. *Pauellio*. PAVALLVS, eadem notione. Charta an. 1382. to. 2. Hist. Dalphin. p. 238.

† PAVALHONES, nummi aurei Francici, quod rex in iis sub *Pauallone* in throno sedens. Ch. Mf. a. 1343.

† PAVALHONVS, i. q. *Pauillonus*, in Comput. a. 1412.

PAVALLVS, V. *Pauillonus*.

PAVAMENTVM, pauimentum, Gall. *Pavé*. Comput. a. 1261. ex Bibl. reg.

PAVARE, pauire, pauimentis sternere, *Paver. Pauator*, *Pauour*. Idem Comput. V. *Pauiare*.

PAVASIVM, V. *Paueseril*.

PAVCA, mensura vinaria, Gallis *Pauque* vel *Pauche*. Necrologium Abbatiae S. Petri de Casis: *XXIIII Maii . . . dimisit tres metretas vini sex tres Pauas*. Ibid. *XI. Iulii. Margareta de Prunsto abuisse de Casis constituit et donauit vnam Pauam vini singulis Dominicis a festo Pasche vsque ad vendemias*. Ancilla Lemouicibus etiamnum *Pauca*, vulgo *Pauche*, dicitur, quasi femina ex *pasco* orta.

PAVCEDO, *pauciras*, Ioan. de Ianua.

PAVCIO, pro pactio, pactum. Charta an. 1217. in Chartular. S. Vandreg. t. 1. p. 1045.

PAVCITARE, V. *Baslare*.

PAVCIVM, V. *Pausa*.

† PAVCRVM, ellychnium, vt videtur. Stat. crimin. Cumen.

PAVDER. Placitum Chlodouei III. an. 692. apud Mabill. lib. 6. Diplom. Ch. 15. *Placita inter se habuerunt, vt medio mense Aprile ipse praeteriit et ipsi Ermenoaldus abba Pauderis hominis sui manu quarta ante ipsis Pentecosti, eap hoc cauturare debirit, quod etc.*

PAVELLA. Charta Petri de Condeto Capellani Regis to. 2. Spicileg. Acheriani p. 557. *Et idem Dom. Rex et alii Barones, sicuti erant ordinati per bella, exiuimus circa exercitum contra sarracenos qui erant infinitis, ne possent intrare Pauellam, vel habere accessum*

castrum ad castrum. f. Contextus et series palorum, Gall. *Palissade*; olim *Pavesade*; nisi mauis *pauellam* interpretari diuersorium, hospitium, Gallis veteribus *Pavaie.*

PAVELLIO, vt *Pauillonus*, in Computo ex Bibl. reg.

PAVELLVS, scutum minus. Statuta Equit. Teuton. art. 79. apud R. Duellium to. 2. Miscell. p. 60.

PAVENSES. Charta an. 1299. apud Cherubin, Ghirardacicum lib. 2. Hist. Bononiens. p. 375. *Precemus quatenus dictum castrum munitis vitualibus, ballistis, sagittamentis, Pauensibus, lumeriis et pannellis.* Vbi *Pauenses* videntur esse scuta maiora, quae Galli *Pavois* vocabant. Hinc emendandum videtur Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 721. *Territi timore mortis, repositis Pallarensibus magnis in terram.* Vbi leg. *Pauensibus.*

PAVERE MESSEM aut *annonam*, frumentum *excutere*, vt in l. 7. D. de adquir. rer. Dom. vel *exprimere*, vt in l. 14. § 3. D. de Aliment. Capit. Caroli M. l. 3. c. 66. et Lex Longob. l. 2. tit. 14. § 12. *Si quis messem aut annonam in hoste super bannum dominicum rapuerit, aut furatus fuerit, vel Paueris, aut cum caballis vastauerit, etc.* Festus ait *pauera frumenta* veteres dixisse, *quae de vagina non bene exibant.*

PAVERIVS, f. iunci species, quae Gallis nonnullis *Pavée* dicitur. Chartular. V. S. Vedasti Arrebat. p. 48. *Sit in possessione . . . de cannis pauendis in aqua . . . de arundine et Pauerio.*

PAVERVS, insercutus, Gall. *Jeune aye*, Ital. *Pavaro.* Iohan. Demussis Chron. Placent. ad an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 582.

† PAVES, panni species, pauonatilis. Stat. Massil. MS. V. *Pauesca* et *Pauonaceus.*

† PAVESATVS, scuto, quod *Pauesium* dicebatur, instructus. Ch. MS. a. 1388. V. *Pauisarii.*

PAVESCA, vestis species, pauonatilis. Statuta Mutilianensia MSS. a. 1396. V. *Pauonatilis.*

PAVIMENTIVS, vt *Pauisarius*, V. *Pauisarii.*

PAVESIVM, scuti genus, Gallis *Pavois*, Italis *Paveſe.* V. *Pauenses.* Charta an. 1379. in Tabular. S. Victoris Massil. Hinc PAVESIATOR dictus miles qui eiusmodi scutis vtebatur in praeliis. V. *Pauisarii.*

PAVESIS, eadem notione, ab Ital. *Paveſe.* Charta an. 1359. apud Illust. Fontan. in Antiquit. Hortae p. 417.

PAVESIVS, eod. significatu, in Charta an. 1345. to. 2. Hist. Dalphin. p. 510. † Seu potius miles *Pauesio* instructus.

PAVESVS, et PAVEXIVS, idem in Chron. Taruisino apud Murator. to. 19. col. 792.

† PAVETARE, patire, pauimentis sternere. Comput. Ms. a. 1386.

PAVEXARIVS, V in *Pauisarii.*

PAVIA, V. *Pauſea*

PAVIAGIVM, V. *Pauagium.*

PAVIARE, vt supra *Pauare.* V. in hac voce. Charta an. 1359. apud Rymer. to. 5. p. 774.

PAVICLARE, i. q. *Pauiare.* Gloss. Lat. Graec. MS. Sangerm. *Pariclare*, ἐλαφίζειν. Hinc

PAVICVLA, instrumentum quo pauimentum coaequatur et firmatur, Gallic. *Hie*, *Demoiſelle.* Gloss. Lat. Gr. *Paniculae*, ἰμαλωτῆρες.

PAVILIO. (1) PAVILIO, PAVILLO, papilio, tentorium, a Gall. *Pavillon.* Computus an. 1302. apud D. Bruſſel to. 2. de Vsu feud. p. CXCIV. V. *Panalho*, et *Panellio.* (2) † Idem quod *Panalho*, in Ch. MS. a. 1348.

PAVILIONVS, idem quod *Panilio* 2. Chron. Parmense ad an. 1308. apud Murator. to. 9. col. 874. V. *Panellonus.*

PAVILLO, idem, in Computo an. 1324. to. 1. Hist. Dalphin. p. 283.

PAVILLONARIVS, papilionum confector. Charta an. 1377. apud Rymer. to. 7. p. 156.

PAVIMENTATIO, idem pauimentandi. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1410. apud Rymer. to. 8. p. 695. V. *Pauare.*

PAVI-

PAVIMENTATOR, pauimentorum ſtructor, Gall. *Paveur.* Chron. Com. *Zantfliet* apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 363.

PAVIO. Acta dedicationis Eccleſiae S. Iuliani de Lepida in Veronenſi diſtrictu an. 1186. apud Vghellum: *Deinde venerunt ad Pauionem, vbi erant reliquiae B. Mariae V. et S. Iuliani, et multorum aliarum Sanctorum, et portabrant praedictas reliquias cum magna reuerentia in praedictam Eccleſiam.* Idem forte quod *Pauo*, de qua voce mox, vel potius quod

PAVONVS, papilio, tentorium; *Pauillon.* Chron. Parmenſe ad an. 1279. apud Murator. to. 9. col. 891. V. *Padilio.*

PAVIRE, *id eſt, ferire, percutere.* Gloſſ. MSS. S. Andreae Auenion. XIII. ſaec. exaratum. V. *Pauſea.*

PAVISARII, milites *Pauaſiis*, ſcutis ita dictis, in praelis ac bellis inſtructi. Thomas Walſinghamus in Ed. III. *Venientem contra eum cum 7. millibus electis armatorum, iisque armatis Pauiſariis, ac baliſtariis in numero exceſſiuo.* PAVESERII, PAVEXARII, eadem notione. Ordinat. Caroli Iohannis Reg. Primogen. an. 1356. to. 3. Ordinat. p. 102. PAVESIATORES, iidem, in Charta an. 1383. apud Gueſnaium in Annalib. Maſſilienſib. p. 437. Hic emendandus Pirronus in Hiſt. Aquenſi l. 3. p. 200. vbi ex eadem Charta edidit *Paneſiatores.* V. Notas Cangii ad Villharduinum p. 284. 285. Sunt autem *Pauaſia*, Canano, παβέτζια, Cambro-Britannis *Pafais*, ſcuta grandiora, quibus tecti milites, hoſtes imperebant. Eiusmodi ſunt parmae, quae deſcribuntur a W. Britone l. 10. Philipp. p. 216.

Hunc praecedebat cum parma gerulo, ſub qua
Nil ſibi formidans obſiſtos diuaſtabat.
Aſſilue, quoties nec ab illis
diuaſtaſſet, ouans,
Aſſiribus hoſtis dum pariter protegit ipſum,
Quam cutis taurina bouis ſeptemplice gabbi.

† PAVISERIVS, PAVISIVS, i. q. *Paueſium.* Form. Mſ. Cod. reg. 7657.

PAVISSIS, ſcuti genus; Gall. *Pauois.* Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1405. apud Rymer. to. 8. p. 384. V. *Paueſium.*

† PAVITOR, pauimentorum ſtructor. Comput. Mſ. a. 1429.

PAVITVM, ἐδαφιαῖον, in Gloſſ. Lat. Graec.

PAVLA. (1) Pro *Palla*, linteum quo tegitur altare. Rituale vetus Sueſſion. apud Marten. Tract. de Rit. p. 381. V. *Palla* 2. et *Pallium* 2. (2) † Humerus, Gall. *Epaule.* Areſt. Parlam. Mſ. a. 1338.

PAVLATIM, paulatim, ſenſim. Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1304. to. 1. Ordin. p. 426.

PAVLATIVVS, qui fit paulatim, apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. col. 721. part. 1.

PAVLEVM, PAVLIVM, V. *Pallium* 2.

PAVLIANI, PAVLICIANI, V. *Populicani.*

PAVLINA POTIO. Ditmarus lib. 6. p. 80. *Marchio Lotharius in Occidente infirmatus, et potione Paulina inebriatus, ex improuiſo obiit.* Potio, vt videtur, venenata, qua poſtea extinctus Henricus VII. Imp. data a Paulino Monacho Ordinis Praedicatorum, quae reuera *Potio Paulina* dici potuit. Rythmi in Obitum Henrici VII.

In grandi ſtat triſtitia
Exercitus militia,
De Principis ruina
Quam furiae damnabilis
Manuque deteſtabilis
Coegulat Paulina.

Meminit Myrepſus ſect. 4. cap. 2. antidoti *Paulinae* appellatae, quae illi tuſſim confert.

PAVLINAE LITTERAE dici videntur eae, quibus excommunicatio promulgatur; forte quod verbis Apoſtoli Pauli, *Anathema, Maran Atha*, in iis vterentur. Synodus Valentina an. 1584. to. 4. Concil. Hiſp. p. 286.

† PAVLVS. (1) Simplex, candidus, apud Mabill. ſec. 2. Bened. p. 998. (2) Pulus, a vet. Gall. *Paul.* Litt. municip. MS. a. 1381.

† PAV-

† PAVMANNI, f. pro *Herimanni*, ut videtur Muratorio ad Iudic. a. 715. t. 6. Antiq. Ital. p. 368.

PAVMELA, V. *Paunas de Paumela*.

PAVMELLYA, hordei genus, Gallis *Paumelle*. Index MS. benefic. eccl. et dioec. Constant. fol. 15.

† PAVMETA, hordei genus. Inuent. Mſ. a. 1476. V. *Spaumeta*.

† PAVNAGIVM, mendoſe pro *Paunagium*, t. 2. Anſal. Præmonſtr. Prob. p. 191.

PAVO. (1) PAVO, PAVVS, PABO. Gloſſ. Iſid. *Pabo, vehiculum vnius rotæ*. Papias, *Pauo, genus vehiculi*. Idem: *Pauus, genus operimenti, vel vehiculi*. Alibi: *Pauo genus operimenti*. In litera F. *Fano, operimentum quoddam*. Vita S. Agili Abbatis c. 25. *Dum ergo corpus eius ſepulturæ traderetur, quidam e fratribus validiſſima febre exæſtuans aduenit, linteum, quod Pauonem tegebat, in fide pro remedio tetigit*, etc. Acta S. Marcelli PP. cap. 5. n. 21. *Condiuit corpora Sanctorum cum aromatibus, et linteaminibus, et impoſuit noctu in Pauone cum Eunuchis ſuis*. (2) Ipſum operimentum, palla. Diploma Lotharii Imp. apud Browerum lib. 8. Annal. Treuir. p. 504. 1. edit. 401. 2. edit. (3) Alia notione. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1255. *Dedit inſuper Regina Franciæ Regi Angliæ vnum Pauonem, videlicet lanceum lapideum mirabile, quod ſimilitudinem pauonis in forma oſtendebat: et erat lapis pretioſus, qui perla dicitur, ex auro, et argento, et ſaphiris, ſicut verus pauo orbiculatus*. Eadem ferme habet Matth. Paris p. 806.

† PAVONACEVS, color violaceus, Ital. *Pauonazzo*, Ceremon. Rom. Mſ. V. *Pauonatus*.

PAVONARIVS, cui pauorum cura demandata. Luitprandi Hiſt. apud Murator. to. 2. p. 441.

PAVONATILIS, pannus in pauonum caudarum ſpeciem variegatus. Anaſtaſius in Vita Stephani VI. PP. p. 236. Itali *Paonazzo Pauonazzo* colorem appellant violaceum, quomodo *Pauonarium* et *Pauonetum* dixiſſe veteres, auctor eſt Salmaſius. PAVONATILIS dici etiam potuit veſtis, quod reuera inſertæ et ſuſtæ eſſent in iis pauonum figuræ.

PAVONATVS, violaceus. Ordinar. Rom. apud Marten. Tract. de Rit. p. 609. V. ſupra *Pauonacius*.

PAVONICI, CAPRIBARBI, GRISBART, factioſi quidam, de quibus Meiſterlinus in Hiſt. Norib. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. p. 122. *Pauonici præcorum occupantes, nipebantur Capribarbis tribuna rurſus abolita imponere, ſed hi refutabant*: Horum nomenclaturarum rationem aperit idem Meiſterl. ibid. p. 96.

† PAVONVS, paun, t. 2. Hiſt. Norm. p. 143.

PAVORABILIS, qui *pauorem* et metum infert, apud Adamum Bremenſem c. 187.

† PAVORATVS, pauore concitatus, t. 5. Sept. p. 530.

† PAVPA, *pes*, *Paupela*, *idem*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692.

PAVPADA. Tabularium Abbatiæ Gonchenſis in Ruthenis ch. 97. *Et inter totas vnum pourpum, illi manſi de Seroni vna Paupada de Canbe*, i. faſcis Cannabis, *poupée*, vox Gallis hac notione vſurpata, quod complicatus *pauorum* infantilium ſpeciem referat.

PAVPER. (1) Cœlius Aurelianus Siccenſis lib. 1. Chron. cap. 1. *Sicus enim Themiſon ait, eſt natura corpus carnibus Pauperum, et nerueſum, et duris cutibus et rapillis obtectum*. Vbi *pauperum* dixit pro *carens*. (2) † *Mediocris*, in Gloſſ. vett. Mſ. PAVPERTAS, ſimili notione, defectus. Gregorius Turonenſis lib. 5. cap. 5. PAVPERES CHRISTI, dicti primitus Carruſenſes. Guigo Prior Carthuſiæ ſecundus in Epiſtola dedicatoria ad Librum de Quadripertito exercitio cellæ. Eadem notione deſignarunt Benedictini, in Charta an. 1147. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. p. 2. PAVPERES DE LVGDVNO, hæretici, qui vulgo *Valdenſes*: de quorum hæreſi ac nomenclatura Reinerus docuit Valdenſes cap. 5. PAVPERES LOMBARDI, *Ydruentani*, in Sententia Reinerii apud Marten. tom. 5. Anecdor. col. 1775.

1775. PAVPERES MINORES, V. *Minores* 2.

PAVPERARE, pauperem facere, Gall. *Appauvrir*. Vox veteribus nota apud Nonium. Gloſſae antiquae MSS. *Pauperantur, pauperes efficiuntur*. S. Paulinus in Epiſt. p. 112. Vrtur eriam Petrus Bleſenſ. ſermone 6. DEPAVPERARE, privare: Alanus de Inſulis in Anticlaudiano lib. 4. de Luna. PAVPERTARE, idem quod *Pauperare*. Concilium Ticinenſe ſub Benedicto VIII. in Praefat.

PAVPERESCERE, i. q. *Pauperari*. Eliae Epiſc. Ierosol. Epiſt. Encyclica apud Mabill. to. 3. Analect. p. 434.

PAVPERIA, PAVPERIES, *ſterus*, in Gloſſ. Graec. Lat. Deeſt vox *Pauperia* in Cod. Sangerm.

PAVPERINVS, pro *Pauperitas*, de qua voce Verro lib. 1. de Vita populi Romani apud Nonium. Ionas Aurelian. lib. 2. de Cultu imag.

PAVPERTAS. (1) *Adoleſcentia, fruſt iuuentus*, in Gloſſis MSS. ad Concil. Carthag. c. 18. Sed legendum eſt *Puberras*. (2) Πτωχεῖον, domus vbi pauperes alentur, in Charta Sohieri Caſtellani Deſpauhenſis a. 1080. apud Ioan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſ. 4. parc. p. 11. (3) PAVPERTATEM PROBARE tenetur, in Conſuetudine Pontiuenſi, qui praedia ſua alienare vult. *Neceſſité jurée*, id eſt, *neceſſitas*, vel *pauperies iurata*, ſeu virorum legalium ſacramento firmata. Lex Veruinenſis an. 1233. art. 8. *Et ſtendum quod nullus hominum huius libertatis terram ſuam niſi Pauperiate coactus, et vtium conſideratione Villici et Scabinorum vendere poterit.* Charta Hugonis Caſtellani Gandenſis an. 1238. *Praefati Gerardus et Perona fidem et iuramentum praeſtiterunt corporale, quod pauperiate compulſi dictam Werpitionem fecibant: quam Pauperiatem huius et per legem ſub meorum hominum oſtimatio probauerunt.* (4) Pauperis qualiscunque facultas, parua et modica poſſeſſio. Tabularium Eccleſiae Gratianopolitanae fol. 13. (5) V. *Pauper* 1. (6) † Idem quod *Semiprachendo*, quia mediocris redditus. Ch. Mſ. a. 1484. V. *Pauspertaculo*. (7) † PAVPERTATES, Gall. *Pauureté*, pars corporis qua quis vir eſt. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1479.

† PAVPERTACVLA, mediocritas, facultas modica, t. 2. Aug. p. 697.

PAVPERTATICVLA, PAVPERTICVLA, i. q. *Pauperies* 4. Formulae Andegauenſes. form. 38. Itiner. Katherii tom. 2. Spicil. Acher. p. 269. *Cum de mea Paupertacula non ſim vobis alex inhumanus, vt mihi beneficio habeam.* Hiſtor. Translat. S. Gorgonii Mart. n. 9. *Proclamare coepit, ne eis ſuam Paupertatiuncu-lam tolleret.*

PAVPERTATVLA, idem. S. Hieronymus in Epitaph. Marcellae extremo.

PAVPERVS, pro *Pauper*, in Praecepto Dagoberti Reg. Franc. an. 628. to. 1. Annal. Benedict. in Append. p. 685.

PAVPVLARE, pauonum clamor, ab *vlulare*, et *pau*, quod eſt ſtrepitus quem clamando edunt pauones. V. *Baulare*.

† PAVQVINVS, menſurae frumentariae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1310. V. *Palbinus*.

† PAVRIRE, Pantheris vox. Carm. de Philom. Mſ.

PAVSA. (1) Requies, ceſſatio alicuius rei, mora, Gallis *Pauſe*, vox veteri Latio cognita. Lucilio, Claudio in Annalibus, Lucretio, Plauto, et a ſequiori aetate vocata. Odo Cluniac. lib. 2. de Vita S. Geraldi c. 21. (2) PAVSA, deinde dicta ea requies quae ſomno capitur, Meſſianus Presbyter in Vita S. Caeſarii Arelat. *Inter Pauſas ſomni, quas iam aegat non ſolum exigebat, ſed etiam pro infirmitate aliquotiens gremebat*, etc. Hinc *Repoſer* Gallis, pro *dormire*, quomodo *Repauſare* dixit Aelredus Rieuallenſis in Vita Edwardi Confeſſoris, de 7. Dormientibus. (3) Pro tumulo ac ſepulcro vſurpari coepit, quod mors *Pauſa* ſit vitae malorum. Vetus Inſcriptio, 6/10. 5.

Iam datus eſt finis vitae, iam Pauſa malorum
Vobis quas habet hoc gratum matremque ſepulchrum.

(4) Ex-

(4) *Exclusa*, vel ius valvulam *exclusae* demittendi. Tabularium Casauriense: *Donauimus medietatem de uno molino in fluuio de Orfente cum lena et Pausa sua, cum forma et serrura, cum introitu et exitu suo.* V. *Paxera.* (5) Forte limes, terminus, Gall. *Borne.* Charta Wifredi Comit. Cerritaniae in Marca Hispan. col. 964. *De meridie adiicimus ei terminum in ipsa glena, et vadit per ipsam serram quae vadit per Bacieros, et sic pervenit ad Pausam Guillelmi.*

PAVSANAE, induciae, cum bellum *pausat*, cessat. Luitprandus in Legat.

PAVSARE. (1) Cessare ab aliqua re, Glossae: *Pausos, ἀναπαυσις.* Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. §. 4. *Pauset die dominico usque in secundam feriam.* REPAVSARE. Historia Wambae Regis Gothor. *Vbi duobus diebus exercitu Repausato, etc.* (2) PAVSARE et PAVSANTES dicuntur mortui; qui ab hac vita temporanea ad coelestem euocati, a laboribus saeculi quiescunt. Concilium Aurelian. c. 6. et Capitula Theodori Cantuar. c. 55. *Quando recitantur Pausantium nomina.* (3) Pro ponere, deponere. Lex Alaman. tit. 45. *Et Pausam arma suo iosum.* Gall. *Poser les armes jus, bas.*

PAVSARII, qui dicantur Latinis, vid de Salmasium ad Hist. Aug. p. 166.

PAVSATERIVS, f. apparitor, vel quivis iudicialis minister, t. 6. Iul. p. 57.

PAVSATIM, per *pausas*, παυσῶς, Gallis *pausement*. Statuta Synodalia Nicolai Episc. Andegav. an. 1272.

PAVSATIO. (1) Requies, mora. S. Bernard. de Consider. lib. 1. (2) Mors, obitus, *dormitio*. Kalendarium Romanum vetus apud Allatium de Hebdomad. et Dominic. Graec. p. 1491.

PAVSATORIVM. (1) Sepulcrum, coemeterium. Papias: *Kimeterium, Pausatorium, vel dormitorium.* Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis num. 3. *Concremare tanti patris Pausatorium studentes.* (2) Coenaculum. Charta an. 1153. apud Vghellum in Episc. Patauin. sic clauditur: *Actum in Episcopali domo in Pausatorio vel coenaculo domus Episcopi.*

PAVSEA. Loan. de Ianua: *Pausa, a pauco, vel pausa quoddam genus olivae, quam corrupte rustici Pausteas vocant, viridi oleo et suani: sic dicta quod pausiatur, i. tundatur.* V. Seruium in lib. 2. Georgic. et infra *Pausa.*

PAVSICARE, *machina rotae instar collo molentium seruorum inserta, ne polentam, hoc est, hordei farinam inter molendum, edissent, neue manus ad os applicarent.* Laur. in Amalthea.

PAVSIDIVM, requies. Lambertus Ardensis p. 79.

PAVSIVM, locus vbi *pausatur.* In sigilli Hugonis Ducis Burgundiae et Albonii Comitis Charta an. 1189. appensi auersa parte exstat Castellum turribus instructum turribus, quas inter exarari leguntur hi characteres, PAVCIVM VIANTIS, in circulo vero, *Sigillum Hugonis Comitis Albonii.* Exstat apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 262.

† PAVTACIVM, aquarium, vbi aqua palorum contextu continetur. Stat. Auellae a. 1496. V. *Paulus 3.*

† PAVTINVS, Diuionensibus, *Pautenci*, i. q. supra *Pantonarius*, in Ch. Mf. a. 1260.

PAVTONARIVS, V. *Pantonarius.*

† PAVTONERIA, bursae et marsupii species, in qua vectigalium collectores pecuniam et mendici eleemosynam colligunt, V. *Pantonarius.*

PAVVS, V. *Pauo.*

PAVVS, a Gall. *Pavois*, scutum. Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1413. apud Rymer. tom. 9. p. 543. V. *Pauesium.*

PAX. (1) Venia, dimissio, et absolutio delictorum quae fit a Sacerdote, reconciliatio, communio, seu potius admissio poenitentis in communionem Ecclesiae: quae *Pax Ecclesiae* dicitur in Concilio Taurin. c. 6. Aurelianensi III. can. 16. Aurelian. IV. cap. 19. 26. S. Cyprianus Epist. 11. *Cum ante oblatam poenitentiam, ante exomologesim grauissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo et Clero in poenitentiam impositam, offerre lapsis Pacem, et Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini profanare, audeant.* Epist. 23. *Mandat Pacem dari, et peccata dimitti. Pacem* a Martyribus et

et Confessoribus, libellis ab eis acceptis, expetere, impetrare, habet non semel idem Cyprianus, Epist. 14. 15. etc. vt et Tertull. ad Martyr. Quae quidem *pax*, inquit Pamelius, non aliud fuisse quam relaxatio satisfactionis per Episcopum poenitentibus impositae, atque ad Ecclesiae communionem ante expletum praescriptae poenitentiae tempus admissio. Eorum autem libellorum formulam tradit idem Cyprianus Epist. 22. (2) PAX VOBIS, prima vox Domini ad discipulos, quando eis post Resurrectionem apparuit. Est autem formula salutationis ad populum in Missa, qua Episcopi vtuntur, vt auctor est Alcuinus lib. de Diuin. Offic. cap. *Quid significent vestimenta.* PAX DOMINI, idem quod *Pax vobis.* Ioan. Abrincens. Episc. Offic. Eccl. (3) PACEM DARE, osculari; osculum enim, pacis est symbolum et concordiae. Diurnus Romanus cap. 2. tit. 8. de Summo Pontifice: *Deinde ascendis ad fidem et dat Pacem omnibus sacerdotibus.* Vetus Expositio Missae: *Deinde dat Pacem alteri, vel pacem: Pacem facere*, in Addit. 3. ad Capitul. cap. 35. *Pacem offerre*, in Regula SS. Patrum cap. 8. *Exhibere Pacem peregrino venienti*, in Regula Patrum ad Monachos c. 3. *Sociari hospiti aduenienti ad Pace*, eidem *Pacis osculum offerre*, in Regula S. Benedicti cap. 53. V. *Osculum pacis.* PAX, instrumentum, quod inter Missarum solennia populo osculandum praebetur. Missale Mozarabum: *Et statim dat.* (Sacerdos) *Pacem diacono vel puero, et quer populo.* (4) PAX BANDITA, publicata, denunciata, in Chr. Tarvis. apud Murator. tom. 19. col. 876. V. in *Bannum* 1. PAX DEI ET ECCLESIAE, V. *Treua Dei.* PAX ECCLESIAE, immunitas, privilegia quibus illa munitur, quae qui infringit, reus fit fractae pacis Ecclesiae. Concilium Berghamstedense an. 697. c. 2. PAX ECCLESIAE, de reis qui ad Ecclesias veluti ad asylum confugiunt: tum enim *pacem Ecclesiae* habere dicuntur. Capitularia Caroli M. lib. 5. c. 90. et Concilium Moguntiac. cap. 39. *Reum confugientem ad Ecclesiam . . . reclores Ecclesiarum Pacem, et vitam ac membra eius obtinere studeant.* Lemma capitis est, *Vt Ecclesiae Pacem habeant.* PAX TOTIVS HEBDOMADAE, id est, integra. Gerardus in Miracul. S. Adalhardi saec. 4. Bened. part. 1. pag. 961. V. *Treua.* PAX FIRMA, securitas immunitas a qualibet molestia, Gall. *Sureté.* Charta a. 1144. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. p. 100. PAX REGIS, regia protectio, *Sauvegarde Royale.* Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. c. 90. AD PACEM REDIRE dicitur, *Vtlagatus* et proscriptus, cum a Rege recipitur, ejusque pacem, qua caeteri subditi fruuntur, denuo consequitur. Bracton. lib. 3. Tract. 2. c. 11. §. 2. de malefactore. PACEM IVRARE, dicebantur primati qui inter se dissidiis compositis, pacem sibi inuicem solenni iuramento asserebant, cuius violator a Rege multabatur. Ordinat. an. 1356. tom. 3. Ordinat. p. 129. PACEM PROCLAMARE, silentium indicere, quomodo etiamnum Galli cum alios fieri iubent, *Paix*, dicunt. Si quando enim pax publica infringeretur, tum ab omnibus iurgantes admonebantur pacis indictae, hacce voce, *Pax*: quod maxime in duellis obtinuit, ne quis decretantium partes amplecteretur. Quoniam Arrachiamenta cap. 37. de poena non silentis tempore duelli. LITERA PACIS, quam vulgo *Remissionem* vocant, quae criminis admissi abolitionem continet, et a solo Rege concedi, et impetrari solet pro quolibet crimine, in Legibus Malcolmi II. Reg. Scotiae c. 2. §. 5. PAX REGIS, multiplex esse dicitur in Legibus Edwardi Confessor. cap. 12. scilicet ipsius manu, vel breui data, vel in diebus coronationis, vel in praecipuis anni festiuitatibus, vel in quatuor viis regalibus, vel denique in maioribus sluuiis. Adde Henricum Knyghtonem lib. 4. de Euentibus Angliae c. 4. PAX REGIS ipsius manu vel *breui data, quam Angli vocant*

(4) *Exclusa*, vel ius vaualum *exclusae* demittendi. Tabularium Casauriense: *Donauimus medietatem de uno molino in fluuio de Orfente cum lena et Pausa sua, cum forma et serrura, cum introitu et exitu suo.* V. *Paxera.* (5) Forte limes, terminus, Gall. *Borne.* Charta Wifredi Comit. Cesitaniae in Marca Hispan. col. 964. *De meridie adiicimus ei terminum in ipsa glena, et vadit per ipsam serram quae vadit per Bacieros, et sic pervenit ad Pausam Guillelmi.*

PAVSANAE, induciae, cum bellum *pausat*, cessat. Luitprandus in Legat.

PAVSARE. (1) Cessare ab aliqua re, Glossae: *Pausat, ἀνατεύει.* Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. §. 4. *Pauset die dominico usque in secundam feriam.* REPAVSARE. Historia Wambae Regis Gothor. *Vbi duobus diebus exercitu Repausato*, etc. (2) PAVSARE et PAVSANTES dicuntur mortui; qui ab hac vita temporanea ad coelestem euocati, a laboribus saeculi quiescunt. Concilium Aurelian. c. 6. et Capitula Theodori Cantuar. c. 55. *Quando recitantur Pausantium nomina.* (3) Pro ponere, deponere. Lex Alaman. tit. 45. *Et Pausam arma suo iosum.* Gall. *Poser les armes jus, bas.*

PAVSARII, qui dicantur Latinis, vid de Salmasium ad Hist. Aug. p. 166.

PAVSATERIVS, f. apparitor, vel quivis iudicialis minister, t. 6. Iul. p. 57.

PAVSATIM, per *pausas*, *τακτῶς*, Gallis *pausement*. Statuta Synodalia Nicolai Episc. Andegau. an. 1272.

PAVSATIO. (1) Requies, mora. S. Bernard. de Consider. lib. 1. (2) Mors, obitus, *dormitio*. Kalendarium Romanum vetus apud Allatium de Hebdomad. et Dominic. Graec. p. 1491.

PAVSATORIVM. (1) Sepulcrum, coemeterium. Papias: *Kimeterium, Pausatorium, vel dormitorium.* Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis num. 3. *Concremare tanti patris Pausatorium studentes.* (2) Coenaculum. Charta an. 1153. apud Vghellum in Episc. Parauin. sic clauditur: *Actum in Episcopali domo in Pausatorio vel coenaculo dom. Episcopi.*

PAVSEA. Loca. de lapsu: *Pausa, a pauco, vel pausia quoddam genus olivae, quam corrupte rustici Pausean vocant, viridi oleo et fumi: sic dicta quod pausatur, i. tundatur.* V. Seruium in lib. 2. Georgic. et infra *Pusia.*

PAVSICAPE, *machina vetus instar colli molentium farinarum inserta, ne polentem, hoc est, hordei farinam inter molendum effunderet, neue manus ad os applicaret.* Laur. in Amalthea.

PAVSIDIVM, requies. Lamberti Ardensis p. 79.

PAVSIVM, locus vbi *pausatur.* In sigilli Hugonis Ducis Burgundiae et Albonii Comitis Chartae an. 1189. appensi auersa parte exstat Castellum turribus instructum turribus, quas inter exarari leguntur hi characteres,

PAVCIVM VIANTIS, in circulo vero, *Sigillum Hugonis Comitis Albonii.* Exstat apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 262.

† PAVTACIVM, aquarium, vbi aqua palorum contextu continetur. Stat. Auellae a. 1496. V. *Paulus 3.*

† PAVTINVS, Diuionensibus, *Pautenci*, i. q. supra *Pautonarius*, in Ch. Ms. a. 1260.

PAVTONARIVS, V. *Pautonarius.*

† PAVTONERIA, bursae et marsupii species, in qua vectigalium collectores pecuniam et mendici eleemosynam colligunt, V. *Pautonarius.*

PAVVS, V. *Pauo.*

PAVVS, a Gall. *Pavois*, scutum. Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1418. apud Rymer. tom. 9. p. 543. V. *Pauesium.*

PAX. (1) Venia, dimissio, et absolutio delictorum quae fit a Sacerdote, reconciliatio, communio, seu potius admissio poenitentis in communionem Ecclesiae: quae *Pax Ecclesiae* dicitur in Concilio Taurin. c. 6. Aurelianensi III. can. 16. Aurelian. IV. cap. 19. 26. S. Cyprianus Epist. 11. *Cum ante actam poenitentiam, ante exomologesim grauissimi atque extremi delicti factam, ante manum ab Episcopo et Clero in poenitentiam impositam, offerre lapsis Pacem, et Eucharistiam dare, id est, sanctum Domini profanare, audeant.* Epist. 23. *Mandat Pacem dari, et peccata dimitti. Pacem a* Martyribus

et

et Confessoribus, libellis ab eis acceptis, expetere, impetrare, habet non semel idem Cyprianus, Epist. 14. 15. etc. vt et Tertull. ad Martyr. Quae quidem *pax*, inquit Pamelius, non aliud fuisse quam relaxatio satisfactionis per Episcopum poenitentibus impositae, atque ad Ecclesiae communionem ante expletum praescriptae poenitentiae tempus admissio. Eorum autem libellorum formulam tradit idem Cyprianus Epist. 22. (2) PAX VOBIS, prima vox Domini ad discipulos, quando eis post Resurrectionem apparuit. Est autem formula salutationis ad populum in Missa, quae Episcopi vtuntur, vt auctor est Alcuinus lib. de Diuin. Offic. cap. *Quid significent vestimenta*. PAX DOMINI, idem quod *Pax vobis*. Ioan. Abrincens. Episc. Offic. Eccl. (3) PACEM DARE, osculari; osculum enim, pacis est symbolum et concordiae. Diurnus Romanus cap. 2. tit. 8. de Summo Pontifice: *Deinde ascendis ad fidem et dat Pacem omnibus sacerdotibus*. Vetus Expositio Missae: *Deinde dat Pacem altari, vel presenti: Pacem facere*, in Addit. 3. ad Capitul. cap. 35. *Pacem offerre*, in Regula SS. Patrum cap. 8. *Exhibere Pacem peregrino venienti*, in Regula Patrum ad Monachos c. 3. *Sociari hospiti aduenienti ini Pace*, eidem *Pacis osculum offerre*, in Regula S. Benedicti cap. 53. V. *Osculum pacis*. PAX, instrumentum, quod inter Missarum solennia populo osculandum praebetur. Missale Mozarabum: *Et statim dat.* (Sacerdos) *Pacem diacono vel puero, et quer populo*. (4) PAX BANNITA, publicata, denuntiata, in Chr. Tarui. apud Murator. tom. 19. col. 176. V. in *Bannum* 1. PAX DEI ET ECCLESIAE, V. *Treua Dei*. PAX ECCLESIAE, immunitas, priuilegia quibus illa munitur, quae qui infringit, reus sit fractae pacis Ecclesiae. Concilium Berghamstedense an. 697. c. 2. PAX ECCLESIAE, de reis qui ad Ecclesias veluti ad asylum confugiunt: tum enim *pacem Ecclesiae* habere dicuntur. Capitularia Caroli M. lib. 5. c. 90. et Concilium Moguntiac. cap. 39. *Reum confugientem ad Ecclesiam . . . rectores Ecclesiarum Pacem, et vitam ac membra eius obtinere studeant*. Lemma capitis est, *Vt Ecclesiae Pacem habeant*. PAX TOTIUS HEBDOMADAE, id est, integra. Gerardus in Miracul. S. Adalhardi saec. 4. Bened. part. 1. pag. 361. V. *Treua*. PAX FIRMA, securitas immunitas a quauis molestia, Gall. *Sureté*. Charta a. 1144. apud Kennett. Antiquit. Ambrosd. p. 100. PAX REGIS, regia protectio, *Sauvegarde Royale*. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. c. 90. AD PACEM REDIRE dicitur, *Vitagatus* et proscriptus, cum a Rege recipitur, ejusque pacem, qua caeteri subditi fruuntur, denuo consequitur. Bracton. lib. 3. Tract. 2. c. 11. §. 2. de malefactore. PACEM IURARE, dicebantur primati qui inter se diffidiis compositis, pacem sibi inuicem solenni iuramento asserebant, cuius violator a Rege multabatur. Ordinat. an. 1356. tom. 3. Ordinat. p. 129. PACEM PROCLAMARE, silentium indicere, quemodo etiamnum Galli cum alios silere iubent, *Paix*, dicunt. Si quando enim pax publica infringeretur, tum ab omnibus iurgantes admonebantur pacis indictae, haec voce, *Pax*: quod maxime in duellis obtinuit, ne quis decretantium partes amplecteretur. Quoniam Attalhismenta cap. 33. de poena non silentis tempore duelli. LITERA PACIS, quam vulgo *Remissionem* vocant, quae criminis admissi abolitionem continet, et a solo Rege concedi, et impetrari solet pro quolibet crimine, in Legibus Malcolmi II. Reg. Scotiae c. 2. §. 5. PAX REGIS, multiplex esse dicitur in Legibus Edwardi Confessor. cap. 12. scilicet ipsius manu, vel breui data, vel in diebus coronationis, vel in praecipuis anni festiuitatibus, vel in quatuor viis regalibus, vel denique in maioribus fluuiis. Adde Henricum Knyghtonem lib. 4. de Euentibus Angliae c. 4. PAX REGIS ipsius *manu* vel *breui data*, *quam Angli vocant*

tabit Cyninges honde ſtidlice geyte, eadem eſt cum regia proteſtione, quae breui ſeu diplomate Regis manu ſubſcripto, alicui, vel Eccleſiis conceditur. Capitul. 2. an. 803. c. 17. PAX REGIS quae ab ipſo datur cum primum coronatur, *et dies duritie eſſe*: de qua praeterea agunt eaedem Leges Edwar. Conſeſſ. cap. 31. PAX REGIS in praecipuis anni feſtis, in Natali ſcilicet Domini per dies octo, totidem in Paſchate, et totidem in Pentecoſte, cap. 12. et 31. PAX REGIS in quatuor praecipuis Angliae viis regalibus. Facie iſtius mentio eſt in Legibus vermiculis Willelmi Nothi cap. 30. et apud Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 1. PAX REGIS in *aquis nominatorum fluuiorum, quorum mentio de diuerſis locis conſuetudinaliter deſignatur viatoribus vel burgis*. Aquae vero minores, perinde ac chemini minores ſub lege Comitatus ſunt. PAX CVRIAE REGIS, quae ſcilicet contineri debet intra Curiae ipſius terminos, qui ita deſcribuntur in Legibus Henrici I. Regis Angliae c. 16. Idem videtur quod *Bannum Regis* dicitur in Capitul. 2. Caroli M. an. 813. cap. 2. *Vt eccleſiae, viduae, pupilli per Bannum Regis Pacem habeant . . . . Vt inuenta Pacem habeant per Bannum Regis;* niſi malis intelligendum de ambitu intra quem regia poteſtas exercetur. V. *Bannum* §. PAX SANCTI PETRI. Wichbild Magdeburgenſe art. 9. §. 2. PAX PARVA ET MELIOR, quies, ſedatio, in Lege Alaman. tit. 36. num. 2. PACIS FRACTIO, *infractio*, cum *Pax* indicta a Rege, vel alicui, aut Eccleſiae, locisue illis conceſſa, violatur. *Actio de Pace fracta*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 59. §. 1. lib. 3. art. 8. §. 36. in Wichbild. Magdeb. art. 16. §. 3. Unde, *appellare aliquem de Pace*, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 34. §. 2. id eſt, de pace Regis fracta. PACI REGIS STARE, de fracta Regis pace iuri ſtare. Statutum Edw. I. Regis Angl. an. 31. PACEM IMPERII et *quietem* habere dicuntur feudatarii, non modo dum ſeruitium et obſequium militare exhibent domino ſuo Imperatori per ſex hebdomadas rarus ac de iure feudali definitas, ſed etiam per totidem ſeptimanas ante et poſt, *ita quod nullus dominorum ſuorum ipſum cuocare valeat ad iudicium feudale, nec quisquam aliquod iudicium Caeſaris impetrare*. Ius feudale Saxonic. cap. 5. (5) PAX VILLAE, banleuca, diſtrictus vrbis intra quem *Paciarii* ſeu *ſcabini* iuriſdictionem habent. *Poteſtas et terminus Pacis*, in Charta Communiae Cameracenſis an. 1184. Charta Philippi Auguſti an. 1194. *Burgenſes vadium Militis ad abandum accipies, intra Pacem cinitatis ſine fraudatione . . . . Nullus intra Pacem cinitatis manens ſubtuneri debet niſi per Scabinos.* († PAX pro diſtrictu quolibet, intra quem quis iuriſdictionem habet, t. 5. Cod. diplom. Polon. p. 78.) PACES in plurali vſurpant Statuta Vercell. l. 1. fol. 1. *Ordinamenta facta de Pacibus et treugis firma teneba.* PACIARIUS, aedilis, ſcabinus, qui pacem inter ciues tuetur. *Paiſeur*, in Statuto Caroli V. Reg. Franc. an. 1364. pro electione Scabinorum Inſulenſium t. 4. Ordinat. p. 471. *Praefectus Pacis, aut Decurio*, in l. 1. Cod. Th. de Pignoribus: εἰρηνάρχης, Graecis. PACIS ADSERTORES, εἰρηνόφυλακες, in Legibus Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 26. ſunt *qui ſola faciendae pacis intentione, Regali ſola deſignantur auctoritate, qui eas ſolum diriment cauſas, quas illis regia denegauerit ordinandi poteſtas.* Adde lib. 2. tit. 1. §. 26. *Praepoſitis pacis*, in l. 49. Cod. Th. de Decurionib. vbi tamen quidam cenſent legendum *praepoſiti pagis*, de quibus in l. 2. de Pignoribus eodem Cod. et alibi. (6) Paciariorum collegium. Vide *Paciarii*. (7) Laudimium, id quod pro vendicionis aut alienationis auctoramento, domino ſuperiori ſolvitur, quaſi vt *Pax* cum eo ineatur, et vt venditionem et alienationem non inretur, daro ad id conſenſu ſuo. In Conſuetudin. Municip. Toloſae part. 4. tit. de Feodis art. 9. ſtatuitur dominos feudales non teneri ad recipien-

piendos, aut inuestiendos vassallos, *nisi prius satisfecerint iisdem dominis de Pax, vel aliter inter se cum eodem concordaverint.* (8) *Quantum mihi pax obvenit*, passim in Chartis Provincialibus venditionis, cessionis et compositionis occurrit isthaec formula, qua significari existimo reditus, qui, non interpellata possessione, ex aliquo fundo percipiuntur. Charta Guarachonis regnante Chunrado Rege Indict. VI. ex Chartular. Apensi fol. 28. (9) Stipendium, Gall. *Paie*. Obertes Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 306. (†) Pensitationis species, quae primitus pro securitate et pace praestabatur, exinde vt consuetum tributum exacta. Libert. villae de Naico, a. 1368.) (10) SALVA VESTRA PACE, formula loquendi eiusmodi omnino extra vsum apud Gallos, *Sauf vostre paix*. Goffridus Vindocin. lib. 3. Epist. 18. *Et ideo salua vestra Pace dicimus*, quod, etc. *Pace tua*, apud Ioan. Sarisberiensem Epist. 203. initio.

PAXAMENTVM, solutio, Gall. *Paiement*. Charta Caroli Hungariae Reg. ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 490. Hinc PAXARE, pro soluere, *Payer*, ibid. p. 435. ex Charta Adolphi Rom. Reg. a. 1292. V. *Pacare*.

PAXBERE, PAXBREDE, instrumentum pacis, seu *patena*, vas ministeriis sacris dicatum. Testamentum Henrici le Scrop an. 1415. apud Rymer. tom. 9. p. 273. *Cum vno pari candelabrorum argenteorum, ... cum vna Paxbrede argentea et deaurata*, etc. Testam. Rotherami Eborac. Episc. an. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 673. *Item dedi eis vnum deosculatorium, videlicet a Paxbrede deauratum cum ymagine Trinitatis*. . . V. *Osculatorium*.

† PAXEMA, panis subcinericius, bis coctus, ap. Murat. t. 5. Antiquit. Ital. p. 77. PAXIMATICVS PANIS, idem, t. 6. Sept. p. 701. V. *Paximatium*.

PAXEMATIVM, i. q. *Paximatium*. Chronic. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 216.

PAXERA. (1) Vel PAXERIA, palorum contextus ac series in molendinis, in pontibus, et aliubi, Occitanis *Paissiero*, agger molendini. Tabularium Siluae latae apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 7. *Vendidit Fratribus de Silua lata vgrum qui est iuxta Paxeram molendini*, etc. Charta Pipini Reg. an. 767. to. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 24. *Cum vineis, ortis, terris cultis et incultis, aquis, aquarumve decursibus, Paxeriis, molendinis*. PASSERIA, eadem notione. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 61. PAYSSERIA, eodem significatu. Charta an. 1308. apud Baluz. Hist. Aruern. to. 2. p. 783. (2) PAXERIA, ipsa aggeris molendini seu exstructae valuulae, Gall. *Vanne*. Chartular. Anisn. *Vt possitis Paxeriam vestram leuare et demittere atque mutare quotiescumque vobis placuerit*. V. *Pansa*. (3) Riuulus, seu rituli alueus. Charta an. 1125. inter Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 435. PRAXERIA, pro *Paxeria*, saepe etiam occurrit in veteribus Tabulis. Pactum initum inter Abbatem Gallicanensem et Raymundum Comitem Tolosanum an. 1231. in Regesto Tolosano: *Item petabat molendina et Paxeriam de ponte, quae dicebatur ad Ecclesiam pertinere*. Charta alia an. 1231. ibidem: *De censu quem dom. Comes habet in nautis et piscatoribus Tolosae. In istis duabus aquis praedictis, vbi possunt ingredi cum eorum corsoriis, excepto denes de Praxeria D. Comitis, quae Praxeria est ante Blanhacum, scilicet dum praedicta Praxeria fuerit cledata, et postea dum fuerit desfledata, quod debent et possint piscare vbicumque volnerint, et denes ipsius Praxeriae est de ore carreriae de orto D. Comitis*, etc.

PAXERE, pro *Pascere*, semel ac iterum occurrit in Charta Attonis Episcopi Pergamensis an. 1072. in Hist. Pergam. to. 3. pag. 274.

† PAXEROTVM, agger molendini, Occit. *Puisserò*. Ch. Mss. a. 1402. V. *Payseria*.

PAXIAGIVM, PACIAGIVM, praestatio quae primitus pro securitate

et pace penſitabatur, exinde vti conſuetum tributum a dominis paſſim exactum eſt. Charta an. 1306. in Tabular. Mimat. V. *Comunne* 1. et *Compenſus*.

PAXILLARE, paxillo vineam fulcire. *Paxillum*, *Paiſſeau*, Galli vocant, quod alii *Eſchalas*. Charta an. 1267. in Tabulario Eccl. Antiſiodor.

PAXILLVS, *Paiſſeau*, *maſtheir de chanvre* Vocabular. Suſſannaei. Belgis *Serinſoir* dicitur.

PAXIMATICVS, V. in *Paxema*.

PAXIMATIVM, Παξιμάδιον, Graecis recentioribus: *Panis ſubcinericius*, in Gloſſis Iſidori: Δίπυρος ἄρτος, *Panis recoctus*. Nam Heſychio δίπυροι ἄρτοι dicuntur ἐκ δευτέρου ὀπτώμενοι. A *Paxamo* quodam appellatum *Paximatium* quidam cenſent, qui, vt auctor eſt Suidas, ſcripſit ὀψαρτυτικὰ κατὰ τοιχεῖον, de quo etiam S. Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum cap. 25. *Ad mulſum, et elaboratas curnes, ad inuitationem Apitii et Paxami* etc. *Panis Paximatus*, in Vita S. Seueri Abb. Agathenſis, c. 11. *Panis Paximatus*, apud Ordericum lib. 9. p. 740. *Paximatium panis*, in Regula S. Columbani c. 3. *Paximates ſimilaginei*, in Geſtis Abbatum Gemblacenſium p. 534.

PAXVM. Acta Capitularia Eccl. Lugdun. MSS. an 1340. fol. 67. Cod. Reg. *Item dederunt eidem Paxum, quod tenebat in reſignationem in Eccleſia Lugdunenſi*, etc. Occurrit alibi.

† PAXVS, laudimium, quaſi vt *Pax* cum domino ſuperiori ineatur. Ch. Mſ. a. 1233. V. in *Pax*.

PAYARE, ſolvere, a Gall. *Payer*. Charta an. 1238. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 1276. V *Pacare*.

† PAYERIA, praeſtationis ſpecies, a *focagio* diſtincta, quae in *Payrala*, vel eiusdem pretio et aeſtimatione exigebatur, Gall. *Payre*. Ch. Mſ. a. 1319. V *Paironal*, et *Payreria*.

PAYLA, ſartago, inſtrumentum coquinarium, Gall. *Poesle*. Statuta Montis Regal fol. 267.

† PAYRERIA, i. q. *Payeria*. Ch. Mſ. a. 1322.

† PAYRERIVS, lapicida, c. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 154.

PAYRÓLA, PAYROLIA; lebes minor, Gall. *Chaudron*, in Statutis mox laudatis. Charta Philippi Pulcri a. 1310. ex 47. Regeſto Tabular. regii n. 33. V. *Parolla*. Hinc PAYROLERIVS, pro ferarius, lebetum opifex, Gall. *Chaudronnier*, in vet. Catalogo MS. B. M. Deauratae Tolof.

† PAYROLERIVS, faber ferarius, *payrolarum* ſeu lebetum opifex. Stat. Auellae a. 1496.

† PAYROLIVM, lebes, ahenum, in Inuent. Mſ. a. 1360.

PAYROLLVS dicitur menſura quaedam, quod ex aere erat. Litterae Iohannis Archiep. Auſc. ann. 1401. ex Tabul. eiusdem Eccl. V. *Paironal*.

† PAYROLLVS, i. q. *Payrolium*, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1379.

PAYSANAE AVES, vocantur *aues quae propter infirmitatem mentis non poſſunt, cum ſint de ſpeciebus tranſmutatiuis, in regione in qua manent, et in ſua patria commorantur*. Friderici II. de Arte venandi c. 17.

† PAYSERIA, PAYSERONA; contextus ac ſeries palorum, aggeris munitionis Inuent. Mſ. a. 1476. V. *Raſſeria* et *Paxeria*.

PAYSNATICVM, pro *Paſnaticum*, a Gall. *Paſnage*, cenſus vel tributum pro glandatione et iure pascendi porcos in ſilua domini. Notitia a. 1130. to. 4. Gall. Chriſt. autem Inſtrum. col. 164. V. *Paſtio*.

† PAYSSARIA, i. q. *Payſeria*, in Ch. Mſ. a. 1316.

PAYSSERIA, vt *Paxera*. V. in hac voce.

PAYSSONNA, *paſtio* porcorum in ſilua, Gall. *Paiſſon*. Charta Mathildis Comit. Niuern. ann. 1212. V. ſupra *Paiſſo*.

PAYVM, ſolutio, V. *Paium*.

PAZAGIATOR, V. *Pazagium* 2.

† PAZAGIVM. (1) Tributum quod a tranſeuntibus exigitur; inde *Paciarius* et *Paziarius*, qui illud exigendi ius habet. Ch. Mſ. a. 1269. V. in *Paſſagium*. (2) Penſitationis ſpecies, quae primitus pro ſecuritate et pace praeſtabatur, exinde vt conſuetum tributum exacta; inde *Pazagiator*, eiusdem tributi portitor et publi-

canus. T. 3. Hist. Occit. Prob. p. 495. V. *Passata* 1. et *Pax*.

† PAZATA, idem, V. in *Passata* 1.

PAZELLVS, mensurae vel ponderis species. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 72. recto: *Item quod fornarii seu bolengarii . . . . debeant facere panem pulchrum ad pensam et Pazellum eis datum et ordinatum per commune Vercellarium.* V. *Passus* 2.

PEA, († spatium certo pedum numero definitum, i. q. *Peda* 2. et *Pedatura*.) Charta an. 1123. in Tabular. Eccles. Viennensis fol. 71. *Porro Dominus Archiepiscopus ei centum quinquaginta solidos dedit, et duas Peas, domum videlicet Stephani Maleraſi, et aliam quae illi iuncta est.*

† PEAGILEIVS, ius de iis, quae ad *Pedagium* spectant; cognoscendi. Ch. Mf. a. 1300. V. *Pedagium*.

PEAGIVM, V. *Pedagium*.

PEALIS, pro pedalis, in Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos. a. 1272.

PEANIVS, lignum tectis conficiendis aptum. Charta an. 1264. in Tabular. Sangerm. *Merramentum etiam quod habet idem Abbas eidem Guillermo iam tradiderat, vt dicebat, scilicet duo millia et centum de chevrones, item quingentos et duodecim Peanios*, etc. f. Quod Vitruuio columen dicitur, Gallis *Poinçon*.

† PEASO, *Peaso*, i. q. *Pes*, Gall. *Peason*, et *Peazon*. Ch. Mf. a. 1291. V. *Peda* 2. et *Pedatura*.

PEATGA, idem quod *Pedagium*. Charta Archembaldi Borbonii pro Villa-franca, in Tabular. Bituric. *Burgenses Liberae-villae non dabunt Peatgas*.

† PEATICVS, i. q. *Pedagium*, t. 3. Hist. Occit. Prob. p. 215.

† PEBERERIVS, piperis seu aliarum quarumcunque specierum mercator. SS. a. 1272.

† PEBERATVS, piperatus, coloris species. Testam. Mf. a. 1347.

PECA, pro *Pecia*, vt videtur. Statuta Mutin. rubr. 182. fol. 34. *Ordinamus quod Messurius . . . fieri facere debeat vnam scalam de lapidibus, et calce coopertam de Pecis viuis, et ibi eas mensurare.*

† PEÇARIVS, inter minores artifices recensetur, in Stat. ant. Florent. An qui in *pecias* seu frusta comminuit?

† PECCA, tributum, vectigal. Hisp. *Pecho*. Ch. Mf. a. 1246. V. *Pecha*.

PECCAMEN, peccatum. Prudentius in Apotheosi. *Peccaminosa vita*, apud Ioannem Gersonium l. 3. de Imitatione Christi cap. 50. n. 6.

PECCANTIA, peccatum, delictum. Vita S. Columbae Abbat. to. 2. Iunii p. 207.

PECCARIA, perperam pro *Petraria* editum ex Placito an. 1158. inter Probat. to. 2. nouae Hist. Occitan. col. 568.

PECCARIVM, vas, calix, cyathus, vel mensura potoria, V. *Bicarium*.

PECCATORES subscribunt quandoque Episcopi, suppresso etiam *Episcopi* titulo; eos imitati sunt Abbates aliique viri humilitatis amatores: quod monuisse sat est.

PECCATRICIVS, malus, flagitiosus. Epist. to. 5. Annal. Bened. p. 668.

† PECCATVM INDICIBILE, Sodomiticum. Constit. Carmelit. Mf.

† PECCHENARIVS, PECCHENERIVS, PECCHINERIVS, pectinum artifex, cuius ars PECCHENERIA appellatur. Stat. ant. a. 1390. PESCHENERIVS et PECHENERIVS ibidem. V. *Penchenerius*.

† PECCININVS, paruulus, Ital. *piccinino*. Act. SS. t. 7. Sept. p. 908.

† PECCOREVS, ad pecora pertinens; *Peccorea*, quaeuis pecudum alimenta. Annal. Victor. Mf.

† PECCVNIA, f. peculiaris subscribendi nota. Ch. Mf. a. 1257. *Datum anno D. 1257. mense Marcio. Peccunia approbamus. Datum vt supra.*

PECEATA, V. *Peciatum*.

PECEIVM, fractura nauium, ex Gallico *Piece*, *depecé*. Charta Philippi Regis Franc. an. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoric. lib. 5. c. 34. Et quidem *Peceium* dicitur, ius quod domino competit ex fractura nauium seu naufragio, Gall. *Droit de bris*, et in veteribus Chartis vernaculis,

Pecey de la mer. Charta S. Ludouici an. 1231. in Tabular. Caſtri Nannet.

PECES, vas, calix, Gall. *Pot.* Teſtamentum an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. pag. 427. V. *Bicarium*, et in voce *Pecia.*

PECHA, emenda, praeſtatio, impenſa, tributum quoduis, Hiſp. *Pecha* vel *Pecho* Charta Petri Reg. Aragon. apud Rymer. to. 2. p. 210. V. *Pecta*, et *Pecca.*

† PECHARE, ſoluere, ab Hiſp. *Pechar.* Leg. Portug. ſub Alfonſ. reg.

PECHENERIVS, PECCHENARIVS,

PECHERIVM, vas, calix, cyathus, Germ. Becher. Nicolaus Specialis de Reb. Siculis lib. 6. cap. 14. apud Murator. to. 10. col. 1045. V. *Bicarium* et *Picarium.*

PECHIA, fruſtum, membrum; item, modus agri. Charta an. 1249. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. V. mox *Pecia.*

PECIA. (1) Vel PETIA, fragmentum, fruſtum, membrum: Gallis *Piece.* Auctor Mamotrecti 29. Exodi: *Fruſtum, pars, ſive Pecia.* Charta pro Aquariatu Monaſt. de Talemundo an. 1366. *Item in diebus quibus debent comedi piſces, dabit et miniſtrabit dictus Aquarius ſecundum tempora, videlicet de marlucio recenti ſercula de duobus Peciis pro duobus, quarum Peciarum quaelibet debet habere in longitudinem plenam palmam. Petia carnis*, apud Murator. tom. 16. col. 581. *Petia fuſti*, in Charta an. 1435. *Pecia pergameni*, in Tabular. S. Victoris Maſſil. PETIVM TERRAE, crebro vſurpat Tabularium Caſaurienſe. PETIVM. Statutum S. Ludouici an. 1255. cap. 26. de meretricibus: *Bona earum per locorum iudices capiantur, vel auctoritate a quolibet occupentur, etiam vsque ad tunicam vel Pecium.* Abſunt haec poſtrema verba apud Nangium. pag. 363. Vbi leg. *Pellicium.* Vide *Pellicia.* PETIVS, vt *Pecia*, fragmentum. Miracula S. Simonis to. 2. April. pag. 823. PECIA ARGENTI, *Nummus*, Gallis *Piece d'argent.* Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 29. art. 4. PECIA ARTELARIAE, Gall. *Piece d'artillerie*, tormentum bellicum. Charta ann. 1489. apud Lobinellum tom. 2. Hiſt. Britan. p. 1513. † PECIA, vbi de animalibus, caput, Gall. *Piece*, German. Stück. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1358. (2) Vas, calix, cyathus. Teſtam. Johan. de Nevill an. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 28. (3) Pro *Pena*, rupis, collis, in Hiſt. Cortuſior. lib. 8. cap. 3. apud Murat. to. 12. col. 903. *Sic liberauit Mundianum, Vericulum et alia caſtra impugnauit, et cepit Pecia ſancti Martini.* Vbi rectius alces Codex, monente Cl. Editore, habet *penuam.* V. *Pena* 1. (4) † Exemplum, Gall. *Modele, Eſſai.* Stat. a. 1314. (5) † Vox heraldica, figura, Gall. *Piece.* Teſtam. Mſ. a. 1433.

PECIATVM, PECEATA, menſura frumentaria. Charta an. 1228. in Tabular. Caſtri Blein. *Heruaeus de Leonia . . . Pater meus dedit monaſterio S. Mathaei de finibus terrarum tria Peciata frumenti ad magnam menſuram de frumento ſuo de Ploeyon. Et ego dicta tria Peciata frumenti in certis aſſignaui locis*, etc.

PECIATVS, et REPECIATVS, laceratus, V. *Pecia.* Vita B. Hermanni Ioſephi num. 41. *Cum manicis Peciatis.* Vita B. Margaretae Hungariae cap. 2. *Portabat veſtes lacerat et Repeciatas.* V. *Petacia.* Hinc REPETACIATVS, lacerus, in Limborch. Sent. Inquiſit. Toloſ. p. 329. DEPECZATVS, in Concilio Andegauenſi an. 1365. cap. 13. Salmaſius vocem hanc a *Pictacium* accerſit, cui fauet Will. Brito lib. 11. Philipp. vbi de tunica militari:

Sic percuſſa patet, ſic interciſa minutis
Pictaciis pendet, etc.

Praetera Ioan. de Ianua: *Pictacium, dicitur illa corii particula quae ſoleae repeciatae infuta eſt, et dicitur a pango: quia ſicut partes picturae diſtemperate in pauimento ſunt, ſic apparent pictacia in calciamento: vnde pictaciatus, ic repeciatus.*

† PECIDA, diminut. a *Pecia*, modus agri. Ch. Mſ. a. 1227. V. *Peciola.*

PECIEL-

PECIELLA, perperam pro *Paiella*, V. ibi.

PECIES. (1) Pro *Pecia*. Vita B. Kingae tom. 5. Iulii p. 741. *Haec dierum proceſſu in quatuor Pecies diuiſa, maiorem afflictionem agrae per ſingulos dies poſt huiusmodi apoſtemationis ſequeſtrum efficiebat.* Occurrit rurſum to. 2. April. pag. 723. PECIES occurrit apud Higenum in Gromat. *Quorum pedatura in ſingulas Pecies ad homines ſolet computari.* Sed Salmaſius *pedes* reſtituit. (2) † Tributi ſ. vectigalis ſpecies. Ch. Mſ. a. 1337. *Baſtagia ſeu pecies.* V. *Pecta* 1.

PECIOLA, diminut. a *Pecia*, fragmentum: interdum et modus agri. *Peciola vineae B. Virginis Mariae*, in Actis SS. to. 5. Iun. p. 137. Charta an. 879. Marcae Hiſpan. col. 805. *In ipſo villare Peciolas de terra vetimenti.* PETIOLVM, in Chron. Farfenſi apud Murat. to. 2. part. 2. col. 611. PECIOTTA, eadem notione, in Charta ann. 1276. ex min. Chartul. S. Benigni Diuion. PECIVNCVLA, eodem ſignificatu Charta an. 1447. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. pag. 1750.

PECIOLI, apud Apicium lib. 1. cap. 20. videntur eſſe quos Columella et alii *pediculos* vocant, quibus fructus ramuſculis adpendent. At Celſus lib. 2. *petiolos* de animalium pedibus uſurpat.

PECIVM, V. *Pecia*.

PECLVINCERIA, V. *Pulvinceria*.

† PECOLLORIVS, i. q. mox. *Pecollus*, in Leud. min. Carcaſſ.

PECOLLVS, columella, fulcrum lecti, vel ſellae, Gallis *Pied, quenouille de lit*, Occitanis *Pecoul*. Charta *Petri de Roteys* Vicarii Toloſ. an 1272. *Quod pedes ſeu Pecolli archarum* VIII. *palmorum et harroi* IV *palmorum et omnes perticae rotundae ſint illarum paiellarum quarum debent eſſe.*

PECORANTES, et *Sodomitae*, iunguntur in Fleta lib. 1. cap. 37. §. 3. ἀλογεύομενοι κτηνοβάται. V. Meurſii Gloſſ. in ἀλογεύομενοι.

PECORARIVS, bubulcus. Charta Deſiderii Longob. in Bullario Caſſinenſi to. 1. p. 71. V. *Pegolarius*.

PECORIA, († paſcuum, vt videtur, vbi pecus paſcitur.) Chronicon Affligemienſe c. 20. *Duo praedia, quae ſecundum linguae ſuae* (Flandricae) *conſuetudinem Pecorias appellant, pretio grandi comparauimus.*

PECTA. (1) Quaeuis praeſtatio, tributum; vectigal, emenda. Charta Aldefonſi Reg. pro Monaſt. Caſae Dei an. 1216. V. *Facendeira*, et *Pecha*, et *Pactum*. (2) † Mendoſe pro *Pecia*, pannus, t. 1. Hiſt. Caſſin. p 80.

† PECTALVM, lamina pro *Petalum*, apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 365.

PECTARE, ſoluere, *Pagare*, ex *Pactare*, pactum ſeu tributum ſoluere, praeſtare. Vox olim Hiſpanis familiaris, qui et *Peytare* dicebant. Charta Albohaceni Regis Mauri in Conimbra an. Chr. 734. apud Sandoualium, *Ego ordinaui quod Chriſtiani de meas terras Pectent dupliciter quam Mauri*, etc. V. *Pactum*, *Peitare*.

PECTEN. (1) Inter miniſteria ſacra recenſetur, quo ſcilicet ſacerdotes ac clerici antequam in Eccleſiam procederent, crines pecterent. Teſtament. an. 837. apud Miraeum to. 1. pag. 21. Enumeratur praeterea inter vtenſilia ſeu ſupellectilem monachorum, in Guidonis Diſcipl. Farfenſi cap 47. Omnibus fratribus dentur *tabulae*, *acus*, *Pactene* (l. Pectines) *cum dimento*, *capellum in capite quod alio nomine capitium vocatur*. Ex quibus colligitur monachos tunc temporis non omnino tonſos fuiſſe, quod ex dicendis infra ſrerum manifeſtius fiet. V. *Pectinare*, *Pectinarium*, et *Pexere*. (2) † Pars rotae dentatae, ſcil. dens, Germ. Kamm. Ch. Mſ. a. 1342. (3) † Metacarpus, ap. Conſtant. African. (4) † Pubes, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. reg. 7684. (5) PECTEN vel PECTINVS, piſcis, ex Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph.

† PECTENEGIVM. pecten, pubes, ab Ital. *Pettenegio*. Acta SS. t. 2. Aug. p. 604.

† PECTERE, pro *Petere*, in Charta an. 1218. apud Lobineſl. tom. 2. Hiſt. Britan. pag. 336.

† PECTIA, i. q. *Pecia*, modus agri, in Ch. a. 1217.

PECTICVS, *digestibilis*, a *pectus*. Ioan. de Ianua.

PECTINA, PECTIS, κτένιον, in Gloss. Lat. Gr.

PECTINARE, pectere, Gall. *Peigner*. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. to 3. SS. Iunii pag. XXXI. PECTINATVS, comptus, Gall. *bien Peigné*, eadem notione. Vita B. Coletae to. 1. Martii pag. 573.

PECTINARIVM, theca pectinis, *Etuy de peigne*: nisi sit quod vulgo *peignoir* appellant Galli, lienteum quod collo aptant, cum capillos pectunt. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. PECTENARIVM, in Statutis Ord. Grandimont. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1234. PECTINIVM, eadem ni fallor, notione vsurpauit Sigebertus in Chronico: *Reiicientes a se quidquid regulae refragabatur, foricas videlicet et pelliceas, vestimina, capucia quoque et femoralia, Pectinia et coopertoria.* Vt supra *Pectinarium* ex libro Ord. S. Victoris, ita et hic *Pectinium* potius idem esse videtur quod Capucini vocant *Mutande*.

PECTINARIVS, lanarius, in veteri Inscriptione, qui lanas pectit.

PECTINATOR, pectinum confector, in Miracul. S. Stanislai Canon. Reg. *Pectinarius* apud Plautum.

† PECTINATVRA, actio qua panni densantur. Stat. pannif. an. 1317. Mendose ergo in alio Stat. a. 1322. V. *Pincturatura*.

† PECTINERIVS, pectinum faber vel mercator. Acta Mss. a. 1308. V. *Pectinarium*.

PECTINEVM opus, illud forte, quod Galli vocant *Ouvrage au petit point*. Pecten enim etiam radium, Gall. *Navette*, sonat. Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinensis an. 1295.

PECTINVS, V. *Pecten* 5.

PECTIO, pactum, conuentio, contractus, ipsa conuentionis Charta. Chron. Monast. Noualiciens. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 751.

PECTORABILITER, († toto pectore.) Isidorus Pacensis Episcopus aera 789. *Sed vbi gens Asturiae, mole membrorum praevalida, et ferrea manu perardua, Pectorabiliter ferientes, Regem inuentum exanimant.*

PECTORALE. (1) Cingulum quo equi pectus ambitur, et stringitur, *Antilena*: στηθόδεσμος, in Gloss. Graec. Lat. Gallis *Poitrail*. *Fasciae pectorales*, apud Hierem. cap. 2. Innocentius III. lib. 3. Decretal. tit. 1. cap. 15. de Clericis. *Pannis rubeis aut viridibus, nec non manicis aut fotularibus consutitiis, frenis, sellis, Pectoralibus, calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non utantur.* (2) Idem quod *Rationale*. Glossae MSS. *Rationale, Pectorale*. Expositio diuin. offic. ad calcem Iohan. Abrinc. p. 414. *Postea sequitur Pectorale, quae a vulgo alba dicitur.* Burchardus de Casib. S. Galli c. 1. *Abbas quoque quasdam* (casulas) *deauratas in margine, et in Pectorali . . . ipse elaborauit.* (3) Pectus. Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsuic. pag. 994. (4) Lorica, qua pectus tegitur, vnde nomen, Gall. *Cuirasse*. Statuta Riper. cap. 12. fol. 4. vo. † Etiam pars vestimenti canonicis regularibus concessi, qua pectus tegebatur. Stat. S. Vict. Paris. (5) Cancellus. Gesta Innocentii III. PP. *Super nouos gradus constituens nouum altare, nouaque Pectoralia faciens ante chorum.* (6) Turamentum, munimenti genus, sic dictum quod milites ad pectus regat, Gall. *Parapet*, Germ. Brustwehr. Telomonius apud Leibnit. to. 2. Script. Brunsuic. p. 94.

PECTORALIS, tunica hyemalis, qua pectus tegitur. Gregorius M. lib. 10. Epist. 52.

PECTOROSE, superbe. Acta S. Etheldredae to. 4. Iunii pag. 549.

PECTVM, *idem quod Pecten*. V. in hac voce. Charta aera 1230. apud Stephanot. to. 4. Fragm. Hist. MSS. p. 228.

PECTVRA. (1) PECTVRA, PETTVRA, pro *Plectura*. Polyptychus Floriacensis: *Facit Petturam in cultura dominicata, et seminat ibi de suo tritico mod. 2. etc.* (2) † PECTVRA VINE-

VINEAE, vineae ex virgultis implexis clausae, t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 383.

† PECVALIS, pecuarius, t. 4. Aug. p. 826.

PECVARE, pecus. Waldramus Decanus Sangallensis.

PECVARIA. (1) Pecus, feminino gen. Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 4. Ex quibus videntur emendandae Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 77. *Si quis per curiam suam rectitudinem dimiserit de aedificiis in foresta.* Legendum enim videtur *Pecuariam.* Rectius infra in voce *Stabilitas* ipse Cangius *Pecuram* edidit. (2) Pro *Pecunia*, in Chartular. S. Vandeg. to. 2. p. 2059.

PECVARIVS, *armentarius.* Gloss. MS. Sangerm. num. 501.

PECVATVS, θηρίωδες. Gloss. Lat. Gr.

PECVDIARIVS, κοσμᾶς, in iisdem Gloss. Leg. suspicatur Vulcan. κεὸ ἐγέλης.

PECVLINEVS, membranaceus, Vita S. Iohannis Gualberti to. 3. Iulii pag. 316.

† PECVDIVM, pecudes, t. 1. Aug. p. 262. V. *Peculium.*

PECVLARIVM, V. *Peculium.*

PECVLENTVM, mendose pro *Peculentum*, in Statutis Arelat. MSS. art. 175.

PECVLIARE, idem quod *Peculium*, apud Latinos: quidquid scilicet servus domini permissu possidet. Lex Wisigoth. lib 10 tit. 1. §. 18. *Omnes res, quae mobilis immobilisque consistis, cuiuscunque fuerit generis, sive formae, an peculii, an Peculiaris nomen habuerit, vnius intelligentiae vim euidentiamque obtinent.* Hincmarus in opusculo LV. Capitulorum c. 43. *Et res et mancipia in regno senioris nostri non habeat, per quae illum constringere ad vendendum rationem valeat, et per beneficium, vel per Peculiare noluit sustinere distringi, et excommunicaui illum a mea parochia.* Vbi cum *beneficium* distinguatur a *peculiari*, videtur *peculiare* hic pro *proprio*: nisi mancipia ipsa intelligantur.

PECVLIARE, propriis vsibus adhibere, applicare. Ordericus Vitalis lib. 9.

PECVLIARIS, i. q. *Peculiare*, in Testamento Dadilae an. 813. inter Instr. to. 1. Hist. Occitan. col. 38.

PECVLIARITAS. (1) Peculium. Bouo Abbas Sithiensis de Inuent. S. Bertini cap. 2. (2) Peculium, bona quae sunt extra dotem. Charta ann. 931. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 344. (3). Peculium monachi. Willelmus Malmesbur. lib. 1. de Gest. Pontif. de Anselmo postea Cantuariensi Archiepiscopo. V. *Proprietarii.* (4) Familiaritas, consuetudo, vsus. Concilium Hispal. II. inter Hispan. tom. 2. pag. 465.

PECVLIVM. (1) Bona quae sine extra dotem Galli appellarunt, quae Graeci παράφερνα. Vlpianus l. *Si ergo*, §. *Caeterum*, D de Iure dot. *Caeterum si res detur, in ea quae Graeci παράφερνα dicunt, quaeque Galli Peculium appellant.* PECVLARIVM, eadem videtur sumi notione in Tabulario Castri Melliandi in Biturigibus Ch. 56. *Recognouit praemissa fuisse eisdem coniugibus, in matrimonio et Peculiario ipsius Isabellis.* (2) Pecudes. *Peculium vtriusque sexus*, in Charta donat. Leotheric to. 2. saeculi 3. SS. Ord. S. Benedicti pag. 615. Codex Carolinus Epist. 74. *Arripiens ex ea inliciter plura Peculia, quae illi minime pertinent obtollenda.* PECVLIES, in Ch. Pipini regis pro Monast. Prumiensi.

† PECVLTVS, inhonestus, inuerecundus. Comoed. sine nomine.

PECVNIA. (1) Aereus nummus. Lampridius in Alexandro Seuero: *Scenicis nunquam aurum, nunquam, vix Pecuniam donauit.* V. Salmasium. (2) Pecudes, grex. Lex Alemann. tit. 74. *Quidquid ibi totum fuerit, mancipium, Pecuniam, omnia, tripliciter restituat* Leges Edw. Confess. cap. 28. *Si quis adduxerit animal in villam, vel apportauerit Pecuniam, et dixerit se inuenisse*, etc. S. Adalardus in Statutis Abbatiae Corbeiensis lib. 1. c. 2. *Boues et reliquam Pecuniam habeat, cum quibus*

laborare poſſit; vnde et ipſe, et omnis familia eius viuere poſſit. Epiſtolae Synodales concilii Duniacenſis habent: *nonam, vinum, et generis diuerſi ac ſexus Pecuniam . . . . abſtulit.* Vbi vir doctus. *pecuniam*, prout apud Latinos vulgo ſumitur, hic accipi ratus, neſcio quid de *ſexu* auri et argenti commentatur. *Pecunia diuerſi generis*, in Vita Aldrici Epiſc. Cenoman. p. 83. PECVNIA VIVA, pecudes. Leges Edw. Confeſſor. cap. 10. PECVNIAMA. Charta Alamannica 63. apud Goldaſtum: *Cum omnibus aedificiis quae ibi eſſe videntur, et ſeruos et ancillas, et omnia Pecuniata, campis, ſilnis, etc.* Vbi legendum forte *pecuniaria*. Adde Ch. 15. V. ſupra. (3) Interdum vſurpatur pro quibusuis bonis ſeu pro peculio, vel peculiari. Lex Longob. lib. 2. tit. 8. §. 2. *Et ipſe reuertatur in caſam, et in Pecuniam ſuam;* id eſt, bona ſua recipiat. Synodus ſub Carlomanno an. 742. *Fraudatas Pecuniis Eccleſiarum reſtituimus.* Liber Rameſienſis apud Spelmannum: *Et niſi feceris, ipſe te iuſtificet per Pecuniam ſuam, donec facias.* Alibi: *Quodſi neglexeris, ipſe vos conſtringat per Pecuniam veſtram*, id eſt, *per catalla veſtra.* (4) Merces quaeuis, *Marchandiſes.* Litterae Philippi Flandr. Comit. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. p. 254. (5) PECVNIA AVRI ET ARGENTI, in Hiſtoria Glabri Rodulphi apud Ducheſn. to. 4. p. 58. *Sola Pecunia auri et argenti plus commendauit, quam aetas aut ſanctitas.* PECVNIA DORMIENS ET IACENS, Gall. *Argent en reſerve.* Conſtitut. Cluniac. MSS. an. 1301. in Tabular. B. M. Deauratae. PECVNIA OBRATA, moneta, ad diſcrimen *pecuniae*, ſeu pecudum. Burchardus Epiſcopus Wormacienſis in Lege familiae. PECVNIA SIGGA, numerata, quomodo Galli vulgariter dicunt, *Argent ſec.* Charta Guillelmi Epiſc. Ambian. an. 1281. pro Eccleſia Vinacurtenſi PECVNIAM EXERCERE, foenori eam dare atque vſuras ex ea conſequi. Vlpianus D. lib. 17. tit. 1. c. 10.

PECVNIALIS, pecuniarius. Gloſſ. Lat. Gr. *Pecunialis*, χρηματικὸς. Charta an. 1337. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. pag. 615. a.

PECVNIALITER CONDEMNARI, pecuniaria mulcta puniri. Lanfrancus Pignolus lib. 7. Annal. Genuenſ. ad an. 1266. apud Murator. to. 6. col. 539. PECVNIARITER, eadem notione. Charta an. 1348. ex Schedis Praef. de Mazaugues.

PECVNIARIA, praeſtatio in numerata pecunia. Charta inedita an. 1364.

PECVNIARIA MISSA, quae in numerata pecunia ſtatim exſoluitur, quo ab ea diſtinguitur cui annuus reditus eſt aſſignatus. Statuta Collegii Pleſſaei an. 1466. apud Lobineil. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 382.

PECVNIARIVS, χρηματιστὴς, in Gloſſ. Gr. Lat. χρηματίζω, *Adquiro, pecuniam colligo.*

† PECVNIATVS, pecuniosus, locuples, ap. Lam. in Delic. erud. p. 55.

PECVNIBILES DENARII, qui in vſu ſunt, qui dantur et accipiuntur. Tabular. Conchenſe in Ruthenis Charta 85. V. *Moneta vſualis.*

PECVNIOLA, aereus nummulus. Vitae Patrum Emerit. inter Concil. Hiſpan. to. 2. p. 656.

PECVOSVS, *qui multa pecora habet*, in Gloſſ. Iſid. πουμὴν ἔχων, in Gloſſ. Lat. Graec.

PECVRA, V. *Pecuare.*

PECVS ALATVS, pro *Alitus*, *ſus manupaſtus.* Lex Aleman. tit. 99. §. 14. *Si quis Pecus manualem, qui dicitur Alatus, aut verrem, aut ducentum occiderit, etc.* V. *Manualis*, *Manupaſtus.* PECVS, pro *Foetus*, embryo, ex ſcribae oſcitantia, vt videtur in MS. Pactus Legis Salicae tit. 76. apud Eccardum p. 137.

† PECVSIVS, *paſtor.* Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641.

PEDA. (1) *Veſtigium humanum*, Vgutioni et Iohanni de Ianua. (2) Menſura agraria 4. teiſarum. *Teiſa* vero ſex pedes quaqua verſum continet, ſcilicet 36. pedes in vniuerſum. Charta Libertatum Bellaeuillae an. 1233. quae eſt Humberti D. Belliiocni: *Quicunque tenet Pedam integram, debet ex ea 12. denarios. Peda integra*

eſt

ped. 4. tenses, et ita debet tensa 5. Semarias. V. *Pedalis.* Melius *Padum* interpretari licet quodlibet spatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni locarive potest, quod ad fiscum domini feudi pertinet; atque adeo idem quod *Pedatura* et *Peaso.* Id praeter allata superius, probant Libertates Bellimissus an. 1256. to. 1. Hist. Dalphin. p. 59. *Omnes Pedae burgi, et castri remanent de nostro dominio, Pedae tamen Nobilium non tenentur ad aliquod usagium, excepto quod Nobiles gaytare et excubitare tenentur.* V. *Paeda, Pedale* 2. et *Pedica* 2. (3) † Pactum, conventio vel *Laudimium*, in Ch. Mſ. a. 1281. V. *Paxas.*

† PEDAGARIVS, exactor *Pedagii*, portitor, publicanus. Ch. Mſ. a. 1300.

† PEDAGIALIS, ad *pedagium* spectans. *Cheminus pedagialis*, in quo pedagium exigitur. Ch. Mſ. a. 1281.

PEDAGIARE, *pedagium* exigere. Guido in Vita Innocentii IV. PP. apud Murator. to. 3. pag. 591. V. *Pasquerium.*

PEDAGIARIA. (1) In Monasteriis dicitur *Balia*, seu *Praepositura*, vel officium, cui competit, *pedagia*, quae ad Monasterium pertinent, recipere, apud Innocentium III. PP. L. 13. Epist. 55. (2) PEDAGIARIAE VIAE, publicae, in quibus *pedagium* exigitur. Charta Ludouici Comit. Blesensis an. 1198. ex Tabular. Bonaeuall.

PEDAGIATOR, exactor pedagiorum. Tabularium Carnotensis Ecclesiae Ch. 79. PAAGERIVS, eadem notione, in Cod. MS. reditiuum Episcopat. Autiss. an. circ. 1290. PEDAGERIVS, in Charta an. 1342. to. 2. Hist. Dalph. p. 442. Adde Statuta Vercell. lib. 3. fol. 50. PEDAGIARIVS, idem. Charta Henrici Trecens. Comit. an. 1161. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. p. 50. PEDIGIARIVS, in Charta Philippi Pulcri an. 1293. apud Marten. to. 1. Anecdot. col. 1295.

† PEDAGIATVS, i. q. *Pedagarius* et *Pedagiator*, in Ch. Mſ. a. 1342.

† PEDAGILE, territorium, districtus intra quem *pedagium* exigitur. Ch. Mſ. a. 1346.

PEDAGIVM, PEDATICVM, PEDIATICUM, etc. (1) Tributum quod penditur, exsoluitur; ex Gallico *Peage*. Gallis enim *Payer* est soluere, praestare. Auctor Breuiloqui: *Pedagia dicuntur quae dantur a transeuntibus in locum constitutum a Principe.* Charta Willelmi Ducis Aquitan. an. 1087. *Dono etiam omnia Pedagia mea monachis et hominibus terrae eorum, ut omnes sint liberi de Pedagiis terrae meae in eundo. Pedagium salis, ferri et pistium*, in sententia Nautarii Episc. Conseran. an. 1208. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 93. PEDAGIVM, pro qualibet praestatione. Pro *Capitagio* seu capitali censu occurrit in Statutis Eccl. Ambian. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 1233. TENERE IN PEDAGIO, idem quod sub annuo censu, in Arresto Parlamenti an. 1322. ex Chartular. Domus Dei Pontisar. PEDAGII DOMVS, in qua *pedagia* exsoluuntur, vel inferuntur. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 50. recto. PEDAGII IVSTITIA, ius de iis, quae ad Pedagium spectant cognoscendi. Charta Hugonis Ducis Burgund. an. 1171. to. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 91. PAAGIVM, pro *Peagium*. Matth. Paris. an. 1256. *Telonium, quod vulgariter dicitur Paagium.* PEDAGES. Charta an. 1070. Marcae Hispan. col. 1180. PEDAGICVM, in Epist. 116. ex Sugerianis, et apud Doublerum pag. 861. PEDATIA, in Actis S. Gregorii VII. PP. to. 6. Maii pag. 148. *Et a transeuntibus de nouo Pedatium ingitur exterquebat.* PEDATICVM. Charta Willelmi Ducis Aquitanorum apud Beslium p. 280. PEDIATICVM, in Charta Rigardi Normann. Ducis ex Tabular. Montis S. Michaëlis fol. 98. PEDIALE, idem quod *Pedaticum.* Charta Ludouici VI. Regis Franc. an. 1130. in Tabular. Cluniacensi Thuani et in Bibl. Cluniac. p. 1392. PEDIDA, PEDIDVM, eadem notione. Vetus Charta apud Anton.

Brandaen. lib. 12. Monarch. Lusitan. cap. 11. V. *Piapa* 2. PODIDVM, eodem significatu, nisi *Podium* legendum sit, in Charta Adelfonsi Reg. ann. 1181. in Hist. Tutel. Baluzii col. 494. PESAGIVM, pro *Pesagium*. Epist. 378. ex Francisc quae habentur to. 4. Hist. Francor. Adde Bromptonum p. 1456. PESATICVM, eadem notione, in Charta an. 1197. apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 474. PESSATICVM, PASSATICVM, eodem significatu, in Charta an. 1256. inter Probat. tom. 2. nouae Hist. Occitan. col. 565. PIDAGIVM, pro *Pedagium*, in Charta Philippi Flandr. Comit. an. 1176. apud Miraeum tom. 1. p. 723. (2) Territorium, districtus intra quem *pedagium* exigitur. Tabular. S. Albini Andegauens. Hinc disce huius praestationis originem et onera; cuius reditus non viis publicis tantum pontibus, aliisque rebus ad viatorum commodum spectantibus restaurandis insumebantur, sed iis etiam restituendis quae intra *pedagiarii* domini fines, lucente sole, furto ablata fuerant. V. Glossarium Iuris Gall. V. *Peage*.

† PEDAGNVS, Ital. *Pedagna*, lignum quo fossatum transmittitur. Stat. Mant. l. 1. c. 134.

PEDAGOGIVM. (1) Pro *Paedagogium*, Gallis vulgo *Pension*. Consuet. Vniuers. Paris. per Robert. *Goulet* fol. 7. (2) † Pro *Pedagium*, in Inuent. Chart. reg. a. 1482.

† PEDAGVERIVS, cuiuslibet impositionis collector, t. 5. Ordinat. Reg. Fr. p. 277.

PEDAICA, idem quod *Pedica*. V. in hac voce. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. to. 6. col. 1190.

PEDALE. (1) Cornelio Frontoni de Differentiis Vocabul. est *mensura pedis*: alias *πεδεμετρον*, in Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. Vox *Pedale* occurrit etiam in Notis Tyronis p. 96. (2) PEDALE, PEDIALE, pedum tegumentum, *pedalis*. Chronicon Vindesheimense lib. 2. cap. 23. *Pro corporalibus fratrum suorum necessitatibus, indumentis, calceamentis, sartis, Pedialibus, valde fuit sollicitus.* Cap. 58. *Subtilis et Pedalia indigentibus est largitus.* (3) Aulaeum, tragulum quod pedibus insternitur, *Tapis de pied*. Ingulfus. (4) Via qua pedes itur. Michael Scotus lib. 4. Mensae Philosophicae. (5) PEDALE EXAMEN, purgationis species, qua ferrum candens pedibus premere quis cogebatur. V. *Poenae ignis*. (6) Idem videtur quod *Pedanea*. Synodus Pergam. an. 1281. apud Murator. to. 9. col. 552. *Nulla persona secularis vel ecclesiastica . . . . iurisdictiones, aut honores, feuda, seu ius decimandi aut eligendi seu praesentandi, aut beneficia conferendi, seu Pedalia constituendi ad quendam locum venerabilem nostrae ciuitatis . . . . vel ad aliquam episcopalem mensam diffde prouinciae quomodo pertinentes . . . usurpare vel inuadere . . . praesumat.* V. *Pedalis* 2. (7) † Tributum quod pendetur, i. q. *Pedagium*; in Privil. Leg. Polon. p. 160.

PEDALIS. (1) Bulla Stephani PP. apud Vghellum to. 2. pag. 102. *Vt . . . consecraremus ipsum Abbatem et cuculla indueremus secundum regulam S. Benedicti, eius manibus tradere mus simul et baculum pastoralem, et Pedales secundum Ordinem, etc.* Vita B. Rogerii to. 1. Ian. p. 184. *Seculares nihilominus tamdiu frequenter portabat perforatos, donec stramen per foleas exiret. Pedales aut rarò aut nunquam dicitur habuisse.* Vbi *Pedales* idem esse quod *Pedules* insra, nemo non videt. (2) Verus Charta apud Perardum in Tabulis Burgundicis p. 18. *Et habet in longo perticas agripennales 34. in uno fronte perticas 6. pedes 12. in alio fronte perticas 6. Pedales 5.* Occurrit ibi pluries pag. 20. 28. 145. 146. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 79. *De vino in pastione mod. II. . . . de carrucata Pedalem I.* Et fol. 94. *Facit in vinea arpen I. pallos III. una XV. lignaricia Pedalem I.* Idem forte quod *Peda*. V. in hac voce.

PEDA-

PEDALVM, pedum, baculum Paſtorale, apud Martea. to. 9. Ampliſſ. Collect. col. 890.

PEDANA. (1) Iidoro eſt *Pedulis nexus, qui caligae aſſuitur.* Certe teſtatur Hugo Gratianopolitanus Epiſcopus ad Surium 1. April. pedules caligis aſſutos: iuſſit *vt de caligis pedules abſciderentur, quatenus praeter pedes totus monachus faceret veſtitus: nam dolebat nonnullos in religioſo habitu ad ſanctitatis iniuriam, tibiis dormire nudatis.* V. *Pedules.* (2) Morbus equis familiaris, qui in pedibus laborare ſolent. Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 11. *Morbus vulgariter dictus Pedana equos inuaſerat.* (3) Catena circa pedes, apud Vgutionem, Ioannem de Ianua, et in Gloſſ. Lat. Gall. (4) † *La boga e ſchizoni*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PEDANEVS IVDEX, inferior, qui minora iudicia exercet, in Digeſtis non ſemel. Sic apud Gellium lib. 3. c. 18. *Pedarii* dicti Senatores, qui, nondum maioribus honoribus functi, pedibus ibant in curiam. Regeſt. 93. Chartophyl. regii Ch. 65. an. 1315. *Pedaneus index dicti loci, qui Caſtellanus nuncupatur. Rayles royaux Pedaneus*, in Conſuetud. Aquarum Tarbell. tit. 9. art. 43. PEDANEA CAVSA, quae ad *pedaneum* iudicem ſpectat, leuioris momenti. Statuta Saluciar. Collat. 1. cap. 6.

PEDARE, pedibus metiri. Charta an. 1080. inter Inſtrum. tom. 2. Hiſt. Occitan. col. 307. V. infra *Pediare.* PEDARI AQVAE dicuntur, cum quis in iis vadum inuenit, pedesque ſtare poteſt. Tabular. Capituli Ambian.

PEDARIVM, idem videtur quod *Pedatura*, agri portio certo pedum numero definita. Tabul. Celaurienſe.

PEDARIVS, *nudis ambulans pedibus*, Vgutioni; *Nus piés alans*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.

† PEDATA, macula oculi, quaſi veſtigium. Acta SS. t. 5. Sept. p. 712.

† PEDATGIVM, pro *Pedagium*, in Inuent. a. 1476

PEDATIA, PEDATICVM, V. *Pedagium.*

PEDATIO, V. *Pedatura.*

PEDATVM, *carcer*, in Gloſſ. antiquis MSS. quod in eo *pedanis* reorum pedes vinciuntur. V. *Pedana* 3, et *Pediculum.*

PEDATVRA. (1) Quodlibet ſpatium certo pedum numero definitum, in quo aliquid poni locariue poteſt. Caeſario Abbati Prumienſi in lib. cenſuum eiusd. Monaſt. *Pedatura* eſt *Area certo pedum dimenſu comprehenſa, quam poſteri dixerunt Pictturas et Pitteras corruptiſſime.* Idem proinde quod alibi *Area* dicitur, vt in Charta an. 1098. ex Tabul. S. Albini Andegau. *Dedit etiam Aream terrae ad domum monachorum aedificandam.* Gloſſ. Graec. Lat. ποδισμος, *Pedatura.* Vegetius lib. 3. cap. 8. *Singulae centuriae, diuidentibus Campidoctoribus etc. Principiis accipiunt Pedaturas.* Idem paulo ante *podiſmum* dixit, vt et lib. 2. cap. 7. lib. 3. c. 15. pro dimenſione pedibus facta, ſeu ſpatio certo pedum numero definito. Ita *Pedaturam* vſurpant veteres aliquot inſcriptiones p. 556. et 996. 14. et Agrimenſores. Nec aliud ſignificat, ſi non fallor, apud Flodoardum in Teſtamento S. Remigii Archiep. Remenſis, lib. 1. cap. 18. et 23. Ad *Pedaturas* porro militares, de quibus Vegetius, quae ſcilicet militibus aſſignantur ad conſiſtendum in caſtris, vel alibi, referendum quidam cenſent quod habetur in Notitia Orientis cap. 151. et 152. *De cohortibus quinquae Pedaturae inferioris* vel ſuperioris *legionem Herculiae*, et *Iouiae*; ita vt *pedatura*, hoc loco ſumatur pro eo podiſmo, qui hiſce legionum cohortibus aſſignatus erat: quod Pancirolus *de munitione ex aggeribus et pedamentis facta* haud recte, opinor, interpretatur. Ita etiam *Pedaturas* vſurpant Tactici Graeci, atque in primis Mauricius lib. 11. Strateg. cap. 3. et Leo in Tact. cap. 15. §. 56. vbi mentionem agunt *pedaturarum* in moenibus, quae ad cuſtodiam oppidi vel caſtri aſſignari ſolent militibus. Hinc apud Senatorem lib. 5. Ep. 9. *Pedatura murorum* accipitur pro ea moenium parte, in qua conſiſtunt milites ad eorum cuſtodiam, quam περιπατος vocat Conſtan-

Conſtantinus Porphyr. de Adminiſtr. Imp. cap. 29. PEDETVRA, eadem notione qua *Pedatura*. Teſtamentum Burgundofarae an. 633. in Tabular. Fare-monaſt. PEDITVRA, idem. Annales Francorum Bertiniani an. 868. *Idem Rex ad Piſtas medio menſe Auguſto veniens, annua dona ſua ibidem accepit: et caſtellum menſurans, Peditaras ſingulis ex ſuo regno dedit.* Polyptychus S. Remigii Remenſis: *Hellingaudus ingenuus . . . facit Peditauram in tecto pertic. 2. in ſepe perticas 2. ad curtem claudendam pertic. 2.* Alibi: *Facit Peditaurum in circuitu hortorum*, eſt pedum limitatus et finitus numerus in domus tecto reficiendo, vel ad claudendos hortos, ad quod tenetur, qui operas debet, vbi *Peditura* definitur ad perticas duas. Eiusmodi peditaurarum in *operis* ruſticorum rationem illuſtrant Acta Murenſis Monaſterii p. 45. PEDATIO, idem, certum agri ſpatium definitum, in Ch. Mſſ. a. 1217. (2) Modica poſſeſſio, apud Rabanum Maurum, lib. 3. in Joſ. cap. 8. vbi haec verba cap. 17. v. 14. *Quare dediſti mihi poſſeſſionem ſortis et funiculi vnius*, interpretatur: *Quare nobis dediſti in haereditate ſortem et Pedaturam vnam?* (3) Interpres Eſdrae. lib. 1. cap. 4. Καὶ τοῦτον ζητηθήσεται τῆς γενικῆς γραφῆς ἐν τῷ καταλογισμῷ, καὶ μὴ εὑρεθήσεται, ἐκβληθήσεται τῆς ἱερατείας. *Horum quaeſita eſt generis ſcriptura in Pedatura, et non eſt inuenta.* Vbi *Pedatura* eſt καταλογισμὸς, latereculum, in quo generationes deſcriptae: quam vocem perperam Didacus Ximenes Arias in Vocabular. Eccleſ. a Graec. παῖς, παιδὸς, deducit. V. *Pedicru.*

† PEDATVS, dicitur de cupa ſeu vaſe pede aut baſi inſtructo. Annal. Praemonſtr. t. 2. Prob. p. 591. V. *Pata* 3.

PEDEÇVRA, mendoſe pro *Pedatura*, ap. Martene t. 1. Ampliſſ. Coll. p. 10.

PEDEFINIS, ad agri pedes finis, limes. V. *Capus finis*, in *Capus* 3.

† PEDEGOGALITER, pro *Pedagogaliter*, in Inſtr. a. 1391.

† PEDELATA, aſſula, ligni bractea. Comput. Mſ. a. 1475.

PEDELLVS, idem qui *bedellus*, apparitor. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 126. V. *Bedelli.*

PEDEMA, V. *Pytiſma.*

PEDEPLANVM, pars aedificii quae pede plano teritur, aditur. Graecis ἐπίπεδον, Gallis vulgo, *le Plainpied.* Lex 13 Cod. Th. de Metatis. V. *Pedatura.*

PEDEPRESSIM. Nonius: *Pedetentim et Pedepreſſim dictum eſt, caute, quaſi lenta et tarda itione.*

PEDEPVLVEROSI, aduenae, extranei. Heſychius: Κοσμοτέκνοδες, ἀγροῖκοι, ἐγγάται. Cicero lib. 1. de Inuentione: *Tum veriſimilia, hoc modo: ſi multus erat in calceis pulvis, ex itinere eum venire oportebat.* Quintilianus lib. 5. c. 10. *Iter pulverulentum facit.* Leges Burgorum Scoticorum c. 120. *Si burgenſes mercatores et Pedepulveroſi etc.* Cap. 134. *Si quis extraneus mercator tranſiens per regnum non habens terram, vel manſionem infra Vicecomitatum, ſed vagans, qui vocatur Piepoudreux, hoc eſt, Anglice Duſtiefoote.* V. *Pulverarius.* Habent autem *Pedepulveroſi* iſti *Curiam* peculiarem in publicis mundinis, quam *Pedis pulverizati* vocant Cowellus lib. 1. Inſtitut. Iur. Anglic. tit. 1 §. 2. et Spellmannus, Angli vero *Piepouder:* ſic dictam, quod in ea *Pedepulveroſorum*, ſeu extraneorum, mercatorum praeſertim negotia et cauſae de plano, et ſummarie dirimantur.

PEDERE, pro petere, to. 2. Script. Brunſuic. Leibnit. pag. 871.

PEDES. (1) Pro *Pedum*, epiſcopale ſcilicet; occurrit in Vita S. Eremberti Epiſcopi Tolofani cap. 8. V. *Pes.* (2) † Homo inferioris ordinis, plebeius qui *Caballero* apud Hiſpanos, ſeu equiti et nobili opponitur. Conſtit. Mſ. Petri III. Aragon. a. 1356.

† PEDESTALLVS, columella, fulcrum lecti, t. 2. Hiſt. Caſſin. p. 563.

PEDESTELLAE, ἐλάκοδες, in Gloſſ. Lat. Graec. Sed legendum vult Martinius, vt eſt in Gloſſis Cyrilli, *Pedes telae*, id eſt pedes texturii ligni; († ſeu

(† seu potius pes veli, V. *Pedis nauis.*)

† PEDESTER. (1) Qui in pedes stat, in Ch. a. 1418. (2) Agrimensor, qui pedibus mentur, in Ch. a. 1267. V. *Pedare.*

PEDESTICVM. Charta an. 1151. in Histor. Monast. S. Barbarae Lugdun. pag. 84. *Pedesticum de Roccatallia . . . missi Girino Senescallo et Lugdunensi Ecclesiae in gageria pro 10. millibus solidor. Lugdunensis monetae.* Ita. rursum mox, vbi videtur legendum *Poestaticum. Podesticum* editum. tom. 4. Gall. Christ. col. 202. V. *Potestas.*

† PEDESTRINVS, pedester, in Comput. a. 1362.

PEDETENTAS, *subtilitas; Pedetentum, subtiliter, sensim.* Ita Glossae antiquae MSS. forte *Pendentinitas.*

PEDETVRA, V. in *Pedatura.*

PEDIA, pedum, baculus pastoralis. Arnolfus in Vita B. Ramuoldi num. 3.

PEDIALE. (1) Idem quod *Pedagium*, V. ibi. (2) Tegumentum pedum, V. *Pedale.*

PEDIARE, quasi per pedes metiri, mensurare. Notitia iudicati Monast. Arulensi an. 994. Marcae Hispan. col. 949. V. *Pedare*, *Pedificare*, et *Pidnare.*

PEDIATICVM, V. *Pedagium.*

PEDIATOR, s. agrimensor. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 63. *Hanc venditionem annuit Stephanus filius Gauterii Pediatoris.*

PEDIBVLVM, sonitus pedum. Gregorius Turon. lib. 3. cap. 15. *Quibus pergentibus audiunt Pedibulum equorum currentium, etc.* Acta SS. Fructuosi et Sociorum n. 1. *Direxerunt beneficiarii in domum eius . . . qui cum sensisset Pedibulum ipsorum, confestim surrexit.* Agones Martyrum habent hoc loco *sonitum pedum eorum.* Perperam Baronius an. 262. n. 61. *Virgam lictoriam* interpretatur, qua fores Episcopi pulsauerint Beneficiarii, et a *pedum*, quod est baculus pastoralis, deducit.

PEDICA. (1) Gallis *Piege.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Pedica, piege, C'est las à prendre beste, ou chaine.* Lex Burgund. tit. 72. *Si quis Pedicam feris fecerit extra culturas, etc.*

PEDICEA, πηγὶς ἐπὶ ξύλου, in Gloss. Gr. Lat. edito et MS. pro *pedica*: est autem PEDICA vinculum seu ligamen, quo animalia pedibus constringuntur in agris dum pascunt. Gloss. Lat. Graec. *Pedical*, παγὶς, σκελοπέδη, forte σκελεπέδη, id est vinculum cruris, *pedica* cruris vel pedis. Lex Salica tit 29. §. 4. *Si quis Pedicam de caballis furauerit, etc.* V. *Pastorium.* (2) PEDICA, πεδάγρα, in Gloss. Gr. Lat. (3) Modus agri, idem forte quod *peda* dicitur, vel quod Galli dicunt *Piece de terre.* Anastasius in Hadriano PP. p. 119. *Nec non et toto Ecclesiastico patrimonio, omnibus praedicans, et diuidens ex sumptibus, etc.* Vbi codd alii: *Et tota Ecclesiastica patrimonia omnibus per Pedicas diuidens.* Sic *Pedicans* pro *praedicans* in priori codice legendum esset, ita vt *pedicare* sit per pedes metiri. (4) Digitus pedis. Acta S. Christinae to. 4. Iunii p. 298. *De quo quatuor riui sanguinis, non ad Pedicas, sed per transuersum pedis fluxerunt, in lassitudine non modica.* V. *Pedicus.*

PEDICARII. (1) Qui *pedicis* feras aut aues capiunt, venatores, in Gestis Consulum Andegau c. 1. (2) Qui *pedicas* conficiunt, V. *Cinerarius.*

† PEDICATVS, *multitudo de gens allans à pié.* Glossar. Gall. Lat. Cod. 7684.

PEDICEA, PEDICECA, pro pedissequa, ancilla. Testament. Droconis *de Vancelles* an. 1358.

PEDICIO, *saltuosus*, πηδητὴς, in Gloss. Lat. Gr.

PEDICLA, V. *Pedica* 1.

PEDICLI, ἀσπεδόνες, funiculi. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.

PEDIGRV, charta ad generis descriptionem pertinens, ab Angl. *Pedigree*, generis descriptio, Gall. *Généalogie.* Charta an. 1410. apud *Madox* Formul. Angl. p. 15, *Omnibus Christi fidelibus ad quos praesens Pedigru peruenerit etc. Noueritis nos inquisisse . . . de progenie et sanguine Ioannis Schapwgk capellani etc. Sigilla nostra huic praesenti Pedigru apposuimus.* V. in *Pedatura*, col. 183.

PEDI

PEDICVLARE, V. *Pidiculare.*

PEDICVLI PHARAONIS. Bernardus de Breydenbach in Itin. Hierosol. p. 208. *Porro locus ubi nocte illa manſimus plenus erat magnis Pediculis qui dicuntur Pediculi Pharaonis, et grandes ſunt inſtar nucum avellanarum.*

PEDICVLVM, ποδόψελλον, in Gloſſ. Graec. Lat.

PEDICVLVS. (1) Carcer ſic dictus quod in eo pedes reorum vinculis conſtringantur. Charta Philippi Auguſti pro Communia Helſdinii an. 1191. V. *Pedatum.* (2) Colliculus, monticulus, vt videtur, V. infra *Poulum.*

PEDICVS, pro *Pedalis. Digiti pedici*, pedum, in Vita B. Rayneri ſolitarii n. 2. V. *Pedica* 4.

PEDIDA, PEDIDVM, V. *Pedagium.*

PEDIFICARE, calcare, pedibus proterere, per pedes metiri. Moretus in Antiquit. Nauar. lib. 2. p. 271. ex Tabular. S. Ioannis Pinnat. V. *Pediare* et *Percalcare.*

PEDIGIARIVS, V. *Pedagium.*

† PEDILEGVLA, poſtilena, vt videtur, in Act. SS. t. 1. Aug. p. 259. V. *Poſtilla* 1.

PEDIOLI, V. *Pedules.*

PEDIS, idem quod *Peda*, in Recognit. de Volta num. 18. c. 41. ex Archiuo Principis *de Robur: Item duos denarios Tauonenſes quos Bartholomeus Mecleri pro quadam Pede terre ſcita infra locum Rupismaure.*

PEDISQVA, pediſequa, ancilla. Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 130.

† PEDISSECA, presbyteri ancilla. Lib. nig. 1. S.

PEDISTALLVM, PEDESTALIVM, baſis, fulcrum, Gallis *Pied d'eſtal.* Acta B. Amaedei Sabaudiae Ducis to. 3. Matt. p. 895.

PEDITANTER, pedes, *à pied.* Continuator Nangii an. 1330.

PEDITARE, pedes ire. Lambertus Ardenſis p. 83.

Hinc ſocer, hinc ſoceri nati, procereſque propinqui,
Hinc populus Peditat, cui ſolo nomine guerrae
Sponte fubit, vel alio tanti diſcrimina belli.

Vita S. Henrici Epiſcopi et Mart. num. 10. *Vanis Peditando viſitare reliquias S. Henrici.*

PEDITATVS. (1) *Propagatio filiorum ac nepotum.* Gloſſ. Vetus MS. Sangerm. n. 501. (2) † *Compeditus, compeditatus*, Prou. *Enfeveas.* Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657.

PEDITVRA, V. *Pedatura.*

PEDIVA PILA, quae pede propulſatur. Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1363. apud Rymer. to. 6. p. 417.

† PEDIVIA, ſemita, pedum via. Comput. Mſ. a. 1471.

† PEDO, *campio*, pugil, qui pedes pugnat. Vſat. Barcin. Mſ.

PEDOCHIVM, ſeu *Pedocium*, idem quod *Pedaticum*, ſeu triburum, in Statutis Raguſii l. 7. c. 56.

PEDOCVCVLLI, cuculli pedum, in Notis Tyronis, V. *Cucullus.*

PEDONES. (1) Pedites milites, Gallis *Pietons*, Italis *Pedoni*, Hiſpanis *Peon.* Simeon Dunelmenſis an. 1085. *Solidariis Pedonibus, et ſagittariis multis millibus conductis.* (2) PEDONES, in Foris Aragon. lib. 1. p. 35. ed. 1624. dicuntur, qui Gallis *Mandatatores*, de quibus in hac voce. *Praetextu alicujus reſiſtentiae vel rebelliae eisdem factae procedebatur ad appoſitionem Pedonum Regiorum in aliquibus de dictis locis, etc. Appoſer garniſon* vulgo dicimus.

† PEDOROSVS, *the a ſporchi li pedi.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PEDOTTAE, *quorum eſt ſcire intrare et exire portus*, in Gloſſ. Barbor. ad Decum. d'Amor. edit. Vbaldini p. 857.

Pedotte, e temonieri.

† PEDREGATA, ludi genus, Hiſpan. *Pedregal*, ſaxetum. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1416.

† PEDROLES, i. q. *Pedules*, pedum indumenta, tibialia, ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 767.

PEDVALIS. (1) Idem qui *Pedagiator*, exactor pedagiorum. Tabular. S. Vincentii Cenoman. *Quartus obſidum illorum nuncupatur Stephanus Pedualis Comitiſſae, Walteris filius, qui*

qui tributa exigit a pontem transeuntibus; quæ ultima verba si ad Walterium referantur, *Peduales*, idem erit qui Pedisequus, Gall. *Page*. (2) Pro Pedalis, mensura pedis. Charta an. 1250. in Tabular. S. Nicasii Rem.

PEDECLARE, PEDVCVLATIO, PEDVCVLVS, V. *Pedulare*.

PEDVLES, pedum indumenta, tibialia: *pedalli*, Italis. Gloss. Heroais: *Pedules; Sarralf, i. indumenta pedum*. Gloss. Basilic. πέδιλα, ποδῶν κατάλημμα. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 1. v. 3. *Pedules novas in braccis, quas pedorques dicunt*. Cornelius Fronto de Differentiis vocabulorum: *Pedale, mensura ab pede; Pedula vero sub pedibus præbus vilissimum*. Vgurio et Io. de Ianua: *Pedules, pars caligarum quæ pedes capit*. Gregorius Turon. de Viris Patr. c. 8. *Denso cucullo, aptatus Pedulis pedes operuit* Ex quibus emendandus auctor Vitæ B. Rogerii Abb. Ellentii n. 12. apud Bollandum t. 4. ubi perperam *pedules*, pro *pedules* irrepsit. Haud scio tamen an mendum sit, cum pluries alibi occurrat. V. *Pedalis*. PEDVLES, in Notis Tyronis p. 196. Charta an. 1348. to. 2. Hist. Dalph. p. 578. col. 2. *Quando et quoties tunicas et scapularia, caligas et Pedulas . . . de novo recipiunt, etc.*

† PEDVLVS, *ascensus*, in Glossar. Lat. Gall. a. 1352. Aliud Lat. Ital. Mſ. *Pedulus, lo calcese de tela*.

PEDVM, pondus, pondo. Capitul. MSS S. Victoris Massil. *Dum infirmi fuerint in convalescentia, postquam cœperint ex carnes, quorum Pedum debet inter duo monachos unum quartenem mutonis cum media libra carnium salsarum, etc.* V. *Pensa*.

PEDVNCVLVS, pediculus. Luitprandus in Hist. apud Murator. to. 2. p. 431.

† PEDVS NAVIS, *funes quibus tenduntur*. Gloss. vet. Cod. reg. 7641.

† PEDVX, *lo laciolo de pedi*, in Glossar. Lat. Ital. Mſ.

† PEFELLIT, *latuit*, in vet. Gloss. Cod. reg. 7641.

PEGA, pix, picea materia, Provincialibus *Pego*. Charta an. 1497 V. *Pegua* et *Peguera*. Est etiam *Pega*, vulgo *le pega*; apud Tolosates mensura vinaria quæ octo sextariis Parisienses continet. V. *Peguarium*. Nescio an eadem notione accipienda vox.

PEGACIVS, in Tabul. Camalarienſi dioec. Anic. *Ad pinos est una appendaria quæ vocatur Pegacius*. V. *Peguarium*.

† PEGAGIVM, i. q. *Pedagium*, in Ch. Mſ. a. 1315.

† PEGANIS, Alex. Iatrosoph. Mſ. lib. 1. Passion. c. 140. *Similiter autem et Peganis quam quidam diapegaton appellant; salis in profundo potest phlegmonem digerere per se*.

† PEGAR, PEGARIVS, mensura liquidorum apud Oppianos, continens octo sextarios Parisienses, Gall. *Pegue*. V. *Peguarium*.

PEGASO, *homo iocularis*, in Glossis antiquis MSS. Petrarchum interpretatur Martinius.

PEGATICVM, idem quod *Pedaticum* seu *Pedagium*, V. in hac voce. Saint-Amantum Comit. Tolos. an. 1278? to. 1. Annal. Tolos. inter Instr. p. 28.

† PEGERARE, pro *peiorare*, peiorem facere, reddere, apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. p. 256.

PEGIMENTVM, pro *Pigmentum*, ni fallor, in Statutis MSS. an. 1208, pro Monast. S. Victoris Massiliensis.

PEGIVM, iurisdictio in viis publicis, *Pax regia*, vnde forte nomen, ex Gallico *Paix*. Charta Simonis Episc. Noviom. an. 1139. in M. Pastorali Eccles. Paris. l. 13. ch. 7.

PEGMA, *machina lignea in qua statuæ collocabantur*, in Annalib. Vox Latinis haud ignota. *Pegma crucis*, in Actis S. Cassiani martyris descriptis apud Illust. Fontaninum in Antiquit. Hortæ p. 353.

† PEGNA, rupes, collis, PEGNELLA, diminut. Ch. a. 832.

PEGOLA, vox Italica, pix, picea materia, Gall. *Poix*. Statuta Ripæ, cap. 12. fol. 5. vo. *De quolibet barili Pegolæ pro introitu denarii sex*. V. *Pega*.

† PEGOLOTVS, qui *pegolam* seu picem vendit. Stat. Anellae a. 1496.

PEGORARIVS, pro *Pecorarius*, V. in hac voce. Ab Ital. *Pecorais*. Chron. Parmen-

Parmenſe ad ann. 1277. apud Murator. to. 9. col. 790.

PEGVA, pix, Gall. *Poix*, Maſſilienſibus *Pegus*. Charta an. 1243. ex Tabular. Communiae Maſſil. V. *Pega* et *Peguta*.

PEGVARIVM, PEGVARIVS, menſura vinaria apud Toloſates octo ſextarios Pariſienſes continens. Litteris Iohannis Franc. Reg. an. 1356. to. 3. Ordinat. p. 76. V. *Pega*.

PEGVLA, vt ſupra *Pegola*, pix, in Statut. Veroll. l. 3.

† PEGVLVS, cumulatus. Terrear. Belliioc.

PEGVNTA, pix, picea materia, et Hiſpaniſce *Pegote*. Secunda Curia Generalis Catalaniae ſub Iacobo Rege Arag. an. 1299. V. *Pegua*.

PEIA. (1) PEIA, PERGA, pedica, Gall. *Piege*. Inqueſta an. 1208. ex Schedis V. Cl. Lancelot. V. *Peioſa*. (2) † Praeſtatio, tributum, in Ch. Mſ. a. 1277. V. *Payare*.

PEIANA, luis Equorum ſpecies. Hiſtoria Contuſionum lib. 1. c. 20. *Aſſerens . . . equos quaſi omnes infirmatos paſſe quadam, quae dicitur Peiane, etc.* Videtur legendum *Pelana*. V. in hac voce.

PEICHIA, modus agri, Gall. *Piece de terre*. Charta an. 1241. ex Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag. V. *Pecia*.

PEIERARIVM. Epiſtola 21. inter Cyprianicas: *Saluta Numeridium et Candidam, quae ſecundum Pauli praeceptum, et aeſterorum Martyrum, quorum nomina ſubiicio, Baſſi in Peierario, Mappalici in quaeſtione, Fortunionis in carcere, Pauli a quaeſtione, Fortunatae, Victorini, etc. qui Deo volente fame in carcere necati ſunt.* Vbi Pamelius, opinatur *peierarium* dici locum tormentorum, in quo multi fideles iam peierarant. Nec ſcio an feliciori coniectura Ludouicus d'Orleans ad lib. 1. et 3. Annal. Taciti, *Peierarium* dici carcerem, in quem coniiciebantur ii qui ſe periurio maculaſſent, exiſtimet. Melius, ni fallor, Rigaltius coniicit legendum eſſe in *Petrario*, id eſt, in lapidicina.

† PEIALERA, f. ager paſtuis, locus palustris. Ch. Mſ. a. 1281.

PEILHA, pellis, V. infra *Pelharius*.

† PEILLERIVS, PELLERIVS, qui pelles parat et vendit, in Stat. a. 1272.

PEIOR, PEIVS, id eſt, minoris pretii. Charta 1244. in Tabular. Betun. fol. 45.

PEIORAMENTVM. (1) Damnum, iactura, detrimentum. Statuta Maſſil. lib. 4. cap. 21. PEIORATIO, eadem notione, in iisdem Statutis c. 30. (2) † De moneta, i. e. ac Gallicum *Affinge*; quo materia aurea vel argentea peior redditur. Stat. a. 1225. Vbi *Vitimontium* legitur t. 2. Ordin. reg. Fr. p. 347. V. *Pollacia*.

PEIORARE, IMPEIORARE. (1) Peiorem facere, reddere, apud Paulum lib. 2. Sentent. tit. 28. (2) Magis negotiare. Acta S. Herculani to. 2. Martii p. 54. (3) † Infamiae notam alicui inurere. Chron. Ioh. Whithamſt.

† PEIORESCERE, peior fieri. Ch. Mſ. a. 1212.

PEIOSA, numnulus, minutior moneta, eadem forte quae *Picta*. Tabularium S. Nicaſii Rem. *Recognoverunt ſe teneri annuatim . . . Eccleſiae Sancti Nicaſii Remenſis in ſex denariis Pariſienſibus et una Peioſa annuatim reddendis.* V. *Peia*.

PEIRARIA, machina bellica qua iactantur lapides, Gall. *Perriere*. Tabular. S. Martialis Lemouic. V. *Petraria* 3.

PEIRERIA, lapicidina, Gall. *Carriere*. Pancharta Monaſt. S. Stephani de Vallibus apud Nantones Ch. 36. V. *Petraria* 1. PETRERIA, eadem notione, in Regeſto 95. Chartophyl. reg. Ch. 133.

PEIRERIVS, lapicidus, lapidicida, Gall. *Carrier*, in Charta an. 1369. ex Archiuo Maſſil.

PEIROL, lebes, cacabus, Gall. *Chaudron*. Charta ann. 1525. in Tabular. S. Victoris Maſſil. V. *Payrolia*. Hinc

PEIROLIVS, lebetum faber, vel venditor, Gall. *Chaudronnier*. Statuta Monet. Regal. fol. 206.

PEIRO-

PEIRONVS. (1) Ius erigendi *Peironum* inter insignia superioritatis recenſetur, in Charta an. 1443. ex Schedis Peireſc. apud Praef. de *Mazaugues*: *Ab inde in antea tenere et erigere furca, patibula, Peironum, et alia signa executionis iuſtitiae regalium.* Quae voces, ni fallor, vnum idemque ſonant, aut parum inter ſe differunt. *Peironus* ergo eſt patibulum ex *petris* ſeu lapidibus exſtructum. V. *Furca.* (2) Podium, Gall. *Peron.* Charta an. 1212. in Tabul. S. Victoris Maſſil. *Actum ad Peironum S. Ferreoli.* (3) † Meta lapidea. Ch. Mſ. a. 1234.

PEISA, V. *Penſa.*

† PEISIA, ager piſis conſitus, Gall. ol. *Peſiere*, in Annal. Praemonſtr. t. 1. Prob. p. 535. V. *Piſia.*

PEISSELLVS, paxillus, ex Gallico *Peiſſeau.* Libertates oppidi Iaſſeronis in Sebuſſis an. 1283.

PEISSONAGIVM, idem quod *Paſtionaticum*, cenſus pro paſtione porcorum. Libertates oppidi Iaſſeronis in Sebuſſis an. 1283. V. *Paſtio* et *Paiſſo.*

PEYSONAGIVM, eodem ſignificatu, in Licteris an. 1324. t. 1. Hiſt. Dalph. p. 148.

PEISSONARIVS, PEISSONERIVS, PEISSONERIA, Gall. *Poiſſonier* et *Poiſſonniere*, Prouincialibus *Peiſſonié*, qui vel quae piſces venidit. Vetus Necrolog. S. Saluatoris Aquenſis. V. *Peyſſonaria.*

PEYTA, praeſtatio, tributum. Paſſio B. Dominici Martyris Caeſaraugustani. V. eumdem in *Peyta.*

PEITARE, vel PEYTARE, ſoluere. PEYTERIVS, qui ſoluit, qui tributis obnoxius eſt. Charta Adelfonſi Regis Aragonum anno 1153. *Et inſuper Peitet milli mille Morauedinos.* Salenoſia Examinius iuſtitia Aragonum, apud Hieron. Blancam, de Infanzionibus.

PEIVRE, *i* Gall. *Poivre*, piper. Charta apud *Madox* Formul. Anglic. p. 181.

PELA. (1) Caſtellum, arx, Anglis *Pile* vel *Pille.* Charta Henrici Regis Angl. an. 1399. apud Rymer. to. 8. p. 95. *De gratia noſtra ſpeciali et ex certa ſcientia noſtra, dedimus et conceſſimus eidem Comiti Northumbriae inſulam, caſtrum, Pelam, et dominium de Man . . . Caſtrum, Pelam et dominium praedicta vna cum regalis.* Alia eiusd. Regis an. 1403. ibid. p. 289. *Dedimus et conceſſimus . . . omnimoda alia dominia, caſtra, Pelas, fortalitia, munera, villas, hamletta, etc.* Occurrit rurſus infra. PELVM, eidem notione, in Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1336. apud eumdem Rymer. to. 4. p. 686. (2) A Gall. *Pele*, batillus, pala. Codex MS. reditvum Epiſcopat. Autiſſiod. an. circ. 1290. V. *Pelia.*

PELAGARIS VENTVS, Gall. *Vent de mer*, auſtralis venetus. Acta B. Raynerii to. 3. Iunii p. 464. *Tunc ventus Pelagaris qui ſit a nobis dicitur, coepit fortiter flare.*

† PELAGIA, pilus. Stat. Taur. a. 1360. V. *Pelanus 1.*

PELAGIVM. (1) Gallis *Pelage*, praeſtationis ſpecies, cuius mentio eſt in Conſuetudine Meduntenſi art. 196. quae ſcilicet pro appulſu nauium vinum ad littus deferentium exigitur, ab *appellendo* dicta, vt in Aduerſariis MSS. Auguſti Galliandi Patroni Pariſ. doctiſſimi legere me memini. Computus an. 1318. *Item de Pelagiis, 4. lib. 10. ſol.* V. *Arripagium* in *Adripare*, et *Palagium.* (2) † Pellis, in Stat. Taurin. a. 1360.

PELAGVS, quaeuis aqua ſeu vnda, etiam fluuialis. In Gloſſis Iſid. *Pelagus, praeluuium.* Conſtantienſis: *Pelagus, diluuium.* Forte *proluuium*, et *eluuium*; vulgatius *eluuium*, communius *eluuies*; quando pelagus terras obruit. V. ibi Graeuium. Hinc *Pelagus peregrinum* dicitur Elmhamo in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii c. 122. p. 318. Pactus legis Salicae tit. 44. §. 13. *Qui in Pelagus hominem impinxerit, etc.*

PELAMEN, († idem quod *Pellamen.*) Iacobus Auriae in Annal. Genuenſ. lib. 10. ad an. 1285. *Quum autem eſſet in Sardinia in portu Oreſtani cepit vnam nauem Galeatarum cuſto et Pelaminis oneratam, quam miſit Ianuam.*

† PELANDA, pallii ſeu tunicae ſpecies, Ital. *Pelando*, Gall. *Houppelande*, t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 1789.

PELANVS. (1) *Tannaria*, officina vbi coria ſubiguntur, Gall. *Tannerie*. Charta an. 1395. V. *Eſcofferius*. (2) *Placentae genus, quod Ioui offerebatur ex farre, mica thuris, etc. Item, Obolus vaticinantibus dari ſolitus*. Laur. in Amalthea, ex Gr. πέλανος.

PELARE. (1) Ex feni metis ſeu aceruis extrahere, pro *pilare*, Gallis *Piller*. Charta an. 1344. ex Schedis Cl. V. *Lancelot*. (2) † Pilis ſpoliare, Gall. *Peler*. Reg. Cam. Comput. Pariſ. V. *Pellare*.

PELATA, ars proxenetica, Gall. *Courtage*. Statuta Montis Regal. fol. 276.

PELATVS, decorticatus, cute exutus, Gall. *Pelé*. Ioh. Demuſſis Chron. Placent. apud Murator. to. 16. col. 584. *Et poſt ſicus cum amigdalis Pelatis, etc.* Etiam de nummis dicitur quorum inſcriptio vix agnoſcitur. Statutum S. Ludouici an. 1262. to. 1. Ordinat. p. 94. *Et ne ſeront refuſez pariſis, ne tournois, tous ſoient ils Pelez, més que ils aient connoiſſance devers croix, ou devers piles, que ils ſoient pariſis ou tournois.* Quae ſic Latine redduntur in Statuto Philippi III. eadem de re an. 1275. ibidem p. 813. *Nec reſſutabuntur pariſienſis et turonenſis, licet ſint Pelati, dum tamen habeant cognitionem verſus crucem vel verſus pilam, quod ſint pariſienſes vel turonenſes.*

PELAX, V. *Pilax*.

† PELECANVS, Ital. *Pelacane*, pellium concinnator. Barel. in Serm.

PELEGANTERIVS, qui pelles praeparat, V. *Pellegenterius*.

PELEGIA, rixa, iurgium, Gall. *Querelle, conteſtation*. Statuta Arelat. MSS. art. 141. *Nullus Arelatis ſit auſus recipere in domo ſua aliquem extraneum qui venit cauſa faciendi rixam ſeu Pelegiam in Arelate.*

† PELEGIARIVS, pro *Plegiarius*, Fideiuſſorius, in Ch. Mſ. Edw. II. reg. Angl. V. *Plegius*.

† PELEIARE, rixari, in Ch. Mſ. a. 1252. V. *Pelegia*.

PELEIRIA, V. *Peilera*.

† PELERINAGIVM, a Gall. *Pelerinage*, peregrinatio, in Teſtam. Mſ. a. 1450.

PELERIVS, praeco rerum venalium, Gall. *Crieur*. Curia gener. Catalaniae in villa Montis-albi an. 1333. V. *Pelharius*.

PELETARIVS, pellio, qui pelles parat et negotiatur, Gall. *Peletier*. Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 693. V. *Pelliparii*.

PELFRA. Placitum in Itin. apud Ceſtriam an. 14. Henrici VII. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Clamat quod ſi aliquis teneus ſine reſidens infra dominium ſiue manerium de Kinderton feloniam fecerit, et corpus eius per ipſum Thomam ſuper factum illud captum et conuictum fuerit, habere Pelfram, videlicet omnia bona et catalla huiusmodi ſeiſire, et ea quae domino Comiti pertinent ad caſtrum Ceſtriae praeſentare, etc.*

PELHA, pellis, in Conſuet. Toloſ. V. *Pelharius*.

PELHARIVS, PELHERIVS. (1) Idem qui *Pelerius*. Statuta Arelat. MSS. art. 156. (2) Pellium venditor, in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratae Toloſ.

PELHERIA, pellium venditrix. Conſuetudines Toloſae part. 2. V. *Pelharius*.

PELIA, PELLVS, batillus, Galli *Pelle, pellée*. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 578. *Debet habere . . . caſeum de melioribus domus, et plenam Peliam ſalis*. Infra: *Dimidium Pellum ſalis*. V. *Pela* 2.

PELICANVM, vt *Pelliceum* in *Pellicia*. Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 808.

† PELICARE, pro pellicari, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

PELICATOR, Γαλέωτης. Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerman.

PELICIVM, pellis, Gall. *Peau*. German. Pelz. Computus ann. 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. p. CLVI. V. *Pellicia*.

† PELLIÇO, veſtis pellita, ein Pelz. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1353.

PELINERIA, V. *Pelnieria*.

PELI-

PELINVS, piſcis genus. Rumplerus in Hiſt. Monaſt. Formbac. lib. 1. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 433. *Producit et Pelinum quem etiam Tencam nuncupant.*

PELIPARIVS, PELIPERIVS, V. *Pelliparii.*

PELLA, pro pellis, ap. Murat. t. 16. p. 580.

† PELLACITAS, *i. Fallacia*, in vet. Gloſſ. Cod. 521. V. *Palax.*

PELLAE, V. *Perla.*

PELLAGIVM. (1) F. pro *Paragium*, a Gall. *Parage*, certus maris tractus. Charta Eduardi IV. Reg. Angl. an. 1474. apud Rymer. to. 11. p. 799. (2) † *Pedagium*, tributum, in Ch. Mſ. a. 1114.

† PELLAMEN, pili, Ital. *Pelame.* Priuil. a. 1269. ap. Lam. in Delic. erud. p. 273. V. *Pellata.*

PELLARDA, pallii ſeu tunicae ſpecies, Gallis *Houppelande*, Ital. *Pelanda.* Iohan. Demuſſis Chronic. Placent. ad an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 580.

PELLARE. (1) An idem quod *Pellicium?* Charta an. 1420. tom. 4. Hiſtor. Harcur. p. 1258. *Per homagium et redendo apud caſtrum de Cadomo vnum Pellare ad feſtum Natiuitatis S. Iohannis, et de inueniendo vnum hominem ad arma et duos ſagittarios ad equitandum.* (2) † Pilos detrahere, Ital. *Pelare.* Stat. Taurin. a. 1360. V. *Pelare.*

PELLARIVS, V. *Pelliclarius.*

† PELLATA, pili. Stat. Auen. Mſ.

PELLATOR, ἀπαθητής, in Gloſſ. Gr. Lat.

† PELLATVRA, pellium raſura. Stat. Auellae a. 1496.

PELLAX, V. *Palax.*

PELLEGANTERIVS, qui pelles praeparat, in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratae Toloſ. Hinc emendanda videtur Charta an. 1341. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. p. 171. *Inter mercatores dictorum coriorum et pellium tam uſſatorum paragaminarios et Pellegantios, quam alios dicentes et allegantes ſe eſſe . . . in poſſeſſione et ſaiſina vendendi in dictis vicis ſeu carreris dicta coria et pelles.* Legendum enim videtur *Pelleganterios.*

† PELLENARIVS, inter cenſuales recenſetur, apud Pez. t. 1. Anecd. Part. 3. p. 69.

† PELLERARIVS, pellium concinnator, in Inquiſ. a. 1288.

PELLERICVM, PELLERINVM. V. *Pilorium.*

† PELLERIVS, peſſio, in Conſt. Mſ. Alf. II. reg. Arag.

PELLES SILVATICAE, SILVESTRES, Gall. *Peaux ſauvages.* Liber ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 18. *Pelles ſilueſtres*, apud Vincentium Beluac. lib. 28. c. 95. *Pelles delicatae et coloratae*, in Statutis Synodal. Epiſcopi anonymi an. 1237. in Conciliis Anglic. to. 2. *Pelles lanitae*, lanatae, quibus lanae adhuc haerent, in Statutis Gildae Scoticae c. 20. 36.

PELLETARIVS, pellio, qui pelles parat et vendit. Tabul. S. Vincentii Cenoman. fol. 40. Hinc

PELLETERIA. (1) Pelles ipſae praeparatae, Gall. *Pelleterie.* Charta an. 1309. tom. 1. Hiſt. Dalphin. p. 86. (2) † Officina vbi pelles praeparantur, t. 1. Prob. Hiſt. Brit. p. 606.

PELLEXOR, *perſuaſor.* Auctarium Iſidori. Melius *Pellector.*

† PELLIA, pellis, t. 6. Collect. Hiſtor. Franc. p. 446.

PELLICIA. (1) Papias: *Pellicia, veſtis, indumentum pellibus factum.* Ioan. de Janua: *Moderni dicunt Pellicea, ae.* Germ. Pelz, Gall. *Pelice.* Charta an. 879. Marcae Hiſpan. col. 807. *Vidimus dicta femina recipiente pretium de haec omnia praeſcripta guagnape vna valente ſolidos VII. et Pellicia valente ſolidos II.* Teſtamentum Guiſlae Comit. Ceritan. an. 1020. ibidem col. 1020. *Mobilem vero meum quem habeo, id eſt, meum bombicum et meas Pelliciat, vnam martrinam et aliam armellinam vendite vt melius potueritis.* PELLICA, in Ch. a. 855. Marcae Hiſp. p. 788. PELLITIA, in Chronic. Andrenſe. PELLICIO, ap. Domniz. de vita Mathild. l. 1. c. 13. PELLITIO, ap. S. Franciſc. PELITIVM, in Charta an. 1299. apud Rymer. to. 2. p. 855. PELLICIVM, in Decret. Calomanni Reg. Hung. PELLICEA,

Io. de Ianua: *Pellicea, quoddam indumentum quod de pellibus fit. Inuenitur etiam Pellicia, sed moderni dicunt Pellicea.* Ardo in Vita S. Benedicti Anianensis n. 52. *Duas scilicet flammeas, et femoralia, Pelliceas quoque, etc.* (2) Praestationis species, forte *pelliciarium*, seu pellium ad Canonicorum Anianensium vsus. Charta an. 1244. ex Tabulario S. Aniani Aurelian. (3) Pellicula, in Ch. Mſ. a. 1036.

† PELLICIOSVS, vestis pellita, *Pelliciis*, in Append. ad t. 6. Annal. Bened. p. 692.

PELLICIVS, *glorioſus*, Vgutioni. Cuiusmodi forte est, qui *pelliciis* in vestibus vtitur.

PELLICVLA, idem quod *Pellicia*. Guidonis Discipl. Farfensis c. 16.

PELLICVLVM, eadem notione, ibidem.

PELLICVLARE, *δερματόω*. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerm. Id est pellibus obturare.

PELLICZONES, *pelliciones*, quibus vtuntur Canonici, Gallis *Peliſſons*. Charta an. 1307. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 134. V. *Pellisona*.

PELLIFEX, idem qui *Pelliparius*. Charta Archembaldi Borbonii: *Quiſque Pellifex debit duos denarios.*

PELLIGER, V. *Pelliti*.

PELLIGRINASIVM, peregrinatio, Italis *Pellegrinaggio*, Gall. *Pelerinage*, occurrit ex Lectionibus S. Alexandri ex Cod. MS Florent. vt testantur Bollandistae to. 1. Iunii p. 750.

PELLIONARIVS, idem qui *Pelliparius*. Vetus Inscriptio apud Sponium Antiquit. erud. p. 65.

PELLIPARIA, ars pelles praeparandi; item, officina vbi praeparantur, Gallice *Pelleterie*. Statuta Auenion. MSS. PELLIPARIA CRVDA *et non crudo, siue parata*, in Charta Philippi Pulcri Regis an. 1304. in Regesto 12. Chartophylacii Regii n. 196. hoc est, pelles praeparatae et non praeparatae, ipsa pellium merx. Codex MS. reditiuum Episcopat. Autiss. an. circ. 1290.

PELLIPARII, qui pelles parant, praeparant, vendunt; Latinis *Pelliones*. Glossae Gr. Lat. *δερματοπώλης*, *Pellio* *Δερματοφόρος*, *pellio, ſutor*. Vgurio in Glos. *Pelliparius, qui parat, id est, praeparat pelles.* Consuetudines Monasterii Regulae. Frustra igitur viri docti ad Acta S. Willelmi pueri Martyris, *Pelliparius*, pro *Pellipartus* restituunt. PELLIPERIVS, in Charta 13. saeculi ex Schedis D. le Fournier. PELIPARIVS. Tabular. Calense p. 338. PELIPERIVS. Litterae patentes Caroli V. Regis Franc. an. 1367. de forma vestium.

† PELLISERIA, ars pelles praeparandi. Stat. Mſ. a. 1289.

PELLISSARIVS, pellio, Gallis *Pellicier*. Acta S. Francisci de Paula to. 1. April. p. 154. V. *Pellicharius*.

PELLISSES, a Gall. *Peliſſons*, *pelliciones*. Charta an. 1309. to. 1. Hist. Dalphin. p. 87.

PELLISSIA, idem quod *Pellicia*, in Statutis Massil. lib. 2. c. 39.

PELLITI, Gothi dicti, quod pellibus vestirentur: *Pellitī populi*, S. Hieronymo. Συνεσφόροι, Synesio de Regno p. 23. Vetus Auctor Vitae S. Lupicini Abbat. Iurensis: *Nunc cernis . . . . nutare thuriceos Pellito ſub indice faſces.*

PELLITVS, pro pullus, a verbo *pellere*. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. tom. 3. SS. Iunii p. LXXI.

PELLIZARIA, vt supra *Pelliceria*. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 151. vo. *Pilizaria*, in lemmate huius capitis. Hinc

PELLIZARIVS, pellio, qui pelles parat aut vendit. Statuta Placent. l. 4. fol. 45. V. *Pelliſſarius*.

PELLIZONA, vestis pellita. Ordinat. Humberti II. ann. 1348. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 578. V. *Pellicia*.

PELLORICVM, PELLORIVM, V. *Pilorium*.

† PELLVERIVM, *vas ejnaticum, vbi pelles lanantur*, in Gloss. Prosinc. Lat. Cod. reg. 7657. *Pellunium*, Festo, *Pellutiamum*, in Cod.

PELLVM, *vestis vocata ſtola*, Papiae. *Pellum* vocem esse genericam, qua ornamenta significantur, colligere est ex Epist. Cardinalis Sabinensis de expu-

expugnat. urbis CP. an. 1453. to. 8. Spicileg. Acher. p. 289.

PELLVRA, V. infra *Pelurae.*

† PELLVRIS, *heaume de cuir ou de pel;* i. q. *Galea ex corio vel pelle*, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. reg. 7684.

PELLVS SALIS, V. *Pelia.*

PELLVTI. Sic Aquitanos nuncupabant *Cagoti.* V. in hac voce.

PELMA, *planta pedis ante digitos, quæ ſolum teritur*, a Graec. πέλμα, ſolum: *Pedion, ſuperior cui adiacent digiti*, Laur. in Amalth. ex Lex. med.

† PELNIERIA, vel PELINERIA, pubes, a Gall. *Penil*, alias *Peniliere.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1358.

PELOPS, *qui habet vxorem et amicam.* Gloſſ. Iſid. V. ibi Graeuium.

† PELORCVS, veſtis villoſae ſpecies. Formul. Mſ. Inſtr.

PELOSVM, et PILOSVM, campus gramineus, Gall. *Peloſe.* Charta Domus Templi in Dombis an. 1492. *Iuxta iter tendens de Peloſo, alias Piloſo*, etc. Codex cenſualis Caſtell. Dombenſ. an. 1463. *Iuxta Piloſa ſeu broerias*, etc.

PELOTA. (1) Vel PELLOTA, monticulus in pede canis, Gallis *Pelote*, Anglis *the ball of the foot*, i. Pilula. Charta de Foreſtis cap. 7. V. *Pelota* 1. (2) Globus, Gall. *Boule, Pelote.* Charta an. 1319. apud Rymer. to. 3. pag. 790. (3) PELOTA, PILOTA, pila luſoria, quae ludentium manibus hinc inde complodituꝛ, Gall. *Pelote, Balon.* Statutum Capituli Auriſſiod. 18. April. an. 1396. *Ordinatio de pila faciendo. Ordinatum fuit quod domini Stephanus de Hamello et magiſter Iohannes Clementeti qui fuerunt noui flagiatores facient Pilotam proxima die Lunae poſt Paſcha . . . et conſenſit primum menſem pro dicta pila ſolui* PILLOTA, eadem notione, in Statutis Montis Regal. fol. 178.

† PELOTRIA, *magna vel ingens*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

† PELTA, *ſcutum Amagonticum*, in eod. Gloſſ Aliud Gallicum Cod. 7692. *Pelta, bouglier; Peltarius, bouglour. Peltarius, qui facit peltas. Peltiſta, doctor in illa arte*, ex Cod. 521.

PELTEOLVS, tintinnabulum orbiculare, Gall. *Grelot.* Vita S. Humilitatis tom. 5. Maii pag. 207. *Dia quadam muſtella quaedam cum Pelteolo ad collum in cellam introiuit . . . . ſuper feneſtram aſcendit . . . ſonaliam ibi depoſuit.*

PELTIS, vel PELTYS, pellis depilata, Aleman. *Belz*, Sax. *Faelt*, Angl. *Pelt* Concil. Treuir. an. 1310. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 254.

† PELTVM, i. q. *Pelta*, t. 8. Ordin. reg. Franc. p. 260.

† PELV, pellitium, ſ. pallii vel tunicae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1163.

PELVIS, menſura aridorum. Charta an. 1207. in Tabular. Gemetic. *Equus eius et pallefridus tam ſuus quam vxoris aut militis eius tres Pelues auenae habebunt.* PELVIS AD BAPTISMVM, Germ. das Taufbecken. Anaſtaſius in S. Silueſtro PP. Hydriam, qua continebatur aqua benedicta ad baptiſmum interpretantur viri docti.

PELVM, caſtellum, V. *Pela* 1.

PELVRAE, pelles. Fleta lib. 2. c. 14.

PELLVRAE, ap. Blount in Nombl. v. *Eſquier.*

† PELZIRE, i. q. *Pediare* et *Pediſcare*, quaſi per pedes metiri, menſurare. Ch. Mſ. a. 1236. V. *Pendire.*

PENA. (1) Rupis, collis, Hiſpanis *Penna.* Gloſſae antiquae MSS. *Penis, caput.* Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Oueienſis an. 781. apud Sandouallium: *Et per illa via, quae vadit ad Petra Terta, et per Pena de Ceya, et inde per illa ſtrada de Guardia*, etc. Occurrit ibi pluries. Obſeruat Camdenus in Britannia *Pen* ſummitates montium etiamnum Britannis vocari, vocemque eſſe veterum Gallorum, vnde *Appennius* mons etc. V. *Pinna* 4. et *Penna* 1. (2) PENA TERRAE, modus agri, eadem notione qua *Pecia*, ab Armorico *Pen*, caput, finis, terminus, Gall. *Bout.* Necrolog. Abbatiae *de Daoulas* in dioec. Quimperleg. *Pro quo habemus . . . vnam Penam terrae iuxta domum*, V. *Pendallet.* (3) Idem, ni fallor, quod *Pellicia.* Teſtamentum Sancii I Reg. Portugalliae aerae 1217. apud Brandon.

daon. tom. 3. p. 260. *Habeat et meas cinctas, et meas ſcarlatas, et Penas varias, arençanes et lencios.* V. *Pannus* 2. (4) Forte idem quod *Pecia*, vel menſurae ſpecies. Chartular. Lariniac. *Mercatores Remenſes qui vendunt telas et tapina, debent in nundinis pro qualibet archa quae fuerit de qualibet Pena tantum quantum illi qui emunt.* (5) Alia notione, in eodem Chartular. ex Charta an. 1265. *Quietauerunt . . . . quidquid iuris habent et habere poſſunt quoquo iure ſeu quacumque ratione in quadam pecia terrae arabilis . . . ſita . . . . ſuper rectam viam, quae Pena vulgariter nuncupatur.* (6) † PER PENAS VENDERE, particulatim, t. 6. Ordin. reg. Franc. p. 408. (7) † Ch. a. 1292. ap. Schwarzium de finib. Princip. Rugiae: *Habebunt - - piſcationem per dictum ſtagnum et Penam infra et ſupra a rota molendini.* Ignora mihi notione niſi ſit retis ſpecies. *) Minime, eſt enim nomen proprium fluuii die Pene dicti.

† PENACLA, *imago pulcherrima.* Gloſſar. vet. Cod. 7641.

PENALDVS, PENALLIS, Gall. *Penaul*, menſurae ſpecies, eadem quae *Bichetus*; in Barenſi tractu, ponderis 100. lib. vt vult de Lauriere in Gloſſ. Iur. Gall. Charta Officialis Lingon. an. 1291. *Confitetur ſe teneri ex cauſa metui religioſis viris magiſtro et fratribus Groſſe ſylue in centum et decem ſolidos Turonenſes et in vno modio et tresdecim Penallibus frumenti menſure Fontis-venne.* Ex his perſpicuum eſt, iis ſaltem locis *Penaldum* longe minoris fuiſſe ponderis, quam in Barenſi tractu; ſcutella enim parua admodum erat menſura, vt in voce *Eſcuella* videre eſt, quarum 24. nuſquam pondus 100. lib. efficient. Sed et vtrum alibi tanti fuerit ponderis, ſubdubitare licet; cum *bichetus* nullibi ponderoſior exſtiterit quam apud Lugdunenſes, vbi 60. tantum lib. appendit. Vide *Bichetus*.

PENARDVS, Gladii ſeu pugionis ſpecies, Gall. *Poignard*, vulgo *Penard*. Areſtum Parlamenti Pariſ. an. 1335. tom. 1. Annal. Toloſ. inter Inſtrum. pag. 89.

PENARIVS, *ταμιεῖος*, in Gloſſ. Lat. Graec.

PENATICVS, qui res ad victum neceſſarias vendit, a *Penu*. V. in hac voce et *Peneſticus*. Meiſterlinus de Rebus Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 130.

† PENATVM, falx, Ital. *Pennato*. Stat. crimin. Cumanae.

PENAX. Codex Croylandiae ſub Ioffrido Abbate, apud Spelmannum: *Pulcherrimumque Penacem, per incendium illud tunc perdidimus, et valde ſumptuoſum de omni genere metalli pro varietate ſiderum et figurarum mirabiliter fabrefactum. Saturnus enim, Iupiter autem aureus, Mars vero ferrugineus, Sol de auricalco*, etc. Vbi *penax*, eſt pro *pinax*, *πίναξ*, tabula. Hic autem pro ſphaera coeli.

† PENCELLVM, locus in quem aqua molendini decurrit et continetur. Ch. Mſ. a. 1221. V. *Pendulum* 1. et *Penchonia*.

PENCELLVS, V. *Pennones*.

PENCHENERIVS, pectinum confector, in vereri Catalogo MS. B. M. Deauratae Toloſ. Vide ſupra *Pectinarium*.

† PENCHONIA, i. q. *Pencellum*, a Gall. *Penchon* et *Pençon*. Ch. Mſ. a. 1241.

PENCHVN. Tabular. S. Genouefae Pariſ. ann. 1187. *Quantum aree molendini ipſorum cum utenſilibus ſuis, ſcilicet gordana et inſtrumento piſtatorio, quod dicitur Penchun, extenditur.*

PENCINA, al. *Pencila*, *lacinia*, *vel ſtola*, in Gloſſ. Iſid. Forte *Penula*. Nullum dubium, inquit Graeuius, quin legendum ſit: *Paenula*, *lacerna*, *vel ſtola*. Lacernas eſſe genus paenularum docti oſtenderunt. Emendationem Graeuii firmat Conſtantienſis: *Penula*, *ſtola cum clauis*, *quaſi lacerna*.

PENCIONARIVS, V. *Penſionarius*.

† PENDALE, pars vmbraculi vel lecti quam *Penſe* appellant Galli. Ch. Mſ. a. 1494.

† PEN-

† PENDALIA, insulae pontificiae ornamentum pensile, taenia. Inuent. Mſ. thes. Sed. Apoſt.

† PENDARIA, cliuus, collis deiectus, Gall. *Penchant*. Pact. Mſ. a. 1326.

PENDEARE SVPER FEODVM, vexilli appoſitione feodum vaſſalli ob denegata ſeruitia ſibi aſſerere. Vide *Pennones*. Charta an. 1228. apud Miraeum tom. 1. pag. 417.

PENDENS. (1) Vox Practicis nota, Lis pendens, cauſa nondum iudicata, *Preces pendant*. Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 1307. apud Rymer. tom. 3. pag. 9. IN PENDENTI ESSE, incertum eſſe. D. lib. 5. tit. de Iudiciis leg. 35. (2) Cliuus, Gall. *Panchant*, i. q. *Pendaria*. Tabular. Calenſe an. 1262. *Duodecim arpenta et dimidium nemoris vel circiter ſita ſupra villam quae vocatur Conteron in Pendenti de foſſis eiusdem villae*. (3) PENDENTES, Gallis *Pendants d'oreille*, κλειμακτῆρες Graecis Scriptoribus. Arculfus de Locis ſacris: *Ornata virgis ferreis, Pendentes, brachialia, dextrocheria, murrenae, monilia, annuli*, etc. (4) † Appenſum domui tectum, ſeu vmbraculum ligneum proiectum. Stat. Auien. Mſ. (5) † Gall. *pendant*, dum, tempore. Necrol. eccleſ. Pariſ. Mſ.

PENDENTIAE, dona quae ad tumulos Sanctorum ſuſpendebantur. S. Audoenus in Vita S. Eligii to. 5. Spicil. Acher. pag. 289.

† PENDENTILIS, penſilis, pendulus, ap. Ott. Sperling. p. 89.

PENDERE, laqueo ſuſpendere, Gall. *Pendre*. Decretio Childeberti Regis cap. 8. *Et ſi debilior perſona fuerit, in loco Pendatur*. Capitulare triplex ann. 808. cap. 2. *Nullus hominem Pendere praeſumat, niſi per iudicium. Si vero aliquis ſine culpa Penditus fugit, et ibi moritur, tunc ab eo qui eum abſque iudicio Pendidit, proximus parentibus ſit compoſitus*. PENDVTVS, in Lege Ripuar. tit. 79.

† PENDEX, i. q. *Pendens 2.*, in Ch. a. 1358.

† PENDIA, territorium, diſtrictus a potiori loco dependens. Ch. Henr. 6. Imp. a. 1187.

PENDICIVM. (1) Penſitatio, praeſtatio. Charta Anſelmi Archiep. Mediolanenſis, in Tabul. Cluniac. cenſi Ch. 136. (2) † Idem quod *Pendia*, in Ch. a. 1017.

PENDICLVM. Gloſſ. Gr. Lat. ἀγκεδών. *Pendiclum*, ἀγκεδόνιον, *Pendiculus, peniculum*. MSS *Pendiculum*. Cod. Reg. *Penniculus*.

PENDICVLARIS, pendulus. Vita S. Stanislai Epiſcopi to. 2. Maii pag. 260.

PENDIGO, compago, Graecis πῆγμα, V. *Labandago*.

PENDILATORIVM, in Catholico Armorico, *Pilory*, item Capitolium.

PENDIRE, demonſtrare, indicare in iure. Charta an. 1204. in Regeſto Comitum Toloſae Camerae Comput. Pariſ. fol. 105. *Ammonuit eos ex parte Comitis per eorum legalitatem, et per eorum credentiam, vt bona fide demonſtrarent ei et Pendirent, et ei terminarent illas terras et honores*, etc. Infra: *Demonſtrauerunt et Pendiuerunt ei vnam petiam terrae in qua habet vnam carterataam et plus terrae*, etc. Ibid. *Penditio et demonſtratio*. Gallis *Monſtrée* de *terre*. Vide an a *Bandire* vox deducatur, tametſi iſtius notio vix quadret. Forte *Pendire* per metaplaſmum a verbo pandere, vnde *Pandire* et *Pendire*: niſi idem ſit quod *Pedire*, *Pedificare*. Vide in his vocibus. † Lego *Pendire* et *Penditio* in eodem Regeſto; idem proinde ac ſupra *Peleire*.

PENDIS, ruſticum aedificium maiori appenſum, *Appentis*. Teſtamentum Adelaidis Vicecomit. Narbon. an. 989. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 102. Vide *Appendaria* et *Penſicium*.

† PENDITIA, i. q. *Pendia*, in Ch. a. 1272.

PENDITIO, V. *Pendire*.

PENDITORIVM, pertica, ad quam appenduntur panni deſiccandi, in Ch. Mſ. a. 1182. V. *Pentorium*.

PENDO, vexillum, Gall. *Penon*. Coronatio Alfonſi Regis Portugalliae

apud Brandaon. lib. 10. c. 13. V. *Baudum*, et *Pennones*.

† PENDOLOSVS, venum expositus, signo domui appenso, apud Fez. t. 1. Script. p. 735. V. *Pandoxare*.

PENDVLAE, vittae, quae a mitra Episcoporum dependent; *Infula*, apud Durandum lib. 3. Ration. cap. 13. num. 4. *Penduli*, non semel in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 313.

PENDVLIVM, poena patibuli, suspendium. Acta S. Horarvei MSS.

PENDVLVM. (1) Pars molendini. Charta an. 1165. apud Hemeraeum in Augusta Viromand. *Concessi domui infirmorum sancti Quintini molendinum de Rouvroi, cum rotis et Pendulo, perpetuo tenendum.* † Idem videtur quod supra *Pencellum*. (2) † Pars cinguli seu baltei, unde cultellus seu gladius dependet. Lit. remiss. Ms. a. 1355.

PENDVTVS, V. *Pendere*.

PENELLVM, rete quo cuniculi comprehenduntur, Gallis *Penneau* vel *panneau*. Charta Willel. Comitis Pontiui an. 1203. in Tabulario Abbatiae S. Iudoci: *Comes Monsteroli et Ponthieu debet habere leporem ac Penellum infra quarennam, quae est*, etc. V. *Panellum* 3.

PENELLVS, mensura annonaria, V. *Panellus* 4.

PENENSIS DENARIVS, († qui, ni fallor, ex quauis consuetudine pro faculture aliqua vel priuilegio penditur. V. *Penigeldum*.) Henrici Bernnenii Chron. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsuic. pag. 44. *Status autem monasterii* (Marienrodensis) *in temporalibus, in quo ipsum reliquit, hic est: debita ad marcas 58. talenta Penensium denariorum. Pensio ad vitam 24. marc.*

† PENESTICA, *Grenerie, seu Auctionaria*, apud Twing. in Vocab. Lat. Germ. V. mox

PENESTICVS, († qui minutas res ad victum necessarias vendit.) Wichbild Magdeburg. art. 44. *Qui Penestici et reuenditores vocantur, si in aliquo deliquerint, vel excesserint contra statuta ciuitatis . . . in cibis falsificandis*, etc. Vox, vt videtur, deducta a *Penu*. V. *Penaticus*.

PENETA, V. *Pineta*.

† PENETARIVS, pro *Penetarius*, officium et dignitas in aula regia. Ch. Ms. a. 1247.

† PENETRAL, in Dial. Creatur. Ms. dial. 107. ferra videtur significari, quia lignum secatum illud penetrat.

† PENETRARE, perfodere, t. 8. Ordin. reg. Fr. p. 190.

PENETRATIVVM VVLNVS, altum, profundum, Gall. *Blessure profonde*, V. *Derghinga*.

PENIA. Vita SS. Voti et Felicis to. 7. Maii pag. 64. *Et inde vadit contrario de caulo, quemadmodum dividit illa Penia S. Cypriani in Susa, et quomodo vadit via quae exit de Spina-Alba.* Idem quod *Pena* 1.

PENICELLVS, V. in *Pennones*.

PENICIVS, f. ramusculus. Statuta Montis Regal. fol. 231. *Quoniam multae querelae sunt de castaneis et aliis fructibus cadensibus super terra consortis et damnis, quae in eis inferuntur propter castaneas et alias arbores, tam propter frondes, Penicios et ligna cadentia in eis*, etc. V. *Penula* 2.

PENICVLA, V. *Pernicula*.

PENICVLAMENTVM, corrigia. Translatio S. Antonini to. 1. Maii pag. 768. Arnobio *Penicalamentum* est cauda. Gloss. Lat. Gr. *Penicalamentum*, *κερκοῦρον*.

† PENICVLVS, baculus praeconeris, t. 5. Collect. Hist. Franc. p. 109.

PENICVM, f. proprium. († An non potius pro *Penicum*? V. *Penicium*.) Charta Abbatis et Conuentus S. Iohan. Morinensis an. 1237. in Tabular. Corb. *Impignorauit nobis . . . tertiam partem suam tertiae partis de decima de Westoure et aliam sextam partem suam tertiae partis de Penico decimae de Wasmes, quam decimam dictus Richoardus tenet ad censum de ecclesia Corbeiensi.*

PENIGELDVM, denarii pensitatio ex quauis Consuetudine pro faculture aliqua vel priuilegio habendo, vt in foresta, aut alibi: ex Saxon. *Peny*, denarius, et *Geld*, pensitatio. Monasticum Anglic. to. 1. pag. 372. *Sint quieti de . . . omnibus geldis, fengel-*

fengeldis, bengeldis, forgeldis, Benigeldis, etc. Adde to. 2. pag. 812. 827.

PENINGVS, V. *Penningus.*

PENITA, *aula regia.* Gloſſ. Iſid. Greuius ex Conſtantienſi: *Penita, ſecreta, penitralia, interiora regiae loca, vel ſecreta et abdita oracula.*

PENITEMEN, poenitentia. Charta Eadgari Regis an. 964. apud Hickeſium in Grammat. Anglo-Sax. pag. 139.

PENITENCELLIVS, PENITENCIARIA, PENITENCIATVS, V. *in Poenitentes.*

PENITI, Penititium, Acta S. Goluenni MSS. S, *Goluennus elegit ſibi locum iuxta littus - - - aptiſſimum contemplationi diuinae, aedificauit ibi domunculam quadrangulam in formam oratorii, quae lingua Britonum Penisi dicitur, hoc eſt, poniſentiae vel poenitentiae domus . . . Sanctus igitur Goluennus intra ſepta Penititii ſui ſe incluſit.* Acta S. Goeznouei MSS. *Goëznouenus . . . aedificauit oratorium in quodam nemore iuxta riuulum quemdam in loco . . . quo ſuor millibus paſſuum a ciuitate Ociſmorum diſtante, quod oratorium hodie dicitur Penititium S. Goëznouei.*

† PENLAVKI, i. q. *Pilorium*, in Ch. Mſ. a. 1330.

PENNA. (1) Vox Hiſpanica, rupis, collis, petra, ſaxum. Moretus in Antiquit. Nauarrae pag. 45. V. *Pena 1.* † PENNA, pro arx, caſtellum, quia in rupe ſaepius exſtructum. Ch. a. 1252. apud Cencium inter Cenſ. eccleſ. Rom. V. *Rocca.* (2) Calamus, quo in ſcribendo vtimur, cuius vſum ad principatum Ludouici Pii reuocari poſſe docent Mabillonius in Supplemento Diplom. pag. 51. Iohannes in Vita S. Odonis lib. 1. num. 20. (3) Pellitium. V. *Pannus 2.* (4) † Tabularium forenſe, Gall. *Greffe*, alias *Penne.* Ch. Mſ. a. 1308. (5) † Idem quod *Pinna 2.* Comput. Mſ. a. 1381. Hinc PENNA appellatur in eccleſiis trabecula, in qua cerei accenduntur. Ch. Mſ. a. 1213.

PENNACVLVM, calamorum theca. Statuta Canon. Regul. art. 66. apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. pag. 98.

† PENNAGIVM, cenſus vel tributum pro glandinatione et iure paſcendi porcos in ſilua domini, i. q. *Pannagium.* Ch. Mſ. a. 1186.

PENNARI, ornari et quaſi pennis veſtiri. Dracontii Hexaemer. v. 145.

Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant.

Vide Indicem Weitzii in eumdem Dracontium.

PENNATIVS IGNIS, materia ignita tormentis et machinis bellicis in hoſtes et caſtella immiſſa. Chron. Piſanum apud Murator. tom. 6. col. 102. *Factum eſt vt de ingenio Piſanorum ignis Pennatius de caſtello Chriſtianorum per antennam porrigeretur in caſtellum, et comburitur.*

PENNATVS, genus gladii, ab Ital. *Pennato*, falx. Statuta Aſtenſ. cap. 92. fol. 34. vo. *Gladii veſtiti ſunt iſti, ſpata, Pennati et omnes falzoni.* V. *Penatum.*

PENNELLVS. (1) Puluillus ephippii, Gall. *Pommeau d'une ſelle.* Computus an. 1328. *Item apud Perſanum pro vno Pennello ſellae dicti domini Iohannis*, IV. *groſſ.* (2) Alia notione vide in *Pennones.* (3) † Retis ſpecies, Gall. ol. *Penel*, in Ch. a. 1156. V. *Panellus* et *Penellum.*

PENNENSIS, *qui exercet officium nocterii ſeu nautae, dum dormit aut vacat; et iſte nocte calamitam cuſtodit*, in Gloſſ. Barber. ad Docum. D. Amor. edit. Vbaldini pag. 257. v. 13.

PENNESCERE, pennis veſtiri; metaphorice, vires acquirere, virtutibus augeri. Sallas Malaſpinae de Reb. Sicul. lib. 1. cap. 5. *Volat audax aquila, quae nondum aetate plene coeperat adulta Pennescere, et rapaces vngulas aſſuefacit ad praedas.* Vtitur etiam Caſſiodorus lib. 1. Epiſt. 38. etc.

PENNETARIVS, pro *Pennetarius, Genciacus de Pariſiis D. Regis Franciae Pennetarius*, in Tabulario Caleuſi pag. 218.

† PENNIGERARE, i. q. Graec. πτεροφυεῖν. Vet. Interpres Orig.

Comment. in Matthaeum. V. *Penescere.*

PENNINGVS, PENINGVS, argenteus nummus Anglo-Saxonum, de quo ita Hickesius Dissert. pag. 109. *Tres denarios esterlingos pondere et valore aequabat; quinque Penningi unam scyllingum; triginta Penningi unam mancusam seu marcam. Quemadmodum unus Penningus Anglo-Saxonicus eres nostros* (Anglos) *continebat: sic unus scyllingus eorum ex 5. Penningis constabat, 15. nostros Penningos complectebatur, unumque scyllingum nostrum 5. parte excedebat. Mancusa pariter argentea quae 30. Penningos tales continebat, 90. nostros valebat Penningos seu 3. excusos patriae nostrae nummos argenteos quos vocamus Haferdunis. Mancusa vero vel marca auri decies valebat mancusam argenti.* Penningi dimidium *Hilfpinge*, quadrans vero *Feordling* vocatur. Ita autem *Penningus* fusus seu percussus erat vt ipse in semisses, et semisses in quadrantes facile scindi et diuidi possent. Haec iterum Hickesius.

PENNITVS, pennatus, quasi alis instructus. Charta Eduardi II. Reg. Angl. an. 1307. apud Rymer. to. 3. pag. 16.

PENNIVM, V. *Pinna 4.*

PENNONES, PENONES, banna, edicta publica ac regia. Gallis *Pennon* est vexilli species. Banna autem appositione vexilli fiebant interdum. Edictum Nunonis Sancii D. Rossilionis an. 1217. pro treuga tenenda: *Item guidatica et Pennones, et omnia regalia firmiter observari et custodiri sub hac pace et fecuritate iubemus, etiam omnes venientes ad curiam nostram stando, eundo, redeundo cum omnibus rebus eorum*, etc. Petrus I. Rex Aragonum in Constitut. Catalinae MSS. *Scatica, nostra et Penhones, atque alia Regalia nostra firmiter observari . . . iubemus.* PENNVNCELLVS, PENONCELLVS, PENVNCELLVS, vel PENICELLVS, diminut. ex *Penne*, Gall. *Pennonceau*, a *panno* vel *pannuncello* hastae in vexilli in acutum desinentis speciem, adfixo. Thomas Walsingham in Ricardo II: *Vexilla et Penticellos erigentes.* Infra: *Deferens ante eum vexillum, vel Pencellum displicatum de armis S. Gregorii.* PENNONVS et PENONVS. Charta ann. 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 358. PENONSELLVS, in Extracto computi an. 1336. tom. 2. Histor. Dalphin pag. 306. PENNELLVS, in Chron. Parmensi ad an. 1296. apud Murator. to. 9. col. 834. PENNVCELLVS. Charta an. 1381. apud Rymer. tom. 7. pag. 317.

PENNVLA. (1) Diminut. a *Penna*, calamus. Versus antiqui ex Cod. MS. Corb. (2) Ramusculus. Vita S. Hugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1145. V. *Penicius.*

PENNVM, *bis acutum*, in Gloss. Isid. ex edit. Graeuii, V. *Pinna 4.*

PENNVS, pro *Pannus*, in Charta ann. 1362. ex Chartophylacio reg. Regest. 92. num. 155.

† PENONA, i. q. *Penno*, vexilli species. Chron. Angl. Th. Otterbourne.

PENONCELLVS, PENONVS, V. *Pennones.*

† PENORVM, penarium. Terrar. S. Mauric. in Foresio. V. *Penus 1.*

PENOSA HEBDOMADA, V. in *Hebdomada.*

PENSA, PENSVM. (1) Pondus, *Poids.* Chronicon Normannor. an. 869. *Carolus cum Normannis in 4. millium libris argenti ad Pensam eorum pacisci tur.* Edictum Pistense cap. 13. *Et sine fraude, tam in Pensa, quam in purgatione denarios concambient.* (2) Libra, vt *Pondo* et *Pondus.* Flodoardus lib. 1. Hist. Remensis cap. 20. *Et vt picem religiosis annuatim locis Ecclesiae Remensis administrarent instituit, quibus et Pensam tribuit, . . . cum qua sumu quoque persoluunt debitum.* Idem lib. 2. cap. 3. *Victus Pensum pauperibus erogabat. Pensa* plerisque in locis libra cum quadrante constare solet; alicubi vero longe maioris ponderis existitisse colligitur ex Charta an. 1345. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 123. ibi enim duae *Pisae* butyri sex libras valere dicuntur, et *una Pisa et dimidia cesci 45. solidos.* PENSA AVRI,

AVRI, crebro occurrit in Decretis Hungaricis Stephani Regis lib. 2. cap. 13. 16. 43. PENSA, nude, in Decretis Ladislai Regis lib. 1. cap. 14. 29. 42. PESA DENARIORVM, in Testament. Seniofredi Comit. Barcin. an. 966. Append. Marcae Hispan. col. 887. PENSVM PALATII. Charta Dagoberti Regis apud Doubletum pag. 661. *Auri purissimi decem libras, ac argenti probatissimi pondo viginti ad Pensum nostri Palatii soluere cogatur.* Vbi Charta Ludouici Pii, apud eumdem pag. 736. habet *ad pondus nostri Palatii.* PEISA, eadem notione. Charta Edw. III. Regis Angl. an. 1343. PENSIS, in Chron. Bergom. apud Murator. to. 16. col. 906. PENSVS, pondus, in Charta an. 1159. inter Probat. to. 2. nouae Hist. Occitan. col. 574. PESA. Fori Morlanenſis art. 17. PISA. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 117. *Caseorum Pisas viginti duas.* PESARE, *librare*, in Gloss. Arabico-Lat. Gall. *Peser.* (3) Tributum quod pro *pensis* seu ponderibus pensitatur, passim in Curiis generalibus Catalaniae. (4) Praestatio seu census annuus. Charta Baldonis an. 1311. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. pag. 263. *Homines vero ipsorum in abbatia vbilibet commorantes in Liebenwerde Pensum debitum ab antiquo secundum consuetudinem annis singulis soluere non obmittent.* (5) Dimensum diurnum, statuta annona pro quotidiano victu. Translat. S. Guthlaci to. 2. April. pag. 57. *Pensum statutum ad victum fratrum conductores nostri deferre nullo vehiculo possunt.* (6) Pro Pensum, in Chron. Modoet. apud Murator. to. 12. col. 1067. (7) Suffragium, vti interpretantur Bollandistae, in Vita S. Petri Caelestini to. 4. Maii pag. 444. *Et Pensas iusto libramine damnat degeneres.*

PENSABILITER, in Vsaticis Barcinonensibus MSS. idem quod cap. 2. *Considerata mente, aguet a pense*, in Consuetud. Namurc. art. 79. Gallia *Guet à pens.* V. *Aguayt.*

† PENSAMENTVM, examen, consilium, deliberatio, Ital. *Pensamento.*

PENSARE. (1) Cogitare, Gallis *Penser.* Vita S. Gerardesiae tom. 7. Maii pag. 178. *Et ponens (anis) rostrum eius auriculae expositis sanctae omnia quae in corde Pensauerat.* PENSATAE INSIDIAE, consulto ac dedita opera factae. Instrum. an. 1313. in Tabular. castri Nanner. (2) Dispensare, disponere. Canones Hibern. tom. 9. Spicil. Acher. p. 25. *Oportet Principem omnia Pensare per manus ministrorum in vsu. parochiae, et subiectorum et pauperum.* (3) Soluere, Gall. *Payer.* Charta an. 1188. apud Spon. tom. 3. Icin. pag. 15. (4) PENSARE EQVVM, a Gall. *Panser*, vel *Pancer*, procurare, instruere. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. to. 3. SS. Iunii pag. XXIII. (5) Ponderare, Gall. *Peser.* Lex Bajwar. c. 11. n. 1. *Fiat tunica plumbea secundum statum eius, et quod ipsa Pensuerit auri tantum donet qui eum* (Episcopum) *occidit.* Hinc PENSARE dicitur moneta quae pondus legitimum habet, in legibus Wisigoth. lib. 7. tit. 6. §. 5. Charta ann. 2. Childeberti Reg. apud Mabill. to. 3. Analect. pag. 89. *Et dedimus inter nos fideiussores Bernhardum Episcopum, et Landolenum Abbatem, et Gaudinum Comitem, per libras quingentas de auro Pensante.* V. *Pensa.* (6) † Statuere, animo definire, in Act. SS. t. 6. Iul. p. 486.

† PENSATE, consulte, cogitate. Stat. Cadubr. l. 3.

PENSATIO, insidiae, Gall. *Guet a pens.* Chron. Veron. ad an. 1329. apud Murator. tom. 8. col. 647. *Bartholomaeus et Zilebertus fratres . . . diffamati et accusati de Pensatione mortis et status contra dominos Albertum et Mastinum de la Scala, capti fuerunt, et in carceribus Communis Veronae positi et perpetuo condemnati.* V. *Pensibiliter.*

PENSATOR, V. *Pensa.*

† PENSENHVS, ad *pensum* pertinens. Ch. Mss. a. 1323.

† PENSIERVM, cogitatio, Ital. *Pensiero.* Barel. in ferm.

PEN-

PENSILARII, PENSILES ANCILLAE, qui et quae pensa trahunt. V. in *Gynaeceum*.

PENSILIS DOMVS, sublimis, aditu, vel pontibus insedificata. *Pensile hortum*, *Pensiles horti*. V. *Domus*.

PENSIO. (1) Idem quod *Pensa*. Charta Goslini Episc. Tornac. an. 1210. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 61. (2) Praestatio annua. Gregorius mon. in Chron. Farfens apud Murator. to. 2. part. 2. col. 395. (3) Locatio, Gall. *Loier*. Tabul. B. M. Magdalenae de Castroduno fol. 48. (4) Quaevis exactio, tributum. Charta Friderici Ducis Austriae an. 1243. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 228. (5) Merces, salarium, Gall. *Salaire*, *loyer*. Mandatum Philippi Pulcri an. 1302. apud Meneſter. Hist. Lugd. pag. 83. col. 2. (6) A Gall. *Pension*, certa redituum beneficii ecclesiastici portio. Index MS. Beneficior. Eccles. et dioec. Constant. fol. 54.

PENSIONALIS ECCLESIA, quae *pensionem* soluit. Charta an. 1300. apud Ludewig. to. 5. Reliquiarum MSS. pag. 261. † PENSIONALIS, reditus annuus, et adiect. pro singulis annis pendendus. Lit. Ms. a. 1375.

PENSIONARE, annuos redditus assignare nomine *Pensionis*. Testamentum an. 1382. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. p. 728.

PENSIONARIS, qui *pensionem* seu praestationem annuam debet. Charta an. 1402. tom. 2. Rerum Mogunt. p. 886.

PENSIONARIVS. (1) In beneficiis Principis relatus, Gall. *Pensionnaire*, interdum et Nobilis satelles Regis. Regest. 80 Chartophyl. reg. Ch. 529. an. 1350. *Guillelmi de Recto armigeri et advocati quondam Pensionarii carissimi domini et genitoris nostri dum vivebat, etc.* Notus est Hollandiae *Pensionarius*, quo nomine significatur primus huius Reipublicae minister. (2) Cui ex Camera seu fisco domini annuus redditus constitutus est: hunc inter seruos manumissos referri debere existimo, vtpote qui *libellariis* accenseatur. Charta Ottonis III. Imp. pro Monast. Farf. an. 1001. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 494. Nisi forte *Pensionarios* interpreteris, qui censui sunt obnoxii. (3) PENSIONARIVS, et PENCIONARIVS, lictorum seu seruientium testis et stipator, Gall. *Recors*. Chron. Bonae Spei p. 277. (4) † Singulis annis pendendus, i. q. *Pensionalis*. *Pensionaria redditio*, apud Cenc. inter Cens. eccl. Rom.

PENSITATIO. (1) Meditatio. Acta S. Senorinae to. 3. April. p. 75. (2) Vt *Pensio* 2. praestatio annua. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1080.

† PENSIONATVS, a Gall. *Pensionné*, cui annuus reditus est assignatus. Hist. Nem. t. 4. Prob. p. 29.

PENSIVA, census, seu praestatio annua, quae a Iudaeis, vt mercaturam exercere possint, pensitabatur. Computus an. 1322. to. 1. Hist. Dalph. p. 74. *Census* et *Censiua* dicitur in Computo an. 1329. ibid. p. 92. V. *Pensus*.

PENSIVS, δαπανηρός, in Gloss. Lat. Gr. *Pensus* pro pretiosus dixit Gellius lib. 12. cap. 5.

PENSORES, tortores, carnifices. Vita S. Victoris Massil. ap. Bosquetum:

Pugnant Pensores vincis infarre dolores.

PENSVM, PENSVS, V. *Pensa*.

PENSVS, census qui statuto tempore persolui debet. Litterae Agapiti PP. an. circ. 955. inter Instrum. tom. 6. nouae Gall. Christ. col. 104. V. *Pensiua*.

PENTARMTARCHVS, pro *Pentecontarchus*, Lat. *Quinquagenarius*. Charta ex Tabulario Ecclesiae Briuatensis ann. 924. num. 17. Ita enim praefert ipse codex, licet vir doctissimus *Pentacomarchus* ediderit. Idem porro Cunebertus sub eundem annum 924. ch. 194. *Decanus* dicitur. V. Spicilegium Acherianum tom. 12. p. 284. V. *Pentarconarochium*. PENTECOMARCHVS, perperam etiam apud Simeonem Dunelmensem an. 887.

PENTALACIA, PENTALICA, columna, sic dicta ab eius forma. Anastasius

ſtaſius in Vita S. Hilarii PP. apud Murator. to. 3. p. 120. inter varias lectiones: *Ecaton Pentalaicas, et concas ſtriatas duas . . . columnas mire magnitudinis, quae dicuntur Ecaton, ſecit, et Pentalaicas et concas caſtriatas duas, etc. Columnae ecaton Pentalacias etc.* Nec ſanior videtur ipſe textus.

PENTANVMMVS, inter ſigna terminorum, apud Agrimenſores.

PENTAPHARMACVM. Spartianus in Aelio Vero: *Nam tetrapharmacum, ſeu potius Pentapharmacum, quo poſtea ſemper Adrianus eſt vſus, ipſe* (Aelius) *dicitur reperiſſe, hoc eſt ſuccum, faſtanum, panacum, perſicum cruſtulatam et aprugnam.* V. *Pentheacus.*

PENTAPROTVS, πενταπρωτος, quinque primi, quinque ſummates. Πενταπρωτεια, quinqueprimatus, magiſtratus nomen, munus quinque primorum. Cod. lib. 12. tit. 29. *Obſequium ſemonariorum vel Pentaprotiae.* Curacius vult, *protetypias.* Haec Martinius in Lexico.

PENTAPTOTVS, πενταπτωτος, quinque caſus habens, ſcilicet diuerſos. Iſidorus L. 1. cap. 6. *Pentaptota*, quod tantum quinque caſibus variantur, vt doctus. Πεντε quinque, πτωτὸς cadens, caſualis. Haec iterum Martinius.

PENTARCHIA. Sicardi Epiſcopi Cremon. Chron. apud Murator. to. 7. col. 530. *Gabinius Scauro ſuccedit. Gentem Judaeorum per Pentarchias, id eſt, quinque conuentus diuiſit.* Vox notiſſimae originis.

PENTARCONTARROCHIVM, vox a Graeco πενηκοντάρχιον conſarcinata ad indicandum Decani munus in Eccl. Briuatenſi. Charta an. 905. to. 2 Gall. Chr. inter Inſtr. col. 130. V. *Pentamtarchus.*

PENTECOMARCHVS, V. *Pentarmarchus.*

PENTECOSTALIA, praeſtatio quae a parochianis ad feſtum Pentecoſtes Curioni, vel ab inferiotibus Eccleſiis matrici ſeu Epiſcopo exſoluebatur. Charta Elizabethae Reg. Angl. ann. 1560. apud Rymer. tom. 15. pag. 564. Conſule Th. Blount Nomolex. Anglic. ad hanc vocem.

PENTECOSTALITER. Breue recognitionis an. 1140. in Tabulario Cathuſienſi: *Hii ita inſtituti et praefecti praefati fratres ex iuſſu viſceratorum ſuorum dixerunt, quod iuſſu noſtrum vel eorum qui de genere noſtra naſciturі ſunt, frangere vel irrumpere haec, aut fregerit, ſit excommunicatus et excommunicatus . . . perſoluat mille mancuſas purißimi auri, et his perſolutis, iſta quae ſtatuimus, ſicut in iſto breui continentur et in carta primae donationis pergantur, Penteceſtaliter, et ſine fine permaneant.* Ubi forte *penteceſtali* idem valet ac ſi res ea per 50. annos poſſeſſa fuiſſet. Nam annorum praeſcriptio omnem redimendae poſſeſſionis ſpem tollebat.

PENTECOSTE. (1) Feſtum aduentus Spiritus ſancti in Apoſtolos quod celebrant Chriſtiani quinquageſimo die poſt Paſcha. V. Durandum lib. 6. cap. 107. et alios paſſim. Per ſeptem autem dies feſtum Pentecoſtes celebrabatur, vt auctor Honorius Auguſtod. lib. 3. cap. 1 et 149. (2) Interuallum a Dominica Reſurrectionis ad feſtum Pentecoſtes, Graecis et Latinis ſcriptoribus paſſim etiam dicitur. Ordo Romanus: *Tempus autem Penteceſtes inchoatur a prima die Reſurrectionis et currit uſque ad diem quinquagesimum poſt Paſcha.* S. Hieronym. *Non quo, et per totum annum, et ipſa Penteceſte, ieiunare non licet.*

PENTECOSTES MEDIA, feria quarta intra octauam Pentecoſtes. Epiſt. 5. Maximi mart. apud Sirmond. in Collect. Anaſtaſii. p. 1.

PENTECOSTEN, indeclinabiliter. Liber Ordinis S. Victoris Pariſiis MS. cap. 33.

PENTEPITROPVS, vnus e collegio quinque Procuratorum, a Graeco πενταπιτροπος. Vita S. Auxentii Schimand. to. 2. Febr. p. 781.

PENTES MANICAE, ſ. pro *Pentes*. Litterae Caroli V. Franc. Reg. ann. 1367. de forma veſtium: *Item quod non audeant portare mortiers*

manicas Pentes lanarias trium digitorum vel maioris latitudinis.

PENTEVS, V. *Typus* 1.

† PENTHANA, retis ſpecies, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1461. V. *Panthera* et *Penellus*.

PENTHE. Chron. Epiſc. Mindenſ. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 193.

M trecenteno cum nono ſeptuageno
Mindae diſtrictus conterrent ſtaminis ictus,
Penthesque pro feſto feria quinta memor eſto.

PENTHIACVS. Fragmentum Petronii p. 30. *Gallum enim gallinaceum, Penthiacum, et eiusmodi naenias ruſtici faciunt.* V. *Penuapharmacum*.

PENTICIVM, appendix aedis, gurguſtium, tuguriolum parieti affixum, adiunctum, Gallis *Appentis*, Anglis *Penthouſe* vel *Pentiſe*. Thomas Wallſinghamus in Ricardo II. p. 259. *Intrauit quidam cum gladio et parma Penticium Abbatis, audacter petens centum marcas ab Abbate donari ſibi, etc.* Infra: *In camera Abbatis, in capella, in Penticio pro libito deambulabant.*

PENTIFARIE, in quinque partes, vox hibrida. Erchembertus, et ex eo Leo Oſt. lib. 1. cap. 31.

† PENTORIVM, locus ubi appenduntur panni deſiccandi, Gall. ol. *Pentoner*. Ch. Mſ. a. 1327.

† PENTVRA, a Gall. *Panture*, longurius ferreus. Compur. Mſ. a. 1450.

PENV, cella, Gall. *Cellier*, quia in eo penus ſeruantur. Charta an. 1404. V. *Penus* 1.

PENVCVLA, V. *Penucula* 2.

† PENVLA, *cauerna*, *lucerna*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Penulchia*.

PENVTATVS. Ioan. Forteſcutus de Laudibus Legum Angl. c. 51. de Iuſticiario Angl. *Stridens ad legem ipſe exiſtens, roba longa ad inſtar Saperdotis cum capitio Penulato circa humeros eius, et deſuper collobio, cum duobus labellulis . . . . veſtiebatur.* Infra: *Et capicium eius non alio quam meneuero* (Menu-vair) *Penulatur, capicium tamen ſernientis pellibus agninis ſemper albis implicatur.* Hiſtor. Harcur. tom. 4. p. 2210. *Priore Warwici biis diebus amicto griſeo Penulato cum baculo paſtorali, etc.* Vox videtur formata a *pannus* ſeu Gallico *panne*, id eſt *pellis* vel *pellicium*; ita vt *penulatus* idem ſit quod *foderatus*, quaſi *pannulatus*.

† PENVLCHIA, ſ. cauernula, a *Penula*. Ch. Mſ. a. 1334. *Quod quidem caſtrum — ſeu eius mandatum confrontatur cum Penulchis de Verneto et de Gauselis.*

PENVNCELLVS, V. *Pennones*.

PENVRIOSVS. (1) Qui penuriam paritur. Vtitur Alanus de Inſulis in Planctu naturae pag. 283. 321. vlr. edit. (2) † Rebus penuariis abundans. Chron. Io. Wheathamſt.

PENVS, *oris*. (1) Idem quod *Penu*. Charta Humberti Dalph. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 275. Vtitur Columella. (2) τιμωρὸς, *Vltor*, *vltrix*. Gloſſ. Lat. Gr. MSS. *Punitor*, *vltor*. (3) † Fem. gen. cella, penarium, in Ch. Mſ. a. 1329.

PENVSA, βροτὰ καὶ ποτὰ, in iisd. Gloſſ.

PENYPISE, pondus denariorum, ſtatera, ex Saxon. *peny*, denarius, et *piſe*, ponderatio. Willelm. Thorn. an. 1335.

PEPEDERE. Gloſſ. Graec. Lat. *Pepedo*, πέρδομαι.

PEPERCIO, indulgentia, remiſſio. Tabular. Montis-albani ann. 1295. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 549.

PEPERERE. Gloſſ. Lat. Graecae: *Pepero*, γέρω.

PEPERONI, vt *Perones*, ni fallor, calceamentorum genus. V. in *Perō* 1. Statut. Eccl. Carnot. ann. 1325. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1365. *Praecipimus ſub poena praedicta fratribus et magiſtris huiusmodi (leproſis Harum) quod veſtibus indecentibus et Peperonis de cetero non utantur.*

PEPIGENA, V. *Pepigna*.

PEPIGERE, ſ. praeſtare, exſequi. Concilium Egarenſe an. 614. inter Hiſpan. tom. 2. pag. 457. *Et omne quicquid ex caſtimoniis praeſcriptorum*

& inferius Clericorum conſcriptum fuit, eadem forma etiam de omnibus Epiſcopis ſub tali induſtria ſolertiaque anni tempore Pepigendo ſcrutetur.

PEPIGNA, minutae monetae ſpecies, eadem videtur quae *Pictauina*. Tabular. Albae-ripae in dioeceſi Lingonenſi an. 1219. *Liberas ab omni cenſu et ſeruitio, praeter 5. denarios cenſuales vna Pepigna minus.*

PEPIGENA, eadem notione. Ch. an. 1206. in Tabular. Calenſi pag. 190.

† PEPILIO, *onis*, *Peuples*. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 4120.

PEPIONES, V. *Pipiones*.

† PEPLARE, peplo ſeu velo tegere, ap. Will. Dugdale in Antiqu. Warwic.

PEPLVM, Pannus lineus, quem moniales gerunt ſub mento. Ita Lindwoodus lib. 3. Prouinc. tit. 19. ad haec verba: *Moniales et ceterae mulieres diuino cultui dedicatae velum vel Peplum ſericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare.* Erat autem et *peplum* feminei capitis inuolucrum, quo fauces etiam tegebantur vſque ad naſum, vt obſeruat Spellmannus ex Matth. Pariſ. ad an. 1191. vbi de ſummo Angliae Cancellario eodemque Antiſtite, cultu cincto muliebri: *Tunica viridi femineo indutus, capam habens eiuſdem coloris, Peplum in capite muliebri portans.* Mox: *Dolum ſuſpicantes manus iniecerunt in Peplum, quo fauces tegebantur, et ſummittentes a naſo vſque deorſum, faciem hominis viderunt nigram et nuper raſam.*

† PEPVLA, *eſt quaedam nigra ſpina, quae dicitur Gallice Bourque eſpine. Pepulum eſt fructus eius.* Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348.

† PEPVLARE, pellere. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

PEPVLVM. (1) *Speculum*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Gloſſae antiquae MSS. *Pepulo, pelleum, pepulum, ſpeluuca, Pepulum, ſpeculum.* (2) V. *Pepula*.

PEPVSIANI, PEPVZIANI appellati Montaniſtae a Pepuza, Phrygiae pago. V. Philaſtrium cap. 49. S. Epiph. haer. 19. S. Auguſt. haer 27.

PEQVICHINVS, V. *Piquechini*.

PER, Praepoſitio, variae ſignificationis apud Scriptores medii aeui. Viſ. tiationes annotabimus. (1) Ad. Vitae Patrum Emerit. tom. 2. Concil. Hiſp. p. 656. *Accidit vt .... Per confirmandas eorum libertates aliquam particulam pecuniolae tribueret.* (2) Apud, coram. S. Bernardus Epiſt. 428. *Seruientes Epiſcopi et quotquot erunt de familia eius, nunquam iuſtitiabunt ſe Per Comitem.* (3) Cum. Charta an. 1193. tom. 9. Spicil. Acher. p. 525. *Et vt haec charta perpetuae ſtabilitatis robur obtineat, ipſam Per chirographum ſcriptam et diuiſam ſigillis noſtris corroborari fecimus.* † *Per nomen*, nominatim, ſpeciatim, in Ch. Mſ. a. 1122. (4) Pro, ſaepius occurrit hac notione. Pactus Legis Salicae tit. 19. edit. Eccardi: *Per vnumquemque iſtum ſemper ternos ſolidos ſoluat.*

PERA. (1) Monachorum propria fuit. Caſſianus de Monachis Aegyptiis: *Vltimus eſt habitus eorum pellis caprina, quae melotes, vel Pera appellatur, et baculus.* Ita peram et baculum Monachis tribuit Palladius in Hiſtoria Luſiaca c. 83. *Melotem* vero *Perum* apud Caſſianum vocari, mirum videtur viris eruditis: vnde quidam *penulam*, alii *diplisteram* reſtituunt. Ego vero vocem *appellatur* poſt *melotes* ponendam exiſtimabam, tametſi ita legiſſe veteres apud Caſſianum, vt ferunt editiones, pro certo ſit. V. Ioan. de Ianua in *Pera*, et Roſweidum ad Paulinum pag. 822. *Pera, eſcharpe*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. PERA, inter miniſteria ſacra. Chronicon Moguntinum pag. 384. *Peram ad corporalia filis aureis inſertis miri operis et decoris.* (2) PERA, Anglis, eſt quaeuis ſtructura contra fluctuum impetus, tam in mari, quam in fluminibus, ex Lat. *petra*, ſeu Gallico *pierre*, quod idem ſonat. Vſus enim obtinuit, vt eiusmodi moles, cuiuscunque materiae ſunt, ita appellentur, vt illa ad Germuthiam ex ingentibus trabibus maximaque vi ſaxorum conſtructa hodie id nominis habet; quomodo etiam *peras* vocant ipſa fundamenta, quibus innituntur columnae, quae

pontes

manicas Pentes lastieras trium digitorum vel maioris lastitudinis.

PENTEVS, V. *Typus* 1.

† PENTHANA, retis ſpecies, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1461. V. *Panthera* et *Penellus*.

PENTHE. Chron. Epiſc. Mindenſ. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 193.

M trecenteno cum nono ſeptuageno
Mindae diſtrictus conterrent fluminis ictus,
Penthequę pro feſto feria quinta memor eſto.

PENTHIACVS. Fragmentum Petronii p. 30. *Gallum enim gallinaceum, Penthiacum, et eiusmodi naenias ruſtici faciunt.* V. *Pentapharmacum.*

PENTICIVM, appendix aedis, gurguſtium, tuguriolum parieti affixum, adiunctum, Gallis *Appentis*, Anglis *Penthouſe* vel *Pentiſe*. Thomas Walſingham us in Ricardo II. p. 259. *Intrauit quidam cum gladio et parma Penticium Abbatis, audacter petens centum marcas ab Abbate donari ſibi, etc.* Infra: *In camera Abbatis, in capella, in Penticio pro libito deambulabant.*

PENTIFARIE, in quinque partes, vox hibrida. Etchembertus, et ex eo Leo Oſt. lib. 1. cap. 31.

† PENTORIVM, locus, ubi appenduntur panni deſiccandi, Gall. ol. *Pentoner*. Ch. Mſ. a. 1327.

† PENTVRA, a Gall. *Panture*, longurius ferreus. Compur. Mſ. a. 1450.

PENV, cella, Gall. *Cellier*, quia in eo penus ſeruantur. Charta an. 1404. V. *Penus* 1.

PENVCVLA, V. *Penucula* 2.

† PENVLA, *cauerna, lucerna*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Penulchia*.

PENVTATVS. Ioan. Forteſcutus de Laudibus Legum Angl. c. 51. de Iuſticiario Angl. *Seruiens ad legem ipſe exiſtens, roba longa ad inſtar Saperdotis cum capitio Penulato circa humeros eius, et deſuper collobio, cum duobus labellulis . . . . veſtiebatur.* Infra: *Et capicium eius non alio quam menebero* (Menu-vair) *Penutatur, capicium tamen ſeruientis pellibus aguinis ſemper albis implicatur.* Hiſtor. Harcur. tom. 4. p. 2210. *Priore Warwici biis diebus amicto griſeo Penulato cum baculo paſtorali, etc.* Vox videtur formata a *pannus* ſeu Gallico *panne*, id eſt *pellis* vel *pellicium*; ita vt *penulatus* idem ſit quod *foderatus*, quaſi *pannulatus*.

† PENVLCHIA, f. cauernula, a *Penula*. Ch. Mſ. a. 1334. *Quod quidem caſtrum — ſeu eius mandatum confrontatur cum Penulchis de Verneto et de Gaurelhs.*

PENVNCELLVS, V. *Pennones*.

PENVRIOSVS. (1) Qui penuriam paritur. Vtitur Alanus de Inſulis in Planctu naturae pag. 283. 321. vlt. edit. (2) † Rebus penuriis abundans. Chron. Io. Whethamſt.

PENVS, *oris*. (1) Idem quod *Penus*. Charta Humberti Dalph. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 275. Vtitur Columella. (2) *πτωχὸς*. *Vltor, vltrix*. Gloſſ. Lat. Gr. MSS. *Punitor, vltor*. (3) † Fem. gen. cella, penarium, in Ch. Mſ. a. 1329.

PENVSA, *βραχὺ καὶ πατὰ*, in iisd. Gloſſ.

PENYPISE, pondus denariorum, ſtatera, ex Saxon. *peny*, denarius, et *piſe*, ponderatio. Willelm. Thorn. an. 1335.

PEPEDERE. Gloſſ. Graec. Lat. *Pepedo, πέδομαι.*

PEPERCIO, indulgentia, remiſſio. Tabular. Montis-albani ann. 1295. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 549.

PEPERERE. Gloſſ. Lat. Graecae: *Pepero, γέιρω.*

PEPERONI, vt *Perones*, ni fallor, calceamentorum genus. V. in *Pera* 1. Statut. Eccl. Carnot. ann. 1325. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1365. *Praecipimus ſub poena praedicta fratribus et magiſtris huiusmodi* (ſuperfluarum) *quod veſtibus indecentibus et Peperonis de cetero non utantur.*

PEPIGENA, V. *Pepigna*.

PEPIGERE, ſ. praeſtare, exſequi. Concilium Egarenſe an. 614. inter Hiſpan. tom. 2. pag. 457. *Et omne quicquid ex cauſimonia proſpexerorum*

eo

et inferius Clericorum conſcriptum ſuis, eadem forma etiam de omnibus Epiſcopis ſub tali induſtria ſolertiaque anni tempore Pepigendo ſcrutetur.

PEPIGNA, minutae monetae ſpecies, eadem videtur quae *Pictauina*. Tabular. Albae-ripae in dioeceſi Lingonenſi an. 1219. *Liberas ab omni cenſu et ſeruitio, praeter ſ. denarios cenſuales vna Pepigna minus.*

PEPIGENA, eadem notione. Ch. an. 1206. in Tabular. Calenſi pag. 190.

† PEPILIO, *onis*, *Peuples*. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 4120.

PEPIONES, V. *Pipiones*.

† PEPLARE, peplo ſeu velo tegere, ap. Will. Dugdale in Antiqu. Warwic.

PEPLVM, Pannus lineus, quem moniales gerunt ſub mento. Ita Lindwoodus lib. 3. Prouinc. tit. 19. ad haec verba: *Moniales et ceterae mulieres diuino cultui dedicatae velum vel Peplum ſericum non habeant, nec in velo acus argenteas vel aureas audeant deportare.* Erat autem et *peplum* feminei capitis inuolucrum, quo fauces etiam tegebantur vſque ad naſum, vt obſeruat Spellmannus ex Matth. Pariſ. ad an. 1191. vbi de ſummo Angliae Cancellario eodemque Antiſtite, cultu cincto muliebri: *Tunica viridi femineo indutus, capam habens eiuſdem coloris, Peplum in capite muliebri portans.* Mox: *Dolum ſuſpicantes manus iniecerunt in Peplum, quo fauces tegebantur, et ſummittentes a naſo vſque deorſum, faciem hominis viderunt nigram et nuper raſam.*

† PEPVLA, *eſt quaedam nigra ſpina, quae dicitur Gallice Bourque eſpine. Pepulum eſt fructus eius.* Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348.

† PEPVLARE, pellere. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

PEPVLVM. (1) *Speculum*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Gloſſae antiquae MSS. *Pepulo, palleum, pepulum, ſpelunca, Pepulum, ſpeculum.* (2) V. *Pepula*.

PEPVSIANI, PEPVZIANI appellari Montaniſtae a Pepuza, Phrygiae pago. V. Philaſtrium cap. 49. S. Epiph. haer. 19. S. Auguſt. haer 27.

PEQVICHINVS, V. *Piquechini*.

PER, Praepoſitio, variae ſignificationis apud Scriptores medii aeui. Viſitationes annotabimus. (1) Ad. Vitae Patrum Emerit. tom. 2. Concil. Hiſp. p. 656. *Accidit vt . . . . Per confirmandas eorum libertates aliquam particulam pecuniolae tribueret.* (2) Apud, coram. S. Bernardus Epiſt. 428. *Seruientes Epiſcopi et quotquot erunt de familia eius, nunquam iuſtitiabunt ſe Per Comitem.* (3) Cum. Charta an. 1193. tom. 9. Spicil. Acher. p. 525. *Et vt haec charta perpetuae ſtabilitatis robur obtineat, ipſam Per chirographum ſcriptam et diuiſam ſigillis noſtris corroborari fecimus.* † *Per nomen*, nominatim, ſpeciatim, in Ch. Mſ. a. 1122. (4) Pro, ſaepius occurrit haec notione. Pactus Legis Salicae tit. 19. edit. Eccardi: *Per vnumquemque ictum ſemper ternos ſolidos ſoluat.*

PERA. (1) Moñachorum propria fuit. Caſſianus de Monachis Aegyptiis: *Vltimus eſt habitus eorum pellis caprina, quae melotes, vel Pera appellatur, et baculus.* Ita peram et baculum Monachis tribuit Palladius in Hiſtoria Luſiaca c. 83. *Melotem* vero *Peram* apud Caſſianum vocari, mirum videtur viris eruditis: vnde quidam *penulam*, alii *diphteram* reſtituunt. Ego vero vocem *appellatur* poſt *melotes* ponendam exiſtimabam, tametſi ita legiſſe veteres apud Caſſianum, vt ferunt editiones, pro certo ſit. V. Ioan. de Ianua in *Pera*, et Roſweidum ad Paulinum pag. 822. *Pera, eſcharpe*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. PERA, inter miniſteria ſacra. Chronicon Moguntinum pag. 384. *Peram ad corporalia filis aureis inſertis miri operis et decoris.* (2) PERA, Anglis, eſt quaeuis ſtructura contra fluctuum impetus, tam in mari, quam in fluminibus, ex Lat. *petra*, ſeu Gallico *pierre*, quod idem ſonat. Vſus enim obtinuit, vt eiusmodi moles, cuiuscunque materiae ſunt, ita appellentur, vt illa ad Germuthiam ex ingentibus trabibus maximaque vi ſaxorum conſtructa hodie id nominis habet; quomodo etiam *peras* vocant ipſa fundamenta, quibus innituntur columnae, quae pontes

pontes ſuſtinent, ſive ex ſaxis ſint, ſive ex pilis, tabulis, et aggeſta terra. Vetus membrana de reſtauratione pontis Rouceſtriæ in Itinerario Cantii, apud Spelman. *Primum eiusdem ciuitatis Epiſcopus incipit operari in Orientali brachio* (pontis) *primum Peram de terra, etc.* Occurrit ibi pluries. (3) PERÆ, *omnia vaſa neceſſaria vſui bellico.* Gloſſ. Gaſp. Barthii ex Guiberti Hiſt. Paleſt. apud Ludewig. tom. 3. Reliqu. MSS. p. 429.

† PERABSIS, paropſis, vas eſcarium, in Comput. a. 1334.

† PERACCEDERE, accedere, in Chron. Sigeb. Gemblac.

† PERACHABERE, perficere, Gall. *Perachever*, in Comput. a. 1488.

PERACIA, pera, pharetra. Anonymus de Geſtis Friderici II. Imper. *Saraceni more ſolito, priuſquam ſe iungant manualiter hoſtibus, ex Peraciis tela proiiciunt, et ſubito ſagittantes Ribaldos ſine numero vulnerant.*

PERACTOR. Præceptum Caroli M. ann. 770. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 32. *In præſentia noſtra de ipſa ſilua reſultit ad relegendum; et innotuit nobis, vt Peractores inquiſiter ipſa ſilua ex parte inuaſiſſent.* Vbi diuiſum legendum videtur *per actores.* V. *Actor.*

PERACVLVM, *ſacculus.* Gloſſ. MS. Reg. Cod. 1013. Vox a *pera* efficta.

PERADOTA, ſpecies lapidis pretioſi. Charta ann. 1272. apud Rymer. tom. 1. pag. 879. *Et vnum annulum cum Peradota, pretii decem librarum.* V. *Peritot.*

PERAEQVARE TALLIAM, *tallias* ex æquo inter homines illi obnoxios partiri. PERAEQVATIO, ipſa partitio. Libertates Montis-Britonis an. 1276. tom. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 83. V. *Peraequatores.* PEREQVARE, in Edicto Iohannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 157.

PERAEQVATORES, in Cod. Theod. et in Nouellis, qui tributa ex æquo inter ciues partiuntur, Græcis ἐπιγραφεῖς, de quibus etiam agunt Ennodius lib. 1. Epiſt. 6. Senator. lib. 5. Epiſt. 14. 15. et alii a Cangio laudati ad Alexiadem pag. 346. V. præterea Sirmondum ad Ennodium, Iacobum Gothofredum ad Cod. Th. Chopinum lib. 1. de Dom. tit. 2. n. 5. etc. Ad hanc tributorum peræquationem pertinet locus Gregorii Turon. lib. 9. cap. 30. PERAEQVATORES *victualium rerum in vrbe regia*, apud Senatorem lib. 6. Epiſt. 6. qui rebus venalibus pretium indunt ac indicunt.

PERAFFINARE, de metallis dicitur quæ purgantur et diligentius excoquuntur, Gall. *Affiner.* Charta Eduardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. p. 71. Hinc

PERAFFINATIO, ipſa purgatio, ibidem. V. *Affinare.*

PERAGERE. (1) PERAGERE PECVNIAM, colligere. Chron. Trudon. lib. 6. tom. 7. Spicil. Acher. pag. 413. *Perſoluta eſt ibi Peracta prius pecunia, Comiti Gisleberto tradita eſt Ducis gratia, oppidani liberati ſunt a timore.* Niſi forte ibi ſenſus ſit, perſoluta eſt pecunia conuenta. (2) † Abigere, in Act. SS. t. 5. Sept. p. 70.

† PERAGRARE, venire, accedere ad aliquem, in Ch. Caroli C. a. 845.

† PERAGRATOR, *Aleur, Deſcouureur ça et la.* Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

PERALIS BENEDICTIO, V. in *Benedictio.*

† PERAMBVLARE, inuadere, per vim occupare, in Chartul. Pontilar.

PERAMBVLATIO, a Practicis Anglicis dicitur perquiſitio, quæ a iudice ſit finium Comitatus, aut alterius tenementi, cum de iis non conſentiunt partes. Tum enim *perambulantur* et inſpiciuntur, vt de iis conſtet. Tabularium Burgolienſe fol. 9.

PERAMENTVM, pera, cingulum a quo pera pendet: *Eſcarielle.* Ioannes Beka in Herberto Epiſcopo Traiectenſi 26. Ita 1. editio, at Buchelia-na habet *Paramentum.*

PERAMPLIVS, ita Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. vertit Theophanis ἐπὶ πλεῖον pag. 91. *Peramplius, etiam plus largement*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.

PERANGADA, V. *Paraganda.*

PERANGARIAE. Mendum eſſe pro *Parangariae*, ſuſpicatus eſt Cangius: ſed

ſed frequentius occurrit quam vt huic coniecturae calculum meum addam. *Perangeria* definitur apud Spelman. ex veteri Vocabul. Latino Angl. *Seruitus perſonarum et rerum. Dicitur quaſi perfecta et magna angaria. Eſt autem angaria ſeruitus perſonarum et non rerum. Item Perangeriae dicuntur exactiones et praeſtationes patrimoniorum.* Charta Caroli IV. Imper. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. p. 377. *Ab omnibus exactionibus, tolletis, precariis, angariis, Perangariis et aliis impoſitionibus . . . ualeatis eximere.* Legitur iterum pag. ſeqq. Charta Ludouici II. Regis Siciliae MS. *Queſtes, aus tallies, angaries ſins Perangaries . . . . imposerez non audront.* Occurrit in Statutis Vercel. L. 6. fol. 132. vo. V. *Angariae 2.* et *Angariare 1.*

PERANNO, per annum duro. Onomaſt. apud Martin. *Peranno, ἐνιαυτιζω*; rectius *διαυτιζω*.

PERANTE, ex Gallico, *Pardeuant.* Statum Ordinis de Sempringham p. 733. *Poteſt . . . . . in aliam partem Peranse chorum tranſire.*

PERANTEA, prius, Gall. *Auparauant, ci deuant:* Charta an. 1377. apud Rymer. tom. 7. p. 164.

† PERANUS, ap. Bened. abb. Petrob. vbi Houedenus rectius habet *Petrus.*

PERARARE, ſcribere, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 17. lib. 7. Epiſt. 2. Vtitur Ouidius lib. 3. Triſt. Eleg. 7.

PERAREDA, an lapicidina, Gall. *Carriere*, vel vox corrupta ab Hiſpan. *Paradero*, terminus, portus, ripa? Charta an. 1057. in Tabulario S. Victoris Maſſil. *Donamus illi noſtrum decimum de una condamina iuncta ſanctum Argentium, et de alia parte Peraredæ*, etc.

PERARIA, V. *Peraria 3.*

PERARIUM, lapidum acerua. Notitia iudicati pro Monaſt. Arul. ann. 994. Marcae Hiſp. col. 990.

PERARIUS, pirus, Gall. *Poirier.* Pactus Legis Salicae tit. 8. edit. Eccardi. V. *Perarius.*

PERATAE, Haeretici, quos a regione in qua verſati ſunt ſic dictos, ad ſaeculum 2. refert Boheim. Hiſt. Eccl. p. 727. V. Stockman. Lexic. Haeret.

† PERATIVM, f. ager *Piris* conſitus. Inquiſit. Mſ. a. 1268. V. *Peraria.*

† PERATRIX, f. quae *Petas* conficit et vendit, in Act. SS. t. 3. Aug. p. 375.

PERAYRERIA, V. *Payreria.*

PERBANNIRE, peremptorie citare, edicto ſeu *banno* iudicis in ius vocare. Pactus Legis Salicae edit. Eccardi tit. 50. num. 2.

PERCA, pro *Pertica*, ex Gall. *Perche.* Monaſt Anglic. to. 2. pag. 87. Hinc PERCATA TERRAE, ibid. pag. 305. *Perchée de terre.* Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 56. *Vnaquaeque virga quae eſt in hida debet claudere quinque Percatas.* V. *Pertica.*

PERCACIA et PERCATIA, ſalaria, quae Canonicis ſeu inferioribus Clericis, praeter principalem portionem, competunt, ab Hiſpan. *Percances.* Statuta Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hiſp. pag. 134. V. *Anniuerſarium*, diſtributio, etc.

PERCALCARE, Tabularium Prioratus Neronis villae f. 23. *Dederunt . . . . . quidquid habebant in Fromundeuilla, ſiue in territorio eiusdem Brotis adiacenti. Donum iſtud Percalcauit per circuitum ipſe Stephanus* (donator) *et Aſcelinus eius Maior, et alii plures, . . . et ſicut Percalcauit, ſic hoc donum confirmauit.* Tabularium S. Eparchii Inculiſmenſis fol. 8. *Audita querela et eorum reſponſione, laudauimus et praecepimus, vt Abbas S. Eparchii produceret duos teſtes idoneos, qui Percalcarent et monſtrarent terram, de qua paſſent iurare, quod ipſi viderunt inueſtitam Eccleſiam*, etc. Infra: *Producti teſtes, qui Percalcationem fecerant, iurare voluerunt*, etc. Tabular. Abſienſe fol. 27. *Qui etiam Percalcauit terram è lo motaige ad molendinum.* Vbi *Percalcatio* idem fere valet quod *perambulatio*, de qua voce ſupra egimus, id eſt, oſtenſio rei quae in controuerſia vertitur. Erat haec *Percalcatio* apud veteres Hiſpanos et Gallos inter *inueſtiturarum* formas, vſu ac moribus definita et recepta: quod

quod ſolemniore pompa fieri conſueuerat; antcibat quippe venditor aut donator, ſequebatur emptor, aut is qui agrum recipiebat cum quanto poterat peditum et equitum comitatu. Qui omnes longiſſimo agmine ordinatim incedentes, agrum venditum aut donatum circuibant, ſuisque veſtigiis ponebant terminos ac limites. Tum de his charta conficiebatur. Haec innuit, praeter allata, Charta Archimbaldi de Lamonisco Militis an. 1096. in Tabular. B M. de Charitate: *Campum etiam de Chancerano ſicut eum in praeſentia monachorum duorum Percalcari fecit, eisdem tradidit.* V. *Pedificare* et *Perchanchare*.

PERCAMENA, idem quod *Pergamenum*, Charta. Fundatio Parthenonis S. Alexandri Parm. to. 2. Annal. Bened. p. 741. col. 1.

PERCAMENTVM, eadem notione. Acta S. Alenae to. 3. Iunii p. 396.

PERCANTARE, abſoluere, ad finem cantare. Drogo in Hiſt. Translat. S. Lewinae num. 8.

PERCANTATIO, cantus. Elmhamſ in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 79. p. 231.

PERCAPTVRA, palorum concextus et ſeries in fluminibus certa ratione diſpoſitorum, vt piſces facile in retibus capiantur ac in iis ſeruentur. Charta an. 1164. apud Kennet. Antiq. Ambroſden. p. 120.

PERCATA, V. *Perca*.

PERCATAPSAT, Papiae, *valde cedit, vel blande cedit*. Gloſſae Iſidor. *Percartapſere, valde dividere*. Martinius malit *perdepſere*, quod eſt κεφαίνειν. Sic Plauto *dividere* nequam eſt verbum.

† PERCEDERE, pergere, in Inſtr. a. 1308.

PERCENARE; ἀκροδετιάζειν, in Gloſſ. Graec. Lat.

† PERCENSVS, cenſus ſecundarius, Gall. *Surcens* Chartul. Monmorill. V. *Supercenſus*.

PERCEPTIBILITER, ſpectabili ſpecie, ita vt oculis percipiatur. Chron. Engelhuſii apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunſuic. pag. 1133.

PERCERI, *celeres*, Papiae, idem *Percibus, celerrimis, velocibus*. Perceleres.

† PERCERIA, portio quae iis, qui in ſocietate poſſident, competit. Ch. Mſ. a. 1305. V. *Parceria*.

† PERCETVS, pannus caeruleus, Gall. ol. *Perſet*, in Ch. an. 1290. V. *Perſus*.

PERCHA, pertica, Gall. *Perche*. Computus an. 1202. apud D. Brüſſel. to. 2. de Vſu feud. pag. CLXIII.

PERCHAVCHARE. Pancharta MS. Abbatiae S. Stephani de Vallibus ap. Xantones, Charta 37. *Dedimus Deo atque Eccleſiae beati Stephani protomartyris de vallibus quidquid inris habebamus in peirerio quae vocatur Katipen, omni occaſione remota, in perpetuum pacifice poſſidendum, quam Willelmus abbas de Vallibus quae Picharius et Arnaudus de Somatula et plures Perchanchaverunt.* Vbi neſcio an legendum ſit *Perchauchare*, vt videre eſt in hac voce. Vt vt eſt, idem ſonat quod *Pedare, Pedificare, Percalcare*, terram pedibus meriri, vt eius termini certius aſſignentur, quod in venditionibus vel conceſſionibus vſitatum erat.

PERCHEIA. (1) PERCHETA, pertica, Gall. *Perche*. Hiſt. MS. Monaſt. Beccenſ. p. 530. n. 21. Tabular. Caſenſe p. 231. (2) † Forte pro *Parcheia*, mulcta quae domino ſolvitur pro damno animalium, in agris, quae in *Parce* ob id includuntur. Ch. Mſ. a. 1296.

PERCHIA. (1) Idem quod *Percheia* 1. Charta apud Madox Formul. Angl. p. 299. (2) Contus, pertica ad vſum nauicularium. Charta Philippi Auguſti an. 1207. apud Duchesn. in Normann. p. 1063. (3) Cornua cerui, ex Gall. *Perche*, in Charta Henrici III. Regis Angl. apud Guillel. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. to. 3. p. 65. (4) Piſcis, Plinio perca, Germ. Barſ; Gallis *Perche*. Fleta lib. 2. cap. 37. §. 20.

PERCHICA, vt *Perchia*, pertica menſoria. Charta an. 1277. apud Thomaſſer. in Biturig. p. 73.

PERCIOVS. Appendix Cod. Theod. Conſt. 20. *Si autem infirmior fueris perſo-*

perſona, prius cogites animo ſua Percidio, et ſic accuſes, etc. Forte placido.

† PERCISSETVM, territorium, diſtrictus, vt videtur. Inuent. Mſ. a. 1366. Paullo poſt legitur *Perficatum.*

PER CONSEQVENS, a Gall. *par conſequent*, igitur, itaque, in Litteris an. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 448.

† PERCONSVMMARE, perficere, abſoluere, in vita S. Leodeg.

PERCONTENTVS, per omnia ſatis factus, Gallis *très content.* Charta an. 1356. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. pag. 230.

PERCOQVVS, praecoquus, praecox, Gall. *Précoce.* Bernh. de Breydenbach Iter Hieroſol. p. 87.

PERCREBATVS. Gloſſ. Iſid. *Dediſſum, Percrebatum, diuulgatum.*

PERCVLA, f. *Pelota*, ſeu pilae luſoriae ſpecies, Acta S. Pomponii Epiſc. tom. 3. Maii pag. 373. *Ob eius facti memoriam Neapolitani ſingulis annis in maiori eccleſia ludos quoſdam Perculae ad ſolatium animique recreationem, magno populi frequentia, celebrarunt.* V. *Pelota.*

PERCVLSERIT, pro percluerit ſ. percuſſerit, a percellere et percutere, in Vita S. Guthlaci tom. 2. April. p. 38.

PERCVRRERE. Marculfus lib. 1. form. 38. *Super Capellam domini Martini, vbi reliqua Sacramenta Percurrunt, debeant periurare.* Id eſt, vbi praeſtare ſolent.

PERCVRRIBILIS MONETA, quae in vſu publico eſt, Gall. *Monnoie courante.* Charta an. 1148. inter Probat. to. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 521. V. *in Moneta.*

PERCVRSVS. (1) Societas quaedam inita inter duos dominos pro vtriusque tenentibus ſeu hominibus: Gallis *Percours entreſeours. Percurſus* vero aut homines ſpectabat, aut paſtionem animalium. *Percurſus hominum* dicitur ea facultas conceſſa hominibus vtriusque feudi, *percurrendi* ſeu migrandi ad vtrumlibet feudum: ita vt ſi homo, vel tenens alicuius, dominum ſuum deſerere velit, et ad alium dominum, quocum percurſum ille habet, tranſire, id ſi licuit. Charta Petri Comitis Autiſſiodor. an. 1205. in Tabulario Campanae Thuani fol. 196. *Veritate ſuper hac inquiſita didicimus Percurſum eſſe inter dictas villas.* V. ſupra *Intercurſus*, Gloſſ. Iur. v. *Parcours*, et *Procurſus 1.* BVRGENSIS DE PERCVRSV, *Bourgeois de Parcours*, in Conſuetud. Senon. art. 137. 138. 139. 140. lidem qui *Burgenſes Regis.* V. in *Burgenſes*, et laudatum Gloſſ. ibid. Spectabat etiam *percurſus* facultatem datam hominibus in alieno feudo operas faciendi, vt eſt in Conſuetudine Niuernenſi cap. 12. art. 1. (2) *Percurſus* in paſſionibus, erat facultas ponendi pecudes ſuas, et eas paſcendi, in alterius domini, quocum *percurſus* erat, paſcuis. Tabularium S. Benigni Diuion. (3) Diſtrictus, territorium. Charta hominii a Petro Comit. Autiſſ. praeſtiti Durando Epiſcopo Cabilon. an. 1216. (4) Praeſtatio quae in auena exſoluebatur, forte ob conceſſum a Domino ius *Percurſus*, vt coniicit D. Secouſſe in Notis ad Litteras Alaydis Burgund. Comit. an. 1231. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. p. 221.

PERCVSSATVS, perforatus. Bullarium Fontanell. MS. ad an. 1125.

PERCVSSIO, poenae monaſticae ſpecies. Poenitentialis S. Columbani cap. 8. *Cui ceciderit Chriſma, nihil confringens, 12. Percuſſionibus emendetur.* Sic alibi non ſemel. *Verbera* appellantur cap. 12. 13. 14. alibi *plagae.*

PERCVSSORES, qui anteneaſmo, ſpecie maniae, laborant; *Hos*, inquit Gariopontus in Paſſionario Galeni lib. 1. cap. 11. *Latini Percuſſores, alii Canſarios vocant.*

PERCVSSORIVM. (1) Gloſſ. Aelfrici Saxon. *Percuſſorium, Slege*, i. clades, occiſio. (2) † Torcular, in Bulla Adriani Papae a. 1155.

PERCVSSVRA. (1) PERCVSSVRA MONETAE, ius monetam cudendi, ſignandi. Diploma Rodulphi Reg. Franc. ann. 930. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 65. (2) Percuſſio, in leg. Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 13.

† PERCVTIVVM, inſtrumentum, quo percutitur; clauis, in Ch. Mſ. a. 1440.

PERDA, iactura, Gall. *Perte*. Vſatici Parciſonenſes MSS. cap. 24. 28. *Emendet ei totum damnum et miſſiones et Perdas, quas ſenior per fallimentum illius fecerit.* V. *Diuiſio 1.*

PERDERE, V. *Poena perdita.* † PERDERE AD FINEM, in iudicio cadere, in Ch. Mſ. a. 1227.

† PERDIBILIS, miſer, calamitoſus. Vet. Interpr. Orig. V. *Perditus.*

PERDICERE, abſoluere, Gall. *Pardire*. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 772. *Cum fratres dixerint horas, quamuis bis Pater noſter Perdixerint, poteſt aliqua abſens ad horam ingredi. Si plures Perdixerint, non ingrediatur, ſed per ſe debitum horae perſoluat.*

PERTICETA, PERTICHETA, machina iaculatoria. Hiſtoria MS. Excidii Acconis an. 1191. *Secum ducens machinarum multitudinem fundibularium, ſicut ſunt petrariae, biblietae, Perdicetae, et mangonelli.* PERDISETAE edidit Martenius tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 769. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 6. *In prora vero cuiuslibet galearum fieri poſſent aliqua bellica inſtrumenta, vt conſiderent exercitati in talibus et docti, Pertichetas ſiue furcatas a puppa vſque ad proram circa latera cuiuslibet ordinando, iuxta id quod fieri conſueuit. Similiter baliſtariae a capite bancorum in tanto numero, quantus neceſſarius et vtilis videretur. Quae quidem caſtra, Pertichetae, baliſtariae, et bellica inſtrumenta ſic debent fore ingeniis ordinatae, quod poſſint remoueri et erigi ſecundum quod fuerit opportunum.* Italis *Pertighette*, eſt parua pertica; et ſane machina iſta *furcae* etiam ſpeciem retulit, cum *pertichetа* ſiue *furcata* dicatur Sanuto. Sed cuiusmodi illa fuerit, mihi incertum, niſi ea fuerit, quam *Perdrian* ſeu Perdicem vocat Will. *Guiart* ſub an. 1304.

† PERDIDA, vox Hiſpanica, iactura, damnum. Vſat. Barcin. Mſ. c. 23. V. *Perda.*

PERDIDOSVS, qui rem aliquam perdidit. Martinus Didacus Daux, Iuſtitiae Aragon. l. 6. Obſeruant. tit. de Priuileg. Militum p. 9.

† PERDIGALIS, PERDIGALLVS, perdix maior, Gall. *Perdreau*. Comput. a. 1383.

PERDINGI. Leges Henrici I. Reg. Angl. c. 29. *Villani vero vel coſſeti, vel Perdingi vel qui ſunt vilis vel inopes perſonae, non ſunt inter legum iudices numerandi.*

PERDISSENA, PERENDISSENA, ex D. Auguſtino, apud Gratiani Decretum in can. quaeris. de Conſecrat. diſt. 4. vbi ſic habetur: *Nempe ſaepe ita loquimur, craſtinum, vel Perdiſſenum, vel Perendiſſenum Domini paſſionem dicimus, cum ille anno multos annos paſſus ſit.* Vbi Glоſſa ſic exponit: *Perdiſſenum, id eſt, per ſenum, ſcilicet, per ſextum diem. Perendiſſenam, id eſt, perempto die ſexto, ſiue ſexto, nempe, poſt ſex dies, vno perempto.* Haec Macer in Hierolexico.

PERDISSETA, V. *Perticeta.*

PERDITA, iactura, deceſſio, Gall. *Perte, déchet*, Ital. *Perdita.* Compurus an. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feud. pag. CCVII. V. *Perda.*

PERDITVM, perditio. Vita MS. S. Winwaloei fol. 66.

PERDITVS, miſer, calamitoſus, miſere afflictus. Mirac. S. Willelmi Gellon.

† PERDIVS ET PERNOX, qui per diem et noctem agit. Chron. Dim.

† PERDONANTIA, indulgentia, in Ch. a. 1232.

PERDONARE. (1) Concedere, donare, *Accorder*. Ritus vnctionis Regum, ex Codice Rotoldi, apud Menardum: *A vobis Perdonari petimus, vt vnicuique de nobis . . . inſtitiam conſeruetis.* Adde Capitula Caroli Cal. tit. 1. c. 3. tit. 14. c. 3. (2) Concedere, condonare, indulgere, parcere; vnde Gallis *Pardonner*. Charta Pipini Regis apud Doubletum p. 696. PERDONARE MEMBRA, vitam ſonti indulgere. Eginhardus Epiſt. 18. PERDONARE DE ITVM, *ſeruitium*, *tributum*, Con-

Condonare debitum, tributum remittere, a debitis seruitiis eximere. Capitul. 4. Ludouici Pii an. 819. c. 2. (3) PARDONARE, parcere, indulgere, *Pardonner*. Leges Adelstani Regis. PARDONA. Charta de his quae inquirere debent Barones errantes, seu Iustitiarii Itineranes. Vbi *Pardona* idem valet quod *Misericordia*, seu mulcta iudiciaria. V. in hac voce.

PERDOMATIO. (1) PERDOMATIONIS SCRIPTVRA dicitur professio, qua Ludouicus II. Ecclesiae iura et priuilegia seruaturum se Episcopis pollicetur, in Capit. eiusdem tit. 1. V. *Perdonare* 1. (2) Concessio, in Capitul. Caroli Cal. tit. 16. c. 11. tit. 23. c. 10. etc. Charta apud Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 249. (3) Condonatio, remissio, Gallice *Remise*. Charta an. 1452. apud *Madox* Formul. Anglic. p. 333.

PERDONVM MAXIMVM, lubilaeus, seu plenaria peccatorum indulgentia a Romano Pontifice concessa, Gallis etiam *le grand Pardon*. Chronic. Estense ad ann. 1349. apud Murator. tom. 15. col. 455.

† PERDRIX, pro Perdix, in Ch. a. 1472.

PERDVTA, vt *Perdita*, iactura, Gallice *Perte*. Ogerii Panis Annal. Genuens. ad an. 1244. apud Murator. to. 6. col. 407.

PERE ET PITE. Constit. Canuti Reg. de foresta c. 17. *Si quis autem contra primatum pugnauerit, in placito emendet secundum pretium sui ipsius, quod Angli Pere et Pite dicunt, et soluat primario quadraginta solidos.* Vbi obseruat Spelmannus mendum esse ex imperitia Saxonicorum characterum et idiomatis; *p* enim Saxonicum (hoc est *w*) pro *p* Romano legit scriptor, et perinde *Pere* et *Pite* pro *Were* et *Wite*. V. *Were*.

† PERRA, mensura frumentaria, Gall. *Perrée*, in Ch. a. 1289. V. *Petrata*.

PERRECIA, idem quod *Pecia*, fruſtum. Charta ann. 1374. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. p. 390.

† PERRECIVM, f. locus vnde *petrae* eruuntur, vel via lapidibus munita, in Ch. Mſ. a. 1035.

PERRECLIXION, genus arboris. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 323. *Arborem quoque Pereclixion incolere, eius fruſtu refici, vmbra requiescere, ramis protegi, dicunt et a crudeli dracone tueri. Iſtiusmodi phyſici de columba docent.* Mouent Bollandiſtae in margine MS. annotari, *hanc arborem cerro epitor interpretandum*. Cerrus autem Latinis est quercus quaedam.

PERREDES, f. vasa thuraria, acerrae, Gall. *Navettes*. Histor. Monast. S. Florentii Salmur. apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 1096. *Tornacenſes monachi quosdam reddere ſunt coacti, ſcilicet vas coenae Dominicae, thuribulum cum Peredibus a S. Eligio fabricatum, miſſale quoddam, etc.*

PERREFFLVVS, abundans. Syrus et Aldebadus in Vita S. Maioli Abbat. in Prologo l. 3.

PERREGRINAGIVM, peregrinatio. Charta a. 1236. in Tabular. Fiscamn.

PERREGRINANTER, peregre. Vita S. Geruini tom. 1. Martii p. 283.

PERREGRINARI, vitam monachicam agere. Petitio monachi ante votum saec. 4. Bened. part. 1. p. 738.

PERREGRINARIVS, officialis monasticus, qui peregrinos et hospites excipit, alias *Hoſpitalarius* et *Hoſpitarius* dictus. V. Goldastum to. 2. Rerum Alaman. p. 189. in margine.

PERREGRINATIO. (1) Ius pastus, vel procurationis, quod exsoluitur domino, dum peregre vadit. Charta Philippi Regis Franc. an. 1170. apud Perardum p. 244. (2) Vita Monastica. Chronicon Casin. lib. 3. c. 65. de Victore II. PP. *Magis optabat in diuina Peregrinatione ſuum tempus finire.* Eadem verba habentur cap. seq. (3) PERREGRINATIO indicta in poenam. Canones S. Patricii apud Wareum: *Qui ſuratus fuerit pecuniam ab Eccleſia ſancta, . . . illius manus vel pes circumcidantur, aut in carcerem mittatur, aut in Peregrinationem eiiciatur, et reſtituat duplum, et iurabit quod non reuertetur, donec impleueris poenitentiam. Peregrinationes* vero, quae in poenam indicebantur, aliae maiores, minores

res aliae nuncupabantur; quae ad S. Iacobum, Romam et Ierusalem dirigebantur maiores vocabant, minores quae versabantur in inuisendis oratoriis intra prouinciam aut regnum positis. Codex MS. D. de Chaluet de Haeret. Albigens. PEREGRINATIONES SOLENNES, in Iure et Consuetud. Normanniae c. 91: dicuntur: *Cum peregrinus accepta in parochia sua licentia, cum cruce, et aqua benedicta, et processione extra parochiam conducitur, pergens Hierusalem, Romam, vel sanctum Iacobum, vel in aliam Peregrinationem per crucesignationem.* PEREGRINATIONE ATTONITVS. Petrus Venerabilis lib. I. de Miracul. c. 8. *Qui cum aliquandiu, velut Peregrinatione attonitus, siluisset.* Phrasis Gallica, *comme s' il fust revenu de loin.* Alanus de Insulis in Planctu naturae: *A meae mentis igitur Peregrinatione ad me reuersus, etc.*

PEREGRINVS. (1) *Peregrini dicuntur omnes qui non sunt de Episcopatu ordinantis, siue sint clerici, siue laici.* Vocabular. iuris vtriusque. (2) *Peregrinorum officium*, quod in Ecclesia Rotomagensi ita celebratum feria 2. post Pascha obseruat Ordinarius. MS. eiusdem Ecclesiae. (3) † Qui iure ciuitatis gaudet, sed extra vrbem habitat, in Ch. a. 1224.

† PEREIVS, pirus, in Ch. Mf. a. 1332.

PEREMPTORIE, definite, vltimum. Chronic. Andrense tom. 9. Spicil. Acher. p. 583.

PEREMPTORIVS, διηνεκής, in Gloss. Gr. Lat. PEREMPTORIVS DIES, *terminus*, vltra quem non datur dilatio. Vox forensis. Epist. Innocentii III. PP. tom. 3. Concil. Hispan. p. 441. PEREMPTORIAE EXCEPTIONES. Statuta Eccles. Leodiens. an. 1287. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 877. PEREMPTORIVS, nude, vltimus. Translat. Crucifixi miracul. to. 3. Iulii p. 457.

PERENDINARE. (1) Morari. Annal. Bened. ad an. 981 tom. 4. p. 6. PERHENDINARE, eodem intellectu, in Literis an. 1227. tom. 1. Corp. Diplom. p. 165. (2) Ingemiscere. Vita S. Pharaildis Virg. c. 3. Vbi *flagra perendinare* est diu flagellis caedere: nisi legendum sit, *ingrandinabat.* V. in *Grandes.* (3) *De die in diem prolongare.* Gloss. MS. XIII. saec. Auenion.

PERENDINATIO, idem videtur quod *Peregrinatio* 1. Articuli Cleri Gallicani oblati Edw. II. Regi an. 1316. c. 11. *Item petitur quod dom. Rex et Regni Magnates non onerent domos religiosas, vel Ecclesiasticas personas, pro corrodis, pensionibus, Perendinationibus faciendis in domibus religiosis, etc.* PERHENDINATIO, eadem notione. Charta Roberti Franc. Reg. an. 999. apud Doublet. p. 826.

PERENDISSENA, V. *Perdissena.*

PERENNARE, perenne facere. Charta ann. 1030. apud Calmet. Hist. Lothr. to. 1. col. 403. V. *Perhennare.*

PERENNITVDO, diuturnitas. Rolandinus Patauinus lib. 11. c. 16. apud Murator. to. 8. col. 339.

PERENNITVS, omnimodo, penitus. Charta an. 1269. in Chartular. S. Vandreg. to. 2. p. 1716.

† PERENONCIO, pro *Pronunciato*, vt videtur, citatio, submonitio. Libert. Montisol. a. 1312.

PEREQVARE TALLIAM, V. *Perequare.*

PERERIVM, V. *Petraria* 2.

PERERIVS, pirus, vt *Peravius.* Charta an. 1316. ex Schedis Praef. de Mazaugues: *Pereria tamen habebuntur pro non fructiferis, nisi essent emptati.*

PERETRA, f. idem quod *Petraria*, lapidicina, in Testamento Guillelmi D. Montispessulani ann. 1211.

† PEREVISVS, pro *Parauisus*, atrium. Ch. Mf. a. 1222.

PEREVTA, vas coquinarium. Statuta Monast. Lirinensis an 1453.

PEREXIRE. (1) S. Irenaeus lib. 2. in Praefat. *Quoniam modo per numeros veritatem affirmare conantur, minimum Perexiuimus*, id est, commemorauimus, ex Graeco διεξελθεῖν. V. Iacob. Billium lib. 2. Obseruat. Sacrarum c. 33. (2) Peragere. Capitula Synod. Orient. inter Concil. Hispan. tom. 2. p. 332.

PEREX-

PEREXPECTARE AD MISSAS, dimissionem ab officio expectare. Capitul. l. 1. c. 132.

† PEREXSANGVIS, valde exanimatus, t. 3. Mail p. 225.

PERFECTI, a seipsis dicti olim Valentini discipuli, vt testatur Irenaeus lib. 1. adv. Haer. c. 6. num. 4. *Semetipsos extollunt, Perfectos vocantes, et semina electionis.* Eodem nomine gloriabantur haeretici recentiores Albigensium sectarii, qui et *Consolati* interdum nuncupabantur. V. in hac voce.

PERFECTIALES, ministri iudicum, seruientes. Ordericus Vital. lib. 12. p. 857. Forte quasi *Praefectiales.*

PERFECTIO, V. *Perfectum.*

PERFECTISSIMVS, διασημότατος, in Gloss. Gr. Lat. et apud Eusebium l. 10. c. 6. etc. Titulus honorarius aliquot Magistratibus attributus, qui *Perfectissimatus* dicitur, de quo est titulus in Cod. Theod. lib. 6. tit. 37. et Iustiniano lib 12. tit. 32.

PERFECTVM. *Ad perfectum suscipi,* in Ordine Romano c. 6. *Perfectionem consequi,* in Concilio Tribur. can. vlt. Ἐλθεῖν ἐπὶ τὸ τέλειον, non semel in Concilio Ancyrano, cum scilicet exactis poenitentiae gradibus ad sacram Communionem admittebantur Poenitentes. Adde Capitul. lib. 5. c. 236. Spicil. Acher. to. 11. p. 55. et 73. PERFECTVM SALVTIS, perfectio seu consummatio salutis, gloria scilicet aeterna. S. Irenaeus lib. 4. c. 9. num. 3. PERFECTVM, debitum seruitium. Capitul. de partibus Saxon. c. 29.

PERFICERE, pro *Proficere,* in Charta Iohannis Reg. Angl. Lib. nigro Scaccarii p. 379.

PERFIDARE, perfide agere, a fide quam quis alicui debet aut pollicitus est, deficere, fidem fallere. Concil. Toletan. XVI. inter Hispan. to. 2. p. 746.

PERFILATVS. (1) Nerus, Gall. *Filé.* Vita B. Humilianae tom. 4. Maii p. 401. (2) Filis connexus, Gall. *Enfilé.* Anonymi Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 804.

PERFILIS, μαχαιροκελής. Gloss. Lat. Graec. MS. Sangerm. Qui longis est cruribus. Leg. forte ex Vulcan. V. *Pesilis.*

PERFILVM, opus intertextum, Gallis olim *Pourfilure, ouvrage tissu, brochè.* Statuta Massil. lib. 2. c. 39. num. 3.

PERFINELLI, f. funiculo colligare, Gallis *Ficeller.* Statuta Equitum Teuton. artic. 86. apud R. Duellium tom. 2. Miscell. p. 61. *Sellis superpositis et trossarii possunt. Perfinelli alia quae cum parvis corrigiis ligari consueverunt, et cum aliis, quae ligánda sunt maioribus corrigiis, expectabunt iussum mandatoris.*

PERFINITIO, definitio, iudicium. Lex Bajwar. tit. 11. §. 6. num. 1.

† PERFIRMARE, munire, muris cingere. Ch. Mf. a. 1242.

PERFORACVLVM, *terebra,* τρύπανον, in Gloss. Graec. Lat. τέρετρον, in aliis Gloss.

† PERFORAGIVM, ius quod domino soluitur pro perforatione dolii vinarii. Ch. Mf. a. 1268.

PERFORARE CHARTAM, TABVLAS, solebant, cum falsitatis insimulabantur, siue genuinae, siue suppositiae essent; non ergo perforatio indicium erat conuictae falsitatis. Lex Ripuar. c. 58. n. 5. *Quod si quis tabulas Episcoporum manibus seu clericorum roboratas irrumpere voluerit, . . . tunc tabulae in praesentia iudicis Perforentur, . . . et nihilominus tabulae stabiles permaneant.* Ibid. c. 59. num. 3. *Quodsi charta in iudicio perforata idonea fuerit, tunc ille qui causam prosequitur, dupla repetitione culpabilis iudicetur, . . . et ipsum testamentum inviolatum perseueret.*

PERFORATIO BARRII, seu muri ciuitatis apertura, pro qua tributum aliquod domino exsoluebatur. Charta an. 1292. Caroli II. Comit. Prouinciae ex Schedis Praef. de Mazaugues.

† PERFORMATIO, exsecutio, perfectio. Chron. Io. Whethamst.

PERFORRATVRA, pellitium, ni fallor. Capitul. gener. S. Victoris Massil. MS. an. 1313. V. *Foderatura.*

PERFOSSARE, *perforare,* διατρέειν. Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerman.

Acta SS. Hermagoræ et Soc. to. 3. Iulii p. 257. *Et cum locus amplus esset perfossatus, capsa una cernitur.*

PERFVNDERE dicitur Sacerdos eum quem tingendo, non mergendo baptizat. Summula Raymundi Ord. Praedicat. V. *Clinici*, *Superfusi*, et *Perfusio*.

PERFVRNIRE, perficere, explere, Gall. *Rendre complet*. Liber niger Scaccarii p. 258.

PERFVSIO, ablutio, apud Liturgicarum rerum Scriptores, cum scilicet sumtis sacrae Eucharistiae speciebus, sacerdoti vinum et aqua infunduntur vt digitos abluat. Concil. Rotomag. an. 1231. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 177. V. *Superfusio* et *Perfundere*.

† PERFVSORIVM, vas perfundendis digitis vel manibus aptum. Inuent. Mi. thes. Sed. Apost.

PERGA, V. *Peia*.

PERGAMA AVLICA, palatia. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. p. 172.

PERGAMENA, V. *Pergamenum*.

PERGAMENARIVS. (1) Qui *Pergamena* parat vel vendit. Charta Ruperti Comit. Palat. an. 1386. apud Tolner. Hist. Palat. p. 124. inter Instrum. PERGAMINERIVS. *Raimundus Ruffi Pergaminerius* cum aliis testibus subscribit testamentum Saurae de Medullione an. 1286. tom. 2. Histor Dalphin. p. 62. (2) Officium in Monasteriis apud Adalardum in Statutis Corbeiensib. lib. 1. c. 1. *Qui pergamena parabat*, vt est in Vita B. Mariani Abbat. Ratisbon. num. 9.

PERGAMENVM, a Pergamenis Regibus cum charta indigerent primo excogitatum, vt scribit Isid. lib. 6. Orig. c. 11. V. Mabill. lib. 1. Diplom c. 8. PERGAMENVM DE TERRA LEVARE. Tabularium Casauriense an. 22. Lud. Imper. F. Loth. *Et Pergamena cum atramentario de terra eleuans Ariperto notario tradidi, et scribere rogaui*, . . . *testibusque obtuli roborandam*. Charta Mathildis Tusciae Ducissae an. 1102. apud Miraeum to. 1. p. 370. *Sed praesens haec chartula offertionis omnibus temporibus firma permaneat atque perfistat et Pergamenum cum atramentario de terra leuari, paginam Guidonis notarii tradidi et scribere rogaui*. Occurrit etiam haec formula non semel in Chartis Sabaudiae Comitum apud Guichenonum: quae quidem nihil aliud sonat, quam quod donator sponte, nec coactus donationem facit, pergamenum tradendo in manus Notarii. Cuius ritus obseruatio memoratur ab ipso Notario, vt discimus ex Charta an. 1033. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 100. *Et Pergamena* (sic) *cum atramentario ego qui supra Addeleydo de terra leuari, et Agimoni notario sacri Palatii tradidi et scribere rogaui, in qua subter confirmaui, testibusque obtuli roborandam. Ego qui supra Aimo notarius sacri Palatii rogatus, scriptor huius cartule offersionis post tradita compleui et dedi*. PERGAMENA, idem quod *Pergamenum*, in Epist. Petri Delphini apud Marten. to. 3. Ampliss. Collect. col. 1189. PERGAMENTVM, eadem notione, in antiquis Consuetud. Monast. S. Iacobi de Monteforti apud Marten. Collect. nouae part. 1. p. 317. PERGAMERIVM, in Capitulo gener. MS. S. Victoris Massil.

† PERGAMINVS, inter arma, quibus offendi potest, recensetur, in Stat. Mant.

PERGAMVM. (1) Suggestus, ab Ital. *Pergamo*. Acta SS. Iunii to. 1. pag. 367. de B. Andrea Hispellate. (2) † Arx, castrum, locus munitus; proprie vinea, plurus. Act. SS. t. 5. Maii p. 245.

† PERGEA, PERGEIA, i. q. *Pergia*, in Ch. a. 1207.

PERGENVARE, genibus repere, *reptare*. Saxo Grammaticus l. 6.

† PERGERE, ire, ambulare, t. 3. Iun. p. 659.

PERGESTVS, constitutus, definitus. Charta an. 1449. apud Rymer. to. 11. p. 240.

PERGIA, et PARGIA, ius quoddam, quod domino competit ratione *emendarum*, quae pro damno animalium in agris et pascuis irrogari solent, absque tamen praeiudicio aestimationis

tionis domui, ei exsolvendae, qui illud factum est, vt ex Aduersariis MSS. Augusti Gallandi definitur in voce *Spargicia*, quam vide. Charta Stephani Comitis Burgundiae et Ioannis Comitis Cabilonensis an. 1229. apud Claudium Iuranum in Antiquit. Aussonn.

PERGOLARE, vt mox *Pergolatus*. Miracul. B. Simonis to. 2. April. p. 824.

PERGOLATVS, trichila Columellae. Gall. *Treille*, Ital. *Pergolato*. Statuta castri Redaldi lib. 1. fol. 22. vo. V. *Pergula*.

PERGOLVM, V. *Pergulum*.

PERGOLVS, vt *Pergula* 3. in Statutis Balduic. lib. 2. c. 73. fol. 132.

PERGOMASCHAE, Bergomates, Gallis *Bergamasques*, qui ex Bergamo vel eius districtu sunt, *b.* mutato in *p.* vt Italis vsitatum est. Statuta Placent. lib. 6. fol. 69. recto.

PERGOTTARE, ab Ital. *Percotere*, verberare, caedere. Chron. Petri Azarii apud Murator. to. 16. col. 410.

† PERGRERIA, spiculi genus, vt videtur, in Stat. Arelat. V. *Pergaminus*.

PERGVLA. (1) Trabecula in aedibus sacris, a qua pendent Lychnuchi. Anastasius in Greg. III. (2) *Tugurio parua alto posita.* Gloss. Vetus MS. Sangermana. num. 501. Aliud Lat. Graec. *Pergula*, μανδύη, ὑπερῷον, ὀροφή, σκιὰ, οἴκημα. Vocabular. iuris vtriusque: *Pergula est tugurium, vel obumbratio frondosa. Pergula*, *officina publica pistorum*, in l. vlt. Cod. Theod. tit. 4. de excusat. artific. V. ibi Iac. Gothofredum. (3) Vitis Species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. c. 4. extremo. Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 466. *Dedit praefatus Campo abbas in territorio Reatino res Iohannis Decani et in Oliano et Baiono, et casalicium de Cupenco et Pergulam ibidem.* Italis *Pergola*. V. *Pergolatus*.

PERGVLVM, PERGOLVM, Italis *Pergolo*, tabulatum, suggestus, podium. Charta an. 1185. *Postea exiit dominus Papa* (Vrbanus III.) *de ecclesia et ostendit super Pergulum populo praedicauit populo.* Acta S. Aldebrandi to. 1. Maii p. 154. *Ipse vero fugiens de pergulo, recepturus se in campanile.* Acta S. Iacobi Philippi to. 6. Maii p. 174. *Ascendit Pergolum seu aringherium confusum, suamque declaret de hac re sententiam.*

† PERGVLVS, in Act. SS. t. 1. Aug. p. 259. 260, vehiculi genus esse videtur, quod trabecula constitit.

PERGVS. Charta Henrici Imp. an. 932. apud Miraeum in Codice Donat. Belgic. l. 2. c. 30. *Et in his locis, et in omnibus quae possidet, concedimus et confirmamus ei hannum ei infitiam, impetum et burinam, ictum et sanguinem, repertorium, Pergum regium, fora, telonea, vicos, mitatum, vngaria, rectum et non rectum, vectigalia, et quidquid pertinet ad iudicatum, integritatem reipublicae et incolumitatem, etc.* Eadem Charta edita a Barthol. Fisenio in Hist. Leod. p. 223. *Pirgum* praefert. *Pergus*, vel *Pisgus*, hic idem omnino sonat quod infra *Pirgius* vel *Pirius*, itinerarius ager, via strata, publica, regia. V. *Pirgius* et *Pirgus* 1. Vnde pro. *repertorium* legendum loco laudato *ruptorium* facile coniicies.

PERHEMNIS, pro Perennis, in Charta an. 1277. to. 2. Hist. Dalphin. p. 16.

PERHEMNITER. (1) Peremptorie, definite. Charta an. 1277. to. 2. Hist. Dalphin. p. 15. (2) Perenne, perpetuo. Donatio Abbatiae S. Eusebii monasterio S. Aegidii an. circ. 1048. in Tabular. eiusdem Monast.

PERHENDINARE, PERHENDINATIO, V. *Perendinare*, *Perendinatio*.

PERHENNARE, vt *Perennare*, V. in hac voce. Charta an. 1231. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 28.

PERHENNIARE, eadem notione. Charta an. 1347. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 309.

PERHENNITER, perenne, perpetuo. Charta Erici Magdeburg. Archiep. an. 1291. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 38. Vbi *Perhennitur* per annum sonare videtur.

PERHENTORIVS, pro *Peremptorius*, V. ibi

PERHERBARE, pascere. Charta an. 1366. pro officio Aquarii de Talemundo.

† PERHORRENTIA, ingens metus, in Lit. remiss. a. 1358.

PERHORRESCENTIA, idem est quod timor, seu magna suspicio, vel magnus metus. Vox fori Hispanici, de qua Michael del Molino in Repertorio Fororum Aragon. in hac voce.

† PERIANEA, f. viridarium piris consitum, vel septum a domo dependens, in Ch. Ms. a. 1336.

† PERIATVM, mensura frumentaria, eadem quae *Perea*. Ch. a. 1228. V. *Petrata*.

PERIBOLVS. (1) Vrbis murus, seu potius moenia. Gloss. Gr. περίβολος, *Moenia*. Will. Tyrius lib. 8. c. 14. *Tota nocte circuibant Peribolon*. Albertus Argentin. an. 1375. *Dein moenia muri antiquitatis praedictae exaltata sunt cum Peribolo seu deambulacro novo*. (2) PERIBOLVS, PERIBOLVM, ambitus aedis, maxime sacrae. Will. Brito in Vocabul. MS. *Peribolus dicebatur murus exterior qui cingebat garophylacia canonicorum custodientium altare*. Mamotrectus ad 1 Machab. c. 13. *In Peribolo, i. muro atrii domus Domini; quod totum templum per quadrum in circuitu ambiebat*. (3) PERIBOLVS, nude, septum, vallum. Chron. Monast. Nonalic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 701. (4) PERIBOLVS, xystus, porticus. Papias: *Deambulatorium, Peribolus*. Odo Abbas lib. de Translat. S. Mauri Abb. cap. 7. *Deprecari illum coepi, vt si aliquid ex his* (testamentis seu donationibus) *in Peribulis, aut in scriniis nostro carcarum eiusdem loci scires, nobis reddere dignaretur*. Rectius Mabillonius post Bollandum *Peribolum* hic interpretatur Archiuum seu Tabularium: vbi praeterea monet vocem *tomo* glossema esse. Neque alio significatu accipienda eadem vox in Vita MS. S. Gurthierni ex Tabular. Quimperleg. *Haec carmula praescripsa inuenta de genealogia S. Gurthierni cum reliquis reuelatis, multum detestate confecta seruabatur in Peribolo celebris nostri monasterii*. (5) PERIBOLVM, in Glossario Saxon. Aelfrici redditur *Scire*, quae vox *Pagum*, seu *Comitatum* sonat.

PERICHELIS, *ornamentum puellarum*. Gloss. MSS. S. Andreae Auenion. Hinc emendandum carmen de varia fortuna Ernesti Baiar. Ducis, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

. . . . . *Haec pulcras iactat inaures,*
Illa Pericherides et torques versat, et altas
Ventillat armillas.

Nisi legendum malis *Perisrelides*, vt habet Horatius Ep. 17. lib. 1. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Perchesis, vel Perisesis, secundum Antiquos Purichelis, Vne maniere de ournemens de femes és bras, ou és cuisses*.

PERICLA. Meminit Rocchus Pirrus tom. 2. Notit. Sicul. p. 368. Chartae Rogerii Comitis Siciliae an. M. 6643. qua cuidam monasterio concedit *Periclas terrarum ad laborandum, et animalia sine quauis exactione pascantur in tenimento Saccensi, etc.* Vbi f. legendum *Perticulas*. V. in hac voce.

PERICLAMIVM, precatio, oratio. Hymnus de S. Wilfranno.

PERICLITARI. (1) Naufragio perire. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Periclitari, Perir*. Charta Philippi Comitis Flandriae an. 1180. in Tabular. S. Bertini. V. *Periculare*. (2) Agitari, perturbari. Conc. Ancyran. c. 15.

PERICLYSIS, περικλυσις, ora, extremitas, circumtextum vestis vel veli, purpura in orbem currens, quam Pollux περιῤῥῶτον vocat. Ita Salmasius ad Vopiscum. Anastasius in Leone III.

PERICONIVM, a Graeco περιχανεῖν, oblinere, obducere, vt in opere tectorio atque in alberio fit, apud Tamayum contra Queuedum in Prologo ad Vitam S. Pauli.

PERICVLARE, naufragio perire. Miracula B. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 827.

PERICVLARITARE, periclitari. Ratherius Epiſc. Veron. lib. 5. Praeloq. apud Marten. to. 9. Ampl. Collect. col. 924. V. *Periculare*.

PERICVLONES, periculoſi, ῥιψοκίνδυνοι. Commodianus inſtruct. 12.

† PERICVLOSVS, qui periculum ſeu damnum infert, t. 6. Sept. p. 493.

† PERICVLVM, malum, damnum, in Ch. Mſ. Innoc. III. Pap.

PERIDOPARE. Fragmentum Perronii: *Sic iſtos Peridopabant, vt illis Iupiter iratus eſſet.* Vbi forte legendum *peridorpabant*, id eſt, *tractabant*, a δόρπον, coena, vnde περιδορπάζειν.

PERIDOT, V. infra *Peritot*.

PERIERGIA, vox Graeca, ſolertia, ſeduliras. Abbo de Obſid. Lutetiae a Normannis apud Ducheſnium pag. 36.

PERIERMENIAE, interpretationes; vox Graecae originis περὶ ἑρμηνίας. Bernardus Pezius tom. 1. Anecd. Praefat. pag. XI.

PERIGIVM, periculum. Charta Alfonſi Comitis Bononienſis ann. 1288. to. 4. Monarch. Luſit. pag. 279.

† PERIGNIATIVM, peregrinatio, in Teſtam Mſ. a. 1450.

PERILARE, periculum incurrere. Anonymus Barenſis in Chron. an. 1064.

† PERILEPSIS, ſic omnino legendum cenſet Bollandus pro *Perulepſis*, a περιλήψις, comprehenſio, t. 1. Ian. p. 568.

† PERIMA, pelta, clypeus. Gloſſar. Lat Gall. a. 1352.

PERIMACHIA, certaminis apparatus, contentionis cumulus, Graece περιμαχία. Sidonius Epiſt. 7. lib. 1.

† PERIMETRVM, *la linia de meſura*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† PERINDIE, pridie, in Contin. Chron. Odoran.

PERINDIGERE, omnino deſtitui, ad ſummam indigentiam redigi. Tertull. in Scorpiac. cap. 13.

PERINORA, animaduerſio, cenſura, Graece περίνοια. Iuſtin. Nouell. 146. edit. Lugdun.

† PERIODVS, lapidis pretioſi genus, ſed inferioris ordinis, in Inuent. Mſ. thel. Sed. Apoſt. a. 1295.

PERIPETASMA, velum nauticum. Translat. S. Mauri ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 178.

PERIPHERIA, circumferentia, ambitus; vox Graeca. Mullerus in Introduct. ad Hiſt. Sand-hippolyt. apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. pag. 283.

† PERIPHYSEON, natura, a Graeco περὶ et φύσις, apud Pez. t. 1. Script. p. 800.

PERIPITISMA, f. perperam pro *Peripetaſma*. Annales Franc. Anianenſes: *Dedit idem Rex ſereniſſimus Auguſtus quatuor Euangeliorum librum . . . . cuius poſtes ſunt mirabili ſchemate compoſiti, vt vnum ex illis aureolam conformet Peripetiſma, alterum vero eburis pulchre caelatum diſtinguat iconiſma.*

† PERIPLEVMONICVS, qui *peripneumonia* laborat, apud Alex. Iatroſoph.

PERIPSEMA. Gloſſae MSS. *Peripſema, limatura metalli, et purgamenta pomi, et quisquiliae domus, et raſura cuiusque rei.* Res vilis et abiecta, apud S. Paulum. Liber Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epiſt. 74. *Haec xeniola diximus suo cultui . . . caligas, et Peripſemata, orarium et coenulam, et getumam breuem.* Vbi *Peripſemata* videntur Graecuio recenſenda eſſe inter pedum tegumenta, quod caligis iungantur. PERIPSEMA, fem. gen. Liber Sacramentor. Gregorii M. PERIPSIMA, *media planta pedis*. Gloſſ. Iſid. PERIPSIMA, ſordes, immunditiae. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. cap. 48.

† PERIPSERE, abrogare, ad nihilum reducere, in Ch. a. 1121.

PERIPSYCIS, *frigdor*, in Gloſſ. MSS. a Graeco περιψύξις.

† PERISSERIVS, pirus ſilueſtris, in Ch. Mſ. a. 1460.

PERISTERIVM, ciborium, in cuius cauo appenſa erat columba, ex qua pendebat pyxis, ſacram Euchariſtiam continens. Teſtamentum Perpetui Epiſcopi, quo legat *Amalario Preſbytero*

PERHENTORIVS, pro *Peremptorius*, V. ibi

PERHERBARE, pascere. Charta an. 1366. pro officio Aquarii de Talemundo.

† PERHORRENTIA, ingens metus, in Lit. remiss. a. 1358.

PERHORRESCENTIA, idem est quod timor, seu magna suspicio, vel magnus metus. Vox fori Hispanici, de qua Michael del Molino in Repertorio Fororum Aragon. in hac voce.

† PERIANEA, f. viridarium piris consitum, vel septum a domo dependens, in Ch. Mss. a. 1336.

† PERIATVM, mensura frumentaria, eadem quae *Perea*. Ch. a. 1228. V. *Petrata*.

PERIBOLVS. (1) Vrbis murus, seu potius moenia. Gloss. Gr. περίβολος, *Moenia*. Will. Tyrius lib. 8. c. 14. *Tota nocte circuibant Peribolon*. Albertus Argentin. an. 1375. *Dein moenia muri antiquitatis praedictae exaltata sunt cum Peribolo seu deambulacro novo*. (2) PERIBOLVS, PERIBOLVM, ambitus aedis, maxime sacrae. Will. Brito in Vocabul. MS. *Peribolus dicebatur murus exterior qui cingebat gazophylacia canonum custodientium altare*. Mamotrectus ad 1 Machab. c. 13. *In Peribolo, i. muro atrii domus Domini; quod totum templum per quadrum in circuitu ambiebat*. (3) PERIBOLVS, nude, septum, vallum. Chron. Modast. Noualic. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 701. (4) PERIBOLVS, xystus, porticus. Papias: *Deambulatorium, Peribolus*. Odo Abbas lib. de Translat. S. Mauri Abb. cap. 7. *Deprecari illum coepi, vt si aliquid ex his* (testamentis seu donationibus) *in Peribulis, aut in scriniis nostro cartarum eiusdem loci scires, nobis reddere dignaretur*. Rectius Mabillonius post Bollandum *Peribolum* hic interpretatur Archiuum seu Tabularium: vbi praeterea monet vocem *nostro* glossema esse. Neque alio significatu accipienda eadem vox in Vita MS. S. Gurthierni ex Tabular. Quimperleg. *Haec cartula praescripta inuenta de genealogia S. Gurthierni cum reliquis reuelatis, multum octuplae confecta seruabatur in Peribolo celebris nostri monasterii*. (5) PERIBOLVM, in Glossario Saxon. Aelfrici redditur *Scire*, quae vox *Pagum*, seu *Comitatum* sonat.

PERICHELIS, *ornamentum puellarum*. Gloss. MSS. S. Andreae Auenion. Hinc emendandum carmen de varia fortuna Ernesti Bauar. Ducis, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

. . . . . *Haec pulcras iactat inaures,*
Illa Pericherides et torques versat, et altas
Ventillat armillas.

Nisi legendum malis *Perisclides*, vt habet Horatius Ep. 17. lib. 1. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Perchefis, vel Perisclesis, secundum Antiquos Purichelis, Vne maniere de ornemens de femes és bras, ou és cuisses*.

PERICLA. Meminit Rocchus Pirrus tom. 2. Notit. Sicul. p. 368. Chartae Rogerii Comitis Siciliae an. M. 6643. qua cuidam monasterio concedit *Periclas terrarum ad laborandum, et animalia sine quauis exactione pascantur in tenimento Saccensi, etc.* Vbi f. legendum *Perticulas*. V. in hac voce.

PERICLAMIVM, precatio, oratio. Hymnus de S. Wilfranno.

PERICLITARI. (1) Naufragio perire. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Periclitari, Perir*. Charta Philippi Comitis Flandriae an. 1180. in Tabular. S. Bertini. V. *Periculare*. (2) Agitari, perturbari. Conc. Ancyran. c. 15.

PERICLYSIS, περιχλυσις, ora, extremitas, circumtextum vestis vel veli, purpura in orbem currens, quam Pollux περιῤῥῆνον vocat. Ita Salmasius ad Vopiscum. Anastasius in Leone III.

PERICONIVM, a Graeco περιχανῶ, oblinere, obducere, vt in opere tectorio atque in albario fit, apud Tamayum contra Queuedum in Prologo ad Vitam S. Pauli.

PERICVLARE, naufragio perire. Miracula B. Simonis Eremit. August. tom. 2. April. pag. 827.

PERICVLARITARE, periclitari. Ratherius Epiſc. Veron. lib. 5. Praeloq. apud Marten. to. 9. Ampl. Collect. col. 924. V. *Periculare*.

PERICVLONES, periculoſi, *ριψοκίνδυνοι*. Commodianus inſtruct. 12.

† PERICVLOSVS, qui periculum ſeu damnum infert, t. 6. Sept. p. 493.

† PERICVLVM, malum, damnum, in Ch. Mſ. Innoc. III. Pap.

PERIDOPARE. Fragmentum Petronii: *Sic iſtos Peridopabant, vt illis Iupiter iratus eſſet*. Vbi forte legendum *peridorpabant*, id eſt, *traſtabant*, a δόρπον, coena, vnde περιδορπάζειν.

PERIDOT, V. infra *Peritot*.

PERIERGIA, vox Graeca, folertia, ſeduliras. Abbo de Obſid. Lutetiae a Normannis apud Ducheſnium pag. 36.

PERIERMENIAE, interpretationes; vox Graecae originis περὶ ἑρμηνείας. Bernardus Pezius tom. 1. Anecd. Praefat. pag. XI.

PERIGIVM, periculum. Charta Alfonſi Comitis Bononienſis ann. 1288. to. 4. Monarch. Luſit. pag. 279.

† PERIGNIATIVM, peregrinatio, in Teſtam Mſ. a. 1450.

PERILARE, periculum incurrere. Anonymus Batenſis in Chron. an. 1064.

† PERILEPSIS, ſic omnino legendum cenſet Bollandus pro *Perulepſis*, a περιλήψις, comprehenſio, t. 1. Ian. p. 568.

† PERIMA, pelta, clypeus. Gloſſar. Lat Gall. a. 1352.

PERIMACHIA, certaminis apparatus, contentionis cumulus, Graece περιμαχία. Sidonius Epiſt. 7. lib. 1.

† PERIMETRVM, *la linia de meſura*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† PERINDIE, pridie, in Contin. Chron. Odoran.

PERINDIGERE, omnino deſtitui, ad ſummam indigentiam redigi. Tertull. in Scorpiac. cap. 13.

PERINOEA, animaduerſio, cenſura, Graece περίνοια. Iuſtin. Nouell. 146. edit. Lugdun.

† PERIODVS, lapidis pretioſi genus, ſed inferioris ordinis, in Inuent. Mſ. thet. Sed. Apoſt. a. 1295.

PERIPETASMA, velum nauticum. Translat. S. Mauri ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 178.

PERIPHERIA, circumferentia, ambitus; vox Graeca. Mullerus in Introduct. ad Hiſt. Sand-hippolyt. apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. pag. 283.

† PERIPHYSEON, natura, a Graeco περὶ et *Φυσις*, apud Pez. t. 1. Script. p. 800.

PERIPITISMA, f. perperam pro *Peripetaſma*. Annales Franc. Aniſnenſes: *Dedit idem Rex ſereniſſimus Auguſtus quatuor Euangeliorum librum . . . . cuius poſtes ſunt mirabili ſchemate compoſiti, vt vnum ebur eburi aureolum conformet Peripitiſma, alterum vero eburis pulchre caelatum diſtinguat iconiſma.*

† PERIPLEVMONICVS, qui *peripneumonia* laborat, apud Alex. Iatroſoph.

PERIPSEMA. Gloſſae MSS. *Peripſema, limatura metalli, et pergamenta poni, et quisquiliae domus, et raſura cuiuſque rei*. Res vilis ex abiecta, apud S. Paulum. Liber Epiſtolarum S. Bonifacii Arch. Mogunt. Epiſt. 74. *Haec xeniola direximus tuo cultui . . . caligas, et Peripſemata, orarium et coculam, et gemmam breuem*. Vbi *Peripſemata* videntur Graecuio recenſenda eſſe inter pedum tegumenta, quod caligis iungantur. PERIPSEMA, fem. gen. Liber Sacramentor. Gregorii M. PERIPSIMA, *media plauſa pedis*. Gloſſ. Iſid. PERIPSIMA, ſordes, immunditiae. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. cap. 48.

† PERIPSERE, abrogare, ad nihilum reducere, in Ch. a. 1121.

PERIPSYCIS, *frigdor*, in Gloſſ. MSS. a Graeco περιψύξις.

† PERISSERIVS, pirus ſilueſtris, in Ch. Mſ. a. 1460.

PERISTERIVM, ciborium, in cuius cauo appenſa erat columba, ex qua pendebat pyxis, ſacram Euchariſtiam continens. Teſtamentum Perpetui Epiſcopi, quo legat *Amalario Preſbytero*

ſero caſulam vnam communem de ſenice, item Periſterium et columbam argenteam ad Repoſitorium. Hinc emendandus, ni fallor, Rainerus de Translat. reliquiarum SS. Eutychetis et Acutii, vbi pro *Pyraſterium* leg. *Periſterium.*

† PERITIO, interitus, iactura, damnum, t. 1. lun. p. 12.

PERITOT, gemma viridis coloris ſmaragdo durior, ſed minoris pretii, Gallis *Peridot* vel *Pelidor.* Ab veteribus cognita fuerit, incertum eſt. V. *Peradota.* Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 6. de reliquiis S. Thomae Cantuarienſis Archiep. *Annulus, qui fuit ſuper digitum ſuum, cum dicto Peritot, tempore, quo gladius impiorum occubuit.*

PERIVOLIVM, filua muris aut ſepibus cincta, in qua ferae venaticae concludunuur. V. *Brolium.*

PERIVRAMENTVM, periuratio. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 64. *Iudicatur ſimplex laeſa ſimplici Periramento, triplex laeſa Periuratione et nullum vnquam ante iuramentum condonetur.* Vbi *Periramentum* eſt purum ſacramentum; PERIVRATIO vero ſacramentum ſolemnius, puta ſuper Cruces, Altare, etc.

PERIVRARE, deierare, vel falſo iurare. Lex Salica tit. 50. §. 2. PERIVRATVS, periurus. Synodus aduerſus Felicem ſub Leone III. PP. inter Concil. Hiſpan. to. 3. p. 114.

PERIZOMA, quo aliquid circumcingitur, a Graec. περιζωμα, quod idem eſt, Gen. 3, 7. Iſidorus lib. 19. Origin. cap. 22. *Veſtis antiquiſſima hominum fuit Perizomatum* (l. Perizomatium) *id eſt, ſuccinctorium, quo tantum genitalia contegunntur. Hoc primum primi mortales e foliis arborum ſibi fecerunt, quando poſt praeuaricationem erubeſcentes pudenda velabant.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. *Perizoma, une meniere de veſtement, ſurceint, braie.* Idem quod aliis *Campeſtre.* V. *Compeſtratus.*

PERIZONIVM. Perotus: *Caſula, palliolum praecinctum, quo nudae virgines infra papillas praecinguntur, id eſt Perizonium, et praecinctorium appellatur.* Vocabul. Suffiannenſ: *Perizonium, Devantoux, aliae caſule ou praecinctorium.*

PERLAE, margaritae, vniones, Gallis *Perles*, Germ. Perlen. Matthaeus Paris et Matthaeus Weſtmonaſt. an. 1255. *Et erat quidam lapis pretioſus, qui dicitur vulgariter Perla.* Iacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. *In auro, et argento, Perlis, et pomis ambrae, filis aureis, phylacteriis,* etc. PERLLAE, eadem notione. Michael Scorus lib. de Phyſion. cap. 8. *Pella rotunda.* Adde cap. 17. PERVLI. Ilo Magiſter in Gloſſis: *Bacae, gemmae rotundae, qui vniones vocantur, eo quod in capite oſtrearum aperto cerebro ſemel in anno et vnus tantum, quos et Perulos vocant.* V. *Perula.* Caſaubonus ad ſat. 2. Perſii obtenuat, margaritas infimae Latinitatis ſcriptores vocare *Perulas*, vocemque extare apud veterem interpretem Horatii. Salmaſius ad Hiſt. Aug. *perulas* dictas cenſet, voce ex Latino tuſſexa, quaſi *pitulas*, ſeu paruas pilas. Vnde et *pitula* Iſidoro rotunda illa naſi extremitas, pro *pitula*, dicitur. Et in Notis ad Solinum, *perulam*, pro *ſphaerula*, i. parua ſphaera, dixiſſe vereres ſcribit: ita enim recentiores ſphaeram appellaſſe, indeque *perulas* vniones Gallis dici, vt Graecis σφαιρία. Alii a *Perna*, quae eſt conchae ſpecies, de qua Plinius lib. 32. V. in *Pernae.*

PERLIMITARE, limites aliculus prouinciae pereranſire. Chron. Moſqmenſe apud Acher. to. 7. Spicil. pag. 626.

† PERLINA, in Stat. Sponae pro *Berlina*, q. V.

† PERLIRICVS, *delectabile e dolce*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† PERLISIA, paralyſis, ab Hiſp. *Perleſia*, t. 5. Sept. p. 745.

† PERLOCI, margaritae, vniones, in Ch. Mſ. a. 1379. V. *Perlula.*

PER LONGVM, Gall. *de long*, ea parte qua quid longum eſt. Litterae Caroli V. Fr. Reg. an. 1367.

† PERLVCIDARE, illuminare, perlucere, t. 2. Marr. p. 105.

† PERLVCRVM, altera iudicialis multa, quae priore non perſoluta, imponitur, aſſignaturque ad quoslibet

damna-

damnati redditus. Stat. a. 1505. inter Leg. Polon. t. 1. p. 306.

† PERLVLA, dimin. a *Perla*, margarita, vnio. Inuent. Mſ. a. 1363.

† PERLVSTRATVS, radians, t. 5. Sept. p. 598.

PERMANENTIA, perpetuitas. Diploma an. 1319. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 3.

PERMANSIVE, *non diſpoſitiue*, voces quae paſſim occurrunt apud Scholaſticos, id eſt, inquit Goclenius in Lex. Philoſ. per modum habitus, non affectionis.

PERMENTARIVS, ſeu PARMENTARIVS, ex *Paramentarius*, qui veſtes *parat*, id eſt, ornat, Gallis olim *Paramentier*, qui hodie *Tailleur d'habits*. Catholicon Armoric. *Courreaff*, Gall. *Corroer*, *Parmehuo*, *ar*, etc. Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 987. *Vt nec mercator, nec inſitor nec Permentarius, nec cerneſarius, nec vllus miniſter, volens vendere vel emere, non vendant, nec emant aliquid alicubi, niſi ibi quibus nundinas duraverint.* PARMENTARIVS, in Chartular. V. S. Vedaſti Atrebat. pag. 262.

† PERMERDATVS, totus merda infectus, t. 3. Antiq. Ital. med. aeui p. 1207. V. *Merdare*.

† PERMIRABILLIMVS, perquam mirabilis, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 49.

PERMISSIO, dimiſſio, Gall. *Deliſſement*, *abandon*. Litterae Henrici VII. Reg. Angl. an. 1509. apud Rymer. tom. 13. pag. 244.

† PERMISSVM, valedictio, abeundi facultas, t. 2. Iul. p. 113.

PERMITTENTE APOSTOLICO, in lib. 7. Capitul. cap. 260. Verba illa, inquit Marca lib. 2. de Concordia cap. 12. §. 7. formulam redolent, qua Magiſtratus vrbanitatis cum Reſcriptorum principalium triſtitiam mollirent, quaque vſus eſt Gregorius M. cum legem Mauritii de militibus ad monachiſmum properantibus temperauit. Quod hodie *cum bona venia*, *aut ſub beneplacito Pontificis* fieri dicunt.

† PERMITTERE, dimittere, derelinquere. Monum. Eccleſ. Aquilei. Append. p. 46.

† PERNA, V. in *Parna*.

PERNADA, ager vel praedium. Prima Curia Generalis Barcinone celebrata a Iacobo II. Rege Aragonum an. 1283. cap. 23. *Si tenent manſatam, bordam, vel Pernatam, aut alia bona talia vnde poſſint hoſpitium competenter tenere.* Alia Curia Barcinon. ann. 1291. *Item quod aliquis homo, qui teneat manſum, vel Pernadam, vel bordam in dominio alicuius, et faciat focum ibibi, non poſſit ſe facere hominem alterius ſine licentia domini ſui.*

PERNAE. (1) Papiae PERNAE, *vulgo procellae ſu monſtibus, dicuntur*. (2) Alia notione. Plin. lib. 32. cap. vlt. *Appellantur et Pernae concharum generis circa Pontica tabulis frequentiſſimae: ſunt velut ſuillo crure longo in arena defixae, hiantesque.* Chron. Caſin. lib. 3. cap. vlt. *Coppetellae de Pernis* 3. id eſt, de conchis iſtis. Gallis *nacre de perles*. Ita vero Latinis dicitur conchae marinae, e quibus colliguntur margaritae, ſeu vniones, quos inde *perlas* vocamus, quaſi *pernulas*. Conſtitut. Friderici Reg. Siciliae cap. 86. *Quod nullus, ſive vir, ſive mulier, ... audeat portare in veſtibus, quas induerit, aliquam friſaturam de Pernis*, etc. Charta Ioannis Archiepiſc. Capuani ann. 1301. in Sanctuario Capuano. *Item parnum chirotheearium de ſeta alba cum fimbriis Imperialis.*

PERNARIVM, perna. Charta Rogerii I. Regis Siciliae apud Vghellum tom. 9. pag. 45.

PERNATA, V. *Pernada*.

† PERNICARI, perniciem inferre. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

PERNICATOR, perdicum venator, ab Ital. *Pernice*, Perdix. Statuta Montis Regal. fol. 282.

PERNICIO, *Freineiſt*, *leſio*, *offenſio*. Gloſſ. MSS. X. ſalcem ſaec. ad calcem Collect. Can. ex Bibl. D. Chauvelin. † Pro Pernicies, t. 1. Sept. p. 169.

PERNICVLA, *iuuenis etiam*, in Gloſſar. Gr. Lat.

PER-

PERNIO. (1) Pernium, Ital. *Pernione*, vlcus quod ex frigore hiberno in digitis manuum pedumque, vel in talo contrahitur. Vtitur Plinius lib. 20. cap. 3. Gloſſae Graec. Lat. et Lat. Graec. *Pernium*, χίμετλον. V. *Magne*. (2) † Compages ferrea, Ital. *Perno*, Hiſp. *Pernio*. Murat. t. 4. Antiq. Ital. p. 955.

† PERNIS, peluis, in Act. capit. eccl. Lugd. a. 1338.

† PERNOCTANTIA, pernoctatio, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

PERNOCTARE, differre. PERNOCTATVS, dilatus. Speculum Saxon. l. 1. art. 58. §. 1.

PERNOCTATIO. (1) Idem quod *Procuratio*, *giſtum*, ius diuertendi in domum alicuius ad pernoctandum. Diploma Bretislai Ducis Boemiae an. 1045. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 52. (2) † Quodlibet grauamen, quaeuis iniuſta moleſtia, it q. *Exactiones*. Ch. a. 1190. t. 3. Hiſt. Occit. Prob. p. 168.

† PERNOVARE, de nouo ad cultum redigere. Ch. Mſ. a. 1211.

† PERNOX, V. *Perdius*.

PER NVLLIS INGENIIS, pro *per nulla ingenia*, occurrit in Chartis Almannicis Goldaſti 47. 58. 59. et 60.

PERO. (1) Saccus coriaceus. Acta S. Thyrſi Mart. cap. 7. *Ipſius autem Peronis fortioribus ligaturis conſtringite fauces*. Iuſſerat nempe Praeſes S. Thyrſum ſacco incluſum in mare demergi. Occurrit ibi non ſemel. Vtitur etiam Plinius lib. 36. cap. 14. pro ſacco. PERONES Latinis dicuntur calcei, qui tibiarum calcebantur. Gloſſ. Iſid. *Pero*, *Calciamenta*. V. *Calpones*. Carolo de Aquino in Lex. milit. dicitur a Pera, ſacculi genere; quod ſit laxius calceamentum ad peras ſimilitudinem. De iis Virgilius 7. Aeneid. Iuuenal. Sat. 4. etc. Vide Sauaronem ad Sidon. lib. 4. Epiſt. 20. Bened. Balduinum in Calceo antiquo cap. 17. Salmaſium ad Tertull. de Pallio cap. 5. et alios. De Peronibus Scoticis Hector Boethius lib. 14. Hiſt. Scotor. pag. 308. (2) Podium, ſuggeſtus, a Gall. *Perron*. Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampliſſ. Collect. col. 380.

† PER OLIM, quondam, olim. Ch. Mſ. a. 1335.

† PERONATVS, *calciato de ſinuali*, in Gloſſ. Ital. Mſ. V. *Pero* 1.

† PERONNIVM, f. forum, vbi *perones* ſ. calcei venduntur. Ch. Mſ. a. 1228. *Redditus quos habebant in Peronnio Tornoderenſi*. V. *Pero*.

† PERONVM, cliuus, collis declectus. Ch. Mſ. a. 1320. V. *Pendaria*.

PERPACARE, debitum integre perſoluere. Litterae Iacobi Reg. Aragon. an. 1252. inter Inſtr. tom. 6. nouae Gall. Chriſt. col. 65. Vide *Pacare*. PERPAGARE, eodem intellectu. Charta Communiae Rotomag. etc. apud Ducheſn. Norman. pag. 1068. V. infra *Propagare*.

PERPACATIO, perfecta et integra debiti ſolutio. Charta Eduardi II. Reg. Angl. ann. 1309. apud Rymer. tom. 3. pag. 125. PERPAGATIO, eadem notione, in Charta Guidonis Comit. Flandriae an. 1297. apud eumdem Rymer. to. 2. pag. 773.

PERPARS, portio haereditaria, ſeu diuiſio haereditatis per partes, Anglis *Purpart* et *Propertie*. Fleta lib. 2. cap. 54. §. 19. *Tanquam terram quae ſibi deſcendit in Perpartem de haereditate talis anteceſſoris*. PROPARS, ibidem lib. 5. cap. 9. §. 13. lib. 6. cap. 21. §. 2. Charta an. 1319. apud Rymer. to. 3. pag. 795. Vide *Carterium*. PVRPARS, in Charta ann. 1366. apud Kennett. Antiquit. Ambroſden. pag. 502. PVRPARTIA. Genealogia Perciorum, in Monaſtico Anglic. tom. 1. pag. 847. PROPERTIA. Idem Monaſtic. pag. 305.

PERPARVS, Moneta Imperatorum Byzantinorum aurea, V. *Hyperperum*.

PERPENDICVLARITER, recta linea. Iter Indicum Balthaſaris Spingeri apud Marten. Itiner. 2. Litter. pag. 362.

PERPENDICVLARIVS. Aurelius Victor in Epit. in Hadriano: *Nemque ad ſpectatum legionum militarium, fabros, Perpendiculatios, architectos, genusque cunctum externorum operum*

nium seu decorandorum in cohortes centurianeras. Vide mox *Perpendiculum.*

PERPENDICVLVM. (1) Ansa, catena, qua quippiam pendet. Willelm. Brito in Vocabular. MS. *Perpendiculum dicitur illud unde libetes feruntur et suspenduntur.* Gloss. Lat. Graec. MSS. Sangerman. *Perpendiculum*, κρεμαστὴς οἰκοδομῶν. Guill. Bibliothecarius in Stephano Vi. PP. pag. 236. (2) *Pannus muliebrem, quo pudenda tegunt, vel vestes defendunt.* Glossae MSS. in Prudentium ex Bibl. Sangermanensi Cod. 561.

PERPENNIVS, ἀΐδιος, in Gloss. Lat. Gr. Aliae Gr. Lat. Ἀΐδιος, *Auctor, Perennius.*

PERPENSORIA, excellentia, praestantia. Charta Philippi V. Regis Franc. an. 1338. pro erectione Baroniae Harcur. in Comitatum tom. 3. Hist. Harcur. pag. 248.

PERPERA. (1) Idem quod *Perperus*, Monetae species, V. *Hyperperum.* (2) † *Uno morbo che perverte la facia.* Gloss. Lat. Ital. Ms.

PERPERAGERE, perperam agere, Epist. Synodalis apud Felibian. Hist. Sandion. pag. LXXII.

PERPERAM, indecl. labes, ignominia, macula. Charta Gerbergae Reginae an. 959. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 139: *Si ecclesiasticis negotiis iuste disponendis operam damus, non regiae dignitati Perperam inferimus. Homo Perperam*, pro malus, peruersus, apud Anastasium in Vita Cononis tom. 3. Murator. pag. 148. PERPETRVS ex alio Cod. ibid. laudato in Notis, pro *Perperus*, ni fallor. V. Martinii Lexicon.

PERPERVM, monera Byzantinorum Imperatorum, V. *Hyperperum.*

PERPESSICIVS, *tolerans, patiens*, ὑπομαντικὸς, in Gloss. Graec. Lat. Mox: ὑπομένω, *perpesso, perfero.*

PERPESSVS, in Cod. Sangerman.

PERPETRVS, V. *Perperum.*

PERPETVALIS. (1) Officium ecclesiasticum quod ex institutione perpetuum esse debet, apud Hispanos. Synodus Valent. an. 1566. inter Concil. Hispan. tom. 4. p. 130. (2) Perpetuus, Gall. *Perpetuel.* Acta B. Ioannoli tom. 2. April. pag. 955. Vtitur Quintilianus lib. 2. cap. 14.

PERPETVALITER, perpetuo, Gall. *Perpetuellement.* Praeceptum Caroli M. an. 789.

PERPETVARE, sacramento firmare rem aliquam perpetuo se non facturum. Auxilii Libellus apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 613

PERPETVARIVS COLONVS; *qui fundum conductu in vitam, vel vt ad alios transferre possit: emphyteuticus vero esse sit Perpetuarius, attamen susceptis solum sterile et infructuosum.* Laur. in Amalth. *Perpetuarii*, qui in perpetuum res ciuitatum aut fisci conducunt, l. 1. 3. et vlt. eiusd. Cod. de priuil. dom. Aug. lib. 11.

PERPETVATIO. (1) Perpetuitas, diuturnitas. Charta Petri de Gressibus Episc. Autissiod. ann. 1321. (2) *Affiliatio*, in perpetuum societatem alicuius monasterii susceptio. Constitut. Dominic. cap. de Affiliationibus.

PERPETVVS, nomen cuiusdam officii, apud Anonymum Floriac. lib. 4. de Mirac. S. Benedict. cap. 24. *Iubet ergo Perpetuus ire, et quantum hordei necessitas expetebat, suis grabebere equis.*

PERPIMIARII, homines praestationi annuae *hyperperorum* obnoxii, V. *Hyperperum.*

PERPLVMIS. Theodericus Monachus de Inuentione S. Celsi Episc. Treuir. n. 17. *De Deo, dando Ecclesiae suae apud Treuericam Metropolim nouum patronum B. Celsum, quem virtutibus Perplumem, plenumque dierum . . . . . hastenus in superuis sedibus conciuilitatis.* Galli dicerent, *Emplume de vertus.*

PERPONCHA, idem quod mox *Perpunctum.* Consuetud. Brageriac. art. 28.

PERPORTARE. Chartae Parensales form. 24. *Precamur vos de illis homunciunculis, qui in vestro ministerio commanent, vel de nostris comitibus nostrum bonum consensum exinde missatis, sicut nos de vestra caritate bene confidimus, ut sic exinde Perportare facietis, usque nos infimul coniungi-*

insignum: Iudicatum sub Carolo M. apud Sammarthanos in Episcopis Massilienſ. *Sed contra Epiſcopum ipſum, vel ipſas certas aliquis ſic rem habebat, quod per annoſatem, ſeu per legem tricenariam in tempore patris ad ipſum bonefiſicium ſui ſeniorii, aut ad partes Domni Caroli Regis Perportare voluerunt.* Quid ſibi velit vox *Perportare* ex allatis vix expiſcari licet: paulo clariora ſunt quæ ſubiicimus. Notitia guirpitionis an. 968. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 323. *Tunc Comes præfatus et iudex Berengarius iudicaverunt ut Epiſcopus Perportare feciſſet ad ſervos S. Victoris, hoc ſunt homines, Letus, Auuſtus, etc. ibi fuerunt adepti qui voluit iurare et Perportare, ipſas vineas et ipſas campos, quod melius eis ſuccederet ex parte S. Victoris, quam ipſi homines ad tenendum propter cauſam elodi, quod etiam Epiſcopus paratus fuit.* Vetus Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. pag. 735. *Fecerunt iudicium rectum et Perportauit terrem Marchaauda filia Peoſu, ſicut iuſtum erat, audientibus et videntibus iſtis teſtibus idoneis* etc. Ex his *Perportare* idem ſignificare videtur quod *Guerpire*, rem poſſeſſam dimittere, quo etiam ſenſu Galli dicunt *Se deporter*, ea fortean pœnam diſcrimine, quod *Perportare* ſit rem abiicere poſt latam iudicum ſententiam.

PERPERE, monetæ Byzantinæ, V. *Hyperperum.*

† PERPREHENSIO, PERPRENSIO, poſſeſſio, vel locus ſepibus, muris aut vallis concluſus, Germ. *Bifang.* Ch. a. 1088.

† PERPRESIA, ambitus, fines et limites, intra quos locus quispiam *perprenditur* ſeu concluditur. Comput. a. 1356.

PER PRIMITIONEM, peremptorie. Occurrit in Decretis Hungaricis.

PERPRISIO, acquiſitio, comparatio. Charta Borelli Comit. Barcinon. an. 973. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 902.

PERPRIVS. (1) Pro *Prius*, quod *prius* eſt. Arnobius iunior in Conflictu cum Serapione lib. 1. (2) Adverb. antea, Gallis *par-cy-devant.* Teſtamentum S. Elphegi Epiſcopi Wintonienſis. (3) Inprimis, Gallis *Avant toutes choſes.* Charta an. 1330. apud Rymer. tom. 4. p. 459.

PERPVNCTVM, PVRPVNCTVM, veſtis militaris *coactilis*, et πιλωτὴ, vt Græci efferunt, lana vel goſſipio ſarta, et acu ſtipata ac *perpuncta*, vnde nomen non modo eiusmodi veſti indirum; ſed et thoraci veſtiario noſtrati, quod ad umbilicum lana ſpiſſiori perpuncta et conthili fartus ſit. Hiſt. MS. Excidii Aeconis ann. 1191. *Portantes ibidem . . . lanceas, falcaſtra, caſſides et loricas, ſcammata, et Purpunctas, ſonas cum clypeis*, etc. In Regeſto homagiorum Nobilium Aquitaniæ an. 1273. *Bos trimdus de Podenſiat domicellus dixit, quod ipſe tenet a D. Duce Podenſiacum*, etc. *et debet facere perſonaliter exercitum cum gonjone et Perpuncto, ſi ſit ſanus, et ſi ſanus non eſt, debet mittere quemdam domicellum, vel Militem, dum fuerit Miles.* Pag. 25. verſo: *Geraldus de la Mota domicella* etc. *debet etiam D. Regi obſequium exercitus de uno Milite armato Perpuncto et gonjone.* Occurrunt eadem verba iterum in eadem pag. *Gonjon* hoc loco ſonat *Gambesonem.* PORPOINCTVM, PORPOINTVM, Teſtament. Odonis de Roſſilione ann. 1298. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1306. PROPVNCTVM, in Statutis Foroiul. an. 1295. ex Tabul. S. Victoris Maſſil. PROPVNCTVS. De Excidio vrbis Acconis apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 765. PVRPVNCTVM. Mandatum Henrici III. Reg. Angliæ ſuper iuratis ad arma, in Addit. ad Matth. Pariſ.

PERPVTATIO, membri amputatio. Concilium Andegauenſe an. 453. cap. 3.

† PERQVA, pertica, menſura agraria, Gall. *Perche*, Picard. *Perque*, Necrol. Rotomag. V. *Perca.*

PERQVERIVS, an idem qui *Perverius* ſupra, parci cuſtos? Charta an. 1317. in Tabular. S. Victoris Maſſil.

Bartho-

Bartholomaeus de Monstiis Perquetius. V. *Parcus.*

† PERQVETVS, conſeptum fori iudiciarii, Gall. *Parquet.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1356.

PERQVIRERE, acquirere, *Purchaſſer*, forenſibus Anglis, *Perquiſitum*, et *perquiſitio*, acquiſitum, acquiſitio, vt auctor eſt Cowellus, quem conſule. PERQVISITVM, acquiſitum, poſſeſſiones aere proprio emptae, Gallis *Acqueſt.* Fleta lib. 1. cap. 11. §. 1. PERQVISITA CVRIARVM, acquiſita et addita *curiis* ſeu praediis ruſticis; eſt enim *curia*, praedium ruſticum, poſſeſſio, *curtis.* Vide *Curia* 5. Charta an. 1380. apud Madox Formul. Anglic. pag. 65. † PERQVIRERE DOMINVM, alicuius vaſſallum ſe proficari. Ch. Mſ. a. 1223.

PERQVIRITARE, perquirere. Chaud. Mamert. Praefat. lib. 1.

† PERQVISITIO, acquiſitio. Benedict. abb. Petrob. in Henr. II.

PERQVITARE, perſoluere, Gall. *Acquiter.* Acta S. Chriſtinae tom. 4. Iunii pag. 342.

† PERRACVLVM, i. q. *Peracalum*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

† PERRALMA, a Gall. *Perrelle*, terrae medicamentariae genus. Leodae maior. Careniſſ. *Pega et ſidanum, quae ſit vitrum, Perralha ſ. terra alba, non dens leudum.*

PERRARA, vel PERRATA AIGNELINORVM, per velleris agnini, Gall. *Une paire de toiſons d'agneau*, Locus in *Perreia* 1.

† PERRARIA, lapicidina, in Ch. Guid. Catal. epiſc. V. *Perreria.*

† PERREATOR, lapidum ſector, ſ. qui *petras* e *petraria* eruit, Gall. ol. *Perreur.* Lit. remiſſ. Mſ. 1387.

PERREIA. (1) PERREIA, PERTERRA, PORRETA, PREYA. Sic variis effertur haec vox, quae, niſi fallor, ſignificatur locus, vbi Carnotenſes mercatores congregabantur, de iis quae ad mercaturam ſpectabant, diſceptaturi, vbi etiam merces ponderabantur ad pondus Comitis, cui ob id tributum aliquod exſolvebant. Quod in prato Comitis eſſet, *Perreia* et *Preya* dictus: interdum vero *Perreria*, *Porreta*, quod prope ciuitatis portam exſtaret. Hoc tamen non affirmando dictum velim. Charta Theobaldi Comit. Bleſenſis an. 1213. ex Schedis D. Lancelot, cuius inſcriptio ſic concipitur. *Ordonnance et tenciſt de la chartre de la Perrée aux marchands qui marchandent en la Perrée de Chartres. Statui quod omnes mercatores tam de Carnoto, quam de vniuerſis regionibus, qui apud Carnotum aignelinos vendunt, ponderabunt illos eque et iuſte, ... et quia male geſtum erat ab antiquo, tam de ponderatione hoſpitis Porretae, quam de aliis intemperiebus, diſtricte prohibeo ne ſupradicto hoſpiti liceat aliquam Perrarum anglinorum ponderare, niſi ex grato et voluntate venditoris. Vnus autem quisque emptor et venditor dabit michi vnum denarium, ſicut antea ſoles eſſe, de vnaquaque Perrata.* Necrolog. Eccleſ. Carnot. 13. ſaec. X. *Cal. Maii obiit Theobaldus Bleſenſis et Clarimontis comes illuſtris, qui dedit Eccleſiae B. Mariae Carnotenſis VII. lib. et X. ſol. annis ſingulis ad feſtum S. Remigii capiendos in redditu quam habet in Perreia Carnotenſi, ab illo videlicet qui perreiam praedictam tenebit, reddendos.* In Computo ann. 1380. *Super Preya Comitis;* in aliis: *Super Perreia Comitis.* † Corruptae vel male lectae ſunt voces *Perteria*, *Porreta* et *Preya*, pro *Perreria*, *Perreia* et *Perreya.* *Perreia* Carnotenſibus eſt littus ſeu ripa fluuii Auturae vbi mercatores negotiabantur. (2) Forte lapis pretioſus. Charta ann. 1425. apud Rymer. tom. 10 pag. 346. *Vnam paruam peſtum cum Perreia et arbuſ Angliae, tres cappas de velues rubeas, cum roſis aureis,* etc. V. ſupra *Peritot.*

† PERRERIA. (1) Locus vnde *petrae* et lapides eruuntur. Ch. Mſ. a. 1265. (2) Gemmula. Inuent. S. Capellae Pariſ. V. *Perreator.* (3) Perium dignitas, V. in *Par.*

PERRERIVS, lapidum ſector, caementarius latomus. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 78.

† PERRETA, locus muris cinctus, ambitus. Ch. Mſ. a. 1340.

PERRIA, V. in *Par.*

† PERRIGERE, pergere, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

PERRIMARI, ſedulo rimari. Teſtam. Giraldi Matiſc. an. 888. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 53.

PERRIPARIVS. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 21. *Cum quidam iuuenis cognatus Regis optime in quadam feſtiuitate caneret, Alleluya: dixit Imperator ad eundem Epiſcopum: Bene cantauit modo ille noſter Clericus. Qui iuxta ſtultitiam ſuam ioculariter illa verba ſuſcipiens, et illum Imperatoris cognatum eſſe neſciens, reſpondit; Sic omnes Perriparii poſſunt bubus agricolantibus vetrenere,* (al. *veternere*) etc. Idem forte qui *Pelliparii*, tametſi acumen reſponſi non omnino percipio. At hic *Perriparii* videntur eſſe bubulci aut agricolae, qui bobus arantibus inſiſtunt, quibus, dum ad laborem exequendum hos vrgent, neſcio quid agreſte aut inſulſum occinunt; vnde pro *vetrenere* legendum forte *occinere*. V. in hac voce.

† PERRO, a Gall. *Perron*, podium, ſuggeſtus. Ch. Mſ. a. 1272.

PERROLOSENCIA, V. *Perroreſcentia.*

PERRONNIVM, V. *Peronnium.*

† PERRORESCENTIA, magna ſuſpicio, vel magnus metus, vnde *Perroreſcere.* Conſtit. Mſ. Ferd. reg. Arag. a. 1413. Ibidem non ſemel legitur *Perroloſencia* et *Porroloſencia.* V. *Perhorreſcentia.*

PERROSVM, f. leg. *Perraſum*, quidquid extra menſuram eſt, cum radio aequatur. Charta ann. 1251. in Tabular. Sangerm. *Reclamabant ſuper molendino S Germani plenam minam bladi tale quale molendinum ipſum lucrabatur qualibet ſeptimana, immo et tenannas et Perroſum molturet molendini praedicti, vt dicebant, quia minam bladi, tenannas et Perroſum dictus defunctus percipiebat.*

PERS, color, V. *Perſus.*

PER SE, Separatim, *Aparti.* Statuta Ord. de Sempringham; *Modus iſte in domibus Canonicorum Per ſe manentium ſeruatur.*

PERSEA. Diſputatio Archelai Epiſcopi Meſopotamiae cum Manete: *Cum ergo corpus hoc principium ſit et materia, neceſſe eſt, eum qui plantauerit Perſeam, tranſire per multa corpora, vsque quo Perſea illa, quam plantauerit, concidat.* Videtur haec voce intelligi malus perſica, quam Graeci περσέαν dixerint.

† PERSEGIES, PERSEGVES, panni ſpecies coloris *perſici.* Comput. a. 1482. V. *Perſus.*

PERSEGMEN, minutum ſegmen. Epiſt. S. Paciani ad Sempronianum inter Conc. Hiſpan. tom. 2. pag. 93.

PERSEITAS, facultas per ſe ſubſiſtendi, t. 5. Iun. p. 705.

PERSEVERARE, commercium, ſocietatem cum aliquo habere. Litterae an. 1364. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. pag. 440.

PERSEVS, color, V. *Perſus.*

PERSICA, malum Perſicum, Gallis *Peſche*, Germ. Pfirſche. Leraldus Mon. lib. Miracul. S. Maximini Abbat. Miciacenſis num. 16. PERSICVM, eadem notione. Fortunatus lib. 7. Poëm. 14. PERSICARIVS, malus Perſica, Gall. *Peſcher*, in Capitulari de Villis cap. 70.

PERSICETVM, V. *Perciſetum.*

PERSICHOMACHIA. Ita inſcribitur liber quidam in Catalogo Bibl. Canoniae S. Nicolai Petau. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. Praefat. p. LII.

PERSICIOR. Hincmarus Laudanenſis in Reſponſione ad Remenſis Epiſtolam L. Capitum pag. 615. *Sperabam Perſiciorem ſanctitatis veſtrae fore romphaeam, ſi ferro vicarii Apoſtolorum Principis Petri acueretur, non obtuſiorem*: i. acutiorem: Galli dicerent *plus Percante.*

PERSICVS, *qui frequenter aliquid petitur.* Gloſſ. MSS. Sangerm. num. 501. V. *Perſus.*

PERSINA, vipera. Chron. Sicardi Epiſc. Cremon. apud Murator. tom. 7. col 533.

PERSISTATVS. Marculfus lib. 2. form. 18. *Ita vt pro ipſa cauſa ſolidos tantos, quos in praeſentia mihi dare deberes, quos in praeſenti per vadium*

medium tuum visus es transsoluisse, et nos ipse causa Persistata, contra te visus sum werpisse. Galli dicerent, *la chose ayant été persistée*, hoc est, cum in ea re persitum sit.

† PERSISTENTER, continue, t. 2. Mart. p. 155.

† PERSO, vectigalis species, quod *Personae* imponitur, i. q. *Capitagium*. Ch. Mſ. a. 1247.

† PERSOCLAMIVM, sortilegii species. Stat. S. Flori Mſ.

† PERSOLENCIA, *la assiduita*. Gloſſar. Lat. Iſal. Mſ.

PERSOLENTER, *assidue*. Gloſſ. Iſid.

† PERSOLIDVS, torus, ſolidus. Act. SS. t. 1. Aug. p. 236.

† PERSOLLA, *persona*, in vet. Gloſſ. Cod. reg. 7641.

PERSOLTO, vox Hiſpanica quae idem ſonare videtur quod permitto, concedo. Charta Alfonſi I. Reg. aerae 1157. apud Michaelem del Molino in Repertorio p. 265. col. 3. *Persolto vobis totas illas aquas, quod pesquetis vbi posueritis.*

PERSOLVEBVNT, pro *Persoluent*, in Decreto Flauii Reg. inter Conc. Hiſpan. tom. 2. p. 704.

† PERSOLVS, *assiduo*. Gloſſ. Lat. Iral. Mſ.

PERSOLVTOR, qui ſtat promiſſis. Chronic. Mellic. pag. 348. *Deus creator bonorum, fidelissime promissor, certissime Persolutor.*

PERSONA. (1) Dignitas. Conſtitutio Diocletiani et Maximiani in Collatione Legis Moſaicae cap. 15. *Si qui sane etiam honorati aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris Personae*, etc. Bonifacius Mogunt. in Epiſt. ad Zachariam PP. apud Baron. ann. 741. num. 35. *Laicus quidam magnae Personae ad nos veniens dicebat*, etc. *Splendida Persona*, apud Celſum in Prooemio lib. 1. PERSONAM SVAM AMITTERE, i. libertatem ſeu dignitatem: in ſeruitutem cadere. *Nam serui Personam Legibus non habent*, vt eſt apud Senatorem lib. 6. Epiſt. 8. et Paſchaſium Diacon. lib. 2. de Spiritu ſancto cap. 4. (2) Qui dignitatem habet cum praerogatiua in choro et capitulo. Charta an. 1227. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. pag. 120. *Canonicus eorum in choro nostro non habebit stallum in ordine Personarum, sed habebit primum stallum in ordine sacerdotum. Bona Persona*, in Capitul. Metenſ. an. 756. cap. 2. *De Ecclesiasticis vero qui supradicta facinora commiserint, si bona Persona fuerit, perdat honorem suum.* Quod de maiori clerico, ſiue qui honore quodam praeditus eſt, vt Decani illi qui ſingulis decuriis praeſident, intelligendum coniicit Ianus a Coſta in Decret. pag. 44. PERSONATVS, in dignitate aliqua conſtitutus, vel cuius fama longe perſonat. Miracula S. Eutropii Epiſcopi Santonenſis num. 20 *Quidam e Francia multum Personatus*, etc. PERSONALIS, eadem notione. Charta an. 1103. ex Tabulario Eccleſ. S. Laudi Andegau. fol. 89. PERSONATVS in Monaſteriis dicuntur Dignitates, Decani ſcilicet, Theſaurarii, Cantoris etc. quas alibi Officia clauſtralia vocant. Statuta ad inſtaurandam monaſticam diſciplinam in Monaſt. S. Andreae Auinion. ann. 1253. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 239. (3) Dominus. Siculus Flaccus de Condit. agror. *Nam cum pulsi sunt popali, potestatique locupletiorum fuissent lati fundi, in cuius agro fuissent plures Personae, hic diuisus, vt assignatus, est.* (4) PERSONAE AVCTENTICAE, proceres, magnates. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 15. p. 30. V. *Authenticus.* PERSONAE INCONVENIENTES, in Capitul. Caroli Calui an. 858. tit. 27. cap. 9. *Persona honestioris et minoris loci*, in Capitul. lib. 7. cap. 476. *Personae mediocres.* V. *Homo.* PERSONA PVBLICA. Aggenus: *Quaedam loca feruntur ad Personas publicas attinere; nam Personae publicae etiam coloniae appellantur*, etc. Alius Agrimenſor: *Haec inscriptio videtur ad Personam ipsius coloniae pertinere*, etc. PERSONA SOLEMNIS, vir illuſtris, et aliqua dignitate conſpicuus. Charta an. 1423. in Tabular. B. M. de Bononuntio Rotomag. PERSONA VTILIS, probatae fidei, digna cui fides habeatur. Capitul. Sicardi

apud Catullum Peregr. Hist. Longobard. cap. 15. V. *Vtilis*. (5) Facultas, licentia. Charta ann. 1214. apud Georgium Pilonum in Hist. Belkunensi, pag. 118. *Vt habeat potestatem et Personam emendi, et vendendi, donandi etc.* (6) PERSONAE, clerici, qui Beneficia Ecclesiastica obtinent, quod, vt quidam putant, *magnum propter officium Personam sustineant*: sed maxime ii, qui beneficiis seu Ecclesiis per Vicarios deseruiri curant, dum ipsi potiori redituum parte fruuntur; et, vt ait Iohannes Sarisberiensis lib. 7. Policrat. cap. 17. *Qui quocunque modo plura conquirunt altaria et nolentes seruire altario, de quo viuunt, Personatos quosdam introduxerunt, quorum iure ad alium onera, ad alium referantur emolumenta.* Vnde apud eundem Scriptorem Epist. 1. *Personae* opponuntur *conductis, conductitiis Sacerdotibus et Vicariis.* Concilium Claromontanum an. 1095. cap. 3. *Ecclesiae, seu decimae . . . . saepius ab Episcopis sub palliata anaritia venundantur, mortuis nimirum, seu mutatis Clericis, quas Personas vocant.* PERSONA saepius pro Curio, parochus occurrit: Britan etiamnum *Person*, Angli *Parson* ea notione dicunt. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 115. *Ego Persona ecclesiae de Solineio habui meditatem inuestiturae praefatae ecclesiae de Solineio.* Varie ab Episcopis *altaria*, vti vocantur Ecclesiae, concedebantur Monasteriis, vel Capitulis Canonicorum, vel etiam Dignitatibus Ecclesiasticis. Interdum enim ea conditione dabantur, vt iis liceret *Personam* constituere, Clericum scilicet, qui *altaris* titulo et prouentibus sibi reseruatis, ei per vicarium deseruiri curaret: quo quidem vacante personatu, Monasteria confirmationem eorundem altarium ab Episcopis rursum impetrabant, per praestationem quandam, *altarium redemptionem* vulgo nuncupatam, vti in hac voce docuimus. Extant apud Haraeum in Castellanis Insulensibus lib. 2. p. 170. 171. Diplomata Radbodi Noviomensis Episcopi an. 1090. et Lamberti Atrebatensis Episc. an. 1111. quae istius moris meminerunt. Alia profert Buzelinus in Gallo-Flandria pag. 307. 308. Appellata quoque interdum haec praestatio *Personalis redemptio*, vt in Bullae Paschalis II. PP. an. 1107. ex Tabular. S. Albini Andegauensis: Interdum etiam altaria concedebant Episcopi absque *Personatu*, id est, vt liceret Monasteriis, alibi suis Ecclesiis, Vicarios in ipsis altaribus delegare, qui eis deseruirent, *Personatus* prouentibus ad ipsa Monasteria, Ecclesiasue spectantibus: quae quidem *altaria a Personatu libera* dicuntur in Charta Baldrici Noviomensis Episcopi ann. 1103. apud Vasforium in Noviomo p. 797. ex qua praeterea discimus, *Vicarios*, qui eiusmodi altaribus deseruiebant, *Iuniores*, eorumque ministeria, *Iunioratus* appellatos. Charta Manassis Episc. Camerac. an. 1096. apud Miraeum tom. 1. p. 165. *Altare videlicet de Hunthem cum appendiciis suis Heldreghem, et Idrighem sine Persona, sed cum debitis obsonits.* Alia Lamberti Episcopi Atrebatensis an. 1097. ibid. p. 116. Hinc *Personaliter tenere* dicebantur qui sub annua praestatione, *altarium redemptio* dicta, beneficia ecclesiastica possidebant: *imperſonaliter* vero qui ea obtinebant libera a *personatu*. V. Mabillonium tom. 5. Annal. p. 387. (7) Corpus. Mirac. B. Henrici Bauconens. tom. 2. Iunii p. 384. *Non exibat de domo, nec si poterat adiuuare de Persona; modo sentit omnia membra consolidata et confirmata ita quod vadit.* Hinc in Gloss. Graec. Lat. χαρακτηρίζω, *Persono*, id est rei alicui incorporeae personam aliquam attribuo, vti vocem hanc interpretatur Vulcanius. In MS. additur *Noto*. (8) IN PERSONA, quomodo Gallice dicunt, *en Personne*. Literae Renati Reg. Comit. Prouinciae an. 1477. pro piscatoribus Massil. (9) PERSONARVM NOMEN, ait Facundus Hermianensis lib. 1. cap. 3. *Non nisi cum Sabellius impugnaret Ecclesiam, necessario in vsum praedicationis assumptum est: vt qui semper tres credidit sunt et vo*

cti

cati, Pater, et Filius, et Spiritus ſanctus. vno quoque ſimul et communi Perſonarum nomine vocarentur. Deinde etiam Subſiſtentiae dictae ſunt, quoniam Eccleſiae placuit ad ſignificandum Trinitatem, et hoc nomen diſtinctioni perſonali tribuere. (10) † Homo, Gall. *Perſonne.* Ch. Mſ. a. 1227. *Perſona probabilis.* probatae fidei. Ch. Mſ. a. 1099. *Perſona amiſſa*, pro emiſſa, in Chartul. mai. S. Vict. Maſſil. (11) † Corporis ſpecies; dicitur de equo, in Stat. Mant.

PERSONAGIVM. (1) Mendoſe pro *Priſonagium*, quod commentarienſi ab incarcerato ſeu *impriſonato* exſoluitur, in Charta an. 1319. inter Inſtr. to. 1. nouae Gall. Chriſt. p. 191. V. in *Priſo.* (2) Idem quod *Perſonatus.* Monaſtic. Anglic. tom. 1. p. 816. Rectius *Perſonagium*, eodem quo apud Anglos *Perſonage*, pro diſtrictu eccleſiae curionis, qui *perſona* iisdem dicitur, accipi poſſe arbitror; qua etiam notione vox *Parochia* interdum vſurpatur, vt ſupra obſeruatum eſt in hac voce. V. *Perſona 6.* (3) † Beneficium ſeculare ad vitam duntaxat conceſſum. Ch. Mſ. a. 1235. (4) † Actio ſcenica, quae per *perſonas* exprimitur. Comput. Mſ. a. 1486. (5) † *Perſonae* ſeu hominis effigies. Comput. Mſ. fabr. S. Petri Inſul. a. 1489.

PERSONALIS CAVALCATVS, Seruitium quod quis per ſe cum equo praeſtare tenetur. Charta Caroli II. Reg. an. 1291. apud Pitton. Hiſt. Aquenſ. pag. 170. PERSONALIA BENEFICIA, i. q. *Perſonatus*, in Concilio Tarraçon. an. 1591. inter Hiſpan. to. 4. pag. 524. *Licet perſonatus ſine Perſonalia Beneficia ideo nuncupata ſint, quod non vt in perpetuum beneficia remanerent, ſed ad vitam aliquarum perſonarum eccleſiaſticarum duntaxat inſtituerentur, etc. Nullus perſonatus ſeu Perſonale beneficium, ſine auctoritate et decreto Epiſcopi . . . . exigatur.*

PERSONALITAS. (1) i. q. *Perſonatus*, in Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 248. (2) † PERSONAE qualitas vel ſtatus, in Ch. Lud. 6. a. 1120.

PERSONALITER. (1) Saluian lib. 6. de Gubern. Dei: *Perſonali din locuti ſumus, et exceſſiſſe videm regulam diſputandi*, id eſt, vt int pretatur Alexander Braſſicanus, perſonam tantum vnius, nemine j terea ſuo nomine nerato. Quid codd. habent *Perſonamter.* Inſt *Nunquid laeditur ſcelere perſonali c ſa cunctorum.* Leo Oſt. lib. 3. c 34. (al. 36.) *Conceſſit etiam prae ctus Papa Alexander Perſonaliter I ſiderio noſtro cimiterium Terracine ſem.* Id eſt, ipſi ſoli, non ſucceſ ribus Abbatibus. Chronicon Mo tis Sereni an. 1203. *Et ipſe Perſon liter acceſſit.* Vtitur alibi. (2) Pr ſens, coram, Gall. *en Perſonne.* C currit paſſim in Inſtrumentis No riorum aeui inferioris. (3) PE SONALITER IVDICARE, i. cu perſonarum acceptione, quam πρ σωποληψίαν appellant Graeci: vi S. Antiochum Homil. 93. Senatc lib. 2. Epiſt. 8. (4) PERSONAL TER CONDEMNARI, poenis ſuppliciis ex ſententia affici. Conc Palent. an. 1388. inter Hiſpan. to. pag. 624.

PERSONANDVS, qui alicui ordi vel ſocietati praeſidet. Charta Ma miliani I. Imp. an. 1486. apud M raeum tom. 1. p. 232. col. 2.

PERSONARE. (1) Praedicare, e tollere, efferre, Mabillonio aeſtim re, in Hiſt. belli ſacri tom. 1. Mu Ital. p. 206. V. in *Perſona.* (2) I ſtrumentis muſicis canere. Epito Conſtitut. Eccl. Valent. inter Conc Hiſp. tom. 4. p. 187.

PERSONARII, qui aliquid in cor mune poſſident, ſocietate iuncti, v de iisdem ſunt ſeruitiis ſeu debit obnoxii. *Perſonniers.* Interdum p inſtitoribus, Gall. *Facteurs, comm ſionaires*, qua notione accipien haec vox videtur D. Bruſſel tom. de Vſu feud. pag. 243. in Regeſ Magn. Diet. Campaniae fol. 61. C *ria ordinauit, quod omnes Perſonar qui pro debitis in perſonalibus ten buntur, quoquomodo obligati fuerin per litteras Balliuiorum, vel alio m do; dum tamen ſine fraude et ma tia, bonis ſuis tam mobilibus qu*

immobilibus cedere voluerint, liberabuntur. V. *Parcennarii.*

PERSONATICVM, i. q. *Perſonatus.* Charta Henrici I. Regis Franc. an. 1057. in Hiſt. S. Mariae Sueſſion. p. 436.

PERSONATOR, idem quod *Perſona 6.* Lambertus Ardenſis p. 151. *Erat autem tunc temporis in Ardea quidam ſub Morinenſis Epiſcopi praeſidio ſubſtitutus Perſonator, ſive perſona, nomine Walterus, qui etiam Nelenſis et Althingenſis villae ſimili profeſſione procurabat Eccleſiam.*

PERSONATVS IVS, quo *perſonam* in eccleſia aliqua quis conſtituere poteſt. Charta Officialis Remenſis an. 1364. V. *Perſona 6.* PERSONATVS, *perſonae* dignitas, ſeu beneficium ipſum, ac Eccleſia, quam quis *ſub perſonatu* poſſidet, vt eſt in Charta Walterii Epiſcopi Tornacenſis, apud Haraeum in Caſtellanis Inſulenſ. Perrus Bleſ. Epiſt. 120.

PERSONETA. (1) Apparitor, († vel potius Procurator, qui *perſonam* alterius gerit.) Statuta Vercell. lib. 3. fol 78. recto: *Et ſi aliquis tabelio, aduocatus, Perſoneta, vel teſtis contrafecerit, ſit infamis ipſo iure, et in bando de maleficio, de quo non poſſit exire, niſi ſoluerit Communi Vercellarum duplum precii rei alienate in denariis numeratis.* (2) † Proxeneta, quia *perſonam* alterius gerit. Ch. Mſ. a. 1341.

† PERSORIVM, torcular, pro *Preſſorium*, in Chartul. Med. monaſt.

PERSPICIENTIA, *vigilantia*, in Gloſſ. Lat. MS. Regio, cod. 1013.

† PERSPICILLA, conſpicilla, in Act. Capit. eccl. S. Petri Inſul. ad a. 1539.

PERSVLARVM, f. extraordinaria exactio. Charta Ponrii Comit. Toloſan. an. 936. apud Catellum, pag. 89. *Et taſtias, et omnes actus et ſeguis, et inſtitias, . . et leudas, et Perſulira, et venationes, . . . totum illud damus.* Occurrit eadem Charta inter Probat. tó. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 76. † Mendum eſſe videtur, i. forte quod ſupra *Perſo.*

† PERSVPER, inſuper, in Ch. Mſ. a. 1220.

PERSVS, color, ad caeruleum, vel ad floris *perſicae mali* colorem accedens, Gallis *Pers*, Italis *Perſo.* Recte Acariſius: *Perſo e colore, de la Perſa, donde prende il nome, cioe è azuro ſcuro et non aperto.* Gloſſae MSS. *Synopes*, *color perſeus.* Scio, originem a Graecia quosdam arceſſere, ſed valeant originationes iſtae graeciſſantes in vernaculis noſtris. Leo Oſt. lib. 3. cap. 57. (al. 58.) *Tunicam vnam de panno Perſo inaurato.* Charta Heccardi Comitis Auguſtodun. apud Perardum: *Caſulas 2. vna Perſa, alia virida.* Interdum et pro panno huiusce coloris accipitur. Statuta pro villa de *Commercy* MSS. p. 18. PERSICVS, eodem ſignificatu. Proceſſus de Vita S. Yuonis tom. 4. Maii pag. 547. *D. Yuo indutus tunica, ſupertunicali et epitogio de Perſico.* Hinc emendandum Teſtament. Guillelmi de Turre an. 1461. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Arvern. p. 726. *Caſulam meam ciricis Perſici coloris, etc.* Vbi perperam editum, *Pertici.* PERSEVS, idem quod *Perſus.* Aelfricus in Gloſſ. Saxon. cap. de coloribus: *Perſeus, blawen*, i. blauius, Gallis *Bleu.* PERSET, in Charta an. 1070. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Coll. col. 482.

PERSVTA, ab Italico *Perſutto*, perna, Gall. *Jambon.* Statuta Riperiae cap. 16. fol. 9. vo.

PERTALLVS. Bulla Innocent. VI. an. 1355. pro Clariſſis Toloſanis apud Waddingum: *Hoc ſabo, quod dictae Religioſae poſſint habere, conſtruere, et tenere porticum et Pertallum pro introitu et exitu ad dictam rectam carreriam, habentem ſex brachiatas duntaxat in latitudine cum clauſuris.* Sed legendum *portallum*, portam maiorem, Gall. *Portail.*

PERTENEMENTVM, praedium, hereditas, feudum. Charta ann. 1209. in Tabular. Domus Arelat. S. Ioan. Hieroſol. *Do in retornum tibi et in potecham* (f. hypothecam) *totum meum Pertenementum.* A *tenemento* nude diſtinctum videtur, ita vt *Pertenementum* ſit praedium ſeu feudum liberum, quod nullo medio tenetur. V. in *Tenere.*

† PER-

† PERTERRARE, diruere, ad terram deiicere. Steph. de Infesura Mſ. V. *Atterrare.*

PERTERRITVS, *δίος*, in Gloſſ. Lat. Graec. metus.

PERTICA. (1) *Pertica regia*, agrimenſoribus eſt territorium in quatuor partes diuiſum et comprehenſum limitibus maximis Decumano et Cardine: totum territorium coloniae diuiſum et aſſignatum. Frontinus: *Solum autem quodcunque coloniae eſt aſſignatum, id vniuerſum Pertica appellatur.* Aggenus: *Pertica quatuor regionibus aequaliter diuiſa.* Vide Gromaticos. (2) Certus agri modus, decem pedibus conſtans, quae ideo *Pertica decempeda* dicitur apud veterem Agrimenſorem p. 330. duobusque paſſibus conſtare. V. Salmaſium ad Solinum p. 684. PERTICA 10. *pedum* longitudinis apud Anglos olim perinde fuit. V. Monaſtic. Anglic. to. 1. p. 313. Habuerunt etiam *perticam* 10. *pedum*, vt eſt in eodem Monaſtico to. 2. 157. 158. 159. et *perticam* 15. *pedum*, ibid. pag. 157. et *perticam* 20. *pedum*, ibid. pag. 204. 273. tom. 3. pag. 15. 16. PERTICA 7. *pedum*, 7. vnciarum, et 8. lin. totidem quippe valent 10. palmi ex quibus conſtare perticam dicitur in Sententia arbitrali ann. 1292. pro Abbate Gimontenſi in Occitania: *Perticus cum quo menſurantur arpenta et terrae, vineae et alii honores, habeat in perpetuum et habere debeat decem palmos bonos et largos de longo, vt hactenus habere consuevit.* PERTICA 15. *pedum*, in Charta Gunfindi Abbat. S. Sulpitii Bituric. ex Tabular. eiusd. Monaſt. PERTICA 16. *pedum*. V. in *Quarentena*. PERTICA 20. *pedum*. Charta an. 1239. in Tabul. Meld. PERTICA 21. *pedum*. Charta S. Gerardi an. 971. inter Probat. Hiſt. Tullenſ. p. LXV. PERTICA 25. *pedum*. Charta Ricardi Reg. Angl. tom. 4. Hiſt. Harcur. p. 1414. PERTICA 27. *pedum*. Tabular. Deruenſe. PERTICA 12. *pedum, quae dicitur Luirpendi, et pertica legitima de pedes duodecim ad extenſis brachiis menſurata, vel ad cubitum brachii*, in Chartis Longobardicis apud Vghell. to. 3. Italiae ſacrae p. 289. to. 5. p. 659. to. 7. p. 1442. et to. 9. p. 121. † PERTICA ACCINGA, eadem quae mox *arpennalis*, in Ch. a. 837. t. 12. Gall. Chriſt. Inſtr. p. 247. PERTICAE ARPENNALES, *agripennales*, quibus agri *arpennis*, ſeu *agripennis* conſtat. S. Bernardus Epiſt. 426. *Haia non extendetur in latum vltra quadraginta Pertica arpennales.* PERTICA AGRIPEDALIS, in Tabular. S. Stephani Diuion. apud Perardum p. 48. 56. Vetus Charta in Vita S. Domitiani: *Et habet in longitudine cum colle et ſilua ſupra viam, ſecundum virilem manum, Pertica agripedales centum duodecim, in latitudine et parte meridiana, cum ſarpo* (carpo i. palmo) *Pertica agripedales ſeptuaginta duas ac ſemiſſem.* Hinc liquet, quid ſit PERTICA MANVALIS. Charta Ludouici Imper. data Remis an. 5. Imp. 4. Indict. *In ipſis quoque finibus vel adiacentiis Geminiacum nuncupantem villam et circumquaque tantum in omni parte ipſius foſſae ordine quadrato perticas 30. quam Perticam manualem ad menſuram 30. pedum deſignauimus.* V. Agrimenſores p. 330. Huc etiam ſpectat Charta an. 3. Rodulfi Regis in Tabul. S. Sulpitii Bituric. *Et habet menſura in circomcinctum perticas XXIIII. et ipſa pertica vnde menſuratum fuit habet pedes VII. ſ.* (ſ. ſeptem et ſemis) *ad manus hominum.* PERTICA DE CAVDA, nomen eſt proprium cuiusdam loci. Charta Henrici Comit. Barenſ. to. 4. Hiſt. Harcur. pag. 1373. PERTICA IVGIALIS. Charta an. 893. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 258. *Eſt autem menſura ipſius terrae ſecundum huius temporis Geometras, Perticas iugiales ſeptem, et tabulas ſedecim.* Pertica, qua iugera agraria metimur. V. *Iugia.* PERTICA *terrae legalis*, in Charta Childeberti Reg. pro Eccleſia S. Germani de Pratis. PERTICAS FACERE, agrum ad tot *Perticas* colere. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 2. vo. PARTICHA, pro *Pertica*, plu-

ries in Charta an. 1121. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi pag. 327. et in Statutis Montis Regal. fol. 229.

PARTICA, pro *Perticq*. Caeſarius Nunbergenſis de Mirac. S. Erendrudis cap. 7.

PERTICAS, ſeu *trabes*, quibus ex ligno facta columba ſuſpenderetur, ad ſepulcra erigi ſolitas a Longobardis, teſtatur Paulus Warnefridus L. 5. de Geſtis Longob. cap. 34. Laudes Papiae ap. Murator. tom. II. col. 13. Recenſetur etiam *Pertica* inter ornamenta, quibus altaria in ſolemnioribus feſtis decorari ſolebant. Inuentarium ſacrae ſuppellectilis Eccl. Mogunt. to. I. Rerum Mogunt. p. 94. (3) Pro *Perca*, piſcis ita dictus, in Vita S. Willelmi Abb. Roſchild. num. 41. (4) Αὐτοσχέδιον οἰκημάτιον, ἀπὸ ξύλων ἐρρῶν γενόμενον καὶ συνιδὸν ἢ ἄλλης ὕλης, in Gloſſ. Lat. Gr. Sangerman. Hinc *Pertica* dicitur tabulatum ſeu menſa operaria ſartorum. Litterae Iohannis Francor. Regis an. 1351. tom. 2. Ordinat. p. 469. *Ordinauerunt et conuenerunt inter ſe, quod quando moriatur aliquis ex dictis magiſtris, vel vxor, vel mater, etc. quod illa die qua ſepelietur, omnes tenentes operatoria de dicto miſterio, debeant leuare ſuas Perticas, vt tenere medias Perticas operariorum* (operatoriorum *clauſas, quousque corpus ſit traditum eccleſiaſticae ſepulturae.* (5) PERTICA MANGANI, machinae iaculatoriae lignea compages, quomodo nunc *l'Afut d'un canon* dicimus. Chron. Parmenſe ad an. 872. apud Murator. tom. 9. (6) † Machina bellica ex longa pertica et caſtello ligneo illi perticae ſuperimpoſito conſtans, vnde obſeſſores ad murorum altitudinem vsque eleuari, ab iis obſeſſos expellere tentabant. V. Guid. de Vigeuano Mſ. (7) † Trabecula in aedibus ſacris in qua cerei accenduntur. Sent. a. 1282. V. *Pergula*. (8) † Patibuli ſpecies in qua rei ſuſpenduntur. Ch. Mſ. a. 1354. V. *Furca*.

PERTICARE, ad *perticam* menſurare. Sententia arbitralis an. 1292. inter Abbat. et Conſules Gimont.

PERTICARIVS, apparitor, *bedellus*, a *pertica* ſeu virga quam geſtat ſic dictus, Gall. *Bedeau*, *porte-verge*. Concil. Mexicanum an. 1585. inter Hiſpan. tom. 4. pag. 385. Interdum *Pertingherius* dicitur apud eosd. Hi ſpanos teſte Macrobio in Hierolexico.

PERTICATA, modus agri *perticam* continens. Spelmanno eſt terrae portio, quae latitudine perticam continet: longitudine vero per ſtadium integrum, quod *Quarentenam* dicunt, diſtenditur, hoc eſt ad 40. perticas, alias *Roda* dicta. Continet ergo *Perticata* terrae in integra ſuperficie 40. perticas, i. quartam partem vnius acrae, quae octogies perticam comprehendit, etc. Leges Burgorum Scoticorum cap. 119.

PERTICATIO, terrae modus *perticis* dimenſus. Vetus Charta in Vita S. Domitiani.

† PERTICATOR, agrimenſor, qui *pertica* metitur, in Ch. Mſ. a. 1320.

PERTICHETA, V. *Perdiceta*.

PERTICVLA. Charta an. 5. Henrici IV. Reg. apud Th. Blount in Nomolexico Anglic. *Quandam eleemoſynam vocatam Perticulas ad ſuſtentationem cuiusdam pauperis ſcholaris de Inſula praedicta ad exercendum ſcholas per progenitores noſtros quondam Reges Angliae datam et conceſſam, etc.*

PERTICVS, V. in *Perſus* et *Persica* 1.

PERTIGERE, adire, conuenire. Elmham in Vita Henrici V. Reg. Angl. cap. 73. pag. 208. Vbi MS, cod. *Pertingere*.

PERTINAGES FFERES, *i. continuae*. Ita Gloſſ. MSS. ad Alexandrum Iatroſoph.

PERTINACIA. (1) Pro *Conſtantia* vſurpari a S. Eulogio lib. 2. cap. 7. et in Commonitorio Ludouici Pii ad Hieremiam Archiep. Senonenſem, obſeruat Baronius an. 25. Verum id aegre inde colligitur, cum potius in malam hiſce locis videatur accipi, non in bonam partem: nam *Pertinacia*, vt ait S. Auguſtinus Epiſt. 29. *conſtantia diſi affectat, et non eſt, quia illa eſt virtus, hoc vitium.* Et Beda de Orthogr. *Pertinacia malae rei perſeuerantia dicitur: Conſtantia bonae.* V. Baluzii Notas ad Capitul.

tom.

som. 1. p. 644. (2) Consummatio, absolutio. Hericus in Praefat. ad Libi carm. de S. Germ. (3) Pro *Pertinentia*. Liber Ramesiensis sect. 298.

† PERTINAX, pertinens. Testam. Ms. a. 1250.

PERTINEMENTVM, territorium, districtus, vt infra *Pertinentiae*, Gall. *Appartenances*. Charta an. 1168. inter Probat. tom. 2. nouae Hist. Occitan. col. 608. Ita forte legendum est in Charta an. 933. inter Instr. tom. 6. nouae Gall. Christ. col. 127. *Quantum ibidem ad Pertinendum est.*

PERTINENTER, congruenter. Statuta reformat. S. Claudii an. 1448.

PERTINENTIA. (1) Fruitio, possessio. Oratio Ferdinandi Vacecapitis an 1378. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1508. (2) PERTINENTIAE. Paschalis II. PP Bulla ann. 1102. apud Vghellum tom. 1. Italiae sacrae: *Ciuitates autem fines dicimus, qui Pertinentias suas longe lateque concludunt.* Galli *Appartenances* eadem notione dicunt. Statuta Auscior. MSS. art. 54. *Aqua et alia necessaria praedictis animalibus per omnes Pertinentias et laborantias ciuitatis praedictae.* Nicolaus de Iamsilla de Gestis Frider. II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 513. *Comitatum Alesinae ac honorem montis S. Angeli, qui erat eiusdem Principis Pertinentiae, a summo Pontifice . . obtinuerat sibi concedi.* V. *Pertinementum.*

PERTINERE, pro *Frui*. Lex 3. Cod. Th. de Priuileg. eor. qui in sacro Palatio milit. *Nemo possit ad indultum a nobis beneficium Pertineri, nisi qui*, etc.

PERTINENS. PERTINENTES HOMINES, serui, qui ad aliquem *pertinent*. Lex Longob. lib. 1. tit. 16. §. 8. PERTINENTES, subditi, *tenentes*. Charta Friderici II. Imper. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 399. PERTINENTES dicuntur etiam affines et cognati, qui cognatione, seu *parentela*, aliquem contingunt, *qui appartiennent de parenté à quelqu'un*, quomodo vsurpatur haec vox in tit. Cod. *Si Rector prouinciae, vel ad eum pertinentes sponsalia dederint*, id est, *necessarii*, liberi, cognati, affines, atque adeo domestici, etc. vt obseruat Cuiacius. Leges Canuti Regis cap. 48. al. 76.

PERTINXERIT, pro *Pertigerit*. Charta Stephani V. PP. an. 803. inec. 14. Bened. part. 1. p. 7.

† PERTIXANA, i. q. *Partesana*, in Stat. orimin. Saonae.

PERTONGAR. Vita S. Gerardi Abbatis Bronienſis num. 29. *Dominus Stephanus sanctae Romanae sedis tunc Apostolicus iussit fieri, (ipso consistente viro Dei, immo dictante debeatis scribi,) plumbeo bullatum sigillo priuilegium, quod et Pertongar appellant, consulis illi, etc.* Vbi monet doctissimus editor, alios *ptongar* scribi, qui *Pantocharum* hic innui putat.

† PERTRACTABILITAS, accipiendi ratio, indulgentia, apud Pez. t. 6. Anecd. P. II. p. 122.

PERTRACTATVS, pertractatio, administratio. Leges Caroli Magni ap. Murator. tom. 1. part. 2. p. 101.

PERTRACTVS, vectio, vectura, Gall. *Voiture, transport.* Charta regnante Roberto Reg. Franc. in Tabular. Gallon.

PERTRADICIVS, hostis, praedo, vt videtur. Capitulare Siccardi Principis Beneuentani an. 836. apud Murator. tom. 2. pag. 257. *Neque per exercitu, aut curfus, neque per stammeras, neque per Pertradicios qui a partibus vestris nobiscum sunt, vel fuerint nobis volentibus, aut consentientibus, aut per nostrum solumtatem contra vos submissos.* Alibi, *Petradicios.*

PERTRANSIBILIS, qui pertransit, penetrat. Isidorus in Alphabeto.

PERTVLVSVS. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 18. de quodam, qui sibi mentulam abscideret: *Et obrasa tentigo Pertulusum, vt sic dicam, ad urinas residuum habuisset.* Ex Gallico forte *pertuis*, foramen; sic *pertuisum* legendum esset. V. mox *Pertusare.*

PERTVM. Henricus de Knyghton. an. 1391. *Conuenerunt in curia sua multae turmae atomorum to muscarum, et in modum praelii congredientes fecerunt maximum stragem inuicem,*

adeo vt ſtopis et Pertis mundarent locum de interfectis. Videtur legendum *percis*, pro perticis, ex Gallico *perche.*

PERTVRBIA, perturbatio, litigatio, contentio, Practicis Gallicis *Trouble*, cum quis in poſſeſſione alicuius rei turbatur. Charta an. 1311. tom. 1. Hiſt. Dalph. p. 144.

PERTVSAGIVM, idem quod *Foragium*, tributum ſcilicet, quod domino feudali praeſtatur pro facultate perforandi dolium et exinde vinum vendendi. Charta vetus in Hiſtor. Monaſterii S. Nicolai Andegauenſ. p. 42. *Dedit quoque eis Pertuſagium feria S Petri, ad quod colligendum famules ſuos dominicos miſtent.* † Pro quouis tributo vſurpatum videtur, in Ch. Mſ. a. 1270.

PERTVSARE, perforare, Italis *Pertugiare.* Guibertus lib. 1. de Vita ſua cap. 22. de fulmine.

PERTVSERIA, aditus, porta, Gall. *Porte, ouverture.* Charta Guillelmi Epiſcopi Grarianopolis ann. 1288. tom. 2. Hiſt. Dalph. pag. 46.

† PERTVSIACVM, i. q. *Pertuſagium*, in Ch. Mſ. a. 1114.

PERTVSVS, foramen, Gall. *Pertuis.* Tranſlat. S. Sauini apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 809. Adde Hiſt. Dalph. tom. 2. p. 188.

† PERVADERE, inuadere, vſurpare, iniuſte occupare. Chartul. eccl. Vienn.

PERVASATVS, *daemoniacus.* Vgutio. V. *Vas.*

† PERVASIO, vſurpatio. Ch. Mſ. a. 1059.

† PERVASITVS, *indemoniato*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ. V. *Pervaſatus.*

PERVASOR, qui ſibi iniuſte aliquid vſurpat, inuaſor, praedator. Concil. Tolet. XI. inter Hiſp. tom. 2. p. 665.

PERVASORIE, iniuſte, Miracul. S. Eadmundi Reg. Angl. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 826.

† PERVASORIVS, vſurpatus, t. 10. Collect. Hiſt. Fr. p. 583.

PERVATVRIA, mendum eſſe videtur pro *parua auia.* Diploma Ludouici VI. Reg. Franc. an. 1336. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 749. *Item in Pernatunia Epiſcopi et infra domos eius conuentus ſuos faciebat, et in magna curia captos ſuos, nolente Epiſcopo incarcerabat.*

PERVDVM. Diedericus Monachus de Illatione S. Benedicti cap. 5. *Sanctiſſimam Patris ac Patroni ſui glebam, auris inuaſatam ciſtellis, de ex imis Perudi ſuſtollunt, curſuque pernicioſſimo naui ſpem beatam imponunt.* Legendum forte *telluris.*

PERVENTOR, qui ad aliquem per alium accedit, *peruenit.* S. Auguſtinus de Conſenſu Euang. cap. 10.

PERVERSVM, ſeu *in peruerſum*, contra, contrario; vtitur Tertullianus in Praxeam, vt et S. Hieronymus Epiſt. 20. vbi Graeuius.

PERVIGILIVM, pernoctatio in Eccleſia in Vigiliis Sanctorum. Conſtitut. Cardinalis de Mendoza inter Concil. Hiſp. tom. 4. p. 27. *Peruigilatio*, eadem notione, in Concil. Tolet. an. 1565. ibid. p. 413. † Pro die quae feſtum praecedit, apud Lunig. in continuat. Spicil. eccleſ. p. 460.

† PERVILEPSIS, V. *Perilepſis.*

PERVIRTVOSVS, ſumma virtute praeditus, apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1383.

PERVISOR, inquiſitor. Fragm. Vitae MS. ſancti Germerii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. p. 523.

PERVISVS, V. *Paradiſus 1.*

PERVIVM, via. Gloſſae: *Peruium, ὁδοιπορον.* Pactum inter Guntchrannum et Childebertum Reges Franc. apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20. *Cum Caſtellis Duno et Vindocino, et quidquid de pago Stampenſi, vel Carnoteno in Peruio illo anteſatus Rex cum terminis et populo ſuo percepebat, etc.* Infra: *Et quia inter praefatos Reges pura et ſimplex eſt in Dei nomine concordia inſtigata, conuenit, vt in vtroque regno vtriuſque fidelibus tam pro cauſis publicis, quam priuatis, quicunque voluerit ambulare, Peruium nullis temporibus denegetur.* Vbi *Peruium* eſt facultas iter aggrediendi vel tranſeundi: vt et apud eundem Gregorium eodem libro cap. 32. *Praecepit, ne vllus de Childeberti regno*

regno per eius regni territorium Peruium poſſit habere.

PERVLA. (1) *Parua pera.* Iohannes de Ianua; *Petite eſcharpe*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. (2) Oculorum albugo, ex Gall. *Perle.* Wolfardus Preſbyt. lib. 2. de Vita S. Walburg. cap. 1. V. *Perlae* et *Pirula.*

PERVLI, V. *Perlae.*

† PERVM, pirum, in Leud. min. Carcaſſ.

PERVNCTVM, inquit Frider. II. Imper. lib. 1. de Venat. cap. 31. *eſt quoddam membrum*, (in auibus) *quod ſupereſt caudae, conſtitutum ex gemiuis quaſi glandibus: in medio illarum prope finem eſt quoddam neruoſum, durum, eleuatum ad modum virgae. Inuamentum enim huius Perunctii eſt, recipere a reliquo corpore humiditatem virulentam, quam receptam, et in ipſo congregatam, auis, cum opus fuerit, comprimendo cum roſtro ſuo fuget, et cum eodem roſtro pennas ſuas et vngues perungit, quatenus pennae melius poſſint reſiſtere madefactioni: aqua enim pluens ſuper pennas Perunctas minus adhaeret eis, et integrius et lubricabilius deſcendit, etc.* Adde cap. 52.

PERVNDARE, καταποτίζειν, *demergere, perfundere*, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS. perperam *pefundare* in edito habetur.

PERVRSVS, a verbo *Perurgere.* Sallas Malaſpinae lib. 2. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. pag. 244.

PERVSSERIVS. V. *Periſſerius.*

† PERYSTILLVM, pro Periſtylum, ap. Parid. de Graſſis in Caerim. capel. papal. Mſ.

PES. PEDES, indecl. vſurpatur in Litteris Iohannis Franc. Reg. an. 1356. tom. 3. Ordinat. p. 77. PEDES LINEI, vel *Lignei.* Concilium Autiſſiod. can. 3. *Quicumque votum habuerit, in Eccleſia vigilet, . . . nec ſculptilia, aut Pede, aut homine lineo fieri penitus praeſumat.* Vbi legendum videtur *ligneo.* Indiculus *Paganiorum*, ſeu ſuperſtitionum in Concilio Liptin. an. 743. *De ligneis pedibus, vel manibus pagano ritu.* S. Eligius apud S. Audoënum in illius Vita, lib. 2. cap. 5. *Pedum ſimilitudines, quos per binia ponunt, fieri vetate, et vbi inueneritis, igni cremate.* Homilia eiusdem S. Eligii: *Arbores, quas ſacrinos vocant, ſuccidite, plantas ſine vngulas Pedum, quos per binia ponunt, fieri vetate.* Quibus locis perſtringuntur veterum Gallorum magici ritus vel ſuperſtitiones, qui in biuiis ac compitis hominum membra pedesue ex ligno (vel *lino*) conflatos collocabant, exiſtimantes, hac ratione morbos et aegritudines perſanari. PES FORESTAE. Tabularium Abbatiae de Nouo-loco in Comitatu Nottinghamenſi: *Notandum eſt, quod Pes foreſtae vſitatus tempore Ric. Oyſell in arrentatione veſtorum, factus eſt ſignatus et ſculptus in pariete cancelli Eccleſiae de Edwynſtowe, ... et dictus Pes continet in longitudine 18. pollices, et in arrentatione quorundam veſtorum pertica 20. 21. et 24. pedum vſa fuit: ſed ſemper 40. perticatae, videlicet 40. full. in longitudine, et 40. full. in latitudine faciunt vnam acram, et quaelibet acra continet in ſe 4. rodas, ſecundum longitudinem et latitudinem, vt praedictum eſt.* PES MANVALIS, menſurae genus, apud Stephanotium in Antiquit. Bened. Aurelian. MSS. pag. 559. V. *Pertica manualis.* † PES MANVS, idem, Gall. *Pié-main*, in Ch. a. 1222. PES MONTIS, ima et inferior pars, vnde S. *Ioannis pedis portus*, oppidulum in Pyrenaeis, S. *Jean Pied de Port. Pedes Caſſii montis* apud Ammianum lib. 14. vbi Lindenbrogius quaedam obſeruat ex Suida et Euſtathio. Hegeſippus apud Pauſaniam: Ἑλικῶνος ἔχει πόδα πιδαχαίτην. PES LVITPRANDI, V. *Pertica 1.* PES, temporis nota. Miſſale Gemmeticenſe datum a Roberto Epiſc. Londin. an. circiter 1150. vbi ad calcem vniuscuiusque menſis diei noctisue horae notantur: *Ianuarius; nox horarum* XVI. *dies* VIII. *hora* III. *et* IX. *Pedes* XVII. *hora* VI. *Pedes XI. . . Februarius: nox horarum* XIII. *dies* X. *hora* III. *et* IX. *Pedes* XV. *hora* VI. *Pedes* IX. PES. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 225. *Inſpeximus tranſcriptum Pedis cuiusdam finis knati in curia domini E. an-*

E. nuper Regis Angliae aui noſtri, quod coram nobis in cancellaria noſtra certis de cauſis venire fecimus, in haec verba: Haec eſt finalis concordia, etc. *Nos autem tranſcriptum Pedis finis praedicti . . . tenere praeſentium duximus exemplificandum.* Vbi *pes finis* idem videtur ſignificare quod Charta authentica, qua alicui controuerſiae finis imponitur; quomodo *Pedefinis* vſurpatur pro ea agri parte, qua inferior eſt. V. *Capufinis*. PES. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 109. *Pro porco 2. ſolidos et taſcham, et quartam partem vini cum Pede.* Occurrunt eadem verba rurſum infra. Niſi me fallo, *vinum cum pede* vel *de pede*, vt alibi legitur, de vino quod ex vuis calcatis expreſſum eſt, intelligendum. Hanc coniecturam firmat Charta Friderici II. Imper. an. 1211. apud Rocchum Pirrum tom. 1. Sicil. Sacrae pag. 144. *Et de vineis muſti nupti pari lagenas magnas cc. et de Pede lagenas centum.* Muſtum quippe ibi a vino preſſo diſtingui videtur. PES FIXVS. Synodus Oriolana an. 1600. inter Concil. Hiſpan. tom. 4. p. 745. *Cum pecunia, quae Pes fixus dicitur, neceſſaria ſit ad Dei cultum promouendum, ne temporis neceſſitate ſi deſit, ſtudium et eccleſiae ornatus negligatur . . . Inde volumus, ne defunctorum canonicorum vacationis tempore, donec alii defunctorum loco ſuccedant, fructus et reditus aliis accreſcant, ne aliquis de mortis annata teſtari poſſit; ſed hoc omne quodcumque fuerit, Pedi fixo accumuletur et aggregetur, donec competenter fuerit eccleſiae neceſſitati conſultum.* PLENO PEDE, id eſt, iure pleno et certo, in Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2101. PEDES in Gloſſis antiquis MSS. *dicuntur duo fines* (funes) *nauium, qui extremos velorum angulos tenent.* Conſulendus omnino Iſaac. Voſſius in Phaſelum Catulli. † PES, truncus, ſtirps, in Ch. Mſ. a. 1289. † PES, locus vacuus, certo pedum numero definitus, aedificandae domui conceſſus, in Pact. a. 1307.

PESA. Chartarium Eccleſ. Auxitanae cap. 112. *Et tentoria P. Amarici iuxta eccleſiam ſanctae Mariae, et mediatatem tum Peſarum quae ſunt in loco qui dicitur Albetoa.* Vide alia notione in *Penſa*.

PESADVRA, quod pro pondgribus publicis domino loci exſoluitur, dum res et merces ponderantur. Occurrit in Sententia arbitrali inter Priorem et Abbatem S. Aegidii an. 1232.

PESAGIVM, eadem notione qua *Peſadura*. Charta Innocentii IV. PP. an. 1246. in Tabular. Calenſi pag. 140. Interdum idem quod *Pedagium*. Vide in hac voce.

PESAIT, piſum, Gall. *Pois*. Necrolog. Eccl. Carnot. *Acquiſiuit etiam apud Monueſin generaliter quicquid Maior habebat in granica Capituli, ſcilicet . . . vechias, Peſais, lenſilat, fauat.* V. *Penada*.

† PESAR, damnum, incommodum, Gall. ol. *Peſance*. Ch. Mſ. a. 1241.

PESARE, V. *Penſa*.

PESAROLVS. (1) Statera, verticulum, Gallice *Peſon*. Statuta Placent. lib. 7. fol. 78. recto. (2) Alia notione, pars aliqua torcularis. Statuta Riperiae cap. 12. fol. 4. vo. *De quolibet Peſarolo a torculari pro introitu ſolidi quinque.*

PESATA, V. *Paſſata*.

PESATICVM, pro *Pedagium*, V. in hac voce.

PESCA. Epitaphium Thomae Benedicti Prioris S. Genouefae:

Nunc vivet vt Peſcha, nunc eſt homo vermibus eſca:

id eſt, vt malus perſica, quam Galli *Peſche* vocant.

† PESCARIVM, viuarium piſcium, locus in quo piſcatur. Ch. Mſ. a. 1304. V. *Peſquerium*.

PESCARIVS. Vetus Poenitent. apud Morinum pag. 24. *Si Comes aut Iudex eſt, dic illi, vt non accipiat praemia . . . ſi eſt Peſcarius*, etc.

PESCHENERIVS, V. *Peschenarius*.

PESCLVS. Charta Zachariae I. PP. in Bullario Caſinenſi tom. 1. pag. 4. *Inde per monticellos de mari deſcendens vadit ad Peſclos, qui ſunt in pedemon-*

demontis, qui dicitur Balba, inde per duos Leones, etc.

† PESCVLI, *pueruli, clani lignei.* Gloſſ. ver. Cod. reg. 7641.

PESELLVS, paxillus, vt videtur, Gallis *Paiſſeau* vel *Echalas.* Litterae Officialis Andegau. an. 1269. in Tabul. S. Albini Andegau. *Fulco de Torello minor miles . . . vendidit et conceſſit . . . omnes fructus quos habere poterat in . . . nemoribus ad faciendum Peſellos.*

PESEMGIES, inter vtenſilia domeſtica recenſetur in Inuentar. rerum mobilium ann. 1348. ex Tabular. S. Victoris Maſſilienſis: *Item, vnam mapam piſte. Item, duas manceas. Item, vnam Peſemgiem, ſex tabulas panis*, etc.

PESIA, modus agri, quomodo Gallice dicunt, *Piece de terre.* Charta an. 1496. V. *Pecia.*

PESITARE, *liberare.* Gloſſ. MS. Sangerm. num. 501. legendum, *Penſitare, librare.*

PESLVM. Tabularium Vindocinenſe ann. 1076. Ch. 321. *Aſcelinus Chotardus retinuit domum parieti Eccleſiae quaſi appenditium, quod vulgariter Peſlum vocant, vbi annonam ſuam, et vinum, quod ibidem collegerit, reponat.* V. *Peſſulum.*

PESQVERIVM, viuarium piſcium, locus, in quo piſcatur, Gall. *Peſcherie, étang.* Pactum inter Iacobum Aragon. Reg. et Berengarium Epiſcopum Magalonenſ. ann. 1272. V. *Piſcaria.*

† PESNAGIVM, pro *Paſnagium*, in Ch. Mſ. a. 1400.

PESSA, fragmentum, fruſtum, *petia*, Gall. *Piece.* Statuta Card. Triuult. Abbat. S. Victoris Maſſil. MSS. an. 1531. V. *Peſſia.*

† PESSALE, faſciculus certi ponderis vt videtur. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692. *Peſſale, Peiſſel.* V. *Penſa.*

† PESSARIVS, f. pro peſſimus, in Ch. a. 1321. t. 2. Hiſt. Nem. p. 30. *Pro eorum peſſaria cupiditate deſtruxerunt partem*, etc.

PESSARIZARE, in modum πεσσῶν, ſeu peſſarii conficere: eſt autem *peſſarium*, lana concepta, et ad digiti figuram rotunda facta, in qua pharmaca excipiuntur et continentur. V. Conſtantinum Africanum lib. de Gradibus pag. 373.

PESSATICVM, vt *Pedagium*, V. ibi.

PESSIA, idem quod *Petia*, Gallis *Piece.* Vetus Charta apud Columbum lib. 2. de Epiſcopis Viuarienſibus. V. *Pecia.*

PESSILE, vel PESSILIS, idem videtur quod *Peſſulum*, apud Gregorium Turon. lib. 8. Hiſtor. col. 391. *Parentes congregati ſuper hunc* (Guerpinum) *irruunt, incluſumque in Peſſilem domus tuerimunt.* Ita praefert vltima Editio ex Cod. MS. Colbert. Aliae legebant, *penſilem domum*, vel *penſilem domus.* V. *Domus penſilis.*

PESSIMARE, peſſimum efficere, affligere. Vetus Interpres Eccleſiaſt. cap. 38. v. 22. *Te ipſum Peſſimabis.* Lactantius lib. 1. Inſtit. cap. 11. *Aetate peſſumata:* vbi emendant alii *peſſum acta.* Vetus Interpres S. Ignatii pag. 104. Καχίζειν, *Peſſimare* vertit.

† PESSINACIVM, ſtagnum, locus vbi piſcatur, ab Ital. *Peſcina*, piſcina. Statut. Auellae a. 1496.

PESSO, PESSONA, V. *Paiſſo.*

† PESSOILLII, PESSOLLI, filia de ſtamine, a Gall. *Peſſols.* Stat. Penitentific. Mſ. a. 1317.

PESSONSERA, nauigii genus apud Anglos. Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1341. apud Rymer. to. 5. pag. 243. *Volumus quod centum naues, vocatae Peſſonſerae et creyerae, et aliae minutae naues, infra pondus 30. doliorum . . . arreſtentur.* Infra: *Huiusmodi centum naues vocatas Peſſonſeras et creyeras, ac tot alias minutas naues . . . prouideri et arreſtari faciatis.*

PESSVLVM. (1) Idem quod ſupra *Peſſum*, Gratianopolitanis vulgo *lou Peſſon*, appenſum domui rectum, quoduis aedificiolum extra murum in viam prominens. Sententia an. 1228. tom. 1. Hiſt. Dalphin. p. 142. V. *Peſtiſſum.* (2) † Pro Peſſulus, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. reg. 7692.

† PESSVNNIA, paſtio porcorum in ſiluis, vnde *peſſumniare*, paſcere. Ch. Mſ. a. 1244. V. *Paiſſo.*

PESSVS. (1) V. *Paiſſo.* (2) † Peſtulus. Comoed. ſine nomine Mſ.

PESTAL-

PESTALLVM, V. *Peſtillum.*

PESTARE, Italis, ſubigere, comminuere, tundere. Recuperus lib. de Virtutibus S. Ambroſii Senenſis cap. 2. *Dicebas, in hoc eſſe laborem ſuum, pultum Peſtare aegrotis, id eſt divinam ſapientiam rudibus intellectibus perceptibilem facere.*

PESTARIVS, piſtor, ſeu *paſtillorum* confector, Gall. *Paſtiſſier.* Conſuetud. Fontanell. MSS. fol. 95. V. *Paſtillus* 2.

PESTELLVM. (1) V. *Peſtillum.* (2) † Glaſtum, i. q. *Paſtellum.* Statut. Pannif. Carcaſſ. Inde PESTELERIVS, ad *peſtellum* pertinens.

PESTIALIS, peſtilens. Miracula MSS. Vrbani V. PP. in Tabul. S. Victoris Maſſil. *Patiebatur febrem Peſtilentialem.*

PESTICIVM, i. e. *paſticium*, ager paſcuus. Monaſticum Anglican. tom. 2. pag. 1007. *Dedimus etiam . . . et omnia prata noſtra, ſcilicet de Gunerio, . . . de Leyre, cum Peſticiis eius, et omne foenum noſtrum in valle Rodolii, etc.*

PESTICVS et PESTICOSVS, *peſte plenus.* Iohan. de Ianua.

PESTIFERARE, inficere, peſte polluere, Gall. *Empeſter.* Lucifer Calaritan. lib. 1. pro S. Athanaſio.

PESTILENTIALIS, V. *Peſtialis.*

PESTILENTIATVS, PESTILENTIARIVS, peſte contactus, *Peſtiferé.* Addit. ad vitam S. Antonin. tom. 1. Maii pag. 342. 343.

PESTILENTIOSVS, peſtifer, Gallis *Peſtilenciel.* Concil. Toleran. V. inter Hiſpan. tom. 2. p. 508.

PESTILIFER, λοιμοφόρος in Gloſſ. Lat. Graec.

PESTILITAS, peſtis, lues peſtifera. Vita B. Simonis de Lipnica tom. 4. Iulii pag. 528.

PESTILITER, *Demiſſe, dimiſe.* Gloſſ. Iſid. Martinius recte emendat, *parſiliter, dimiſe.*

PESTILLVM, pro *Piſtillum*, inſtrumentum, quo aliquid teritur, comminuitur: *Peſtello*, Italis, *Peſile*, Anglis. Gloſſar. Graec. Lat. ἀλετρίβανος, *peſtillum:* alias, peſtillus, quo ſal teritur: *Cylindrus*, Senatori lib. 12. Epiſt. 24. *In ſalinis autem exercendis tota contentio eſt: pro aratris, pro falcibus cylindros voluitis.* Accipitur etiam pro palo ligneo. Gloſſ. Lat. Gall. *Pilus: poil, ou peſteil.*

Qui terit, eſt pilus: pilus eſt in fronte capillus.

Idem; *Piſtillum, peſteil.* Gloſſ. Arabico-Lat. *Peſſulum, peſtum, peſtillum.* PESTALLVM, eadem notione. Tabular. Compendienſe. PESTELLVM, in Inuentar. ann. 1342. ex Tabular. S. Victoris Maſſil.

PESTIMVS, λοιμοφόρος, in Gloſſ. Lat. Graec.

PESTINCIVS, *violentius.* Gloſſ. Iſid. Excerpta habent, *Peruicatius.* Emendant alii *peſtilentius.* Sed haec non placent.

PESTINVNTIVM, *qui peſtem nuntias.* Gloſſ. Lat. MS. regium cod. 1013. et Gloſſ. Iſid.

PESTIS. (1) Pro quouis miſeria, et exitio; pro fame vſurpat Oberti Cancellar. in Annal. Genuenſ. ad an. 1164. apud Murator. tom. 6. col. 342. PESTIS FERALIS, genus ſupplicii in maleficos. Lex 5. Cod. Theod. tit. 16. lib. 9. *Hos* (magos) *quoniam naturae peregrini ſunt, ferali Peſtis abſumat.* Quaerunt, quaenam ſit haec poena. Alii capitale ſupplicium, alii viuicomburium interpretantur. Graeci vero Baſilic. Interpretes lib. 60. tit. 39. Photius tit. 9. Nomoc. cap. 25. et Balſamo beſtiarum ſupplicium intelligunt: quae ſententia Gothofredo magis probatur. Hunc, ſi placet, conſule in Notis ad hanc legem. (2) † Forte i. q. *Beſtillum.* Comput. Mſ. a. 1358. *Item pro quadam peſte et vno collo et tribus coclearibus boſci.*

PESTIVINVM. Chronicon Petri Azarii apud Muratorium tom. 16. col. 340. *Facere teſſeras et vendere Peſtiuinum, et alias nummatas, valentes vno denario pro quatuor*, etc. Haud ſcio an ita legendum ſit, an potius PESTVMVM, quod eiusdem ſignificationis eſſe videtur, in Statutis Ripariae cap. 12. fol. 4. vo. *De quolibet modio mellis ſoldi quatuor. De quolibet modio Peſtumi de penſibus quatuordecim pro introitu ſoldi quatuor.*

† PESTRI-

† PESTRINEVM, mastra, Gall. *Pastrin.* Inuent. Mſ. a. 1379. V. *Petrinum.*

† PESTRVM, metalli ſpecies, Gall. *Peautre, Piautre*, Germ. Spiauter. Ch. Mſ. a. 1324. V. *Peutreum.*

PESTVMVM, V. *Peſtinum.*

PESTVS. Capitul. lib. 6. cap. 326. *Placuit vt omnis qui in expeditionem exercitus absque graui neceſſitate non progreditur, aut de exercitu fugis, teſtimonio dignitatis ſuæ ſit irrenocabiliter carens; ita vt in quibusdam villulis vel territoriis ſiue vicis Peſtus, luius infamationis habitatores ipſorum locorum ſint degeneres, et teſtificandi vel accuſandi nullam habeant licentiam.* Alibi, *Peſtis.* Locus male ſanus.

PESVLLA, φλοιτὶς, in Gloſſ. Latin. Graec. V. *Perſtulla.*

PESVMDARE, V. *Perundare.*

PESVS, idem quod Pondo, libra argenti, quæ 12. Regalibus et 8. Albis valet. Concil. Limanum an. 1582. inter Hiſpan. tom. 4. pag. 263.

PETA. Leges Burgorum Scotic. cap. 38. *Nullus debet mauare . . . illos, qui portant boſcum, turbas, vel Petas ad vendendum, niſi pro boſco, Petis, vel turbis, ſeu propriis debitis ſuis.* V. *Peteria.*

PETAACIA, PETACIA, panni fragmentum, aſſutum pannum, Gall. *Piece.* Toloſanis et Occitan. *Petas*, Italis *Petaccia.* Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. vo.

PETAGIVM, idem videtur quod *Pedagium*, tributum quod penditur. Meiſterlinus Hiſtor. Rer. Noriberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 122.

† PETAGO, *genus morbi*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Patago.*

PETALICVS. Cummianus Hibernus de Controuerſia Paſchali: *Ob diuerſitatem ſucceſſorum Apoſtolorum . . . id eſt S. Petri Clauiculoris, et ſancti Ioannis Petalici, alterius in circumciſionem, alterius in præputium prædicantis. Petalicam* S. Ioannem *a Petalo* dictum facile ſubodorari poterat. Et quidem eiusmodi ornamentum ferre conſueuerat S. Euangeliſta, vt teſtatur Polycrates Epheſ. Epiſcop. in Epiſt. ad Victorem PP. *de* (Ioanne) *ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορεκὼς.* Rufinus: *Qui* (Iohannes) *fuit ſummus ſacerdos et pontificale Petalon geſſit.* S. Hieronymus: *Et pontifex eius, aureum laminam in fronte portans.*

PETALVM. (1) Lamina aurea in capite Romani Pontificis, vt in Gloſſ. Arabico-Latin. Beda de Tabernacul. lib. 3. cap. 3. *Et lamina aurea ſuper cidarim, quæ titulo nominis Domini cæteris altior omnibus eminebat.* Adde cap. 9. Arnoldus Abbas Bonaeuallis: *Præter hanc laminam auream, quam Petalum vocant, fronti habebat inſertam.* Acta SS. Bened. ſæc. 6. part. 2. pag. 604. vbi de B. Victore III. PP. *Quatuor etiam trabes propter ciborium altaris ſimili modo ſculptæ, ac deaurato argento extrinſecus induit; ab intus vero Petalis et coloribus decoranit.* Vbi nude Laminas intellige. Eadem notione occurrit apud Anaſtaſ. in Sergio I. pag. 61. *Crucem diuerſis ac pretioſis lapidibus peroruatam inſpexit; de qua tractis quatuor Petalis, in quibus gemmæ clauſæ erant*, etc. Perperam auctor lib. Gall. cui titulus, *le Tombeau de I. C.* edidit *Peralis*, nec felicius de vnionum circulo expoſuit. V. Euſebium lib. 3. Hiſtor. cap. 31. lib. 4. cap. 24. (2) Virga Pontificalis, Harigero Lobienſi Abbati cap. 8. (3) *Petalum, forma marmorea inſtar teſſerae quadratæ, vnde pauimenta templorum, domorum et palatiorum quondam ſternebantur*, Ioſeph. l. 8. *Straui autem pauimentum templi petalis aureis*, Io. de Ian.

PETAMINARII, dicti videntur a voce Graeca πεταμένοι, qui in aëre volant, ſeu, *qui more anium ſeſe eiaculantur in auras*, vt ait Claudianus: vel qui agilitate corporis quaſi volare videntur, ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι, apud Iulium Firmicum lib. 8. Matheſ. cap. 15. Saluianus lib. 6. de Gubern. Dei. *Longum eſt nunc dicere de omnibus, amphitheatris ſcilicet, odeis, luſoriis, pompis, athletis, Petauminariis, pantomimis, cæteriſque portentis.* At Salmaſius ad Plinium emendat, *Pyctis, mimariis.*

PETAMVM, V. *Maſſecuma.*

PETAR-

PETARDA, mortarium murale. Mirac. S. Casimiri tom. 1. Martii pag. 556. *Capsis vexillis* XXI. *tormentis* VI. *et una Petarda.*

PETARIA, locus unde eruuntur *Petrae*, species cespitis nigri, qui e terra palustri et bituminosa effoditur, f. a Belgico *Pet* vel *Pas*, lacus, locus palustris. Charta Walteri de Gant Comit. apud Edward. Byssæum in Notis ad Vpronum pag. 86. *Cum suis pertinentiis sibi congruentibus, ... marisciis, turbariis, tresdiis, Petariis, gardinis* etc. Assignatio dotis Margaretae Reg. Scotorum an. 1503. apud Rymer. tom. 13. pag. 63. *Cum . . . . piscationibus, Petatiis, turbariis, carbonariis* etc.

PETASMA. Ebrardus Bethuniensis in Graecismo:

Aulae dicuntur aulaea: Petasmata templi
Cortine thalami: velaria vela theatri.

PETASO, PETASVM. Pesottus: *Petaso ea pars suis dicitur, quae ab alis incipit et ceptas comprehendit, quibusdam veluti virgulis pinguibus distincta.* Interdum et porcum integrum significat. Informatio an. 1459. ex Archivis Treuolt.

PETATIA, V. *Pittacium.*

PETATICVM. Charta Theodorici III. Reg. Franc. an. circ. 688. apud Felibianum Hist. Scandion. pag. IX. *Nec rotatico, nec salutatico, nec fis Petatico . . . . nullatenus quoque tempore quaeratur nec exigatur.* Vbi leg. *Cespiticum.* V. in hac voce.

PETATIOLA, cenco. Papias MS. Bituric. *Filacteria, vanitas, cenica turpia vel carmina, Petatiola.* V. *Pittacium.*

PETATIOLVM, pro *Pittatiolum*, scheda. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobiens. cap. 3. (tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 547.)

PETATIVM, scheda, vel etiam charta seu pergameni fragmentum. Gesta Abbas de Corpore et Sanguine Domini apud Murator. tom. 3. Anecd. pag. 298. V. *Pittacium.*

PETAVRISTARII, apud Iul. Firmicum lib. 8. Math. cap. 15. qui alias *Petauristae*, seu Graecis πεταυρισταὶ, de quibus scriptores Graeci et Latini. Manilius lib. 5. Astr.

Ad numeros etiam ille ciet cognata per artem
Corpora, quae valido saliant excussa Petauro,
Alternosque cient motus, elatus et ille
Nunc iacet, atque huius casu suspenditur ille.

Fragment. Petronii: *Petauristarii autem tandem venerunt: haro insulsissimus cum scalis confixit, puerumque iussit per gradus et in summa parte odaria saltare: circulos deinde ardentes transire*, etc.

PETECCIA, febris pestilens, Italis *Petecchio*, Gallis *Pourpre.* Acta SS. Maii tom. 7. pag. 375. de S. Ferdinando Reg. Castel.

PETECCHIALIS FEBRIS, idem, in Mirac. Pii V. tom. 1. Maii pag. 718. Perperam *Pestularis* ibidem pag. 716. † Rectius *petechialis. Petricularis* vocatur ab Oehau. Roboreto, quae et *Lenticulariis* et *Pulicaris* dicitur.

PETEGOLAE, dictae Italis, quae Gallis *Beghinae*, V. *Beghardi.*

PETEGRATIA, animal quoddam. Statuta Riperiae cap. 12. fol. 4. *De qualibet soma pensium duodecim pili bouis, caprarum, fratiarum, Petegratiarum pro introitu soldi duo.*

PETELLVM, perperam ni fallor pro *Pedagium.* Charta S. Ludouici an. 1255. tom. 4. Histor. Harcur. pag. 1353. *Item herbagium magnae brueriae, roagium et Petellum.*

PETENS, forense vocabulum, pro *Actore*, Gall. *le Demandeur.* Vide Regiam Maiest. lib. 2. cap. 2. §. 3. Occurrit passim in Legibus Scoticis et Anglicis.

PETEREDIVM, *abiecta h in compositione, a petendis haereditatibus.* Beda de Orthographia.

PETERMANNI, homines, seu famuli S. Petri Lousiensis, apud Lipsium in Lousio lib. 2. cap. 4.

† PETHAGIVM, i. q. *Pedagium*, tributum, ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. med. aevi p. 57. V. *Petagium.*

PETIA.

PETIA. (1) Instrumentum lite pendente productum, qua notione etiam Practici Gallici *Piece* dicunt. Tabular. Castri Nannet. *Visis aliis documentis, scripturis et Petiis per dictas partes productis*, etc. (2) PETIA, PETIATVS, alia notione, V. *Pecia.*

PETIBILIS, de praestatione dicitur, quae a dominis sub nomine *petitionis* exigitur, ad discrimen aliarum seruitutum, quas ex iure et auctoritate exigebant a subditis. Acta Murensis Monast. apud Eccardum de Origin. familiae Habsburgo-Austr. col. 224. *Ista omnia primitus fuerunt Petibilia, modo sunt potestibilia.* V. *Petitio.*

PETICA. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ouetensis, an. 781. apud Sandouallium: *Et tres calices, duos de argento, et unum de Petica.* Vbi Sandouall. vertit, *dos de plata, y uno de piedra*, i. lapide pretioso.

PETICVLARIS, V. *Peteccia.*

PETICVS, *qui amat petere*, in Gloss. antiq. MSS. Gloss. MS. Sangermann. num. 501. *Qui amat petere alienum.* Graeuius legendum censet *Petitius*, ex Gloss. Isid. *Petitius, qui frequenter petit.* † Glossar. vet. Cod. reg. 7641: *Petitius, qui amat petere alienum, vel Petilius.*

PETILIO, PETILIVM, PETILLA, voces eiusdem notionis, quae iaculorum seu sagittarum speciem significare videntur. PETILLARIVS, qui eas operatur. Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1372. apud Rymerum tom. 6. pag. 749. *Nec non duodecim arcubus, viginti quinque corrubus, et viginti et quatuor sagittis vocatis Brodarwes, quatuor duodenis Petiliorum, videlicet Boltes.* Charta Richardi II. Regis Angl. an. 1383. apud eumdem tom. 7. pag. 415. *Vnam garbam sagittarum largarum, unam garbam sagittarum parvarum, unam garbam parvorum Petilionum volatilium . . . . cum pannis, equis, sellis, arcubus, sagittis, Petilionibus*, etc. Charta Edwardi IV. Reg. Angl. an. 1474. apud eumdem tom. 11. pag. 838. *Quod nullus Petillarius aliquod genus Petillarum, nisi solummodo sagittas vocatas Shefe Arowes, faciant quoquo modo, et quod Petillarii illi sagittas, ac omnes et singuli artifices sive operarii arcuum*, etc.

† PETILVS. Bestiar. Mss. c. 44. *Qui* (equi) *albos tantum pedes habent. Petili appellantur.* V. *Petulus.*

PETIN vel PETTIN, Bulengero. Radioli pectinatim inserti monilibus oblongis murenarum instar. Anastasius in Valentino II. PP. apud Murator. to. 3. pag. 224. *Signum Christi habet nauicellas duas, et murenas tres. Omnes murenas, cum Petinante earum.*

PETINEA CASA. Placitum an. 862. inter Probat. to. 1. nouae Histor. Occitan. col. 113. *Dunigildus in suo responso dixit: ipsas casas Petineas cum curte, exitia, et regrecia earum . . . ego restituo.* Paulo supra *Petinneas casas* vocat.

PETINEI et PETINEGI, apud Ditmarum lib. vit. pag. 113. sunt ii populi, quos Graeci inferioris aeui Πατζινάκους vocant, quod moneo, quia editor vocem non intellexit. Vide notata ad Alexiadem.

PETIOLA, PETIOLVM, dimin. a *Pecia*, V. *Peciola.*

PETISSEQVA, pro Pedisequa, in Charta Henrici IV. Imper. an. 1058. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. p. 241.

PETITIO. (1) Praestatio, quae a dominis sub nomine *petitionis*, vel *mutui* exigitur. Germ. infer. Bede. Charta Friderici Imper. ann. 1152. (2) In Regula S. Benedicti, pro formula professionis non semel vsurpatur, cap. 58. 59. Vnde *petitio* et *votum* iunguntur apud S. Anselmum lib. 2. Epist. 23. *Qui apud nos Petitionem et votum Monachi fecit.* Quia nempe nouitius exacto nouitiatus tempore *petebat* ab Abbate vt ad professionem admitteretur. (3) Libellus supplex, vnde Magistri libellorum, ἐπὶ τῶν δεήσεων dicebantur apud Byzantinos. Thwroczius in Bela Rege Hungar. cap. 64.

PETITIONARIVS, qui stipem, eleemosynam colligit, *petit:* quod de iis praesertim intelligendum, qui per vicos et prouincias Reliquias circumferentes vagabantur ad corrogandas pecunias, quibus ecclesiarum

indigentiae, vel aedificationi aut reſtaurationi ſuccurreretur. Statuta Arnaldi Epiſc. Valent. inter Concil. Hiſpan. tom. 3. pag. 516.

PETITIVS, V. *Peticus.*

PETITNEA CASA, V. *Petinea.*

PETITORIVM. (1) Actio in iure, *Calumnia*, Practicis, *Action en petitoire.* Charta fundat. S. Eligii Nouiom. an. 1240. *Auditis quae partes hinc inde tam ſuper poſſeſſorio quam ſuper Petitorio proponere voluerunt.* (2) *Petitorium*, et *Pitacium*, idem ſunt in leg. 29. Cod. Th. de Petition. id eſt ſchedula, *breuis*, etc.

PETITVM, menſurae liquidorum ſpecies apud Romanos ſub an. 1300. vt auctor eſt Nicolaus de Fractura, et ex eo Petrus Boërius in Commentario in Regulam S. Benedicti; ſic appellata a quodam *Paeto*, vt eſt apud Villalpandum lib. de Menſur. cap. 20.

PETITVS, inter famulos Regis Angliae recenſetur, in Charta Edwardi IV. an. 1475. apud Rymer. tom. 11. pag. 848. *Pro vadiis Matthaei Scarden Petiti Domini Regis in ſeruitio ſuo guerrae, per breue de priuato ſigillo de vadiis ſuis, videlicet pro dicto primo quarterio per manus proprias . . . 45. ſ. 6. denar.*

PETIV, inter veſtes eccleſiaſticas, vel miniſteria ſacra recenſitum, V. *Betin.*

PETIVA, praeſtatio quae ſub nomine *petitionis* exigitur. Litterae an. 1249. apud Marten. tom. 1. Anecdotorum col. 1044. V. *Petitio.*

PETIVINA, pro *Pittauina*, in Tabular. S. Vandreg. V. *Picta.*

PETIVM, PETIVS, fruſtum, fragmentum, V. *Pecia.*

PETIVNCVLA, petitio de re exigui momenti. Charta Pipini Reg. apud Stephanot. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 411. V. *Pecia.*

PETIVOLVM, σκοπὸς, in Gloſſ. Lat. Graec. An *petibulum*, inquit Martinius, quod petitur telis?

PETORITA, idem quod *Petraria* 3. V. in hac voce.

PETORITVM, vel PETORRITVM, vox Gallica, vehiculum, quod dictum exiſtimant *a numero quatuor rotarum*, inquit Feſtus; vnde quidam a Graeco Aeolico πέτορες pro τέσσαρες deducunt. Wendelinus a Flandrico etymon arceſſit; *Fitteradt*, vehiculum *rotarum quatuor.* Petoriti meminerunt Varro apud A. Gellium lib. 15. c. 30. Quintilianus lib. 1. Inſtitutionum capite 5. et Horatius lib. 1. ſerm. 6.

† PETOSVM, pro *Petaſum*, in Reg. viſitat. archid. Pariſ. a. 1471. V. *Petaſo.*

PETRA. (1) Ponderis ſpecies, Germ. Stein, quod conſtat 12. libris, ex Compoſitione de ponderibus apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Le charre de plumbo conſtas ex 30. formellis, et quaelibet formella continet 6. Petras, exceptis duabus libris, et quaelibet Petra conſtas ex 12. libris:* libra vero 15. vnciis, vt eſt in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. cap. 79. §. 10. At apud Henric. Knygthonem ann. 1340. *Saccus lanae* dicitur *continere in pondere 26. petras: petra vero 14. libras.* (2) Menſurae genus. Libertates Moiricenſium an. 1164. tom. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 17. *Pro hac autem conceſſione, quam ego Berlio Moiricenſibus conſtitui, ipſi mihi et haeredibus meis in perpetuum donauerunt Petram in quam menſuratur.* V. *Petrata* 1. (3) † Tributum quod pro *Petris*, ponderibus ſcilicet vel menſuris, penſitatur. Ch. Mſ. a. 1209. (4) PETRA NATIVA, indigena, V. *Enchori.* PETRA SICCA, non conſtricta ex calce et arena. Hygenus de Limitibus conſtituendis: *Gamma de Petra ſicca conſtructa.* AD PETRAM VOTVM REDDERE, ſuperſtitionis paganicae ſpecies, Chriſtianis interdicta. Indiculus Paganiarum in Concilio Liptinenſi an. 743. *De his, quae faciunt ſuper petras.* (5) Nude pro ſepulcro lapideo, in Lege Salica tit. 17. §. 3. *Si quis mortuum hominem aut in noſſo, aut in Petra, quae vaſa ex vſu ſarcophagi dicuntur*, etc. (6) Chronicon Windeſemenſe lib. 2. cap. 54. *Quem libellum in diuerſis membranis, quaternulis, aut Petris conſcripſit.* Cap. ſeq. *Exercitia ſua membranis et Petris diuerſisque foliis, vt dictum eſt, conſtripta.* Vocabularium Gherardi de Schueren: *Petra,*

ae, Eyn ſtein oft leye. Eſt autem Theutonibus *leye* tabella ſcandularis, cui vel ſtylo, vel creta inſcribitur: Gallis *Ardoiſe.* (7) Nude, pro caſtello vel praeſidio in *petra* ſeu rupe exſtructo; hinc *Petra Domini*, Gall. *Dampierre.* Proſper in Prol. libr. de Prouid. Dei.

PETRACHA, V. *Petrecha.*

PETRARIA. (1) Locus vnde *petrae* et lapides eruuntur: *Carrtere.* Monaſticum Anglic. tom. 2. pag. 595. (2) Via lapidibus munita. Chronic. Siciliae apud Martenium tom. 3. Anecdot. col. 63. (3) Λιθοβόλος, et λιθοβόλον, Athenaeo lib. 5. et Heroni in Belopoeecis, etc. Vgutio: *Tormentum, quod vulgo dicitur Petraria, vel mangonum.* Gallis *Perriere.* Epiſt. Balduini Imper. CP. ann. 1204. apud Miraeum tom. 1. pag. 111: *Nihilominus tamen inter quaslibet duas turres ſeu Petraria ſeu mangonellum erigitur.* Willelm. Tyrius lib. 8. cap. 6: *Machinas iaculatorias, quas mangana vel Petrarias vocant.* Ex quibus emendare licet Vitam S. Ioannis Epiſc. Tragur. p. 5. *Machinam, quae vulgo T. Artaeria dicitur, erexerunt.* Legendum enim *Petraria*, ſuadent ſequentia. PETRERIA, eadem notione. Breuiar. Hiſtor. Piſanae ad annum 1171. apud Murator. tom. 6. col. 184. PETRORITA et PETORITA, idem. Ioannes Monachus lib. 1. Hiſtor. Gaufr. D. Norman. PERERIA, Bromptonus an. 1173. PERERIVM. Charta 1217. tom. 8. Spicilegii Acheriani. (4) PETRARIAE, lapilli, gemmae, Gall. *Pierreries.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1338. apud Rymer. tom. 5. pag. 49.

PETRARIVM, V. *Peierarium.*

PETRARIVS, caementarius, latomus. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feud. pag. CLXXXIII.

PETRATA. (1) Menſura frumentaria. Charta an. 1218. in Tabular. caſtri Blein. *Heruaus de Leonia dedi abbatiae de Daoulas tres Petratas frumenti per annos ſingulos in decimis noſtris in plebe caſtelli Eiſcoet.* Alia an. 1228. apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britann. pag. 129. *Tres Petratas frumenti per annos ſingulos duximus concedendas in decimis noſtris.* V. *Petra.* (2) Pro Petita, vel impetrata. Charta ante an. 1010. in Chartular. Aptenſi fol. 35.

PETRECHA, turris, munitio. Caffarus in Annal. Genuenſ. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 338. Alter Codex MS. habet, *Petracha.* V. *Bretachiae.*

PETRERIA. (1) Aqualis, guttus, quo aqua infunditur lauantium manibus, ſtuppoſita pelui ſiue lance. Leges Palatinae Iacobi II. Reg. Maioric. inter Acta SS. tom. 3. Iunii pag. LIX. (2) V. in *Petraria 3.* et *Petus.*

† PETREVS, lapideus, t. 10. Collect. Hiſtor. Franc. p. 585.

PETRIFICVS. Ricobaldi Ferrar. Hiſtor. Pontif. Rom. ad an. 1154. apud Murator. tom. 9. col. 177. vbi de Anaſtaſio IV. *Eccleſia Laterani dedit calicem penſantem marchas XX. et alia plurima dona.* Iacet ibidem *Petrifico lapide.* Melius Codex Eſtenſis: *Porphyretico lapide.*

† PETRILLOSVS, lapidoſus. Tract. Mſ. de re milit.

PETRINA. (1) A Gall. *Poitrine*, pars corporis, pectus. *Petrinas vaccarum*, inter praeſtationes quae dominis debentur, recenſet Inquiſitio ann. 1181. apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britann. pag. 133. (2) † Lapidicina, in Ch. Mſ. a. 1338. V. *Petraria.*

PETRINVM, pars aedis ruſticae, Piſtrinum, ſeu locus vbi farina pinſitur ad panem conficiendum; Gall. *Paitrin* dicimus arcam ſubigendae farinae, mactram. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 89.

PETRINVS, lapideus, e *petra* factus. Codex MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 108.

PETRIQVI, dimin. a *Petrus.* Sic Benedictum XIII. ſeu Petrum de Luna quidam, ſchiſmatis tempore, ironice appellabant. Bonifacius Ferrerius in Defenſione Benedicti XIII. c. 104. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 1508.

PETRISELLVM, apium, Plinio petroſelinum, Gallis *Perſil.* Ordinat. ſuper numero et Ordine menſarum

Hoſpitii Dalphin. to. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 312.

PETRITAE, Haeretici, a Petro quodam Seueritarum Epiſcopo ſic nuncupati, qui circa medium ſaeculi ſexti vel ſeptimo ineunte prodierunt, *Sabellianiſtae* interdum appellati quod multa cum Sabellianis ſentirent. V. Stockman. Lex. Haereſ.

† PETRO, *onis*, *la ſtaya de petre, quando ſe lavorano.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PETROBRVSIANI, aſſeclae Petri de Bruis Antuerpienſis, qui 12. vel 13. ſaeculo baptiſmum infantium inutilem eſſe, atque adultis denuo conferendum docuit. V. Hiſtor. Magd. Cent. 12. c. 5. Bohem. Hiſt. Eccleſ. p. 943. et laudatum Stockman. in Lexico.

PETROCILLVM, idem quod *Petriſellum.* Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Toloſ.

† PETROCINILLVM, *Gallice Perſin*, in Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348.

PETROLEIA FONS, f. quod ex lapidibus conſtructa, niſi ſit nomen proprium. Charta an. 1022. apud Meneſter. Hiſt. Lugdunenſ. pag. VI. *Finalisque canalium per fontem Petroleiam et per vetulas ceppas Noieriarum, quae ſunt iuxta plantata Burciaci.*

† PETROLEVS, ad petras pertinens. *Oleum petroleum*, quod inter petras effluit, apud Oefel. Script. rer. Boic. T. I. p. 631.

PETRONES, Paulo, *Ruſtici, a petrarum aſperitate et duritia dicti.* V. *Feſtum.*

PETRONIVS, V. *Canis petrunculus.*

PETRONVS, aceruus lapidum, Occitan. *Petron.* Pactum inter Iacobum Aragon. Reg. et Berengarium Magalon. Epiſc. an. 1272.

PETRORITA, V. *Petraria 3.*

PETROSILLVM, idem quod *Petriſellum.* Vita S. Francae to. 3. April. p. 388.

† PETRVDONVS LAPIS, gemmae ſpecies. Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſtol. a. 1295.

PETRVNCVLVS, V. *Canis petrunculus.*

PETRVS, moneta aurea in Hannonia, f. ab effigie S. Petri ſic dicta, Germ. Petermännchen. Chronic. Bonae Spei ad an. 1456. p. 398. SANCTE PETRE, clamor militaris, quo non ſolum copiae Pontificiae, verum etiam Principum laicorum vſae ſunt ſaepenumero in conflictu, parrocinium inclamantes Apoſtolorum Principis. Acta Innocentii III. PP.

PETSA, menſura ſalis, f. pro *Petra.* V. in hac voce. Charta Roberti *Malet* Militis ann. 1227. to. 4. Hiſtor. Harcur. p. 2049. V. *Penſa.*

PETTA. (1) Quaeuis praeſtatio, tributum, vectigal. Regeſt. Philippi V. Reg. Franc. an. 1316. et 1317. V. *Pecta.* (2) † Panis f. placentae ſpecies. Ch. a. 1249. inter Monum. eccleſ. Aquileg. p. 746 *Duae pettae de millio; petta vero quaelibet debet conſtare ex uno piſonali.*

PETTEN, inter miniſteria ſacra, V. *Pecten.*

PETTIN, radiolus, V. *Petin.*

PETTVRA, pro *Plectura*, V. *Pectura.*

PETTVS, crepitus, Gallis *Pet*, a ſono. V. in *Bombus*, et Ferrarium in Orig. Ital.

PETVLVS, *equus, qui habet tantum pedes albos.* Vgutioni. *Cheval qui a blans piés*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman.

PETVMEN, Κτήνους ὒλακος. Gloſſ. Lat. Graec.

PETVOSVS, μύωψ, in Gloſſ. Lat. Graec. malim cum Martinio ex iisdem Gloſſ. *Paetus*, μύωψ τοῖς ὄμμασι; nam *Petus* Ioh. de Ianua eſt *Strabo aliquantulum:* vnde Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Petus, louches, qui muet ſouvent les yeulx. Et producitur prima. Inde haec Peta, petae.*

Vult ſibi ſtrabo peti, ſe dici nomine Peti.

V. *Guelcus.*

PETVRA, pro *Pectura*, ſeptum. († Potius pro *Paſtura* 1. paſcuum, pratum, a Gall. *Pasture*, pro *Paſture.*) Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 59. V. *Pectura.*

PETVS. (1) Inter vtenſilia domeſtica recenſetur, in Inuentar. ex Tabular. Compend. *Et VII. Peti cupreï,*

et

es unus eſt ad abluendum manus, IV. patellae. V. *Petreria.* Occurrit alia notione in *Petuoſus.* (2) † Gladius. Specul. human. ſaluat. Mſ. *Dauid occidit ſoo. viros cum petu ſuo.*

PEVDIRE, PEVDITIO, V. *Pendire.*

† PEVLA, pabulenſis ager, a Gall. *Peule.* Ch. Mſ. a. 1188

PEVRARIVS, f. pro *Peutarius* vel *Peutrarius.* (Leg. *Pevrarius*, ſpecierum propola, a Piper, Gall. *Poivre.*) Codex MS. redituum Epiſcopat. Autiſſiodor. an. circ. 1290. *Conſuetudines Peurariorum. Quicumque vendit ceram aut cuminum aut piper, et ſint de Autiſſiodoro, nihil debent niſi vendant cum his aliud de ligno, veluti ſcutellas et diſcos et cifos. Et quando vendit de ligno debet ad quindenam dict Sabbati.* Videtur autem *Peurarius* is eſſe qui vaſa ſtannea operatur vel vendit, Angl. *Pewterer*, Gall. *Potier d' étain*, a

PEVTREVM, ſtannum, Angl. *Pewter*, († vel metalli ſpecies a ſtanno non multum diſſimilis.) Inſtrument. an. 1382. apud Rymer. to. 7. p. 357. V. *Peſtrum.*

† PEXA, pix, picea materia. Stat. crimin. Cuman. V. *Peza.*

PEXERE, pro Pectere, Gall. *Peigner.* Bern. Ordo Cluniac. part. 2. c. 4. 5.

† PEYA, modus agri, i. q. *Pecia.* Ch. Mſ. a. 1314.

PEYLO. Charta Dom. de *Charnay* in Lugdunenſi pago an. 1520. *Sub ſervitio unius bicheti frumenti raſi et Peylo;* id eſt, lente admenſi, cui opponitur, *Ferm et ras*, cum ſcilicet promte frumentum metitur ac repetitis radii ictibus in modio coacervatur.

† PEYRA, pondus, ſeu tributum quod pro ponderibus penſitatur. Ch. Mſ. a. 1284. V. in *Petra.*

PEYRARIA, ars poliendi lapides. Charta an. 1490. ex Schedis Praef. de Mazaugues: *Exercere artem Peyrariae.* V. *Peyratonus.*

PEYRARONVS, qui machinae iaculatoriae, quam *Peireirum* vel *Petrarium* vocabant, praeerat. Statuta Arelat. MSS. art. 80. Niſi idem ſit qui

PEYRATONVS, in Charta an. 1371. ex Schedis Praef. de Mazaugues, lapicida quadratarius, Prouincialibus *Pereiroun;* vel aerarius, Gall. *Chaudronnier*, iisdem *Peironlié.* V. *Peyronus.*

PEYRATVM, f. Podium, Gall. *Perron, bglcon*, († ſeu Pauimentum, via lapidibus ſtrata.) Ch. an. 1255. apud Marren. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1321. *Item poteſtas ipſorum conſulum erit talis; videlicet quod aedificari et reparari facient muros villae, tornellas et foſſata, et curabunt de clauſura villae, et ea mundanda, de Peyratis, vbi expedierit, faciendis, et his ſimilibus quae ſpectant ad ornatum villae.*

† PEYRENARIVS, qui lapides ex *Peyreriis* eruit et polit. Ch. Mſ. a. 1388.

PEYRERIA. (1) Lapicidina, V. *Peireria.* (2) † Vnidens ligo, quia ea in eruendis lapidibus vruntur. Ch. Mſ. a. 1367.

† PEYROLERIVS, faber aerarius. Ch. Mſ. a. 1480. V. *Peirolus.*

† PEYROLLVS, PEYROLVS, lebes, cacabus. Ch. Mſ. a. 1501. V. *Peirola.*

PEYRONVS, vas quoddam ſtarutae formae et menſurae ad vſus piſcatorum. Charta an. 1434. ex Lib. Stat. piſcator. Maſſil. *Quod dicti piſcatores fuerint ſine Peyrono . . . Etiam quia eſſet impoſſibile eos habere et ſervare certam formam et certum Peyronum in dictis vaſibus, etc. lou Peyro* lebetem vocant Maſſilienſes et Prouinciales.

† PEYSSERIA, i. q. *Piſcaria.* Acta capit. eccleſ. Lugdun. a. 1337.

PEYSSONARIA, forum piſcarium. Charta an. 1260. apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſibus. V. *Peiſſonarius.*

† PEYSSONAYRIA, PEYSSONERIA, forum piſcarium, Gall. *Poiſſonnerie.* Ch. Mſ. a. 1333.

PEYTA, PEYTARE, PEYTERIVS, V. *Peitare.*

PEYTRALE, cingulum, quo equi pectus ambitur et ſtringitur, Gall. *Poitral.* Hiſt. Nem. t. 2. Prob. p. 85. V. *Pectorale.*

PEYTRALIS, trabs, Gall. *Poutre.* Charta Petri de Roteys Vicarii Toloſ.

Iof. an. 1272. ex Cod. MS. Conſuetud. Toloſ. fol. 27.

PEYTVS, an Pila, Gall. *Pilier?* Chronic. Parmenſe ad an. 1294. apud Murator. to. 9. col. 827. *Elevata fuit turris majoris eccleſiae a feneſtris campanarum in ſurſum. Et facti ſunt ibi archi, Peyti, et quatuor cantoni, et ſuper quolibet vnum capitellum cum pomis deauratis.*

PEZA, pix, picea materia. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 101. vo. V. *Pega.* Alia notione apud Laur. in Amalt. *Peza, fimbria, ora, limbus.*

PEZAPA, f. ager piſis conſitus; Occitanis quippe piſa *Pezes* dicuntur. Charta an. 1166. inter Probat. tom. 2. nouae Hiſtor. Occitan. col. 606. *Ego Willelma Nemauſenſis Vicecomitiſſa . . . dono . . . illam Pezadam, quae eſt ad grunum de Anagia.*

PEZAROLA. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 8. *Poſſet valde vtile comprobari, quod in quolibet nauigio dulcis aquae baliſtae groſſae a turno cum ſuis munimimibus portarentur, nec non baliſtae a Pezarola tot, quot vtiles viderentur, etc.*

† PEZEGNVM, ius paſcendi oues, vt videtur. Ch. Mſ. a. 1460.

PEZIVM, an Piſum? Statuta Ripariae cap. 12. fol. 5. recto: *De quolibet carrerio Pezii tenutae quartarum ſeptem denarii ſex.* Ibidem fol. vo. *De qualibet tina doarum Pezii, albarae pro carrezando ab vuis pro introitu ſoldus vnus.*

PEZO, vox Hiſpanica, Pondus, Gall. *Poids*, V. *Cazeni.*

† PEZVM, idem. Stat. pannif. Carcaſſ. a. 1466. V. *Penſa.*

PFALBVRGERE, PFALBVRGERIVS, vox Germanica, quaſi falſus burgenſis, qui nimirum inuito domino in aliarum ciuitatum ciues ſe recipi curabat, atque in prioris domini terris reſidens iisdem iuribus ac libertatibus gaudere volebat, quibus ciues, inter quos adſcriptus fuerat. Charta Henrici Imper. an 1308. apud Ludou. Laguille Hiſtor. Alſat. inter Probat. p. 49. PHALBVRGERE, eadem notione, in Bulla aurea Friderici II. Imper. an. 1232. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 536.

PFALTZGRAVIVS, V. *Palansgravius.*

PHACVLLA, *perna, petaſo, petaſunculus.* Gloſſ. Iſidori. Vbi Graeuius: Haec ſunt mendoſa et trunca. Scribe, *Phaſcola, Pera.* Feſtus: *Phaſcola appellant Graeci, quas vulgus peras vocant.* Sic enim ibi emendarunt, cum male legatur *pernas.* A Graeco Φασκώλιον. Heſychius: Φασκώλιον βελάντιον. Poſt haec in Iſidoro lege: *Perna, petaſo. Pera* propter ſimilitudinem vocis *perna* excidit. Inde illa adhaeſerunt voci *phaſcola.* V. Lexicon Martinii.

PHADERPHIVM, V. *Faderſium.*

PHAEBIGENA, V. *Phoebigena.*

PHAGEDENA, Graece Φαγέδαινα, vlcus tumidum, profundum, et vicinas partes arrodens et depaſcens, a Graec. Φαγεῖν, edere. Vita S. Lucae Iunioris to. 2. Febr. p. 98.

PHAGICIDAE VENAE, V. *Fagecidae.*

† PHAGIPHANIA, dies qua Chriſtus 5000. hominum de 5. panibus ſatiauit. Calend. etymol. Lombard. Hiſt. Iac. de Vorag.

PHAGO, *cibus: vnde* Φάγος ἡμερινὸς, ἄρτος καὶ τυρὸς καὶ οἶνος, *in vita monachorum.* Gloſſ. Iſid. Addit Graeuius: Ex quibus vidit Vulcanius legendum *Phagos.* Sed *Phagones* ſunt comedones, edaces, vt Nonius oſtendit.

PHAGROS, piſcis genus, V. *Phagrus.*

† PHAGVS, ficus. Gloſſar. Lat. Gall. a. 1348.

PHALA. (1) Genus veſtis, de qua Synodus Colonienſis an. 1280. c. 3. *Cappas tunicatas, tunicas, Phalas, indumenta, tabbardos, calceos vel caligas non ferant niſi B. Benedicti vel B. Auguſtini regulae congruentes.* Etiamnum Belgae *Failles* appellant veſtimentum, quo caput et totum corpus vice pallii operiunt feminae. Kylianus: *Falie, palla,* Κύκλας, *veſtis muliebris ſpatioſa, totum corpus circumdans.* (2) PHALAE, turres rotundae in oui ſpeciem Vitruuio: ſic dictae a Circorum *Phalis*, quae diuidebant Euripum et Metas, conſtructis ad tempus turribus, vt ait Ser-

Seruius ad 9. Virgil. *Phalarum* Circi meminit etiam Iuuenalis, quas δημοσιώματα ἀστικὰ vocat Dio. Ita porro appellabant turres ligneas ad oppugnanda oppida. Papias: *Phalas dicunt ligneas turres.* Ita et Vgutio. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Fala, Tour de bois, Beffroi.* Eod. sensu vtitur Plautus. Liber MS. redituum Eccl. N. saec. 14. apud Schilter. in Gloss. Teut. *Notandum est etiam quod in dicta villa B. est quaedam Phala siue cofstellum lignenm, et fundi circumpositi redacti de pratis in agros frugiferos.* (3) FALAE, taedae, quae in funeribus deferri solent, Gallis *Falots.* Charta an. 1240. in Tabular. Episcopat. Ambian. fol. 42. (4) † Porticus nundinaria, locus, vbi merces venum exponuntur, Gall. *Halle.* Ordinar. Mss. S. Petri Insul. V. *Fala* 3.

PHALANGA. (1) Fustis teres, Nonio. Charta an. 1097. apud Freder. Schannat. in Vindem. litter. p. 178. V. *Falanga.* (2) Trabs, vel pons ius postis pensilis ad aquam hauriendam. Mirac. B. Stanislai to. 1. Maii p. 783. (3) Pro Phalanx. Acta SS. to. 5. Maii p. 279. de SS. Donatiano et Rogatiano. V. *Phalangia.*

† PHALANGAICVM, triburum quod pro facultate figendi *phalangas* seu palos ad ripam, exigebatur, i. q. *Palificatura*, et *Palliaria.* Ch. Mss. a. 1195.

PHALANGARIVS, qui *phalangis*, seu fustibus aliquid oneris transuehuntur. V. *Falanga.*

† PHALANGATA, i. q. *Palancata*, ap. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 279.

PHALANGETICVM, i. q. *Phalangaicum.* Epist. Friderici II. Imper. apud Marten. to. 2. Ampliss. Collect. V. *Falangaticum.*

PHALANGIA. (1) Pro Phalanx, agmen, congregatio. Vita S. Anselmi Abb. Nonantul. saec. 4. Bened. part. 1. p. 5. V. *Phalanga* 2. (2) Potestas, auctoritas, iurisdictio. Charta an. circ. 815. tom. 1. Hist. nouae Occitan. inter Instrum. col. 37.

PHALARICA, FALARICA. Gloss. Graec. Lat. Χειροβαλίστρα, *Falarica.* Gloss. Latin. MS. Reg. *Falarica, tunica magna, telum militis*, quia forte mulieris est eminus pugnare. Seruius ad 9. Aeneid. et ex eo Isidorus lib. 18. c. 7. *Falarica est telum ingens, torno factum, habens ferrum cubitale, et rotunditatem de plumbo in modum sphaerae in ipsa summitate . . . . Hoc autem telo pugnatur de turribus, quas Phalas dici manifestum est . . . A Phalis igitur dicta est Phalarica, sicut a muro muralis.* Addunt Vgutio et Ioannes de Ianua: *Et quia hoc telum tormento mittitur, inde est, quod quandoque ponitur pro tormento, quod vulgo dicitur Petraria, vel Manganum.* Priori notione, praeter classicos scriptores, vtuntur Fortunatus l. 3. de Vita S. Martini, Gregorius Turon. l. 9. c. 35. et alii. Posteriori vero, seu pro machina iaculatoria, Guibertus lib. 3. Histor. Hierosol. c. 5. V. Lexicon Martinii v. *Falarica.*

PHALASIA, ager ad Sequanam, ab editori margine sic dictus. Calendarium MS. anniuersar. B. M. de Argentolio: *XI. Kal. Iunii, anniuersarium Nicholai Prioris Argentolii, XII. sol. super Phalasiam Odonis ponenarii.* V. *Falesia.*

PHALBVRGERE, V. *Pfalburgere.*

PHALDEFIVM, V. *Faderfium.*

PHALERA, instrumenta rustica, vel equorum rusticorum. Fleta lib. 2. c. 85. de carectario: *Eius est scire Phalera, attillamenta, et harneza minuta carectis, appendentia praeparare et emendare.* V. Martinii Lexic. v. *Falere.*

PHALERAE, ornatus mulierum. Vita B. Giraldi de Salis apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. pag. 576. *Vidit in mulieribus illis Deo et Angelis abominabile monstrum; nam criminum suorum torturas et circumdatura more meretricio Phaleras et manicas praetendebat posterius.* Hinc eadem vox vsurpata saepius ab Ecclesiasticis Scriptoribus vt futiles saeculi ornatus significarent. V. *Falerae.*

PHALERAMENTVM, eadem notione. Vita S. Eustasii Abbat. Luxouiens. to. 3. Martii p. 788. V. *Faltramentum.*

PHALERARE, *phaleris* ornare. S. Ambroſius in Lucam 2. 18. V. *Falerare.* IMPHALERARE, eadem notione. Epiſt. Adami Abb. Perſenniae apud Marten. to. 1. Anecd. col. 754.

PHALERATOR, ornator. Acta S. Anſueri Mart. to. 4. Iulii p. 103.

PHALERGIVM, *ornamentum*, Papiae. V. *Palergium* et *Parergum.*

PHALINGVS, ſaga villoſa. V. *Falingus.*

PHALTA, PHATTA. Vetus deſignatio bonorum S. Michaelis Bamberg. inter Vindem. Litter. Freder. Schannat. pag. 53. *Poſſeſſores etiam eorumdem manſorum vnusquisque ſoluit ſingulis annis vnam, quae vulgo dicitur Phalta.* Ibidem, in Catalogo lib. pag. 51. *A Symmachi de praefectura lib. 1. Phatta i. medicinalium 6.* V. *Phala.*

PHALTENA, idem quod *Phalta.* Tradit. Fuldenſ. apud Iohan. Schannat. pag. 403. *Slani XIII. quorum vnusquisque vnam libram lini debet et duas Phalsenas.*

PHAMECANTHARVS. Anaſtaſius in S. Silueſtro PP. pag. 15. *Coronam auream ante corpus, vbi eſt Phamecantharus cum Delphinis 50.* Alii Codd. rectius praeferunt, *Pharum cantharum.* V. *Pharus.*

PHANO. (1) Nauis, ſic dicta quod *phanonem* aliis nauibus noctu praeferat. Gabutius in Vita B. Pii V. PP. tom. 1. Mail p. 688. V. *Falo.* (2) Inter veſtes ſacras recenſetur in Actis conſecrat. Eccleſ. S. Benedicti de Bagiis an. 972. Marcae Hiſpan. col. 859. PHANONVS, eadem notione. Inuentar. Eccl. Nouiom. an. 1419. V. in *Fano.*

PHANTASARE, imaginari. *Actus phantaſandi*, apud Gabr. Biel. Lex. Phil.

PHANTASIA, FANTASIA. (1) Phantaſma, ſpectrum. Gloſſae Gr. Lat. *Φαντασία, vana viſio, imago, vanitas, viſio.* Papias: *Phantaſia, imago alicuius corporis viſa, et cogitatio animo poſtea figurata, vt puta patris ſpecies quam vidimus. Phantaſma vero eſt, quam numquam vidimus ſpecies animo figurata, vt puta ſpecies aui. Fantaſma, viſio vana.* Ammian. lib. 14. *Viſa nocturna, quae Phantaſias nos appellamus.* Geſta Hugonis Cenoman. Epiſc. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 352. *In domo Nicolai praepoſiti Fantaſia, quod in libris Gentilium Faunus ſolet appellari, minus credentes, et in fide Chriſti modice catholicos, vt mulieres plerasque, et ſimplicis aetatis pueros, noctibus ingiter exterrebat.* (2) Pompa, magnificus apparatus. Euſtochius in Vita S. Pelagiae mererricis c. 2. in Vitis Patrum: *Et proceſſit cum ſumma Phantaſia, adornata ita, vt nihil videretur ſuper ea niſi aurum et margarita, et lapides pretioſi* Gildas de Excidio Britann. *Cum magno apparatu, magnaque Phantaſia, vel potius inſania, repetentes ad patriam.*

PHANTASIARI. (1) Imaginari. Inſtrum. an. 1408. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 837. (2) Cupere, appetere. Hiſt. breuis Ordinis Carrul. apud eumdem Marten. to. 6. col. 212.

PHANTASIASTAE nuncupati potiſſimum circa medium ſaeculum VI. qui famem, ſitim et alias humanas eiusmodi corporis affectiones, non vere ſed apparenter tantum in Chriſto fuiſſe ſomniabant. V. Nicephorum lib. 18. c. 45. Baron. ad an. 535. et Stockman. Lex. Haereſ.

PHANTASTICVS, fictus, commentitius. Paulus Diac. in Vitis Patrum Emerit. inter Concil. Hiſpan. to. 2. p. 640.

PHANVM, WANVM, vel FANVM, vocem veterem Francicam eſſe opinatur Wendelinus, idemque ſonare, quod Belgis *veen*, et plur. *venen*, lacus, paludes. Harum autem vocum veſtigia habentur in Malbergiis, quae recenſentur in Lege Salica edit. Heroldi, ſcilicet in *Reppophano, Repphano, Theophano* et *Trowidowano*, quae quidem terminatio arguit locos fuiſſe ſitos in locis paluſtribus, quos *ſaignes* inde vocant Luxemburgenſes: vnde Galli *ſange* pro luto formarunt. Ea notione vox *Phanus* occurrit in Epiſt. Simonis de Gramaudo Patriarchae Alexandr. ann. 1400. apud Marrenium tom. 2. Anecd. col. 1239. *Phanus enim ſchiſmatis quos inquinat, aequat.*

PHARA,

PHARA, generatio, linea, V. *Fara* 1.

PHARALES CORONAE, candelabra in modum coronae ac circuli, variis lucernis instructa. V. in *Corona*, et infra *Pharus*.

PHARETRA, liber quidam; unde sic inscriptus, docemur in Chron. Mellicensi p. 479. *Liber unus, qui Pharetra solet nominari, conscribatur continens magis communia super cultu divino, quoad modum legendi epistolas, prophetias, evangelia, lectiones et capitula horarum canonicarum, nec non lectiones ad matutinum, ad mensam et collationem in refectorio, etc.*

PHARISEARE, diuidere, separare, ex Hebraico *phares*, diuisio, et *pharises*, diuisus, separatus. Ioan. de Ianua: *Farisei a fares, quod est diuisio, dicitur farisens, i. diuisus, et hinc quidam haeretici dicti sunt Farisei, qui diuisi interpretantur, quia traditiones et obseruationes legis, quas illi deuterosas vocant, iustitia proferunt (iustitiae praeferunt,) etc.* Philippus Gallherus lib. 4. Alexandreidos p. 32.

Consilio iuuenum Pharizeus, cisme perenne
Cum regno populum, lis est de diuite regno, etc.

† PHARMACACEVTIARE, venenum praebere, ap. Ludew. t. 9. Reliq. p. 262.

PHARNATIA. Charta Friderici II. Imper. qua *regalia* concedit Archiepiscopo Arelatensi, apud Guesnaium in Annalibus Massilienſibus an. 1219. *Sicut sunt telonea, pedatica, iustitias, Iudaeos, cordam, quintale, Pharnatiam, monetam, portus, etc.* Vereor, ne mendum subsit. Legendum omnino videtur *Pharnaria*, pro *Farnaria*. V. in hac voce.

PHARO, PHARRO, clamor militaris Hibernorum. Vtrum a Pharaone, Gandeli socero, an ab alia causa clamor iste natus sit, parum ad rem attinet explicare. Verba sunt Richardi Stanihursti lib. de Rebus Hibernicis.

PHARVS, PHARVM, FARVS, FARVM, lucerna, siue lychnuchus orbicularis et circularis cum certo lucernarum aut candelarum numero, cuiusmodi passim in templis nostris visuntur: sic dictus, quod instar Phari sit, eiusque speciem referat. Papias: *Fara, vasa sunt luminatoria, quae nos Retia dicimus diuerso modo formata.* Alibi: *Farum, instrumentum ad luminaria ordinata, sicut etiam candelas.* Anastasius Bibl. in S. Hilaro PP. *Pharos cum Delphinis, quae pensant lib. 5.* In Siluestro PP. *Pharum ex auro* purissimo, quod pendet sub fastigio cum Delphinis 50. PHARVS, foeminino genere, quomodo *φάρος* dicitur a Graecis turris Alexandrina. Statius.

PHASALLVS. Miracula S. Ludgeri Episcopi Mimigard. num. 34. *Neglecto denique tali praecepto secunda et tertia vice quemdam monasticae vitae Phasallum; purpureo perfusum capillo, nigroque vestimento indutum, conspexit.* An *vassallum?*

PHASCOLLA, *parua petaso, petasunculus.* Vgutio. V. *Phaculla.*

† PHASEOLVS, tuberculum in naribus exortum, a similitudine fabae, *Phaseolus* dictae. Acta SS. t. 5. Aug. p. 903.

PHASIANARIVS, qui *phasianos* pascit, apud Paulum IC.

PHASIANVS, *id est Gallus*, cognomen erat Iohannis XIX. PP. apud Mabillonium to. 4. Annal. Benedict. p. 206. Notum est, gallum gallinaceum a veteribus nonnullis *Phasianum* dictum fuisse.

PHASIOLVS, *λοβὸς*, in Gloss. Lat. Graec. Sangerm. Phaseolus, Columellae, Genus leguminis.

PHASIS. (1) *Cuiuslibet occulti criminis apud Magistratus demonstratio, vel denuntiatio fraudum, quas in elocatione domorum tutores orphanorum struunt.* Vocabular. Sussannaei. A Graeco *φάσις*, eadem notione. (2) Pascha. Epist. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 479.

PHAVO, inter vestes vel arma militum recensetur in Statutis Equitum Teuton. art. 73. apud R. Duellium to. 2. Miscell. pag. 59. *Ipse (Trepe-rarius) tenetur dare fratribus ad arma depatatis spallaria, wappenrock, kilinge, Phanones, . . . et cingulos, etc.* F. leg. *Pheno.* V. *Fano.*

PHENO, Epitaph. Almanni monachi atque Philosophi apud Marten. Itiner. Litter. 2. p. 46.

His inuentus erat, Phenonem bisque secabat,
Quando hominem hic posit, spiritus astra petit.

PHENOLIVM, penula, φαινόλη Graecis. Acta S. Leonis III. PP. tom. 2. Iunii p. 588.

† PHEO, mendose apud Ludewig. t. 9. Reliq. p. 40. pro *Phelo*. V. *Felo*.

PHEODVM, pro FEODVM, in Charta an. 1093. apud Miraeum tom. 2. pag. 1141.

PHERONYMVS, a Graeco φερώνυμος, ferens veritatem nominis sui, apud Murator. tom. 3. part. 2. col. 1069.

PHEVDATARIVS, vassallus, V. in *Feudum*.

PHEVDVM, pro *Feudum*, in Charta an. 1313. tom. 2. Histor. Dalphin. p. 147. PHEVV, eadem notione, in Tabular. S. Michaëlis in Periculo maris an. 990.

PHIALA, fons, aquarum receptaculum: Graecis recentioribus φιάλη. Adamnanus lib. 2. de Locis SS. c. 19. *Est ergo illius fontis nomen, qui est in Trachonitide, Fiala, plena aquarum semper, unde Iordanis mediterraneis meatibus deriuatur.* V. quae de Phialis adnotat Cangius in Descriptione aedis Sophianae n. 22.

† PHICO, piscis genus, V. *Fuca* 2.

† PHICVS, pro *Fiscus*, in Ch. a. 29. Henr. I. Franc.

PHILANTHROPVM, praemium, quod proxenetae nominum contrahendorum accipiunt. Gloss. Lat. Graec. *Salarium*, φιλάνθρωπον, ἐλατικόν. Vlpianus IC. *Idem dico, et si quid Philanthropi nomine acceperit.*

PHILARCHICVS, dominationis amans, φιλαρχικός. Charta an. 990. in to. 8. Spicil. Acher. p. 155.

PHILARGIA, a Graeco φιλαρχία, amor regnandi, dominandi cupiditas, apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. col. 75.

PHILARGVS, V. *Pigargus*.

PHILARGYRIA, Graece φιλαργυρία, auaritia, amor pecuniae. Charta Eadredi Reg. ann. 850. apud Hickes. Dissert. p. 84.

PHILASTRIA, pro *Filiastra*, priuigna. Concil. Epaon. can. 30. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 36. V. *Filiaster*.

PHILATERIVM, V. *Filaterium* et *Phylacteria*.

PHILETRVM. Visitatio Thesaurariae S. Pauli Londinensis an. 1295. *Item vnus pannus, cuius campus aureus, cum leonibus et aquilis bicipitibus de auriflo contextis in Philetris rubeis.* V. *Feltrum*.

PHILETVM, rete venatorium, a Gall. *Filet*. Chartular. S. Vandregesili to. 2. p. 1377. V. *Filetum*.

PHILIPPANA ARS. Rollandinus in Tract. de Notulis: *Promitto te docere artem Philippanam, et tu promittis mihi dare 10. corbes frumenti.*

PHILIPPI, PHILIPPEI, nummi, a Philippo, patre Alexandri M. primum cusi, quorum cum forma recepta semel placuisset, ea retenta est simul cum appellatione, addita principis, cuius esset, nomenclatura. Horatius:

Retulit acceptos regale numisma Philippos.

Prudentius Peristeph. hymn. 3.

Nec cum veniret aureos
Secum Philippos detulit.

Vbi Iso Magister: *Philippei*, *Mancosi*. Glossae antiquae MSS. et Papias: *Philippeus*, *solidus*. Valerianus Imperator apud Pollionem in Claudio: *Philippeos nostri vultus annos centum quinquaginta.*

† PHILISTAEI, errones, iidem qui *Aegyptiaci*. Capitul. 19. Leg. Polon. inscribitur apud Prilus. p. 351. *De vagis ac Philistaeis.*

PHILLATERIVM, V. *Filaterium*.

PHILOCALVS, a Graeco φιλόκαλος, honesti studiosus. Vita B. Lidwinae to. 2. April. p. 309.

PHILOCAPTVS, vox ibrida, a Graeco φίλος, et Lat. *Captus*, amore captus. Acta S. Franciscae Romanae to. 2. Martii p. 106.

PHILOCHRISTVS, vox eiusdem originis, Christi amator. Vita S. Ge-

S. Gerardi Abb. Bron. saec. 5. Bened. p. 275.

PHILOCOMPIA, vana gloria, apud Ratherium Veronensem in Apologetico: *Afficit haec ineptissima, imo pernulla Philocompiae vrbanitatis vestrae angustia.* Sed vereor, ne legendum sit *philocompicae*. Melius editum apud Acher. to. 2. Spicil. p. 225. *Tanta, inquam, me afficit haec eadem ineptissima, immo pernulla Philocompiae vrbanitatis vestrae angustia, vt etc.* Wolphardus Presbyter l. 1. Vitae S. Walburg. in Praefat. *Ne a lectore Philocompica noter infamia.*

PHILOCOMPVS, ex Graeco φιλόκομπος, iactantiae amator, iactator. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. *Philocompos, amator iactantiae.* Addit Vgutio, *qui vult, vt labor suus appareat propter vanam gloriam.*

PHILOGAEVS, solis epitheton, a Graeco φίλος, amicus, et γῆ, terra. Odo apud Marten. to. 3. Anecd. col. 722.

PHILOLADIVM. Tabular. Cluniac. ad an. circ. 990. Ch. 591. *Donо monasterio Cluniacensi terram quam mihi Bernardus et Wicardus in Philoladium dederunt in villa Buffarias.* Haud scio an mendum sit pro *Filiolagium*, donum, quod *filiolo* a susceptore seu patrino in adoptionis spiritualis testeram confertur. V. in *Filiolus*.

† PHILOMENA, philomela. Glossar. Lat. Gall. a. 1348.

PHILOPARES, V. *Filopares*.

PHILOPECVNIA, vox ibrida. Pseudo-Ovidius l. 1. de Vetula:

. . . . *sed Philosophia*
Exilium patitur, et Philopecunia regnat.

PHILOPOMPVS, ex Gr. φιλόπομπος, qui *pompam*, fastum et iactantiam amat. S. Gerardus Abbat. Sylvae Maior. in S. Adelardi Vita c. 14.

PHILOPOVS, eadem notione, apud Marten. to. 9. Ampliss. Collect. col. 887.

PHILOSOPHARI, monachum agere. Luithprandus l. 5. c. 9.

PHILOSOPHIA. (1) Vita Monastica, Ἑλλὰς φιλοσοφία, apud Iscl. Pelusiotam l. 1. Ep. 260. Maiorianus Nou. de Sanctimonialibus: *Cum huiusmodi observatio Philosophiam religiosa mente suscipiens, non cogentis imperio, sed spontanea et matura deliberatione capiatur.* Willelmus Neubrigensis l. 3. c. 5. *Aedificando insigne illud Christianae Philosophiae speculum, Monasterium scilicet de Fontibus.* † Pro vita christiana occurrit, apud Oefel. t. 1. Scriptor. rer. Boic. p. 676. (2) Litteratura, eruditio. Chronic. S. Petri Viui to. 2. Spicil. Acher. p. 709. *Erat enim* (Hieremias ex monacho Centulensi Archiepisc. Senon. electus) *valde eloquens et studiosus in omni Philosophia.* Hinc

PHILOSOPHVS. (1) Doctus, litteris egregie instructus. Henricus Huntindon. in Epist. ad Walter. to. 8. Spicil. Acher. p. 190. (2) Dignitas in Ecclesiis Canonicorum: eadem forte, quae magistri Scholarum, seu Scholastici. Tabularium Briuatense Ch. 385. *Signa Canonicorum S. Mauritii Viennensis Ecclesiae, Otmari Decani, Rostanni Archidiaconi, Adalardi Philosophi, Bernardi Canonici, Ricardi Praecentoris, et aliorum Canonicorum.*

PHILTRVM, pro *Feltrum*. V. in hac voce.

PHILVS, PHILOSVS, pro *Pilus, Pilosus*. Vita MS. S. Wenwaloaei fol. 79.

† PHINOBOLVM. *Est quidam caulus aereus concauus, vnius brachii longitudo, a medietate et supra plenus tintinnabulis.* Caerimon. Rom. sec. 13.

PHIO. Miracula MSS. Vrbani V. PP. *Passam fuisse Phionem in digito sinistrae manus* (dicunt). An idem quod Paronychia, Gall. *Mal d'adventure*, a Gr. φύω, nascor? V. *Pinus*.

† PHISAGIVM. *Promisissent etiam bona fide assignare ipsius Iohannis anniuersarium super dictis X solidis et super illo Phisagio, si quod fuit, et in perpetuum*, in Chartul. Medii monast. fol. 63. Quae charta sic inscribitur: *Litterae accensationis domus cum toto virgulto Io. Durandi.*

† PHISCVS, pro *Fiscus*, praedium dominicum. Ch. a. 1017.

† PHISIGARDVM, in Ch. Mss. Rob. Duc. Normand. a. 1030. vbi *Fisgardum* edidit Cangius ex Hist. monast. Audoeni, V. in hac v.

PHITO-

PHITONES, pro *Pythones*, Pythone ſpiritu afflati. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1406. apud Rymer. to. 8. p. 427.

PHITONISSA, eadem notione, pro *Pythoniſſa*, in Epiſt. Innocentii III. PP. to. 3. Concil. Hiſp. p. 463. Hinc

PHITONIZARE, pro *Pythonizare*, V. in hac voce.

PHLEBOTOMARE, *percutere, ſanguinare ſanguinem*, Vgutioni. Ex Graeco Φλεβοτομεῖν. Fulgentius lib. 3. Mythol. *Iſchiaços eosdem Phlebotomant loco, etc.* Beda de minutione ſanguin. *In his diebus Phlebotomari prohibetur.* PHLEGBOTOMARE, in Statutis Auenion. lib. 1. rubr. 43. art. 20. FLEBOTOMARE. Computus an. 1336. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 275. FLEBOTOMIZARE, apud Conradum de Fabria de Caſibus S. Galli cap. 7.

PHLEBOTOMARIVS, qui venam ſecat, Chirurgus, Graec. Φλεβοτόμος, Gloſſ. Aelfrici: *Flebotomarius, Blodlaetere*, Chirurgus qui venam aperit. Chronicon Farfenſe: *Qui Romam venit, et completo anno quidam Flebotomarius malivolus veneno impoſito flebotomo illam interfecit.*

PHLEBOTOMATOR, eadem notione, in Hiſtoria mortis S. Leonis IX. PP. num. 15. Conſtantinus Africanus lib. de Chirurg. cap. 2. *Flebotomator diſcat tactu digitorum venas, carnem, nervum agnoſcere.*

PHLEBOTOMIA, a Graec. Φλεβοτομία, Venae ſectio. Chronic. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1074.

PHLEBOTOMVM, FLEBOTOMVS, FLEBOTOMVM, ſcalpellum venae ſecandae, ex Graeca voce Φλεβότομον, quae occurrit apud Heſychium, Symeon. Logoth. in Michaele Theophili filio num. 1. et aliquot alios recentiores Graecos. Vgutio: *Flebotomum eſt illud inſtrumentum, quo vena percutitur in minutione ſanguinis*, Gloſſ. Aelfrici: *Flebotomus, blodſex.* Somnerus vocem Anglo-Saxonicam *ſcalprum chirurgicum* vertit. Iſidorus lib. 4. cap. 11. *Phlebotomum, ab inciſione venarum, etc.* Gregor. II. lib. 1. Dialog. cap. 4. *Medicinale ferramentum, id eſt, Phlebotomum.* Acta S. Agnelli Abbatis: *Medicinale ferramentum manu tenens, quod ab inciſione venarum, quae Graece Fleue naminatur, Flenotomus dicitur.* PHLEBOTEMVS, in Actis S. Vdalrici tom. 2. Iulii p. 117.

PHLEGARIVS. Charta Archiduc. Auſtriae ann. 1365. apud Steyer. in Hiſt. Alberti II. Duc. Auſtr. col. 426. *Mandamus . . . omnibus noſtris provincialibus marſcalcis, amminiſtratoribus, capitaneis, vicedominis, Phlegariis, caſtellanis, etc.* *) Vox German. Pfleger Praefectus.

PHLEGBOTOMARE, V. in *Phlebotomare.*

† PHLEGMONICVS, phlegmone laborans. Acta SS. t. 2. Aug. p. 688.

† PHOCAICVS, purpureus, V. *Fucaycus.*

PHOCAPIS. Vetus Gloſſ. Lat. Gall. Thuanum MS. *Phocapis, icis, Tartre.*

PHOCIA, pro Phoca, vti videtur, vitulus marinus. V. *Eſone.*

† PHOEBE FACERE, PHOEBISSARE, ſortiri, alicubi legi, ſed vbinam mihi excidit.

PHOEBIGENA, ita epiſtolae cuidam ſeipſum inſcribit Alcuinus, apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 311. *Dilectiſſimo in Chriſto filio, humilis Phoebigena perpetua proſperitate ſalutem.* Vbi male editum *Phaebigena.* Huius nomenclaturae non aliam ſuſpicor rationem, niſi quod Alcuinus litteris apprime edoctus inſtituerit ſcholas iisque praefuerit.

PHOENICIVM, pannus coccinus, ſeu *ſcarlatinus*, in quo remedia quaedam topica includebant, conuoluebant, et conligabant medici. Marcellus Empiricus p. 58. *Eamque Phoenicio conuolues colloque ſuſpendas, etc.* Infra: *Cancri oculus ſubtiliter ſublatus, et in Phoenicio conligatus, colloque ſuſpenſus, etc.* Adde p. 67. 110. 122. etc.

† PHOLAGIVM, PHOLERE, V. *Foulagium.*

PHOLIDOTVS, Graec. Φολιδωτὸς, ſquamatus. Sic vocabant milites qui lorícis ſquamatis vrebantur; vnde S. Petrus Hiſpanus *Pholidotus miles* dicitur Tamayo Salazari in Martyrolog.

log. Hiſpan. ad diem 11. Mart. quod militiae terreſtri nomen primum dediſſet. V. Lipſium de Milit. Roman. lib. 3. Dialog. 6.

PHOLLIS, Graec. φόλλις, genus monetae, apud Byzantinos pontiſſimum. Acta SS. 20. Martyr. Tarſi tom. 1. Iunii pag. 633. *Quinquagenos Pholles, unde veſtimentum emeret, petivit.* V. *Follis* 2.

PHONITVS. Index veter. Can. to. 3. Concil. Hiſpan. pag. 26. *Quod ſurreptum fuerit Apoſtolicae ſedi et ſuam in melius ſententiam commutaverit, quando damnationem Phoniti reſcindat.* Haec ex Epiſtol. Innocentii 1. PP. vnde deſumta ſunt, cap. 7. num. 14. edit. Conſtantii noſtrii, emendare licet; vbi Innocentius Photinum, quem deceſſor ex falſo rumore damnauerat, abſoluit.

PHONO, pro *Puano*. V. in hac voce. Vexillum. Guidonis Diſcipl. Farf. cap. 30. V. in *Fano*.

PHONOS, a Graec. φόνος, caedes, herba quaedam, ſic dicta quod ſanguineum ſuccum fundat. V. Plinium lib. 21. c. 56.

PHORITANVS, externus, Gall. *Forain*. Charta an. 1243. ex Archiuis Maſſil. V. *Foritaneus*.

PHORONOMVS. V. *Photonomus*.

PHOSATVM, arx, foſſa ad urbis tutelam, vt interpretantur Bollandiſtae. Vita S. Stephani Sabait. tom. 3. Iulii p. 549.

PHOSCAS, anatis ſpecies. V. *Circella*.

PHOTINIANI, haeretici, quorum anteſignanus Photinus Sirmienſis epiſcopus circa ann. 351. Ii in primis impie docebant Chriſtum nudum eſſe hominem ex Ioſepho et Maria natum. V. Euſeb. lib. 2. c. 2. et 4. S. Epiphan. Haer. 71. et alios paſſim.

PHOTONOMVS, qui lumen diſtribuit, illuminator. Rorgerus in Vita Brunonis Abbatis S. Pantaleon. Colin. cap. 24. apud Mabillonium: *Phoronomum* edidit Mabillonius; et recte quidem: cuius vocis notio eadem eſt ac *Pheronymus* ſupra.

† PHRAGOLINO, PHRANGOLINO, piſcis genus. Tract. Mſ. de Piſcibus, c. 63. *Erythrinus in Gallia Narbonenſi et Hiſpania vocatur Pagel, Romae Phrangolino vel Phragolino, quaſi parvus Pagrus.*

PHRATRIA, ſocietas, conſpiratio, a Graec. φρατρία. Index vett. Can. to. 3. concil. Hiſp. p. 24. V. *Fratreia*.

PHRONTISTERIVM, φροντιστήριον, monaſterium. Acta SS. Phileae et Philoſomi, Rufino interprete, num. 8. *Iam immolauit in Phrontiſterio.*

PHRONYMVS, a Graec. φρόνιμος, prudens. PHRONYME, prudenter. Fridegodus in Vita S. Wilfridi ſaec. 3. Bened. part. 1. p. 185.

PHRYGES, Turcae dicuntur Vrbano IV. PP. quod Natoliam, cuius Phrygia pars eſt, occupabant, eosque cum priſcis Troianis confundit: uſque adeo his temporibus hiſtoriae inualuerat ignoratio. Epiſt. an. 1388. apud Raynaldum in Annal. Eccl.

PHRYGIARE. acupingere, opere Phrygio ornare. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 396.

PHRYGIVM, interdum ſumitur pro limbo ſeu ornatu ex opere Phrygio, vt apud Leonem Oſtienſem lib. 2. cap. 44. *Obtulit ſimiliter S. Benedicto planetam purpuream aureis Phrygiis, menſum 12. ſigna in ſe habentibus ornatam.* Lib. 3. cap. 57. *Planetam purpuream cum Phryſo et cum aquile ex margaritis contexta.* Praeterea PHRYGIVM ſumitur pro praecipuo capitis Romani Pontificis ornamento, quod hodie triplici corona inſigne eſt, vulgoque *Regnum* appellant Scriptores, quo in ſolennibus ceremoniis vtitur, quodque a Conſtantino M. Silveſtro PP. conceſſum aiunt. Vetus Interpres Iuuenalis Sat. 6. *Tiara, eſt Phrygium, quod dicunt.* Arnoldus Abbas Bonaevallis de 7. Verbis Domini: *Hac* (thyara) *etiam minores Sacerdotes vtebantur, eratque byſſina, circumdata coronula aurea, opere textili facta, ſicut hodie Phrygium mitris noſtrorum Pontificum plerumque conſuitur.* Charta donationis Conſtantini Magni apud Anaſtaſium Biblioth. *Deinde diadema, videlicet coronam capitis nominis noſtri, ſimulque Phrygium, nec non et ſuperhumerale, etc.*

PHRY-

PHRYSICVM BVTYRVM, pro *Friſcum*, vt videtur, Gall. *Beurre frais.* Medic. Salern. edit. 1622. pag. 227. *Sexta* (cereuiſiae proprietas) *quod ventrem mollit. Eiuſmodi inter triticeas Hamburgenſis exiſtit: grati ſaporis eſt, multum ſubſtantiae habet,... et in ſolnendo aluo per ſe, aut cum butyro Phryſico primum locum ſibi vendicat.* V. *Friſcus.*

PHRYSVM, V. *Phrygium.*

PHTISISCERE, phtiſica paſſione laborare, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 14.

PHVCA, piſcis genus, V. *Fuca.*

PHYALA FRANCISCA, inter miniſteria ſacra recenſetur in donatione S. Rudeſindi Epiſc. pro Monaſt. S. Salvatoris de Cellanoua, tom. 3. Concil. Hiſp. p. 181. V. *Phiala.*

PHYLACTERIA. (1) Sic appellabant veteres *Amuleta*, ad arcendos vel pellendos morbos. Gloſſ. Graec. Lat. *Φυλακτήριον, ſeruatorium, amolimentum, amoletum, praeuia.* (l. breuia) Gloſſ. X. ſaltem ſaec. ad calcem collect. Can. e Bibl. DD. Chauvelin Reg. ſigill. Cuſtodis: *Phylacteria, id eſt* X. *verba legis, aut ſcriptura vana, quod ligat homo ſuper caballum aut ſuper caput ſuum.* Gloſſ. Latin. MS. regium: *Phylacteria, carmina.* Vett. Gloſſae MSS. ad Concil. Laodic. cap. 36. *Pittaciola decalogi collis ſuis ſuſpendentes Iudaei Filacteria vocabant: ſed hic, obligationes, quas hominibus ſuſpendunt incantatores, intellige.* PHYLACTIRIA, in Libello Pirminii to. 4. Analect. Mabillon. p. 587. PHILATERIA, eadem notione, in Conc. Tolet. XVII. inter Hiſpan. tom. 2. p. 760. PHYLACTERIA apud Chriſtianos, dictae Arculae, in quibus Sanctorum reliquiae reconduntur, quod eae ſeruentur, vel deferantur *ſic Φυλακτήριον*, vt loquitur Theophanes an. 31. Copronymi, p. 375. Albericus in Chron. V. *Encolpium.* (2) PHYLACTERIA etiam appellabant thecas, in quibus reconduntur Sanctorum reliquiae, quae in aedibus ſacris ſeruantur. Beletus de Diuin. Offic. cap. 115. *Eſt tamen diſcrimen inter Phylacterium et Phylacterium. Phylacterium enim Chartula eſt, in qua decem Legis praecepta ſcribebantur, cuiusmodi chartas ſolebant ante ſuos oculos circumferre Phariſaei, tam ſignum religionis. Vnde in Euangelio: Dilatant enim Phylacteria ſua, et magnificant fimbrias. Atque hoc quidem Phylacterium a Φυλάσσω. et Thorah, quod eſt Lex. Philacteria autem, phylacteriae, vaſculum eſt, vel argenteum vel aureum, vel etiam cryſtallinum, in quo ſanctorum cineres et reliquiae reponuntur.* PHILACTERIA, fem. generis, Guidonis Diſcipl. Farf. cap. 5. et cap. 8. PHILATERIVM, Gregorius M. lib. 12. Epiſt. 7. PHYLATTERIA. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 26.

PHYLARCHI. Ita Saraceni Duces ſuos vocabant, quod *eis φυλαῖς*, ſeu *tribus* diuiſi eſſent 12. quibus ii imperabant, vt teſtatur Procopius lib. 1. de Bello Perſico cap 17. 19. 20. Iulianus Anteceſſor Conſtitut. 95. *Neque Phylarchum, id eſt Saracenorum Ducem*, etc.

PHYSICA, medicina, ἰατρικὴ, quae circa hominis naturam verſatur. Willelmus Malmesbur. in prologo libri 2. de Geſtis Angl. *Logicam enim quae armat eloquium, ſolo libaui auditu: Phyſicam, quae medetur corporis valetudini, aliquamo preſſius concepi.* Will. Tyrius lib. 18. cap. 34. *Noſtri enim Orientales principes, maxime id efficientibus mulieribus, ſpreta noſtrorum Latinorum Phyſica et medendi modo, ſolis Iudaeis, Samaritanis, Syris et Saracenis fidem habentes, eorum curae ſe ſubiiciunt imprudenter, et eis ſe commendant Phyſicarum rationum prorſus ignaris.* Egidius Corboſienſis MS. de Virtutibus medicaminum. Et lib. 3. de Salerno:

Fons Fiſicae, pugil encraſiae, cultrix medicinae.

PHYSICALIS, medicinalis. Charta an. 1230. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 968.

PHYSICE, i. e. ſecundum Medicos. Miracul. S. Humilianae tom. 4. Maii p. 406. *Patiebatur infirmitatem in femore, quae vulgo dicitur anghio. Phyſice dicitur bubo.*

PHYSI-

PHYSICVLATVS, in Catholico parvo, *diuinatus, vel pronunciatus.* Ibidem: *Phyſiculo, deuiner, prononcer.* Vox augurum et aruſpicum. Gloſſ. Iſid. *Phyſiculo, propitio deos. Phyſiculator, augur, naturas in extis animantium quærens.* Proinde vox formata, vt putat Scaliger, a φυσικεύειν. Martianus Capella lib. 1. p. 5. *In fanis, quibus aut vaticinia obliquis fundebantur ambagibus, aut denuntiata pecudum cæde Phyſiculatis extorum proficiis viſcera loquebantur.* Hinc emendandus Robertus Monachus in Hiſt. Palæſt. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 3. p. 96. vbi perperam editum *phyſicaculari*, pro *phyſiculari*. V. *Fiſficulare.*

PHYSICVS (1) Adiect. PHYSICA CONFECTIO, medica. Concil. Turon. an. 1163. cap. 8. (2) Medicus. Lambertus Ardenſis p. 117. *Vnde et Phyſici eius neminem ad ipſum accedere permittebant.* PHYSICVS MONASTERII, cui in Monaſterio cura infirmorum demandata. Capitul. gener. MSS. S. Victoris Maſſil.

PHYSIOLOGVS, medicus, qui de iis quæ ad naturam hominis ſpectant, diſſerit. Acta Murenſis Monaſterii apud Eccard. de Orig. Habsburgo-Auſtr. col. 217.

PIA. (1) Eo nomine Reliquias Sanctorum aliaque pietatis inſtrumenta, quibus donantur ii qui Romanum Pontificem adeunt, intelligere videtur Iohannes Fiſcamnenſis Abbas in Epiſt. ad Leon. IX. PP. apud Marten. Nou. Collect. vett. Script. pag. 22. *Hi certe contempta ſuper pace Apoſtolica veſtra ſanctione, me invaſerunt, ſpoliauerunt, et omnibus Piis lacrymabiliter dehoneſtauerunt, etc.* (2) Idem quod *Peya*, in Ch. Mſ. a. 1256.

PIABILIS, *grandis.* Sic Gloſſæ antiq. MSS.

PIACA, Papiae, *Aigatia.* Iam monuimus in v. *Aigatia* legendum eſſe *Pica*, Gall. *Pie*, quam Picardi *Agache* vocant.

† PIACIO, *lo remedio*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PIACVM, Poena, animaduerſio, Gall. *Punition.* Statuta antiqua Canonic. Regul. apud R. Duellium Miſcell. tom. 1. pag. 88.

PIAGO, ἁγνίζω, in Gloſſ. Lat. Graec. Cod. Reg. *Purifico, purgo;* Sangerman. *Pugno;* forte *Pie ago*, ex Barthio.

PIANCA, vox Italica, aſſer, Gall. *Planche.* Germ. Planke. Chronic. Petri Azarii ad an. 1357. apud Murator. tom. 16. col. 344.

PIANCAVVM SAMITVM. Sallas Malaſpinae de Reb. Sicul. lib. 4. cap. 6. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. p. 295. *Suſpenſis ad chordas ſtrophagis, flectis, . . cultris tectis de Piancano ſamito, byſſo et purpura, etc.* V. *Exametum* et *Pigacium.*

PIANTONVS, ab Ital. *Piantone*, idem quod infra *Planco*, et *Planſonus*, ramalis talea. Statuta Placent. lib. 5. fol. 65. recto.

† PIARDA, f. vadum, Germ. Furth. Murat. t. 20. Script. Ital. p. 964. *Capta Melaria ad Padi Piardam non longe diſtantem.*

PIASTER, pinus ſilueſtris. Ebrardus in Graeciſmo cap. 25.

† PIBALES, Piſcis genus, v. *Plota.*

PICA. (1) PICA, PICCA, ex Gallico *Pic*, vnidens ligo, quo terra arteritur, et foditur; *epupa*, Plauto in Captiuis, vt obſeruatum a Salmaſio ad Pollionem, *ebopa* et *otopa*, ὄψ, in veteribus Gloſſis, vnde Gallicum *houë* eruit. Will. Brito lib. 2. Philippid. p. 115.

. . . . *Sub eisque ſecare minarius inſtat*
Cetibus et Piccis imi fundamina muri.

Will. de Podio-Laurentii cap. 38. *Turribus et muris fortiorum deſtruendis Picas ferreas applicabant.* PICO, idem. Epiſtola Arnoldi Archiepiſcopi Narbonenſis an. 1212. PICHA, eadem notione. Chronic. Tarviſ. apud Murator. tom. 19. col. 765. PICHO, in Annal. Eſtenſ. Iacobi de Layro apud Murator. tom. 8. col. 981. A voce *Pica*, dictae ſariſſae, ſeu longiores peditum haſtae, vt quibusdam placet. At cum alia prorſus ſit picarum ſeu ſariſſarum forma, aliis non arridet haec ſententia.

tentia. Turnebus lib. 21. Aduerſar. cap. 25. *Picas* noſtrates, quaſi *ſpicas* appellatas putat; et reuera ſpicarum ſpeciem prorſus referunt. Octauius Ferrarius a *ſpiculum* deducit. (2) Ordo recitandi diuini officii, Gallis *Directoire*. Breuiarium edit. Londini an. 1555. *Incipit ordo Breuiarii ſeu portiforii ſecundum morem et conſuetudinem eccleſiae Sarum* (ſeu Sarisburienſis) *Anglicanae vna cum ordinali, ſeu quod vſitato vocabulo dicitur Pica, ſiue directorium ſacerdotum: Pica de dominica prima Aduentus.* V. *Ordinale.*

PICAGIVM, Tributi ſpecies, quod, ait Spelmannus, in nundinis penditur ob veniam effodiendi ſoli; ſic vt tabernaculà ponantur nundinalia, ſtationes, et officinae, quas *ſtalla* vocant; facultas *de piquer la terre*, Gallis. Monaſtic. Anglic. tom. 1. pag. 722. V. *Pictare.*

† PICALOTTVS, qui *pica* terram fodit, i. q. *Picator.* Inquiſit. an. 1288.

PICARDVS, qui *pica* ſeu fariſſa, Gall: *Pique*, in bello vntur. Innocent. PP. VI. in Epiſt. an. 1361. apud Marten. tom. 2. Anecdor. col. 910. V. *Pictare.*

PICARE. (1) Caedere, Gall. *Tailler.* Chronicon Petri Azarii ad annum 1362. apud Murator. tom. 16. col. 393. V. *Pichare.* (2) † Terram pica effodere. Ch. Mſ. a. 1354. (3) † Verberare, plagis afficere, Ital. *Picchiare.* Serm. Barel. (4) † More gallinarum victum quaerere, roſtro appetere, Germ. bicken. Dial. creatur.

PICARIA, perperam pro *Precaria*, in Teſtament. S. Bertichramni Cenomanenſis Epiſcopi tom. 1. Iunii p. 721. V. *Pixita.*

PICARIVM, vas, calix, cyathus, vel menſura potoria. Gallis *Pichier*, Germ. Becher. Necrolog. FF. Praedicat. tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 436. V. in *Bicarium.* PICHERIVS, eadem notione. Charta an. 1261. in Tabular. S. Victoris Maſſil. PICHERIA, Prouincialibus *Pichié.* Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 27. art. 1. *Statuimus quod quicumque vinum vendere voluerit minutatim, teneatur habere minutiores menſuras legales et ſigno curiae ſignatas, vulgo Picherium et ſulhetam.*

† PICASSA, PIGASSA, PICASSONVS, PIGASSONVS, ligonis et ſecuris ſpecies, Gall. ol. *Piaſſe*, *Picaſſe.* Ch. Mſ. a. 1327. Alia a. 1336.

PICATIO. (1) Medicis dicitur mollities praegnantium, deprauata et vitioſa in eis appetentia, cum nempe cibos a natura alienos concupiſcunt. Miracula S. Franciſci Solani tom. 5. Iulii p. 891. (2) † Picis admotio, vnde cutis rubeſit. V. *Ferulatio*

PICATOR, V. *Pica* 1.

† PICATORIA, laceſſio, offenſio, Gall. *Picoterie.* Ch. Mſ. a. 1401.

† PICATORIVM, *Sarpeſte*, in Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. V. *Picaſſa.*

† PICCIA, pullus, f. ab Ital. *Piccino*, paruulus. Ch. a. 1300.

† PICCO, i. q. *Pica*, vnidens ligo. Stat. ant. Florent.

PICCVS. Tabularium Briuatenſe fol. 198. *Molinarii et tres ſubmolinarii et tres garciones, qui portant Piccos molendinorum.*

PICEA, idem videtur quod *Pica* 1. Vnidens ligo. Computus anni 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feud. pag. CLX. *Pro* C. *Piceis et L. knellis, et pro vectura a Belvaco vſque ad Archas*, VI. *libr. et XIII. ſol.*

PICERNA et PISTERNA, pro *Pincerna*, in Diſtribut. quotidianis MSS. Eccleſ. Lugdun. V. in hac voce.

PICHA, vt *Pica* 1. V. in hac voce.

PICHARE, leuiter incidere, Ital. *Piccare*, Gall. *Piquer.* Statuta Placent. lib. 6. fol. 68. vo.

PICHEA, modus agri, in Normannia. *Pichea prati, terrae, etc.* in Tabulario Leproſariae pontis Audomari. V. *Bichetus.*

PICHEL, PICHERIA, etc. V. *Bicarium* et *Picarium.*

† PICHETVS, menſura annonaria, i. q. *Bichetus.* Necrol. eccleſ. Meld.

PICICHAGNOLVS, inter minores artifices recenſetur, in Stat. ant. Florent.

PICIETVM, herbae genus, f. Petunum, Gallis *Petun.* Concil. Mexic. an. 1585. inter Hiſpan. tom. 4. p. 256. *Ne ullus ſacerdos ante Miſſae celebrationem . . . . quicquam tabaci Picie-*

Picietine, aut ſimilium medicamenti cauſa, per modum fumalis exaporationis aut alio quouis modo percipias.

† PICIVM. (1) Pro *Pecium*, fruſtulum. Acta SS. t. 3. Aug. p. 306. (2) Pars nauis. Guido de Vigeu. Mſ. *Pro faciendo picia nauis, quae non ſint multum acuta, et iſte fundus ſcindatur per medium per longum.* Proram et puppim intelligo.

PICIVS, idem quod *Picarium*, V. *Bicarium*.

PICIVTA, *morbus gallinae, id eſt, pipido*, in Gloſſ. MSS. S. Andreae Auenion. Gall. *Pepie*. Corrupte fortaſſis pro *Pituita*.

PICKETTVS, an pro *Bickettus*, hinnulus, Gall. *Fan?* Inſtrum. an. 1335. apud Rymer. tom. 5. pag. 828. *In foreſta noſtra de Ingelwod, pro deductu ſuo habendo, de licentia noſtra ſagitauerit decem et nouem ceruos*, XIV. *biſſas. . . . . unum Pickettum et duos ſannos ceperit.*

PICHO, V. *Pica* 1.

† PICO. (1) V. *Pica* 1. (2) † Cacumen montis, collis, Hiſp. *Pico*, Gall. *Pic*. Ch. a. 1295.

PICOLERIA, vaſa fictilia, Gall. *Poterie*, interprete Auctore Hiſt. Dalphin. tom. 1. pag. 86. ex Charta an. 1309. *De quolibet vendente eodem modo paganum panem, pelleterium. . . . Picoleriam, caſeos, coria*, etc. Ibidem pag. 87. *Onerata pannis, Picoleria debet duos denarios.* Forte a *Picarium*, Gall. *Picher*, quod in pluribus Galliae locis eſt vaſis fictilis ſpecies. V. ſupra. † Haud ſcio an non melius de *Piconibus* intelligeretur; *Picolo* enim Prouincialibus i. q. ligo, marra. V. *Pico.* 1.

PICOTA, morbus variolarum, Gall. *Petite verole*, non raro *Picote* dicitur quod faciem punctis deformet. Mirac. MSS. Vrbani V. PP. in Tabulario S. Victoris Maſſilienſ. *Patiens febrem cum Picota vel vayrola debilitans.* V. *Picotus*.

PICOTINVS, menſura frumentaria, non-nuenae tantum vt vult Nicotius, Gall. *Picotin*, quod a Latino *paucum*, quia parua menſura, deductum ſcribit Menagius. Obituar. Eccleſ. Morin. MS. p. 8. *Item quatuor magni Capellani et duo Capellani S. Dionyſii habent in qualibet menſe quilibet ſex Picotinos bladi.* Deſcriptio bonorum Dom. de Eſka in Tabular. Audomar. *Quae raſeria vel menſura . . . debet valere tres quarterios et 2. partes vnius Picotini et parum plus ad menſuram vel raſeriam S. Audomari.*

PICOTVS, menſura liquidorum. Regeſtum 87. Chartophylacii Regii: *Terram heredum Guillelmi Bucheti, pro quibus faciunt domino quinque cartas auene, . . . decem denarios et duodecim Picotos vini.*

PICRALE, ſ. pro Pectorale, in Charta an. circ. 1320. V. *Cambale*.

PICRIA, a Graeco πικρία, amaritudo; metaphorice aduerſitas, mala fortuna. Fridegodus in Vita S. Wilfridi ſaec. 3. Bened. part. 1. pag. 180.

PICTA, ae, (1) *Tinctura, ſiue Pictura*. Ioan. de Ianua. In Catholico paruo: *Picta, cote, ou peinture*. Leg. ſ. *Punctа*. V. in hac voce n. 5. (2) pro *Pica*, vnidens ligo, Gall. *Pic*, in Vita Gregorii IX. PP. apud Murator. to. 3. p. 571. † Pro acumine occurrit in Ch. Mſ. a. 1344. (3) Moneta Comitum Pictauenſium, minutiſſima fere omnium monetarum: Gallis *Pite*. Charta Guillelmi Comitis Forcalcarii Gauſſerandae filii: *Quicumque a 20. ſolidis ad quantitatem 20. librarum in bonis habuerit, pro qualibet libra vnam Pictam ſoluat.* PICTAVIA, eadem notione, in Charta an. 1248. tom. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 151. PITTA, in Inquiſit. pro Canoniſat. S. Yuonis MS. PICTA RATA, bona et legalis, ni fallor; in Charta an. 1271. *Et ad ſeptem Pictas ratas Pariſienſes*, etc. PICTAVINA. Charta an. 1306. ex Tabul. Foſſatenſi fol. 39. PICTAVENSES. Gregorius VII. PP. lib. 9. Ep. 7. *Octo nummi Pictauenſium. Pictauenſes bruni*, in Tabulario Angeriacenſi fol. 222. *Solidi Pictauenſes maſculi*, ibid. fol. 47. Ita apud Goffridum Vindocin. l. 1. Ep. 21. *Quod ſi trecentos ſolidos Pictauenſium maſculorum vobis daret.* Vbi *Pictauenſes maſculi* dicuntur *Malliae Pictauinae*, ſeu *mailles Poiteuines*.

Ita enim expreſſere hanc vocem *Maille* per *maſculus*, quae vox apud Gallos *Masle* redditur, vti monet Cangius in Diſſert. de Byzantinorum Impp. nummis. PICTAVINI. Raimundus de Agiles in Hiſt. Hieroſolymit. p. 165. PICTATA, valor vnius *Pictae*. Charta Occitaria an. 1299. in Regeſto Philippi Pulcri Regis eiusdem anni ex Tabul. Regio num. 47.

† PICTACIARIVS, *Savetier*, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Pictatium*.

PICTACIOLVM, V. in *Pittacium*.

† PICTACIONARIVS, i. q. *Pictaciarius*, in Ch. Mſ. a. 1328.

PICTANTIA. (1) Portio monachica in eſculentis ad valorem vnius *Pictae*, lautior pulmentis, quae ex oleribus erant, cum Pictanciae eſſent de piſcibus et huiusmodi. Vincentius Beluac. lib. 32. c. 49. *Aquam etiam param frequentius bibebant, et quandoque pro magna Pictantia mixtam vel aceto, vel lacte, nulla de vino facta mentione.* Caeſarius lib. 8. c. 94. *Dum . . . a celleraria per totum conventum Pictantia, id eſt ova frixa dividerentur . . . . inviſibilem ei Pictantiam miſit, quod omnibus diebus vitae ſuae Pictantiis omnibus carere vellet.* PIDANTIA, eadem notione, in Epiſt. Fulconis Comitis Andegauenſis an. 1124. apud Marten. noue Collect. tom. 1. part. 2. p. 69. PICTENTIA. Charta an. 1319. in Tabul. Pontiſar. PIETANSTRA, eodem ſignificatu. Meiſterlini Hiſt. Rerum Noriberg. apud Ludewig. to. 8. p. 31. Reliq. MSS. PIETANTIA, in Charta Bernhardi Ducis Sileſiae an. 1317. apud eumdem Ludewig. to. 6. p. 518. PISTANCIA. Necrolog. MS. S. Martialis Lemouicenſis. PITANCIA. Vdalricus lib. 2. Conſuetud. Cluniac. cap. 35. *Generale appellamus, quod ſingulis, in ſingulis datur ſcutellis. Pitancia, quod in una ſcutella, duobus: verbi gratia, aliquando pro Pitancia abſque ſcutella unum crudi caſei fruſtum, vel quatuor ova: pro generali ova quinque, et caſeus nunquam niſi coctus.* PITTANTIA. Statuta Ordinis Ciſterc. an. 1221. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1330. (2) PICTANTIA, PITANTIA, cibus generatim, paſtus, Gallice *Repas*. Teſtamentum Bernardi de Turre an. 1270. apud Baluz. tom. 2. Hiſtor. Aruern. p. 515. *Bertrandus filius et heres meus faciat Pictantiam ſeu refectionem fratribus Praedicatoribus Claromontenſibus annis ſingulis, quandiu vixerit.* Perperam Acariſius, Pergaminius, et viri docti in Noris ad Miracula S. Thomae Aquin. et in Nomaſtico Ciſtercienſi, a *Pietate* dictam *Pitanciam* ſcripſere: quia ſorte *Pietancia* aliquando ſcriptum reperitur, quomodo ſemper apud Bernardum Monach. in Conſuet. Cluniac. MSS. in Codice Sangermanenſi, et alios plures, vt ſupra videre eſt. Neque felicius Browerus in Antiquit. Fuld. p. 207. *Pitantiam* dictam vult, *quaſi Pitiſſantiam, a Pitiſſando*, vt et Salmaſius ad Hiſt. Auguſt. Alciar. lib. 8. Parerg. c. 17. Maranus, Cironus, et alii, qui a *Pittacio* deducunt, ita vt Canonicis et Praebendariis, vt olim militibus, ſecundum porrecta illis pittacia, erogarentur ſpecies annonariae, vt panis, vinum, lardum, caro, etc. vel quod in tabella ſeu pittatio deſcriberetur, quam quiſque ſportulam et portionem eſſet ſuſceppturus.

PICTANTIALIS OBLATIO, quae *Pictantiis* diſtribuendis deſtinatur. PITANTIALIS, in Syn. Limenſi an. 1585. inter Concil. Hiſpan. to. 4. p. 418.

PICTANTIARIVS, officium monaſticum, cui munus incumbit componendi et diſtribuendi ſingulis Monachis *pitancias* ſuas. Charta an. 1292. Huius meminit Ingulphus pag. 886. Cum vero Pitantiarii munus circa eſculenta verſaretur, iiſque componendis et diſtribuendis inuigilaret, *Dominus domus*, eadem notione qua Galli dicunt *Maitre d'Hôtel*, qui menſis praeeſt, appellatur in Chron. Senon. c. 25. tom. 3. Spicil. Acher. p. 391. PITANCIARIVS, vt *Pitantiarius*. Charta Ludouici Abbat. Angeriac. an. 1420. in Tabu-

Tabular. eiusd. Monast. p. 587. PITANSARIVS, in Statutis Cardinalis Triuultii Abb. S. Victoris Massil. an. 1531. PITENSERIVS. Sententia arbitralis an. 1497. PICTANTIARIVS. Constitut. Cluniac. MSS. an. 1301. ex Archiuis B. M. Deauratae Tolos. PICTANTIARIVS, in Decreto pro Monast. Dobirluc. an. 1374. V. supra *Pictantia*. PISTANCIARIVS. Necrolog. MS. S. Martialis Lemouic. PITTANTIARIVS, in Statutis S. Claudii an. 1448. pluries occurrit. PITANTIARIA, quae apud Sanctimoniales *pitantias* componit et distribuit. Charta Margaretae Abbat. Faremonast. an. 1291. in Tabular. eiusd. Monast. PITANCIARIA, est etiam Officium Pitanciarii, vt in Monastico Anglic. to. 1. p. 148. *Pitantiaria*, pluries in Statutis S. Claudii an. 1448. PITENSERIA, eadem notione, V. supra *Pitensiria*.

PICTARE, a Gall. *Piquer*, *Pica* terram fodere. Regest. Prioratus Cokesford. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.

PICTATA, valor vnius pictae, V. *Picta* 3.

PICTATIATVS, refarcitus, V. *Pecia* et *Pittacium*.

PICTATIVM. (1) PICTATIVM, PICTATIOLVM, etc. V. *Pittacium*. (2) † *Illa corii particula, quae solae repeciatae insuta est, vnde Pictasiatrix, i. repeciatrix.* Glotsar. vet. Cod. reg. 521. Aliud Cod. 7684. *Pittacium, tucon de soullers. Pictasiare, taconner soullers.*

PICTATORIAE TABVLAE. Adso in Vita S. Soli c. 8. de quodam muto et surdo curato: *Et sanatus est homo, quod quidem tabulae Pictatoriae ibidem pendentes testantur.* Tabellae scilicet plectiles, quas muti, dum eleemosynam petunt, invicem concutiunt.

PICTATVS, punctis distinctus. Statuta Eccles. Biterr. an. 1368. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 628.

PICTAVENSIS, PICTAVIA, PICTAVINA, etc. V. *Picta* 3.

† PICTAVINAGIVM, praestatio, quae *Pictauinis* soluitur, in Ch. a. 1163. V. *Picta* 3.

PICTAVMVS. Caffari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 253. *Aliud vero quod remansit, inter viros de Pomilia diuiserunt, et vnicuique per partem solid. XLVIII. de Pictauinis, et libr. II. piperis dederunt, praeter honorem Consulis et nucleorum, qui magnus fuit.* †Leg. procul dubio *Pictauinus*. V. in *Picta* 3.

PICTELLVM, et PICHTELLVM, Anglis exigua fundi portio, sepimento concluſa. Ita Spelmannus.

PICTENTIA, portio monachica, V. *Pictantia*.

PICTIONES, in Gloss. Isid. *qui vendentes vincunt in pictura.* Rectius apud Papiam: *Qui vincuntur in pictorum certamine.* Gloss. Sangerman. n. 501. *Qui vincitur* (l. vincuntur) *in picturarum certamine.* Galli dicunt, *des Peintreaux*, ignaros in arte pictoria.

PICTOMACHARIVS, apud Firmicum lib. 8. Math. c. 8. *Hunc locum si Mars respexerit, stadiodromotos facit, si Luna cum Marte, Pictomacharios.* Ex Graeco πύκτης, et μάχαιρα, Pycta, Gladiator, qui cum machaera pugnat; nisi legendum sit *Pyctomachos*, quod quidam volunt.

PICTORALIS MAIOR, MINOR, genus scripturae, V. in *Scriptura*.

PICTORES ARMORVM. Titulus c. 37. lib. 2. Statut. Massil. sic concipitur: *De Pictoribus armorum et aubergariis et aurifabris.* Vbi *Pictores armorum* intelliguntur ii qui insignia gentilitia in armis seu clypeis et scutis depingebant. V. *Arma* 3.

PICTVRA, modus agri, vel vineae. Hugo Flauiniac. in Chron. p. 135. *Cum filiis et gratis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, et Pictura vineae vna, et molendino vno, etc.* Charta Egberti Archiepiscopi Treuirensis an. 981. apud Browerum in Annalib. Treuir. *In Gastenich quoque Picturas 4. in Burbracho Picturas tres cum omnibus ad easdem rite pertinentibus, etc.* V. *Pedatura*.

PICTVRARE. (1) Pingere, apud Ioannem Sarisberiensem Ep. 267. hinc *Picturatus*, apud Claudianum, et aliquot alios. PICTVRATIO, apud Rigordum an. 1185. (2) Ornare, illustrare. Magister Boncompagnus de Obsid. Anconae c. 22. apud Murator. to. 6. col. 943.

† PICTVRERIVS, carminator, Gall. *Pignier*, in Ch. Ms. Caroli VII.

† PICVM. *Percutere de pico*, caesim ferire, in Lit. remiss. a. 1400. V. *Picare*.

PICVS, vncus, V. *Piqus*.

† PICZA, pullus, i. q. *Piccia*, in Ch. Cassin. a. 1184.

† PICZOLVS, paruulus, Ital. *Piccolino*, in Ch. a. 1065.

PIDANTIA, i. q. *Pittantia*, V. in hac voce.

† PIDELIVM. Ch. Ms. a. 1374. *Episcopus pro se retinuit Pidelium vel vertibulum, et tamquam proprium demanium episcopatus.*

PIDRISIGVLA. Petrus Damiani lib. 6. Ep. 7. *Cui . . . chirothecae, calcaria, fcutica, Pidrifigulae, et fi quae. alia equitandi funt vtenfilia, nunquam otiofo fitu neglecta marcefcunt.* Forte *pediligulae* legendum.

PIDVARE, quasi per pedes metiri, mensurare, mensuratim assignare. Charta an. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788. *Ego Victor presbyter dono vacas III. et vitulos II. porcos II. et libros IIII. et vineas III. quas vobis Pidueni vel in praesenti tradidi.* V. *Pediare*.

PIECA, pro *Picta*, in Charta an. 1278. V. *Raimundensis* in *Moneta Baronum*.

PIECHIA, PIECIA, modus agri, Gall. *Piece de terre*. Charta an. 1268. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. p. 122. *Sciendum eft quod dictus Petrus et eius haeredes debent dictum redditum de tribus Piechiis terrae, etc.* Charta an. 1283. in Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomog. *Sciant omnes praesentes et futuri quod . . . dimifi . . . tres folidos monetae currentis annui redditus annuatim reddendos ad feftum o. ss. fuper vnam Pieciam prati.* V. *Pecia*.

PIEGA, pliça, vox Italica, Gall. *Pli*. Translat. S. Antonini to. 1. Maii p. 767. *Ac Piegas feu crifpus veftis ipfius, etc.*

PIENTVS, pius. De S. Symeone Stylita to. 5. Maii p. 301. *Pientiffimus autem Imperator Iuftinus, re cognita, ingenti dolore animi percuffus. Pientiffime*, pro piissime, in Mulleri Introduct. ad Hist. Canon. Sand - hippolyt. apud R. Duellium to. 1. Miscell. p. 285.

PIERERIA, lapidicina. Acta S. Francisci de Paula to. 1. April. p. 187.

PIERIVS. Balbus in Catholico: *Pierius, Muſaticus*. Apud Auctores Classicos: *Pierius chorus, Pigriae aquae*, et *Pierides* dicuntur ipsae Musae. Hepidannus in Vita S. Wiboradae lib. 2. c. 7. *Scholari fudabat Pierio*, i. studebat. Mar. Vindocin. in Tobia:

Pierius taedet infernisse librum.

† PIERVS, *lo pare de nauo mese*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

PIES. *Freres piez* in Gallia dicti quidam Religiosi ac Monachi, Dominicani scilicet, quod instar *picarum*, albis et nigris vestibus vna et simul induerentur. Thomas Walsinghamus p. 124. V. *Fratres Pyes*.

PIETANSTRA, etc. V. *Pittantia*.

PIETAS. (1) Miseratio, misericordia, ex Gall. *Pitié*. Glossator Historiae Scholasticae Petri Comestoris c. 50. Act. Apostol. *Pietas aequinocum eft ad cultum Dei, et ad compaffionem proximi.* (2) Imago Virginis Mariae mortuum filium gremio tenens. Ita Bollandistae to. 2. Iunii p. 498. Gallis *Notre Dame de Pitié*. (3) Titulus honorarius, quo vtitur Lambertus Comes et Abbas S. Albini in Charta ex Tabul. eiusdem Mon.

PIETATICVLTRIX, ciconia dicitur in Petronii Fragmento.

PIETICVS, Papiae, *tardior*: Vgutioni et Ioanni de Ianua, *compaffinus, a pius*. Gloss. Lat. Gall. Sangermam. *Pieticus, Pieux, compaffis*.

PIETOSVS, misericors, compatiens, Gallis *Pieux*, Italis *Pietoso*. Vita S. Drausii Episc. Suession. n. 14.

PIFEARVS, PIFFERVS, fistula, Italis *Piffaro* et *Piffero*, Gallis *Effre*.

Castelli

Caſtelli Chron. Bergom. ad an. 1388. apud Murator. to. 16. col. 155. PIFART, Gallis panni ſpecies. Areſt. an. 1311. ex Regeſt. *Olim: Cinq draps . . . . deux bleus, et un rouge, et un vert de Carcaſſone, et un de Bruges que l'on apelle Piſart.*

PIFLI, ita dicti haeretici Albigenſes per contumeliam. Eckbertus Schonaugienſis aduerſus Catharos, ſerm. 1. de iisdem Catharis: *Hos noſtra Germania Catharos, Flandria Piphles, Gallia Tixerant, ab uſu texendi appellat, . . . quia veram fidem Chriſti, verum cultum Chriſti non alibi eſſe dicunt, niſi in conventiculis ſuis, quae habent in cellariis et textrinis, et in huiusmodi ſubterraneis domibus.* Chr. Abb. S. Medardi an. 1236. *Haereticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Piſlos, per diuerſas ciuitates et caſtella Franciae, etc.* Eriammum *Piſres* vocant Galli guloſos, qui largioribus epulis indulgent. Exſtat de iis haereticis titulus in Conc. Rem. an. 1157. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 74. vnde quae fuerint eorum dogmata, qui mores, quoue tandem ſupplicio mulctabantur, diſcere eſſe.

† PIGA, *nates, vel burſa, mentula.* Gloſſar. vet. Cod. 7613.

PIGACIAE, calceorum roſtra et aculei, ſeu eorum caudae veluti ſcorpionicae. Ordericus Vitalis lib. 8. eiusmodi calceorum roſtratorum Pulconem Anditum Comitem repertorem fuiſſe ait.

PIGACIVM SERICVM. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. PP. p. 236. *Fecit in eadem praedicta Baſilica vela 4. in circuitu altaris maioris, quorum ſunt duo de ſerico Pigacio, tertium pauonatile, quartum de Alexandrino, etc.* V. *Exametum* et *Piancatum.*

PIGAGIVM, pro *Picagium*, V. in hac voce. Charta an. 1526. apud Rymer. to. 14. p. 165.

PIGARDVS, *gallus ſilueſter*, in Gloſſ. MSS. XIII. ſaec. S. Audreae Auenion. † PIGARGVS, in Gloſſis Bibl. Mſ.

† PIGARIVM, vas, calix, cyathus. Ch. Mſ. a. 1081. V. *Picarium.*

PIGASSA, PIGASSONVS, V. *Picuſſa.*

PIGATIO, furtum. Iaſtrum. apud *Madox* Form. Angl. p. 18. Angli furem ſubdolum *Piek-pocket* vocant, quem Galli *Filou* dicunt.

PIGATVM, († f. cacumen, mons, collis, i. q. *Pico* 2.) Chronicon Fontanellenſe c. 6. *Deinde per Caſalis uſque ad fines Bonuricenſes in dextera per ſummum illius Pigatum exſurſum, uſque ad fines Glaccolinſes.*

PIGELLA, *quoddam genus vaſis, ſcilicet artopta, quia depreſſa eſt.* Vguccio. V. Martinium.

† PIGERE, premere, calcare, ab Ital. *Pigiare.* Stat. Cadubr. l. 3. c. 18.

PIGHTELLVM, V. *Pictellum.*

PIGINCVLVS, pro *Penicillus*, V. Saxonem ad Sidon. l. 7. Ep. 3.

† PIGIO, PIGO, columbus, a Gall. *Pigeon.* Comput. a. 1402.

PIGIS, ſpecies leguminis, f. Piſum, Gall. *Pois.* Statuta Monaſt. Lirin. MSS. an. 1453. *Item de ſeptem ſeſtariis leguminum, videlicet de duobus ſeſtariis ciceruum, de duobus ſeſtariis faſeolorum et vno ſeſtario Pigium, et vno ſeſtario lentium, et vno ſeſtario fabarum, etc.*

PIGMENTALE, pro *Pigmentum*, apud Ebrardum Betunienſem contra Valdenſes c. 20.

PIGMENTARIVS, vel PIMENTARIVS, pigmenti confector, ἀρωματοπώλης, in Gloſſis Graec. Latin. Sic etiam legendum in Lat. Graec. Gloſſae Gr. MSS. Regiae: πιμεντάριοι, οἱ βοτανολόγοι. *Pigmentarius*, in vet. Inſcript. 1033. 1. apud Firmicum, Aponium l. 5. Commentar. in Cantica Canticor. et Martianum IC. *Pigmentaria ars*, apud eumdem Aponium l. 3.

PIGMENTVM. (1) Recentioribus vſurpatur pro *potione ex melle et vino et diuerſis ſpeciebus confecta, ſuaui, et odorifera*, vt eſt apud Ioan. de Ianua. Catholicum paruum: *Pigmentum, pigment, confection ſoüef, odorant, fait de vin et de miel, et autres eſpices.* Alibi? *Nectar; dulcis liquor, vel vinum pigmentatum. Vinum Cypricum, pigmentatum et clarificatum*, apud Lambertum Ardenſem p. 119. *Mellita ac pigmentata potio*, apud Petrum Damian.

PICTVRARE. (1) Pingere, apud Ioannem Sarisberiensem Ep. 267. hinc *Picturatus*, apud Claudianum, et aliquot alios. PICTVRATIO, apud Rigordum an. 1185. (2) Ornare, illustrare. Magister Boncompagnus de Obsid. Anconae c. 22. apud Murator. to. 6. col. 943.

† PICTVRERIVS, carminator, Gall. *Pignier*, in Ch. Ms. Caroli VII.

† PICVM. *Percutere de pico*, caesim ferire, in Lit. remiss. a. 1400. V. *Picare*.

PICVS, vncus, V. *Piqus*.

† PICZA, pullus, i. q. *Piccia*, in Ch. Cassin. a. 1184.

† PICZOLVS, paruulus, Ital. *Piccolino*, in Ch. a. 1065.

PIDANTIA, i. q. *Pittantia*, V. in hac voce.

† PIDELIVM. Ch. Ms. a. 1374. *Episcopus pro se retinuit Pidelium vel vertibulum, et tamquam proprium demanium episcopatus.*

PIDRISIGVLA. Petrus Damiani lib. 6. Ep. 7. *Cui . . . chirothecae, calcaria, scutica, Pidrisigulae, et si quae alia equitandi sunt utensilia, nunquam otioso sint neglecta marcescunt.* Forte *pediliguiae* legendum.

PIDVARE, quasi per pedes metiri, mensurare, mensuratim assignare. Charta an. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788. *Ego Victor presbyter dono vacas III. et vitulos II. porcos II. et libros IIII. et vineas III. quas vobis Pituani vel in praesenti tradidi.* V. *Pediare*.

PIECA, pro *Picta*, in Charta an. 1278. V. *Raimundensis* in *Moneta Baronum*.

PIECHIA, PIECIA, modus agri, Gall. *Piece de terre*. Charta an. 1268. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. p. 122. *Sciendum est quod dictus Petrus et eius haeredes debent dictum redditum de tribus Piechiis terrae, etc.* Charta an. 1283. in Tabul. B. M. de Bononuntio Rotomog. *Sciant omnes praesentes et futuri quod . . . dimisi . . . tres solidos monetae currentis annui redditus annuatim reddendos ad festum o. ss. super vnam Pietiam prati.* V. *Pecia*.

PIEGA, pliça, vox Italica, Gall. *Pli*. Translat. S. Antonini to. 1. Maii p. 767. *Ac Piegas sin crispus vestis ipsius, etc.*

PIENTVS, pius. De S. Symeone Stylita to. 5. Maii p. 301. *Pientissimus autem Imperator Iustinus, re cognita, ingenti dolore animi percussus. Pientissime*, pro piissime, in Mulleri Introduct. ad Hist. Canon. Sand - hippolyt. apud R. Duellium to. 1. Miscell. p. 285.

PIERERIA, lapidicina. Acta S. Francisci de Paula to. 1. April. p. 187.

PIERIVS. Balbus in Catholico: *Pierius, Musaeicus*. Apud Auctores Classicos: *Pierius chorus, Pigriae aquae*, et *Pierides* dicuntur ipsae Musae. Hepidannus in Vita S. Wiboradae lib. 2. c. 7. *Scholari sudabat Pierio*, i. studebat. Mar. Vindacin. in Tobia:

Pierius taedet inferuisse librum.

† PIERVS, *lo pare de nave mese*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

PIES. *Fratres pies* in Gallia dicti quidam Religiosi ac Monachi, Dominicani scilicet, quod instar *picarum*, albis et nigris vestibus vna et simul induerentur. Thomas Walsinghamus p. 124. V. *Fratres Pyes*.

PIETANSTRA, etc. V. *Pittantia*.

PIETAS. (1) Miseratio, misericordia, ex Gall. *Pitié*. Glossator Historiae Scholasticae Petri Comestoris c. 50. Act. Apostol. *Pietas aequinoctium est ad cultum Dei, et ad compassionem proximi.* (2) Imago Virginis Mariae mortuum filium gremio tenens. Ita Bollandistae to. 2. Iunii p. 498. Gallis *Notre Dame de Pitié*. (3) Titulus honorarius, quo vtitur Lambertus Comes et Abbas S. Albini in Charta ex Tabul. eiusdem Mon.

PIETATICVLTRIX, ciconia dicitur in Petronii Fragmento.

PIETICVS, Papiae, *tardior*: Vgutioni et Ioanni de Ianua, *compassivus, a pius*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Pieticus, Piteux, compassis*.

PIETOSVS, misericors, compatiens, Gallis *Piteux*, Italis *Pietoso*. Vita S. Drausii Episc. Suession. n. 14.

PIFFARVS, PIFFERVS, fistula, Italis *Piffaro* et *Piffero*, Gallis *Fifre*.

Castelli

Caſtelli Chron. Bergom. ad an. 1386. apud Murator. to. 16. col. 155. PIFART, Gallis panni ſpecies. Aceſt. an. 1311. ex Regeſt. *Olim: Cinq draps . . . . deux bleus, et un rouge, et un vert de Carcaſſone, et un de Bruges que l'on apelle Piſars.*

PIFLI, id eſt haeretici Albigenſes per contumeliam. Eckbertus Schonaugienſis adverſus Catharos, ſerm. 1. de iiſdem Catharis: *Hos noſtra Germania Catharos, Flandria Piphles, Gallia Tixerant, ab uſu texendi appellat, . . . quia veram fidem Chriſti, verum cultum Chriſti non alibi eſſe dicunt, niſi in conventiculis ſuis, quae habent in cellariis et textrinis, et in huiusmodi ſubterraneis domibus.* Chr. Abb. S. Medardi an. 1236. *Haereticorum maxima multitudo, quos quidam vocabant Bulgaros, alii Piſtos, per diverſas civitates et caſtella Franciae, etc.* Eriamnum *Piſres* vocant Galli guloſos, qui largioribus epulis indulgent. Extat de iis haereticis titulus in Conc. Rem. an. 1157. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. col. 74. vnde quae fuerint eorum dogmata, qui mores, quove tandem ſupplicio mulctabantur, diſcere eſſe.

† PIGA, *nates, vel burſa, mentula.* Gloſſar. vet. Cod. 7613.

PIGACIAE, calceorum roſtra et aculei, ſeu eorum caudae veluti ſcorpionicae. Ordericus Vitalis lib. 8. ciusmodi calceorum roſtratorum Pulconem Andium Comitem repertorem fuiſſe ait.

PIGACIVM SERICVM. Guillelmus Biblioth. in Stephano VI. PP. p. 236. *Fecit in eadem praedicta Baſilica vela 4. in circuitu altaris maioris, quorum ſunt duo de ſerico Pigacio, tertium panonatile, quartum de Alexandrino, etc.* V. *Exametum* et *Pincanum.*

PIGAGIVM, pro *Picagium*, V. in hac voce. Charta an. 1526. apud Rymer. to. 14. p. 165.

PIGARDVS, *gallus ſilueſter*, in Gloſſ. MSS. XIII. ſaec. S. Andreae Auenion. † PIGARGVS, in Gloſſis Bibl. Mſ.

† PIGARIVM, vas, calix, cyathus. Ch. Mſ. a. 1081. V. *Picarium.*

PIGASSA, PIGASSONVS, V. *Picaſſa.*

PIGATIO, furtum. Inſtrum. apud *Madox* Form. Angl. p. 18. Angli furem ſubdolum *Piek-pocket* vocant, quem Galli *Filou* dicunt.

PIGATVM, († ſ. cacumen, mons, collis, i. q. *Pico* 2.) Chronicon Fontanellenſe c. 6. *Deinde per Caſalis uſque ad fines Bonnicenſes in dextera per ſummum illius Pigatum exſurgunt, uſque ad fines Glaccolinſes.*

PIGELLA, *quoddam genus vaſis, ſcilicet artopta, quia depreſſa eſt.* Vguccio. V. Martinium.

† PIGERE, premere, calcare, ab Ital. *Pigiare.* Stat. Cadubr. l. 3. c. 18.

PIGHTELLVM, V. *Pictellum.*

PIGINCVLVS, pro *Penicillus*, V. Sauaronem ad Sidon. l. 7. Ep. 3.

† PIGIO, PIGO, columbus, a Gall. *Pigeon.* Comput. a. 1402.

PIGIS, ſpecies leguminis, f. Piſam, Gall. *Pois.* Statuta Monaſt. Lirin. MSS. an. 1453. *Item de ſeptem feſtariis leguminum, videlicet de duobus feſtariis cicerum, de duobus feſtariis faxolorum et vno feſtario Pigium, et vno feſtario lentium, et vno feſtario fabarum, etc.*

PIGMENTALE, pro *Pigmentum*; apud Ebrardum Betunienſem contra Valdenſes c. 20.

PIGMENTARIVS, vel PIMENTARIVS, pigmenti confector, ἀρωματοπώλης, in Gloſſis Graec. Latin. Sic etiam legendum in Lat. Graec. Gloſſae Gr. MSS. Regiae: πιμεντάριοι, οἱ βοτανολόγοι. *Pigmentarius*, in vet. Inſcript. 1033. 1. apud Firmicum, Aponium l. 5. Commentar. in Cantica Canticor. et Martinium IC. *Pigmentaria ars*, apud eumdem Aponium l. 3.

PIGMENTVM. (1) Recentioribus vſurpatur pro *potione ex melle et vino et diverſis ſpeciebus confecta, ſuaui, et odorifera*, vt eſt apud Ioan. de Ianua. Catholicum paruum: *Pigmentum, pigment, confection ſoüef, odorant, fait de vin et de miel, et autres eſpices.* Alibi: *Nectar; dulcis liquor, vel vinum pigmentatum. Vinum Cypricum, pigmentatum et clarificatum*, apud Lambertum Ardenſem p. 119. *Mellita ac pigmentata potio*, apud Petrum Damian.

mian. lib. 1. Ep. 11. *Mulſum melle ſimul et diuerſis Pigmentorum generibus paratum*, eidem lib. 6. Ep. 32. *Baccinus pigmentatus*, pro vino pigmentato, apud Willelm. Pictau. p. 198. PIMENTVM, pro *Pigmentum*. Laudat Salmaſius ad Vopiſcum p. 404. Excerpta Apicii a Vinidario hoc titulo: *Breuis Pimentorum, quae in domo eſſe debent.* (2) Metaphorice pro Oratio in Dei amorem excitatoria, apud S. Remberrum in Vita S. Anſcharii ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 107. (3) Species aromatis, Gall. *Epice. Pimiente* Hiſpanis eſt piper: ſed a pipere *pigmentum* hic diſtingui videtur. Charta an. 984. apud Baluz. Hiſtor. Tutel. col. 380. *Has res ſuperius nominatas dedit Eccleſiae B. Martini et monachis ibidem Dei famulantibus Iohannes abbas, hac quidem conditione vt vnoquoque anno in feſtiuitate B. Geraldi tres libras piperis aut Pigmenti Tutelenſes fratres Aurelianenſibus perſoluerent.* V. *Pigmoletum*, et *Piper*. (4) πεφάλαιον. Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerman.

PIGMENTVS, bene olens, apud Marten. t. 3. Anecd. col. 1657.

Stella maris, portus, Pigmentis conſitus hortis.

Haud ſcio tamen an legendum ſit *hortus*, adeo vt *pigmentum* ſit ſubſtantiuum et quamlibet herbam odoriferam ſignificet. † Significat Meliſſam hortenſem, quam vulgus Normannorum etiamnum *Pimens* appellat.

PIGNA, PIGNACVLVM, etc. V. *Pinna* 5. † PIGNAPERLARVM, ornamentum quoddam, a forma acuminata ſic dictum. Ch. Mſ. a. 1351.

PIGNALE, idem quod *Pignus*. Fori Oſcae p. 4. an. 1247.

† PIGNATARIVS, ollarum, ex terra cocta, Italis *Pignatte* dictarum, artifex. Conuent. Saonae a. 1526.

† PIGNATORIVS, mendoſe pro *Pignoratorius*, pignoraticius, in Stat. Tornac. eccleſ. V. in *Pignus*.

PIGNERA, V. *Pignus*.

PIGNERARIVM, πεντόφιον, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerman. Triburium.

† PIGNERATVRA, *pigneratio*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

PIGNERIA, V. in *Pignus*.

† PIGNETVM, panni ſpecies, i. q. *pignolatum*. Ch. Mſ. a. 1215.

PIGNIO. Charta an. 1213. in Hiſtoria S. Mariae Sueſſion. p. 446. *Quidquid eſt inter nouam viam, quae protenditur a Pignione veteris hoſpitalariae ex parte Axonae, etc.* Alia an. 1231. ibidem p. 44. habet *Pignone*. Idem vnumque eſſe quod *Pignaculum* infra, culmen domus, Gall. *Pignon*, dubitare non finit Computus an. 1347. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 84. *Imprimis debebant facere et conſtruere . . . ecclaſiam . . . cum triginta feneſtris et Pignoribus* (l. pignonibus) *decentibus. Item dormitorium . . . cum feneſtris et Pignonibus decentibus, videlicet primam cannam in altum groſſitudinis quatuor pedum, et ſupradictam cannam vſque ad Pignones groſſitudinis trium pedum, Pignones vero groſſitudinis duorum pedum cum dimidio.*

PIGNOLARE, V. mox *Pignolatum*.

PIGNOLATVM. Chronicon Nouantulanum Ricobaldi Ferrarienſis MS. de Inſtitutis et ritibus ſub Friderico II. Imper. nunc editum apud Murator. tom. 9. Script. Italic. *Viri chlamydibus pelliceis, vel chlamydibus laneis ſine pellibus ac infulis de Pignolato vtebantur.* Vrbanus IV. PP. in Regula Militum Ordinis S. Mariae, apud Ghirardaccum in Hiſtor. Bonon. *Habeant tunicam interiorem de panno lineo albo vel Pignolato, etc. Mulieres de tunicis de Pignolato, quando veniebant ad nuptias, vtebantur.* Italis *Pignolo* eſt faſcis lini vel cannabis, *Pignolare*, linum terere, infringere. Galli *Teiller* dicunt, quibus etiam *Pignon* eſt ſtupa cannabina.

PIGNOLETVM. Edictum Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1304. to. 1. Ordinat. pag. 423. *Noſtroeque intentionis exiſtit vt gingibretum, Pignoletum, cimiunum et ceterae ſpecies aromaticae edibiles ſuperius non expreſſae, ad quaſcumque partes amicorum noſtrorum, de procedito noſtro regno libere poſſint trahi.* Aliud eiusdem

Regis

Regis an. 1312. ibidem p. 513. *Que nuls ne vende, ne achate pour revendre Gingembras ne Pignolas enbonchié, et qu'il ne ſoit autel deſſus comme deſſus, et ſans enchapleures, qui ne ſaint de meme le cucre, et la conſiture ſans yringes.* Galli *Pignolat* vocant nucleos pineos ſaccharo conditos, a

PIGNOLVS. (1) Nucleus pineus, Gall. *Pignon*, Ital. *Pignolo*. Charta an. 1233. ex Schedis Praeſid. de Mazaugues. (2) Vitis ſpecies in agro Mediolanenſi, de qua Petrus de Creſcentiis lib. 4. c. 4.

PIGNORA, AE. Tabularium Cadurc. Eccleſ. *Guilelmus Vicecomes S. Cyrici fecit Pignoram Raimundo Rateri in villa, quae dicitur. Crem, videlicet unum prandium cum centum militibus per trecentos ſolidos Aquitanenſes.* Infra: *Et omne quod in hac terra iuſte vel iniuſte quaerere poterant, cum iſta Pignora, iure perpetuo . . . Eccleſiae relinqueret, quoadusque Pignoram ſupradictum redderet, videlicet 300. ſolidos nummorum, etc.* Ex his haud facile efficitur quae ſit nativa vocis *Pignora* notio: vtcumque tamen colligi poſſe videtur hac voce ſignificari quicquid ab alio ſub pignore datur vel tenetur; ita vt *Pignora* opponatur *alodio* ſeu immobili proprio: qua nomenclatura non tantum res ipſa, ſed et praeſtatio quae ob eam rem reddebatur, veluti rei pignus, donata eſt.

PIGNORAGIVM, cautio, fideiuſſio, pignus, Gallice *Plegerie, caution, garantie*. Litterae Comit. Hollandiae an. 1284. apud Rymer. to. 2. p. 283.

PIGNORANTIA. (1) Eadem notione, in Litt. Eduardi III. Reg. Angl. an. 1341. apud Rymer. to. 5. p. 244. (2) PIGNORANTIA, PIGNORATIO, facultas a Principe ſubdito cui ius denegatum eſt, conceſſa ſibi ius faciendi atque *Pignori* capiendi etiam per vim quicquid poterit ab alterius Principis ſubdito, a quo iniuria affectum ſe vel ſpoliatum queritur. Statuta Eccleſ. Cadurc. etc. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 744. *Item, perſona ſingularis ipſo facto excommunicata eſt et vniuerſitas interdicta, quae concedit repreſſalias ſine marchas, id eſt Pignorantias fieri contra perſonas eccleſiaſticas, vel bona ipſarum.*

PIGNORARE. (1) Pignori capere, Gallis *Saiſir*. Lex Bajwar. tit. 12. c. 1. *Pignorare nemini liceat, ſine iuſſione Ducis.* C. 3. §. 1. *Si quis aliquem contra legem Pignoraverit, et ſine iuſſione Ducis, pignus ſine laeſione reddat, et aliud ſimile addat.* (2) Praedari, hoſtium agros incurſare, Gall. *Piller, faire des courſes, picorer*. Regeſt. Comput. Dalphin. an. 1310. fol. 54.

PIGNORARIA, i. q. *Pignoratio* 2. Charta an. 1116. in Tabul. Eccleſiae S. Laudi Andegau. fol. 77.

PIGNORATIO. (1) Cautio, pignus. Statuta Cadubrii l. 1. c. 26. (2) Praeſtatio ob pignorationes factas domino interdum perſoluta. Statuta Auſciorum MSS. art. 41. PIGNERIA. Tabular. Voſienſe fol. 26. vo. (3) V. *Pignoramia*. (4) † Obſignatio. Inquiſit. a. 1268.

† PIGNORATISSE, pignoris nomine, in Ch. Mſ. a. 1351.

PIGNORATITIVM INSTRVMENTVM, charta qua aliquid in pignus datur. Charta an. 1204. inter Inſtrum. to. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 149.

PIGNORATOR, fideiuſſor, in Charta Raimundi Comitis Paliarenſis an. 1055.

PIGNOTA, domus elecmoſynae, vbi panis, qui Italis *Pagnotta* dicitur, pauperibus diſtribuitur. Teſtamentum Humberti II. an. 1355. to. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 620. V. *Pagnota*.

PIGNVM. Gloſſae Graec. Lat. Πεντέρων δικαιωμάτων, *honorarium ius vel Pignum*.

PIGNVRA, vt *Pignus*, Gall. *Saiſie*. Concil. Legion. an. 1012. inter Hiſpan. to. 3. p. 191.

PIGNVS. Ebrardus in Graeciſmo:

Pignora pro natus, dic pignora pro vadiatus.
Pignora natorum dicuntur, pignera rerum.

Ita etiam Iſo Magiſter in Gloſſis p. 800. Idem in Plychomachiam Prudentii: *Pignera filii nuncupantur, eo*

quod in eis ſpes habeatur futurae poſteritatis. Alius poëta infimi aeui MS. ex Bibl. Thuana:

Pignus praebet oris, cum foederis eſt vel amoris,
Sed cum praebet eris, defectum mitigat aeris,
Sed cum lex docuit pro pignere pignora ponit.

Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1013. *Pignera, res poſitas, vel ſanctorum cineres. Pignora, liberi, filius, aut filia* Altera hac ſignificatione, id eſt pro reliquiis Sanctorum, vſurpant non ſemel ſcriptores. Gregorius Turon. l. 9. c. 39. PIGNVS MORTVVM, Gall. *Mort-gage*, ſpecies vſurae, quae Cowello l. 2. Inſtit. tit. 4. §. 1. dicitur Hypotheca creditori ſic oppignerata, vt fructus, quos durante tempore oppignerationis producit, omnes fiant creditoris, idque ſine computo inde debitori faciendo. Bulla Martini PP. V. an. 1429. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 1009. Pro rebus mobilibus in pignus affigharis vſurpant Statuta Vercellenſ. l. 1. fol. 5. V. *Pignoragium.* PIGNORA VIVA, animal, pecus. Fori Oſcae ann. 1247. fol. 3. PIGNORA CAPERE. Gall. *Saiſir les meubles.* Libertates Regni Maiericarum an. 1248. PIGNORA MITTERE, ſatis-dare, pignus dare. Edictum Nunnonis Sancii D. Roſſillionis de Treuga an. 1217. PIGNVS, *eris. In Pignere mittere*, in pignus dare. Charta apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Bened. Lemouic. MSS. p. 287. *Qui ante longe pro censum ſolidis ipſi praedicto Apoſtolo* (Petro) *in Pignere miſerat.*

PIGRA, medicina, V. *Girapigra.*

PIGRANIMIS, piger, ignauus, tardus. Auienus apud Barth. in Aduerſ. 46. 1.

PIGREDO, in Gloſſ. antiq. MSS. *Pigritia, torpor, ſtupor.* Occurrit 19. Prouerb. v. 15.

PIGRI, *Iura pigrarum*, quorum cognitio ad maiores iudices ſpectat. († Id eſt *Pirgiorum*, ſeu viarum publicarum.) Charta Heriberti Comitis Viromand. an. 1076. to. 12. Spicilegii p. 157. *Manentes iniuſte vexando, iura Pigrorum vel viarum, aliaſque iuſtitias, quas ad maiorem poteſtatem pertinere dicebant, violenter vſurpando.* Infra: *Neque in omnibus ſupranominatis locis et diſtrictis Pigriſque quibuslibet ſeu viis interpoſitis aliquam iuſtitiam, . . . vſurpare audeat.* V. *Pita 1.* et *Pirgius.*

PIGRIDITAS, pigrities, ſocordia, apud Leibnit. Script. Brunſuic. to. 2. p. 46.

PIGRITANVS, piger, tardus. Roſwita de fundat. Coenobii Gandeshem. apud eumd. Leibnit. ibid. p. 319.

PIGRITARI, pigrari, morari. Reinardus Abbas in Epiſt. ad Wibaldum an. 1146. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 198. † PIGRITARE, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 108.

PIGRITAS. Gloſſ. Graec. Lat. *ἀργία, Socordia, Pigritas.* V. *Pigriditas.*

† PIGVS, piſcis genus. Tract. Mſ. de Piſcibus, c. 10. *Ciprinus clunatus - - a Mediolanenſibus Pigus vocatur.*

† PIGVVS, *pigro*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† PIKARIVM, i. q. *Picarium*, ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 2. p. 82.

PIKERELLVS, luciolus, Angl. *Pickrel*, Gall. *Brocheton.* Charta an. 1356. apud Rymer. tom. 5. p. 870.

PILA. (1) Monetae cuiusuis pars auerſa, Gallis *la Pile.* Vetus Charta apud Argentreum in Hiſt. Britann. lib 1. pag. 95. *Parui denarii carrebans tunc in Britannia, in qua ſiquidem moneta albae erant inſculptae duae herminae circa crucem, et in Pila tres herminae, etc.* Sic autem dictas pilas a Cangio obſeruatum in Notis ad Ioinuillam, quod plerisque monetis Francicis efficta eſſet templi ſeu aedis ſacrae ſpecies, columnis, quas vulgo *pilas* et *piluria* dicimus, ſuſtentari. Erit fortaſſe qui hanc monetae partem *Pilam* nuncupatam malit ab inſtrumento eiuſdem nominis, quo olim ad ſignandam partem nummi auerſam vtebantur. Feliblenus in Diction. Artium docet etiamnum *Pilam* apud Batauos in vſu eſſe, eademque ratione cuſa fuiſſe veterum numiſma-

ta: Monendus tamen obiter Lector, in eo falli Felibianum, quod partem nummi pila fignaram; quae eſt inferior, ſuperiorem eſſe ſcribat. (2) Idem quod *Lobia*, porticus operta ad ſpatiandum idonea; quod *pilis* ſuſtentetur ſic dicta. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 37. vo. (3) Taberna, Gall. *Taverne*. Vnde verſus:

Es pila, pes pontis: pila, ludus: pila, taberna;
Pila terit pulſes; ſed pila geruntur in hoſtes.

Verſus alius:

Ludum laudo pilae, plus laudo pocula pilae.

Gloſſae Lat. Gall. Sangerman. *Pila, Pelote, eſtuef, taverne, ou pilier de pont, ou pile à piler fromant.* V. *Pinna* 2. (4) Agger, moles, via ſtrata, Gallis *Chauſſée*. Enumeratio iurium Comit. Biterr. in ciuitate Albienſi an. 1252. *Item recognouit eidem quod infimul habebant pedagium Pilae.* (5) Vter. Inuentar. rerum bellicarum an. 1260. *Item IIII. tonelli fine vino. Item Vc. Pilae ad oleum reponendum.* V. *Pilaſca*. (6) Vas quoddam ad vſum eorum qui pannos parant. Statuta Montis Regal. fol. 273. *Talis perſona de ciuitate Montis Regalis et poſſe, ibi battere ſeu parare poſſit, et debeat pannum ſeu canabum extranei eiicere extra Pilam paratoris et batenderii licite.* V. *Pilum* 2. (7) Menſurae frumentariae ſpecies. Charta an. 1262. inter Inſtrument. tom. 6. Gall. Chriſt. col. 92. *Remanente . . . . dicto prioratu de Lauineria libero et exonerato de monachis ſociis et omnibus penſionibus tam in blado, quam in pecunia, et oleo, ... videlicet de duobus monachis, et ſexaginta Pilis frumenti pro menada, ac cyminam olei, et ſexaginta quinque ſolidos Turonenſes.* (8) Porta, Gallis *Portail*, a Graeco πύλη. Agnellus in Vita S. Felicis apud Murator. tom. 2. p. 163. (9) PILA IGNEA, machinamentum repertum in obſidione Melitenſi; quo pilo militari cum exſtante cuſpide addebantur fiſtulae ad ignem eiiciendum. Organum ſicca fiſtularium *bajonetta* oppoſitum: nam huic tubo ſica addita, illi haſtae tubi adiecti. Haec Carolus de Aquino in Lexic. milit. (10) PILAE, *pluraliter, filiae monſtruoſae*. Papias. (11) † Pars altaris, in qua reliquiae condantur, i. q. *Tabula* 1. Charular. eccleſ. Vienn. (12) † Nummaria trutina, Gall. ol. *Pile*, nunc *Trebuchet*. Ch. Mſ. a. 1332. (13) † Globus quo imperium in orbem ſignificatur, ap. Murat. t. 20. p. 42. (14) † *Rotunditas quae in Platano creſcit*, ex Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph.

PILAGIVM. (1) Idem videtur quod *Pelagium*, V. in hac voce. Charta Philippi V. R. Fr. an. 1319. *Cum aquis et porto et Pilagiis, conſuetudinibus ac transuerſo.* Charta Henrici Abbatis Fiſcan. in Tabulario Fiſcanenſi f. 36. *Pilagium nauium quietum eſt Abbatis.* Vetus Notitia in eod. Tabular. f. 69. *Et de conſuetudine illarum nauium, quae Pilagium dicebatur, habebat comes mediatatem.* (2) † Seruitii genus, meſſem nempe ſeu fenum in *pilam* ſ. ſtruem ordinare, quod aliquando pecunia redimebatur. Gall. *Pilage*. Reg. S. Iuſti Cam. Comput. Pariſ. V. in *Pilare*.

PILALIVM, pila, columna, Gall. *Pilier*. Charta ex Bibl. Bigot. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 299. *In qualibet Pilaſtorum erant quatuor magnae pieces de cendal.*

PILAR, vt *Pilalium*. Charta an. 1309. apud Meneſter. Hiſt. Lugdun. p. 112.

PILARDI, PILLARDI, milites quidam, a *pilis* quibus potiſſimum pugnabant ſic dicti, vel a *pilare*, depraedari, Gall. *Piller*, quod ineurſionibus magis ac depopulationibus quam pugnae aptiores eſſent; ac proinde eiusdem originis atque *Brigancii*. V. in hac voce. Conſultatio de recuſanda obedientia Petro de Luna apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1181. *Dictus Benedictus fecit Pilardos et gentes armorum instare, comitatum Venuiſſini depraedauerunt, homines occiderunt, et infinita mala fecerunt.* V. *Palearit*.

PILARE. (1) Pro *Expilare*, Gallis *Piller*. Ammianus Marcell. lib. 14. *Cognitis Pilatorum caeſorumque ſyne-*

ribus, nemo deinde ad has ſtationes appulit nauem. Lib. vlt. *Nec caſtra inimica Pilantes.* Rurſus: *Pilando villas et incendendo.* Hanc vocem a veteribus vſitatam hac notione auctor eſt Feſtus. PILLARE, in Statutis Eccl. Trecor. an. 1334. apud Martea. tom. 4. Anecd. col. 1116. PILLARIA, PILERIA, direptio, Gall. *Pillerie, pillage*, apud Rymer. tom. 7. p. 470. PILLATOR, direptor, Gall. *Pillard*, apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britan. col. 568. (2) Pila ludere. Lex Philippi Goelenii: *Pilabimus ſeu ludemus pila pro aliquot vini congiis ad collationem.* V. *Pilarius.* (3) PILARE, PILARIVM, PILARIVS, Cambro-Britannis *Piler*, Gallis *Pilier*, Germ. Pfeiler, pila, columna, fulcrum. Guibertus lib. de Vita ſua cap. 5. *Erat autem columnae appodiatus eaidem, quam Pilare vocent.* Chron. S. Trudon. lib. 10. *Suis ſumptibus vnum Pilarium coepit aedificare, . . . poſt illos oppidani noſtri de ſuis facultatibus quatuor incoeperunt Pilaria, et duo reliquerunt imperfecta.* Lib. 12. *Pilariisque per circuitum erectis, locum columnarum diſtantium ſignauit.* PILLARE, apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 550. PILLEARE, eadem notione, in Proceſſu vener. Mariae de Malliaco tom. 3. Martii p. 752. PILLIARE, Inuentar. an. 1419. in Tabulario Eccleſ. Nouiom. PILLERII, in Statutis Ordinis Hoſpitalar. S. Ioan. Hieroſol. tit. 8. §. 9. tit. 19. §. 4. (4) † In *pilam* ſeu ſtruem coceruare. Reg. S. Iuſti in Cam. Comput. Pariſ. V. *Pilagium* 2.

PILARICVM, columbar. V. *Pilorium.*

PILARIVS, σφαιριστὴς, in Gloſſ. Graec. Lat. (σφαιροπαίκτης, in Cod. Sangerm.) qui pila ludit. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Pilicrepus, Pilarius.* Eaedem Gloſſae Gr. Lat. σφαιρομάχης, *Globolus, Pilarius.* Sed poſtrema vox pertinet ad ſubſequentem σφαιροπαίκτης. V. *Pilare* 3.

PILASCA, vter. Ioan. de Ianua, ex Gloſſis Iſid. *Pilaſca, vas vinarium corio piloſo operatum, et derivatur a pilis.* Addi poterat et ἀσκὸς, id eſt piloſus vter, adeo vt ſit vox ibrida. Graecis ἔλπη. Scholiaſt. Theocriti, ἔλπη κυρίως ἡ δερματίνη λέκυθος. V. *Pila* 4.

PILASTRATA, pila, columna. Chronicon Modoet. Bonincontri apud Murator. tom. 12. col. 1094. Italis *Pilaſtrata* eſt columnarum ſeries; Architectis Gallis *Pilaſtre*, Vitruuio paraſtata, dicitur columna quadrata cum baſi et capitello.

PILASTRVM, columna ſtructilis, Ital. *Pilaſtro.* Chron. Eſtenſe ad ann. 1341. apud eumdem Murator. tom. 15. col. 404. PILATORIVM, eodem ſignificatu. Inuentar. Reliquiarum Monaſterii S. Seueri apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Vaſcon. MSS. p. 57.

PILATA, vas, vt videtur, ſtatutae menſurae, diminut. a *Pila* 5. V. in hac voce. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. vo. *Teneantur olearii facere Pilatam olei librarum decem olei pro denariis, etc. Pro qualibet Pilata et non vltra capere debeant, etc.* Occurrit rurſum ibidem fol. 183. V. *Panellus* 3.

† PILATVRA, pilorum color in equis. Stat. Mant. l. 1. c. 119.

PILATVS, Latinis πιλοφόρος. Ioan. de Ianua: *Pilatus, pilum habens, pilata, hic et haec, fur, latro. Pilatium, tale latrocinium, quod cum pilo i. telo latent.* Sed aliud ſonat in Mandato Henrici III. Reg. Angl. ſuper Iuratis ad arma, in Aduerſar. ad Matth. Paris pag. 149. *Omnes alii, qui poſſunt habere arcus et ſagittas, extra foreſtam habeant: qui vero in foreſta, habeant arcus et Pilatos.* Vbi Watſius annotat, in ſimili mandato Edw. I. cap. 6. hanc vocem Anglice verti *bolts*, quae vox, inquit, ſagittas catapultarum totas ligneas et obtuſas, quibus aues feriebantur, ſignificat. V. *Piletra.* Quod vero *Pilatus* Matthaeo Pariſio *Pyle* dicitur in Statutis Willelmi Regis Scotiae cap. 23. *de venientibus ad guerram:* §. 5. *Et omnes alii, qui habere poterunt, habeant arcum et ſagittas extra foreſtam arcum et Pyle.* Sed quidquid ſit apud Anglos, conſtat expreſſam ac redditam vocem *Pikt*, Gallis olim notam, ſeu pro pilo, ac ſpiculi ſpecie

cie quadam, seu pro arcubalistarum *quadrellis*. Neque aliud videtur *Pilum* in Epistola Richardi Regis Angliae apud Houedenum p. 698. *Tertia autem die ante ipsius Saladini confusionem, in sinistro latere cum quodam Pilo vulnerati fuimus.* PALOTVS, mendose, ap. Murat. t. 6. Script. p. 338. PILOTVS, PILOTA, eadem notione, apud Ottonem Morenam in Hist. Rerum Laudensium pag. 54.

PILAX, in Gloss. Isid. *Murilegus, castus.* Gloss. Lat. Gall. *Pilax, chat, qui prend souris.* Ioan de Ianua: *Pilax, castus, murilegus, quod multis pilis abundet, vel quod eius pilus est pretiosus: unde in vita B. Samsonis legitur, quod Celerarius fecit venenum, et probavit per Pilacem esse mortiferum.* Vitae S. Samsonis Episcopi Dolensis verba sunt lib. 1. cap. 16. *Tillum quoddam fricans, dedit ei bibere, atque quatenus fieret probabile mortiferum, parum de eo prius Pilaci dedit. Pilax autem vt bibit, statim mortuus est.* Vbi perperam *Pelax* editum.

† PILEAE, *le Muse, e sciencie*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

PILEARI. Vlpianus in Collat. Legis Mosaicae tit. 11. *Qui in ludum damnantur, non vtique consumuntur; sed etiam Pileari et rudem accipere possunt, etc.* Id est, pileo donari, quod fuit liberationis, ac manumissionis insigne apud Romanos.

PILEARIVS, qui pileos facit aut vendit, Gall. *Chapelier.* Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 43. art. 7.

PILEATI, apud Gothos dicti potissimum, *qui inter eos generosi extabant, ex quibus eis et Reges et Sacerdotes ordinabantur*, vt ait Iornandes de rebus Geticis cap. 5. Idem cap. 11. *Elegit namque ex eis tunc nobilissimos prudentiores viros, quos Theologiam instruens, numina quaedam et sacella venerari fuasit, nomen illis Pileatorum contradens, vt reor, quia apertis capitibus tiaris, quos pileos alio nomine nuncupamus, listabant.* Adde Rodericum Toletan. lib. 1. de Rebus Hispan. cap. 15. Iornandi concinit Aurelius Victor Schotti in Traiano: *Primus, aut solus etiam vires Romanas trans Ist um propagauit, domitis in proximum Dacorum Pileatis Sacisque nationibus, etc.* Gualterus Teruann. in Vita S. Caroli Comit. Flandr. C. S. Willelmum Nothum Regem Angl. *Pileati* cognomine donatum fuisse ait: sed an quod Normannici Duces a veteribus illis *Pileatis* Gothis genus ducerent, an vero quod ille pileo caput operiri soleret, mihi incertum. Ioannes Magnus *Pileatos* et *Sun* appellatos antistites sacrorum apud Gothos scribit, fortassis a pileo vel tiara, integumento capitis, quo vsi sunt Sacerdotes.

PILEATIO. Charta an. 988. apud Vghellum tom. 5. pag. 661. *Caltis et incultis, Pileationibus, decimis, etc.* Sed leg. *Piscationibus.* † Emendatione nihil opus est, si eodem sensu intelligatur atque infra *Pilio.*

† PILEATOR dicitur Ioseph Tattus Mediolanensis, in Inscript. Patau. Tomasini p. 130. An qui pileos facit aut vendit? Certe *Pileatrix* pro vxore eiusmodi opificis occurrit in Act. SS. t. 3. Aug. p. 365.

PILENS, pro Pilentum. Fortunatus lib. 2. Poem. 4.

PILERIA, direptio, V. *Pilare 1.*

PILERITVM, PILERITVS, PILLERITVM, columna quae magnis iustitiariis competit, patibulum, Gall. *Pilier de justice.* Charta an. 1341. tom. 2. Hist. Dalph. p. 428.

† PILERIVM, pila, columna, i. q. *Pilare 3.* Ch. Ms. a. 1158.

PILETTA, pilum, spiculum, Gall. *Javelot.* Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1363. apud Rymer. tom. 6. p. 417. V. *Pilatus.*

PILETVM, f. grana frumenti, vulgo *Gruinum*, Gall. *Grain*, dicta, quae cadunt in area dum segetes in horreis conduntur: a Gall. *Piler*, quod equorum pedibus conterantur; vel palea triturata et quicquid proiicitur postquam frumentum *pila* est contusum. Charta an. 1253. in Tabular. Floriac. *Girardus quittat et concedit quidquid habet in grangia de Figiaco, scilicet vicesimam partem bladorum, Piletum, guapendum, etc.* V. *Pilo, Pilumen, Gaspalum* et *Spilo.*

† PILE-

† PILETVS, piſtillum, inſtrumentum, quo aliquid teritur, Gall olim *Pilette* et *Pillette*. Ch. Mſ. a. 1386.

PILEVS. (1) PILEVS EPISCOPORVM ſic deſcribitur in Ceremoniali Epiſcoporum lib. 1. cap. 2. *Pileus Pontificalis cordulis aſ floccis ſericis coloris, viridis ornatus.* PILEVS CLERICALIS, qui Clericos deceat, in Concil. Tarracon. an. 1591. inter Hiſpan. tom. 4. pag. 509. PILEVS CORNVTVS Iudaeorum proprius. Synodus Vienn. an. 1267. in Chron. Mellic. p. 146. PILEVS CROCEI COLORIS iisdem aſſignatur, in Statutis Auenion. lib. 1. rubr. 34. art. 5. PILEVS FOEMINVS, eo vtebantur mulieres: vnde ignauiae ſignum habebatur. Witichindus lib. 3. Annal. refert in toto Ottonis Regis exercitu nullum militem fuiſſe qui non *Foemineo Pileo* vteretur, vt Hugoni, qui pugnaturus erat, illuderet, quaſi ab eſſoeminatis eſſet debellandus. PILEVS FERRATVS, pro *Forratus*, pellitus, Gall. *Fourré*, in Statutis Ord. Ciſterc. ann. 1212. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1311. PILEVS NATVRALIS, membrana vel pellicula, qua interdum pueri caput inuoluti naſcuntur: vnde quos felices eſſe dicimus, aut futuros auguramur, ſolemus dicere, *ils ſont nez coeffez.* Lampridius in Diadumeno: *Solent deinde pueri Pileo inſigniri naturali, etc.* PILEVS DE PINILLIS, V. *Pinilla.* PILEVS RVBEVS ad vſum Cardinalium. V. *Galerus.* PILEVM FACERE, pileo ſalutare, quod Galli puerulis non ita pridem occinebant, cum, vt obvios ſalutarent, identidem vrgerent: *Faites le chapeau.* Ioannes Sarisberienſis lib. 3. Policratici. cap. 6. (2) † Arca ſepulcralis. Steph. de Inſeſtura Mſ. V. *Pila* 11. et *Pilum* 2.

PILHA, praeda, Gall. *Butin.* Rotulus inſertus in Ordinat. Ioannis Reg. Franc. an. 1363. tom. 3. Ordinat. pag. 623. † PILHAGIVM, idem, in Ch. Mſ. a. 1350.

† PILIA, columna, in Stat. S. Capell. Bitur. V. *Pilare* 3.

PILIATVS, pro *Pileatus*, in Litt. Henrici VII. Abb. Fuld. apud Schannat. Dioec. Fuld. pag. 315.

PILICALIS PRISCA, ſcripturae ſpecies, V. *Scriptura.*

PILICREPVS, *qui pila ludit*, in Gloſſ. Iſid. Verus Inſcriptio: *Oranes conuenite Pilicrepi . . . vrſumque canite voce concordi ſenem hilarem, iocoſum, Pilicrepum, ſcholaſticum, etc.* V. *Pilludius*, et Pitiſcum in Lex. Antiquit. Rom. ad hanc vocem.

PILIGERARE, τριχολογεῖν, in Gloſſ. Lat. Graec. MSS. Sangerm. Pilos ſeu crines componere.

PILILVDIVS, *qui cum pila ludit, et componitur a pilo pro pilocello et ludo*, apud Ioan. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Pililudius vel ludipilus, Qui joe à la Pelote ou à l'eſtuenf. Pililudii*, vt obſeruat Graeuius ad Gloſſ. Iſid. dicebantur omnes, qui pila ludebant, tam ii qui datum, quam qui ſoli pilas alternis manibus iactabant et exercebant. V. *Pilicrepus.*

PILIMA, *filtrum*, Matth. Siluſtico, a Graeco πίλημα. V. *Feltrum.*

PILINGELLVS, diminut. a *Pallingus*, fuſtis cui aliquid alligatur. V. *Folenga.* Chron. Bergom. ad an. 1402. apud Murator. tom. 16. col. 905. V. *Phalanga* 1.

† PILIO, i. q. *Pillo*, in Ch. Mſ. a. 1224.

PILIPARIVS, vt *Pelliparius*, in Statutis Vercell. lib. 7. fol. 150. V. in hac voce.

PILIZARIA, V. *Pellizaria.*

PILLA. (1) † PILLA, PILLVM, pilus, Gall. *Poil.* Statuta Peruſ. fol. 62. (2) Pro *Pila*, columna, in Statutis Montis Regal. fol. 204. V. *Pantaleria.* (3) † Menſura annonaria, in Strat. Pictor. a. 1107. (4) † Vas, in quo aliquid teritur, Ital. *Pila.* Inſtr. a. 1480. (5) † Pertica, contus, in Areſt. Parl. Pariſ. a. 1473. Germ. Pfahl.

† PILLAGIVM, praeda. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1358.

PILLARE, PILLARIA, PILLATOR, V. ſupra *Pilare* 1.

† PILLARE, ſubſtant. pro carcere in *Pilari* conſtructo; in Ch. a. 1537.

PILLAV-

PILLAVERIVM, V. *Pilorium.*

PILLEARE, columna, V. *Pilare 3.*

† PILLEOLVS, capitis tegumentum in ſacris officiis. Inuent. a. 1218.

PILLERA. Odo in Carmine de Varia Ernelſi fortuna, apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 309.

. . . . . *Commenta Sophiae*
Nobilis inquirit, diſcens quid littera, quid ſit
Pillera, quot partes, quae, cuius partis origo,
Quot verſus currat pedibus, etc.

Haec ad elementa litterarum ſpectant; ſed quid ſit *Pillera*, ſi tamen bene ſcripturn, neſcio.

† PILLERETVM, ſupplicii genus, quo reus ad *Pilorium* adſtringitur. Ch. Mſ. a. 1360. V. *Piloriſare.*

PILLERII, V. *Pilare 3.*

PILLERITVM, V. *Pileritum.*

† PILLERIVM, i. q. *Pilorium*, in Ch. Mſ. a. 1363.

PILLEVILLA, monetae olim Gallicae ſpecies, († Gall. ol. *Poilevillain*, f. a veteri Gall. *Pilleville*, lamina.)

PILLEVM FILTREVM, pileus, vel pannus ex coactis lanis factus. V. *Feltrum.* Vita B. Giraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Coll. col. 1010.

PILLIARE, columna, V. *Pilare 3.*

PILLIATOR. Pilichdorffius contra Valdenſes c. 8. *Cum enim fueris ſartor, faber, ſutor, ruſticus, Pilliator, molendinator, aut alius ex artificibus, etc.* Vbi Gretzerus ad oram libri monet, quosdam legere hoc loco *Palliator*, aut *Pileator*, *Hutor* Germ.

PILLICANA, ſcripturae ſpecies, V. *Scripturа.*

PILLIONES, *portitores mortuorum.* Gloſſ. Iſidori. Vbi Excerpta recte emendant *Veſpillones.*

PILLIRICVM, V. *Pilleretum.*

PILLO, V. *Pilo.*

† PILLOCELLVS, pila luſoria, in Ch. Mſ. a. 1354.

† PILLONIVM, i. q. *Pilio*, in Ch. Mſ. a. 1221.

PILLONVS, pila, columna, Gall. *Pilier.* Charta an. 1380. in Tabular. Maſſil. V. *Pilare 3.*

PILLORALIVM, PILLORICVM, V. *Pilorium.*

† PILLORIACVM, columbar, numella verſatilis, Gall. *Pilori.* Lex Godefr. Camerac. Epiſc. a. 1227. V. *Pilorium.*

PILLOTA, pila luſoria, V. *Pelota 3.*

† PILLOTVS, PILOTVS, PILOTTVS, pilum, ſpiculi ſpecies, telum baliſtarum, Ital. *Pilo.* Stat. Ferrar. a. 1279. V. *Pilatus.*

PILLVLA, pilula Plinio, Gallis *Pillule*, in Statut. Auen. lib. 1. rubr. 21. art. 9. et 11. † Pro glande plumbea occurrit, vt et PILVLA, in Tract. Mſ. de re milit.

PILLVM, pro pilus, Gall. *Poil*; neque enim infrequens fuit apud Gallos pilo veſtimenti donationem aliquam ſeu ceſſionem confirmare. V. *Diſueſtire* in *Veſtire.* Interdum et capillorum pilis id fiebat. V. in *Capilli.* Formula 30. ex Baluzianis. V. *Pilla 1.*

† PILLVS, pila, columna, in Ch. Mſ. a. 1330.

PILO, PILLO. Gloſſae antiquae MSS. *Pilo, unde conſunditur, quidquid in pila mittitur.* Charta ann. 1225. in Tabulario Eccleſiae Carnotenſis num. 203. *In ea* (grangia) *habere debent iure perpetuo omnia ſtramina et forragia cuiuslibet bladi, tam hybernagii quam marciagii, exceptis tamen paleis et Pillone.* Alia eiusdem num. 245. *Scilicet ſtramina, forragia, Pilonem bene extractum, et paleas avenae bene exquiſitas ad voluntatem Canonicorum totius granchiae de Grendi huſſo . . . relenauit.* Alia num. 257. *Medietatem omnium paleарum granchiae, medietatem totius Pilonis, etc.* Vbi *Pilo* idem eſt quod ſupra *Pileum.* V. *Pilumen, Pilio, Pilonium, Trituratores.*

PILORIA, idem quod mox *Pilorium.* Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 18.

† PILORISARE, ad *Pilorium* alligare. Areſt. Mſ. a. 1402.

PILORIVM, SPILORIVM. Columbar, numella verſatilis, ſeu *Colliſtrigium*, Gallis *Pilori.* Fleta lib. 2. cap. 10. *Pilorium ſive colliſtrigium.* Leges Burgorum Scoticor. cap. 21.

§. 3.

§. 3. *Ponatur ſuper colliſtridium, quod dicitur Pillorie.* Monaſtic. Anglic. tom. 1. pag. 977. *Habere poſſint Thew, Pillorium, atque tumbrellum pro punitione malefactorum.* PILLAVRIVM, in Statutis MSS. Auguſtae Auſciorum art. 39. SPILORIVM. Regeſtum Conſtabulariae Burdegalenſis fol. 100. PELLORICVM, in Chartular. S. Quintini in inſula p. 123. PILLORICVM. Charta Maioriae Rotomagi et Faleſiae. Perperam *Paloricum* editum tom. 1. Ordinat. p. 307. PELLERIOVM. Obſeruantiae Regni Aragon. lib. 8. tit. de Crimine falſi. PELLERINVM, in Statutis Montis Regal. fol. 175. PELLORIV. Conſuetudines Villae Arkenſis an. 1231. in Tabular. S. Bertini. PILARICVM, in Chartis Communiae Royenſis et Peronenſis. PILLORALIVM, in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 19. *Iudicium Pillorale* lib. 1. cap. 34. §. 35. cap. 37. §. 10. cap. 38. §. 10 *Poena pillorii*, in Charta Communiae Abbatis - villae § 3. *Poena pilloralis*, apud Bractonum lib. 3. Tract. 1. cap. 6. n. 1. De vocis origine non omnino conſtat: neque enim Cowellus audiendus, qui a πύλη et ὁράω deducit, quod reus, ac ſi per ianuam emiſſo capite, proſpiceret; vt nec Spelmannus, qui a Gall. *pilleur*, quod depeculatores hac poena vulgo damnentur. Videtur potius a voce *pilier*, id eſt, pila, columna, ad quam alligabantur rei, deſumendum etymon: idem enim fuit *pilorium* cum *poſtello*, ſeu columna lignea. Concilium Bituricenſe an. 1336. c. 12. *Item Pilorium, ſeu poſtellum in coemeteriis et locis ſacris affigant et apponant.*

PILORVS. (1) Pila, columna, Gall. *Pilier*. Charta an. circ. 1047. apud Calmet. tom. 1. Hiſt. Lotharing. col. 30. (2) Pro *Pilotus*, pilum. Hiſt. Cortuſior. lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 805. V. *Pilatus*.

† PILOSELLVS, campus gramineus, Gall. *Peloſe*, in Ch. a. 1139. V. *Peloſum*.

PILOSITAS, pilorum abundantia, Frideric. II. Imper. lib. 1. de Arte venandi cap. 45.

PILOSVM. (1) Gall. *Peloſe*, V. *Peloſum*. (2) † Pellis pilis munita, in Areſt. Mſ. a. 1354.

PILOSVS. Iſidorus lib. 8. Orig. cap. vlt. *Piloſi, qui Graece Panitae*, (Ioan. de Ianua habet *Ephialtae*) *Latine incubi appellantur, ſine inimi, ab incundo paſſim cum animalibus, vnde et incubi dicuntur, ab incumbendo, hoc eſt, ſtuprando. Hos daemones Galli Duſios nuncupant:* Sunt, qui Satyros deſignatos fuiſſe exiſtimant apud Iſaiam Prophetam cap. 13. v. 21. cap 34. v. 14. vbi Graeca editio δαιμόνια, Aquila τριχῶντες, praeferunt. Eucherius Lugdunenſis: *Piloſi, in Eſaia, daemonum genera. Nonnulli etiam hos doctiſſimorum incubones, vel ſatyros, aut quosdam ſilueſtres homines intelligendos putauerunt.* Mamotrectus *Piloſi, monſtra ſunt ad ſimilitudinem hominum, quorum forma ab humana effigie incipit, ſed beſtiali in extremitate terminatur; vel ſunt daemones incubones, vel ſatyri, vel homines ſilueſtres.*

PILOTA. (1) Pilum, V. in *Pilatus*. (2) Pila luſoria. V. *Peloa* 3.

PILOTONSVS, *lupus ceruinus*, in Gloſſ. Arabico - Lat.

PILOTRIVM. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 47.

Nec Romana prius falſi Pilotria teſtes
Excedent, inſtas donec pro crimine poenas
Iure luant, etc.

Legendum forte *Palatia*.

PILOTTVS, PILOTVS, V. *Pillotus*.

PILOTVM, glomus, Gall. *Pelote*. Inuentar. Rerum bellicarum, an. 1260.

PILOTVS, a Gallico *Pilote*, nauarchus. Charta an. 1486. apud Rymer. tom. 12. p. 300. *Pilotus*, alia notione, vide in *Pilatus*.

† PILTATOR, f. pro *Pileator*, qui pileos facit aut vendit, in Ch. Mſ. a. 1262.

PILTRVM, perperam pro *Filtrum*, V. *Feltrum*.

PILVLA, V. *Pillula*.

† PILVLARIVS, qui *Pilulas* emittit, ap. Murat. t. 22. p. 499.

PILVM.

PILVM. (1) In Fleta lib. 1. cap. 39. §. 1. qui appellat aliquem de roberia, aut furto, debet *designare certam rei qualitatem, quantitatem, pretium, et pondus, numerum, mensuram, valorem et Pilum.* Vbi *pilum* eſt, quod *pile* vocant Galli in Monetis, id eſt figura nummi, quomodo haec vox exponitur in vett. Gloſſis. V. quae de ea annotamus in Diſſert. 19. ad Ioinuillam p. 256. (2) Sarcophagus, arca lapidea, capſa ſepulcralis, Ital. *Pilo.* Miracul. B. Aegidii tom. 3. April. pag. 244. *Et puellam duceret cum candela cingere Pilum eius.* Etruſcis *Pilae* etiamnum dicuntur vaſa grandia, quae ad continendam aquam excauantur e petra, vt obſeruant Bollandiſtae ad Mirac. B. Aegidii. V. *Pila* 5. (3) Lanceola chirurgica. Vita B. Franciſci Fabr. tom. 3. April. pag. 986.

PILVMEN, *quidquid in pilo tunditur.* Gloſſ. Iſid. Iohan. de Ianua: *Pilumen, quidquid in pila tunditur, vel potius, quod proiicitur a rebus vel granis in pila tunſis.* V. *Piletum* et *Pilo.*

PILVRICA, veſtis genus intus et foris piloſa; vnde vocis origo, teſte Raizzio. Acta S. Raynerii tom. 3. Iunii p. 427.

PILVS. (1) Forte pro *Palus*, Gall. *Pieu;* niſi pilum, Gall. *Javelot*, olim *Pile*, intelligas. Computus an. 1202. ap. D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feud. pag. CXCI. *Pro ſeptem quadrigis quae adduxerunt Pilos et vncinos et alium harneſium apud Vernonem, IX. l. et XII. den.* (2) † Forte i. q. maceratus. Inuent. a. 1342. *Quatuor drapis pili lini.*

PIMARIVM. Charta S. Rudeſindi Epiſc. inter Concil. Hiſp. tom. 3. p. 180. *Cum porto de Reza et ſuos ſaltus ex vtraque fluminis parte. In Caldelas Pimaria media.* ſ. Pomaria.

PIMENTVM, PIMENTARIVS, V. *Pigmentum.*

PIMIENTA. Charta Ferdinandi Gonſalui Comitis Caſtellae aerae 972. apud Ant. de Yepez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 1. p. 321 appendic. *Iſtae praedictae per omnes de ferro cuero* (acier) *ſingulas libras, medium ferro, medium Pimienta.* Hiſp. *Pimienta*, eſt piper. Sed quid ad ferrum?

PIMPILORATVS, V. in *Pannus.*

PIMPINELLVS, V. *Pinpenellus.*

PINAX. Gloſſ. Eccleſ. Bituric. *Abbacus vel abax, tabula in qua viridi puluere formae pinguntur, qua Philoſophi vtuntur, quae et Pinax dicitur.* Ioannes de Ianua: *Pinax dicitur tabula in qua Philoſophi figuras faciunt in ſuppoſito puluere. Pinax, pugillaris, ephemeris, tabula manualis, ex pino facta. Pinax* praeterea dicitur librorum index, auctore Bern. Baldo; antiquitus etiam in tabellam notanda conniciebantur. Denique *Pinax* eſt tabula, quadra lanx; proprie eſt aſſer, inquit Martinius, in quo edebant et bibebant: vnde a πίνω bibo, deriuat Euſtathius. Gloſſae Graec. Lat. πινακὶς, *Tabella*, πινακίδες, *Pugillares*, πινακὶς βασιλικὴ, *Codicillus.*

PINAX CAELICA, caelum. Fridegodus in Vita S. Wilfridi ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 723.

PINCA. (1) Subula. Petrus de Natalibus lib. 2. cap. 73. *Felix Preſbyter et Martyr pronomine dicitur in Pincis, a ſubulis, quibus paſſus perhibetur: nam Pinca dicitur ſubula.* Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli cap. 9. *In die Felicis in Pincis vindemiata eſt ipſa, etc. Pincis* Romae locus eſt a palatio Pincii Senatoris ſic dictus: vnde *collis Pincius, porta Pinciana. Palatii* Pinciani meminit Anaſtaſius Bibl. in Vita Siluerii an. 536. in Vita Hadriani apud Murator. tom. 3. p. 188. vbi leg. *in Pincis* pro *in Pinciis*, et in Vita Benedicti III. ann. 855. V. Fronton. in Kalendar. Rom. p. 10. Alex. Donatum in ſua Rome et Famian. Nardi. † *In Pinciis* leg. vult Chaſtelain in ſuo Bimeſt. Ian. et Febr. ad d. 14. Ian. (2) Vox Hiſpanica, Granarium, Gall. *Grenier.* V. *Panera* 2.

† PINCELLVM, *dicitur a forma pinni, i. acutae ſummitatis, et eſt inſtrumentum ad aliquid obſtringendum ab oculis, praecipue factum ex re molli ſicut quo pictores pinguns*, Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ. V. *Pincillus.*

PINCE-

PINCEMBDALLIA, Gallis *Pincemaille*, homo ſordidus, minutioris monetae parcus et cupidus. Tabular. Maioris Monaſterii.

PINCERNA. (1) Qui vinum conmiuis miſcet, a Graeco πίνειν κίρνα, vt cenſet Tanaquillus Faber epiſt. 76. Gloſſ. Graec. MS. Reg. οἰνοχόος, ὁ πιγκέρνης. Gloſſae MSS. *A Caliculis*, *Pincerna*. Ioan. de Ianua: *Pincerna dicitur vini diſpenſator, vel potius propinator, qui porrigit ex officio poculum domino ſuo. Et dicitur Pincerna, quaſi penum cernens, i. Cellarium: quia ſemper habet oculos ad vinum ſuo tempore propinandum.* Catholicon paruum: *Pincerna, Bouteiller.* Lampridius in Alexandro Seuero: *Veſtitores, et pictores, et Pincernae, etc.* Valerius in Epiſt. ad Ruffinum: *Sic ſementem ſeris Pincerna pluuiarum auſter.* PINCERNARIVS, idem. Diploma Adephonſi Regis Hiſp. an. 1094. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 549. (2) † PINCERNA, PINÇERNIA, cella vinaria. Inuent. Mſ. a. 1476.

PINCERNARE, more Pincernarum vinum praeguſtare, priusquam Principi propinetur. Fortunatus lib. 5. Poëm. in Epiſt. ad Martinum Epiſc. Gallic.

PINCERNATVS, dignitas eccleſiaſtica. Albertus Argentinenſis an. 1349. *Ioannem de Liechtembergh, qui et in Argentinenſi Eccleſia Praepoſituram, Decanatum, Cantoriam, et Pincernatum ſimul tenebat.* Adde p. 160. V. *Pinſtrici.*

† PINCETVM, menſurae liquidorum ſpecies. Ch. Mſ. a. 1383. vbi f. leg. *Pintetum.* V. *Pinta.*

† PINCHILICHIVM, pubes. Formul. Mſ. Cod. reg. 7657. V. *Pellex* 4.

† PINCILLVS, penicillus, Germ. Pinſel. Acta SS. t. 3. Aug. p. 596.

† PINCINNATI, Mahumetani, in Ch. a. 1096. ap. Menag. in Hiſt. Sabol. p. 91.

PINCIO. Papias: *Fringellus, Pincio, auis:* Gallis *Pinçon*, Germ. Finf.

† PINÇOCHERVS, ſecularis, qui religionis cauſa veſte monachica induitur, Ital. *Pinzochero.* Stat. ant. Florent. Mſ.

† PINCONES, *qui vincuntur in picturarum certamine*, Gloſſ. ver. Cod. 7613. V. *Pictiones.*

† PINCTA. (1) Pro *Picta*, moneta comitum Pictauienſium, in Ch. Mſ. a. 1287. (2) Pro *Pinta*, menſura liquidorum, in Ch. Mſ. a. 1249.

PINCTVRATVRA. V. *Pectinatura.*

PINDAE, *pinnae dictae ſunt a pendendo, ſed vſus obtinuit vt pinnae dicantur.* Gloſſ. Iſid. Vbi Graeuius monet leg. *Pendae, pennae dictae ſunt etc.* Iſid. lib. 6. Orig. c. 14. *Penna a pendendo vocata, id eſt volando.*

PINDERE, *pilo tundere, terere, ſecundum Hugutionem.* Ioannes de Ianua.

PINEA, arbor pinus, vel pini fructus. Anaſtaſius in Gregor. IV. PP. V. *Pinca* 1.

PINEATVS, *pineis* ornatus. Viſitatio Theſaurariae S. Pauli London. an. 1295. V. *Pinonatum opus.*

† PINELLVS, f. vexillum, i. q. *Penicellus*, ap. Murat. t. 3. Antiq. Ital. p. 1198. V. *Pennones.*

† PINEOLA, i. q. *Piniola*, nucleus pineus. Inuent. Mſ. a. 1295.

PINERIVM, pro *Panerium*, vt videtur, ciſta, ex Gall. *Panier.* Areſta Parlamenti O. SS. an. 1295. ex Regeſto *Olim: In mercato Atrebatenſi in quo dicti Religioſi venerunt et in praeiudicium dicti Comitis, Scabinorum et iuſtitiae, ſciderunt cordas, coſtas et Pineria piſces apportantia.* V. *Panerius* 1.

PINETA, ſeu PINETVM, locus pinis conſitus, apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epiſt. 115. Italis *Pigneta* et *Pineta.* Charta Willelmi Sancii Vaſcon. Comit. tom. 1. Gall. Chriſt. inter Inſtr. p. 182. Vbi pro *in Penetis* leg. *in Pinetis*, vt infra ibidem habetur.

PINGACVLVM, pro *Pignaculum*, culmen domus. Charta an. 1207. in Tabular. Compend. V. *Pinna* 5.

PINGERE SIBI, animo concipere, ſibi fingere. Fulcuinus de Geſtis Abb. Lobienſ. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 570. PINGERE IN FVRTVM. Pactus Legis Saliçae tit. 10. §. 2. edit.

edit. Eccardi: *Si quis vero animal, caballum vel iumentum in furtum Pinxerit, etc.* hoc eſt, inquit eruditus Editor, notam ſuam adpinxerit animali: moris enim eſt vt animalia, ſues, equos, boues in paſcua dimittentes, nota certa inuſta vel picta inſigniamus, quo eos ab aliis dignoſcere poſſimus; quae conſuetudo, vt ex hoc loco apparet, ab antiquo ad nos propagata eſt. Eadem Lex a Carolo Magno emendata tit. 10. cap. 4. apud eumd. Eccardum pag. 147. vt et apud Baluz. habet: *in furto punxerit*, non male; ſed prima lectio potior Eccardo videtur.

† PINGIA, ponderis vel menſurae ſpecies, vt videtur. Inquiſit a. 1371. in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. V. *Pingueia.*

PINGNVS, i, pro Pignus. *Ex comparatione opuenit in Pingno*, in Charta an. 1053. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 203.

PINGVAMEN, λίπος, in Gloſſ. Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Λίπος, *Sebum, Pingnamen, Adeps, Popa, Sebrum.*

† PINGVARE, *engreſſir*, in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

PINGVEDO, in Capitulari Aquisgran. an. 817. cap. 22. idem quod *ſagimen*, de qua voce infra, et Menardus ad Concord. Regular. pag. 709. Aliud ſonat in Charta Edwardi I. Regis Angliae apud Guil. Prynneum in Libertat. Eccl. Angl. tom. 3. p. 786. *Mandamus vobis, quod in parcis Epiſcopatus praedicti centum damos in inſtanti feſtiuna Pingnedinis capi, ſalsi et ſiccari faciatis.* V. *Ferineſona.*

† PINGVEIA, f. praeſtatio, quae ex menſuris percipitur, a *Pingueſus.* Inuent. Chart. reg. a. 1482.

† PINGVETVS, menſurae annonariae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1247. *X. modiatas, III. galetos et I. Pinguetum.* V. *Pingia.*

PINHOTA, idem quod *Pignota.* V. in hac voce. Epiſtola Clementis VI. an. 1346. apud Waddingum.

† PINHOTERIVS, qui ex *Pinhota*, panem, Ital. *Pagnota*, et victum accipit. Comput. a. 1356.

PINIA, f. Perna. Chartular. Camalar. *Ad calmem eſt vnus maſus qui reddit 1. Piniam haconis.*

PINILLA, f. diminut. a Pinna. Charta an. 1265. apud Lobinell. Hiſt. Britan. tom. 2. p. 1614. *Statuimus vt nullus, niſi Canonicus, vtatur publice pileo de Pinillis in Eccleſia Dolenſi; et ſi quis contra hoc conuenire praeſumpſerit, eo praeſente in choro cum pileo de Pinillis ceſſatur penitus a diuinis.*

PINIOLA, nucleus pineus, Gall. *Pignon.* Sententia an. 1339. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. V. *Pignolas 1.*

PINNA. (1) Ora, limbus. Lucifer Calaritanus ex lib. 1. Reg. (2) Concilium Londonienſe an. 1102: *Vt Preſbyteri non eant ad potationes, nec ad Pinnas bibant.* Forte legendum *Pilas.* V. in hac voce et infra *Pinnacum.* (3) Inſtrumentum Chirurgicum, quo vulnera tentantur. Lex Alemann. tit. 59. §. 6. *Si autem teſta transcapulata fuerit, ita vt cerucila appareat: vt medicus cum Pinna, aut cum ſanone ceruella tetigit, etc.* Ita etiam editio Heroldi: ac in aliquot MSS. *penna* legi monet Lindenbrogius. (4) Mons. Vita SS. Voti et Felicis to. 7. Maii p. 61. PINNACVLVM, eadem notione, to. 2. Iunii p. 698. (5) PINNA, PINNACVLVM, PINNIVM. Gloſſae antiquae MSS. *Pinnaculum, altitudo parietis excelſi.* Gloſſ. Graec. Lat. Ἐπαλξις, *Pinna, propugnaculum.* Onomaſt. *Pinnaculum*, ἐπαλξις. *Pinnaculum templi*, Matth. 4, 5. πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ. Anaſtaſius in Hiſtor. Eccleſ. p. 131. *Volebant enim ea die veſperi ad ripae muros applicare ſtationem, et temones ſupra propugnacula imponere.* Vbi Codex Thuanus habet *Pinnacula*, Theophanes εἰς τὰς ἐπάλξεις. Iſidorus Pacenſis aera 769. *Seſe in ſciſuris petrarum ab alto Pinaculo iam vulneratus cauilando praecipitat.* Idem aera 772. *Ad quem Chriſtiani tandem praeparui Pinacula* (montium Pyrenaeorum) *retinentes poſtulabant miſericordiam, etc.* Chartular. Eccleſ. Claromont. apud Baluz. Hiſt. Aruern. to. 2. p. 253. *Dixit ſe aedificaturum quandam capellam,*

lam, hoc eſt eccleſiam, ad Pinnam refectorii Claromontis in honore ſancti Nicolai. Iſidorus lib. II. c. 1. *Pinnula ſumma pars auris, ab acumine dicta: Pinnum enim antiqui acutum dicebant.* Gloſſ. Iſid. *Pennium, bis acutum.* Papias: *Pinnium, Acutum.* V. Camdenum in Britannia, vbi de voce Gallica veteri *Pen.* PIGNA, eadem notione. Geſta Conſulum Andegau. to. 10. Spicil. Acher. p. 460. PIGNACVLVM, culmen domus, Gall. *Pignon de maiſon. Pinnaculum,* Matth. 4, 5. Charta Epiſcopi Pariſienſ. an. 1222. in M. Paſtorali l. 19. Ch. 69. PIGNACVLVM, PINNACVLVM, turris eccleſiae, vbi *campanae* pendent, Gall. *Clocher.* Notae ad Martyrol. vetus Eccl. S. Saluatoris Aquenſis.

† PINNACAE, *plagae ſunt, vincula retium, quibus capiuntur aues.* Gloſſar. vet. Cod. 7613.

PINNACVM, taberna, Gall. *Hôtellerie.* Charta an. 1226. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. p. 1658. *Conceſſit mihi Abbas terram in latere domus ad faciendam coquinam et Pinnacum hoſpitum.* V. *Pinna* 2.

† PINNATAE, *crepidines alacres valde et veloces,* in Gloſſar. vet. Cod. 7613.

† PINNEATVS, ad modum *pinnae* formatus. Ch. a. 1156. ap. Pez. t. 1. Script. p. 1196.

PINNICVLA, calamus. Vita S. Dunſtani to. 4. Maii p. 346.

PINNIRAPI, *ſectatores, gladiatores, quod pinnas rapiunt.* Gloſſ. Iſid. Emendant viri docti *ſecutores* pro *ſectatores.* Vtitur Iuuenal. Sat. 3. vbi vetus eiusdem interpres: *Pinnis penonum ornari ſolent gladiatores, ſi quando ad pompam deſcendunt. Pinnirapes autem dicit laniſtas ex habitu gladiatorum: quia poſt mortem retiarii pinnam, id eſt, manicam rapit, vt oſtendat populo ſe viciſſe. Aut ideo Pinnirapes, quia pinnas in galeis habebant.* V. Lexic. Martinii.

PINNITVS, ex *pinnis* compoſitus. Charta Friderici Imperat. an. 1156. in Chron. Mellic. p. 65.

PINNIVM, PINNVLA, V. *Pinna* 5.

† PINOLETVM, diminut. a *Pinetum,* locus pinis conſitus. Ch. Mſ. a. 1460.

PINONATVM OPVS. Viſitatio Theſaurariae S. Pauli London. an. 1295. *Duo thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, de opere Pinonato, et cathenis argenteis, poud. 8. marc. etc.* Infra: *De opere cocleato et Pinonato.* V. *Pineatus.*

PINPENELLVS, monetae minutioris Francicae ſpecies, quod tamen haud ita certum videtur D. le Blanc, vbi de Monetis Philippi Auguſti. Charta Philippi Aug. an. 1218. ex Regeſto Normannico Camerae Computor. Pariſ. ſignato B. *Et de cenſibus villae S. Cyrici 9. lib. et 4. ſol. et 2. denarios Turon. et ducentos Pinpenellos apud Pontem Archae, etc.* † PIMPENELLVS, in Ch. alia Mſ.

PINSA, *inſtrumentum pinſendi; vnde quidam: Neque pinſis ſuis, neque mol. lui, vnde habet pinſulam edi.* Sic Vgutio MS.

PINSARE, pinſere, ſubigere, Gall. *Paitrir.* Vita B. Columbae tom. 5. Maii p. 337*.

PINSINOCHIVM, locus vbi pinſitur, et panes conficiuntur. Vitae Abbatum S. Albani.

PINTA, menſura liquidorum, Gallis *Pinte,* Germ. *Pinte.* Philippus Eyſtet. in Vita S. Walpurg. c. 34. *Adeo abundanter erupit* (liquor) *vt ampullam dimidiae Pintae capacitatis ... adimpleret.* † Pro poculo, vaſculo occurrit in Ch. Mſ. a. 1351.

† PINTALPHVS, vas vinarium, lagena maior, i. q. *Pitalfus.* Comput. a. 1484.

PINTAPHVS. Charta Piperac. *Morphea panis et Pintaphus vini.* Idem videtur quod infra *Pitalfus.*

† PINTHARA, f. idem quod *Pinta. Codulum plenum vnius pintharae vini,* in Miſſal. vet. eccleſ. Vienn.

† PINTHERIATA, modus agri. *Tres quarteriatas et vnam pintheriatam terrae,* in Ch. Mſ. a. 1342. V. *Picturo.*

PINTORVS, auis, V. *Bitorius.*

PINTRICI, pincernae: erat enim *pincernatus* dignitas Eccleſiaſtica. V. *Pincerna.* Conſtitut. Arnaldi Epiſcopi Barcinonenſ. an. 1277. apud Marten.

tan. to. 4. Anecdot. col. 605. In alia eiusdem Arnaldi Conſtitut. an. 1280. ibidem col. 606. vbi iidem officiales recenſentur, loco *Pinstrici* legitur *Botellarius*.

PINVS. (1) Genus morbi. Mirac. S. Mariae Magdal de Pazzis to. 6. Maii p. 309. *Eadem in vno digitorum malum ferens, quod Pini nominant, et dolores ſpaſmaticos inde obuenientes euadere cupiens, iterum votum fecit.* Ibidem p. 372. *Dominae Mariae de Garba . . . . in vno digitorum morbus venit quem Pinum appellant; vnde cum dolores veluti ſpaſmaticos multis diebus pateretur.* V. *Phio.* (2) † Locus fortaſſe pinis conſitus, t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p 243.

PINZOCARI, PINZOCCHERI, qui et *Fraticelli*, ſecta religioſorum Minoritarum damnata. V. *Bizochi.*

PINZOCHA, PINZOCHERA, ſoror alicuius tertii Ordinis, puta S. Franciſci, etc. Italis *Pinzochera*, *Pinzochera*, idem ſonat quod Gallis *Bigote*. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Mai p. 328*. *Quaedam praeterea pia ſoror, quam Pinzocham dicunt, ipſi beatae Columbae affectu charitatis et pietatis ſolicitudine iuncta.* Buſta Bonifacii IX. PP. in Bullar. Carmelit. pag. 326. *Sit licitum ac permiſſum quascumque mulieres, . . . quae habitum regularem praedicti Ordinis ad inſtar mantellatarum ſeu Pinzocherarum Ordinum fratrum Minorum et Praedicatorum habere voluerint et geſtare, tam virgines ac matronas, quam viduas, in mantellatas ſeu Pinzocheras dicti Ordinis Eremitarum recipere.* V. *Bichini* et *Pyrocrae.*

† PIOCVS, ligo, Gall. *Pioche.* Inquiſit. Mſ. a. 1268. V. *Pionarius.*

PIOLA. (1) Vox Italica, Gallis *Rebec*, Germ. Geige, in Statutis Mediolanenſibus I. part. c. 255. (2) PIOLA, inter arma prohibita recenſetur in Statutis Aſtenſ. c. 92. fol. 34. vo. *Gladii vetiti ſunt iſti: ſpate, epie, Piole, inſarme, etc.* *) Forte i. q. Germ. Beil.

PIONARIVS, foſſor caſtrenſis, vel qui ligone terram atterit et fodit, Gall. *Pionnier.* Comput. an. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feud. p. CLX.

PIONES LEGIS, apud Papiam MS. et edit. vbi forte leg. *Spiones Regis*, Gall. *Eſpions.*

PIOTA, ſolea ferrea, ab Italico *Piota*, planta pedis. Statuta Placentinae lib. 6. fol. 80. verſo.

PIPA. (1) Vaſculum, cadus. Teſtamentum S. Euerardi apud Miraeum in Cod. Donat. piar. c. 21. *Thuribulum argenteum vnum, Pipam aeream vnam, tabulas, etc.* Vbi *pipa* videtur fiſtula, qua ſanguis dominicus hauriebatur. Ita ſane Card. Bona. Henric. de Knyghton. an. 1345. *Dicebatur namque ipſum de dicta villa vnam Pipam plenam auro . . . . reportaſſe.* Charta an. 1338. in Tabular. Maioris Monaſt. *Fraser Robertus de Caſtelloduno Prior de Varedo redditus prioratus exponens, appretiat ſextarium bladi 8. ſol. ſextarium auenae 5. ſol. Pipam vini 30. ſol.* Charta an. 1375. in Tabul. de Troncheto: *Gaufridus de Pleguen domicellus . . . legat Guillemetae ſoreri ſuae vnam Pipam vini.* Adde Conſuet. Brageriac. art. III. et 124. *Pipes de corio*, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1415. apud Rymer. to. 9. p. 261. (2) Canalis, Gall. *Conduit d'eau*, Angl. *Pipe.* Charta Richardi Abb. an. 1439. apud Rymer. to. II. p. 31. (3) † Vter ſymphoniacus, Gall. *Cornemuſe*, alias *Pipe.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1357.

PIPARE, fiſtula canere, *Chanter ou ſoner de la pipe*, inſtar forte gallinarum, quae Latinis *pipire* dicuntur. Italis enim *Pipare* idem eſt quod *pipire* Columellae l. 8. cap. 5. *pilare* Catullo, πιπίζειν Ariſtophani, etc. S. Althelmus de Laude Virgin. V. Martinii Lex. v. *Pipo.*

PIPELLA, piſciculus quidam. Polyprych. Fiſcamn. an. 1235. *Durandus de Lametria tenet 19. acras terre, vnde reddit duo centum Pipellarum et tres anguillas computabiles.* V. *Pipernella.*

PIPELO, *commicio*, Gloſſae antiq. MSS. V. *Pipulare.*

† PIPENNA, bipennis, t. 6. Sept. p. 484.

PIPER, Πίπερι, arbor in India naſcens, cuius fructus nunc notiſſimus, olim admodum placuit ſola ſua amaritudine, et *pondere emptus vt aurum et argentum*, inquit Plinius l. 12. Quae quidem piperis raritas ac pretium fecit, vt deinceps pro quibuſuis aromaticis ſpeciebus haec vox vſurpata ſit. S. Auguſtinus lib. 2. de Mor. Manichaeor. c. 13. *Alius . . . . exquiſitas et peregrinas fruges multis ferculis variatas et largo Pipere aſperſas nona hora libenter aſſumat, etc.* S. Hieronymus Epiſtol. ad Euagrium: *Omne quod rarum eſt, plus appetitur. Pulegium apud Indos Pipere pretioſius eſt.* In Codice Epiſt. S. Bonifacii Archiep. Moguntini Ep. 5. 146. et 148. *piper* iungitur thuri, cinnamomo, colto, et incenſo, quae omnia vice *Eulogiarum* amicis mittebantur. Chronic. Reicherſperg. *Miſit ei 30. quintarios ex Pipere.* Quibus in locis *piper* ſumitur pro quibuſuis ſpeciebus aromaticis. Alanus in Planctu naturae, de Praelatis: *Qui ſalmones, et lucios, caeteroſque piſces aequipollenti generoſitate praeſignes, variis decoctionum cruciatos martyriis, baptizandi adulterantes officium, ſacri Piperis fonte baptizant, vt ex tali baptiſmate baptizati, multiformis ſaporis gratiam conſequantur.* PIPERIS GRANVM. Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli c. 9. *Notkerus, quem pro ſeueritate diſciplinarum Piperis granum cognominabant:* ob mordacitatem et acredinem.

PIPERAMENTA, aromaticae quaeuis ſpecies. Caeſarius l. 6. Miracul. c. 5.

PIPERARII, in veteri Charta apud Gariellum in Epiſcopis Magalonenſibus p. 160. *Pevriers*, vel *Poivriers*, olim Pariſienſibus, quos poſtea *Eſpiciere*, ſeu *Speciarios* dixerunt, vt docemur ex Regeſto peagiorum Pariſienſ.

PIPERATA, piperis vaſculum, Gallice *Poivrier*. Annal. Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 812. ad ann. 1389.

PIPERATIVS, aſper. Latinus Agrimenſor: *Terminus ſi aſpratilis fuerit, et mixta Piperatia loca habuerit, ſine dubio in triſmio conſtat.*

PIPERATVM, condimentum a pipere dictum, apud Apicium lib. 3. cap. 14. et in Chronic. Placenr. apud Murator. to. 16. col. 582. *Piperata*, in Charta an. 1148. apud Puricellum in Baſilica Ambroſiana p. 704. *Pullos plenos et carnem vaccinam, cum Piperata.*

PIPERATVS, pipere conditus. *Dulcia Piperata*, apud Apitium lib. 7. c. 11. Charta Eberhardi apud Schannat. Vindem. litt. p. 164.

PIPERETVM, *accipitur pro quodam vaſe perforato, per quod ſolent proſpicere tauxilla, ne fiat ibi fraus.* Vgutio et Iohannes de Ianua. V. *Fractillus.*

† PIPERIVS, piperis ſ. ſpecierum mercator. Ch. Mſ. a. 1407.

PIPERNELLA, piſciculi genus: idem videtur qui Normannis *Pimpreneau*, alibi *Pimpreneau* dicitur. Spicil. MS. Fontanell. p. 258. *Quilibet monachus habebit quatuor Piperuellas ad prandium.* V. *Pipella.*

† PIPERNVS, lapidis ſpecies ab vrbe *Piperno* in Campania Romana, vnde eruitur, ex Felibiano ſic dicta. Ch. a. 1306.

PIPETR, cantus vel inſtrumentum muſicum, *pipae* ſeu fiſtulae cantum imitans. Fortunatus ad Clerum Pariſienſem:

Cymbalicae voces calamis miſcentur acutis,
Diſparibusque tropis fiſtula dulce ſonat.

V. *Decentum.*

PIPETVS, Inuentar. an. 1419. in Tabular. Eccleſ. Nouiom. *Item tres libri pontificales, . . . et habent aſſeres coopertas argento, et in duobus maioribus ſunt duo Pipeti argentei et ſine clauſuris, et alter ſine Pipeto qui habet vnum formerium cum dimidio.* Haud ſcio an illud ſit quo fibula detinetur, † Vncus, vt videtur, quo fibula adſtringitur, Gall. *Pipe.*

PIPEVS, ſ. populus; († ſeu potius vectigalis ſpecies.) Charta an. 1067. tom. 2. Bullar. Caſin. p. 67. *Adque tertia pars de Pipei, quod exeunt de ripa Gubernulo; et tertia parte de omni-*

omnibus rebus quod exeunt de rinatico, etc.

PIPHILI, haeretici, V. *Pifli.*

PIPICVS. Odorannus in Chron. an. 956. *Gislebertus Comes Burgundionum obiit, et honorem eius cum filia Leudegarde, ex qua postea a Radulpho Divionensi Pipicus factus est, Otho frater Hugonis Ducis accepit.* † Idem f. quod *Cugus*, Gall. *Cocu*, a Gall. *piper*, fallere.

PIPIDO, V. *Picinta.*

† PIPILO, *combustio planata*, Gloss. vet. Cod. 7613. V. *Pipelo* et *Pipulare.*

† PIPILVS, pilus, capilli, in Ch. Mss. a. 1085.

PIPIO. (1) *Pipiones* Matthaeo Silvatico *sunt pulli columbarum, et est nomen formatum a proprio sono animalis.* Ioan. de Ianua: *Pipio, resonare, clamare, accipitrum est, vel pullorum columbarum; vnde hic pipio, pullus columbarum.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. *Pipiare, Pipier comme poncins, ou pijons, ou outour. Inde Pipio, pijon, et hic pipiunculus et haec pipiuncula, outour.* Verus Interpres Alexandri Iatrosophistae lib. 1. Passionum: *Aspratiles pisces, et Pipiones, et de domesticis pullis extremae partes.* Vbi Glossae MSS. *Pulli columbae.* Idem lib. 2. c. 75. *Interdum et columbae et maximae Pipiones.* PIPIONVS, Ital. *Pippione*, Gallis *Pigeonneau.* Statuta Vercell. lib. 4. fol. 69. vo. (2) Moneta minutior hispanica. Charta an. 1258. apud Perardum: *Decem millia Morauotinorum, computatis quindecim solidis Pipionum pro Morauotino. Solidi monetae Pepionum*, in Histor. Segouiensi c. 21. §. 9.

PIPITA, Κέγχρος, in Gloss. Lat. Graec.

PIPITARE, murium et accipitrum vox. V. *Baulare.*

PIPIVNCVLVS, *accipiter, acceptor*, in Gloss. Isid. In Glossis Pithoeanis, *Acceptor, tirunculus, qui scilicet pipit.* Sed legendum *Pipiunculus.* Glossae Regiae Cod. 1013. habent *Piunculus.* Ex his emendandae Glossae Graec. Lat. Κεγχρὶς, *eidos ἱέρακος μικροῦ, Titiunculus.* Vbi leg. *Pipiunculus.* In Cod. Sangerman. *Tutiunculus*; Vulcanius emendat *Tinnunculus.*

PIPIZO. S. Hieronymus Ep. 22. c. 12. *Huic inimica castitas, inimica ieiunia; prandium nidoribus probat et altili Geranopepan*, (al. *Geronopepan*) *vulgo Pipizo nominatur.* Vbi Marianus ex voce *Geranopepan*, γέρων ὁ πέπων conficit, vt dictus ille fuerit *senex delicatulus*, vel forte etiam ironice *maturus.* Addit et *Pipisonem* vocarum, quod altilibus et saginatis cibis delectaretur, quia *pipisare* propria sit cortalium auium vox. Quid si legatur *altili gerano*, qui vulgo *pipizo* nominatur? Potior videtur Martianaei lectio: *Altilis geronepopan, quae vulgo Pappeso nominatur.* V. ibi eiusdem coniecturas. quas referre longum esset.

PIPLITARE, pro *pipitare*, V. *Baulare.*

† PIPOTVS, vas vinarium, Burdegal. *Pipot*, Belg. *Pipe.* Ch. Mss. a. 1346.

PIPPA, fistula, qua inter sacra vtebantur. Inuentar. an. 1419. in Tabular. Eccl. Nouiom. V. *Pipa.*

† PIPPATA, mensura annonaria, in Ch. a. 1363. t. 1. Prob. Hist. Brit. p. 1563. V. in *Pipa* 1.

PIPRVM, pro Piper, in Chartular. S. Vandreg. to. 1. p. 897.

PIPVLA, κεχὶς ἥτις εἰς τὸ μέλαν εἰσπέμπεται, *Galla.* Glossar. Lat. Graec. pro *Pilula*, inquit Salmas. ad Plin. p. 1070.

PIPVLARE. Papias: *Pipulo, conuitior ploratu*, ex quo emendandae Glossae Isid. *Pipuli, conuitio ploratu.* V. Martinii Lex. in *Pipulum.*

† PIQVETARE, punctis distinguere, in Ch. Mss. a. 1407.

PIQVICHINI. Willelmus Brito lib. 2. Philipp.

Cessent censores, cesset Pequichinus, et ignis,
Terminet vna dies longae certamina litis.

Et lib. 7.

At per plana iacent Ribaldi cum Piquichinis,
Et qui res propter venales castra sequuntur.

Ita quidam dictos putant infimam lixarum et calonum partem, a curandis canibus, vel potius a venatorum ministris equitibus, qui canes venaticos ad venationem educunt, ac propellunt, quasi *Piquechiens*.

PIQVO, PIQVONVS, V. *Pico*.

PIQVVS, vncus, Gall. *Crampon*. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſ. an. 1435. e Cod. MS. V. Cl. *Lancelot*. *Picus*, ibidem.

† PIRA, nauis ſpecies, in Gloſſ. Lat. Gall, Cod. 7692.

† PIRAGRA, *Eſtreal*, in eodem Gloſſ.

† PIRANAMELLA, *quam nos vatullam dicimus*, in Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ.

PIRARIVS, pirus, *Poirier*. Lex Salica tit. 29. §. 8. *Si quis impotos de melario aut de Pirario tulerit, etc.* §. 10. *Si quis melarium aut Pirarium decorticauerit.* Occurrit praeterea in Capitulari de villis c. 70.

PIRATA. (1) *Praedo* vel *latro maritimus*, vt eſt in Gloſſis antiquis MSS. Ita *latrocinium maris* dixit Iuſtinus lib. 43. num. 3. *Latrones* nude piratas vocat Florus lib. 3. c. 6. et *Latrocinari* dixit pro *piraticam* exercere, lib. 2. c. 3. Schol. Sophoclis in Aiace de vocabuli etymo: πεῖρα, Ἀττικῶς, δόλος καὶ τέχνη. Θεν καὶ πειρατὴς ὁ κατὰ θάλασσαν ληϊσάμενος. Aliter Papias: *Piratae ſunt praedones marini, ab incendio nauium vel inſularum, quas capiebant, dicti*. Errat, vt iam monuit Martinius, quippe qui non ſint πυρατὴς, ſed πειρατὴς. Ioan. de Garlandia in Synonymis:

Qui pecus aut pecudes abigunt, hi ſunt Abigei,
Raptoresque maris Piratas dicimus eſſe.

Catholicum paruum: *Pyrata, Larron de mer, et dicitur a pir, quod eſt ignis, quia ferunt ignem in manu ſua, et ſternunt alias naues cum prora, quia eſt acuta, et ferrum ponitur in principio nauis, cum quo frangunt alias naues.* PIRATATOR, eod. ſignificatu. Litterae an. 1414. apud Rymer. to. 9. p. 84. PIRATVS, vt *Pirata*, in Litt. Eduardi III. Reg. Angl. an. 1328. apud eundem Rymer. to. 4. p. 340. (2) Nauta, vel miles maritimus. Aſſerus in vita Aelfredi: *Rex Elfredus iuſſit cymbas et galeas, i. longas naues fabricari per regnum, vt nauali praelio hoſtibus aduentantibus obuiaret. Impoſitisque Piratis in illis, vias maris cuſtodiendas commiſit.* Annales Gisburnenſes in Willelmo Rufo c. 1. *Robertus vero Comes attentauit venire in Angliam cum magno exercitu, ſed a Piratis Regis, qui curam maris a Rege ſuſceperant, repulſus eſt. Piratica*, inquit Olaus Wormius ad Monumentum Tirſtadenſe, *olim honeſta ac licita erat, atque in ea crebro ſe Reges ipſi, aut eorum liberi exercebant, aſcitis famoſioribus Athletis corporis robore et virtute praeſtantibus. Conſtabat autem piratica haec certis legibus.* PIRATIA, piratica, Gall. *Piraterie*. *Per modum Piratiae*, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1419. apud Rymer. to. 9. p. 754. PIRATIO, in Charta Elizabethae Reg. Angl. an. 1559. apud eundem Rymer. to. 15. p. 559. PIRATIRIVM, PIRATERIVM, eadem notione. Monachus Sangallenſis de Carolo M. l. 2. c. 22. PIRATICA, IC. Anglis, non ſolum eſt depraedatio marina; ſed omnis felonia ſuper mare, aut infra magni Amiralii iurisdictionem perpetrata. Cowellus l. 4. tit. 18. §. 22.

PIRATERIVM. Apud S. Maximum Taurin. Homil. de non timendis hoſtibus carnalibus ex Iobi cap. 7. *Piraterium eſt vita hominis ſuper terram*. Vbi vulgata *Militia* habet. S. Hieronymus l. 2. aduerſus Iouinianum *tentatio*, Graeca vero πειρατήριον. Lege eumdem Hieronymum. V. in *Pirata*.

PIRATIA, PIRATICA, V. in *Pirata*.

† PIRATICVM. (1) V. *Piraticum*. (2) Tributum quod in viis regiis exigitur. Ch. a. 937. t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 586. V. *Pirgus* 1.

PIRATIO, V. *Pirata*.

PIRATIVM, PIRATICVM, vinum piraceum, Gallis *Poiré*. S. Hieronymus lib. 2 contra Iouinianum: *Paulus Timotheo, dolenti ſtomachum, vinum ſuadet bibere, non Piraticum.* For-

Fortunatus in Vita S. Radeg. c. 15. 28. *Potum praeter aquam muſſum et Piratium non bibit.*

PIRATVS, V. *Pirata.*

† PIRCHO, inſtrumentum, vt videtur, quo aliquid teritur et comminuitur. Acta Mſ. a. 1283. *Vnum molendinum - - cum uno marſello et uno pirchone.*

PIREISA, prolusio, Gall. *Tentative*, velitatio, *Eſcarmouche*, f. a Graec. πείρωσις. Angmodi liber 1. tradit. S. Emmer. c. 3. apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 203. *Haec ſunt nomina eorum qui audierunt rationem iſtam, et canallicauerunt illam commarcam, et fuerunt in iſta Pireiſa die Mercurii XVIII. Kal. Iun.*

PIRETRVS, ab Italic. *Piretro*, materia aliqua ex qua potio medica conficitur. († Pyrethrum, ex oriente radix calidiſſima.) Statuta Aſtenſ. vbi de Intratis portarum: *Piretri ponuntur et ſoluunt pro qualibet libra ſol. 10.*

PIRETVM, cella vbi ignis accenditur, Gall. *Chambre à feu*, a Gr. πῦρ, ignis, ni fallor. Chronic. Caſin. l. 4. c. 16.

PIRGIVS, PYRGIVS, itinerarius agger, via ſtrata, publica, Gall. *Grand chemin*, *chemin ferré*. Charta Roberti de Tornella an. 1213. in Tabular. Compend. *Praeterea eidem eccleſiae benigne conceſſi quod ei culturas ſuas de Meſuiler, de Fauerolis, de Villula, muro et foſſato et quacumque alia clauſura, ſaluo Pirgio, circuire et claudere licebit.* V. *Pergus*, et mox *Pirgus 1.* PIRIVS, ead. notione, in Tabular. Montis S. Eligii.

PIRGVS. (1) PIRGVS REGIVS, idem quod *Pirgius*, via regia. Charta Alexandri Leodic. Epiſc. ann. 1131. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 710. (2) Turris, ex Gr. πύργος. Teſtamentum Guillelmi Iordanis Comitis Ceritaniae Id. April. an. 42. Philippi Regis Franc. *Videlicet, caſtella, rochas, Pirgos, et omnes fortitudines, etc.* Eſt etiam *Pyrgus*, turricula, ſiue fritillus, ex quo teſſerae mittebantur in tabulam, apud Sidonium lib. 3. Ep. 3. lib. 5. Ep. 17. lib. 8. Ep. 12. V. Salmaſ. in Solin. vbi docet quid Pyrgus a fritillo differebat. (3) PYRGVS, ſuggeſtus, ambo, Gallis *Jubé*. Iohannes Diac. in Vita S. Gregor. M. l. 4. c. 69. (4) † Capſa reliquiarum, quod ad modum turris formata ſit. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521.

† PIRICVDIVM, i. q. *Fugillus*, Gall. *Fuſil*, tudicula igniaria. Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352. PERICVDIVM, in alio Cod. 7679.

PIRITEGIVM, Gallis *Couvre-feu*, vox ibrida a Graec. πῦρ, ignis, et Lat. tegere. Compend. iurium et conſuet. Vniuerſ. Pariſ. per Robert. Goulet fol. 18. *Hora nona veſperi pulſetur Piriteginm ſeu diſceſſus ad lectum et non prius.* V. *Ignitegium.*

PIRIVS, V. *Pirgius.*

† PIROGIVM, i. q. *Piricudium*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692. PIROGVS, ibidem.

PIROLVS. (1) Chron. Taruiſin. ad ann. 1379. apud Murator. tom. 19. col. 768. *Victor autem Piſani capitaneus Venetorum vita donatus eſt beneficio vnius Piroli argentei deaurati, in quem veretonus vnus baliſta emiſſus repercuſſit, ita vt intra viſtera nequiuit adire.* Haud ſcio an eadem notione qua *Pirolo* Itali turbinem vocant. (2) PIROLVS, inquit Nicolaus Vptonus lib. 4. de militari officio p. 168. *Parua beſtia eſt maior; ſed longior muſtela, in Anglia ſatis nota. Rubeus eſt, et in ventre candidus, mira agilitate viget, in arboribus habitat et foetus fouet, de arbore in arborem ſaltu potius quam volatu migrat, etc.* Iohannes de Monſterolio in Epiſt. vbi de Monaſt. Caroliloci, apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1390. *Non ſum ratus ſubitcere religioſum hic degere non magnae corpulentiae, qui octogeſimum aetatis ſuae annum infra menſem ſubintrabit. Et iam ſexageſimum annum, quo profeſſus eſt, praeteriit, erectum vt eſt ſcirpus, vinacem vt Pirolus, laetum ac benignum verſus omnes, ita vt ametur ab omnibus.* Vtrobique legendum videtur *Periolus* per aphaeresin pro *aſperiolus*, ſciurus, Gall. *Ecureuil.* V. in hac voce.

† PIROMA, *le lavoro de monumenti*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† PIROMANCIA, *Devinement que l'en fait en feu.* PIRAMANTICVS, *celui qui devine en icelle ſcience.* Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

PIRONADVS, ſeu PIRONATVS, clauis compactus, ex Italico *Pirone*, clauus ligneus, *Cheville.* Sanutus lib. 2. part. 4. c. 11.

PIROTAVS. Epiſtola Friderici II. Imp. ad Saladinum apud Rogerum Houedenum pag. 650. *Intelliges, quid noſtrae victrices aquilae, . . . quid Anconitana Marchia, quid Venetus Pirotus, quid Piſanus nauclerus, etc.?* Sed legendum *pirata.*

PIROTTVM. Synodus Sodorenſis in Mannia an. 1229. cap. *de Mortuariis diſcedentium: Statuendo pronuntiamus, quod de bonis cuiuslibet diſcedentis Eccleſia habeat optionem de omnibus, iuxta conſuetudinem vicinarum prouinciarum, excepto vno, cum omnibus indumentis ſuis, et fulcro vel culcitra. Quod ſi non habeat Pirottum vel culcitram, ſeptem denarii.* Proinde *Pirottum* idem eſt quod *fulcrum;* niſi legendum malis *Birettum* pro *Pirottum.*

† PIRRVLA, *pars naxi* (naſi), in Gloſſ. ad Doctr. Alex. de Villa Dei. V. *Pirula.*

PIRVERIE, retis genus, forte illud rete rotundum, cuius pars inferior globulis plumbeis inſtruitur, ſuperior in conum definit: quodque a Gallis vocatur *Epervier.* Charta an. 1119. ex Tabul. Partiniac. et Caſae Dei apud Stephanot. to. 2. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 499. *Donauimus etiam et conceſſimus praedictis monachis piſcationem aquae Thoerii, . . . vare et Pirueria atque vernicume.*

PIRVLA, extremitas: *Pirulae naſi, le bout du nez.* Gloſſae Iſidori: *Perula, extremitas naſi,* Papias habet *Pirula, a formula piri.* Gloſſae Latino-barbar. Hrabani Mauri: *Rinx* (naſi) *extremitas Pirula vocatur, a forma pomi pyri.*

† PIRVLVS. (1) Idem quod *Pirulus* 2, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521. (2) Sturnus, Germ. Storle, Biers holb. Gloſſar. Lat. Gall a. 1352.

† PIRVM, vas ad inſtar piri effictum. Inuent. a. 1420.

PIRVS, petra ſeu meta lapidea in modum pyramidis definens. Libertates concellae habitatoribus Belli-viſus an. 1256. tom. 1. Hiſtor. Dalphin. pag. 59. Vbi pro *triuium*, riuum: vel pro *riue*, triuio legendum videtur.

PIS *Graece, aurum Latine.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. poſt Ioh. de Ianua, qui recte ſubdit: *Non credam ſine teſte.* V. *Herbilia.*

PISA. (1) Pro piſum, Gall. *Pois.* Tabular. Aquicinc. fol. 60. V. alia notione in *Penſa.* (2) † Pondus, in Ch. Phil. com. Fland.

PISACEVM, praeſtatio ex Piſis, in Ch. Mſ.

PISACVLVM, ὄπτιον, in Gloſſ. Lat. Graec.

† PISARGRA, *la pece humide*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PISALIS, PISELIS, PISELVM. Adalardus lib. 2. Statutor. Corbeienſium c. 6. *Haec inter etiam plurima cautela, quae in dormitorio ſeruando ſunt, breuiter dicta, . . . in Piſelo vero, tempore, quando illo uti neceſſe eſt, eadem pene in omnibus, excepto quod ad dormiendum pertinet, cautela et honeſtas ſeruanda eſt. Quae de dormitorio diximus, ut ſi forte quaedam ad eandem domum ſpecialiter pertineat, ut eſt de pannis infiſis qui ſuſpenduntur, etc.* Ex quibus. *piſalis* et *piſelum* videtur fuiſſe quod Zelandi *Piiſcel* dicunt, veſtiarium ſeu veſtiaria thecs: quod praeterea firmat Charta an. 803. apud Vghell. in Epiſc. Veronenſibus: *De veſtimentis, quae de Piſble veniunt, vel gynecio, decimam partem.* Vox autem formata ex Latino *Penſile*, i. locus, in quo *penſa* trahunt mulieres, *Gynoecium.* V. ſupra in hac poſtrema voce. Piſiis *Piiſel* culinam ſonat. PYSALIS, eadem notione, niſi etiam de eo qui *Piſali* praeeſt intelligas. Conſuetudin. MSS. Eccleſ. Colon. ex Biblioth. Eccleſ. Atrebat. *Cuilibet vicario datur 1. den. dormitorio dantur 4. den. Pyſali dantur 11. den. celleario vini 1. den.*

PISANA LITTERA, V. *Litera.*

PISANVM. Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1343. apud Rymer. to. 5. pag.

pag. 384. *Cum triginta paribus plastarum, baſmestorum Piſanorum cum eorum adaensalibus pretii 30. librarum.* Vox f. corrupta, niſi ſit nomen proprium.

PISARE, pro Pinſere: *Piſones*, inſtrumenta, quibus pinſitur, aut res quaeuis teritur, ſubigitur. Anonymus de re Architect. c. 30.

PISARIA, ager piſis conſitus, in Lege Salica tit. 29. §. 13. Gallis olim *Peſiere.*

PISATIVS. Ernaldus in Vita S. Bernardi inter opera eiusdem to. 2. col. 1108. edit. 1690. *Et ſecedens in cofulam Piſatiis torquibus circumtextam, ſolas meditationibus diuinis vacare diſponis.* Id eſt, foliis piſorum coopertam, interprete Mabillonio.

PISCA. (1) Charta Ildefonſi Regis Aragon. an. 1187. pro libertatib. villae Amiliani, (*Milhau*) in Regeſto Ludou. Hutini Reg. Franc. fol. 7. vbi de Molendinariis: *Non detur de ſextario niſi libra Piſcae appenſa, quae curris in Monſepeſſulano, quotcunque ſint ibi ſubfornarii, vel alii nuncii, et propter hoc feratur et referatur Piſca et panis ad domum vel hoſpitium dequoquentis; et ſi occaſione plus dandi Piſca vel panis deteriorentur, reſtauretur in duplum dequoquenti.* Pro *paſta*, forte. † Leg. videtur *Piſta*, a *Piſtare*, quod V. (2) † Piſcatus, Gall. *Pêche.* Ch. Mſ. c. finem XI. Sec. (3) † Locus in fluuio, capiendis piſcibus commodus. Ch. Mſ. a. 1330.

† PISCAGIVM, ius piſcationis, vel praeſtatio pro iure piſcandi. Ch. Amalr. vicecom. Narbon.

† PISCAIRAGIVM, PISCAYRATGIVM, praeſtatio pro facultate piſcandi. Ch. Mſ. a. 1307.

† PISCALE, locus in quo piſcatur. Ch. Mſ. a. 1344.

† PISCALIS GVRGES, locus in fluuio coarctatus piſcandi gratia. Ch. Mſ. Henr. I. reg. Fr.

† PISCAMEN, piſces capti. Stat. Mſ. a. 1322.

† PISCAMENTVM, piſcatus. Ch. Mſ. a. 1025.

† PISCANTIVS, piſcarius. Chartul. Rauennat.

PISCARE, idem quod mox *Piſcaria*, locus in quo piſcatur. Charta an. 1291. apud Miraeum to. 2. p. 873.

PISCARIA. (1) Vox Latinis nota, locus, in quo piſcatur, Italis *Peſchiera: Eſtang, ou Peſcherie.* Chronicon Farenſe. *Precariam* pro *Piſcariam* lege in Charta Caroli Calui an. 849. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 120. PISCARIVM, in Flera l. 1. c. 12. §. 21. (2) Ius piſcationis, Gall. *Droit de peſcherie.* Charta Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1487. apud Rymer. to. 12. p. 326. (3) Piſcatorium forum, Gall. *Poiſſonnerie.* Statuta Maſſil. lib. 1. c. 49. §. 3.

PISCAROLVS, piſcarius, qui piſces vendit. Proceſſus de S. Thoma Aquin. to. 1. Martii p. 702.

† PISCATARIA, piſcatus. Libert. Mſ. Barcin.

PISCATARIVM, pro *Piſcatorium*, in Charta an. 1209. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1090.

PISCATGIVM, PISCATICVM, quod pro iure piſcationis praeſtatur. Charta Guidonis D. Montisiauri an. 1387. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 610. V. in *Piſcatorium.*

PISCATIO. (1) Ius piſcationis in fluuiis, etc. in Charta Guidonis Epiſcopi Lingonenſis an. 1267. Chronicon Laurisham. p. 61. (2) Piſcatus, Gall. *Ce qu'on a pris à la peſche.* Lex Ripuar. tit. 42. c. 1.

PISCATORES, in commercio perinde ac ſerui et coloni. Charta Ludouici Pii Imper. in Chronico Farſenſi.

PISCATORIA. (1) Locus in quo piſces capiuntur; item Ius piſcationis. Charta an. 1062. in Tabular. S. Victoris Maſſil. (2) Vectigal, quod a piſcatoribus praeſtatur, in Cod. MS. reddituum Epiſc. Autiſſ. an. circ. 1290. exaratо: *Piſcatoria aquae, ſex libras.* V. *Piſcatgium.*

PISCATORIVM, ἰχθυοπωλεῖον, in Gloſſ. Gr. Lat. Idem etiam quod *Piſcaria.* Charta Philippi I. Francor. Reg. an. 1066. apud Marlotum in Chronico S. Nicaſii Remenſis c. 2.

PISCATRIA, vt ſupra *Piſcaria*, locus in quo piſcatur. Charta Pontii

Comit. Toloſ. an. 936. inter Inſtrum. tom. 6. nouae Gall. Chriſt. col. 78. V. *Piſcatura.*

PISCATVM. Capitulare de Villis c. 44. *De leguminibus quoque et de Piſcato, ſeu formatico, butiro, melle, etc.* Concil. Legion. an. 1012. inter Hiſpan. tom. 3. p. 193. *Piſcatum maris et fluminis et carnes quae adducentur ad Legionem ad vendendum, non capiantur per vim in aliquo loco a ſayone.* Vbi pro Piſcatus ſeu piſces ipſi vſurpatur.

PISCATVRA ſ. idem quod *Piſcaria.* Charta Mauritii Epiſc. Pariſ. an. 1171. in Tabular. Montismart. PISCATVRA BANNALIS, in Charta an. 950. apud Meurſſium in Epiſc. Metenſibus p. 137.

PISCAYRATGIVM, V. *Piſcairagium.*

† PISCEARE, pice illinere. Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

PISCENARIVS, piſcarius, Gall. *Poiſſonnier.* Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 694. V. *Piſcionarius.*

† PISCERNA, cella vinaria. Acta Mſ. capituli eccleſ. Lugd. a. 1344. V. *Pincerna* 2.

† PISCERNARIA, idem, in Ch. a. 1440.

† PISCIASIS, *lo fetore de la urina*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. ab Ital. *Piſcia*, vrina.

† PISCIDA, pyxis, apud Barel. in Sermon. V. *Piſſida.*

PISCINA. (1) Locus in quo manus Sacerdotes lauant, et vbi ablutiones Sacerdotis, Miſſam celebrantis, iniiciuntur, in lib. Vſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 21. 53. (2) Solium balnei. S. Auguſtinus lib. de Dialect. c. 5. *Piſcina dicitur in balneis, in qua piſcium nihil ſit, cum nihil piſcibus ſimile habeat: videtur tamen a piſcibus dicta propter aquam, vbi piſcibus vita eſt.* (3) Locus in quo piſcatur, Stagnum, Gall. *Etang.* Charta Arnulf. Luxou. Epiſc. in Tabul. Corbeienſi.

PISCINALE, PISCINALIS, idem quod *Piſcina* 2. Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Piſcinale; Fiſchhus*, i. piſcium domus. Charta Roberti Principis Capuae an. 1121.

† PISCINARIA, locus in fluuio capiendis piſcibus aptatus. Ch. Mſ. a. 1105. V. *Piſta* 3.

PISCIONARIVS, piſcarius, Gall. *Poiſſonnier.* Charta Comit. Gaufredi apud Baluzium Miſcell. to. 7. p. 234. † Alius eſt miniſter monaſticus, cui piſcium miniſtrandorum vel etiam viuariorum piſcium cura incumbit. Comput. Mſ. a. 1326.

PISCIS. (1) Panni ſpecies, († coloris, ni fallor, ad florem perfici accedentis, V. *Perſus.*) Hariulfus l. 2. c. 10. *Albas lineas 260. caſulas de pallio 30. de purpura 10. de florace 6. de Piſce 1. de plata 15. etc.* Ita lib. 3. c. 3. *Caſulae . . . ſericae 3. ex Piſce 1. etc.* (2) PISCIS REGALIS, qui ad Regem iure regio pertinet, vt ſunt balaena et ſturgio apud Bractonum lib. 1. c. 5. §. 7. et in Conſuetudine Norman. art. 603. Fleta l. 1. c. 45. † PISCIS PENDICVLVS, an qui ex praeſtatione debetur et penditur, vel qui hamo capitur, a quo pendulus eſt? Ch. Mſ. a. 1145. PISCIS PVBLICVS, vendibilis, ni fallor, Gall. *de Vente*, († ſeu potius, communis, i. e. maiorem inter et minorem). Chron. Farenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 479. PISCIS GROSSVS, V. *Craſſpiſcis.* PISCES ALBI, in Itinere Camerarii Scorici c. 16. 19.

PISCOSITAS, piſcium abundantia; item, ius piſcationis. Guibertus in Vita ſua c. 2.

PISELE, PISELIS, PISELVM, V. *Gynaeceum* et *Piſalis.*

PISEMA, *Speculer*, *Specula*, *Phyladerium.* Ita Gloſſae antiquae MSS.

PISETVM. (1) Ius Strigonienſis vrbis in vrburis aurariis, Sambuco. Tractatus de vrburis: *Archiepiſcopis de ſingulis marcis pagamenti monetae tempore currente ſinguli vnum Piſetum exſolverens, etc.* (2) † Ager piſis conſitus. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

PISICVM, praeſtatio ex piſis. Tabular. S. Vincentii Cenoman.

† PISMA, *ira, altitudo, ſuperbia.* Gloſſar. vet. Cod. 7613.

PISO inſtrumentum quo pinſitur, etc. V. ſupra *Piſtere.*

† PISO-

† PISONALE, PISSONALE, mensurae ſpecies videtur, f. ab Ital. *Pizzico*, pugillus. Ch. a. 1249. in Monum. Aquileg. p. 746. *Duae azimae de vno piſonali de ſextario.*

† PISQVA, i. q. *Piſca 3*, in Ch. Mſ. a. 1316.

† PISQVERA, idem, Hiſp. *Peſquera.* Acta SS. t. 6. Iul. p. 56.

PISQVERIVM, pro *Piſcaria*, vivarium, V. *Claperius.*

† PISSA, macra, arca in qua pinſitur. Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Piſſelli.*

PISSAGO, *pix liquida.* Gloſſ. Iſid. Ex ver. Vocab. vbi legitur, *Piſſeygra, pix liquida*, Martinius emendat *Piſſa hygra*, a Graec. ὑγρά.

† PISSARE, mingere, Gall. *Piſſer*, Germ. piſſen. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1357.

PISSASPHALTVS, Graec. πισσάσφαλτος, pix bitumine miſta. Vita S. Syncleticae to. 1. Ianuar. p. 251. Aliis *naphta* dicitur.

PISSATVM. Charta an. 1250. in Tabul. Capituli Pariſ. l. 2. Ch. 35. *Et de omnibus pertinentibus ad maioriam antedictam, videlicet meſſariam, inueſtituras, eſbonagia, coſſatum, et Piſſatum grangiae de Ciniliaco.* Praeſtationis ſpecies videtur, quae pro ponderibus publicis exigebatur, a Gall. *Peiſer* vel *Peſer*, ponderare. Id maxime ſuadet vox *coſſatum*, qua ſignificatur id quod pro menſuris penſitatur. Ne cui vero vox *grangia* negotium faceſſat, monemus eo loci villam, praedium ruſticum ſonare.

† PISSAXERA, *la pece dura.* Gloſſ. Lat. Ital. Mſ. V. *Piſaigra.*

† PISSELLI, *piſſi, piſtamen oni*, λεκυθος. Reg. in Caſtigat. ad vtrumque Gloſſar.

PISSENTVNEGA, mingens in tunica. Vita B. Amati to. 2. Maii p. 351.

† PISSIA, piſum et quidquid leguminis eo nomine intelligitur. Reg. Cam. Comput. Pariſ.

PISSIDA, PISSIS, pro *Pyxis*, Gall. *Boete.* Litterae Philippi V. Reg. Franc. an. 1317. to. 1. Ordinat. p. 754.

† PISSITARE, guſtare. Comoed. ſine nomine. V. *Pitiſſare.*

PISSONAGIVM, tributi ſpecies, primitus ex piſcibus, etiamnum Picardis *piſſons* dictis: traducta deinde ad caeteras praeſtationes. Tabular. Epiſcop. Autiſſiod.

PISSONALE, PISSONALIS, V. *Piſſonale.*

PISSONARIA, forum piſcarium, in Teſtamento Geraudi de Abbatisvilla an. 1271. in Hiſtoria Pontiuenſi p. 205.

PISSORIVM, vas coquinarium. Statuta MSS. Monaſt. Litin. an. 1453.

PISTA. (1) In Capitul. Caroli M. de villis c. 49. *Vt genitia noſtra bene ſint ordinata, id eſt, de Caſis, Piſtis, ſuguriis.* Aedificii genus eſſe ſuadent vett. Gloſſ. *caſa, ſugurium, pergula.* Vnde *Piſta* idem omnino videtur quod *Pergula* 2. Vide in hac voce. (2) Vox Italica, impreſſi veſtigii nota, Gall. *Piſte.* Annal. Eſtenſ. ad an. 1408. apud Murator. to. 18. col. 1058. (3) † PISTAE, *quibus vnduntur capita*, in ver. Gloſſar. Cod. 7613.

PISTACVLVM, *pilum*, ὑπεγον, in Gloſſ. Gr. Lat.

PISTANCIA, PISTANCIARIVS, V. *Pictantia.*

PISTARE. (1) Idem quod *Piſere* ſubigere, Gall. *Paitrir*; ex *piſtus* vox conficta. Leg. Palat. Iacobi Reg. Maioric. to. 3. Act. SS. Iunii p. XVI. (2) Pilo tundere, Gall. *Piler.* Veget. lib. 1. Mulomedic. *In pila lignea Piſtabis cerneſque ſubtiliter.* (3) † Premere, calcare, Ital. *Peſtare.* Inquiſ. a. 1273.

† PISTATRIX, quae panem facit et vendit, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 506. V. *Piſſa.*

PISTATVS, ab Ital. *Piſtare*, contundere, Gall. *Piler.* Chronic. Mutin. ad an. 1311. apud Murator. to. 11. col. 99. V. *Peſtare.*

PISTE, telae ſeu panni ſpecies. Inuentar. an. 1342. in Tabular. S. Victoris Maſſil. *Item vnam mapam Piſte.* Haud ſcio an legendum ſit *Piſcis.* V. in hac voce.

† PISTELLA, σκυφαριον, Germ. *Fiſcella*, Reg. *Piſcella.* F. ciſtella vel ſcutella. Caſtigat. in vtrumque Gloſſar.

† PISTEL-

† PISTELLVM, campanae clauis ferrea. Comput. Mſ. a. 1508.

PISTENARIVS, piſtor, Gall. *Boulanger*. Charta Eduardi III. ann. 1341. apud Rymer. to. 5. p. 254.

PISTERNA, pro *Pincerna*. V. *Picerna*.

PISTEVGIS. Pontificale Benignianum: *Oratio in Sabbato ſancto Paſchae ad Reddentes; dicit dominus Papa poſt Piſtengis, etc.* In Cod. MS. Card. Otthoboni, *poſt Piſtenſis*. Vbique legendum videtur diuiſis vocibus πιστεύω εἰς, quae ſunt prima Symboli Graeci verba.

PISTICVS, probus, fidelis, non adulterinus: ex Graeco πιστικός. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Piſticus, i. fidelis, feal.* Adhelelmus Sagienſis Epiſc. in Miraculis S. Opportunae n. 2. *Vitae eius Piſticus ſcriptor*, id eſt, fidelis, verax. Anonymus MS. ex Biblioth. Thuan. Cod. 525.

Qui calus eſt, in praxi ſimilis eſt,
et Piſticus homo,
Illius oda placet, qui recte Theologizat.

Id porro epitheti maxime tribuitur *Nardo*, quam πιστικὴν vulgo vocant Graeci, id eſt, non adulteratam, vti Baronius an. 32. num. 26. Caſaubonus in Exercit. Scaliger, Salmaſius et alii vertunt. Gloſſae Latinae MSS. Regiae: *Nardum Piſticum, Chriſma ſine impoſtura.* A certo vero loco dictam *Piſticam nardum* cenſet S. Auguſtinus in Euang. Ioan. Tract. 50. c. 12. *Quod ait Piſtici*, (nardi) *locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum pretioſum.* Alii Nardum *ſpicatam*, non *piſticam* dictam volunt. Marcus enim, vt et Ioannes, σπικάτης habet, vnde Marci interpres *Spicata* retinuit, ita vt nardus ſic dicta fuerit, quaſi ex ſpicis confecta, eoque pretioſa ac βαρύτιμος. At aliud *nardum piſticum*, aliud *ſpicatum* eſſe ſcribit Eucherius Lugdunenſis de diuerſis vocabulis: *Nardum piſticum, nardum fidelem, id eſt ſine impoſtura, Graecum eſt. Nardum ſpicatum, ab eo, quod ſpecies ipſa nardi in modum ſpicae ſit, quae infuſa conficitur.* Hinc PISTIS, *genus aromatis*, in Gloſſ. Arabico-Lat. Sed de Nardi variis ſpeciebus V. Ruellium.

† PISTIGLIO, fibula, vel globulus, quo veſtis adſtringitur et ornatur. Conſtitut. eccleſ. Sabin.

PISTININVM, ſ. opus piſtorium, Gall. *Paté*, Ital. *Paſtizzo*, cuius dimin. eſt *Paſticcino*. Chron. Petri Azarii ad an. 1357. apud Murator. to. 16. col. 344. *Compater, ne diſcedas, comedemus Piſtininum. Reſpondit proditor: bene placet; ſed comedemus domi meae, quia habeo melius vinum.* Niſi paſtinacam Gall. *Panais* intelligas. V. *Piſtritia*.

PISTIS, V. *Piſta* 2. et *Piſticus*.

† PISTOLARE, i. q. *Piſtolarium*. Inuent. a. 1491.

PISTOLARIVM, pro *Epiſtolarium*, liber epiſtolarum quae leguntur in ſacris Liturgiis. Occurrit in Inuentar. an. 1342. ex Archiuo S. Victoris Maſſil.

PISTOLETTVS, brevior ſclopetus, Gallis *Piſtolet*, tom. 5. Ampliſſ. Collect. Marten. col. 1442. Vnde ducta ſit vocis origo, vide in Etymol. Gall. Menagii.

PISTOR DVLCIARIVS, Gall. *Patiſſier*, V. *Paſtillus* 2.

PISTORA, piſtrix, quae panem conficit vel vendit. Inquiſitio an. 1276. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 25. V. *Piſtoriſſa*.

† PISTORESSA, idem, in Ch. Mſ. a. 1298.

PISTORIA. (1) Locus, vbi piſtores panem conficiunt, in Lege Bajwar. tit. 9. c. 3. (2) Ars piſtoria. Charta an. 1309. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 97. (3) Dignitas Eccleſiaſtica. Literae Galteri an. 1208. in Tabular. Audomar. V. *Panetarius*.

PISTORISSA. Gloſſae vett. *Piſtrix, κάπηλος, καὶ ἀγοραῖος*. Libertates MSS. Saluaeterrae in Ruthenis an. 1284. *Piſtor vel Piſtoriſſa, etc.* V. *Panetarius*.

† PISTREGA, molendinum ad tundendum et comminuendum. Ch. a. 998. apud Murat. t. 5. Antiq. p. 742.

† PISTRILA, *le furne*. Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PISTRI-

PISTRINARE, panem conficere, Gall. *Faire du pain*, apud Rymer. to. 9. p. 253. PISTRIRE, eadem notione, ex Catholico apud Laur. in Amalthea.

PISTRINARII, piſtores, in Regula S. Pachomii c. 67. Vlpian. D. l. 16. tit. 3. l. 1. vbi *Piſtrinarius* eſt piſtrini cuſtos.

PISTRINICVS, ἀρτοκοπικὸς, in Gloſſ. Lat. Gr. *Piſtrinenſis*; Sangerm. *Piſtrinienſis*.

PISTRIRE, V. *Piſtrinare*.

PISTRITIA, opus piſtorium, Gall. *Patiſſerie*. Chron. Mutin. apud Murator. to. 11. col. 117. V. *Piſtinium*.

PISTVM. Laudes Papiae apud Murator. to. 11. col. 29. *Cum vadunt ad indulgentiarum loca, nunquam vacua manu perguntˇ, quin ſerant ſecum... alicuius ſpeciei legumina, milium contuſum, quod Piſtum vocatur.*

PISVS. Conſtitut. Iacobi Reg. Siciliae c. 33. *Si aliquem a noſtra curia feuda tenentem in capite, vel etiam ſubfeudatarium nullo haerede legitimo per lineam deſcendentem, ſed fratre, ſeu eius liberis ſuperſtitibus, mori contingat, ſi feudum Piſum ab aliquo ex parentibus ſibi et fratri communibus, vel non communibus peruenerat ad defunctum, etc.* Nihil in hanc vocem habet Marius Muta, earumdem Conſtit. commentator; forte leg. *poſſeſſum*, adeo vt *piſum* contracte ſcriptum fuerit.

PITA. (1) Lambertus Ardenſis, p. 141. *Vbi vſque hodie inueniuntur quaſi reliquiae gentilium, rubeae videlicet tegulae, teſtae vaſorum minii coloris, et fragmenta vaſculorum vitreorum, vbi nunc ſulcante aratro reperitur Pita ſiue via dura et lapidea, a mariſco in ſiluam calcata. Piſtes* etiamnum viae veſtigia appellant Galli. Haud ſcio an legendum ſit *Pira*. V. *Pirgius*. (2) Moneta minutior Francica. V. *Picta* 3.

† PITACEATVS, panni *pitaciis* ſ. fruſtis reſarcitus. Act. SS. t. 1. Aug. p. 646. V. *Pittacium*.

PITACIOLVM, V. *Pittacium*.

† PITAGIVM, i. q. *Pedagium*, tributum quod penditur. Bulla Gregor. X. a. 1271. V. *Petagium*.

PITALFVS, vas vinarium, lagena minor, idem quod aliis *Bota* vel *Buta* dicitur. V. in hac voce. Forte a Gr. πῶος, dolium, vrceus, πιθάκνη, doliolum. V. *Pitharia*. Vetus Ceremon. MS. B. M. Desuratae Toloſ. PITALPHVS, PYTALPHVS, eadem notione. Tabul. Piperac. an. 1394. PITELFVS, eodem ſignificatu, in Litt. an. 1347. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 567. † PITALPHIVS, PITALPHVS, in Ch. Mſ. a. 1378.

PITALLVM, vt ſupra *Peſtillum*, inſtrumentum, quo aliquid teritur. Comput. an. 1239. MS.

† PITANCHARIVS, i. q. *Pitanciarius*, in *Pittantia*. Comput. Mſ. a. 1319.

† PITANCIA, mendoſe vt videtur pro *Pitacium*, ſchedula mercatoria, in Act. SS. t. 3. Iun. p. 430.

† PITANCIARIA, quidquid ab abbate procurandis monachorum *pitanciis* attributum erat. Iuram. abbat. Cormeriac. V. *Pittancia*.

PITANSARIVS, PITANTIA, etc. V. ſupra *Pittantia*.

† PITARCIA, i. q. *Banneria*, vexillum. Ludew. t. 11. Reliq. p. 26.

† PITARGVS, *Bordon*, *Pron.* in Gloſſ. Lat. Prouinc. Cod. 7657.

† PITATIO, charta, ſcheda, t. 2. Sept. p. 755. V. *Pittacium*.

PITHARIA. Vincentius Beluac. l. 31. c. 144. *Vbi eſt theſaurus ſuus, et dicitur quod ibi ſuus 16. Pithariae, plenae auro depurato, etc.* Πῶος, πιθάριον, dolium, doliolum. Hollandi vulgo dicunt *tonne d'or*. V. *Pitarium*. † Male fortaſſis lectum pro *Picharia*.

PITHAVLES, qui vtre ſymphoniaco, Gall. *Cornemuſe*, canit. Vtitur Vopiſcus in Carino 1. 19. de ludis, et Seneca Ep. 76. † πυθαυλοί.

† PITIA, V. *Piccia*.

PITIGMATA, V. *Ptigmata*.

PITISMA, *cordae extenſae in templo*, in Gloſſis ad Doctrin. Alex. de Villa Dei.

PITISSARE, vel PYTISSARE, Papiae MS. *Portare*. Leg. *Potare*. Eadmerus lib. de S. Anſelmi ſimilitud.

tud. c. 15. *Aliquando* (simul delectantur) *auditus et gustus, vt cum aliquem sic bibere delectat, vt inter labia sua sonitum quemdam Pitissando faciat.* Vox veteribus nota, ad quam consule Martinii Lexicon.

† PITISSATOR, qui ex officio gustat, vt de potionum bonitate iudicet. Reg. eccles. Belnac.

† PITIVS, mendose pro *Prisus*, in Probat. t. 1. nouae Hist. Burg. p. 94. V. *Priso 1.*

PITRATVS. Fragmentum Petronii: *Etiam rides; cepa Pitrata.*

PITT, fossa, qua Scoti fures femineas immergebant. Ita Spelman. ex Skenaeo. V. *Fossa 1.*

PITTA, moneta minutior, V. *Picta* 3.

† PITTACIARIVS, *Chavetier, a Pittacium, savate.* Glossar. Lat. Gall. Cod. 7679. V. *Pittaciarius.*

PITTACIVM, tabula fusili pice, (Graeci πίσσιον et πίττιον vocant) illita ad exarandum: Scheda, epistola; sed maxime ea, quae in quadrum est complicata; vt obseruat Eustathius ad Homerum p. 633. Papias: *Petasia et Petasiola, modica pars cartae.* Alibi: *Pitacium vel pitaciola, membranula, epistola.* Guill. Brito in Vocab. *Pictacium a pingo dicitur epistola brevis et modica. Item pittacium dicitur cedula de membrana decisa. Item pittacium dicitur corii particula, quae soleae repetiatae insuta est. Vnde pittatiatus, repetiatus.* Ex Iosuae c. 9. *Calceamentaque peruetusta, quae ad indicium vetustatis Pittaciis consuta erant.* Vbi Gr. Editio σανδάλια κατατετριμμένα habet. V. *Pecia.* PITACIVM. S. Eulogius in Epistola ad Aluarum. PICTACIVM, idem. Vocem deducunt quidam ex πυκτὸς, πύκτης, *Pugillares tabellae*, indeque Germanos *buch*, Anglos *book*, et Belgas *boek* pro libro dixisse volunt. Glossae Isidori: *Pictacium, epistola brevis et modica. Pittaciuncula, Membrana.* Nouella Theodosii de filiquarum exact. V. *Pecia.* PYCTATIVM et PYTATIVM, eadem notione. Iohannes Diaconus in Vita Gregorii M. c. 45. PITTACIOLVM, et PITACIOLVM, diminut. a *Pittacium*, pro schedula: vnde forte Galli fecum *billet* pro *pillet* hauserunt. Hariulfus l. 4. c. 17. Hinc est quod apud Laur. in Amalthea *Pittaciolum, Pittaciuncula* vsurpatur pro chartula dolis affixa ad patriam et numerum vini designandum, vt et pro annonaria specie militibus data. PICTACIOLVM. Glaber Rodulphus l. 3. apud Duchesnium to. 4. p. 31. PITTACIOLVS. Hincmarus Episcopus Laudunensis in Praefatione ad Collectionem ex Epistolis Romanorum Pontificum. Ex his emendandus monachus Sangallensis l. 1. c. 36. de sagis virgatis Frisonicis ac curtulis, vbi Carolus M. sic ait: *Quid prosunt illa Putaciola, in lecto non possum eis cooperiri, canalicans contra ventos et pluuias neque defendi, ad necessaria naturae sedendo tibiarum congelatione deficio. Pittaciola* enim vocat *virgas* sagorum, quae inde *virgata* dicuntur Poëtae, quod instar *Pittaciorum* essent effictae. Atque ita vocari videntur fustula sagi militaris sericei, a Willelmo Britone l. 11. Philippid. p. 231.

Sic percussa patet, sic intercisa minutis
Pittaciis pendet, dum demolitur eandem
Tunsio crebra nimis clauae mucronis et hastae.

PITTANTIA, PITTANTIARIA, etc. V. *Pictantia.*

PITTAPHIVM, in Append. 2. ad Vitam S. Angeli Catinel. to. 2. Maii p. 841. *Legerunt quoddam scriptum seu Pittaphium scripturae, etc.* Epitaphium interpretantur Bollandistae; malim ego pro *Pittacium* esse scriptum. V. in hac voce.

PITTARIVM, vas quoddam, idem quod *Pitharia.* V. in hac voce. Necrolog. Lauresham. apud Schannat. Vindem. Litter. p. 37. † Mendose forte pro *Picarium.*

PITTERA, modus agri vel vineae. V. *Pedatura.*

PITTO. Caput 72. Legis Salicae ex Cod. Regio, apud Steph. Baluzium: *Si quis Pitto alterius excusserit tunitu stricto, 120. denariis, qui faciunt*

cimus ſolidos 3. culpabilis iudicetur. Paulo aliter in Codice Pithoeano apud eumdem to. 2. p. 989. *Si quis alterum Pitto excuſſerit, Malb. Vuiſtritto ſuus den. 120. qui facius, etc.* Vtrumque emendat Eccardus in Notis ad hunoce titulum, cenſetque legendum *widu ſuitto*, quod ſalicis excuſſionem ſeu inciſionem ſignificabat, quae eo grauius puniebatur, quia magnus ſalicum vſus eſt in ſepibus conficiendis. Eſt autem a Saxon. *Wide*, ſalix, et *ſuiden*, incidere, excutere. Hinc Gloſſ. Ratisbon. *Salix*, *wida*; vnde *witnus* primum, exin *pitnus* corrupte natum exiſtimat vir erudirus. *Pitnus* legitur tit. 32. c. 9. eiusdem Leg. Salicae edit. Baluz. *Si quis compari ſuo Pitnum excuſſerit, etc.*

PITVITA, V. *Picuita.*

PITVITAS, Latinis Pituita, narium vel oculorum humor redundans. Quaeſt. MSS. Mag. Odonis de Miſſa. Vtitur Arnobius.

PITVRA, praeſtatio, triburum, a *Peyta*, Gall. *Paye.* († Nequaquam, idem enim eſt ac *Pictura*, modus agri vel vineae.) V. *Peitare.* Tabular. S. Vincentii Cenoman.

PITZVLVM. Gloſſ. Medicum MS. Reg. ſign. 1486. *Puſca*, *i. Pituitum*, *ex quo fit puſca medicinalis.*

PIVANGA, menſura agraria apud Germanos, a voce Pfang. Wiguleius Hondius in Metropoli Salisburgenſi to. 2. p. 8. *Hermannus Abbas obtinuit campum diuidi per funiculos, ingera 12. huoba ingerum habebat 12. Pivangas. Facta haec partitio praeſente Hermanno an. 1247.*

PIVIALE, vox Italica, idem quod infra *Pluuiale*, veſtis epiſcopalis. Chron. Foroliu. apud Murator. to. 19. col. 888.

PIVIO, idem quod *Pipio*, Gall. *Pigeon*, apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1391.

PIVNCVLVS, V. *Pipiones.*

† PIVOTVS, a Gall. *Pivot*, axis, cardo. Comput. eccleſ. Pariſ. a. 1381.

PIVS, Epitheton, vt videtur, vrbis Toletanae, apud Iſidorum Pacenſem Epiſcopum in Chronico aera 685. *Hic crebra Concilia clarente Eugenio vrbis Regiae Metropolitano Epiſcopo Toleto Pio . . . recollegit.* Ex quo ſane loco dubium videtur, quod alias aſſerit Antonius Auguſtinus de Numiſmatibus dialogo 7. Inſcriptionem, quae in auerſa complurium nummorum Hiſpaniae Gothicorum Regum conſpicitur ac legitur, TOLETO PIVS, vocem poſtremam ad Principem, cuius eſt, ſpectare, vt in Leouigildi Regis numiſmate, TOLETO IVSTVS. Hunc lege, ſi tanti eſt, et expende. Eiusmodi etiam Regum Hiſpanicorum Gothicos nummos cum hac voce, PIVS, adiecta vrbium aliarum nominibus recenſet Ambroſius Morales toto lib. 12. vbi quasdam profert, quae habent TOLETO IVSTVS, ELBORA IVSTVS, c. 4.

† PIXA, pullus, i. q. *Piccia* et *Pitza.* Ch. a. 1175.

† PIXARIVS, ſpecierum mercator, Gall. *Epicier.* Ch. a. 1223.

† PIXIDARIVS, qui machinae bellicae, *Pixis* appellatae, praeeſt, German. Büchſenmeiſter. Ludew. t. 11. Reliq. p. 33.

PIXIS. (1) Vel PYXIS, machinae bellicae ſpecies, Germanis Büchſe, vt auctor eſt Freherus. Thwroczius in Ioanne Huniade c. 46. *Ac caſtris bellicis machinarum, Pixidum, ac aliorum tormentorum hoſtem ferientium ingeniis munitis et refertis.* (2) † Pix, gummi. Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

PIXITA, locus pici conficiendae aptus. Teſtamentum Bertichramni Epiſc. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. p. 130.

PIXONANDVS, locator, conductor, ab Ital. *Pigionare*, Gall. *Locataire.* Statuta Aſtenſ. f. 9. vo.

PIZARE, firmare, ſtabilire, ni fallor, Gall. *Aſſurer.* Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae an. 1435. ex Cod. MS. Lancelot.

PIZOCATA, laicus inter fratres alicuius tertii ordinis relatus, Italis *Pinzochero.* Bulla Leonis PP. X. an. 1516. in Magno Bullar. part. 4. p. 37.

† PIZO-

† PIZOCHERA, mulier alicui tertio ordini religioſo addicta. Bulla Eug. IV. PP. a. 1443. V. *Pinzocherus.*

PIZVM, pro Piſum, *Peaſe* Fuxenſibus. Obituar. S. Martialis Lemouic.

PIZZA, placenta, ex Italico *Pizza.* Charta an. 1195. apud Vghellum to. 7. p. 1321.

PIZZICARIVS, ſalſarum aut pinguium mercium minutim vendendarum propola, pinguiarius, Italis *Pizzicagnolo*, vt obſeruant Bollandiſtae. Vita B. Lucheſii to. 3. Aprilis pag. 598.

PLACA. (1) Contractus Nauigii D. Regis cum Venetis an. 1268. tom. 5. Hiſt. Franc. *Et pro vno milite habendo Placam coopertam ab arbore de medio verſus puppem, marchas duas et quartam; et pro vno ſcuifero habendo Placam diſcoopertam in loco praedicto vncias ſeptem argenti, . . . et pro quolibet alio peregrino habendo Placam ab arbore de medio ad proram cum ſuis viandis, et habuiſſis marcham vnam, etc.* vbi *habendo* ſumitur pro *habente*, et pro *habuiſſis* leg. *harneſiis;* vt *Plaça*, pro *Placa.* V. *Placea.* (2) Moneta, quae in Statuto Henrici Regis Angliae, dato Pariſiis 20. Novemb. an. 1426. 4. maioribus *Blancis*, ſeu *Albis* aeſtimatur: *Plaque.* PLACCA. Chron. Bonae Spei p. 417. ad an. 1481. *Placa* erat ponderis 68. vel 69. gran.

PLACABILIS. (1) Placitus, gratus, acceptus. Charta an. 2. Caroli Calvi in Chartular. Eccleſ. Aptenſ. fol. 114. V. *Placibilis.* (2) † Vox chymica, plicatilis. Roſar. Mſ. c. 4.

PLACAMENTVM, propitiatio. Vita B. Simonis de Lipnica, to. 4. Iuiii p. 522. Vtitur Plinius l. 8. c. 72. et l. 21. c. 19.

PLACARE. (1) Paciſci cum aliquo, pactum inire. Lex Bajwar. tit. 11. c. 7. §. 2. V. *Placitare* in *Placitum.* (2) I. q. *Pacare*, ſoluere, niſi etiam ita legendum ſit, in Conſtetud. Vernolii an. 1365. to. 4. Ordinat. Reg. Franc. p. 644. (3) Gall. *Plaquer.* Concilium Auenionenſe an. 1279. cap. 1. *Domos Eccleſiarum occaſione quacunque ſerrare, ſeu claudere, vel ferrare, ſeu Placare, etc.* Vbi legendum viderur *Plancare.* V. in hac voce. (4) PLACARE SIGILLVM, apponere. Continuat. Chron. Guillel. Nangii to. 11. Spicil. Acher. p. 751. ad an. 1331. (5) † Inducere, a Gall. *Plaquer*, inde PLACATVRA, ipſa inducendi actio, Gall. *Placage.* Comput. Mſ. a. 1520.

† PLACATICVM, i. q. *Plateaticum*, in Ch. a. 1235.

PLACATVS. (1) Planus. Mirac. B. Simonis Eremit. Auguſt. to. 2. April. p. 825. (2) † *Sigillum placatum, Sigillum in placato*, in Inuent. Chartar. reg. a. 1482. Sigillum litteris ipſis appoſitum, ad diſcrimen ſigilli penſilis.

PLACATVRA, V. *Placare* 5.

PLACCA. (1) Moneta, V. *Placa* 2. (2) † Armaturae ſpecies ex laminis confecta, in Teſtam. a. 1349. V. *Plata* 1.

PLACCELLVS, diſcus cibarius, lanx, Gall. *Plat.* Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 628.

PLACEA. (1) Locus, ex Gallica voce *Place*, quae a Germanico Platz, campus, forte orta; vel potius a Gr. πλατεῖα, vnde Lat. platea non abſimili notione. Vetus Charta apud Waddingum an. 1231. 53. *Confirmani . . . . Placeam terrae, quae ſe extendit in longitudine, etc.* V. *Placia* 2. (2) Arx, caſtrum, locus munitus; *Place* eadem notione dicunt. Galli, et Platz Germani. Litterae Henrici IV. Reg. Angliae an. 1409. apud Rymer. to. 8. p. 611. (3) † Locus ſepulturae, in Comput. Mſ. a. 1408.

† PLACEARE, incedere, ambulare, Ital. *Piaggiare.* Stat. Taurin. a. 1360.

† PLACEARIVS, aedilis, ſcabinus qui *Placita* ſ. lites ciuium diiudicat. Litt. Mſ. a. 1348. V. *Paciarius* in *Pax.*

† PLACEATIO, locus vacuus indefinitae magnitudinis, Gall. *Place*, Germ. Platz. Chartul. S. Ioann. Angeriac. V. *Placea* et *Plaſtrum.*

† PLACEBO, veſperae pro defunctis ita vocatae a prima earumdem antiphona. Teſtam. Franc. duc. Brit. a. 1449.

PLA-

PLACENS, amatus. Inſtrum. ann. 1099. apud Mabillon. to. 5. Annal. p. 414.

PLACENTARIVS. (1) Gloſſae Graeco-Lat. πλακουντάριος, *Placentarius, Dulciarius.* Palladius in Hiſt. Lauſ. c. 6. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καὶ ἱερεῖς διάγουσι καὶ πλακουντάριοι. (2) PLACENTARII, Scurrae, ludiones, faceti, Gall. *Plaiſanteurs*, vel *Plaiſantains.* Petrus Damiani l. 6. Ep. 33.

PLACENTIA. (1) *Placendi ſtudium*, Laur. in Amalth. Apul. de Dogm. Plat. (2) † Patientia, tranquillitas, t. 2. Mart. 1. 142. (3) † Voluntas, arbitrium. Teſtam. Alph. reg. III. a. 1271.

PLACENTINVM, veſtis muliebris ſpecies, in Regula Tertiariorum Ordinis S. Franciſci c. 3.

PLACENTINVS. Gloſſ. Gr. Lat. MS. S. Germani Pariſ. ἀρεσκὸς, *Placentinus*, in edit. *Placinus.* Goldaſtus *placitus* reſtituit. Certe etiamnum ioculatores *Plaiſantins* appellamus. Sed an hac notione vox haec accipi debeat in Capitulari de cauſis Regni Italiae c. 15. et in Lege Longob. l. 3. tit. 34. iure controuertitur: *Non eſt noſtra voluntas, vt homines Placentini per eorum praeceptum de curte palatii noſtri illos aldiones recipiant.* Ibi, vt monet Baluz. in Notis ad Capitul. Gloſſa interlinearis in Codd. regiis habet: *Placentini, id eſt, adulatores.* Verum haud ſcio an pro *Placentini* legendum ſit *Palatini.* V. in hac voce.

PLACERE, *placitum* ſuum implere, iuri ſtare. Lex Ripuar. tit. 67. §. 3. Melius *placitare* edidit Baluzius.

PLACERIVS SCRIBA, publicus, tabellio, Gall. *Greffier.* Statuta Genuenſ. lib. 4. c. 13. fol. 81.

PLACETVM. (1) Pro *Pleiſſetum*, ſepes, virgulae ſimul implexae, Gallis veteribus *Pleſſeis.* V. *Pleiſſeicium.* Albericus in Chron. MS. an. 1239. (2) PLACETI LITTERAE, Quibus *placet* adſcribitur, vt petitio vim habeat. Statuta Eccleſ. Meld. an. 1493. to. 2. Hiſt. eiusd. p. 516.

† PLACHEA, platea, Gall. *Place*, in Ch. a. 1061.

† PLACHETVM. Ch. a. 1136. inter Inſtr. t. 10. Gall. Chriſt. p. 254. *Infra has metas — deſcendente a placheto ipſius Achy ad viuarium.* V. *Placetum.*

PLACIA. (1) Vel PLAZIA, tributi ſ. vectigalis ſpecies. Charta Guillelmi Siciliae Regis an. 1179. apud Vghellum to. 7. p. 704. *De Placia autem, foreſteria, et bando, ſit ita ipſa Eccleſia libera . . . ſicut eſt, etc.* Alia Rogerii I. Siciliae Regis apud eumdem to. 9. p. 45. *Concedimus . . . de ipſis hominibus, et ab eis deſcendentibus perpetuo habere legem et Plaziam, ſicut a ſuis hominibus et villanis.* V. *Plana* 2. (2) Locus, a Gall. *Place*: item modus agri, vt ſupra *Pecia*, Gall. *Plaçage.* Charta Guillelmi *de Baux* Principis Arauſion. an. 1215. V. *Placea.*

† PLACIATVM, i. q. *Plateaticum*, ap. Cenc. inter Cenſ. eccl. Rom.

PLACIBILIS. (1) Placitus, gratus. Anaſtaſius Bibl. in Hiſt. Eccl. V. *Placidus.* (2) † *Differentia placibilis*, in Ch. Mſ. a. 1393. i. e. quam indicare nobis placuerit.

PLACIBILITAS. (1) Placendi ſtudium, amabilitas. Sallas Malaſpinae lib. 1. Rer. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. p. 204. (2) Quies, tranquillitas. Collatio Matthaei de Cracouia, apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. p. 144.

PLACIDA, lamina. Acta SS. to. 1. Iunii p. 56. de S. Secundo.

† PLACIDE, lepide, venuſte. Dial. Creatur.

PLACIDITAS. (1) Manſuetudo, humanitas. S. Nilus Ep. 162. (2) † Obſequium, officium, Ch. Mſ. a. 1297. V. *Plaſerium.*

PLACIDVM, lis intentata, controuerſia, litigatio. Acta S. Lidani to. 1. Iulii p. 346. *Denoratus extitit a lupis, de quo maximum Placitum habuerunt.* V. in *Placitum.*

PLACIDVS, vt *Placibilis.* Bulla Bonifacii VIII. PP. an. 1295. ex Bibl. Reg.

PLACIMENTVM, vt *Placidum.* Chartul. S. Petri de Domina fol. 63.

PLACITAMENTVM, conſenſus domini, ſeu praeſtatio pro eodem conſenſu,

ſenſu, *Laudimium*. Tabular. eccleſ. Gratianop.

PLACITARE. (1) Litigare, lite contendere. Capitula Caroli Calui tit. 53. et alibi paſſim. PLACITARE PER BREVEM, ſcripto in ius vocare atque litigare. Tabular. Rotomag. (2) Ad placitum vocare, ſubmonere. Lex Ripuar. c. 67. (3) Placitis praeſidere. Capitul. Caroli M. a. 807. (4) Conuenire, paciſci, in Ch. a. 1318. PLAITARE, in Epiſt. Ioann. VIII. PP. (5) Ex *Placito* ſeu pacto concedere. Lex Alemann. c. 55. (6) SVBPLACITARE, IMPLACITARE, in ius vocare, in Monaſt. Angl. et alibi paſſim.

PLACITAS, territorium, diſtrictus. Ch. Mſ. a. 1142. V. *Placea*.

PLACITATIO. (1) Ipſa actio placitandi. Leges Kanuti Regis c. 17. (2) † Colloquium, apud Oefel. t. 1. Rer. Boic. p. 325.

PLACITATOR. (1) Litigator, paſſim. (2) † Iudex, arbiter. Ch. Mſ. a. 1130.

PLACITONIVM, in Chronico Moſomenſi, pro virilitigationibus placitorum, Gallis, *Plaidoiries, chicane*.

PLACITOR. (1) Patronus, defenſor, paſſim. (2) † Qui alteri tenetur ad euictionem. Chartul. S. Victor. Maſſil.

† PLACITORIVM, aula, locus vbi *Placita* aguntur. Ch. Mſ. a. 1319.

PLACITVM. (1) *Placita* vocabant conuentus publicos totius regni Ordinum, quibus Reges ipſi praeerant, et in quibus de arduis regni negotiis et imminentibus bellis tractabatur. Annales Francor. Bertiniani an. 763. *Pipinus Rex habuit Placitum ſuum Niuernis*. Ita an. 764. 765. 766. Anno vero 767. *Ibi Synodum fecit cum omnibus Francis in campo*. Paſſim. Bis autem quotannis tenebantur eiusmodi Placita. Hincmarus de Ordine Palatii c. 29. 30. Cum igitur omnes regni vaſſalli ad ea placita conuenirent, GENERALIA PLACITA ea appellata, vel *Communia*, vt in Charta Ludouici Reg. an. 847. apud Miraeum to. 1. p. 24. Charta Vindiciani Epiſcopi Atrebatenſis apud Baldricum l. 1. c. 25. *Placita* dicuntur Regiae litterae, quibus controuerſiae iudicium in frequenti eiusmodi Optimatum placito definitum continebatur. Neque etiam alinade repetenda origo tritae huius formulae, qua Regum Francorum edicta concluduntur: *Quia tale eſt noſtrum Placitum*. Gall. *Car tel eſt noſtre plaiſir*. Quamuis enim nunc de ſpeciali ac determinata Principis voluntate et auctoritate intelligi debeat, hoc vnum olim ſignificabat, *ita in generali noſtro placito ſtatutum eſt, ſeu tale eſt noſtrum placitum*. V. Saluaingum de Vſu feud. c. 12. PLACITVM REGALE, in Miraculis S. Vrſmari c. 1. et apud Reginonem an. 956. PLACITA GENERALIA interdum etiam appellant dominorum feudalium iudicia, quod ad ea vaſſalli omnes conuenire tenerentur: quae quidem aliis *Curiae generales* dicuntur: *Plaits generaux*, in Conſuetud. Valentian. art. 35. 36. Hugo Flauiniacenſis in Chronic. p. 132. *Exceptis alodiis, quae homines tenent ad Placitum generale reſpicientes*, id eſt, quorum tenentes placitis dominicis intereſſe debent: ſeu qui *ſeruitio placiti* obnoxii ſunt. SERVITIVM PLACITI, Gallis *ſervice de plaits*, quod vaſſallus domino ſuo feudato debet, cum *placita* ſua, ſeu *aſſiſias* tenet, quod *ſequi et iuuare dominum de Placito* vocabant. Hinc formula in hominiis, in Regeſto Toloſano Camerae Computor. Pariſ. paſſim: *Pro praedictis feudis vobis fidelis exiſtam, et fidele ſernitium faciam, videlicet guerram et Placitum, ad ſubmonitionem veſtram, vel cuiuslibet certi nuntii veſtri*. PLACITVM, penſitatio praeſtita pro immunitate a *ſeruitio placiti*. Charta an. 1068. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 1144. PLACITORVM COMMONITORES, quibus ex officio competit ad *placitum*, in ius vocare, apparitores. Primordia Calmoſiac. Monaſt. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1165. PLACITA TENERE. Synodus Cariſiaca cap. 2. *Epiſcopi quique in ſuis Parochiis, et Miſſi in illorum Miſſaticis, Comitesque in eorum Comitatibus, pariter Placita teneant*.

seneant. Hinc formula Gallica etiam hodie recepta: *Tenir les plaits.* PLACITA CVSTODIRE. Capitul. 3. an. 789. c. 1. *Comites . . . in venationem non vadant illo die quando Placitum debent custodire, nec ad pastum.* V. infra. PLACITVM CVSTODIRE dicebatur, qui in ius vocatus a iudice, placito intererat *per triduum, secundum Leges.* Charta Clodouei III. Regis an. 2. apud Mabillonium: *Sed venientes ad eorum placitum ipsi agentes iam dicto Abbati. Nonienso, in ipso palatio nostro per triduos, per plures dies, vt lex habuit Placitum custodissent.* PLACITVM CVSTODIRE, nude pro iis interesse. Capitul. excerpta ex Leg. Longobard. cap. 27. PLACITVM CAPITALE. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 31. *In summis et capitalibus Placitis vnus Hundredus vel Comitatus iudicetur a duobus, non vnus duos iudicet.* PLACITVM CENTENARII, cui praeerat iudex minor qui per centenas ius dicebat, quique non nisi de minoribus causis diiudicabat. Capitul. 3. cap. 4. V. *Centenarius.* PLACITVM CHRISTIANITATIS, in quo causae ac quaestiones, quae ad religionem pertinent, agitantur, cui Episcopus vel alius eius nomine praeest, idem quod infra *Placitum Episcopi*, Gall. *Plait de Chrêtienté.* Charta Otakeri Ducis Styr. apud Ludewig. t. 4. Reliqu. MSS. p. 175. V. *Christianitas.* PLACITVM COMMVNE, cui Missi regii vna cum Comitibus interfunt ius dicturi, in lib. 3. Capitul. cap. 87. PLACITA CORONAE dicta, in quibus de delictis iudicatur, quorum cognitio ad solum Regem spectat, seu eius Iustitiarios, quos *Iustitiarios Coronae*, et *Coronatores* vocant Angli. PLACITVM DE NOVA DISSEISINA. Leguleis Anglis *Assise of novel disaisin*, quo scilicet aliquis per curiae iudicium a possessione deiicitur. Matth. Paris. an. 1224. PLACITVM EPISCOPI, conuentus ab Episcopo de rebus Ecclesiasticis indictus. Concilium Triburiense an. 895. cap. 9. Adde Capitul. Caroli Calui tit. 27. cap. 7. PLACITVM EXERCITALE, conuentus, seu Statutum Principum super re *exercitali*, *hostili*. Capitul. 1. ann. 802. cap. 40. Adde Capit. 7. an. 803. cap. 1. PLACITVM FRACTVM dicitur, cuius dies condictus praeteriit, in Legibus Henrici 1. cap. 59. PLACITVM FVNDI, ICtis Gall. ius cognoscendi de re fundali, quod domino fundi competit, a quo ad altum iustitiarium potest appellari. PLACITVM GLADII, idem quod *Placitum spatae.* Charta Iohannae filiae Philippi Comitis Bolon. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. pag. 101. PLACITVM LETHIFERVM, vbi de rebus criminalibus cognoscebatur, quod *placitum criminale* dicitur in Regiam Maiestatem lib. 1. cap. 1. Matth. Paris. an. 1075. PLACITVM MANVS MORTVAE, Redemtio quae debetur domino post mortem vasalli. V. in *Manus* et infra. PLACITA MINORA dicuntur Placita Comitum, in Capitul. an. 819. cap. 14. et in Capitul. Caroli Calui tit. 45. cap. 12. PLACITVM MISSVM, de quo vtraque pars conuenit. Notitia an. 972. apud Muratorium delle Antic. Estenſi p. 150. PLACITVM NOMINATVM, quod indicitur a iudice reo, vel accusato, de crimine aut quauis alia re responsuro, cuius dies definitus est, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 20. 46. 50. PLACITVM INNOMINATVM, non indictum, aut cuius dies definitus non est, in iisdem Legibus cap. 46. PLACITVM PLASSAGIORVM. V. infra et *Plassagium.* PLACITVM PVBLICVM, solemne, in Capitul. 1. Caroli Magn. an. 813. cap. 22. et lib. 2. Capitul. cap. 32. PLACITVM PVLCHRVM, Anglis, *Beaupleades.* Statutum Marlebrigense sub Henrico III. Adde Statutum 1. Westmonast. cap. 8. PLACITVS SACIALIS, f. pro *Sationalis*, qui scilicet tempore Sationis tenebatur. Charta an. 879. in Append. ad Marcam Hispan. col. 806. PLACITVM SPATAE, seu *ensis*, merum imperium, iustitia maior, *Haute justice*, quae ius gladii habet. Charta Philippi Comitis, Bononiae an. 1223.

Et in praedictis iſtis locis . . . habebimus magnum iuſtitiam, quae vocatur Placitum enſis. PLACITVM SPADAE, eadem notione. Charta Radulphi Abb. Fiſcamn. an. 1211. apud D. *Bruſſel* de Vſu feud. tom. 1. pag. 263. PLACITVM VICEDOMINARIVM, in Chronico Hugonis Flauiniacenſis pag. 132. quod ab Eccleſiae Vicedomino tenetur. PLACITVM VIGIRIALE, in Charta Iohannis Ducis Cabilon. an. 1232. apud Chifflet. in Beatrice Comit. Cabilon. p. 48. *Quitauit . . . quicquid habebat idem Dux* (Hugo) *in charreria Cabilonenſi: et vinum quod tanatores debent annuatim cenſuale: et placitum vigiriale, etc.* PLACITA MAIORARE, MINORARE, V. *Maiorare 2.* AD PLACITVM MANNIRE, vocare in ius, in Capitul. Caroli M. an. 797. cap. 5. V. *Mannire. In Placitum trahere*, in Charta an. 1296. apud Kennett. Antiquit. Ambroſd. p. 328. PLACITVM, lis intentata. Pactum inter Venetos et Principes Regni Hieroſol. an. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25. PLACITVS, pro *Placitum*. Tabular. Laſcurrenſe apud Marcam lib. 4. Hiſtor. Beneharn. cap. 8. PLACITVS, conſtitutus, definitus. Lex Ripuar. cap. 66. §. 1.

(2) Quod debetur domino pro redemptione, ſeu *rachato* feudi, in morte vel mutatione vaſalli. Charta an. 1240. tom. 1. Hiſt. Dalph. pag. 142. *Feudus bayliae debet, ſicut dictum eſt, hominium, et iurare fidelitatem et centum ſolidos de Placito, tempore mutationis.* Eſt etiam *Placitum*, exactio, vel praeſtatio quaeuis. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 15. *Saluo Placito meo, ſcilicet 7. ſolidos ſoluendo in Natiuitate Domini de geria tantummodo.* Hinc *Placitum plaſſagiorum*, praeſtatio quae pro *ſtallis* ſeu locis in foro tempore nundinarum exigitur. V. *Plaſſagium.*

(3) Iudicium, iurisdictio. Charta an. 843. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 781.

(4) Conuentio, pactum, Iſidor. lib. 4. Orig. c. 24.

(5) Donatio. Tabul. Voſienſe fol. 66. Hinc

(6) PLACITVM dicitur Charta conuentionis vel donationis. Idem Tabular. fol. 8.

(7) Terminus legitimus communi partium conſenſu, vel iudicis ſententia conſtitutus; vnde *placitum* dictus. Lex Salica edit. Baluz. tit. 42. cap. 10. *Placitus* eadem notione, in Leg. Ripuar. cap. 30. §. 2. et in Leg. Baiwar. tit. 15. cap. 10.

(8) Decretum, ſtatutum. Formulae antiq. promot. Epiſcop. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 614.

(9) Iuſſus, voluntas, ſenſus. Capitul. de villis Caroli Magni cap. 16.

(10) Pro *Palatium*, et viciſſim, ſaepiſſime legi in veteribus libris monet Baluz. in Notis ad Capitul. col. 1077. vbi exempla nonnulla refert, quae videſis. *Placitum*, apud Papiam pro *Placium*. V. *Plotei.* PLAITVM, idem, in Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 2. pag. 690.

De vocis *Placitum* etymo variae ſunt ſententiae. Edwardus Cokus ad Littletonem ſect. 10. a *placendo* deducit, *quia*, inquit, *beneplacitare ſuper omnia placet.* Guillimannus lib. 1. de Rebus Heluet. cap. 9. et alii a Germanico *Plats*, campus, quod in *campo* tenerentur *placita.* Caſanoua vero *placita* eiusmodi conuentus appellari putat, quod in iis Leges conderentur, (quod ſane de Lege Salica teſtatur eius prologus, quae in tribus mallis a IV. Viris condita dicitur) eaeque promulgarentur hac formula, quae habetur in eodem Prologo: *Placuit atque conuenit inter Francos, etc.*

PLACITVS. (1) V. *Placitum.* (2) ✣ Plicatus. Caerim. Rom. Mſ.

PLACIVIVM AVXILIVM, praeſtatio quae primum ex *placito* ſeu mero vaſſallorum arbitrio, deinde ex lege domino penſitabatur. Charta S. Ludouici. an. 1267. inter Priuileg. Ordin. S. Iohannis Hieroſol. p. 32. V. *Auxilium.*

PLACIVM. (1) Locus planus, Gallis *Place.* Fleta lib. 1. c. 18. §. 5. V. *Plotei* et *Placea.* (2) ✣ *La ſtopa e ſeda groſſa.* Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PLA-

PLACIVVS. V. *Placentinus.*

PLACOMA, V. *Platonae.*

PLACOR, ἀρέσκεια, in Gloſſ. Graec. Lat. *Tranquillitas*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. *Placor, Apaiſemens.* Vita S. Guillelmi tom. 1. Ianuar. p. 60. *Sanctus quoque nolens Placorem animi eius turbare.*

PLACOTON. V. *Platonae.*

PLACTA. (1) Nauigii fluuiatilis genus. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 7. *Praecipue Plactarum nauigia, quae per Padi flumen ſunt ad ferenda mercimonia deputatae, etc.* (2) † Pro *Placea*, forum, in Ch. a. 1268. (3) † Patina, vas planum, Ital. *Piatto.* Inuent. a. 1240. PLACTELLVS, diminut. in eodem Inuent.

PLACTANNITVM, idem quod *Placitum*, ap. Murat. t. 5. Antiq. Ital. p. 871.

† PLACTATA, nauis, *Placta* appellatae, onus, apud Murat. l. c. pag. 852.

† PLACTELLA, lamella, apud Murat. t. 20. p. 891.

PLACTELLVS, V. in *Platta* 3.

PLACTERIA, pro *Flacteria*, V. *Flactra.*

† PLACTINA, à q. *Platina* 2. Inuent. Mſ. a. 1295.

PLAGVS, πλαγὺς, in Gloſſ. Lat. Graec.

PLADA, Piſcis ſpecies, Gallis olim *Plays*, hodie *Plie* vel *Plye*, Anglis *Plaiſe*. Teloneum S. Audomari, in Tabular. S. Bertini: *De carreia piſcium 2. den. de centum Pladis 2. den. de 100. ſalmonibus ſaldis 4. den.* V. *Plays.*

PLAGA. (1) PLAGA LEGALIS, Gall. *Playe leyan*, vel *plaga leyau*, ea dicitur, quae habet in longitudine et inciſione vnciam pollicis, quae eſt quinta pars *du pan de canne.* Dicitur autem legalis, quia ob talem plagam debetur domino feudi *lex*, ſeu multa 7. librarum, et 8. ſolidorum Turonenſium. PLAGA CVRRIT, in Lege Salica tit. 19. §. 6. Gall. *La plaie court*, vel *coule*, ſanguis ex plaga decurrit. PLAGA AD BANNILEVGAM, vulnus graue, apparens, apertum. *Plaie ouverte*, dicitur *ad bannileugam*, vel quod qui plagam intulerat, puniebatur multa quae imponi ſolet iis qui infra *bannileugam* delictum aliquod perpetrant, vel quod ad iurisdictionem *bannileugae* pertinebat, vt de ea iudicaret. Charta Philippi Aug. Reg. Franc. an. 1194. pro Communia Atrebat. V. *Ictus apparens.* (2) *Liber*, in Gloſſis antiquis MSS. V. *Plagia.* (3) Modus toni muſici. V. *Autentus* 3. (4) V. *Plagia.* (5) *Corda qua nauis trahitur vice remi*, in Gloſſar. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

PLAGARE, plagas inferre, vulnerare. Lex Salica tit. 19. *Si quis hominem in capite Plagauerit, etc.* PLAGIARE, eadem notione. Alvredi Regis Weſt-Sax. c. 51.

PLAGARIVS, Chirurgus, qui curat Plagas. Papias MS. Bituric.

PLAGATVRA, vulnus, plaga. Chronicon Moſomenſe tom. 7. Spicil. Acher. pag. 627.

† PLAGEA, ora, aeſtuarium, vel etiam campus planus. Ch. a. 1272. V. *Plagia* 1.

† PLAGEAGIVM, vectigalis ſpecies, in Ch. Mſ. a. 1114. *Conceſſit quod ipſi* (monachi Tironenſes) *a tolturis, Platragiis* (alias *Plagengiis*), *deablagiis, boiſſellagiis — liberi ſint.*

PLAGEARIVS, V. *Plaginm.*

PLAGELLA, furfur panis, in Gloſſ. Medico MS. Reg. Cod. 1486. Gariopontus lib. 2. c. 26. *Et nitrum et ſalem cribellatum cum melle in Plagella imponis.* Cap. 59. *Stercus columbinum, mellis quod ſufficit, cum calida Plagella imponis.* Adde lib. 3. c. 18. 39.

PLAGIA. (1) Ora, aeſtuarium, vel etiam campus planus, Italis *Piaggia*, vel *ſpiaggia.* Germ. Fläche. Seruius in Virgil. *Statio eſt, quam Plagiam dicunt.* Gregorius M. lib. 8. Ep. 39. *Monachos Monaſterii Gazenſis, quod ſitum eſt in Plagia.* Chronicon Farfenſe: *De curte in Aciano, quae fuit Scaptolphi, et de curte in Plagia loci, qui dicitur Brezzenanus.* PLAGA, eadem notione, in Charta Ludouici Pii Imper. apud Mabill. in Notis ad Vitam S. Benedicti Anian. p. 224. (2) † Paederaſtia. Stat. Mant. l. 1. V. in *Plagium* 2.

PLAGIARE. (1) V. *Plagare* et *Plagium* 2. (2) † PLAGIARE, PLAGIVS, pro *plegiare*, fideiubere, et *plegius*, fideiussor, in Ch. a 1236.

PLAGIARIVS, (1) V. *Plagium* 2. (2) † *Quello che fa vete, e piage*, in Gloss. Lat. Ital. Ms.

† PLAGIATOR, *lo seductore*, in eodem Gloss.

PLAGIO, inter vestes sacras reponitur in Testamento Andreae Episcopi Dertonensis exarato Hugone et Lothario in Italia regnantibus, apud Vghellum in Append. tom. 4. *Faciftergios* 2. *ara unam*, *Plagione duos*, *velo uno*, *calices argentyos duos cum patenis*, *etc.*

PLAGITATVM, idem quod *Placitatum*. Charta 84. ex Alamannicis Goldasti.

PLAGITIA, piscis species, in Medic. Salernit. pag. 180. et 182. An idem quod *Plagusia* genus conchae, apud Plautum, an potius *Plada*?

PLAGIVM. (1) *Plaga*, regio. Epistol. Philippi Reg. Franc. an. 1270. to. 2. Spicil. Acher. p. 568. (2) PLAGIVM, PLAGIARE, PLAGIARIVS, dicitur de eo, qui mancipium alienum, vel hominem liberum pro mancipio distrahit ac vendit. Edictum Theodorici cap 81. PLAGIARIVS, in Glossis antiquis MSS. *qui inducit* (leg. *seducit*) *pueros*, *et sollicitat servos alienos*. PLAGEARIVS, apud Mabillon. tom. 5. Annal. pag. 29. ex Epist. Widrici ad Heinric. Imper.

PLAGIVS, V. in *Plagiare*.

PLAGVLAE, *funiculi retium*, *superne aut inferne discurrentes*. *Item*, *latera seu lacinia in veste et tota vestis ex Plagulis constans*. *Iris*. *Item*, *latera et transuersa quaepiam*. Laur. in Amalth. in Lexic. Phil.

PLAIA, († cliuus. Ital. *Piaggia*.) Charta Alphani Archiepiscopi Salernitani an. 1071. apud Vghellum: *Construere fecerunt Ecclesiam . . . in Plaio montis*. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 599. *Concesserunt in Plaia ad Racaneta modios quinque*, *et inter vallem Acutianam*, etc. V. *Plagia*.

† PLAIDVRA, locus vacuus aedificationi aptus, i. q. *Plaga* 2, Gall. *Pledure*. Ch. Ms. a. 1358. V. *Pleduira*.

† PLAIGA, idem, in Ch. a. 1182.

PLAINTAGIVM. Tabularium Episcopatus Autissiodor. *Clerici*, *Milites*, *Religiosi non debent voagium*, *Plaintagium*, *nec minagium*, *nisi modicum*. *Plaintagium* idem esse quod *poulenagium* coniicere licet ex iis quae in eodem Tabular. leguntur: *De Plaintagio et minagio de iis qui sunt de villa et extra*. *Omnes tam forenei quam de villa qui adducunt vinum ad portum villae*, *dolium debet* VI. *den.* IV. *den. pro Poulenagio et* II. *den. pro minagio*. V. *Polanus*.

PLAISAITIVM, locus palis seu virgulis implexis conclusus, vel silua sepibus clausa, *Plessis* Gallice. Tabular. Veteris-villae an. 1223. Vide *Pleissetium*. PLAISSICIVM, eadem notione, in eodem Tabul.

PLAISSIA, sepes ex virgulis implexis confecta, rusticis Dombensibus *Plaissay*. Charta an. 1379.

† PLAISSIARE, *Plaissis* seu sepibus includere. Ch. Ms. a. 1247. V. *Plaxitium*.

PLAITARE, V. *Placitare*.

PLAITIA. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromand. *In die Coenae Domini debet Hospitalaris* 10. *sext. frumenti et* 4. *Plaitias vuicuique domino*, *et* 13. *Plaitias minutis officiis*. Placentae genus videtur.

PLAITVM, V. *Placitum* 10.

† PLAKETVM, canaliculus per quem aqua fluuii in terras decurrit, Gall. ol. *Plache*. Ch. Ms. a. 1236. V. *Plachetum* et *Planca*.

PLANA. (1) Planities, planus ager, Gall. *Plaine*. Charta an. circiter 1215. apud Calmet. tom. 2. Hist. Lotharing. inter Instr. col. 11. PLANA PATRIA, regio planis spatiis porrecta, Gall. *Plat pais*. Charta Iohannis Reg. Franc. ann. 1363. in Chartophylacio Regio Reg. 95. num. 6. (2) A Gall. *Plane*, Dolabra duplici manubrio instructa. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 1. cap. 25. (3) Ab Ital. vt videtur, *Piana*, trabs, Gall. *Solive*. Statuta datiaria Ripariae cap. 12. fol. 5. *De qualibet libra aestimationis cuiuslibet Planae pro exitu*

exitu *denarii sex.* (4) † *Instrumentum ferreum quo Pergamenistae praeparant Pergamenum*, in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7679.

† PLANALIVM, platea, quia est locus planus. Litt. remiss. Mf. a. 1386.

PLANARATI, Gallis genus vomeris, quod duabus rotulis nititur ad arandum terram. V. Plin. lib. 18. cap. 18. Cluuerium lib. 1. German. antiq. pag. 57. et Ioan. Gryphiandrum de Weichbildis Saxonic. cap. 28. num. 9.

PLANARE. (1) Adaequare, planum reddere; item demoliri, subvertere. Burchardus in Epist. de Excidio Mediolan. apud Murator. tom. 6. col. 915. *Consensio talis erat: totum fossatum Planare, muros et omnes turres destruere*, etc. (2) *Plana* excolere, adaequare, Gall. *Planer*. Vita MS. S. Wenwaloei fol. 76. (3) Eradere, expungere. Consuet. antiquae Canon. Regul. cap. 15. apud Marten. Collect. nouae part. 1. p. 317. V. *Plana* 2. (4) Decipere, in errorem inducere, a Graec. πλανάω, seduco. V. *Implanare*.

PLANARIS, planus. *Planaris figura*, apud Mart. Capellam lib. 6.

PLANARIVS, dicitur de eo quod fit in plano, vel in ipso temporis articulo. *Planaria interpellatio*, apud Constant. leg. 4. C. de dilat. Ammianus lib. 19. cap. 5. *Viri ad Planarios conflictus apti.*

PLANATORIVM. V. *Plantata*.

† PLANATVRA, i. q. *Plaidura*, in Ch. Mf. a. 1265.

PLANCA, tabula plana, Germ. Planke. Festus: *Plancae, tabulae planae*, etc. Charta Libertatum vrbis Tenetaemundae cap. 20. apud Lindanum. PLANCA MOLENDINI, qua continetur aqua molendini. Charta ann. 1192. inter Consuetud. Tolos. PLANQVA, eadem notione, in Charta apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Bened. Pictau. MSS. pag. 605.

PLANKETA, in Tabular. S. Quintini in Insula an. 1223.

PLANCARE DOMVM, repagulis ac sepiis ex *planciis* seu tabulis domus introitum obstruere, ne in eam aditus pateat: quod in signum *bonni* seu proscriptionis fieri solitum videtur; interdum *barris* seu repagulis ferreis idem praestabatur, et tunc domum *ferrare* dicebant vel *barreiare*, vt est in Statutis Arelat. MSS. art. 141. quod suo loco de *barris* seu signis, quibus domus proscripta notabatur, minus bene sumus interpretati. Charta Ludouici II. Reg. Siciliae. V. *Placare* 3.

PLANCATIO, tabula. Charta Petri *de Roteys* Vicarii Tolos. an. 1272. inter Consuetud. MSS. eiusdem vrbis. V. *Planco*.

PLANCATVM. (1) Tabulatum, *Plancher*, asserum compages. Vita MS. S. Ambrosii Episcopi Cadurcensis. (2) Domus ipsa *plancis* instructa et constructa. Tabularium Abbat. Belliloci in Lemouic. num. 24. (3) Cella superior, *Chambre haute*. Charta an. 1191. ex Schedis Praef. *de Mazangues*.

† PLANCELLA, diminut. a *Planca*, tabula plana, in Ch. a. 1386.

PLANCHA. (1) Vel PLANCHIA, modus agri, maxime qui in longum protenditur, vel in plano situs. Tabular. Veteris-villae an. 1213. *Monachi Veteris-villae habent decimam quatuor iornalium terrae ad Planchas Amauri.* (2) PLANCHA, PLANCHIA, tabula plana, a Gall. *Planche*, in Tabular. Episcopat. Autissiod. V. *Planca*.

PLANCHAGIVM, tributi species, quod pro *planchis* exsoluitur. Tabul. Episcopat. Autissiod.

† PLANCHEARIVM, pons ligneus seu ex *planchis* confectus. Ch. Mf. a. 1197.

† PLANCHERIVM. (1) Idem. Ch. Mf. a. 1202. (2) Cella superior, Gall. ol. *Planchier*. Lit. remiss. Mf. a. 1394. V. in *Plancatum*.

† PLANCHETVM, locus *planchis* seu asseribus clausus. Ch. a. 1170.

† PLANCHIA, i. q. *Planchearium*, in Ch. Mf. a. 1225. Aliis notionibus V. in *Plancha*.

PLANCHILLA, diminut. *a Planca*. Statuta Astens. Collat. 16. cap. 74. fol. 53.

† PLANCHONEIA, ager ramalibus ſalicum, Gall. *Plançons* dictis, conſitus in Ch. Mſ. a. 1226.

PLANCIO. (1) Tabula plana, *Planche*. Statuta Auenion. MSS. (2) † Talea, Gall. *Plançon*, in Stat. Auenion. Mſ.

PLANCON: 1) Ex Gall. *Plançon*. Inquiſita de foreſta in Regeſto Philippi Aug. fol. 126. *Quando faciebat ſcindere branchias aut Planchones in ſua boſco*, etc. V. *Planſonus*. (2) Aſſer, Gall. *Soliveau*, *Chevron*. Charta Petri *de Roteys* Vicarii Toloſ. ann. 1272. inter Conſuet. MSS. eiusdem vrbis. V. *Plancatio*.

† PLANCQVARIVM, tabularum, Gall. *Plancher*. Comput. Mſ. ann. 1507.

PLANCTA, V. *Planctus*.

PLANCTVRIA, querela iudiciaria. Formulae vett. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. pag. 546.

PLANCTVOSVS, querulus, Gall. *Plaintif*, in Vita Vener. Idae tom. 2. April. pag. 168.

PLANCTVS, querela, ex Gallico *Plainte*. Occurrit in Epiſtola Gerardi Epiſcopi Camerac. ad Archidiaconos Leodienſes. PLANCTA, eadem notione, in Statutis Ordin. Hoſpitalar. S. Ioann. Hieroſol. tit. 8. §. 2. tit. 10. §. 40. tit. 19. §. 28. PLANCTVS VIRGINIS, proſa quaedam querula in honorem B. M. compoſita, quae ſic incipit: *Stabat mater*, etc.

PLANCVS, pedo, V. *Pedones*.

PLANE, lente, pedetentim, Italis *Piano*. Acta S. Franciſcae Romanae tom. 2. Martii pag. 143*. V. *Planum*.

PLANELLA, crepida, Ital. *Pianella*, Gall. *Pantoufle*. Statuta Placent. lib. 6. fol. 82. vo. V. *Planelli*.

PLANELLARE, lapidibus ſternere, pauire, pauimentare, Gall. *Paver*. Chron. Parmenſe ad an. 1283. apud Murator. tom. 9. col. 803.

PLANELLATIO, pauimenti ſtructio, in eodem Chron. ad an. 1284. col. 806.

PLANELLATVRA, eadem notione, ibidem ad an. 1286. col. 810.

PLANELLI, crepidae, Ital. *Pianelle*. Cenſius Camerar. in Caeremoniali MS. V. *Planella*.

† PLANESIVM, campus planus, planities, Ital. *Pianezza*. Inquiſit. Mſ. a. 1268.

PLANETA, veſtis ſacerdotalis, quae vulgo *Caſula* dicitur, vnde *Planeta caſula* in Vita S. Anſegiſi ſaec. 4. Bened. part. 1. pag. 633. et 634. Papias ex Iſidoro lib. 19. cap. 24. *Planeta Graece, et Latine dicitur Caſula, quae totum tegit; veſtis, dicta quod oris erroribus exagatur*. Gloſſ. Sax. Aelfrici: *Planeta Caeppe*, i. cappa, ſeu pallium. Luithprandus lib. 6. cap. vlt. *Cui caſulam, quam Planetam vocant, cum ſtola pariter abſtulit. Planetas* etiam aliis, quam Sacerdotibus, ipſis licet veluti proprium indumentum aſſignet Concil. Toletan. ann. 633, adſcribunt Scriptores Eccleſiaſtici. Diaconis tribuit Ioannes Diaconus lib. 2. Vitae S. Gregorii Magni cap. 43. *Cumque magi ex Planetatorum mappulatorumque proceſſionibus magnum Pontificem cognouiſſent, etc.* Vbi *Planetatos* Diacones, *mappulatos* Subdiaconos vocat.

PLANETARIVS, Mathematicus, Divinus. S. Auguſtinus lib. 4. Confeſſ.

PLANETATVS, Planeta indutus. Guillelmus Bibliothecarius in Hadriano II. pag. 228.

PLANETICVS, qui planetarum vim patitur. Egidius Corbol. in Prooemio ad lib. de Vrinis.

PLANETILE. Epiſtola Baſilii Macedonis Imperat. ad Hadrianum II. PP. apud Baron. an. 871. *Tranſmiſimus autem vobis . . . mulchumat vnum, Planetilia caſtanea duo*.

PLANEVS PANNVS, ſimplex, vnius fili et texturae, Gall. *Vni*. Statuta S. Seueri MSS. an. 1104. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. in Vaſcon. pag. 485. *Statutum etiam fuit quod qui pannos Planeos in villa venales habuerit octo den. annuatim Abbati perſoluat*. Eiusmodi panni *plani operis* dicuntur in Excerptis e Iohanne a Bayono de Abbatibus Mediani Monaſt. in Hiſtor. eiusdem Abbat. pag. 442.

PLANGA, V. in *Planca.*

PLANGERE PECVNIAM, parcere pecuniæ, Gall. *Plaindre l'argent.* Charta an. 1377. ex Bibl. Reg.

PLANICIVM, ager cultus. Charta Petri Comit. Autiſſiod. an. 1229. apud Thomaſſer. in Biturig. p. 709. V. *Planum.*

† PLANIFICARE, planum reddere, adæquare. Reg. viſitat. Odon. Rotomag. V. *Planare.*

† PLANISTRVM, mendoſe pro plauſtrum, in Acceſſ. ad Hiſtor. Caſſin. Part. I. p. 163.

† PLANITA, locus arboribus conſitus, i. q. *Plantata.* Ch. a. 1297. V. *Planta* 2.

PLANITIA. (1) Pro *Planities.* Vtuntur Innocentius de Caſis literarum, Otfridus in Prologo ad Euangel. Chronicon Farfenſe pag. 662. etc. (2) Pro Baſi, apud Hygenum de Limitibus conſtituendis.

PLANITIOLVM, planities, planum. Charta Lotharii Regis Franc. ann. 958. tom. 8. Spicilegii Acheriani.

PLANKETA, diminut. a *Planca*, pons ex *plancis* confectus, in Ch. Mſ. a. 1283. V. *Planca.*

PLANQVA, V. *Planca.*

PLANSONVS, Gall. *Plançon*, tales, rami ſalicum qui ad plantandum reſeruantur, ſic dicti donec comam habuerint, et tunc ſalices vocantur. Statuta Arelat. MSS. art. 33.

† PLANSONA, in Stat. Taurin. a. 1360.

† PLANSSO, locus arboribus conſitus. Ch. Mſ. a. 1319. V. *Plantata.*

PLANTA. (1) Idem quod mox *Plantare* 3. Charta apud Mabill. to. 5. Annal. p. 679. (2) Locus, ager vitibus vel arboribus conſitus, idem quod *Plantata.* Charta ann. 874. to. 2. Spicil. Acher. p. 588. (3) Pro *Planctus*, querela, in Litt. an. 1313. apud Rymer. tom. 3. p. 460. Vide *Planctus.* (4) † Pes. *Plantæ cervorum*, in Ch. a. 1333. *Planta manus*, vola in Act. SS. t. 3. Iun. p. 663. (5) † Tabula plana, aſſer. Ch. Landenulfi Longob. Princ.

PLANTADA, PLANTADICIVM, V. *Plantata.*

PLANTAGINES, loci, agri vitibus conſiti. Arno Archiepiſcopus Salisburgenſis.

PLANTAGIVM, locus arboribus conſitus. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 48.

† PLANTAMENTVM, poſitio. Ch. Mſ. a. 1342.

PLANTARE. (1) *Agrum plantare*, illum arboribus conſerere. Statuta Arelat. MSS. art. 162. (2) Collocare, ſtatuere, erigere; qua notione Galli dicunt: *Planter & étendart.* Charta Ludouici Ducis Brandenburg. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. p. 101. *Appropriauimus et appropriare decreuimus altari in eccleſia ville Gracs, ſancti Nycolai ciuitatis noſtræ ſteindal ſituando et Plantando, et in honore B. Catherine dedicando.* V. *Plantatio.* (3) Id quod ponitur ſub planca pedis in ſorulari, Gall. *sacon*, inquit Metulinus ad illud Ebrardi Betun. cap. 12. Adde Seruium, et Iſidorum lib. 17. cap. 6. De poſtrema notione vide ſupra in *Planſonus.* (4) † Decernere, ſancire, apud Ludewig. t. 12. Reliq. p. 198. (5) † *Plantare deorſum*, ſupplicii genus, inuerſo capite ſuſpendere. Stat. ant. Florent.

PLANTARIA. (1) Idem quod *Plantata.* Charta Vdonis Epiſc. Leucor. an. 1065. inter Probat. Hiſt. Tullenſ. pag. LXXV. (2) PLANTARIA DENTIVM, dentitio, Gall. *Ponſſe des dents.* Miracula S. Cunegundis edita a Grerzero.

PLANTARIVM, PLANTERIVM, idem, quod *Plantata*, de qua voce mox. Tabul. Conchenſe in Ruthenis ch. 169.

† PLANTARIVS, idem, in Ch. Mſ. a. 981.

PLANTATA, PLANTADA, locus vitibus vel arboribus conſitus, *Planteis*, in Conſuetud. Britannicæ art. 605. *Plantié* Prouincialibus. Gloſſæ antiquæ MSS. *Plantatorio*, *pomario ſive orto.* *Planatorium*, perperam pro *Plantatorium*, in Gloſſ. Sangerman. num. 501. Vetus Charta apud Paradinum in Hiſtor. Lugdun. lib. 4. c. 103. PLANTADICIVM, PLANTICIDIVM, idem. Præceptum Carloman-

lomanni ann. 881. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1510. PLANTATITIVM, in Charta Caroli III. Imper. an. 887. ex Tabular. Eccleſiae Gerundenſis.

PLANTATICVM, tributi genus, ſ. quod pro facultate *plantandi* ſeu figendi in portu anchoram exigitur. Praeceptum Pippini Reg. Aquitan. ann. 831. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col 1431.

PLANTATIO. (1) Aedificatio, erectio. Charta Ludouici Ducis Brandenburg. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. pag. 94. V. *Plantare* 2. (2) † *Dare ad mediam plantationem*, ea conditione, vt plantationis expenſae partito fiant. Chartul. Niuern. V. *Plantum* 1.

PLANTATITIVM, PLANTATORIVM, V. *Plantata.*

PLANTATVM, vt *Plantata*, in Charta an. 1022. apud Meneſter. Hiſtor. Lugdun. pag. 6.

PLANTEA, locus arboribus conſitus. Charta Ludouici VII. Reg. Franc. an. 1168. in Tabul. Gemetic. Niſi leg. ſit *Platea.*

PLANTELLA. Vetus Notitia an. 829. apud Perardum in Chartis Burgundicis: *Praeter illa area in caſtello, et illa vinea foris muro, illa Plantella ad Tremoledo*, etc. V. *Plantata.*

PLANTERIVM. (1) Idem quod *Plantata.* Charta an. 1490. *Vsque finem Planterii Damiani.* (2) † Vitis recens plantata. Ch. Mſ. a. 1048.

† PLANTICA, PLANTVLA, plantarium, ſeminarium. Ch. Mſ. a. 1233. V. *Planta* 2.

PLANTICIDIVM, PLANTIDITIVM, V. *Plantata.*

PLANTICVM, vt *Plantata.* Charta an. 1142. inter Inſtrum. tom. 1. Gall. Chriſt. p. 192.

PLANTITIVM, i. q. *Plantica*, in Ch. Mſ. a. 1187.

PLANTONARIVS, ſ. qui marmora in tabulas ſecat. V. *Plasonae.* Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 38. *Robertus nepos Ingelbaudi, Robertus Plantonarius*, etc.

† PLANTVLA. (1) V. *Plantica.* (2) Metaphorice, noua monaſterii erectio. Stat. ordin. Cartuſ. a. 1261.

PLANTVM. (1) Ager iure vſufructuario ad plantandas vineas certis conditionibus datus. *Dare ad medium plantum* dicunt, cum ea lege conceditur ager, vt inde fructuum partem habeat dominus fundi, alterum colonus veluti ex ſibi proprio agro. Charta vndecimi ſaeculi in Chartular. Aptenſi fol. 58. Plura vide in *Complantare.* PLANTVS, eadem notione. Placitum an. 878. inter Probat. tom. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 136. (2) A Gall. *Plant*, locus arboribus conſitus. Charta an. 1347. to. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 67.

† PLANTVMEN, plantarium, in Stat. Mutin. a. 1225.

† PLANVLA, crepida, ſandalium, Ital. *Pianella.* Inuent. a. 1497. V. *Planella.*

PLANVM. (1) Ager cultus, cui opponitur nemus, ſilua, boſcus. Apud Hieronym. de Locis Hebraicis, *Araba, Aquila Planum, Symmachus Campeſtrem interpretatur. Planus campus*, in Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 54. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 590. *Reditus autem qui de boſco et Plano exierint*, etc. et pag. 594. *Tam Plani quam nemoris.* PLANA TERRA, eadem notione. Charta ann. 1075. inter Inſtrum. tom. 4. Gall. Chriſt. col. 283. PLANA AQVA. Tabular. S. Petri de Cellafroini in pago Engoliſm. 12. circ. ſaec. *Dono . . . in ipſo loco vnam ſcluſam et piſcationem per totam aquam Planam;* id eſt ſtagnantem, ni fallor. PLANVM, planities, *Plaine.* Statuta Arelat. MSS. art. 145. DE PLANO INQVIRENDE, *ſine ſtrepitu ac figura iudicii, ac indagine*, in Epiſtolis Clementis V. PP. et Ioannis XXII. PP. apud Waddingum an. 1308. 1317. 1320. 1328. DE PLANO COMPROMITTERE, apud Bartholomaeum Scribam Annal. Gennenſ lib. 17. ad an. 1227. apud Murator. tom. 6. col. 450. DE PLANO, moderate, ſine vi, Gall. *Doucement*, Ital. *Piano.* Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 40. V. *Plane.* (2) PLANVM OPVS, V. *Planus Pannus.* PLANVM SERVITIVM, V. in *Seruitium.* (3) † Atrium, coemeterium. Litt. remiſſ. Mſ.

Mſ. a. 1390. (4) † Area, ſolum. Ch. Mſ. a. 1326.

PLANVRIVM, planus campus, planities, Gall. *Planure*. Vitalis Agrimenſor.

PLANVS. (1) V. *Planum* 2. (2) † Simplex, nudus. Dicitur praeterea de re minoris momenti. Libert. Clarimont. a. 1248.

PLANX, *lanx*, *lancula*, πλάστιγξ, in Gloſſ. Gr. Lat.

† PLANZONVS, i. q. *Planſonus*, in Stat. Auellae a. 1496.

PLARIA, *dilucida*. Gloſſ. Iſid. Emendat Graeuius *Plana*. Papias: *Planum*, *aequale*, *apertum*, *liquidum*.

PLASEA. Arnobius lib. 7. adu. Gentes: *Quid polimina? quid omenta? quid palaſea, ſine (vt quidam cognominant) Plaſea? ex quibus eſt nomen omenti pars quaedam, qua receptacula ventrium circumretita ſiniuntur. Bonis cando eſt Plaſea, ſtligine et ſanguine delibuta.*

† PLASERIVM, obſequium, officium, i. q. *Placiditas*, Gall. *Plaiſir*. Ch. Mſ. a. 1339.

PLASMA. (1) Arnaldus Franciſcanus in Vita B. Angelae de Fulginio num. 256. *Scire loqui de Deo, intelligere Scripturam, facere magnas Plaſmas, habere cor quaſi occupatum in rebus ſpiritualibus.* Id eſt, ni fallor, magna et phalerata pietatis verba loqui: ibi enim de arrogantia ſpiritali ſermo fit. (2) Priuileg. Matthiae Reg. pro Monaſt. Dobriluc. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 508. *Qui mundi deliciis ſapienter abiectis in ſimplicitate ſpiritus . . . pro modo vtriusque hominis ſoſpitate agnorumque (regnorum) noſtrorum proſpero et quieto ſtatu Cunctipotenti reddant Plaſma*; hoc eſt, laudes, ſ. pro *Pſalma*. (3) Homo, creatura. Litterae Caroli Iohannis Reg. Franc. primogeniti an. 1359. to. 3. Ordinat. pag. 395. (4) Status, dignitas, fortuna, ordo. Charta Alphanti Epiſc. Aptenſis in Chartul. eiusdem Eccleſ.

PLASMARE, formare, ex Gr. πλασμάζειν. Gloſſae antiquae MSS. *Finxit, Plaſmauit, compoſuit, formauit.* Charta an. 1086. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. 518. Nicolaus de Braia in Ludouico VIII. Rege Franc. Vbi perperam editum *pſalmauit*.

PLASMATOR, Conditor. Iulius Africanus lib. 7. Hiſtor. Apoſt. *Deus Plaſmator corporum, afflator animarum*, etc.

PLASSA. (1) Locus, a Gall. *Place*. Statuta Maſſil. lib. 4. cap. 24. V. *Placea*. (2) † *Homo de Plaſſa*, vir publicus, praecipuus ac notus; V. *Homo*.

PLASSAGIVM. (1) Ius *ſtalli*, ſeu loci, in foro tempore nundinarum, ex Gallico *Place* vel *Plaſſe*. *Droit de Plaſſage*. Charta an. 1240. to. 1. Hiſt. Dalph. pag. 142. (2) *Parcus*, ſeu locus palis vel virgulis implexis concluſus. Chartophylacium Regium Regeſt. 87. V. *Pleiſſeicium*.

PLASSARE, effingere, a Gr. πλάσσειν. Apitius lib. 2. de Re culin. cap. 1.

† PLASSEARIVM, *parcus*, ſ. locus palis vel ſepibus incluſus. Ch. Mſ. a. 1222. V. *Plaſſagium* 2.

† PLASSEIATVM, idem, in Chartul. vet. Caſal.

† PLASSEITVM, idem, in Ch. a. 1229.

PLASSETA. Fleta lib. 2. cap. 79. §. 3. *Bidentes in locis aquoſis, mariſcis, Plaſſetis, vel profunditatibus et paſturis infanis depaſci non permittunt. Plaſſatum*, perperam, ni fallor, ſcribitur apud Hemereum in Aug. Virom. in Regeſto pag. 41. V. *Pleiſſeicium*.

† PLASSONVS, i. q. *Planchoneta*; in Terrear. S. Maurit. in Forezio.

PLASTA. (1) Veſtis ſacrae genus. Laur. Byzinius de Orig. Belli Huſſitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 195. *Nolebant* (Beguttae) *a ſuis ſacerdotibus, in apparatu officiantibus communionis ſacramentum ſumere, niſi prius veſtes, quas Plaſtas nuncupabant, deponerent.* (2) † PLASTA et PLASTRA, lamina, Ital. *Piaſtra*. Inuent. a. 1295.

PLASTARIA, V. *Palaſtria*.

PLASTEGVM, *Plaſticum*, ex Graec. πλαστικὸν, ſeu πλαστική, *Plaſtice*, fictrix ars ex argilla vel cera rerum ſimili-

similitudines exprimens, Brediatium Viuarienſe ex veteribus actis.

PLASTERIA, PLASTRERIA, gypſi fodina, vel officina, Gall. *Plastriere*. Tabular. Calenſe pag. 234.

PLASTES, caementarius, Gall. *Maſſon*. Chron. Watinenſe apud Marten. to. 3. Anecd. col. 805.

PLASTICATOR, πλάστης, fictor. Iul. Firmicus lib. 8. cap. 16.

PLASTICVS, fictus, fimulatus. Lambertus Ardenſis apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 479.

PLASTRA, nummus argenteus, Italis *Piaſtra*, Gall. *Piaſtre*. Acta S. Mariae Magdal. de Pazzis tom. 6. Maii pag. 338. V. etiam *Plaſta* 2.

† PLASTEARE, gypſum. Gloſſar. Lat. Gall. cod. 7692.

† PLASTRARIA, gypſi fodina, in Ch. Mſ. a. 1265.

PLASTRARIVS, gypſarius, Gall. *Plastrier*. Tabul. B. M. de Bononuncio Rotomag. an. 1255.

† PLASTREARIVM, V. *Plaſtearium*.

PLASTRERIA, V. *Plaſteria*.

PLASTREVS, gypſeus, Gall. *de Plastre*. Capitulum Ordin. Praedicat. an. 1239. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1679.

† PLASTRIERIVS, gypſarius, in Ch. Mſ. a. 1261.

PLASTRVM. (1) Modus agri ſic dictus; *Plaſtre*, apud Saniulianum in Trenorchio pag. 533. Charta P. Epiſcopi Matiſconenſis an. 1208. apud eumdem Saniulianum in Matiſcone pag. 239. *Dominus* V. *Plaſtrum proprium habebit, in quo firmitatem et defenſionem faciat et munimen ad arcendos raptores et malefactores ipſius obedientiae*, etc. Ex his nemini obſcurum eſt *Plaſtrum* hic ſignificare locum vacuum indefinitae magnitudinis; qua notione *Plaſtre* etiamnum vſurpant Dombenſes, Lugdunenſes et alii. Inqueſta an. 1440. *Item confitetur tenere quoddam penu ſeu celier cum quodam parvo Plaſtro*. (2) Gypſum, Gall. *Plastre*. Ep. Mauricii Archiep. Rotomag. an. 1233. to. 2. Spicil. Acher. pag. 522. (3) † Solum, pauimentum, t. 6. Sept. p. 500.

† PLASTRVS, i. q. *Plaſtrum* 1, in Ch. a. 1202.

PLATA. (1) Lamina, metallum quoduis in laminas ductum, vnde, quidquid planum eſt, etiamnum *plat* dicunt Galli. Henricus de Knyghton an. 1340. (2) Pro argento, aut auro infecto, in laminis adhuc exiſtente, necdum in vaſa, aut monetam conflato, ſumitur. *Lateres aureos et argenteos* vocat Varro lib. 3. de Vita Populi Romani apud Nonium. (3) Argenteum metallum, maxime apud Hiſpanos, quibus etiam hodie haec vox idem ſonat. Viatici Barcinonenſes MSS. cap. 46. Sed maxime ita appellabant armaturas ex laminis ferreis confectas, cuiusmodi habuiſſe Sarmatas ſcribit Tacitus. *Squamoſas veſtes ferri* vocat Albertus Aquenſis lib. 3. cap. 63. Charta Hermanni Ordin. Milit. Pruſſiae Magiſtri: *Is vero qui idem allodium vel decem manſos emeris, debet ratione eiusdem allodii cum armatura, quae Plata vulgariter dicitur, et aliis leuibus armis, et vno equo, ad arma talia competente domui noſtrae ad tale obſequium eſſe adſtrictus*, etc. Quo loco Chriſtoph. Hartknochus editor diſſert. 18. n. 10. obſeruat *Platam* eſſe loricam qua pectus tegitur; indeque eos qui loricas conficiunt *Platner* appellari. Praeſertim vero chirothecas ferreas ex eiusmodi laminis confectas ita appellarunt. Charta an. 1347. to. 1. Hiſt. Dalph. pag. 67. *Et inuenerunt ibidem domini Commiſſarii antedicti oculata fide duo paria Platarum, quatuor arneſia ferri*, etc. Hinc *Chirotheca de plate*, in Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384.

PLATA ALBERIONATA, Chirotheca maculis contexta ad modum loricarum, quae *Alberiones* dicuntur, hamis conſertarum. Liberrates Briancon. an. 1343. PLATVM. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Platum, Feolce huygele*, i. *ſericum putamen*. Somnerus *Placium* reſtituit. (4) PLATA, PLATTA, nauis planae ſpecies; vnde vocis origo. Breuiar. Hiſt. Piſanae apud Murator. tom. 6. col. 171. *Ad quod caſtrum vincendum Piſani fuerunt cum 50. nauibus, Plattis et ſchafis, et cum 12. manganis ordinatis in Pla-*

Plastis. (5) PLATA, pro *Platea, Grande place*, in Statutis Montis Regal. fol. 204. (6) † Vectigalis ſpecies, ſ. quod a nauibus *Plataе* dictis exigebatur. Ch. a. 1168.

PLATAGIVM, idem quod infra *Plateaticum*. Charta an. 1195. inter Inſtr. tom. 2. Gall. Chriſt. col. 286.

PLATANVM, locus arboribus conſitus. Ital. *Plataneto*. Agnellus in Martino Epiſc. apud Murator. tom. 2. pag. 182.

† PLATE, diſci plani ſpecies, Gall. *Plat*. Inuent. a. 1420.

PLATEA. (1) Gregorius Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 31. de Baptiſmi Chlodouei ſolennibus: *Velis depictis adumbrantur Plateae Eccleſiae, cursinis albentibus adornantur, baptiſterium componitur*, etc. Vbi *Plateas Eccleſiae* porticus interiores interpretor. (2) Locus vacuus, ager incultus, a Gall. *Place*. Decretum Philippi III. Reg. Franc. an. 1282. inter Inſtr. tom. 2. Gall. Chriſt. col. 147. V. *Peda* 2. (3) Ager cum manſione, ſeu domo. Charta an. 1212. ex Chartul. S. Auiti Aurel. (4) PLATEA TERRAE, modus agri, qui colitur, quomodo ſupra *Pecia*. Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 20. (5) Via publica. Dietmarus in Chronico Mersburg. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 55. (6) Locus vbi quis ſtat, Gall. *Place*. Litterae Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1215. apud Lobinell. tom. 3. Hiſtor. Pariſ. p. 95. (7) Triburum. V. *Plateaticum*. (8) PLATEA FORTIS, arx, caſtrum, locus munitus, Gall. *Place forte*. Charta an. 1471. ap. Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. p. 1320. PLATHEA, pro *Platea*, in Charta an. 1386. ex Schedis D. Lancelot.

† PLATEATICARIVS, i. q. *Plateatius*.

PLATEARIVS, Vide mox *Plateaticum*.

PLATEATICVM, tributum, quod in *plateis*, ſeu pro tranſitu plateārum, id eſt viarum publicarum, praeſtatur: vox deinde pro quibuscunque tributis vſurpata. Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 59. (al. 56.) PLATEA ET IVS PLATEAE dicitur etiam in veteribus Tabulis. Charta Friderici I. Imp. an. 1185. tom. 2. Vghelli pag. 762. PLATEATICVM, quodvis tributum. Epiſtola Innocentii III. PP. an. 1211. apud Vghellum tom. 1. part. 1. pag. 783. *De rebus tamen ipſius Epiſcopi, vt dictum eſt, venditis, aut quoquam transmiſſis, Plateaticum remittimus*. Charta Rogerii Regis Siciliae an. 1137. tom. 7. eiusdem Vghelli pag. 564. *Plateaticum etiam, ſundalium, et lenticum, quae veniunt de Calabria, Sicilia, et Lucania, ſimiliter eis condonamus. Plateaticum quoque piſcium, quos Salernitani capiunt, eis iterum dimittimus*. PLATEARII, *Plateatici* exactores. Charta Rogerii Ducis Siciliae an. 1088. *Praecipimus itaque et omnino confirmamus, Stratigotis, Praeſopiis, Vicecomitibus, Gromarthiis*, (Turmarchis) *Plateariis, et omnibus aliis, qui ſub noſtra poteſtate ſunt, vt nullus auſus ſit eos angariare, ſine Plateariis laicalem redditum ab eis exigere*, etc.

† PLATELLA, tabella. Ch. Mſ. a. 1380.

PLATELLVS, diſci ſpecies, ex Gallico *Plateau, eſtuelle*. Will. Thorn. an. 1302. *De diſcis et Platellis*. Inuentarium ann. 1377. ex Archiuis S. Victoris Maſſil. *Item duos Platellos cum armis domini Franciae de latomb ſino bonos et ſufficientes*.

PLATEN. Lewoldus Northowius in Chronico Markano ann. 1222. *Idem Dux tantam multitudinem militum ibi habuit, quot tot erant milites, quot tabulae, ſine Platen, quibus arx munichebatur*. Goldaſtus *platonias*, de quibus infra, ait eſſe, quod Germani vocant *platten*, lapides caeſos in formam orbicularem aut quadratam.

PLATEOLA. (1) Vetus Liber Artis Notariae in Bibl. Regia Cod. 874. laudatus a Baluzio ad Capitular. Regum Franc. tom. 2. p. 1162. de ſtudio Notarum: *Sunt igitur aliqui, qui dimittunt* (hoc ſtudium) *ad tertiam partem, aliqui tamen ad mediatatem, et ſunt plures, qui non dimittunt niſi vbi in fine dicitur Plateola*. Vnde colligitur, hanc vocem, quae habetur in Notis Tyronis p. 194.

194. vltimam fuiſſe in Codice huius Notarii. (2) † Diminut. a *Platea*, locus vacuus, in Ch. Mſ. a. 1232.

PLATESIA, piſcis ſpecies, *Pleis*, forte, quomodo dicuntur in oſtio Somonae. Charta Caroli Calui an. 23. Ind. 10. in Tabul. S. Dionyſii num. 31. et apud Doubletum pag. 795. Quod ſit piſcis planus, *Plateſia* vel *Plateſſa* dictus videtur. V. *Plays* et *Plada*.

PLATEVS, a Gall. *Plat*, peluis. Teſt. Beatricis, de Alboreya Vicecomit. Narbon. ann. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1523.

† PLATEZOLVS, i. q. *Plateatius* in *Plateaticum*. Stat. Ferrar. a. 1288.

PLATHEA, V. *Platea*.

PLATHOMA, pro *Platonia*. Agnellus in S. Felice, apud Murator. tom. 2. pag. 162. V. *Platonae*.

PLATICE, V. *Platiçus*.

PLATICISPATE. Charta Philippi V. Reg. Fr. tom. 3. Hiſt. Harcur. pag. 248. Vbi legendum *Placiti ſpatae*, omiſſis vocibus.

PLATICVS, a Graec. πλατιχὸς, latus, remotus. Firmicus lib. 3. cap. 2. *Platica diſpoſitio*. *Platice*, ruditer, apud eumdem Firmicum lib. 2. c. 16.

† PLATIM, dicitur de ictu enſis, ea parte qua planus eſt. Ch. Mſ. a. 1412. V. *Platum*.

PLATINA. (1) Diſci plani ſpecies, artopta, Gallice *Tourtiere*. Petrus Delphinus in Epiſtola 91. apud Marten. tom. 3. Ampliſſ. Collect. col. 1041. V. *Platonae*. (2) † Chirotheca, i. q. *Plata*. Ch. Mſ. a. 1312.

PLATOCERVS, a Graec. πλατυκέρως, latis cornibus. Vita S. Romani Abb. Iurenſis tom. 3. Febr. p. 741.

PLATOMA, Vide mox *Platonae*.

PLATONAE, PLATONIAE, PLATVNIAE, dicta marmora, in tabulas diſſecta, ex Gr. πλατύνιον, vt videtur. Cum enim marmor maioris ſit pretii quam lapides caeteri, non quadratum, ſed in tabulas diſſectum, vulgo in opus mitti ſolet. Vetus Agrimenſor: *Termini ſunt maiores, qui iuxta flumina poſiti ſunt, menſales vocantur - - - et in modum Platuniae eos poſuimus*. Vbi male editum *platumae*. Senator lib. 3. Epiſt. 9. *Vt nec aliquid publico nunc ornamento probatur accommodum ſupra memoratas Platonias, vel columnas ad cinitatem Rauennatem, contrahat modis omnibus deuehendas*, etc. Supra *lapides* dixit. *Lapidem* vero pro marmore non ſemel vſurpant Agrimenſores et alii. Anaſtaſius in S. Liberio PP. *Hinc Liberius ornauit de Platoneis marmoreis petris ſepulchrum S. Agnetis Martyris*. *Platinis*, ex edit. Murator. tom. 3. p. 113. Perperam etiam apud Adonem in Martyrologio, in eodem Damaſo editur *Placoma*, vnde quidam legendum putarunt *Placoton*, vt Baronius an. 384. num. 17. et ex eo Caeſar Bulengerus, qui *Platonias* fuiſſe cenſet loca marmorum cruſtis inducta, aut pauimenta teſſellatis emblematis et inſertis variata, quae Graeci πλακωτὰ vocant. Sed *Platonia* aliud eſt a πλακωτῷ, etſi πλακωτὸν ex marmoribus confectum ſit; *Platonia* enim quaeuis eſt marmorea tabula. Vide *Platen*, et Octau. Ferrarium in Orig. Ital. v. *Paſtra*.

† PLATOS. (1) *Latum*, in Gloſſar. ad Doctrin. Alex. de Villa Dei. V. *Platus*. (2) *Pampini*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613.

PLATRAGIVM, V. *Plageagium*.

† PLATREIA, PLATRERIA, gypſifodina, a Gall. *Platriere*. Ch. Mſ. a. 1257.

PLATTA. (1) Tonſura Clericalis, quae fit ab aure vsque ad aurem; apud Honorium Auguſtod. in Gemma animae lib. 1. cap. 196. (2) Purpura, vel pannus purpurei coloris, pro *Blatta*. Vide in hac voce. Hariulfus in Vita S. Angilberti ſaec. 4. Bened. part. 1. pag. 116.

† PLATTVM, locus planus, Gall. *Plat*. Inuent. Mſ. a. 1519.

PLATVM. (1) A Gall. *Plat*, laux. Teſtam. Petri de Caſu Epiſc. Vaſion. ann. 1348. inter Inſtr. tom. 1. Gall. Chriſt. pag. 153. Vide ſupra poſt *Plata* 1. (2) † Pars enſis qua planus eſt. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1381.

PLATVMAE, PLATVNIAE, V. *Platonae*.

PLATV-

PLATVRA, idem quod *Plata* 1. Vide in hac voce. Lambertus Ardenſis p. 167.

PLATVS, lanx, Gall. *Plat*. Charta an. 1433. in Tabular. Eccleſ. maior. Maſſil. Vide ſupra *Platum*. PLATVS, adiect. planus, Gall. *Plat*. Gloſſ. MSS. S. Andreae Auenion. *Plates, eſt latum, ſine planum, idem platea*. PLATVS MANTVANVS. Hiſtoria Obſidionis ladrenſis lib. 1. cap. 37. *Cum nouem galeis mirabiliter praeparatis, quarum ſex erant tabulis tectae, ac cum quadam turre lignea operata fabricatione in quodam carabolato fere cubitorum octo, quam Italici Burgum, ſeu Platum vocant Mantuanum, praefixa verſus catenam ad infringendam ipſam ſe direxit*, etc.

PLATYCORIA, Gr. Πλατυκορία, morbi genus, pupillae dilatatio. Vita S. Sophronii tom. 2. Mart. pag. 67. A Graec. πλατὺ, latum, et κόρη, pupilla.

PLAVDARE, quaſi *applauſum dare*. Hrabanus Maurus Poëmat. 29. de diabolo, Chriſtum in deſerto tentante:

Tantum peruerſe locutus,
Quantum fuerat peruerſus:
Saepe, vel ſeque, Seps ipſe ſe
Plandauerat
Poſſe quod nunquam poterat, etc.

Id eſt, ſibi *applauſerat*, ſeſe iactauerat.

PLAVDVM. (1) *Placitum*, libitum. Charta Ludouici Reg. an. 1151. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 816. (2) Alia notione. Tabularium Caſtri Lidi in Andibus fol. 40. vo. *Omnes iſti Milites praediſti debent quadrigatum ad pontem, et biennium, et coruciam, et exercitum, et equitationem, et Plaudum, et virgam*. Adde fol. 47. vo. † Idem forte quod *Ploum*, aratrum, vel quod *Ploda* 2.

PLAVDVS, *canis, cuius aures languidae ſunt ac flaccidae, et latius videntur patere*. Feſtus. Vbi a Gr. πλατὺς, *Plautus* vel *Platus* legendum cenſent viri docti. Galli ea notione *Clabaud* dicunt.

PLAVIS, planities. Charta Henrici V. Imperat. pro Venetis.

† PLAVSIBILITER, cum plauſu. Epiſt. Ioann. VIII. PP. a. 867.

† PLAVSIDICVS, *che fa feſta cum ſigni*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PLAVSTELLVM, dimin. a *Plauſtrum*, minor currus. Miracula B. Apri apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1037. *Ploſtellum* vſurpat Horatius lib. 2. Sat. 3. 247. V. *Plauſtrellum*.

PLAVSTRARIVS, artifex plauſtrorum; item qui plauſtrum regit. Lampridius in Alex. Seuero. *Ploſtrarius* apud Vlpianum leg. 27. §. 33. Dig. ad Leg. Aquil.

PLAVSTRATA, onus plauſtri, Gallis *Charetée*. Charta ann. 1155. apud Haraeum in Caſtellanis Inſulenſ. lib. 2. † PLAVSTRATVM, in Ch. a. 1112.

PLAVSTRELLVM, idem quod *Plauſtellum* ſupra. Radulfus de Geſtis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1184.

PLAVSTRIRE, *reſonare per modum plauſtri, vel reſonare plauſtro, ſecundum Vguitionem*, Ioanni de Ianua. Papias: *Plauſtrit, quod plauſtro. ſonat*. Hinc *Plauſtrum*, κρόταλον, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. Κρόταλον quippe nonnullis plauſtrum reſonans, non crepiraculum, ſignificat.

PLAVSTRVM. (1) Currus quatuor rotis conſtans. Theloneum S. Bertini: *Carteia foſſoriorum ſine ferro, 2. den. ſi ſuper Plauſtrum, 3. den.* etc. *Pratum 12. plauſtrorum*, in Charta Canuti Regis Daniae an. 1184. apud Stephanium in Prolegomenis ad Hiſt. Saxonis Grammatici pag. 17. Vide *Carra*. (2) † Sera catenaria, Gall. ol. *Ploutre*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1361.

PLAVTVS, latus, planus, a Graec. πλατύς. Tertullianus de Pallio cap. 3. Papias: *Plautus, languidus pedibus, auribus*. Leg. *planis pedibus, languidis auribus*. Gloſſ. Lat. Graec. *Plautus, βαρύωτος*. V. *Plaudus*.

† PLAXETVM, i. q. *Plaxitium*, in Ch. Mſ. a. 1263.

PLAXITIVM, ſepes ex virgulis implexis confecta, vel locus eiusmodi ſepe clauſus. Tabularium Vindocinenſe Thuani Ch. 52. V. *Pleſſeicium*, ex *Pleſſare*.

PLAX-

PLAYDVRA, V. *Plaidura.*

PLAYS, piſcis latus, Gallis vulgo *Pleys.* Alanus in Planctu naturae: *Illic Plays ſui corporis dulcoratis ſaporibus in Quadrageſimali auſteritate carnis redimebat abſentiam.* V. *Plada* et *Plateſia.*

PLAZA. (1) Platea, Ital. *Piazza*, Gall. *Place.* Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad annum 1232. apud Murator. tom. 8. col. 1107. PLAZOLA, diminut. a *Plaza*, Ital. *Piazzetta, Piazzuola.* Statuta Mutin. Rubr. 20. fol. 3. vo. (2) PLAZA, PLAZZA, tributum, vectigal. Charta Rogerii Reg. Siciliae an. 1137. tom. 5. Sanctorum Iunii pag. 129. *Nemo ſit qui aliquid eis de rebus ipſis* (pannis emptis) *Plazam vel aliquam iuſtitiam pro parte curiae exigat aut tollat.* Charta Vnfredi Comit. ann. 1085. apud Mabillon. tom. 5. Annal. pag. 666. *Teneatis . . . . caſtras poſſeſſiones, territoria, villas, . . . vt nec ego vel mei heredes, aut ordinati audeamus ab eis quaerere datum aut ſeruitium, vel angariam ſeu Plazam erga eos exigere.* (3) † Locus vacuus vbi aedificium conſtrui poteſt, in Ch. a. 1150. V. *Plaſtrum 1.*

† PLAZARIVS, vectigalis, *Plaza* nuncupari, exactor. Ch. a. 1257. V. in *Plateaticum.*

PLAZIA, ora, aeſtuarium, idem quod *Plagia.* Barthol. Scribae. Annal. Genuenſ. ad ann. 1242. apud Murator. tom. 6. col. 500. V. *Placta.*

PLAZOLA, V. *Plaza 1.*

PLAZVM, placitum, pactum. Charta Luſitanica aerae 1067. in Hiſtor. Epiſcopor. Portenſium 1. parte pag. 184. Vide ſupra *Placitum.*

PLAZZA, V. *Plaza.*

PLEBALIS ECCLESIA, paroecia. Gerohus Praepoſ. Reicherſperg. de corrupto Eccl. ſtatu apud Baluz. tom. 5. Miſcell. p. 217. PLEBANA ECCLESIA, eadem notione, in Chron. Mellic. pag. 53. PLEBEIA ECCLESIA, eodem ſignificatu. Vita S. Audoeni Epiſc. Rotomag. apud Surium 24. Aug. pag. 259. PLEBESANA PAROCHIA, in Vita Altmanni Epiſcopi Patauienſis ſub finem.

PLEBANATVS. (1) *Dignitas vel diſtrictus plebani*, Vgutioni et Balbo. Thomas Archid. in Hiſt. Salonitana cap. 19. (2) † Eccleſiae cuiusuis diſtrictus, in Bulla Coeleſt. III. a. 1194.

PLEBANIA. (1) *Eſt aliud genus beneficii, et maius quam Rectoria, habet ſub ſe capellas, et dignitatem eſſe putant Interpretes.* Ita Kennetus in Gloſſ. ad calcem Antiq. Ambroſden. *Plebania Vltienſis* dicitur diſtrictus Archipreſbyteri ruralis, in Charta ann. 1065. laudata tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 8. Vide *Adulterium* et *Plebegium.* (2) Altare paroeciale. Codex MS. citatus tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 326. (3) Pro paroecia, lib. 3. Decret. tit. 24. cap. 1.

PLEBANVS, paroecus, curio, ſacerdos, qui *plebi* praeeſt, Italis *Piovano*, Gallo-Belgis *Pleban.* Balbus in Catholico: *Plebanus, dominus plebis. Preſbyter, qui plebem regit*, apud Gregorium lib. 3. cap. 3. Burchardus de Caſib. S. Galli cap. 21. *Immo etiam Plebanos et Clericos minoris ordinis cohibuit.* SACERDOS PLEBANVS, in Chronico Reicherſperg. ann. 1143. CLERICI PLEBANI, eidem Burchardo cap. 13. *Plebanum* vero maxime vocant in Eccleſiis Cathedralibus ſeu Collegiatis canonicum, cui plebis earum iurisdictioni ſubditae cura committitur. Statuta Eccl. Argent. an. 1435. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 532. VICEPLEBANVS, Curionis Vicarius. Vide Gretzerum in Epiſcopis Eyſtetenſibus p. 458.

PLEBATVS. (1) Paroecia, diſtrictus *plebani.* Charta Aimerici Epiſc. Caeſenat. an. 1274. apud Vghellum tom. 2. Ital. Sacrae. (2) Diſtrictus, territorium non vnius tantum *plebani*, ſed plurium. Regimina Paduae ad an. 1325. apud Murator. tom. 8. col. 466.

PLEBEGES, laici. Electio Wigonis Epiſc. Gerund. ann. 908. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 61. V. *Plebeius.*

PLEBEGIVM, diſtrictus Archipreſbyteri ruralis. Litterae Bernardi Parmenſis

menſis Epiſc. apud Stephanot. tom. 5. Fragm. Hiſt. MSS. V. *Plebania.*

PLEBEIATI, plebeii, in Hiſt. Obſid. Iadrenſis an. 1345. lib. 2. cap. 15. 17. 22. 23. etc.

PLEBEIVM. (1) PLEBIVM, facultas, poſſe, Gall. *Pouvoir.* Capitulare de Villis cap. 24. *Quicquid ad diſcum noſtrum dare debeat, unusquisque index in ſuo habeat Plebeio, qualiter bona et optima, atque bene ſtudioſe et nitide omnia ſint*, etc. Alibi: *Et ferramenta, quae in hoſtem ducunt, in eorum habeant Plebio, qualiter bona ſint, et iterum quando reverterentur, in camera mittantur.* V. *Plebium 1.* (2) Paroeciae diſtrictus. Vita beatae Finae Virg. to. 2. Martii pag. 241.

PLEBEIVS. (1) Laicus, nullum in Clero ordinem adeptus. Gloſſae MSS. ad Concilium Laodicenum c. 58. *Plebeius, homo ſine dignitate.* Pontius Diaconus in Vita S. Cypriani: *Plebeis, Catechumenis martyrium conſecutis.* Infra, de eodem Cypriano: *Multa ſunt, quae adhuc Plebeius, multa quae iam Preſbyter fecit.* (2) PLEBEIVS TABERNARIVS, caupo, qui vinum minutatim vendit. Statutum Concil Bituric. ann. 1280. apud Marten. tom. 4. col. 191.

PLEBERE, V. *Plebeſcere.*

PLEBERIVM. (1) Paroecialis eccleſia. Vita B. Iacobi de Certaldo to. 2. April. pag. 154. *Pleberiis S. Petri in mercato, S. Lazari et S. Mariae.* Mirac. SS. Iuſti et Clementis tom. 1. Iunii pag 445. *Quod* (templum) *ab ipſo prodigio Plebericum S. Iuſti in Salice, ad hunc uſque diem appellatur.* (2) † Paroeciae diſtrictus, territorium. Ch. a. 1073. V. *Plebeium 2.*

PLEBES, vel PLEBS. (1) Fideles, qui Epiſcopo vel Sacerdoti proprio ſubſunt. Vgutio? *Plebes, collectio hominum. Item Eccleſia baptiſmalis. Et proprie plebs, hominum: plebes, Eccleſiarum.* Ebrardus in Graeciſmo:

Plebs hominum dicas: ſed Plebes Eccleſiarum.

Saluianus lib. 6. de Gubernat. Dei: *Quae ſpes Chriſtianorum Plebibus an-*

PLEB 337

te Deum? Lex Bajwar. tit. 1. cap. 13. §. 1. *Vt nulli Preſbytero vel Diacono liceat habere ſecum in domum extraneam feminam, ne . . . Plebs per eius offenſionem corrumpatur.* (2) Dioeceſis, paroecia, diſtrictus Epiſcopi vel Sacerdotis Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanaſio: *An negabis, te exhonorare Dominum, tollendo Sacerdotes e Plebibus.* (3) Eccleſia parochialis; Italis *Pieve. Eccleſia plebis congrua*, in Charta Angilrami Archiep. Viennenſis to. 12. Spicilegii Acheriani. *Eccleſiae baptiſmales, quas Plebes appellant*, in Synodo Pontigonenſi an. 876. c. 11. *Plebes baptiſmalis*, in Charta veteri apud Vghellum tom. 3. pag. 41. *Eccleſia Plebalis ſeu parochialis*, in Chronico Reichersperg. an. 1084. 1095. 1131. 1132. Bulla Ioannis IV. PP. apud Vghellum in Epiſcopis Aëſernenſibus: *Aedificavit Eccleſiam vocabulo S. Mariam, eamque in Plebem erectam dotavit ſuis propriis bonis.* (4) Villas ſeu vicos paroeciales *plebium* nomine appellare, familiare eſt Britonibus. Vita S. Conwoionis haec. 4. Bened part. 2. p. 194. *Ille Conwoion quem quaeris, filius cuiusdam nobiliſſimi eſt viri, nomine Cononi, . . . de Plebe Camliciaca, ex genere ſenatorio.* Ibidem pag. 201. PLEBICVLA, eccleſiola, vel potius viculus, villula. Vita S. Conwoionis mox laudata ibidem p. 203. *Ille vero die dedit Ludovicus Imperator abbati Conwoiono plebem, quae dicitur Rannac, atque aliam Plebiculam, quae vocatur Plecia, necnon et aliam Plebiculam quae nuncupatur Ardon.* (5) Conventus publicus. Leges Lotharii apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 138. (6) PLEBS PARVA, PLEBECVLA, Gall. *Populace, petit peuple.* Charta apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britann. p. 555. (7) PLEBES dicta etiam Eccleſia Cathedralis ſeu Epiſcopalis. Charta Caroli Calui in Paſtorali minore Eccl. Pariſ. et in 9. Regeſto Philippi Pulcri Reg. Franc. ch. 5. ex Tabul. Regio. (8) PLEBES, decimae Eccleſiaſticae, quae ad *plebanos* vel ad plebanas Eccleſias

pertinent. Concilium anonymum anno 904. cap. 10.

PLEBESANVS, i. q. *Plebanus*, apud Petrum Damian. lib. 4. Epiſt. 12. et apud Rainerum contra Valdenſes cap. 9. PLEBISANVS, qui *Plebano* ſubeſt, parochianus. Miracul. B. Wernheri tom. 2. April. p. 726.

PLEBESCERE, Vgutioni, ex Gloſſis Iſid. *a plebs, Plebeo, bes, plebem imitari, vel alloqui, vnde Plebeſco, et Plebicito, Plebem imitari, vel alloqui, vel commonere.* Alanus in Planctu naturae: *Alii dum ſcurrilis generis vilitate Plebeſcunt, verbo tenus ſe ſanguinis generoſitate exaltant.*

PLEBIALIS, plebeius, infimus de plebe. Vita S. Reguli tom. 3. Martii p. 819.

PLEBICITARE. V. *Plebeſcere* et *Plebiſcitum.*

† PLEBICITAS, hominis plebeii ſeu innobilis conditio. Tiraquel. de Nobilit.

PLEBICTEA. Vetus Charta in Chronico Beneuentani Monaſterii p. 588. *Vt habeat poteſtatem eam* (Eccleſiam) *dandam in Plebictea parte eſſe voluerunt, aut ſubtrahendam.* Videtur legendum, *in plebem, ea, etc.* id eſt parochiam.

PLEBICVLA. (1) V. in *Plebes.* (2) † *Qui amas anes.* Gloſſar. vet. Cod. 7641.

PLEBILIS CLERICVS, Paroecus, curio. Libellus de Remediis peccat. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 27.

PLEBISANVS, V. in *Plebeſanus.*

PLEBISCITVM. (1) Conuentus plebis, i. q. *Placitum.* Io. de Ianua: *Plebiſcitare, plebem imitari, vel alloqui, vel vocare*, etc. Catholicum parvum: *Plebicitum, eſtatus ou ordre de peuple. Plebicito, enfuivre le peuple, ou emouvoir, ou aſſembler.* Andreas Siluius Marcianenſis in Chronico cap. 18. *Quo etiam tempore Boëtius, vir literarum ſtudiis clariſſimus, Senatusconſultum atque Plebiſciſcum prudentiſſime adminiſtrans, ab eodem Theoderico Arriano gladio extinctus eſt.* Vbi *plebiſcitum* idem valet ac *placitum*, quomodo vſurpat Radulphus de Hengham in Summa magna cap. 6. initio. (2) Statutum. Gloſſa ordinaria ad Wichbild. Magdeburgenſe in prooemio ſub finem.

PLEBISCITVS, qui *Plebiſcitis*, ſeu conuentibus publicis intereſſe ſolet. Vita S. Drauſii Sueſſionum Epiſcopi.

† PLEBITANEVS, ad *plebanum* ſeu paroecum ſpectans, V. *Eccleſia plebitana.*

PLEBIVM. (1) Decretio Chlotarii II. cap. 8. *De ſeruis Eccleſiae aut fiſci vel cuiuslibet quicunque inculpatur, ad ſortem veniat, aut ad Plebium prómoueatur, aut ipſe precium a domino reformetur: nam probati periculo ſubiacebunt.* V. *Plebeium.* Legendum ibi *aereum* vel *ferreum*, vt in MS. codice, monet Bignonius; nam, inquit, de ſortibus hic agitur et purgationibus. Eccardus in Lege Salica p. 170. *Plebeium* edidit et laicum interpretatur. Neutrum placet: malim, ſi mendum non eſt, de conuentu publico intelligere. (2) PLEBIVM, PLEBEIVM, locus publicus, platea, vicus. Oberti Cancellarii Annal. Genuenſ. lib. 2. apud Murator. tom. 6. col. 327.

† PLEBOTOMARE, pro *phlebotomare*, apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. p. 1040.

PLEBS, eadem notione qua *Plebium* 2. Statuta Mutin. rubr. 202. fol. 38. V. *Plebes.*

PLECHA, circulus doliaris, Maſſilienſibus *Pleches*, a Latino *Plectere.* Charta an. 1336. in Tabul. S. Victoris Maſſil. Hinc

PLECHATA CVPA, quae eſt eiusmodi *plechis* munita, Maſſil. *Un tonneau plechat.* Charta ann. 1436. ex eodem Tabular.

PLECHIVM, peplum muliebre, maxime viduarum. Statuta Arelat. MSS. tit. 52.

PLECIA. Gloſſ. Arabico-Lat. *Bombycina, id eſt, Plecia*, forte *Plecta.* Vide mox

PLECTA. (1) Ex Gr. πλεκτὸς. Gloſſ. Lat. MS. Reg. cod. 1197. *Pallium, plecta, clipeum, ſcutum, defenſaculum.* Vgutio: *Plecta, nexio cum virgulis.* Io. de Ianua: *Plecta, quilibet nexus ex virgulis, vel papyro, vel carecto factus, vnde coſinos faciebant: vnde haec plectula.* Ioſephus lib. 8.

Erant

Erant crateres et crispantibus plectris factae. Plecta etiam dicitur calix duas ansas habens, idem et caracter, secundum Vguitionem. Regum 3. cap. 7. 29. *Et inter coronulas et Plectas, leones et boues et Cherubim.* Iac. de Ceſſolis apud Spelmannum: *Loricam habuit in corpore, Plectas in pectore ferreas, ocreas in tibiis.* V. *Platas, Platura.* (2) Mulcta qua quis plectitur. Charta Alfonſi Regis Caſtellae apud Stephanot. tom. 3. Fragm. Hiſt. MSS. (3) † *Lo ſcarnatio*, in Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PLECTARE, plectere, virgultis implexis locum claudere. Charta an. 1115. pro fundatione Abbatiae Landenſii in dioeceſi Bituric. V. *Plaxitium, Pleiſſeticum.*

† PLECTELLVM, *dimin. a Plectrum, lingua, Prou.* Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Plectrum.*

PLECTETVM, pro *Placitum*, ex Gall. *Plet.* Charta Ludouici Transmarini Regis Franc. in Probat. Hiſtor. Vergiacenſis p. 42.

† PLECTIBILIS, plectendus, puniendus, in Ch. a. 496. t. 4. Collect. Hiſtor. Franc. p. 2.

† PLECTICIVM, locus palis vel virgulis implexis concluſus, apud Pez. t. 6. Anecd. part. 1. p. 105. V. *Plaxetum.*

PLECTIO, poena. Charta Agnetis Duciſſae Sleſiae an. 1369. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 405.

† PLECTORA, *i. repletio, vel corruptio*; in Gloſſ. Iarricis Cod. reg. 6881. V. *Pletoricus.*

PLECTRIPOTENS, muſices et poëticae peritus. Sidonius lib. 9. Epiſt. 13.

PLECTRVM. (1) Ferrum, quod interius ex vtraque parte campanam feriens ſonum reddit, Durando lib. 1. Ration. cap. 4. num. 5. V. *Batillus.* (2) *Gubernaculum nauis*, Ioh. de Ianua. (3) Alia notione in Carmine Ermoldi Nigelli pro Ludouico Imper. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 69.

Aurea mox geminos conſtringam vincla lacertos
Femora gemmatus balteus eius obit,
Et caput inſigni donatur rite corona,
Perſtringuntque pedes aurea Plectra ſuos.

Vbi Editor, Sipontino teſte, inquit, *Plectrum* interdum eſt appellatum Calcar aeneum, quod olim addebatur gallis gallinaceis inter ſe pugnaturis; qui mos apud Britannos viget. Num ergo calcaria hic innuuntur? an pro *Plectra* legendum *Plata*, aut aliquid aliud? Calceamenta hic deſignari video, quae Monachus Sangallenſis lib. 1. cap. 36. Francorum Regibus fuiſſe *forinſecus aurata* ſcribit.

† PLEDVIRA, PLEDVRA, PLEYDVYRA, locus vacuus indefinitae magnitudinis, aedificiis conſtruendis idoneus, i. q. *Plaidura* et *Plaſtrum.* Ch. Mſ. a. 1404. V. *Pleidura* et *Pleura.*

PLEGAGIVM, PLEGERIA, PLEGIA, etc. V. in *Plegium.*

† PLEGIAMENTVM, interceſſio, in Conſuet. Brit.

PLEGIARE, fideiubere. Charta an. 1191. inter Inſtrum. to. 3. Gall. Chriſt. col. 133. Gallis *Pleger.* Quid inter *Plegiare* et *Warantizare* interſit, expiſcari licet ex Houedeno Annal. Par. poſter. Ric. I. *Praeceperunt homines Archiepiſcopi, qui calumpniati fuerant de robberia, capi et incarcerari. Et quamuis Archiepiſcopus warantizaret, non tamen potuit eos Archiepiſcopus Plegiare.* V. *Warantus.* PLIVIRE, idem. Charta an. 1080. in Bibl. Colbert. PLEVIRE, in Tabular. S. Eparchii Inculiſm. fol. 46. PLEVISSARE. Charta Vulgrini Comitis Engolismenſis an. 1147. PLEVVIRE, apud la Faille Annal. Toloſ. tom. 1. inter Inſtr. p. 54. PLEXIRE, in Charta an. 1180. ex Tabul. S. Mariani Autiſſ.

† PLEGIARIVS, fideiuſſor, i. q. *Plegius*, in Ch. Mſ. a. 1482.

† PLEGIATIO, ipſa fideiuſſio, in Ch. a. 1229.

† PLEGIRE, fideiubere, in Ch. a. 1190. V. *Plegiare.*

PLEGIVM, vadimonium, Gall. *Plege.* Matth. Pariſ. an. 1264. PLEGIS VADI-

VADIVM, res ipſa in *plegium* ſeu vadimonium data. Charta Phil. Auguſti Reg. Franc. an. 1187. in Tabular. Archiep. Senon. Adde Chartam an. 1216. apud Thomaſſer. in Biturig. FRANCVM PLEGIVM, et in eo eſſe dicebatur, qui in *decenna* erat, ſeu decem hominum collegio, qui ſibi inuicem *plegii* erant, ac fideiuſſores erga Regem de damno ab eorum quolibet illato reſtaurando. Bracton. lib. 3. Tract. de corona cap. 10. §. 1. VISVS FRANCI PLEGII, eſt inquiſitio ipſa aut examinatio, an omnes, qui duodecimum annum attigerunt, et vltra, *liberum plegium* habeant, id eſt ſponſorem capitalem, quod Regis pacem conſeruabunt, ſeu an in *decenna* aliqua ſint. Bracton. loco citato: *Secundum Leges Edwardi Regis, omnis qui eſt aetatis 12. annorum, facere debet ſacramentum in Viſu Franci Plegii, quod nec latro vult eſſe, nec latroni conſentire, etc.* ADVENTVS *ad Viſum Franci Plegii*, inter onera recenſentur in Charta Edwardi III. Regis in Monaſt. Anglic. tom. 2. p. 892. FRANCIPLEGIA, vnica voce, in Monaſtico Anglic. t. 2. p. 22. PLEGIVM LIBERALE, idem quod *Francum Plegium*, id eſt, plegium hominum liberorum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 8. PLEGIVM PLANVM, ſimplex, non dato videlicet vadimonio, nec fide interpoſita. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 228. V. ſupra. PLIVIVM, Vadimonium, Gall. *Pleige*. Vſatici Barcinonenſes MSS. c. 114. PLEGAGIVM, PLEGIAGIVM, fideiuſſio. Matth. Pariſ. an. 1250. PLEGERIA, eadem notione, Charta an. 1213. ex Bibl. Reg. PLEVIMENTVM, fideiuſſio, iuramentum. Litterae Iohannis Regis Franc. an. 1351. tom. 2. Ordinat. p. 470. PLVVIMENTVM, eodem intellectu, niſi etiam legendum ſit *Pleuimentum*. Charta an. 1266. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 159. PLEVINA, eadem notione. Charta Ludouici Comit. Bleſenſ. et Clarimont. an. 1197. PLEVVINA, Gall. *Plevine*, in Conſuet. Britan. cap. 11. et art. 192. PLVVINA. Vetus Placitum apud Perardum in Burgundicis p. 229. Vocis etymon a Saxon. *Pleoh*, quod damnum vel periculum ſonat, deducendum opinatur Spelmannus; quia ſcilicet *plegius* damnum omne et periculum in ſe recipit: hinc *plegiare* dictum videtur, quaſi periclitari vel damnum ſubire. A Latino praes, quaſi *plegius*, pro *pregius* vel *preius* ſit dictum, accerſit Salmaſius, quem conſule, de Modo vſur. p. 741. *) Vox deducenda eſt a Germ. Pflicht, quippe Germanis ſich verpflichten i. e. ac fidem iubere.

PLEGIVS, fideiuſſor, Gallis *Plege*. Iura et Conſuetudines Normanniae cap. 60. *Plegii dicuntur perſonae, quae ſe obligant ad hoc quod qui eos mittit, tenebatur. Plegiorum autem quidam ſunt ſimplices, et quidem debitum retinentes, etc.* PLIGIVS. Thierricus Valliſcolor in Vrbano IV. PP. PLEGIA, vt *Plegius*. Charta an. 1160. apud Miraeum to. 1. p. 704. PLEGIVS PER FIDEM, qui fide interpoſita fideiubebat. Tabul. Meldenſe. PLEGIVS DE PROSEQVENDO, fideiuſſor de lite peragenda. *Plege de ſuivir ſa clameur*, in Conſuet. Norman. Vox fori maxime Anglici. Praeceptum Phil. Aug. an. 1190. apud Rigord. ſub eodem anno. PLEIVS, pro *Plegius*, fideiuſſor, ex Gallico *Pleje*. Fori Bigorritani art. 27. *Quilibet Miles Pleivus Comitis ſuper eum ponat.* PLEGIS, vt *Plegius*. Notitia an. 1124. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 683.

PLEIARIA, V. *Pleuaria*.

PLEIDVRA, i. q. *Pleduira*. Vetus Notitia in Tabul. Abb. S. Amantii Inculiſinenſis: *Dederunt S. Petro et S. Amantio omnes Pleiduras, quae ſunt iuxta murum*. Tabular. Nantollenſe in Pictonibus an. 1335. *Quandam Pleyduram vna cum chappali domus*. V. *Pleura*. PLEISTVRA, in Charta Iordani Epiſcopi Lemouicenſis apud Beslium in Comitibus Pictauenſibus p. 304. etc. *Pleiduras*, editum tom. 2. nouae Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 172.

PLEIG-

PLEISSICIVM, Gall. *Pleiſſis*, domus ſuburbana, *Maiſon de Plaiſir*, a placendo dicta, inquit Camdenus in Britan. in Trinobantibus. Alii Syluulam, ſeu *Parcum* vndique clauſum, eſſe contendunt. Ioſephus Scaliger *Pleſſis ſepem* eſſe ait ſeu *plicationem ligni*, ita vt *pleiſſicium* ſit locus, paliſ ſeu virgulis implexis concluſus, vel certe domus ruſtica, aut praedium, in quo ſunt parci: nam *Plaiſſier* Gallis eſt plectere. Charta Michaelis Archiep. Senonenſ. an. 1199. in Tabular. S. Ioan. de Iardo prope Meledunum: *Tam in nemore quam in plano, praeterquam bois Pleiſſiatis*, etc. Conſtat vocem *pleiſſis* apud Gallos ſemper ſumtam pro *parcis*, ſeu ſiluis ſepibus clauſis. Ordericus Vital. lib. 5. p. 583. *Tunc etiam dedit totam decimam de Nouis, proprimuque Pleiſſicium, et portum ſuae.* Charta Fulconis Comitis Andegau. apud Sammarthanos in Abbatib. Bellilocenſib. *Ad hunc autem praefatae Eccleſiae dono Pleuſiacum* (*l. Pleſſiacum*) *meum, quod eſt iuxta Tauſeniacum, cum nemoribus, terris, cultis et incultis, ſeruis, ancillis*, etc. Tabul. S. Genouefae Pariſ. an. 1226. *In Pleſſicio et nemore quod dicitur Coinsart.* PLESSEIA, locus vel ſilua ſepibus clauſa. Charta Philippi Epiſcopi Brioc. in Hiſt. MS. Monaſt. S. Albini Ciſterc. V. *Laeya.* PLESSIACVM, eadem notione, in Tabular. S. Vincentii Cenoman. fol. 93. PLESSITIVM, in eodem Tabular. fol. 38. PLEXITIVM. Tabular. Vindocin. Charta 231. PLESSETVM, villa, ſic dicta a ſepibus quibus clauditur, Gallis *Pleſſis* hac notione, vox notiſſima. Charta Eugenii III. PP. an. 1145. pro Abbat. Faremonaſt.

PLEISSIARE, plectere. V. *Pleiſſeicium.*

PLEISTVRA, V. *Pleidura.*

PLEITVS, pro *Placitum*, Hiſp. *Pleyto.* Tabular. Finiat. apud Moret. Antiq. Nauarrae p. 496. V. *Pletum.*

PLEIVS, V. *Plegius.*

PLEMINA, PLEMINARE. Ioan. de Ianua: *Pleumina, ſunt vlcera et ſulci in manibus et in pedibus callaſis, unde Pleminare, replere, ſecundum Vgutionem.* Gloſſ. Iſid. *Plemina, cum in manibus et pedibus caluſi ſulci ſunt.* Vbi leg. *calloſi.* Rupturae ſunt, addit Martinius, ex inflammatione, Graec. φλεγμονή. Papias: *Pleminare, Replere, plenarie et perfecte complere.*

† PLENADERIVM, infundibulum. Inuent. Mſ. a. 1476.

PLENAGIVM. Monaſticum Anglican. p. 596. *Et paſturam porcorum ſuorum, ſiue Plenagiorum, et decimam panagii mei.*

PLENALITER, PLENARIE, plene, omnino. Acta S. Hemmae to. 5. Iunii p. 502.

PLENARIA. (1) Seu *plenaria ſecuritas*, ἀσφάλεια πληρεία, cuius formulam ſub Iuſtiniano exaratam deſcripſit ex veteri Inſtrumento Bibliothecae Regiae Barnab. Briſſonius lib. 6. Formul. p. 646. (2) † Proluuies, eluuio, Ital. *Piena*, ap. Murat. t. 4. Antiq. Ital. p. 141.

PLENARIE, plene, Gall. *Entierement.* Conſtitut. pro Abbatia S. Pauli Narbon. an. 1127. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 34. V. *Pleniter.*

PLENARIS, integer, totus. Charta Guidonis Archiep. Bituric. an. 1279. apud Thomaſſerium in Biturig. p. 113.

PLENARIVM. (1) Amalarius lib. 4. cap. 48. *In praecipuis Dominicis, in quibus conſuetudo ac officia lectionis absque recordatione transigi non poſſunt, vt puta per Aduentum et Quadrageſimam, ſi excellentiſſimorum aduenerint ſolemnitates Sanctorum, in procraſtinatione obſeruantur: videlicet vt eodem datario quo accidit, ſi non poteſt perſolui, craſtino reddatur Plenarium ſolemne*, i. officium plenarium. *Officium plenarium mortuorum*, in Maceriis Inſulae Barb. to. 1, p. 89. id eſt, cum Veſperis, tribus Nocturnis et Laudibus. V. in *Officium*, et infra *Plenus*. *Plenarium*, alia notione, vide in *Miſſale* 2. (2) † Liber quiuis in quo aliquid plene continetur, ſcil. quatuor Euangelia, omnes epiſtolae canonicae, etc. Ch. Lud. Pii a. 832. t. 6. Collect. Hiſt. Franc.

p. 585. (3) † Arca, theca, apud Oefel. t. 1. rer. Boic. p. 631.

PLENARIVS, plenus, integer. Charta an. 1340. PLENARIA SYNODVS. Collector anonymus Canonum Poenit. qui ante feculum nonum vixit, in fine Praefat. fuae, tom. 11. Spicil. Acher. pag. 10. *Denique ipſa ſacra et generalia Canonum decreta . . . . Plenarium Synodum dicunt eſſe vbi cum ſuis dioeceſanis Metropolitanus fuerit Epiſcopus.*

† PLENCHERIVM, tabulatum, fuggeſtum. Ch. Mſ. a. 1380.

† PLENCVS, in Ch. a. 878. ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. p. 929. forte pro *Plenus* vel *Plenus*, locus arboribus conſitus.

PLENICENTRVM, punctus mundi. *Plenicentrum aperi*, apud Mart. Capellam lib. 8. p. 290.

PLENIPOTENTIARIVS, legatus cum ſumma poteſtate, qui habet *plenum poſſe*, *Plenipotentiaire*. Archiuum Turris Londin.

PLENITER, plene, omnino. Geſta Epiſcopi Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 71. V. *Plenarie.*

PLENITVDO. (1) Res integra. Optatus lib. 1. de Synodo Cirtenſi Donatiſtarum agens: *Harum Plenitudinem rerum in nouiſſima parte iſtorum libellorum ad implendam fidem adiunximus.* 2) Copia, abundantia. Memoriale Poteſtat. Regienſ. ad an. 1280. apud Murator. tom. 8. col. 1148. (3) Integritas. Charta Wernheri Argentin. Epiſc. apud Eccardum Origin. Habsburgo-Auſtr. col. 112. *Donec facultas rediret reformandi in priſtinum Plenitudinis ſtatum.* (4) Abſolutio, expletio, Gall. *Accompliſſement.* Capitul. lib. 7. cap. 380. *In ſacerdotis pendeat arbitrio vtrum dignus ſit corpus Chriſti accipere aut vsque ad Plenitudinem poenitentiae ab eo ſeparari.*

† PLENITVS, plene, omnino. Ch. Lud. Pii a. 819.

PLENIVM. *In plenium*, plurimum. Acta S. Procopii tom. 2. Iulii p. 146 *Monaſterium ipſum in Plenium exaltauit.*

† PLENTERIVM, plantarium, locus arboribus conſitus. Ch. Mſ. a. 1371. V. *Plantitium.*

PLENVM-POSSE, ſumma et ampliſſima poteſtas, Gall. *Plein pouvoir.* Procuratio Petri Reg. Aragon. an. 1282. apud Rymer. tom. 2. p. 210.

† PLENVNARE, *replere*, in vet. Gloſſ. Cod. 7613.

PLENVS. *Plenum officium*, *Plena vigilia*, voces vſitatae, vbi de ſocietatibus initis inter monachos variorum monaſteriorum, quibus ſibi inuicem preces, cum e vita migrauerint, pollicentur. *Pleno officio* ſignificant ſolemne defunctorum, hoc eſt, cum Veſperis, tribus Nocturnis et Laudibus; *Plena vigilia* indicant tres Nocturnos. Martyrolog. S. Albini Andegau. V. *Plenarium.* AD PLENVM *informari de re aliqua*, omnino, plene, Gall. *Plenement*, apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 417. et to. 6. p. 67. Vox non ignota Latinis. IN PLENVM DARE, plene, in totum et absque conditione. Pomponius D. lib. 40. tit. 7. L. 11. † NEMVS PLENVM, integrum et denſum, in Ch. Mſ. a. 1357. † IN PLENO MENSVRARE, ad menſuram cumulatam, *raſae* opponitur. Ch. Mſ. a. 1346.

PLERARIA. Charta Senatus populique Romani ap. Baronium an. 1198. *Quidquid ab eis conuentum eſt et permiſſum Romae per ſcriptum et iuramenta, ac Plerarias, et ſtararias, ac prtecones, etc.* Mendum eſſe pro *pleiaria.* vix mihi dubium eſt. † Vox *Pleiaria* pro fideiuſſione occurrit apud Cenc. inter Cenſ. eccleſ. Rom. Mſ. V. *Pleius* in *Plegius.*

† PLERIVM, PLERVM. Gloſſar. Gr. Lat. ἔγκλεισις, *temo*, *plerum armamentum.* Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell. c. 163. *Nauis habens in malo duas perticas, - - et in Plerio runcula ſ. falce incidere funes caratellis ligatas*, etc.

PLEROMI, et PLEROSIMI, numeri militares, qui ſacramentum ſuum πληροῦσι, ſeu complent, vt eſt apud Scholiaſtem Iuliani Antecceſſ. V. Iacobum Gothofred. ad Leg. 1. Cod. Theod. de Domeſtic.

PLE-

PLERVM χοῦς ἀμάξης, in Gloſſ. Lat. Graec.

PLESBICITARE, PLESBISCITARE, litigare, lite contendere. *Plesbicitare ſeu iudicialiter agere*, in Charta an. 1502. apud Lobinell. tom. 5. Hiſt. Pariſ. p. 737. Menoti ſermones fol. 79. vo. *Sed ſi deberem eras incipere ducere proceſſum, potius vellem dare aduerſæ parti DC. ſcuta, quam incipere rurſum Pleſbiſcitare pro habendo tantos labores, etc.*

† PLESCVLVM, ſ. viuarium, receptus aquarum. Ch. a. 969. t. 1. Hiſt. Caſſin. p. 41. *Quomodo vadis ipſo ribo in ipſo Pleſculo.* V. *Platemare.*

† PLESDVRA, i. q. *Pleduira.* Ch. Mſ. a. 1309.

PLESSA. (1) Virgulta implexa. Charta an. 1215. pro Monaſterio Burgulienſi, apud Labbeum in Miſcell. p. 641. V. *Pleſſes.* † Haud ſcio an non de *Placito* hic *Pleſſa* ſit intelligenda. (2) † *Parcus* ſ. locus palis et ſepibus concluſus, Gall. *Pleſſée.* Ch. Mſ. a. 1244.

PLESSATVM, ius *Pleſſas* ſeu virgulta in foreſta cædendi; niſi locum intelligas ſepibus concluſum, atque adeo idem ſit quod *Defenſa* 3. Charta an. 1209. apud Menagium in Hiſt. Sabol. p. 364.

PLESSEIA, PLESSEICVM, Vide *Pleiſſeicium.*

† PLESSEIVM, ſepes ex virgultis implexis. Ch. Mſ. a. 1170.

PLESSES, vt *Pleſſe*, a Gall. *Pleſſis.* V. *Pleiſſeicium.* Tabular. Burgol. an. 1263.

PLESSIACVM, PLESSITIVM, V. *Pleiſſeicium.*

† PLESSITIA, virgula, virgultum. Chartul. S. Petri [illegible]not.

PLETHORIASIS, PLETHORICVS, V. mox *Pletoricus.*

PLETONEDA, locus palis ſeu virgultis implexis concluſus, *parcus.* Charta an. 1060. in Tabular. S. Victoris Maſſil. V. *Pleiſſeicium.*

PLETORICVS. Hermannus de Lerbeke in Chronico Comitum Schawenburgenſium pag. 35. *Et quia multum fuit Pletoricus, toto corpore denigratus eſt.* Lexicon medic. *Plethorici, quatuor humoribus abundantes, pingues, pleni. Plethoriaſis, humorum repletio.* A Graec. πλῆθος, multitudo, copia.

PLETVM, Placitum, Gallis *Plet.* († Vel potius *Plegium*, vadimonium.) Charta Anacleti PP. in Chronico Beneu. S. Sophiae p. 694. V. *Placitum* et *Plitum.*

† PLETVRA, *repletio*, ex Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph.

PLEVRESIS, Pleuritis, Maſſilienſibus *Pleureſin.* Miracula MSS. Vrbani V. PP.

PLEVIANVS, paroecus, *Plebanus.* Acta SS. tom. 1. Iunii p. 772.

PLEVIMENTVM, V. in *Plegium.*

PLEVINA, PLEVIRE, etc. V. *Plegiare.*

PLEVITAS, pro Plebitas, ignobilitas, apud Nonium ex Catone et Hemina.

PLEVRA, i. q. *Pleduira.* Laudatur in Hiſtoria Richeliana Duchenii p. 117. Charta Thomae Abb. de Englia an. 1289. qua *Ioannes Chaillac vendis quasdam Pleuras, quae fuerant defuncti Ioannis de Yprio.* V. *Platea.*

PLEVRESIS, pro *Pleuritis*, Gallis *Pleureſie.* Vtitur Hubertus in Vita S. Gudilae num. 36.

PLEVRIS, eadem notione. Vita B. Columbae Reatinae tom. 5. Maii p. 363*.

PLEVSIACVM, V. *Pleiſſeicium.*

PLEVTERIA. Charta Ludouici Regis Franc. an. 1279. in 30. Regeſto Archiui Regii ch. 129. *Item aſſignamus eidem Epiſcopo et ſucceſſoribus ſuis . . . 4. libras Turon. annui redditus percipiendas ab eodem Epiſcopo et ſucceſſoribus, in Pleuteriis dictis Viçecomitalibus, ſitis in tenemento Neuanſenſi, quae a domino rege tenebantur cum dominio, laudimio, conſilio, et cenſu 2. ſolid. . . . Item quod dicta aſſignatio Pleuteriorum continet in ſe 32. quarterias, quae 32. quarteriae ſunt verſus honorem dicti Epiſcopi de Baſtida, etc.* Sic omnino ſcriptum, forte pro *Plantariis.* V. *Plantata.*

PLEVVINA, PLEVVIRE, PLEXIRE, V. *Plegium* et *Plegiare.*

† PLEXACEVM, i. q. *Pledaira*, in Chartul. Miciac.

PLEXITIVM, V. *Pleiſſeicium.*

† PLEYARE, in pignus dare vel accipere. Ch. Mſ. a. 1328.

PLEYDVRA, V. *Pleidura.*

PLEZARIA, cautio, vadimonium, Italis *Piezaria.* Chron. Andr. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 492. ad ann. 1311. V. *Plegium.*

PLICA. (1) Plicatura, vel inuolutio. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1217. (2) Plicatura, Gall. *Dos, repli d'une lettre.* Bulla Clementis V. PP. an. 1311 inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 72. *Et ſuper Plicam ſcriptum eſt, regiſtrata.* (3) Veſtis monachicae para, a plicaturis ſic dicta. Conſtitut. Cluniac. MSS. an. 1301. in Tabul. B. Mariae Deauratae Toloſ. (4) Morbi genus, in Vita B. Ladislai apud Papebroch. tom. 1. Maii pag. 603. *Plica, lingua noſtra vernacula Gondniec, morbus ille vocatur. Malum et virus hoc, non modo circa capillos, ſed et in venis, neruis, muſculis, carne et oſſibus haerens, vehementer homines cruciat et torquet; oſſa interdum non ſolum loco mouet, ſed etiam in partes minutas confringit; graſſatur perniciose per omnia membra, cibos groſſiores reſpuis, delicatos potus interdum ſolus admittis; alias ad pugnam paratus maximorum dolorum gignit materiem, viuerſaque viſcera corporis cruciando depopulatur, artuum quoque penetrat intima, plena doloris ingerens veſtigia; in Ruſſiae potiſſimum prouinciis.* (5) † Anguſus, curuatura. Ch. Mſ. Phil. Pulcri a. 1310. (6) † Excuſatio futilis, qua quis ſeſe implicat, rem propoſitam denegando. Acta SS. t. 4. Aug. p. 393.

† PLICARE EMENDAM, illatam iniuriam *plicata* veſte emendare. Lib. rdbr. S. Vulfr. Abbauill. PLICARE EMENDAM, multam ſoluere. Ch. Mſ. a. 1359. PLICARE VADIA, pignori ponere, t. 1. Differt. le Boeuf p. 366.

PLICATA. Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis: *Illum aledem de Caſſinalas illo capud manſo, cum ipſa Plicata, et cum ipſo torcularie, et cum omnibus aedificiis.* Vbi *plicata*, idem forte eſt quod cratis, *plexitium*, *pleiſſicium.* V. in his vocibus. Ita πλεκτὰς crates vocat Ioannes Cananus de Bello Conſtantinopolitano p. 194. πλεκτάδια Laonicus lib. 7.

† PLICATOR, reditruum ſeu vectigalium exactor. Ch. Mſ. a. 1324.

† PLICATVRA, inuolucra. Stat. Mſ. pannif. a. 1317.

PLICIA, pro *Pellicia*, V. in hac voce. Teſtam. an. 1314.

PLICTON. Charrula plenariae ſecuritatis ſcripta ſub Iuſtiniano, apud Briſſonium lib. 6. Formul. p. 647. *Stragula polimita duo valente ſolido uno tremiſſe uno, ſtramile ac picto valente ſolido uno, Plicton vetere filiquas aureas, camiſia tramoſirica, etc.* V. *Pellicia.*

† PLIGARE. (1) *Plegium*, ſ. fideiuſſorem dare. Ch. a. 1020. ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 1012. V. *Pleyare.* (2) *Plegare*, plagas inferre, vulnerare. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1373.

PLIGIVS, V. *Plegius.*

PLIGORIVS, prolixior, longior, ap. Innocent. de Caſ. p. 224. *Per Pligorias lineas.* Ita Faber in Theſauro.

PLISTOBOLINDA, *ludus, quo qui plura iactu enumerat puncta, oppoſitam argenti ſummam aufert.* Laur. in Amalth. ex Iun. Graec. πλειστοβολίνδα.

PLITVM. Leges foreſtarum Canuti Regis cap. 17. *Si quis autem contra primarium* (foreſtarium) *pugnauerit, in Plito emendet ſecundum pretium ſui ipſius, quod Angli were et wite dicunt.* Vbi *Plitum* idem forte eſt quod *Placitum*, Gall. *Plet.* V. *Pletum.*

PLIVIRE, PLIVIVM, PLIVVS, V. *Plegius.*

PLIX, πτυχή, in Gloſſ. Lat. Graec. V. *Plica 1.*

† PLOBEGVM, tributi genus, ſ. quod ex bobus ſ. terris aratoriis exigebatur, Ital. *Pievago*, a Gall. *Pieu*, aratrum. Murat. t. 2. Antiq. p. 84.

PLOCIVM, V. *Plosi.*

† PLODA. (1) Lapis ſepulcralis, ſ. ex *Plaſtro*, ſ. gypſo. Acta SS. t 5. Aug. p. 797. (2) Aſſer, ſcandula, Ital. *Pioda.* Stat. ciuil. Cuman.

† PLODIVS, modus agri, t. 3. Cod. Ital. Diplom. p. 1942.

† PLO-

† PLOBETVM, terra arabilis, ab Ital. *Piod*, aratrum, Germ. Pflug, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 633. V. *Plobegum*.

PLOMBATAE, vt *Plumbatae*, in Statutis Astenſ. cap. 92. fol. 34. vo.

† PLOMBEGVS FVSTIS, i. q. *Plumbata*. ap. Ludewig. Reliq. t. 11. p. 77.

† PLOMELLVS, pro *Pomellus*, in Ch. Mſ. a. 1376.

† PLONGEONVS, meta, foeni aceruus, vel ſpicarum inuerſarum moles, Gall. *Plongeon*. Ch. Mſ. ann. 1383.

† PLONICA, perpendiculum, Gall. *Aplomb*. Ch. Mſ. a. 1417.

† PLONQVATVS, PLVNCATVS, idem ac *plumbatus*, in Inuent. Mſ. a. 1335.

PLONVM, V. infra *Ploum*.

PLOPLA, populus. V. *Opius*.

PLORATIO, ploratus. Martyrol. antiq. apud Struuium tom. 1. Act. litter. pag. 214.

† PLORATORIVM, ſudarium lineum, quo ploratus exterguntur, t. 1. Mart. p. 585.

PLOSTELLVM. Miracul. S. Ioan. Beuerlac. num. 5. *Qui antea in motu ſuo effigiem repraeſentauerat belluinam, in ſuae tamen erectionis initio pyramidis vſus eſt appodiamento, ad modum pueri Ploſtello innixi, et humum pene ſignantis meuo.* Vox, vt videtur, deducta a *plauſtrum*, vt recte coniectat Papebrochius, qui vehiculum interpretatur, cui axillarum tenus innixi pueri prohibentur a lapſu, dum interim illud corporis nixu prorrudentes formare greſſum diſcunt. V. *Plauſtellum*.

PLOSTRARIVS, V. *Plauſtrarius*.

PLOSVS, exploſus. Statuta antiqua Canonic. Regul. ſaec. 13. apud Duellium Miſcell. to. 1. p. 94.

Quae communia non poterunt fore, ſunt tibi Ploſa.

Vbi Gloſſae, *i. e. Exploſa*.

† PLOTA. (1) Piſcis genus, Germ. Plot. Tract. Mſ. de Piſc. (2) Palus, vt videtur. Areſt. Mſ. a. 1326. *Galterum imprisonari fecerat . . . detentique cum catenis ferreis ad unam Plotam ligatum.*

PLOTEI, *proprii*. Gloſſ. Iſid. Martinius recte emendat, *Plocii*, *ſtupei*, ex eod. Iſid. lib. 19. c. 27. *Plocium eſt ſtuppa et quaſi craſſedo ſerici, et eſt Graecum nomen.* Vbi ex Heſychio leg. monet *Plocium*; pro *craſſedo* ſcribe craſſitudo. Non minus vitioſ. Papias: *Placitum eſt ſtuppa quaſi groſſitudo ſtrici.*

PLOTEVM, πηκτόσωμα, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. pro *Plutenm*.

PLOTVS, V. *Plautus*.

PLOVDA, an *Pluuia*? Acta SS. tom. 3. Iunii p. 452. de S. Raynerio: *Et praecepit ei vt nunquam amplius ſibi caput de Plouda ablauet.* Italis *Piota* et *Piona* pluuiam ſonat.

PLOVM, in vett. Gloſſis: *Quod habet duas rotas*, arratrum, cuiusmodi fuit illud, quod Galli *planrati*, aut *plaumerati* vocabant, vt auctor eſt *Plinius* lib. 18. cap. 18. *Plamerati* edidit Harduinus; ſed *Plauſtrati* haud improbabiliter legendum putat, ob rotulas nempe aratro additas, ſimilitudinemque plauſtri vel curſus. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 6. *Si quis Ploum aut arotrum alienum iniuſque animo ſcapellaueris, etc.* Ploum, in Cod. Mutin. apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 40. Statuta Montis Regal. fol. 223. *Si tranſeundo, et faciendo viam nouam per alienam poſſeſſionem cum beſtiis a baſto, ſeu cum curru, Plouo, ſeu carrula, ſolent bannum.* Aratrum Dani etiamnum *Plowen* appellant, Germani Pflug. At editio Boerii habet *Plonum*, Heroldi vero *Praelonum*, pag. 193.

PLOWBATE, ius percipiendi lignum neceſſarium ad conficiendum vel reficiendum aratrum; *Bote* Anglo-Saxon. eſt mulcta, emendatio, ita vt qui ius illud habet quietus ſit a mulcta quae inflgi ſolet aliis id agentibus. Charta an. 1426. apud *Madox* Formul. Angl. pag. 145. *Et praedictis Ricardus et aſſignati ſui habebant racionabilia Plowbote, carrbote et fyrebote, in praedictis terris et tenementis.*

PLOVVM, V. *Ploum*.

PLUWSERVM, pars aratri; de laminis ferreis quibus aratrum firmatur, intelligit Rennertus in Gloſſar. ad calcem Antiq. Ambrosd. ex Computo an. 1406. *Cum uno vomere et una cultura, et dimidia toughe cum uno Plowsho emptis XXIII. den.* Anglis *Plough/share* eſt vomer. Gall. *le ſoc.*

PLVDERO, vilis et detrita veſtis, Germ. Plunder, t. 5. Aug. p. 965.

PLVENTA, ξεύματα, in Gloſſ. Lat. Graec. f. pro *fluenta*. Occurrit tamen alibi, vt ibid. obſeruatur.

PLVERIVS, auis, quae Gallis *Pluvier*, apud Frider. II. lib. 1. de Venat. cap. 2. §. II. 12. etc.

† PLVMACEVS, *Cliche, illud, quo ligantur membra fracta*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521.

PLVMACIVM. (1) Gloſſae Graec. Lat. πλυμοκόπιον, πλυμάριον, *Plumacium*. Anaſtaſius in Sergio pag. 61. *Locellum aperuit, ii quo interius Plumacium ex holoſerico ſuperpoſitum, quod flouracis dicitur, inuenit.* Perperam *Plumonium* edidit auctor lib. Gall. cui titulus: *le Tombeau de J. C.* Idem videtur quod *opus plumarium*, de quo infra. Eadem quoque notione accipienda haec vox videtur in Hist. Leutoldi, apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. p. 139. *Iuſſit autem ut uxor eius in Plumaciis ſericis et veſtibus nobilibus, et in pendenti curru nobiliter veſideus, pauperem virum . . aminus proſpectaret.* (2) PLVMACIVM, PLVMACIA, puluinar, Papiae, *quod plumis impleatur.* Alibi *Puluillus Plumacium.* Ioh. de Ianua: *Plumacium, cernical, vel ſcriptorium.* Capitulare de Villis cap. 42. *Vt vnaquaeque villa infra cameram lectaria, culcitas, Plumatias, baſilios, drappos . . . habeat.* Traditiones Fuldenſes lib. 1. cap. 125. *De elaboratu meo ſunt haec, bones 30. . . . mappas 4. manutergia 2. Plumacia 6. opertoria 2. pallia linea 6. puluilli 14. lectiſternia 6. etc.*

PLVMATIVNCVLA, dimin. a *Plumacium*. Vita S. Columbae Abb. tom. 2. Iunii pag. 204.

PLVMACVS, forte vt *Plumacium*. Charta an. 855. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 788. *Denemus . . . caligatos duas ſanias et vna ſubtia et Plumaceo ſericios V. et ſepleſanios ſapites II.*

PLVMAE, in auibus, differunt a pennis. *Num plumas dicimus*, inquit Frider. II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 45. *Quae habent cannulas in radice; et coſtam procedentem per medium gibboſitatis vſque ad vltimum earum. Hae plumae naſcuntur per totum corpus, et cooperiunt cutem: ſed pennas dicimus, quae habent maiores cannulas, radices ſibi et ſimiliter coſtam protenſam per medium piloſitatis vsque ad ſummum. Hae ſunt maiores Plumis, et multo magis ſunt ad ſuſtinendum volucrem in aëre, quam ad cooperimentum cutis.*

PLVMAGIVM, plumae auium, Gallis *Plumage*, apud eumdem Fridericum ibid.

PLVMALE. Willel. Thorn. an. 1179. *Miſit idem Papa Alexander praedicto Abbati Rogero, Monaſterio S. Auguſtini, Plumale ſuum et nouum ſuum in ſignum et memoriam ſpecialitatis et dilectionis perpetuae. Et venit Plumale iſtud ad ſanctum Auguſtinum 6. Kl. Iulii, etc.* Sed legendum *Pluviale*, V. in hac voce. († Iterum occurrit vox *Plumale* inter Addit. ad Hiſt. Caroli VI. p. 758.) PLVMALIA, ſunt pellicia, Electorum imperii indumenta, humeris ſuperiniecta. Goldaſtus.

PLVMARE, operi plumario dare operam. Vopiſcus in Carino. V. Lexicon Martinii v. *Plumo.*

PLVMARIVM. (1) Puluinus plumis fartus. Chronicon Montisſereni an. 1126. (2) PLVMARIVM, PLVMARIVS. *Plumarium opus* dicitur, quod ad modum plumarum texitur et variegatur, Galli *Ouvrage à ramage* dicunt. Papias: *Plumario opere, in modum plumarum*, ac Tabular. Monaſterii S. Theofredi in Velauis: *Sunt et aliae Cortinae lineae 3. artificio Plumarii compoſitae.* PLVMATVM OPVS. Gloſſae antiquae MSS. *Textilia, plumata.* Petronius: *Plumato amictus auro Babylonico.* V. *Graeciſtus.* PLVMEVM OPVS. Dudo lib. 3. de Moribus et actis Normann.

mann. pag. 153. PLVMARE OPVS, apud Alcuinum de Diuin. Officiis.

PLVMARIVS. (1) Plumariorum textor. Verus inſcriptio Romae: *Artemidoro Plumario conlegae. Ars plumaria* apud S. Hieronymum in Chronico an. 345. Vitruuius lib. 6. cap. 7. *Plumariorum textrinae. Plumariorum officinae*, eius Abbreuiatori c. 15. Recenſentur *Plumarii* apud Varronem, Vopiſcum, Firmicum lib. 3. Math. c. 10. et 13. et in Leg. 1. Cod. de Excuſat. artific. lib. 10. apud quos Iac. Cuiacius, Bulengerus, et alii cenſent ita vocari artifices, qui veſtimenta ex plumis auium conficiunt. Certe vidimus tabellas eiusmodi opere plumario affabre effictas; et Fullerus lib. 1. Miſcellan. ſacror. cap. 20. in ea eſt ſententia, plumariam artem circa haec primitus verſatam, nomenque inde manſiſſe Polymitariae et acupictoriae. Conſtat enim *plumariam* artem eam poſtmodum fuiſſe, quam ποικιλτικὴν vocabant, ac dictos *plumarios*, qui *plumas*, atque adeo alias, verbi gratia, florum, animalium vel hominum figuras aut acu pingebant, aut arte texturia exprimebant in ſerico: de quibus Iſidorus Peluſiota lib. 1. Epiſt. 403. Will. Brito in Vocab. *Plumarius, operarius, qui operatur cum pluma, i. cum acu. Plumarium, opus acu pictum.* Addit auctor Mamotrecti ad cap. 26. Exodi: *Nam quadam lingua pluma dicitur acus.* Quae quidem hauſerunt a Petro Comeſtore in Hiſt. Eccleſ. cap. 53. Exodi: *Et coccinei coloris opere plumario. Pluma enim lingua quadam acus dicitur, ſcilicet Aegyptiorum, quorum ſunt diuerſae linguae, ſicut Graecorum. Hoc genus veli vulgo Diſtratum dicitur, quaſi bis ſtratum. Prima enim ſit tela, cui cum acu opere manuali ſubſternuntur picturationes. Sunt qui dicunt opus plumarium a ſimilitudine auium, quibus ſuperaddita plumarum varietas: Idem opus dicitur etiam Polymitum, etc.* Hanc plumariae artis varietatem expreſſit vetus Interpres Exodi cap. 26. *Decem cortinas . . . variatas opere Plumario faciet.* (2) † *Anis quidem, Plomnier*; in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 4120. V. *Pluerius.*

PLVMASSERIVS, Gall. *Plumacier*, plumarius, in Catalogo Confratriae B. M. Deauratae Toloſ.

PLVMATIA, PLVMATIVNCVLA, etc. V. ſupra *Plumacium.*

PLVMATVM, puluinar, pars lecti ſuperior. Guidonis Diſcipl. Parſenſis cap. 47.

PLVMATVS, V. *Plumarium* 2.

PLVMAZOLVM. Anonymus in Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. col. 813. *Ouariolum vnum deauratum cum tribus pedibus leonum. Plumaſolum vnum deauratum cum quatuor pedibus leonum.* Videtur eſſe vas ad vſum menſae.

PLVMBARICIVS, ad *plumbum* pertinens. *Plumbaritiae foſſae*, vnde plumbum eruitur, in Capitul. de Villis cap. 62.

PLVMBARIVS, μολυβδουργὸς, in Gloſſ. Lat. Graec. qui opera ex *plumbo* conficit. Eiusmodi artifices memorantur a Vitruuio lib. 8. cap. 7. et Herone cap. 6. de Machinis bellicis. Hi ſequebantur exercitum ad vſum machinarum, vt obſeruat Carolus de Aquino in Lexic. milit. vt eas conſtruerent, vitiatas ſarcirent apteque collocarent. Charta an. 1318. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 316. *Dum potens et habilis fuerit ad laborandum in arte piſcatoris vel Plumbarii, ſeu quocumque honeſto opere alio.* Occurrit praeterea in Computo an. 1261. ex Bibl. Reg. V. *Pomellus* et *Plumbator.*

PLVMBATA. (1) Claua plumbo quo grauior ſit, munita: Gallis *Plommée.* Gautérius Cancellarius de Bellis Antiochenis pag. 453. *Telis, ſagittis, Plumbatis ferratis, et crebris gladiorum ictibus reinuadendo acerrime percuſſerunt.* V. Lexic. milit. Caroli de Aquino v. *Plumbata.* (2) Globulus plumbeus, apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. pag. 568. *Percuſſus fuit Plumbata quae ipſius caput intrauit, et ſubito expiranit.* (3) idem cum ſeq. *Plumbatum*, de quo ſtatim. Acta Martyrii SS. Maximiani et Iſaaci. (4) Ponderis ſpecies. Tabular. S. Dionyſii Notigenti num. 1240.

Dicuus

Dicunt ſe eſſe in poſſeſſione a ſingulis hoſpitibus ſeu ſtagiariis Prioris et Conuentus S. Dionyſii de Nogento Retrodi euentibus in villa . . . . in die mercati, ad pondus, quod Plumbata vulgo dicitur, quandam ſummam pecuniæ ſemel in anno, etc.

PLVMBATOR. (1) Idem qui *Plumberius*, in Litteris Eduardi IV. Regis Angl. an. 1474. apud Rymer. tom. II. pag. 840. (2) † Quo bullis Papalibus plumbum appendit, apud Hug. de prima ſcribendi orig. pag. 192.

† PLVMBATVM. (1) Flagellum, cuius lora plumbeis globulis in extremo inſtructa erant. Acta S. Caſtuli Mart. num. 4. (2) *Perpendiculum, amuſſis*, Vgurioni.

PLVMBATVRA, coniunctio ex plumbo facta, in Leg. 23. §. 5. Digeſt. de rei vindicat. V. *Applumbatio.*

† PLVMBATVS, color liuidus plumbo ſimilis, in Inuent. Mſ. a. 1363.

PLVMBERIA. Charta an. 1823. ex Tabulario S. Andreæ Auenion. *Vendidimus . . . domino Bermundo abbati et toti conuentui quinque partes taſchæ quas habemus in Plumberiis.* Forte nomen eſt proprium loci alicuius a lapidibus plumbariis quibus abundabat ſic dicti.

PLVMBETVM, lamina plumbea, cui aliquid inſcriptum ſit. Acta SS. to. 1. Iunii de S. Symeone recluſo, p. 102.

† PLVMBINVS, inſtrumentum plumbeum lucernis accommodum, Ital. *Piombino.* Murat. t. 4. Antiq. pag. 906.

PLVMBVM. (1) Inter ſupellectilem domeſticam recenſent Leges Burgorum Scoticor. c. 125. §. 1. *Habebit ad domum ſuam iſta vtenſilia, videlicet menſam meliorem, mappam, . . . lectum plumalem, malles Plumbum, cum le maskfas, cupam, barrellum, etc.* Haud ſcio an pro perpendiculo hic vſurpetur; certe ea notione occurrit in Statutis antiquis Carthuſianorum part. 2. cap. 16. V. *Corus 3.* Eodem ſignificatu Galli *Plommet* vſurparunt, vt auctor eſt Borellus. PLVMBVM IN OCVLIS, *Macula coloris plumbei.* Gloſſ. Iſid. V. *Rufa.* (2) † Ponderis ſpecies, Gall. *Pleuec.* Ch. Mſ. Henr. Reg. Angl. V. *Plumbata.*

PLVMBVS. (1) Symbolum ſeu teſſera ex plumbo. V. in *Menaltus.* (2) Pro *Plumbeus*, in Charta an. 1541. apud Rymer. tom. 14. pag. 726.

PLVMEA, *anima multitudo*, Papiae, et Gloſſis antiquis MSS.

PLVMECVLA, plumula, pluma leuior, in Vita B. Columbae tom. 5. *Maii* pag. 378*.

PLVMELLA, ceruical plumis fartum. Acta SS. tom. 2. Iulii; de S. Monegunde, pag. 314. V. *Plumacium.*

PLVMERATVS. *Plumerata retia*, in lib. de caſtro Ambaſiae apud Acher. to. 10. Spicil. pag. 513. vbi alias *plumbata.*

PLVMEVM OPVS, V. *Plumarium 2.*

PLVMINARE, puluinus plumis fartus, Ital. *Piumaccio.* Chron. Mutin. ad an. 1329. apud Murator. tom. II. col 119.

† PLVMMARE, plumis texere, variegare, acu pingere. Acta SS. tom. 5. Aug. p. 218. V. *Plumarius.*

PLVMMATVS, ſ. pro Plumeus, V. poſt *Baculus 2.*

PLVMMISTVM, *plumis refertum, ornatum.* Laur. in Amalth. ex Gennadio.

† PLVMMVM, plumbum, in Ch. a. 1349.

† PLVMVM, *locus ſacrum*, in Vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Plemum.*

PLVNCATVS, V. *Plunquatus.*

PLVRALES, qui plura beneficia eccleſiaſtica ſimul poſſident. Litterae Eduardi II. Reg. Angl. ad Iohannem XXII. PP. an. 1318. apud Rymer. tom. 3. pag. 691.

PLVRALITAS, pro *Numerus*, Multitudo, in Regula S. Columbani cap. 7. V. ſupra *Plurales.*

PLVRALITER, plurifariam, apud Mabillonium in Append. ad Liturg. Gall. pag. 454.

† PLVRATICA, multitudo, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 926.

PLVRIFICARE. (1) Augere. Chronic. Mellicenſe Schrambi pag. 412. (2) Saepius facere. Idem Chronic. pag. 415. (3) Longius producere. Tract. inter Carolum de Malateſtis et

et Cardinales, apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1070.

PLVRIFICATVS, frequens, iteratus, apud eundem Martenium, ibid. col. 692.

† PLVRILOQVIVM, *Abſque plurilo-quio*, nihil vltra loquendo, apud Steph. de Infeſtura Mſ.

PLVRIMA, turma, multitudo. Anonymus de Miracul. S. Bertini cap. 9.

PLVRIOR, comparat. vocis *Plus*. Gloſſ. Graec. Lat. πλείονα, *pluriora, plurima*. Hinc Galli *Pluſieurs* hauſerunt. Paulus Warnefrid. in Epiſcopis Metenſibus: *Praedicis ei pluriora eundem quam reliquerat habiturum*.

PLVRITAS, multitudo, *pluralitas*, aeque barbarum, occurrit apud Fredegar. in Chron. cap. 20.

PLVRIVOCVS, plura ſignificans. Mart. Capella lib. 4. p. 97.

PLVS. (1) *Sine pluri*, Gall. *Sans plus*, nihil addito. Statuta Maſſil. lib. 1. cap. 57. (2) Charta an. 1013. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi pag. 86. *Et quod Plus eſt, querimus vt*, etc. Phraſis Gallica, *Et qui plus eſt, davantage*, inſuper, praeterea. (3) AD PLVS, ad ſummum, Gall. *Au plus*. Statuta Cluniac. an. 1200. in Bibl. Cluniac. pag. 1464.

PLVSAGIVM, ſumma excurrens, reſiduum, Gall. *Surplus*. Litterae Eduardi I. an. 1295. apud Rymer. to. 2. pag. 692.

PLVSCVLVS. Annal. Eſtenſes Iacobi de Layto ad ann. 1399. apud Murator. tom. 18. col. 955. *Ad id faciendum promtiſſime annuerunt, tum cauſa vicinitae, et amicitiae, ac ligae, et tum quod Pluſculis ante diebus Comes Iohannes multa ſceleſta fecerat*. Id eſt, paucis ante diebus, Gall. *Peu de jours auparavans*.

PLVSSIVETVM, πλέον τῦ ὄντος, in Gloſſ. Lat. Graec. Vbi Vulcanius reſtituit *Plus iuſto*, vt alibi legitur, vel *debito*.

PLVSTATICA, V. *Plustica*.

PLVSTRVM. Teſtamentum Herberti Comitis Veromand. an. 1059. apud Ioan. Carpentarium in Hiſt. Cameracenſi: *Cum huobis, areis, Pluſtris, et aratris ab his* (manſis) *dependentibus*. Galli *Plouſtre* vel *Plostroer*, *Plostroir* et *Plotroer*, vt apud Nicotium, vocant cylindrum quo agri occantur, ac glebae obteruntur: ſed an hoc loco id intelligatur, non definio.

† PLVSTVLA; *Boucle. Pluſtularius, bouclier*, in Gloſſar. Lat. Gall. an. 1352. Cod. 4120. Aliud Cod. 7679. *Pluſtulla, bouglese, Pluſtularius, qui facit pluſtullas*.

† PLVSVALERE, ſumma excurrens, acceſſio. Ch. Mſ. a. 1230. V. *Pluſagium*.

† PLVTEAMEN, i. q. *Plutens*, apud Oefel. t. 1. Script. p. 679.

PLVTEVS, Machina bellica antiquis notiſſima, quam deſcribit Vegetius lib. 4. cap. 15. Eiusdem meminit Abbo in Obſidione Pariſ. pag. 505. A ſimilitudine aliqua plutei veteris, vt ſcribit Carolus de Aquino in Lex. milit. eodem plutei nomine notat recens militia machinam tectoriam in oppugnatione vrbium, ad figuram arcae vel ambulacri ductilis, qua foſſor, cuniculariius cum ſuis armamentis incluſus per foſſam transmeat ad cuniculos deſtinato in loco aperiendos. Id genus machinae vocamus *Galeria*.

PLVVIALE, PLVVIALIS. (1) Veſtis, quae torum hominem operit, et a *pluuia* defendit. *Pluuiales lacernae*, apud vet. interpr. Iuuenalis; *Paliium pluuiale*, apud Ioannem Monachum in Vita S. Odonis Abbatis Cluniac. lib. 2. de S. Martino Epiſc. *Veſtis pluuialis, quae cappa vocitatur*, apud Wibertum in Vita Leonis IX. PP. c. 8. (2) Veſtis Epiſcopalis, quam ſic deſcribit Durandus lib. 3. Ration. cap. 1. num. 13. *Pluuiale vel cappa, habet caputium, prolixa eſt vsque ad pedes, in anteriori parte fimbriis adornata, quam non niſi in maioribus feſtiuitatibus induunt*.

PLVVIANA, canalis, per quem effluunt aquae pluuiales. Charta an. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hiſt. Eccleſ. Placentinae in Regeſto 2. part. ch. 26. Occurrit ibi pluries.

† PLVVIENS, pluuius, in Ch. Mſ. a. 1517.

PLVVIMENTVM, V. in *Plegius*.

PLVVINA, V. in *Plegius*.

† PLV

† PLVVINACIVM, *lo-pinmaco*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† PLVVINARE, *parum pluere*, PLQVARE, *Prov. Plueya*, *Prov. pluia*, in Gloſſar. Prouinc. Lat. Mſ.

PLVVIVM, fideiuſſio. Confirmatio treugae Domini apud Stephanot. to. 8. Fragm. Hiſt. MSS. p. 98. V. *Plegius*.

PNEVMA, flatus, πνεῦμα. Henricus Monach. Autiſſiodor. de Vita S. Germani lib. 6. pag. 65. *Pneuma*, quod alias *iubilum* dicitur, eſt cantus ſpecies, quo non voces, ſed vocum toni longius cantando diducuntur et protrahuntur: quod quia cum reſpirationis difficultate fit, πνεῦμα appellatum eſt. Hugo a S. Victore in Speculo lib. 1. cap. 7. *Vnde Alleluya modicum eſt in ſermone, multum eſt in Pneumate.* NEVMA, *ae*, quae et *iubilus*, *productio cantus in finali littera antiphonae.* Ita Durandus lib. 5. cap. 2. num. 31. Papias: *Neuma*, *i. pars cantilenae, quae fit de geminatione ptongorum, vt tam, etc.* Belethus de Diuin. Offic. cap. 59. *Hic etiam notandum, quod ſemel diximus, Neumam feminei generis abſque P. accipi pro iubilo: pro Spiritu autem ſancto dicitur Graece Pneuma, Pneumatis.* Hinc neſcio quis Poëta MS. ex Bibl. Thuana:

Neuma canit ſine p, cum p ſit Spiritus almus.

Certum tamen, vocem deductam a Graec. πνεῦμα, vnde recte et quidam *neuma* dixerunt neutro genere pro *pneuma*. Perperam enim Petrus Maillartus lib. de Muſica cap. 9. dixit *neuma*, (quod eſſe ait cantum, arte confictum ac inuentum, ad ſupplendum cantus Antiphonae defectum circa tonum,) ex Graeco πνεῦμα, *aſſenſus*, appellatum, quod illius proprium ſit, Antiphonae et Pſalmorum tonum eundem tribuere. Vgutio: *Neuma*, *atis*, *vel Neuma*, *ae*, *i. vocum emiſſio*, *in hymno modulatio*, *vnde Neumaticus*, *modulator dulcis.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Neumes*, *emiſſion de voix*, *modulation. Neumaticus*, *de neume*, *modulateur*, *doulx*, *ſouef*, *conſonant. Gregorianae* Pſalmodiae Enchiridion: *In quonis tono eſt Neuma proprium*, ... *et dicitur illa melodia, quae fit in caudis antiphonarum.* Ordinarius MS. Eccleſiae Rotomagenſis: *In hebdomade iſta nullum Neupma dicatur in fine antiphonae. Per neupma ſignificatur ſuſpiratio animae redemptae ad caeleſtem patriam.* NEVMAE praeterea in muſica dicuntur Notae, quas muſicales dicimus; vnde *Neumare* eſt notas verbis muſice decantandis ſuperaddere. Anonymus interpres Hugonis Reutlingenſis Sacerdotis in Floribus Muſicae: *Antiphonarium et Graduale collegit, dictauit, et Neumauit, ſeu notauit.* Mox: *Omiſſis clauibus et lineis, quae in Neuma ſeu nota muſicali requiruntur.* V. *Figmentarius Cantor.* † PNEVMATICA NOTA, idem, in Ordinar. Mſ. eccleſ. Camerac.

PNEVMATIZARE. Hugo a S. Victore in Speculo lib. 1. cap. 3. et 7. *Sic itaque Eccleſia Pneumatizando expreſſius quodammodo ſine verbis, quam verba innuit.* Ibid. *Iubilare cum Pneumate*, idem ſonat. NEVMATIZARE, Neumas producere cantando, apud Durandum lib. 5. cap. 2. num. 31.

POCAGIVM, tributi genus. Litterae Henrici VIII. Reg. Angl. an. 1526. apud Rymer. tom. 14. p. 765. Legendum forte *Picagium*. V. in hac voce.

POCALIS, Menſura vinaria, pro *poſio*, *potionalis*. Charta Ferdinandi Comitis Caſtellae aerae 972. apud Anton. de *Yepez* in Chron. Ord. S. Benedicti pag. 31. appendic. *Pocalis* idem omnino videtur quod *Buccalis*, lagena vitrea, vel *Bancalis*, vaſis ſpecies, Gallis *Bocal*. V. in *Banca 1.* et infra *Pocennus*.

POCCAE, variolae, in quibusdam prouinciis *Poques*, Germ. Pocken. Iperius in Chron. S. Bertini cap. 28. apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 560.

POCHIA, pera. V. *Panga*.

POCHITVS, a Gall. *Poché*. *Oua pochita*, elixa, Gall. *Oeufs pochés*. Ordinat. Humberti II. to. 2. Hiſt. Dalph. pag. 313. col. 1.

† PO-

† POCHONVS, menſura vinaria, Gall. *Poçon*, vel *Poiſſon*. Inuent. Mſ. a. 1476. V. *Pocalis* et *Poconnus*.

† POCHOTROPHIVM. *lo logo dove menga li infirmi*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

POCILLATOR, pincerna, buticularius, *Echanſon*, qui eſt a poculis, apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 342.

POCINAGIVM. Computus an. 1202. apud D. *Bruſſel* de Vſu feud. tom. 2. p. CLI. *De Pocinagio Stamparum, XIVII. ſ.* Praeſtationem intelligo, quae ex *Polkinis* ſeu menſuris frumentariis domino debetur. V. *Polkinus*.

POCIOLVS, ſeu POTICVLVS, Potiuncula. Ioannes Epiſcopus Arelatenſis in Epiſt. ad Moniales S. Mariae Arelat.

POCO, vox Hiſpanica, Puteus: Charta Ferdinandi *Gonzalez* Comit. Caſtellae, inter Conc. Hiſpan. tom. 3. p. 175.

POCONNVS, eadem notione qua *Pocalis* ſupra. Tabular. Calenſe ann. 1288.

POCVLAMENTVM, potus, poculum. Vita S. Guthlaci tom. 2. April. pag. 41.

POCVLENTVM, quaeuis potio, quidquid ad potum ſpectat. Statuta Maſſil. lib. 1. cap. 1. §. 17.

POCVLVM CARITATIS, conuiuium, quo amici excipiuntur, apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 1809. V. *Potus*. POCVLVM LAVDIS Iudaeis dicebatur illud, quo conuiuium Agni paſchalis claudebant. V. *Euchariſtia* initio. † POCVLVM, quaeuis potio. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1404.

POCZOLLVM, ſ. terrenus agger, ab Ital. *Poggivolo*. Chron. Eſtenſe ad annum 1299. apud Murator. tom. 15. col. 346. *Circa horam tertiam finito conſilio ipſorum venerunt extra cameram ſuper quodam Poczollo, ubi inuenerunt menſas paratas.*

† PODADOIRA, *Pron. Falx, puta. Podar, putare*, in Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657. V. *Podare*.

PODAGIVM, idem videtur quod *Pedagium*. V. in hac voce. Charta S. Ludouici Reg. Franc. an. 1259. inter Inſtrumenta tom. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 234. *Podagium etiam ciuitatis et alii reditus in eadem ciuitate vel territorio ad Epiſcopum pertinente, etc.*

PODAICVS dicitur Chriſtus in Orat. cuiusdam librarii ad calcem libri Theogeri Epiſcopi Meteníf. de Muſica, apud Pezium tom. 1. Anecd. Praefat. p. 15. forte quod illum *podere* ſeu tunica talari vestitum repraeſentet S. Ioannes in Apocal. c. 1. 13?

PODARE, dici videtur de prima vineae paſſinatione, quod circa pedem vitis fiat. Tabular. S. Victoris Maſſil. an. 1349. *Teneatur vineam laborare ſeu laborari facere tribus vicibus, videlicet Podare, fodere et reclaudere temporibus opportunis.* Rem tamen non definio, cum Prouinciales *Poudar* dicant pro Vitem putare: vnde PODARE CVLTELLVM, vulgo *Poudadoire*, ipſis dicitur falx vinearica, qua ad vitem putandam vtuntur, in Inuentar. an. 1294. ex Tabular. S. Victoris Maſſil. *Doujas* in Diction. Toloſ. *Poudo, ſerpe, Poudla, clargeonner, effeuiller la vigne.*

PODENCVS, canis ſpecies, Hiſpanis *Podenco*, Nebriſſenſi *Vertagus*. Fori Aragonenſes tit. de venatoribus: *Si aliquis furatus fuerit Podencum aut canem cuſtodem domus.* Fori Oſcae an. 1247. fol. 36. *Quicunque leporarium aut alanum furatus fuerit, . . et qui Podenco furatus fuerit, cum duobus aliis reddat domino ſuo, etc.*

PODERAGIVM, primarium ius hypothecae in praedium, aut feudum, quod a domino feudi creditori conceditur, vel ſibi ipſi, ſi vaſalli creditor eſt, reſeruat. Conſuetudines Toloſae: *Eſt vſus et conſuetudo Tolo ſad quod Dominus feudi poteſt dare Poderagium et primariam creditoribus in feudo illo, quod tenetur ab ipſo, et ſibi poteſt in dicto feudo dare et retinere Poderagium pro debito, quod feudatario et aliis debet, etc.* Adde part. 2. Rubr. *de Poderagio et bannis*. Part. 4. tit. de feudis, art. 16. V. *Potioritas* et *Primaria*.

PODERE. (1) PODERE, PODERVM, PODERIVM, Ital. *Podere*, poſſeſſio, praedium ruſticum, *Poſſeſſus*,

ſtas, Gallis, quae vis eſt vocis Italicae. Charta an. 1195. tom. 2. Bullar. Caſin. pag. 225. *Philippus Dei gratia dux Tuſciae et dominus totius Poderis comitiſſae Matildis*, etc. Occurrit non ſemel in Chartis Italicis, vt et *Poderum* et *Poderium*, vnde emendandus Petrus de Vineis lib. 5. Epiſt. 84. vbi perperam *ponderis*, pro *poderis*, editum. (a) † Poſſe, valere, t. 6. Iul. p. 53. V. *Podibes*.

PODERIS, tunica talaris, ποδήρης, veſtis Sacerdotum antiquae legis; quam in noua vulgo *camiſiam* vocant. Tertullianus aduerſus Iudaeos cap. 11. ex Ezechiele cap. 9. 2. *Et vnus vir in medio eorum indutus Podere*. LXX. Interpretes ἐνδεδυκὼς ποδήρη: vulgata, *veſtibus lineis*. Eucherius Lugdunenſis: *Poderis, ſacerdotalis linea corpori penitus adſtricta, eademque talaris, vnde et Podevis appellata, haec et ſubucula dicitur*. Papias pro *ſubucula* habet *camiſia*. VESTIS PODERIS, linea et acupicta, in Bulla Nicolai III. PP. an. 1278. apud Rymer. to. 2. pag. 99.

PODERIVM, villa, pagus, diſtrictus *Poteſtatis*, iudicis, etc. Statuta Montis Regal. fol. 276. V. *Poteſtas*. *Poderium*, *Poderum*. pro poſſeſſio, praedium ruſticum, ſaepius vſurpant Scriptores Itali, vt ſupra obſeruauimus in *Podere*.

PODEROS. Charta an. IIII. inter Probat. to. 2. Hiſt. Occitan. col 378. *Ego Bernard Amel te reddirai lo caſtel de Cheralh et forfas quas tibi fuerint: Et ſi ego non fuero Poderos, MD. ſol. donem tibi*. Vox Vaſconica quae idem ſonat atque *Et ſi ego non potuero*, etc.

PODESTAS, V. *Poteſtas*.

PODESTATICVM, idem quod *Poteſtas*, iuriſdictio, dominium. Charta an. 1202. in Tabular. regio Prouinc. V. *Poteſtaticum*.

PODESTICVM, V. *Pedeſticum*.

† PODIALE, collis, mons. Ch. Mſ. a. 1415. V. *Podium*.

PODIARIVS, *inter mimos*. Gloſſ. Iſid. Qui ad *podium* fabulas agebat, interprete Graeuio.

PODIBAT, poterat, in Charta Chlotarii III. Reg. an. circ. 657. apud Felibian. Hiſt. Sandion. pag. VII. *Idio ipſa auctoritate manu propria non Podibat ſubſcribere*.

PODICVS, pedeſtris, ποδικὸς, apud Martian. Capellam lib. 9. pag. 328.

PODIDVM, V. in *Pedagium*.

PODIOLVS, V. *Podium* 2.

PODISMVS, ποδισμὸς, *Pedatura*: *Podiſmatus ager*, pedibus dimenſus. Gloſſae MSS. *Podiſmus*, Gr. *Lat. pedalis menſura*. V. *Pedatura*. Occurrit haec eadem vox, vt obſeruat Carolus de Aquino in Lex. milit. apud Scriptores Tacticos, praecipue Aelianum, vt ſignificent ſpatium illud in inſtructione aciei, quo vnus miles ab alio ſeiungitur, non ſolum a lateribus, ſed etiam a fronte et tergo. Diſtabant autem inter ſe vel ſex, vel tres pedes, aut etiam pedem et ſemis.

PODIVM. (1) Leges Inae Regis cap. 74. edit. Saxon. 70 *Plena ambra butyri, ſalmones* 5, 20. *Podia faeni, et 100. anguillae*. Certum pondus ſignificari videtur. (2) Res quaeuis, cui innitimur: a podiis Circorum, vel aedium moenianis, voce Latinis Scriptoribus nota, de qua copioſe Vitruuii interpretes, ac praeſertim Bernaldinus Baldus. Io. de Ianua: *Podium, baculus, ſuper quem innitimur, cum ſaepe terram terimus. Vnde et Podium dicitur obiectumque innitimur, et inde Podio, as, appodie, as, compodio, ſuppodio, omnia pro valde inuiti*. Petrus Damian. lib. 3. Ep. 2. *Vt nec Podio, nec adiacenti prorſus vili materiae dignentur innixi*. Sugerius lib. de Conſecrat. Eccleſ. S. Dionyſii: *Arcus nullo ſuffulti Podio*. PODIVM, Pars *formae* monachicae, cui monachi, cum procumbunt, innituntur. Vſus antiqui Ordin. Ciſtercienſis c. 68. PODIA. Gauterius Cancellarius de Bellis Antiochenis p. 459. *Facto ſpecu ſubterraneo, infodientes mixtis hominibus, igniferosque parat currus ficcis lignis infitos, vt cum ad turres peruenerint, ſub Podiatae poſtibus eiſdem immiſſis ignibus corruant*. De cuniculis, qui lignis ſuſtentabantur.

APPO-

POENA, vel POENOSA, tributis, angariis etc. obnoxia. Ch. Mſ. a. 1166.

POENALES TERRAE, tributis, angariis, et aliis exactionibus obnoxiae. Charta Balduini Domini *de Wallaincourt*, an. 1224. in Tabulario Abbat. Montis S. Martini dioceſ. Cameracenſis n. 28. POENALIS HEBDOMADA, Gallis *Semaine peneuſe*, V. in *Hebdomada*.

POENALITAS. (1) Mulcta. Chron. Mellicenſe Scrambii p. 576. (2) † Animi anxietas, moleſtia. Ch. Mſ. a. 1402. (3) † Poena, ſupplicium. Io. de Cardalhaco in Serm.

† POENALITER, ſub tributo, ſeu ſeruitio. Ch. Mſ. a. 1145. V. *Poena*.

POENARE, poenis afficere, in Actis S. Baſiliſci, Martyr. c. 3. n. 24.

POENATOR, *Tortor*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

POENITENCELLVS, ſ. q. Poenitentiarius, ap. Baluz. t. 7. Miſc. p. 345.

POENITENCIATVS, cui poenitentia impoſita eſt. Limboſch. Inquiſit. Toloſ. pag. 104.

POENITENTES, quibus ob crimina publica imponebatur poenitentia publica; quique *in extremo Chriſtianorum ordine* eſſe dicuntur apud S. Columban. lib. de Poenitent. menſura c. 37. S. Auguſtinus Ep. 108. *Quod autem dicitur Petrum egiſſe poenitentiam, cauendum eſt, ne ita putetur egiſſe, quomodo agunt in Eccleſia, qui proprie Poenitentes vocantur. Poenitentia ſolemnis* a publica diſtinguitur in Statutis MSS. Augerii Epiſc. Conſertin. an. 1280. vbi eaſus reſeruati enumerantur: XVI. *Vbicunque eſt ſolemnis poenitentia iniungenda, non dicimus hoc de publica.* Vbi *ſolemnis poenitentia* ea dici videtur quae pro grauioribus delictis occultis a Canonibus eſt praeſcripta. *Poenitentia* autem *publica* dicitur ea, quae pro expiandis criminibus et delictis publicis imponitur, *iis, qui publico crimine conuicti ſunt*, in Concilio Arelatenſi VI. c. 25.

POENITENTIA ABSCONSA, cui opponitur *publica*, in Concilio Remenſi II. c. 31. Concilium Moguntin. I. c. 10. *Diſcretio ſeruanda eſt per poenitentes publice et abſconſe, etc.*

POENITENTIA EPISCOPALIS, ab Epiſcopo imponenda, in Edicto Piſtenſi c. 2. POENITENTIA MOMENTANEA, apud Auitum Viennenſem Epiſt. 4. eſt, quae ſub vitae exitum confitenti imponitur, ſeu, vt eiusdem Aviti verbis vtar, *in aegritudine, quaſi ſub momento acceptur. Subita* dicitur Paulino. POENITENTIAE PROCESSIONALES, publicae, in Statutis Eccleſ. Meldenſ. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 903. POENITENTIAE REGVLARIS ſeptem modos diſtinguunt antiquae Conſuetudines Benedictinae, quas videſis apud Mabill. to. 4. Analect. p. 461. POENITENTIARVM REDEMPTIONES. Capitula Herardi Archiepiſc. Turon. c. 26. *Et nullus poenitentem cogat manducare vel bibere, niſi redemptio permiſſa ſit: ita tamen vt prius pro eo donet coram ipſo redemtionem.* POENITENTIAE inter obuentiones Curionum vulgo recenſentur, quae aliis *Confeſſiones* dicuntur. V. in hac voce. Tabularium Conchenſe in Ruthenis Ch. 15. *Et manſiones de ipſas Eccleſias, et quartam partem de ſepulturam et Poenitentiam, etc.* († POENITENTIA, nude, pro confeſſione peccatorum, occurrit in Ch. a. 1310.) POENITENTIAE BENEDICTIO, *Viaticum*, ſacra Euchariſtia quae aegris ac morituris datur. Concil. Gerundenſe apud Gratian. can. Si vero, diſt. 50. V. in *Benedictio*. POENITENTIARVM REMISSIO, vel *Indulgentia*. Hiſtoria Andegauenſis. LIBELLVS POENITENTIAE, quo quis impoſita et indicta poenitentia, a reatu, quem vltro fatetur, abſoluitur, aut abſoluendus reſeruatur et Eccleſiae reconciliandus. Anaſtaſius ad VIII. Synod. act. 2. LIBELLVS, nude. Formoſus PP. Ep. 1. LIBELLVS POENITENTIALIS, idem quod infra *Poenitentiale*. Addit. 3. ad Capit. c. 63. LIBELLVS CONFESSIONIS, in Epiſtola Epiſcoporum Regni Lotharii in Synodo Aquiſgran. an. 860. qua quis reatum ſuum confiteatur, et ab eo abſolui flagitat. LITERA POENITENTIALIS, idem quod *Libel-*

Libellus poenitentiae : quae scilicet poenitentibus in argumentum statuae ac certae indictae poenitentiae dabatur ab Episcopis, praesertim iis poenitentibus, quibus indictae erant ob grauiora crimina certae quaedam poenitentiarum species, quas ii extra dioecesim interdum exigere deberent, verbi gratia, cum sacrae iis iniungebantur peregrinationes, aut circuli ferrei deferendi, et huiusmodi. Ioannes Monachus in Vita S. Bernardi Poenitentis num. 5. Et num. 7. *Poenitentiale mandatum* appellatur. POENITENTIA PLENARIA, ipsa reconciliatio, absolutio. Vitae Patrum Emeritens. tom. 2. Concil. Hispan. pag. 642. POENITENTIA, nude, eadem notione. Radulfus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1184. V. *Poenitentiarii*. DE POENITENTIA S. DOMINICI: ita vocantur viri et feminae, qui in vita laicali sub directione PP. Dominicanorum vitam instituunt, etiam habitu modestiore vtentes. V. Miracul. S. Thomae Aquin. num. 15. et Henschenium ad 19. Martii, vbi de B. Sibyllina Papiensi. DE POENITENTIA S. FRANCISCI. V. *Continentes*. ORDO DE POENITENTIA S. *Mariae Magdalenae* fundatus an. 1272. aut 1277. Massiliae, per Bertrandum virum pium ac ciuem Massilienſem, qui suis virtutibus hunc illustrauit ordinem, confirmatum sub Regula S. Augustini a Nicolao III. PP. Ex Cruzenio in Monastico. ORDO FRATRVM DE POENITENTIA *Iesu Christi, apud Massiliam institutus an. 1260.* Ita Chronicon MS. Lemouicense Ioannis de Nigella Physici Regis Caroli. V. Guillel. Prynneum in Libertatibus Angl. tom. 2. pag. 1065. POENITENTIALE FERRVM dicuntur ferrea vincula, quibus ab Episcopis constricti potissimum homicidae per loca sancta peregrinari iubebantur. Acta Tullens. Episc. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1019. POENITENTIA. Leges Edmundi Regis apud Londonium c. 3. *Si quis scelestis manibus effundat sanguinem Christianum, non appareat in consessu Regis, priusquam emendationem inierit, sicut Episcopus docebit, et Poenitentiam consulet.* Hic *poenitentiarium* interpretatur Somnerus: sed puto potius librum *poenitentialem* intelligi. MINISTERIVM POENITENTIAE. Anastasius in Sixto III. PP. apud Murator tom 3. pag. 118. *Ministerium ad baptismum, vel Poenitentiae ex argento, pensant. libras quinque.* Vas aliquod indigitatur; sed quodnam sit non percipio.

POENITENTIALE, POENITENTIALIS, liber Ecclesiasticus, in quo continentur, quae ad poenitentiam imponendam, et ad reconciliandum poenitentem spectant. Acta Murensis Monast. apud Eccardum de Orig. famil. Habsburgo-Austr. col. 218. *Ex his vnus habet obsequium mortuorum, et vnus breuiarius. Item duo Poenitentialia. Liber Poenitentialis*, in Concilio Turon. IV. cap. 22. *Poenitentiales Codices, Codicilli, Libelli*, in Parisiensi VI. lib. 1. cap. 32. *Sacramentum ad dandam poenitentiam*, in Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 52. vbi forte legendum *Sacramentarium*, vt lib. 7. cap. 143. *Canon Poenitentialis* in Capitulis Aytonis Episcopi Basileensis c. 6. *Leges Poenitentium*, apud Bernardum Presbyt. Constantiensem lib. de Reconciliatione lapsorum pag. 285. *Peccantium iudicia*, apud Reginonem an. 576. *Iudicium poenitentiae*, in Charta an. 1197. ap. Vghellum to. 7. p. 1275.

POENITENTIALERIVS, idem qui mox *Poenitentiarius*. Statuta antiqua Eccl. Aeduensis, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 468.

POENITENTIALIS, (1) Vir, cui imposita est poenitentia. Acta S. Willelmi pueri Martyris, apud Capgrauium. (2) † Ius instituendi *poenitentiarios* vel imponendi poenitentiam. Ch. Mſ. a. 1183.

† POENITENTIARE, poenitentiam indicere. Constit. Carmelit. Mſ.

POENITENTIARI, poenitentibus accenseri, poenitentiae subiici. Chronicon Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 631. POENITENTIATVS, reconciliatus, absolutus. Bartholomaei Scribae Annal. Genuens.

ad an. 1242. apud eumdem Marator. to. 6. col. 496. V. ſupra in *Poenitentes*.

POENITENTIARIA. (1) Dignitas et officium *poenitentiarii*. Litterae an 1289. tom. 2. Hiſt. Dalphin. pag 49. Adde nouam Gall. Chriſt. tom. 3. inter Inſtrum. col. 108. (2) Ius abſoluendi poenitentes. Statuta Ioannis Epiſcopi Trecor. an. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1130.

POENITENTIARIVS. (1) Dignitas inſtituta in Eccleſiis Cathedralibus a Concilio Tridentino ſeſſ. 24. cap. 8. ſeſſ. 14. cap. 7. penes quem facultas eſt caſus Epiſcopis, vt vocant, reſeruatos abſoluere. Erant tamen longe ante Concilium Tridentinum *Poenitentiarii*, qui interdum ab Epiſcopis per villas et oppida in Quadrageſima deſtinabantur, qui imbecilles, impotentes, et pauperes a caſibus, qui *Maioribus* reſeruantur, abſoluerent, vt eſt in Concilio Arelatenſi an. 1260. cap. 16. Hi *principales Poenitentiarii* dicuntur in Concilio incerti loci cap. 16. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 151. POENITENTIARIVS *Eccleſiae Romanae*. Ex Preſbyteris Eccleſiae Romanae quosdam conſtituit Simplicius Papa, vt auctor eſt Anaſtaſius Bibliothecarius, ſuper poenitentes, qui iis praeeſſent, et eorum exomologeſes ſeu Confeſſiones audirent. Horum primus hodie *Magnus Poenitentiarius* dicitur, qua dignitate in Eccleſia Romana fungitur vnus e Cardinalibus, de cuius officio pluribus agit Octauianus Veſtrius l. 1. de Iudiciis aulae Rom. (2) † Vir cui inpoſita eſt poenitentia. Reg. viſitat. Odon.

† POENITERE SE, ſe reuocare. Ch. Mſ. a. 1238.

POENITVDO, pro *Poenitentia*, in L. 11. Cod. Th. de Indulgent. criminū.

POENITVERINT, pro *Poenituerit*, in Concilio Ilerdenſi inter Hiſpan. tom. 2. p. 283.

POENOSA HEBDOMADA, *Septimana*, V. in *Hebdomada*.

POERARIA, pro *Petraria*, lapicidina, *Carriere*. Charta Galeranni Comit. Mellenci tom. 4. Hiſtor. Harcur. pag. 139.

POESA, idem quod infra *Pogeſia*. Chartul. S. Petri de Domina fol. 122.

POESSELLATA, pro *Boeſſellata*, Gall. *Boiſſelée*., Modii ſeu *boiſſelli* menſura. Necrolog. Abbat. *de Daoulas* dioec. Quimperleg. V. *Boiſſelata*.

POESTALDVS, ſupremus magiſtratus, vel aduocatus. Chron. Com. *Zaniſliet* ad an. 1400. apud Marten. tom. 5. Ampliſſ. Collect. col. 357. V. infra *Poeſtas*.

POETARE. (1) More Poëtarum fingere. Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanaſio pag. 108. (2) Verſificare. Vita S. Beannaiq tom. 3. Iunii p. 157.

POETICA VERA, *Poëticalis alta, tarſita, mediana, Poëticana ſerrata*, variae ſcripturae ſpecies. V. in *Scriptura*.

† POETIZARE, i. q. *Poetare*. ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 1. p. 113.

POETRIA, poëtria. Iohann. de Monſterolio Epiſt. 41. apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1308.

POEXIA, poëſis, Italis *Poeſia*. Chron. Placentin. ad an. 1359. apud Murator. tom. 16. col. 588.

† POGADA, POGADVS, POLGADA, POLGATA, pollex, vncia. Conſuetud. S. Crucis Burdigal. Mſ.

† POGESA, i. q. *Pogeſia*. Ch. Mſ. a. 1270.

POGESALE, POGESIALE, menſura vinaria minutior, ſ. quod *Pogeſium* valet, ſic dicta. Statuta Arelat. MSS. art. 74. *Vinum non vendatur cum Pogeſiali ut ſolvenerſum*. Statuta Auenion. MSS *Qui vendideris vinum minutatim vendatur habere ad minus mediam cociam, quarteriam et Pogeſiale, quibus vendatur menſurare ſine ſuperuerſo*. POIEZALE, POIZALE, eadem notione. Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 56.

POGESATA, V. mox *Pogeſia*.

POGESATVM. (1) V. *Pogeſia*. (2) Menſurae agrariae et liquidorum ſpecies. Ch. Mſ. a. 1303.

POGESIA, POGESVS, POGESIVS, monetae Gallicae ſpecies, ſed minutioris, eiusdem valoris atque *Piſta*, V.

V. ſub hac voce. POGESIA. Charta Capituli Lactoratenſis an. 1273. in Regeſto homagiorum Aquitaniae fol. 52. *Pro quibus 60. libris aſſignauit et tradidit dominus Rex dicto Capitulo vnam Pogeſiam, ſeu pitiam, ſeu quartam partem vnius denarii Turonenſ.* POGESVS, in Charta Ildefonſi Comitis Toloſae anni 1144. apud Catellum in Hiſt. Occitan. p. 323. 324. POGESIVS. Raymundus de Agiles: *Erat moneta haec Pictauinis, Cartenſes, Manſei, Lucenſes, Valentinenſes, Mergoraſi et duo Pogeſii pro vno iſtorum. Denarii Pogiſii.* POVGESIA. Charta ann. 1306. in Regeſto 9. Philippi Pulcri Regis Franc. Ch. 14. ex Tabular. Regio. POVDRIGIA, vt *Pogeſa*. Recogn. antiquae Albaripae Regeſt. POSEGIA, POSIGIA, eodem ſignificatu. Charta an. 1295. apud Fauron. Hiſt. Auenion. tom. 2. p. 83. POGISIA, in Ch. a. 1325. POGESATA, POGESATVM, pretium vnius *pogeſiae*. Conſuetudines Toloſae part. 2.

POGETVM, colliculus ex *Podium*, eadem notione. Tabularium Conchenſe in Ruthenis Ch. 152. V. *Podium* 3.

POGGIARE, POGIVM, V. *Podium* 2. et 3.

† POGGIVM, gradus, Acta SS. t. 5 Aug. p. 820.

POGISIA, POGISIVS, moneta. V. *Pogeſia*.

† POGNADINA, POINGNADINA, menſura qua molitores ius moliturae exigunt, Gall. ol. *Poingnet*. Stat. Auenion. Mſ. V. *Poinanderia*.

† POGNVS, pro *Pugnus*, menſurae ſpecies. Ch. Mſ. a. 1212.

POHERI, qui dicti fuerint apud Willelmum Britonem in Philippide, video paſſim ignorari, vel ſane a viris doctis praetermitti. Is lib. 10. p. 221.

Pontiuii Comitem comitantur in arma Poheri.

Et lib. 11. p. 233.

Stant contra oppoſitis Thomas Galleticas armis,
Gemachieſque Vimoſque. cient,
Robertigeneque,
Pontiuſque Comes, Drocenſis, atque Poheros.

Quos vero *Poheros* Willelmus, Poëtae Gallici *Poihiers* vulgo vocant. Magiſter Vaccius, qui ſcribebat an. 1160. in Hiſt. MS. Ducum Normanniae in Willelmo Notho:

Les Bolongneis, et les Poihiers
Avrés tous, et mes Soudoiers.

Poheri igitur populi fuere in Belgio, quorum nomenclatura tam late patuit, vt Golutus in Hiſtoria Sequanica lib. 20. cap. 81. et 109. ſcribat, Duces olim Burgundiae, qui complures etiam Germaniae inferioris tractus poſſedere, Heraldos ſeu Foeciales habuiſſe, quorum alii Poihieri, (*Poihiers*,) alii Ripuarii, (*Ruyers*) appellabantur; *Poheros* vero Foeciales intra Franciam et Ripuarios intra Germaniam inferiorem ſuum obiiſſe munus. Sed appellationis rationem non reddit, quae non alia eſt, quam quod Ducum eiusmodi Burgundicorum modernorum dominia partim in Francicis, partim in Germanicis regionibus protenderentur, id eſt, in prouincils, quae aut Gallica, aut Germanica lingua vtebantur: cum Ripuariorum nomine, eae quae Rheno conterminae erant, Poherorum quae verſus Franciam excurrebant, intelligerentur. Vnde omnino conficitur *Poherorum* nomen generale fuiſſe, pluresque comprehendiſſe populos.

POHINA, lateris ſpecies, ni fallor. Statuta Riperiae cap. 222. fol 29. vo. *Teneantur fornaſarii facere et fieri facere cuppos, quadrellos, Polimes, matonas, tauellonas, et tauellas longas ſiue magnas et parvas; et alia quaecunque in fornacem coquenda ad infra ſcriptam menſuram, etc.*

POIADAS, praeſtatio ex piſis, vt videtur. Charta Willelmi Ducis Aquitan. an. 1027. tom. 2. Gall. Chriſt. inter Inſtrum. col. 268. *Concedo . . . omnes res cum Eccleſiis earum et cum omnes conſuetudines et iura, cum conſuetudine trium modiorum ſalis*

et eum la Poiadas et in fromentada, etc.

† POIALVS, f. diminut. a *Poius*, collis, mons, regio montuosa. Rég. Cam. Comput. Paris. V. *Podium.*

POICHIA, PONCHIA, mensura frumentaria, in dioecesi Birterrensi. Charta Philippi Regis Franciae an. 1304. ex Chartophylacio Regio.

POIESVS, moneta, V. *Pogesia.*

POIEZALE, mensura, V. *Pogesale.*

† POIGESIA, i. q. *Pogesia*, in Ch. Mf. a. 1287.

† POIGNEIA, quantum pugno continetur a Gall. *Poignée.* Ch. Mf. a. 1266. V. *Pugnata.*

† POIGNELLVS, modus agri, i. q. *Pugillus*, in Ch. Mf. a. 1258.

† POIGNETVS, PVIGNETVS, a Gall. *Poignet*, ornamentum pugni, f. assuta extremae manicae fasciola. Inuent. S. Capellae Paris. V *Pugnale.*

POIGNIA. (1) Inquesta de Foresta Aquilina in Regesto Philippi Aug. Herouualliano f. 118. *Habet et carbonarios afignarios Poigniarum ad mortuum nemus in defenso Molinelli.* Infra: *De pasnagio, quod domini Regis est, habet dominus Monfortis vnum centenarium, si inuentus fuerit apud Rambolhec, siue ad Poignias.* Nomen esse alicuius loci proprium suspicor. (2) Aliud sonat in Charta thelonei Episcopat. Autissiod. MS. *Episcopus habet in vno die Sabbati et in alio non, duas Poignias de tribus digitis ad minus quo volueris telonearius.* A Gall. *Poignée*, Pugillata, haec vox deducenda videtur.

POINANDERIA, mensura, qua molitores ius molturae exigunt, *quantum semel cum palma leuatur*, vt habent Libertat. Pontis Vrsonis tom. 4. Ordinat. pag. 640. Massilienses bus *Poignadiere.* Statuta Massil. MSS. an. 1258. *Poinhanderia* ibidem occurrit. Hinc emendanda eadem Statuta edita lib. 1. cap. 53. et 55. vbi *Pomaderia* legitur pro *Poinnderia.* PONADERIA, eadem notione, in Statutis Auenion. MSS. PONNADERIA, saepius in veteribus Chartis burgi S. Andeoli. V. *Poneria* et in *Paginata.* POINCETVS, vox obuia in Expensis militiae Comitis Atrebat. an. 1237. ex Bibl. Regia, vbi ad monetam spectari dubium non est: quae sit tamen genuina vocis notio, non percipio. An *Poincetus* signatum vel grauem sonat? Monetariorum enim est vtraque vox. † Vox contracte scripta et fortassis haud bene lecta, quae idem significare videtur quod vulgatum in computis, *item*, *plus.*

† POINETA, pugillata, quantum pugno continetur, Gall. *Poignée.* Ch. Mf. a. 1218. V. *Pugneta.*

POINGITIVM, veliratio, leue praelium, Gall. *Escarmouche*, f. a Lat. Pungere. Genealog. Comit. Flandr. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 410. POINGMEICIVM, eadem notione. Charta Iohannae Comit. Flandr. an. 1225. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 264.

POINHANDERIA, V. *Poinanderia.*

POINSO, POINSONVS, a Gall. *Poinçon*, vas vinarium, dolium, idem quod Parisiis *Semicanda vini*, *Demie queue.* Bellijoci valet quatuor barales vel duas asinatas. Hist. Paris. Lobinelli tom. 3. pag. 695.

† POINGNADINA, V. *Poignadina.*

† POINGNERIA, mensurae species, Gall. *Poignée.* Ch. Mf. a. 1306.

† POINTA, a Gall. *Pointe*, angulus. Ch. Mf. a. 1299.

POIOLIS, colliculus, *podiolum*, diminut. a *podium.* V. in hac voce. Charta ann. 1030. in Tabular. S. Victoris Massil. V. *Pogetum.*

POIPIA, V. *Poypia.*

POIRATA, leguminis species, beta, Gall. *Poirée*, *betse* Constitut. ann. 1127. inter Instrum. tom. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 33. V. *Poreta.*

POISA, vt supra *Pensa*, libra. *Semipoisa*, semilibra, in Chartular. S. Vedasti Atrebat. V. p. 265.

† POISONERIVS, piscarius, qui pisces vendit, a Gall. *Poisson*, piscis. Ch. Mf. a. 1328. V. *Piscionarius.*

† POITRINA, pectus, Gall. *Poitrine.*

POIZALE, Mensura, V. *Pogesale.*

POKETTA, ab Angl. *Pocket*, Pera, sacculus. Instrum. an. 1341. apud Rymer. tom. 5. pag. 234.

POLA. (1) Pertica, vel alius modus agri. Liber Prioratus Donſtapl. cap. 4. V. *Dola* 2. (2) Forte Agger ad ripam. Charta an. 1369. apud Rymer. to. 3. pag. 191. *Antiquum et debitum priſum noſtrum de vinis, quae in portu de Dertmuth, et in Pola aquae de Eſhe, in Comitatu Devoniae applicare contigerit.*

POLACIADA SPADA. Fori Alcaçonenſes: *Et qui feriret de lancea aut de Spada Polaciada peites xx. ſol.* V. *Polaxis.*

POLAGIVM, praeſtatio ex pullis, pro *Pulagium*, V. in hac voce. Polyptychus Fiſcamn. an. 1235.

† POLAGLIVM, pullarium genus, Gall. *Poulaille.* Stat. Auell. ann. 1496.

† POLALHA, idem, in Ch. ann. 1310.

† POLALLIA, idem, in Ch. an. 1388.

POLANA, V. *Poulainia.*

† POLANDA, piſcis ſpecies, V. *Glaucus.*

POLANVS, trochlea; ni fallor, Gallis *Poulie*; niſi ſit machina deuoltiendis doliis apta, quam *Poulain* nuncupant. Tabular. Epiſcopat. Autiſiodor. *Coſtumae de cordis, Polanis, et minagium ſunt Comitis.* POVLANVS, ibidem: *Ille ballinus debet cooreer habentem chordas et Poulanos.* Hinc POVLENAGIVM, praeſtatio pro *polanis*, ſeu trochleis, quibus dolia e nauibus in littus educuntur. Idem Tabularium. † Etiam vehiculi ſpecies ſine rotis, ſ. traha vehicularis, *Polanus* appellatur, vt in Chartul. Foſſat.

† POLASSVS, pullus. Comput. a. 1399.

† POLASTER, idem, in Stat. Auel.

POLAXIS, gladii ſpecies. Charta Henrici VI. Reg. Angl. an. 1450. apud Rymer. tom. II. pag. 262. *Quod nullus de caetero palettos, loricas, gladios, Polaxes, gleynes, ſeu aliquae alia arma inuaſiua, etc.* V. *Polaciada ſpada.*

POLAYNA, noſtra calceorum, V. *Poulainia.*

POLCHEHART, qui pullos curabat, ſeu cui incumbebat cura eos condiendi et tabulis regiis apparandi, interprete Hearnio in Lib. nigri Scaccarii p. 348. V. *Poleta* 2.

POLCINVS, Menſura, V. *Polkinus.*

† POLDRA, pulvis tormentarius, Gall. *Poudre.* Comput. a. 1495.

† POLEA, trochlea, Gall. *Poulie.* Conſuetud. S. Crucis Burdegal. Mſ.

POLECTICVM, polyptychum, V. in hac voce.

† POLEDIA, grus tractoria. Mirac. Mſ. S. Lazari.

POLEDRA, POLEDRARIVS, etc. V. mox *Poledrus.*

POLEDRVS, PVLLETRVM, PVLTRINVS, pullus equinus, Ital. *Poledro*, *Puledro*, et *Polstro*: ex qua voce Laudinus ad Dantem ignauos *polstrones* dictos putat. Galli *Poutre* dicunt. Germ. Füllen. Gloſſ. Aelfrici: *Poledrus*, pola, i. pullus. Teſtamentum Bertichramni Epiſc. Cenoman. *Reliquos vero caballos, tam Vnaramenis quam ſpadas ſeu Poledras, etc.* PVLLETRVM, eadem notione, in Legibus Wiſigoth. lib. 8. tit. 4. §. 5. *Pullitras* Gallinas *vetulis* opponit Varro lib. 3. de Re ruſt. PVLTRELLVS. Charta an. 1059. in Tabular. S. Victoris Maſſil. PVLTRINVS, in Gloſſ. Theoriſco, *Fuli. Poutrain ou laict*, in Conſuetudin. Montenſi cap. 50. POLEDRIO, ap. Sambucum ad Leges Hungaricas. POLERIVS, POLERIA, eodem ſignificatu, in Statutis Montis Regal. fol. 306. PVLEDRVS, in Lege Salica tit. II. §. 5. edit. Eccardi. POLEDRARII, qui *poledrorum* curam gerunt, in Capitulari de Villis cap. 10. 50. PVLTRELLAR, equae adultae, ruſticis noſtris *Poutrelles.* Capitulare de Villis cap. 14. POLETRIA, pullorum equinorum grex. Flera lib. 2. cap. 87. §. 1. de Caſeatricis officio: *Item eius eſt ... facere butyrum, curamque de Poletria obtinere, ac exitibus inde prouenientibus compotum reddere.* Vbi *Poletriam* malim de pullis ſeu akilibus intelligere; quod ad Caſeatricis officium magis pertinet. V. *Pulletria.*

† POLEGIA, POLEGIVM, i. q. *Polea*, in Ch. a. 1362.

POLEGIVM, V. *Polyptychum.*

POLEMARCHIA, dignitas et munus *Polemarchi.* V. Budaeum loco infra citato.

POLEMARCHVS, a Graec. πολέμαρχος, dux belli, ad quem summa rei militaris refertur. Occurrit apud Stephanor. tom. 1. Antiquit. MSS. Vascon. pag. 129. V. Budaei Notas in Pandect. L. vit. ad fin. de muneribus

POLEMITVM, V. *Polymitus.*

POLENA, roſtra calceorum, V. *Poulainia.*

† POLENTA. (1) Menſurae ſpecies eadem quae *Pignadina* Inquiſit. Mſ. a. 1257. (2) Puls ex farina et lacte. Textor in Eleg.

POLENTARII, qui *braſium* curant, molunt, et conficiunt ad *cereviſiam* componendam. Iter Camerarii Scotici cap. 26. §. 1.

POLENTRVDIVM, POLITRVDIVM, cribrum farinarium. Gloſſ. Lat. Gall. Thuanum MS. *Politrudium, buretel.* Veteres Schedae MSS. *Ego comedi panem polentrudiatum ad Polentrudium delicatum.* Vox videtur deducta a *polenta*, farina delicatior, vel a *polline truſo*, Gall. *Farine paſſée.*

POLENVS, pullus equinus, *Poulain.* Charta Henrici Comit. Vadani-montis an, 1252. in Hiſtor. Mediani Monaſt. pag. 322. V. *Poledrus* et *Pollenus.*

POLEPTICVS, V. *Polyptychum.*

POLERIA. V. *Poletdrus.*

† POLERIVM, ſ. collis, mons, i. q. *Podium* 3, t. 1. Cod. Ital. Diplom. p. 1382.

† POLERIVS, POLLERIVS, catalogus eccleſiarum ſ. beneficiorum eccleſiaſticorum cuiuscunque epiſcopatus, Gall. *Poullé.* Inquiſit. Mſ. an. 1315 P. *Polyptichum.* Alia notione V. in *Poledrus.*

† POLESENVS, *de pin ſeul.* Gloſſ. Lat. Ital Mſ.

† POLESINVS, POLICINVS, POLLICINVS, PVLLICINVS, mons, collis, locus editior. Ch. a. 894. ap. Murat. t. 2. Antiq. p. 164. V. *Polerium.*

POLETA. (1) Matthaeus Paris ann. 1215. in Charta Iohannis Regis Angl. pro libertatibus foreſtae: *Tres orilli ſcindantur de pede anteriori ſine Poleta.* Scilicet parte carnoſa, quam *montem pedis* vocant. Ita Watthus. Rectius ſupra in voce *Pelota* 1. editum, *Tres orilli abſcindantur, ſint Poleta de pede anteriori.* Ita etiam Spelmannus et Th. Blount ad hanc vocem. Graecis haec pars Θέναρ dicitur. (2) Fleta lib. 2. cap. 12. *Officium coquinae eſt, denarios recipere de Gardaroba pro officiis emptoris, Poletae, ſalſariae, aulae, et cameraé etc.* (3) † Pila luſoria, *Pelota.* Ch. Mſ. a. 1287.

POLETARIVS. Fleta lib. 2. c. 14. §. 3. *Item duos Magiſtros Coquorum, Lardenarium, Poletarium, Scutellarium, Salſarium etc.* Hearnius in Notis ad Lib. Nigr. Scaccarii p. 348. Poletarium eſſe coquinae magiſtrum exiſtimat, cui pullos condiendi cura incumbit. V. *Polchetari*; *Pullarius* & *Pulletarius.*

POLETICVM, V. *Polyptychum.*

POLETRIA, pullorum equinorum grex, V. ſupra in *Poledrus.*

POLETVM, vt *Polyptychum.* V. in hac voce. Sterutum MS. Eccleſ. Lugdun.

† POLETVS. (1) Idem quod Polerius, in Tabular. Meticon. (2) Pullus equinus, ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 1. p. 231. V. *Poledrus.*

† POLEXVS, *corrupte*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

POLEYNA, V. *Poulainia.*

POLGADA, POLGATA, V. *Pogada.*

POLIA. (1) A Graec. πολίς, canus. Rochus le Baillif in Diction. Spagyrico. (2) Ioh. de ſanct: *Polia, armentum, vel grex, vel collectio equorum, vel aliorum iumentorum. Et dicitur a polis, quod eſt pluralitas.* Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. *Polia, Tropiau de beſte.* (3) † Locus vbi panni extenduntur deſiccandi ſeu praeparandi, Gall. *Polie, Poulie.* Stat. Rotomag. a. 1424.

POLIANDRVM, POLIANDRIVM, coemeterium, V. *Polyandrum.*

POLIA-

POLIANDRIVM. Charta Algari Comitis Angli in Monaſtico Angl. tom. 1. p. 1022. *Cuius etiam patriti corpori Roma quidem venienti in praeſcripto Polianeſo Baſilicae diuinae praedeſtinatio ſepulturam ordinauit.* Vbi loci legendum forte *polyandrio*, vel *paradiſo*.

POLICARA. Vetus Notitia Sicula apud Rocchum Pirrum tom. 1. p. 311 *Et deinde vadit vsque illo Miſano vallone, vbi ſunt multae Policarae.*

POLICERI, pro polliceri. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 60. p. 162.

POLICIAE. Charta Ysnardi Seneſcalli Prouinciae in Cod. MS. D. Brunet fol. 90. *Cum bladum de Arelate abſtrahitur, Policiae per vicariam Arelatis fiunt, accipiendo inde pecuniam*, id eſt, ad Vicarium pertinet de delicto cognoſcere et iudicare.

POLICINVS, V. *Poleſinus.*

POLICOGVM, V. *Politogum.*

POLICVS, ecclesiis. Vita SS. Bonae et Dodae tom. 3. April. p. 286.

POLIFORMIS, Multiformis. Dudo de Ducibus Norman. apud Ducheſn. Hiſt. Norman. p. 158. V. *Polyformis.*

POLIMANDRITA, qui pluribus monaſteriis praeeſt. Hieratium iuris Pontificii.

POLIMEN, politura. *Baltei Polimina inſpicimus* apud Apul. de Deo Socratis.

† POLIMIRE, polire, apud Garamp. de Sigil. Garſagn.

POLIMITA, POLIMITVM, V. *Polymitas.*

† POLINA, equa iunior, in Teſtam. a. 1469. Mſ. V. *Poledrus.*

POLINCTORIVM, ſepulcrum. Vita B. Richardi ſaec. 6. Bened. part. 1. p. 523. Hinc

POLINCTORES, ſepulturae curatores, ibidem p. 561. † Proprie qui mortuos curabant et vngebant. Plaut. in Paenulo.

POLINGION, V. *Polyandrum.*

POLINVS, V. *Pullani 2.*

POLIO, qui arma polit, apud Firmicum. *Poliones et cuſtodes armorum*, in leg. vlt. Digeſt. de iure immunit. In Gloſſ. Lat. Graec. *Polio* eſt *παντοφάγος*, *glutto.*

POLIS, vrbs, *πόλις*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 65. p. 185.

POLISINVS, V. *Poleſinus.*

POLISIS. Ioan. Sarisberienſis Epiſt. 268. *Is qui ventis et mari imperat, exigentibus hominum meritis, in Poliſi mundana, re ſtilicet publica degentium, in hoc ſeculo, ſeditiones eſſe patitur.* Vbi *poliſis* pro *republica* ponitur. Sed neſcio an non legendum ſit *politia*, quomodo vernacule *Police* dicimus, pro *Politica.*

POLISSEMVS, multae ſignificationis, *πολύσημος*, apud Auxilium de Cauſa Formoſi Pap.

POLITA MEDIA, ſcripturae genus, V. infra in *Scriptura.*

POLITANVS. Adamnanus lib. 1. de Locis ſanctis cap. 1. *Camelorum et equorum . . . numeroſitas . . . . per illas Politanas plateas fercorum abominationes propriorum paſſim ſternit.* Quidam MSS. habent *Politarias*, Gretzerus *politas* legendum cenſet, hoc eſt elegantes. At hoc loco *politanae plateae*, ſunt ni fallor, *vrbicae plateae*, voce ex *πόλις* effecta.

POLITHOGVM, V. *Politogum.*

POLITIA. (1) Reſpublica, hominum in eadem vrbe ſimul habitatio. Acta ad Conc. Baſil. apud Marten. to. 8. Ampl. Collect. col. 454. (2) † Regimen, adminiſtratio, ap. Mabill. ſaec. 3. part. 2. p. 208. (3) † Vrbanitas, morum elegantia. Barel. in Serm.

POLITICI. (1) Haeretici quidam ſic appellati, quos alii *Arnaldiſtas* vocabant, ab Arnaldo Brixiano, quorum haereſis ſub Innocentio III. PP. vulgari coepta, damnata vero ab eodem Pontifice in Concilio Lateranenſi, ab obitu Caeleſtini PP. rurſum inualeſcere coepit. V. Baronium ad an. 1144. (2) POLITICI VERSVS, quo carminis genere conſcripti complures in manibus teruntur recentiorum Graecorum libri, vnde dicantur, non parua eſt difficultas: in qua enodanda, ſi liceat mihi extra inſtituti metas paulo excurrere, dicam quod ſentio. VERSVS POLI-

TICI haud multum abludunt ab eo genere verſuum, quos dithyrambicos veteres appellarunt. Nam vt ii nullam numerorum, nullam carminum recurrentium certam legem habebant, quod docet Ariſtoteles, ſed numeris lege ſolutis feruntur, vt ait Horatius: ita et politici minime ad exactam metri formam conſcripti ſunt. Syllabarum enim certo numero, qui vix vltra 15. excurrit, crebrisque metaphoris, *ὀνομάτων διπλάσιοι*, et *συνθέτοις ὀνόμασι*, conſtant: quae omnia dithyrambicis adſcribit Demetrius Phalareus ſeu Dionyſius Halicarnaſſeus lib. *περὶ ἑρμηνείας*, pag. 39. 44. edit. Morellianae, niſi forte dicamus eos ſimiles eſſe veteribus Sibyllinis, quos longos fuiſſe aſſeuerant Cicero ac Varro. Vnde vero pedeſtris oratio, *πολιτικὸς* nomen ſumpſerit, vix conſtat. Quidam, ait vir illuſtriſſimus Epiſcopus Monſpelienſis ad Pſellum, quaſi *politos* dictos volunt: quomodo forte *politos ſermones* dixit Victor Vtic. lib. 3. de Perſecut. Vandal. p. 40. *Si quis incredulus eſſe voluerit, pergat nunc Conſtantinopolim, et ibi reperiet vnum Subdiaconum Reparatum ſermones politos ſine vlla offenſione loquentem.* Alii *πολιτικὸν* orationem eo ſenſu accipiendam volunt, quo apud Rhetores ſumptam legimus: tradit enim Hermogenes lib. 2. Orator. alios *πολιτικοὺς* alios *σοφιστὰς* appellatos, quorum etiam *φράσιν* diuerſam fuiſſe ſcribit: *φράσιν* quippe *πολιτικὴν* eam dici, quae ſecluſa erat ab ornatiſſimo dicendi modo, quem *σοφιστικὸν* vocabant: ſophiſtae enim *ἐν τοῖς ὀνόμασιν ἐσοφίζοντο, οὐκ ἐν τοῖς νοήμασιν*, inquit Xenophon. Sed de hoc verſuum genere audiendus in primis Leo Allatius in Diatriba de Simeonum ſcriptis. Complura eiusmodi poemata, Politicis ſcilicet verſibus conſcripta, ſeruat Bibliotheca Regia, quorum indicem contexuit Philippus Labbeus in Noua Bibliotheca p. 132. 133. 134. et 135.

POLITICVM, V. *Polyptychum.*

POLITOGVM, vel POLITHOGVM, *quod et pſalterium dicitur*, in MSS. codd. Papiae. Editus habet *Policogum*, ſed viderur legendum *polyzicum*, id eſt liber.

POLITRVDIVM, V. *Polentrudium.*

† POLITVS, purus, ſincerus. B. de Amor. in Spec. ſacerd.

† POLIVM. (1) Idem q. *Polia* 3. Inuent. Chartar. reg. a. 1482. (2) Regiſtrum beneficiorum eccleſiaſticorum cuiuscunque epiſcopatus, Gall. *Poullié.* Stat. Mſ. eccl. Tull.

POLKINVS, menſurae frumentariae ſpecies in Morinis. Charta an. 1240. in Tabul. S. Vulmari: *Dono . . . . in redditibus decem Polkinos auenae ad menſuram de Wiſſanch.* POLCINVS, eadem notione. Lambert. Ardenſis apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. p. 528. V. *Poquinus.*

POLLA, pullaſtra, gallinula, *Poulette.* Charta an. 1330. in Tabul. S. Victoris Maſſil.

POLLACIVS, pullus gallinaceus, *Poulet.* Charta an. 1190. in eod. Tabul. V. *Pollaſter.*

POLLACVS, gallinae, pulli, pullaria ſpecies. Locus eſt in *Palla.* V. *Pollatura.*

† POLLANA, roſtrum calcei. Stat. S. Capel. Bituric. a. 1407.

POLLARDVS, monetae adulterinae ſpecies. Thomas Walſinghamus et Henricus de Knyghton an. 1301. *Prohibita eſt moneta alienigenarum ſurreptitia et illegitima, quam Pollardos et Cocodemos atque Roſarios appellabant, qui paulatim et latenter loco irrepſerant ſterlingorum. Hanc monetam primo Rex Eduardus iuſſerat palere obulum, deinde omnino exterminauit.* V. *Crocardus.*

POLLARIS DIGITVS, pollex. Acta SS. to. 1. Iunii, vbi de S. Bertrando p. 791.

POLLASTER, pullus gallinaceus, ni fallor, Ital. *Pollaſtro.* Charta an. 1391. apud Fontan. in Append. ad Antiquit. Hortae p. 455, V. *Pollanus.*

† POLLASTRVM, praeſtario ex *polleſtris* ſ. pullis gallinaceis. Ch. a. 1120. V. *Pollaſter.*

POLLATVRA, volatile pecus, Gall. *Volaille*, apud Baluz. to. 4. Miſcell. p. 215. V. *Pollayllia.*

POLLA-

POLLATVS, pullus gallinaceus, *Pullus*. Charta an. 1305. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 113. V. *Pollaſter*.

POLLAYELLA, idem quod *Pollatura*; Ital. *Pollaglia*. Edictum Humberti II. an. 1333. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 245.

POLLEDRVS, pullus equinus, V. *Poledrus*.

POLLEGETICVM, vt *Polyptychum*, V. in hac voce.

† POLLEMETVM, *le bauge*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

† POLLENA, i. q. *Pollena*. Stat. Colleg. Fux. Toloſ.

POLLENATVS, pullus equinus, domi natus, educatus. Polyptychus Fiſcaman. an. 1235. V. *Pullenatus*.

† POLLENTISSIME, magnopere, valentiſſime, t. 10. Collect. Hiſtor. Franc. p. 191.

POLLENVS, pullus equinus, Gall. *Poulain*, in Legibus Luitprandi Regis tit. 107. §. 1. *Pullenus*, in Charta an. 1242. apud Baluzium in Noris ad Concilia Narbonenſia p. 92. V. *Polenus*.

† POLLERE, regere, gubernare, t. 7. Collect. Franc. p. 379. V. *Politia*.

† POLLERIVS. (1) Pullorum ſ. altilium venditor, in Comput. a. 1356. (2) V. *Polerius*.

POLLEX. (1) Menſurae ſpecies, de qua ſic Statuta Roberti III. Regis Scotiae c. 22. §. 1. *Vlna communis Regis Dauid debet continere in ſe 37. Pollices menſuratos cum Pollicibus trium hominum, cum videlicet ex magno, mediocri et parvo, et ſecundum mediocrem Pollicem debet ſtare, aut ſecundum longitudinem trium granorum hordei ſine caudis*. Adde §. 10. (2) Alia notione. Tabular. Eccl. Viennenſis, ſub Theubaldo Archiep. fol. 35. *Sunt autem res iſtae, quas tradimus ad menſam fratrum ſub Pollice ſancti Mauricii Chriſto militantium, ſitae in pago Viennenſi, etc* Quis ſit huiusce vocis intellectus, certo docet Charta Caroli II. Reg. Prouinciae in Tabul. S. Victoris Maſſil. *Locus appenſionis ſigilli tria lilia gallica ex una parte, ex alia impreſſione Pollicis Cancellarii praefati Principis*. Vbi *Pollex* idem quod ſigillum. (3) † Gall. *Police*, *Pollice*, ſcheduła, ſcripta teſtificatio, in Ch. a. 1371. t. 5. Ordinat. reg. Fr. p. 405. (4) † Haſtae pars ferrea, apud Oefel. t. 2. Script. Boic. p. 534.

POLLICERI, paſſiue vſurpatur in Conc Tolet. XI. inter Hiſp. to. 2. p. 666.

POLLICIA, pro *Politia*, apud Beroh. de Breydenbach Itin. Hierosol. p. 22.

POLLICINVM, ſ. Itinerarius agger, iter, Ital. *Poleggio*. Chronicon Eſtenſe ad an. 1333. apud Murator. to. 15. col. 393.

POLLICINVS, V. *Poleſinus*.

† POLLICITVRA. Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657. *Floreaura*, *Pron. floritara*, *Polliciture*.

† POLLICIVM, quaedam monialium veſtis, ſ. pro Pallium. Pontif. Mſ. Senon.

POLLILACIVM, *flos lactis*, *quod Gallice vocatur Craime*. Ita Gloſſ. MS. ad diſticha Magiſtri Cornuti, Graeciſmus:

Pollilacque cium flos lactis dicitur eſſe.

POLLILOCVS, *multilocus*, in Gloſſ. Sangerm. MSS. num. 501. leg. *Polyloquus*, *multiloquus*, vt apud Papiam. V. infra.

POLLINARE CRIBRVM, γυρισήϊον κόσκινον, in Gloſſ. Lat. Graec. Cod. Reg. *Pollinarium*. V. *Poleutrudium*.

POLLINCTOR, V. *Polinctor*.

† POLLITIA, i. q. *Politia* 2, in Lit. a. 1410.

POLLVARI, pro *Pollui*, in Capitul. I. Caroli M. an. 802. c. 17.

POLLVCIBILITER, ſumptuoſe, magnifice, vox Plauto nota. Ioanni de Ianua *Pollucibilis* eſt *facilis ad donandum*. Fulgentius lib. 1. Mythologi. de Saturno: *Pollucis etiam filium ſiue a pollendo, ſiue a pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Vnde Plautus in comoedia ait, Bibite, pergraecamini Pollucibiliter*.

POLLVCIO, Adulteratio. *Polluere*, adulterare. Inſtrum. an. 1225. inter Notas ad Ordinat. Reg. Franc. to. 2. p. 141.

POLLVOTARE, *conſecrare*. Gloſſ. Iſid. A pollucere, inquit Graevius, quod

quod eſt diis offerre. V. Feſtum et ibi Scaligerum.

POLLERE, Adulterare, V. *Pollucio.*

POLLVVS, V. *Pulvinus.*

POLMENTARIVM, ſ. Commeatus; († vel potius navale, navium ſtatio, ab Ital. *Polmentario*, vaſis ſpecies.) Chron. Andr. Dandoli apud Murator. tom. 12. col. 461. *Cunctis itaque ad pugnam loci expoſitis, ſuperveniet una ex galeis commiſſis viro nobili Franciſco Mocenico ad cuſtodiam Polmentarii deputate, etc.* V. *Polomeria.*

POLMENTVM, piſcis viuarii vel ſtagni, ſeu ex piſce praeſtatio. Pactum inter Iacobum Aragon. Reg. et Berengarium Magalon. Epiſc. an. 1272, V. *Pulmentum.*

† POLOMAR, POLOMARIVM, filum craſſius, Gall. ol. *Poulemart.* Comput. a. 1399.

† POLOMERIA, ſtatio in portu. Libert. Mſ. Barcin. a. 1283.

† POLOMVM, *locum ſacrum.* Gloſſ. vet. Cod. 7641. V. *Polumum.*

POLOSE, *Alte. Poloſas, Altas.* Ita Gloſſae Iſidor. Papias: *Poloſe, alte et ſublimiter.* Quaſi propior polo; inquit Graeuius. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. MSS. *Poloſus, Haulx, orgueilleux ou ornés.* Martianus Capella l. 1. p. 14. *Circulorumque volumina, vel orbiculata parallela, vel obliqua decuſſata Poloſe, etc.*

POLOSVS, illuſtris, in Actis S. Henrici Imper. to. 3. Iulii p. 786.

POLOTELLVS. Gloſſae Iſidori: *Pililudius, qui Polotello ludit.* Hinc origo forte vocis, Gallis *Pelotte*, pro pila qua manu luditur. V. *Pelota* 3.

POLPA, vox Italica, Sura, Gall. *Gras de la jambe.* Addit. ad Vitam S. Antonini to. 1. Maii p. 332.

† POLPEDVM, POLPEDVS, infundibuli pars inferior, vt videtur. Stat. Mſ. Vallis-Ser. c. 58.

POLPRA. (1) Ligni elaborati ſpecies, in Comput. Mſ. a. 1445. (2) † Pannus purpureus, Occit. *Poulpre.* Teſtam. Mſ. a. 1262. (3) † Piſcieuli ſpecies, purpura, murex, Gall. *Pourpre.* Ch. Mſ. a. 1381.

† POLRA, Gall. *Pôtre*, terre paluſtris exſiccata, vox Belgis frequens. Ch. Mſ. a. 1269.

POLRVM, modus agri, in Charta ann. 1323. ex Tabular. S. Quintini in inſula fol. 42. 43. *De terris et Petris infra ſcriptis: videlicet de Petro Dom. Amelii, ſita inter vallum de Dam, continente 64. menſuras, unam lineam et octo virgas terrae, etc.* Occurrit ibi paſſim. POLETOLVS, diminut. a *Polrus*, ibid.

† POLTRONVS, deſidioſus, ſegnis, ab Ital. *Poltrone.* Barel. in Serm.

POLVERAGIVM, V. *Pulveraticum.*

POLVERELLA, ludi genus. Statuta caſtri Redaldi lib. 2. fol. 39. *Si quis comitor repertus fuerit ludere ad coriolum vel Polverellam, ſoluat ipſo facto ſoldos viginti pro qualibet vice, et ſi quid ob id receperit, in tantum reſtituat.* V. *Pulvereta.*

POLVLVS, *tenebrae noctis.* Papiae MS. Edit. habet *Pollus.*

POLVMVM, *locus ſacrorum*, Papiae. Rectius in Gloſſis antiquis MSS. *locus ſartorum.* La Cerda malit *Pollutum.*

POLVTARE, pullulare, in Statutis Placent. fol. 92. vo.

POLYANDRVM, POLYANDRIVM, Coemeterium. Papias: *Polyandrum, tumulus mortuorum.* Gloſſ. Graec. MSS. Reg. cod. 1672. Πολυάνδριον μνῆμα, τάφος ἐν ᾧ πολλοὶ ἄνδρες κεῖνται. Theodulfus Aurelianenſis Epiſc. in Capitulari c. 9. Interdum et ſaepius apud aeui inferioris ſcriptores ſumitur pro monumento, aut ſepulcro vnius hominis. Vita S. Sulpicii Pii Epiſc. Bituric. *Cui ſcilicet prudenti viro etſi natura debitae mortis extinxit corpuſculum, fulget tamen viuentium miraculorum Polyandro.* POLINGION, *vbi cadauera ponuntur. Graecum.* Gloſſ. Iſid. Leg. *poliandrum*, vel *poliandrium*, vt paſſim occurrit. Charta an. 1160. apud Hanſiz. tom. 2. Germ. Sacrae p. 261.

POLYCANDILVM, vox hybrida: Candelabrum multis inſtructum luminibus, Graecis recentioribus, πολυκάνδηλον, vt obſeruauimus a nobis in

in Deſcriptione Aedis Sophianæ, n. 48. Anaſtaſius in Leone III. PP.

POLYCHRESTVS, pertilis, Gr. πολύχρηστος. Vegetius l. 2. Mulomedic. c. 6. Vbi perperam edit. *Polygreſto.*

POLYCHRONIA, Salutatio cum genuflexione, ex Byzantinorum more, qui in acclamationibus publicis Imperatoribus aut Patriarchis, πολλὰ ἔτη, et πολυχρόνιον acclamabant, de quo quaedam obſeruauimus ad Alexiadem p. 251. et in Diſſert. de Nummis Imperatorum Conſtantinopolitanorum. Odo de Diogilo l. 3.

POLYCITVS, pro *Polyptychus*, in Ceremoniali Rom. apud Reyſiald. an. 1278. de Conſecrat. PP.

POLYFORMIS, pro *Multiformis*, apud Rhabanum lib. de Computo c. 25. voce hybrida. V. *Poliformis.*

POLYISTOR. Ioan. de Ianua: *Quaſi liber, quem Solinus compoſuit ex multis hiſtoriis et compilationibus, Polyhiſtor dictus eſt, quaſi pluralitas hiſtoriarum.*

POLYLOQVVS, *multiloquus*, Papias. Vox hybrida.

POLYMITARE. Ekkehardus Iunior de Caſib. S. Galli c. 10. *Nimio eſt tamen, ſi auſim dicere, varietas veſtis Eccleſiae, qua ſcribitur indutere ſi utrosque quos dicimus ſus quidem colore in eum dignatur intexere, aut de foris, ut interdum ſolet, Polymitare.* De Polymitis multa habet Salmaſius ad Hiſt. Auguſt.

POLYMITARIVS, Papiae, *artifex veſtimentorum, i. aloſtricorum.* W. Brito: *Polymitarius, qui cum alia vel manu pingit.* V. *Plumarius.*

POLYMITICE, arte multa. Vitus in Vita B. Humilianae to. 4. Maii p. 401.

POLYMITVS. *Polymita veſtis*, multis variisque coloris filis et liciis contexta et variegata, apud Iul. Pollucem. Iſidorus l. 19. Orig. c. 22. *Polymita veſtis, multi coloris. Polymitus enim, textus multorum colorum.* Vita S. Sori Eremitae n. 16. *S. Martyris Marcelli monumentum opere Polymito, auro gemmisque intus conſtratis emblemate.*

POLYPHEMARE, vno oculo cebure, vocis ſ[illegible]ne ducta a Polyphemo cyclope fabuloſo. Geruaſ. Tilber. lib. 3. Deciſ. 3.

† POLYPSIPHVS. Inſcriptio vetus ex muſeo quondam Iacobi de Bary. IN DIGITO SEQVENTI ANNVLVS POLYPSIPHVS SMARAGDIS ET.

POLYPTYCHVM, ex Gr. πολύπτυχον, Liber commentarius in quem redigebantur ſeu regerebantur acta publica, atque adeo domeſtica quaeuis. Hiſt. Translat. S. Glodeſindis ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 440. *Edicta quoque publica de poſſeſſionibus eiusdem monaſterii in cunctis ſcriptis, vel Polyptichis, veteſto ſtilo et calamo editis, nomen ipſius B. Sulpitii continens.* Maxime vero ita dicti libri cenſuales, in quibus deſcripti quotquot cenſuales ac tributarii erant, ipſaque ſoluti ratio exarabatur, in leg. 2. Cod. Th. de Diſcuſſor. l. 13. eod. Cod. de Indulgent. debitor. apud Senatorem l. 5. Ep. 14. et 39. POLYPTYCHA, Libri commentarii priuati, in quos vel Eccleſiarum vel priuatorum bona regerebantur, in quibus Chartae ipſae donationum, emptionum, et ſimiles deſcribebantur. Gregorius M. l. 7. Ind. 2. Ep. 4. POLLEGETICVM. Acta Epiſcoporum Cenom. p. 149. POLEPTICVM, in Vita Aldrici Epiſcopi Cenom. n. 55. POLEPTICVS. Fredegarius in Hiſt. Franc. Epitom. an. 80. PVLETICVM, vox formata ex *polyptychum*, eadem notione. Marculfus lib. 1. form. 19. *Palpticum* in edit. Balus. PVLETVM, in Charta Caroli Calui. POLEGIVM. Breuis Hiſt. S. Iuliani Turon. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 1071. PVLEGIVM, apud Waſſeburg. fol. 482. POLEGIVM SYNODALE, in veteri Charta apud Ioan. Columbum l. 4. de Epiſcopis Siſtaricenſ. n. 36. POLETICVM. Charta ſub Carolo M. exarata, apud Sammarthanos in Epiſcopis Maſſilienſibus num. 14. POLITICVM, in Charta apud Columbum in Epiſc. Vinarienſ. lib. 3. n. 2. Papias: *Politicum*, Scripeum, *Annales libri*, Commen-

Commentarii. Libri pistici, apud Abbon. Floriac. in Epit. 418.

POLYPVS, Tuber. Elogium S. Fiacrii inter Acta SS. Bened. saec. 2. p. 600 *Quidam de territorio Ambianensi, Polypum quasi unum super nasum habens, vt anser fibilans, omnibusque monstrum apparens, ... sanatum se invenit.* Gloss. ad Doctrin. Alex. de Villa Dei: *Polypus, pistis* (pestis) *vel pustula nasi* (nasi.).

POLYRIS, tunica interior, apud Torrigium de Cryptis Vatican. Edit. 2. p. 352. forte eadem ac poderis. Macri Hierolex.

POMACIVM, idem quod infra *Pomata, Cidre.* Statuta S. Severi ann. circ. 1100. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 279 V. *Pomagium.*

POMADERIA, pro *Poinaderia.* V. ibi.

POMAGIVM, Pomaceum, *Cidre.* Statuta Aegidii Episcopi Sarisberiensis an. 1256. *Percipiet etiam persona vel Vicarius* (decimam) . . . . *de molendino ad ventum, et aquaticis, et de columbariis, de Pomagio, et omnibus aliis de quibus Ecclesia consueueris percipere.* V. *Pomata.*

POMAREDVS. Idem quod mox *Pomarius.* Charta an. 1059. inter Instr. to. 1. nouae Gall. Christ. p. 36. col. 2.

POMARIS, pro *Pomarium*, ager pomis consitus. Charta aerae 953. apud Antonium de Yepez. to. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti.

POMARIVM, Io. de Ianua: *Locus vbi poma reponuntur vel reseruantur; mollis et liquidus cibus, vel potus, ex pomis factus. Pommeroye, lieu où pommes sont gardés; ou viande cuite faite de pommes*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS. *Pomatium* in Gloss. Isid. V. *Pomerius.*

POMARIVS, Malus arbor, Gallis *Pomier.* Capitulare de Villis c. 70. V. *Pomerius.*

POMATA, potio ex pomis confecta, Vasconibus *Pomada*, Gallis *Cidre.* Consuetudo Bayon. tit. 7. art. 12. Labourrensis tit. 7. art. 9. *Cisre, vulgairement dit Pomade.* Charta Monasterii Silvae-Latae: *Donauit vnoquoque anno . . . . de redditibus ac vellitis nostris 60. modios Pomatae.*

Pomatium, in Capitulari de Villis c. 45. V. *Pomacium.*

† POMELATVS, dicitur de equo scurylato, Gall. *Pommelé.* Ch. a. 1339.

POMELIA, *Sorbo similis est, mediocris arbor, et flore candido, dicta quod dulcedo sit eius fructus, et acute saporem commixta: haec arbor aetate durat exigua.* Gloss. Sangerm. MSS. n. 501.

† POMELIO, i. q. *Pomilio* 1. in Gloss. Lat. Gall. Cod. 7692.

POMELLVS, globulus, Gall. *Pommeau*; de eo dicitur quod formam rotundam et sphaericam, vt pomum habet. Testam. an. 1262. to. 9. Spicil. Acher. p. 198. *Pomelli* etiam dicuntur globuli, Gall. *Boutons*, quibus in vestimentis vtuntur. *Factura Pomellarum de drappo*, in Statutis Placent. l. 6. fol. 80. vo. Hinc POMELLATA et *Impomellata* dicitur vestis eiusmodi *pomellis* ornata, apud Murator. to. 16. col. 580. † POMELLVS, POMELVS, globulus cereus. Stat. a. 1476.

POMEN, PONIMEN, *Impositio, a pono.* Laur. in Amalth. ex Salmasio.

POMERANGIA, contracte pro *Pomo aurantia*, Malum aureum, *Orange*, apud Bern. de Breydenbach Itin. Hierosol. p. 226.

POMERANEVM, V. *Pomerium.*

POMERANGIVM, malum aureum, *Orange.* Instrum. an. 1470. apud Rymer. to. 11. p 674. V. *Pomeranda.*

POMERARIVM, vt *Pomerium.* Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 94.

POMERIVM. (1) Will. Brito in Vocab. *Pomarium est vbi poma ponuntur. Pomerium, vbi poma nascuntur.* Glossae S. Benedicti cap. de Agricultura: *Pomarium, παραδεισος.* Glossae aliae: *Pomarium, ὀπωρεῖον, παραδεισος.* Will. Tyrius l. 10. c. 26. *Castis in circuitu Pomeriis, intermixtis ex ciuibus nonnullis, etc.* POMERANEVM, idem videtur in Monastico Anglic. to. 2. p. 129. *Concedo etiam eis duas partes decimarum totius feni mei, et Pomerenei, et totius pannagii mei, etc.* POMETVM, eadem notione. Gloss. Lat. Graec. *Pometum, παραδεισος.* Charta an. 976. in Addit. ad Chron. Cafaur. apud

apud Murator. to. 2. part. 2. col. 967. (2) † Area, locus vacuus et publicus. Ch. a. 1340.

POMERIVS, vt ſupra *Pomarius*. Charta an. 1316. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues.

POMETVM, V. *Pomerium*.

POMIA, ſ. idem quod *Pomata*. Tabular. Voſienſe fol. 56. *Alpebat debet Pomiam ſicut manſus Algeure*.

POMIFER, POMIFERA, hortus arboribus fructiferis conſitus. Charta Alemannica Goldaſti 33.

POMIFERARE, poma, fructus ferre. Gloſſ. Lat. Graec. *Pomiferat*, ἀκροδρυοφορεῖ.

POMILIO. (1) *Venditor pomorum, vel pomorum cuſtos*. Dicuntur etiam *pomiliones, aquarum vel lignorum portitores, quia vili pretio quaſi pomo conducebantur*. Ioan. de Ianua. (2) Pygmaeus. Odonis carmen de varia Ernelli fortuna, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 363.

POMILORVS, *mollis et enervis*. Ita Papias MS. et editus. An *Pomiuorus?*

POMOERIVM, idem quod *Pomerium*. Charta an. 1084. to. 9. Spicil. Acher. p. 349.

† POMOLA, hordei genus, Gall. *Pamoule*. Ch. a. 1356.

POMONES, *pomorum cuſtodes*. Papias. V. *Pomilio*.

POMPA. (1) In Baptiſmatis ſolemnibus: *Abrenuntias Satanae et Pompis eius*, id eſt, *ambitioni, iactantiae, etc.* vt habet Theodulfus Aurelianenſis de Ordine Baptiſmi c. 12. Diurnus Romanus c. 7. tit. 2. *Sciat ſe anathematis vinculo innodatum, et cum diabolo et eius atrociſſimis Pompis, atque Iuda traditore Domini N. I. Chriſti aeterni incendii ſupplicio concremandum deputari*. POMPA, faſtus, luxuries. Litterae Ludouici Reg. II. Comm. Prouinc. an. 1411. apud Pitton. Hiſt. Aquenſ. p. 132. POMPA AMPVLLOSA. Anonymi Hiſtoria apud Murator. to. 16. col. 274. *Hic autem Guido mundum et Pompas ampullosas deſerens in loco beati Franciſci vitae terminum dedit. Pompe* Amicenſibus dicitur panis triticeus, ſeu placentae ſpeciles, quae a patrinis et matrinis quotannis in vigilia Natiuitatis Chriſti dari ſolent iis, quos e ſacro fonte leuauerunt, donec adoleuerint. Hinc fortean ſumta vocis origo, quod tunc *filioli* a ſuſceptoribus admonerentur de ſolemni illa *abrenuntiatione pompis Satanae*, quam eorum nomine dixerant. In quibusdam Aruerniae locis *Columba* nuncupatur, a forma placentae, ni fallor. (2) A Gall. *Pompe*, Antlia, dici videtur aquae receptaculum, vnde antlia aquam tollunt. Necrolog. Kimperleg. MS. *Partem domus reſtauranit, quae reſpicit ad Pompam, et vnum villagium*. (3) † Salarii ſpecies, in Stat. Auellae. *Pompam ſeu ſolutionem habeat*. V. *Pompa* 1. (4) † Gloſſar. vet. Cod. reg. 7641. *Pompas, lictorum imagines*.

POMPABILITER, apud Capitolin. in Galieno: *Gladiatores Pompabiliter ornati*.

POMPALIS, apud Capitolin. in Gordianis c. 6. *Erat canitie decora et Pompali vultu*; id eſt, graui, conſpicuo.

POMPALITER, apud Pollionem, vbi Salmaſius.

POMPARE. (1) *Superbire, gloriari*; vnde Ioſephus in 20. *In gentem noſtram aperta malignitate Pompabat. Vnde Pompator, qui quid ſuperbe vel praeſumptuoſe facit*. Ita Vgutio. Sedulius:

Cum ſua gentiles ſtudeant figmenta Poëtae
Grandiſonis Pompare modis, tragicoque boatu.

Ex Sedulio Auctor Vitae S. Tillonis Monachi: *Cum gentiles Poëtae ſtudeant ſua figmenta prolixis Pompare ſtylis*. POMPATIRE, eadem notione. Acta S. Heleri Martyris, tom. 4. Iulii p. 148. (2) Ornare. Vita S. Dunſtani to. 4. Maii p. 350. POMPIFICARE, eodem intellectu, apud R. Duellium Miſcell. tom. 1. p. 8. (3) Ad pompam et ludibrium traducere, πομπεύειν. Hiſtoria Miſcella in Leone Iſauro: *Nudum ſuper aſinum verſo vultu ſedentem Pompauit*. In eadem: *Pompis derisuſtori,*

ri, πομπεύειν. POMPIZARE, eadem notione. Ioannes Biclarienſis in Chronico, ſub fine: *Deinde iurpiter decalvatus, poſthaec dextra amputata, exemplum omnibus, in Toletana vrbe, aſino ſedens Pompizando dedit, et docuit famulos Domini non debere eſſe ſuperbos.* Id eſt, ad ludibrii pompam traductus per vrbem.

POMPATICE, *ſuperbe vel pompoſe*, in Vocabul. Will. Britonis.

POMPATICVS, pompoſus, ſuperbus, in Epiſtola S. Bonifacii ad Cuthbertum Archiep. Cantii.

POMPATIRE, V. *Pompare.*

POMPATVS, magnificus, lautus. Tertull. de Spectacul. c. 7.

† POMPEANVM, *blanche couleur*, in Gloſſar. Lat. Gall. Cod. 7692.

POMPETA, amplus et redundans veſtis ornamentum, quod leui flatu intumeſcit atque huc et illuc impellitur. Concil. Senonenſe an. 1485. c. 6.

POMPIFICARE, POMPIZARE, V. *Pompare.*

POMPOLENTVS, *pompa plenus, pompoſus*, Vgutioni, Papiae, et in Gloſſis antiquis MSS. Catholicon parvum: *Pompoſus, pompulentus, Pampeux, orgueilleux.*

POMPOSITAS, apud Petrum Bleſ. Ep. 18.

POMPOSVS. (1) Vgutioni, *ſuperbus, altus, magnificus: vnde Pompoſitas, et Pompare.* Fortunatus lib. 3. Poëm. 21. (2) Medicis, copioſus, vber. Caelius Aurelianus Siccenſis lib. 5. Chronicon c. 10.

POMPVS. (1) *Dux itineris.* Laur. in Amalth. a Graeco πομπός. Ea notione accipi videtur in Leg. Luitprandi c. 15. apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 60. *De ſervo fugace et adnexo homine, ſi in alia indiciaria inventus fuerit . . . . qui in loco ordinarius fuerit, comprehendere eum debeat . . . . et habeat pro prehenſura ſervo* (ſic) *pro Pompo ſolidos 11.* (2) Forte Pomarium, ager pomis conſitus. Chartul. S. Vandreg. to. 1. p. 682. *In campo Alberede Clarel de Piru, et in Pompo Domini de Piru in tribus virgis iuxta campum Vavaſſur.*

† POMVLA, diminut. a *Pomum*, nux pinea. Invent. Ms. a. 1363.

POMVM. (1) *Pama aurea*, inter miniſteria et ornamenta ſacra. Hariulfus lib. 2 c. 10. † POMVM, arboris cuiusuis fructus. Ch. Ms. a. 1060. (2) Globulus. Chronic. Parmenſe ad an. 1294. apud Murator. to. 9. col. 827. (3) POMVM ADAM, Fructus arboris in Paleſtina noti. Iacob. de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 279. POMVM CERAE. Bernardus Monachus in Conſuetudinibus Cluniacenſibus MSS. c. 10. *Dat etiam Hoſpitario Secretarius 2. cereos, qui coram eo, donec ſe colloces, ardeant, et vnum Pomum de Cera, quod per totam noctem ardeat. Similiter dat et Pomum, quando 6. aut plures in Hoſpitio dormiunt, etc.* POMVM GRANATVM. Mundinus in Anatomia pag. mihi 38. *Os ſiue cartilago epiglottalis, quae alio nomine nominatur Pomum granatum.* Vulgo *Pomme d'Adam*, Anatomicis. aryraenoides, Graec. ἀρυταινοειδής, Cartilago, pars larynxis prominens potius quam epiglottis. (4) POMVM, quod Imperatores et Reges geſtant, V. *Palla* 1, (5) † Id quo amphora obturatur. Comput. a. 1380.

PONADERIA, V. *Poinanderia.*

PONARDVS, pro *Penardus*, a vet. Gall. *Poine*, pro *Peine*, qui quaſi ſenex et vetulus ob nimiam craſſitudinem vix ſe mouere poteſt. Iohannes Clerée Dominicanus Ludouico XII. a Confeſſionibus in Serm. de malo diuite: *Videbis vnum groſſum Ponardum in vna camera nattata, etc.*

PONCELLVS. (1) Ponticulus. Charta Margaretae Fland. Comit. an. 1250. apud Miraeum to. 2. p. 1231. (2) Columna, in Arreſto Parlamenti an. 1394. apud Meneſter. Hiſt. Lugdun. pag. 80. V. *Pontellus.*

† PONCHA, promontorium, *lingua terrae*, Gall. *Pointe de terre.* Inſtr. Ms. a. 1301.

PONCHIA, menſura. V. *Poichia.*

PONDAGIVM, Subſidii ſeu tributi ſpecies ex qualibet librata mercium tam euectarum quam inuectarum Regi conceſſum. Eſt autem *librata* valor vnius librae, quam alias *pondum* vocant, vnde *pondagium*. Huiusmodi

huiusmodi subsidium Henrico VI. concessum fuit anno 31. regni sui ad terminum vitae, remissumque postea in parte.

† PONDERA, pro Pondus. Comput. a. 1430.

† PONDERAGIVM, actio vel ius ponderandi merces suas. Ch. Mf. a. 1319.

PONDERARE. (1) Olim, quod et etiamnum in Belgio obtinet, in more fuit, vt aegros pueros ad Sanctorum feretra vel sepulchra appenderent, et pondus tritico, panibus, aliaue re, quam offerre Deo aut Sanctis volebant, exaequarent, addita summa aliqua auri argentiue. Vita S. Erminoldi Abb. lib. 2. num. 3. (2) Onerare, Gall. *Charger*. Caffari Annal. Genuens. lib. 1. apud Murator. tom. 6. col. 256.

PONDERATIO, monetae ad trutinam examen, vnde *Ponderator*, qui ita ponderat, t. 10. Collect. Histor. Franc. p. 167. V. alia notione in *Pondus*.

PONDERATVRA, σύθμισις, *Pondus, pensatio, pensum*, in Gloss. Graec. Lat.

† PONDERIA, POVDERIA, regni seu prouinciae limites. Ch. Mf. a. 1356.

PONDERIS, V. *Sponda* 4.

PONDERITAS, grauitas, apud Nonium ex Accio Pragmat. lib. 2.

PONDEROSITAS. (1) Hernia. Lex Wisigoth. lib. 6. tit. 4. §. 3. *Cui Ponderositas facta fuerit, centum solidi dentur in compositione*. Existimat vir doctissimus Muratorius *Ponderositatem* hic de graui morbo intelligendam esse; vnde *Ponderosum* ex Lege Longobard. de eo interpretatur qui ex ictibus baculi ineptus ad gradiendum factus fuerit, et lecto teneri coactus. Sed leuiora videntur ipsius argumenta, quam vt cum eo in hac re sentiam. Hunc consule tom. 1. part. 2. col. 1. V. *Ponderum*. (2) Grauitas, *Pesanteur*, in Actis Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 11. (3) † Tarditas. Regula soror. Fontis Ebr.

PONDEROSVS. (1) Breuiloq. *Assiduus, i. dives, Ponderosus in pecunia*. (2) Qui hernia laborat. Papias: *Herniosus, Ponderosus*. Pondus quippe de genitalibus dicitur, itaque appellabant vereres quod vulgo *granedinem* vocant Hernia igitur *pondus* dicitur in Querulo, vbi *Nestoris pondus* idem est, quod *Nestoris hernia*: sic aurem appellatur propter rupturam *pondere* factam, cum intestina rupta tunica descendunt in vesicam. Arnobius lib. 7. *Ingentium herniarum magnitudine Ponderosi*. (3) *Factum ponderosum*, permagnum negotium, res magni ponderis et momenti. Charta ann. 1394. in Camera Comput. Aquensi Regest. Armorum fol. 70.

PONDERVM, morbi species. Posthuma gloria S. Mariae Magdal de Pazzis tom. 6. Maii p 310. *Graues infirmitates, quam Ponderum vulgus nominat, cum febri continua, intensisque doloribus patiens, etc.* Italis *Pondi* est dysenteria. Haud scio an huc spectet, an de hernia intelligendum, Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. ex Iohan. de Ianua: *Pondo, Pois, ou une maladie*. V. *Ponderosus* 2. et infra *Pondus genitalium*.

PONDICITAS. V. *Ponticus*.

PONDO, Papiae *genus ponderis, libra* est. Fere semper in veteribus Tabulis de argenti libra dicitur; vt *libra* de libra aurea, in Chartis Dagoberti et Ludouici Imp apud Doublet. p. 661. 736. etc. Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 21.

PONDVS. (1) *Abusiue dicitur pro una libra, vel vnus as est*. Ioan. de Ianua. Gregorius Turon. lib. 10. cap. 19. *Multa enim auri argentique in huius Episcopi regesto Pondera sunt reperta*. Fredegarius in Chronico cap. 73. *Missorium aureum . . . pensantem auri Pondus quingentos*. (2) Statera seu bilanx publica, qua debent vti, qui merces habent ponderandas, atque etiam id, quod pro huiusmodi pondere exsoluitur. Charta an. 1244. inter Instr. tom. 4. nouae Gall. Christ. col. 102. *Pondus Cannauserium*, quo cannabum appendunt, in Statutis Saluciar. collat. 4. cap. 118. *Pondus Caroli*, quod scilicet Carolus Magnus instituit. Arnoldus Lubecensis

censis lib. 3. cap. 2. *Pondus Palatii* idem dicitur in Charta Ludouici Pii apud Doubletum pag. 736. *Pondus de Marco*, subtile, in Statutis Saluciar. Collat. 4. cap. 118. *Pondus Vini*. Acta Murensis Monast. p. 61. † PONDVS REGIS, locus, vbi pondera regia s. publica erant. Necrolog. eccl. Paris. (3) *Pondus Genitalium*, Hernia, apud S. Augustin. lib. 22. de Ciu. Dei cap. 8. V. *Ponderum*. (4) Res quaeuis in fasces collecta, vel in dolia, si liquida est, infusa. Chartular. Latiniac. (5) *Pondus Obscoenum*. Articuli Cleri Anglicani oblati Edwardo II. Regi Angliae an. 1316. cap. 10. *De his qui ad Ecclesias confugiunt: Et dum sunt in Ecclesia, custodiuntur per armatos infra coemeterium, et quandoque infra Ecclesiam ita arcte, quod non possunt exire locum sacrum causa superflui Ponderis deponendi, nec permittitur eis necessaria victus ministrari.* (6) † Onus, in Ch. Ms. a. 1282.

PONENS, Occidens, Gallis *Ponant* eadem notione. Iacobi Auriae Annal. Genuens. lib. 10. ad an. 1290.

PONEPROPE, *iuxta et propter*. Gloss. Isidori.

PONERE. (1) Induere, Gall. *Mettre un habit*. Panegyricus Berengarii Aug. (2) Instituere. Lex Salica tit. 56. §. 3. Vbi Eccardus minus recte *Ponere*, ligare seu in custodiam dare, interpretatur. (3) In ius vocare, citare, *Mettre en justice* Galli dicunt. Chartul. S. Vandreg. tom. 2. p. 1997. (4) *Ponere se*, collocare. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 158. (5) *Ponere super animam alicuius*, illius fidei et arbitrio rem committere. Charta inter Instrum. to. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 29. *Ponere in casu*, Periculo exponere, *Mettre au hasard*. Epist. Richardi I. Reg. Angl. an. 1197. apud Rymer. tom. 1. p. 96. *Ponere cor in aliquem*, illum amare. Rolandinus de Factis in marchia Tarusi. lib. 6. cap. 5. *Ponere in facto*, Proponere, *Mettre en fait, avancer*. Instrum. an. 1481. in Tabul. B. M. de Boho-nuntio Rotomag. *Ponere se in fugam*, dare se in fugam, apud Murator. tom. 16. col. 518. *Ponere ova* dicitur gallina, cum ova edit: vnde Gall. *Pondre*; in Speculo Saxon. lib. 3. art. 52. §. 1. *Ponere in respectum*, differre, tempus prorogare, Ch. an. 1328. ap. Rymer. tom. 4. p. 367. V. *Respectus*, Mora. *Ponere in superbiam*, depositio pignore certare. Miracula S. Rudesindi Episcopi Dumiensis. (6) † Expandere, in Ch. Ms. a. 1218. (7) † Constituere, Libert. Autiss. a. 1223. (8) † Dare, concedere, passim in Chartis. † PONERE IN NEGATVM, negare, in Ch. Ms. a. 1270. PONERE IN NESCIRE, idem, in Ch. Ms. a. 1210.

PONERIA, annonariae mensurae species apud Vascones, quarteria minor, cuius videtur quadrans. Concordia inter Abbat. Crassensem et Scriptam eiusdem loci an. 1381. V. *Poinanderia* et *Pugneria*. PONNERIA, POYNHERIA, eadem notione. Transactio ann. 1351. ex lib. viridi fol. 53.

† PONGA, mensura, puncto, vt videtur, notata, vt legitima habeatur. Stat. Auell. a. 1496.

† PONGIATVS, *pongis* seu punctis signatus. Stat. crimin. nouae Cusan.

† PONGTVS, pro *punctus*, acupictus. Necrol. B. M. de Medunta.

† PONHADERANIA, i. q. *Poneria*, in Ch. Ms. a. 1316.

PONHADERIA, V. *Poinanderia*.

† PONHALE, pugio, fica, Gall. *Poignard*. Lit. remiss. Ms. a. 1399. V. *Pugnale*.

PONHERIA, V. *Poneria*.

PONHETI. Rituale MS. Eccl. Viuar. an. 1360. vbi ornamenta Sacerdotis recensentur: *Amictus*, *alba*, *cingulum*, *manipulus*, *stola*, *casula seu planeta*, *Ponheti*, *collarium*. Videtur esse pugni ornamentum, in quibusdam Ecclesiis etiamnum in vsu.

PONIBILIS MONETA, quae in vsu est, seu in vsu poni potest. Instrum. an. 1406.

PONIMEN. V. *Ponen*.

PONNADA, PONTNADA, Lemouicensibus, Manipulus, Gall. *Poignée*.

Tabu-

Tabular. Voſſenſe fol. 55. vo. Vide ſupra *Poinanderia.*

PONOTERIVM, *Laboratorium, officina in qua laboratur, a πονέω, laboro.* Goclenii Lex Phil.

PONS. (1) *Scala nauium*, in Gloſſ. MSS. Sangerman. num. 501. PONS LATINVS, naualis, ex nauigiis, quae *Latenae* vel *Lautomiae* dicebantur, compactus vnde malim *Pons latenus.* Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii cap. 121. p. 316. PONS LEVATOR, *Leuatorius*, qui Plinio verſatilis dicitur, Gallis *Pont-levis.* Chron. Parmenſe ad an. 1247. apud Murator. tom. 9. col. 773. (2) Conuentio ann. 1245. inter ciues Arelat. et Barralum dom. de Baucio: *Retentum eſt per ciues Arelatenſes, quod in ſolo Trencatelliarum et murus poſſint eſſe annuli ad Pontem ligandum et funes Pontis ibi ligandos.* Haec de pontone ſeu nauigio quod pontis vicem praebet ad traiectus fluminum, vulgo *Bac*, intelligit Bonifacius Aurnio, qui hanc Chartam edidit an. 1617. ſed errat; notum quippe eſt, pontem Arelatenſem ex nauigiis compaginatum fuiſſe: vnde Auſonius vbi de Arelate:

Praecipitis Rhodani ſic interciſa fluentis,
Vt mediam facias nauali Ponte plateam.

FRATRES PONTIS, V. *in Frater.* (3) I. q. *Pondus*, certa mercium quantitas in faſces collecta. Ch. Mſ. a. 1288.

PONTA, († angulus, acumen, cuſpis, Ital. *Ponta*, Gall. *Pointe.*) Epiſt. Melchioris de Redern ad Archid. Auſtr. an. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 331. *Anteriorem propugnaculi partem (vulgo Pontam) cum duobus lateribus ad viginti duorum cubitorum latitudinem de imo ad ſummum vsque diſiecerunt.*

PONTAGIVM, PONTAICVM, etc. V. in *Pontaticum.*

† PONTAIOLVS, trabs parua, Ital. *Pontaiolo*, t. 1. Mart, p. 404.

† PONTALE. (1) Italis, res quaeuis in *pontem* ſeu acumen deſinens. Inuent. Mſ. a. 1295. (2) Idem quod *Pontaticum 1.* Ch. a. 1478.

PONTANARIVS. (1) Qui pontibus exſtruendis vel reparandis praeerat. Compoſitio pro Iudaeis Arelat. 17. Kal. Iulii an. 1178. ex Schedis Peireſc. apud Praef. de Mazaugues. V. in *Potaticum.* (2) PONTANARIVS, alia notione, V. *Pontanerius.*

PONTANERIVS, exactor *Pontatici*, vel is ad quem iure domini id pertinet. Charta an. 1229. ex Hiſt. Epiſc. Cadurcenſ. num. 77. PONTANARIVS, eodem ſignificatu, in Charta Humberti Dalph. Vienn. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. p. 274. PONTERIVS, eodem intellectu. Statuta Mutin. rubr. 217. fol. 40. Qui vero ab eiusmodi tributi exactione liberi et immunes erant, *pontem liberum habere* dicebantur. Charta an. 1227. apud Kennet. Antiquit. Ambrosd. p. 201. PONTICINARIVS, eadem notione. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis p. 119. PONTONARIVS. Chronicon Laurishamenſe ann. 855. *Praefatus Rex Laurishamenſi Monaſterio conceſſit, vt vnam nauem per Rhenum fluuium huc illucque diſcurrere . . . abſque vllo theloneo . . . et vt nullus Epiſcopus vel Abbas . . . aut Vicarius, ſeu centenarius, aut cluſarius, aut Pontonarius . . . . hoc nomine moleſtiam facere praeſumat.* Pontonaria, Gallis olim *Pontonnerie*, praepoſitura, ſeu officium in Monaſteriis, cui *pontagiorum* recipiendorum cura incumbebat, apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epiſt. 55.

PONTARE, *pontem facere.* Laur. in Amalth. ex Cath. *Faire pont, ou appareiller*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. MSS.

PONTATA, f. idem quod *Ponto.* Statuta Vercell. lib. 1. fol. 20. vo. *Complebuntur quatuor Pontate pontis Serui, quousque pons Serui fuerit completus, itaque per ipſum poſſit iri et transiri ſine naui.* V. *Pontones.*

PONTATICVM. (1) *Teloneum pontium*, in Chronico Farfenſi p. 667. et in Speculo Saxon. lib. 2. art. 27. §. 1. *Teloneum de nauibus quae vadunt*

domus sub pontibus, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 7. 31. Charta Caroli M. apud la Chieza, in Historia Eccles. Pedemont., pro Ecclesia Noualiciensi: *Pontaticum vero nauium solummodo ad hoc Monasterium spectantium . . . concedimus.* PONTAGIVM, eadem notione. Charta Ioannis Angliae Regis in Monastico Angl. tom. 1. p. 193. PONTAICVM, eodem intellectu. Charta Pippini Reg. apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 406. PONTANAGIVM. Charta Humberti Dalph. Vienn. an. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 275. PONTENAGIVM. Ch. an. 1294. tom. 2. Histor. Dalph. pag. 74. PONTENARIVM, vt *Pontaticum*. Charta Durandi Episcopi Cabilon. inter Instrum. tom. 4. nouae Gall. Christ. col. 247. PONTINEGIVM, eodem sensu, in Charta Frederici Rom. Imp. an. 1483. apud Rymer. tom. 12. pag. 211. PONTONAGIVM, eadem notione. Regestum Comitum Tolosae ex Camera Comput. Paris. ann. 1246. fol. 46. PONTONATGIVM, pronunciatione Aruernica, in Charta an. 1366. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. pag. 346. PONTONATICVM, vt *Pontaticum*, in Charta Ottonis III. Imper. an. 1001. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 496. PONTIONATICVM, pro *Pontonaticum*, in Diplom. Ludouici Reg. pro Monast. Stabul. ann. 874. apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 29. (2) † Nauis contabulatio, in Ch. a. 1323.

PONTELLVM, f. *Ponticulus*. Charta an. 1129. apud Calmet. inter Instrum. tom. 2. Hist. Lotharing. col. 287. *Deinde Pontellum quod iacet iuxta communitatem et in ipsa ligna quae vocantur mortua, tam pro foco, quam pro clausura libere.* V. *Pontesellum*.

PONTELLVS, *illud cui aliquid innititur: et dicitur a Pons.* Io. de Ianua. Italis *Pontello*. Murator. tom 6. col. 599.

PONTENAGIVM, PONTENARIVM, V. *Pontaticum*.

PONTENARIVS, V. *Pontones*.

PONTERIVS, V. in *Pontaticum*.

PONTESELLVM, PONTESELLVS, Ponticulus, Ital. *Pontecello*. Chron. Bergom. ad an. 1403. apud Murator. tom. 16. col. 947.

† PONTETVS, vasculum, mensura vinaria. Stat. Auell. a. 1490. Gall. ol. *Ponthonnet*, diminut. a *Pot*, vasculum.

† PONTIALE, i. q. *Pontale* 2. Stat. a. 1401.

PONTIANVS VENTVS. Gerasius Tilber. in Oriis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsuic p. 972. *Sicque factum est, quod statim rupes, facto foramine, per scissuram exhaustum ventum semper eructat, quem Pontianum vulgus nominat, quasi a Ponto illuc virtute diuina translatum.*

PONTICELLVS, translatum, Gall. *Echafaut*. Parisius de Cereta in Chron. Veron. ad an. 1242.

PONTICINARIVS, V. *Pontanerius*.

PONTICITAS, V. *Ponticus*.

PONTICVLVS. Lex Salica tit. 57. §. 3. *Si quis aristatonem, hoc est staplum super mortuum missum capulauerit, aut mandualem, quod est structura, siue selaue, qui est Ponticulus, sic ut more antiquorum faciendum fuit*, etc. Vbi *ponticulus* est structura supra tumulum morrui in ponticuli speciem. *Porticulus* pro *Ponticulus* edidit Eccardus; quo minor porticus, seu aedicula super sepulcrum alicuius exstructa, eodem auctore, significatur. Vide Paulum Warnefridum lib. 5. cap. 34. et infra *Porticulus* et *Selaue*.

PONTICVS, PONTICITAS. Marcb. Siluaticus: *Ponticus sapor quid est, vel austera.* Constantinus Africanus lib. 4. de Morbor. cognit. cap. 3. *Neque in cibo vel potu acida vel Pontica demas.* Infra: *Electuarium malorum granatorum, et alia Pontica et confortatiua.* Idem lib. de Gradibus, vbi de Emblicis: *Quorum sapor amarus et Ponticus est.* Infra de Cuscute: *Habet amaritudinem et Ponticitatem.* Et de Cypresso: *Habet aliquantum Ponticitatis. Ponticus*, Italis, eadem notione. *Pondicitas*, pro *Ponticitas*, apud Mich. Scotum lib. 1. cap. 30. Nescio an huc pertineat quod

quod habet idem ſcriptor lib. 4. cap. 48. *Et in oſtio obuiauit frater Gosfridus ſacriſta ſatis ventroſus. Tunc idem Gothardus tangens ventrem eius digito; . . . ait:*

O bone ventroſe, quam Ponticus es cacaboſe,
Blaſius eſt intus, calo ferus, et labor intus.

Vide Martinii Lexic. v. *Ponticus.*

PONTICVS CANIS, Caſtor. V. *Bever.*

PONTIFEX. (1) Epiſcopus: paſſim in Legibus Wiſigoth. Langobard. in Capitul. Caroli M. in vett. Formulis, etc. *Pontifices*, vel *Sacerdotes, ſummi* nuncupati non raro praecipuarum Sedium Archiepiſcopi. Ita Arelatenſis *Summus Pontifex* dicitur in Charta an. circ. 1000. Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuar. *Primas et Pontifex Summus* vocitatur a Milone Criſpino eius ſubpari in ipſius Vita num. 19. Sic etiam interdum Veteribus dicti ipſi Epiſcopi. ARCHIPONTIFEX, Archiepiſcopus. Inuentio corporis S. Baudelii inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 168. (2) Capellanus Palatinus. Henricus Huntindon. Epiſt. an. 1153. tom. 8. Spicil. Acher. p. 139. (3) *Regalium dignitarum*, Praefectus aerarii regii. Vdalricus in Praefat. ad lib. 3. Conſuetud. Cluniac. (4) Pontium exſtructor. Epigram. Iohan. Iucundi Dominicani apud Sauuall. Antiq. Pariſ. tom. 1. lib. 3. Hinc *Hoſpitalarii Pontifices* nuncupantur interdum *Fratres pontis*, quod ex inſtituto ſuo pontes conſtruerent. V. in *Frater.*

PONTIFICALE, liber in quo continentur quae ad Epiſcopum ſpectant. Regula conſuetu Toribii Archiepiſc. Limae, inter Conc. Hiſpan. tom. 4. p. 667.

PONTIFICALIA, Epiſcopalia ornamenta, veſtimenta. Chronicon Montisſereni ann. 1222.

PONTIFICALIS PONTIFICALES ACTVS, in Conſtitut. eccleſ. Valent. Epiſcopi functiones dicuntur.

† PONTIFICALITER, iure pontificio. Ch. Hugon. III. Epiſc. Niuern.

PONTIFICARE. (1) Pontificem ſeu Epiſcopum facere. Thierricus Valliscolor in Vrbano IV. PP. (2) Pontificatum obtinere, Pontificis munus obire. Charta apud Stephanot. tom. 4. Antiq. Bened. Pictau. MSS. (3) De ciuitate dicitur, in qua quis Epiſcopatum tenuit. Epitaph. Ioannis II. Epiſc. Leod. an. 1238. tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 885. (4) *Pontificare*, *Pontem vel pontatum facere*, Iohan. de Ianua. *Faire pont ou ponte*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. MSS.

PONTIFICATIO, Pontificatus, in Vita S. Materniani Epiſcopi Remenſis n. 7.

PONTIFICIVM. (1) Sacerdotium, Preſbyteratus. Vide Leg. 13. Cod. Th. de Haereticis. (2) Dignitas Pontificis, titulus honorarius, quo Pontifex ſeu Epiſcopus compellatur. Auitus Viennenſis Epiſt. 15. (3) Pontificatus. Rythmus ſatyricus apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 534. (4) Poteſtas, ius. Arnobius iunior in Pſalmum 68. *In portis ergo hi accipiunt Pontificium iudicandi et corripiendi.* Vtitur praeterea in Pſalmo 113.

PONTILE, Porticus columnis fulta, ab Ital. *Pontile*, fultura. Gall. *Etaye*, ſic dicta. Chron. Petri Azarii apud Murator. to. 16. col. 322.

† PONTILIGNITIVM, pons ligneus, in Ch. a. 951. ap. Vghell. t. 1. Ital. S. p. 722.

† PONTILIVS, ponticulus, in Placit. a. 920.

PONTILLVS, Ponticulus, in Legibus S. Seueri MSS. apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Bened. Vaſcon. p. 483.

PONTINEGIVM, PONTIONATICVM, V. *Pontaticum.*

† PONTINIVM, i. q. *Pontaticum 1.* in Ch. Mſ. a. 1133.

† PONTIONARIVS, i. q. *Pontonarius*, in Ch. Mſ. a. 1213.

PONTIVS. (1) V. *Poth.* (2) † Pons, ponticulus, in Ch. Mſ. a. 1203.

PONTNADA, V. *Ponnada.*

PONTONAGIVM, quod pro traiectu fluminis *pontonario* exſoluitur. Tabular. S. Nicolai Andeg. V. *Pontaticum.*

† PONTONARIATVS, *pontonarii seu pontatici* exactoris officium. Ch. a. 1382.

PONTONARII, nautae qui per pontones transuehunt itinerantes, *Pontonniers*. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 48. PONTONARIVS, eodem intellectu, in Charta an. 1442. ex Schedis Praef. de Mazaugues. PONTANERII et PONTENARII, eadem notione. *Pontanerius portus Theſſaci*, in Charta Dombenſi an. 1404.

PONTONES, genus Gallicanarum nauium, Caeſarii lib. 3. cui eaedem ſunt cum onerariis. Harum etiam meminit Agellius lib. 10. cap. 25. Marchiſii Annal. Genuenſ. ad an. 1221. apud Murator. tom. 6. col. 425. *Pontones quoque de lanua ibi ductos ad faciendam ſepem lapideam, ibi fecit per dies quam plurimos laborare, quorum duo in plagia, quae eſt inter ciuitatem et caput S. Ampelii, temporis ſaeuitia naufragarunt.* Iſidoro vero lib. 19. cap. 1. dicitur *Pontonium, nauigium fluuiale, tardum, et graue, quod non niſi remigio progredi poteſt.* Praeſertim autem Pontonum vſus fuit ad traiectus fluminum, cuiusmodi ſunt ea nauigia quae *Bacs* vocant Galli, quae pontis vicem praebent, vnde videntur appellari. Apuleius: *Si vado non poterunt, Pontonibus transibunt.*

† PONTVNARIVS, i. q. *Pontonarius*, in Ch. Mſ. a. 1208.

† PONTVRA, punctus, punctio, Ital. *Puntura*. t. 2. Sept. p. 455.

PONTVS. (1) Capulum enſis, Gallis olim *Pont*. Locum vide in *Inueſtitura per ſpatae capulum*. (2) Pons. Tabul. Maioris Monaſt.

PONZONARE, terebello ſeu ſcalpello diſtinguere, a Lat. pungere, *Piquer, picotter*; Itali *Ponzonare* eadem notione vſurpant, Angli *Punch* dicunt. Charta Eduardi III Reg. Angl. an. 1338. apud Rymer. to. 5. pag. 49.

† POOTELLVS, a Gall. *Poteau*, pila, columna. Reg. S. Iuſti in Cam. Comput. Pariſ.

POPA. (1) Pro *Puppis*, Gall. *Poupe*. Charta ann. 1288. in Tabular. S. Victoris Maſſil. (2) πλακοῦς, in Gloſſ. Lat. Graec. πλακοῦς, *Placenta*, *Popa* in Gloſſ. Graec. Lat. *Popanum* dixit Iuuenalis Sat. 6. v. 540. Vide mox *Popada* et *Popax*.

POPADA. Tabularium S. Stephani Lemouicenſis: *Bernardus Vicecomes de Comborn animae ſuae conſulendum neceſſarium ducens, donauit S. Stephano manſum de Abiac, et hoc fecit integre, nihil inde retinendo, ſcilicet neque ceuſum, neque exploit, neque Popada, neque oſt, neque vllius conſuetudinis exactionem.* Charta an. 1085. apud Baluz. Hiſt. Tutel. col. 427. *Geraldum etiam de vineriis quem pro coluberto clamabas, abſoluis a iugo totius ſeruitutis, . . . ſcilicet duos ſexturios de ſegel, et duas de ciuada et vnam Popadam.* Tabul. Voſienſe fol. 3. 11 *Sextarios ſegl. et 11. de ciuada in Murcio, et 1. gallina et dimidium Popadae*, etc. Vbi neſcio an *Popada* vſurpetur pro *popa*, πλακοῦς, *placenta*, vti eſt in Gloſſis vett. ſeu eo quod *oblias* vocabant.

POPATA, in eodem S. Stephani Tabul. fol. 53.

POPALVM, *poculum*. Laurentius in Amalth. ex Salmaſio.

POPARE, *creſcere*. Papias in Amalth.

POPATA. V. *Popada*.

POPAX, θύτης, in Gloſſ. Lat. Graec. Graec Lat. θύτης, *immolator*, *papa*, *Popax*. V. *Popa* 2. et *Popada*.

† POPEIANVM, *lo cibo graſſo*. Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

† POPELLVS, vox contemtus, qua viliſſimi quique ſequaces indicuntur, ap. Ludewig. t. 9. Relig. p. 256.

† POPERA, cannabis vel lini faſciculus, Gall. *Poupée*. Ch. Mſ. a. 1355.

POPES, puppis, V. *Popa* 1.

POPIA, ζωμίγνοις, ζωμίγνοις, in Gloſſ. Lat. Graec. Graec. Lat. ζωμίγνοις, *trulla lignea*, *Popia*.

POPILLER, f. populus arbor, Gall. *Peuplier*, Angl. *Poplar*. Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1413. apud Rymer. tom. 9. p. 543. *Vna cum ſufficiente ſtaffura de maeremio, ſalice, Popillor, carbonibus maritimis et ſalicis et de ferro.*

† POPINA. (1) *Ius popinae*, eam inſtituendi et tenendi, ſeu praeſtatio ex popinis. Ch. a. 1361. (2) Pupa, Gall.

Gall. *Poupée*, ol. *Popine*, in Ch. Mſ. a. 1244.

POPINARIVS, qui popinae praeſt. Firmicus lib. 4. cap. 15.

POPINIO, eadem notione. Gloſſ. Lat. Graec. *Popiniones*, κάπηλοι. Leg. *popinones*, vt iam monuit Martinius in Lexico.

† POPLEXIA, apoplexia, t. 2. Iun. p. 564.

POPLICANI, V. *Populicani*

POPLICVS, pro Publicus, in Charta Childeberti III. an. 695. apud Felibian. Hiſt. Sandionyſ. p. XVI.

† POPORTARE, dicitur de agro, cuius termini ſ. limites circumſcripti ſunt. Ch. Mſ. a. 1280. V. *Porportare* et *Proportare*.

POPPEA, pupa, pupae icon, Gallis *Poupée*. Vett. Gloſſae, *puppae*, πλάτυγες αἱ τῶν παιδίων νύμφαι. Io. Iamua: *Pupae dicuntur quaedam ſtatuculae, quas virgines ſolent facere in medium filiarum, et veſtibus obnoluere: quas poſtquam ad annos nubiles veniebant, et pubilibus abrenuntiabant, quaſi ſub poteſtate Veneris futurae, Veneri ſacrificabant.* Vnde Perſicus:

Dicite Pontifices in ſacro quid facit aurum,
Nempe hoc quod Veneri donantur a virgine pupae.

Lambertus Ardenſis p. 167. *Inter puellas puerilibus iocis et choreis, et his ſimilibus ludis et Poppeis ſaepius iuuenilem applicabat animum.* De *pupis*, vel *puppis*, V. Deſiderium Heraldum lib. 1. Aduerſ. cap. 8.

POPPES.1, *funes quibus ex latere puppis ſuſtinetur*, in Gloſſ. Franc. Barberini ad Docum. d'Amor. edit. Vbaldini p. 258. *Poppeſi* puppis peribolos vocant Itali.

† POPRABESCO, inter iuſtitiarios, iudices vel miniſtros recenſetur, in Probat. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 49.

POPRAVCO, iuſtitiarius, iudex, prorex. Charta Venceslai Rom. Imper. an. 1405. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 63. *Te iuſtitiarium ſeu Poprauconem diſtrictus Bechineyſis fecimus.*

POPRAVCONATVS, dignitas; officium *Poprauconis*, in Charta Caroli IV. Rom. Reg. an. 1345. apud eumdem Ludewig. ibid.

POPVLA, iunior puella et diſſolutior. Statuta Eccl. Meld. an. 1363. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 916. *Iniungimus omnibus curatis et eccleſiarum rectoribus, . . . ne in domibus earum concubinas, focarias, ganeas, Populas, ſeu alias iuuenes mulieres ſuſpectas, de quibus poſſit ſuſpicio exoriri, habere praeſumant.*

† POPVLANVS, incola. Bibliothec. Piſtor. t. 1. p. 54.

POPVLARE, habitare; hinc Galli *Peupler une ville*. Conſuetudines Regni Maioricarum editae a Iacobo Rege Aragonum: *Laudamus vobis dilectis . . . . vt ibi Populetis et habitetis.* POPVLARE AGRICVLTVRAM, agrum colere, arare, ſerere, Charta Ferrandi Reg. Caſtellae ann. 1224. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 916. V. *Populatus*.

POPVLARIS. (1) Gregorius Turonenſis lib. 1. de Miracul. cap. 14. *Non eſt aequum vt hoc pignus in loco viliori teneamus, ſed ſurge et illud accipe, et defer ad Turonenſem Eccleſiam, quae plus Popularis habetur.* Id eſt, in quam populi frequentius confluunt, vel quae maiori populi multitudine repletur. V. Deſider. Heraldum lib. 1. Aduerſar. cap. 8. (2) POPVLARES, Vrbana multitudo, populus, plebs, quibus opponuntur *militares*, in l. 1. D. de Offic. Praef. vrb. in leg. 7. Cod. Th. de Annonis ciuic. etc. (3) † I. q. *Populatus*, terra culta, ager cultus. Ch. Mſ. a. 1201.

POPVLARITAS. (1) Spectaculorum editio, in leg. 2. Cod. Th. de Offic. Rector. praeiunc. quae *populi fauor et applauſus* dicitur in l. 1. et 3. eod. Cod. de Spectacul. *Popularitas, populi feſtinae congregationes*, in Gloſſ. MSS. Sangerm. n. 501. V. *Populoſitas*. (2) Multitudo, turba. Sidonius lib. 1. Epiſt. 9. (3) Populatio, vaſtatio. Mirac. S. Richarii Centul. Abb. tom. 3. April. p. 453.

POPVLARIVS, popularis, vulgaris. Miracul. S. Walpurgis saec. 3. Bened. part. 2. p. 299

† POPVLARVS, populus, plebs, incolae. Litt. remiss. Mss. a. 1387.

POPVLASSVS, dicitur de loco vbi frequens est populus, Gall. *Peuplé*. Charta an 1372.

POPVLATIO. (1) Populi coetus. Vita S. Deicoli Abb. num. 17. *Cumque Populatio non modica quae ad Ecclesiam Dei conuenerat, etc.* (2) POPVLATIONIS CHARTA, qua alicui locus ad *populandum* seu habitandum conceditur. V. *Populare*. (3) Villa, parochia. Charta an. 1266. V. *Populatura*. (4) † Vrbis regio, in Ch. Ms. a. 1326.

POPVLATORES, incolae. Charta Sancti Abarcae Regis Aragon. aerae 971. apud Blancam.

POPVLATVRA, villa, praedium rusticum. V. *Populatio*. Vetus Charta apud Anton. de Yepez in Chronico Ordin. S. Benedicti tom. 3. p. 284.

POPVLATVS. (1) Terra culta, ager cultus, cui opponitur *eremus*. Charta Sancii Nauarrorum Regis apud Oyhenartum in Notitia Vasconiae p. 99. V. *Populare*. (2) † Habitator, incola, in Constit. Ms. a 1422. (3) † Instructus, munitus. Testam. Ms. a. 1376.

POPVLIA, λυχνὶς, in Gloss. Lat. Graec. Graec. Lat. λυχνὶς, *rosa Graeca*, *Populia*. Flos quidam festiuus, Theophr. lib 6. Hist. plant. cap. 7. genus est lilii. V. Plinium lib. 21. num 10. et 39.

POPVLICANI, POPLICANI, PVBLICANI, haeretici Manichaeorum sectarii, qui Graecis Παυλικιανοὶ, Latinis scriptoribus *Pauliciani*: sic appellari a Paulo Samosateno haeresis auctore, siue a Paulo et Ioanne, vt obseruatum a Cangio ad Alexiadem, p. 412. *Poplicani*, lib. 4. Hist. Vezeliac. p. 644. qui *Paulieni*, apud Liberatum Diacon. c. 2. et auctorem Praedestinati. Ita porro appellarunt Manichaeos, qui Franciam aliquamdiu erroribus suis inquinarunt, maxime in Aurelianensi prouincia, Roberto Rege regnante, de quibus Gesta Synodi Aurelianensis an. 1017. edita tom. 2. Spicilegii Acheriani. Haec postea appellatione Valdenses haereticos donarunt, quod quaedam ex dogmate Manichaei, quaedam ex erroribus Origenis, plurima etiam de suo confinxissent.

POPVLICVS, popularis. Vtitur Gonzo Floriacensis in Miraculis S. Gengulfi num. 4.

POPVLNVS, *de populo*, *ficus ficulnus de ficu*. Papias.

POPVLOSITAS. (1) In Glossis antiquis MSS. *Populi festiuae congregationes*. V. *Popularitas* 1. (2) Copia, frequentia, multitudo. Fulgentius Mythol. 1.

POPVLOSVS. (1) Numerosus, abundans. S. Pacianus Epist. 3. tom. 2. Concil. Hispan. p. 87. (2) Dicitur de loco, vbi frequens populus habitat. Constitut. Vrbani V. PP. ann. 1366. in Bullar. Carmel. p. 127. col. 2. (3) Locus populis consitus, vt videtur. Chron. Noualic. ap. Murator. tom. 2. part. 2. col. 736.

POPVLVS. (1) Turba, conferta hominum multitudo, in l. 6. et 10. Cod. Th. de Episcop. Passio SS. Perpetuae et Felicitatis. MINVTVS POPVLVS, vulgus, plebecula, Gallis *le menu peuple*. Acta Purgationis Caeciliani. Fragmentum Petronii. Glossae Graec. Lat. λεπτὸν δῆμος ψήφισμα, *Plebiscitum. Minor populus*, in Capitularibus Ludouici II. Imp. tit. 2. c. 5. POPVLVS VVLGARIS, eadem notione. Capitul. Caroli M. an. 813. c. 14. POPVLVS MANDATORVM, id est, multitudo, apud S. Bernardum lib. de Praecepto et dispensat. tom. 1. col. 109. Edit. 1690. Hanc lectionem ex consensu MSS. Cod. restituit Mabillonius pro *cumulo*, vti prius legebatur. (2) POPVLI, pro *Pupilli*, et viciſſim, alicubi scriptum monet Baluz. in Notis ad Capitul. Ita in Addit. 3. ad Capit. c. 98. *Nouerint* (Episcopi) *sibi curam Populorum et pauperum in protegendis ac defendendis impositam*. Vbi leg. *pupillorum*. Sic *pupillum terrae* pro *populum* habet Puteanus Codex Legis Alamann. c. 36. §. 3. (3) † Parochia, vrbis regio. Ch. Ms. a. 1258.

† PO-

† POQVINVS, menſurae frumentariae ſpecies in Morinis, vulgo *Poquin*. Ch. Mſ. a. 1360. V. *Polkinus*.

† POQVITVS, ab Hiſp. *Poquito*, pauxillus, debilis, vnde Gall. *Poques*, equus paruus et debilis. Ch. Mſ. a. 1332.

PORAGO, pro *Parago* vel *parrago*, V. in hac voce.

PORCA. Iſidorus et Papias: *Porcam Boeti faciunt 30. pedum latitudine, ſed Porca eſt quod in 30. a vertendo extat, quod defoſſum eſt. Porca terra quae inter ſulcos eſt lata.* Gloſſ. Aelfrici, vbi de re agraria: *Porca: Balc.* Charta an. 1105. in Tabulario Caſſurienſi: *offero tradoque omnes res proprietatis meae, excepta una Porca de cannapina.* A verbo iam inuſitato *Bargen*, quod exſecare ſonat, vocis etymon accerſit Eccardus in Notis ad Leg. Salic. pag. 18. adeo vt *porca* ſit terra vomere exſecta. Neque enim infrequens mutatio *b* in *p*. Non audiendi itaque qui ex *porretta* vel *proiecta* deriuant huiusce vocis originem.

† PORCADA, *Portulaca*, in Gloſſ. iatricis, Cod. 6881. V. *Porciolum*.

PORCAGIVM. Tributum ex porcis. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 83. V. *Porcellagium*.

† PORCAIRATA, porcorum grex. Ch. a. 1262.

PORCAMIS, Menſura agraria. Vetus Agrimenſor: *Porcamis eſt pars agri habens in latitudine ped. 30. id eſt perticas 3. in longitudine 30. id eſt perticas decempedas 7.* Idem quod *Porca*. Vbi forte legendum *Porca vnius*, *etc.*

† PORCARANVS, porcinus, apud Ludewig. t. 9. Reliq. p. 378.

PORCARIA. (1) Stabulum porcorum. Compotus ann. 1305. apud Kennett. Antiquit. Ambroſd. p 354. Sed apud Matth. Paris an. 1258. *Porcariae* ſumuntur pro locis coenoſis, cuiusmodi ſunt in quibus porci ſe volutare amant. V. *Porcerium*. (2) † Porca, ſus femina. Ch. Mſ. a. 1032.

PORCARITIA, vt *Porcaria*, in Capitul. de Villis Caroli Mag. cap. 23.

PORCARITIVS, Ad porcos ſpectans. *Porcaritia domus*, ſtabulum porcorum, in Leg. Aleman. tit. 81. §. 3.

PORCARIVS, *Porcorum cuſtos*, in Leg. Aleman. tit. 79 §. 1. Gallis *Porcher*, Italis *Porcaio*. apud Marten. tom. I. Ampliſſ. Collect. col. 9. V. *Immunitas* et *Porquerius*. PORCARII TERRA, quae porcario ad paſcendos porcos aſſignatur, in Charta apud Thomam *Madox* Formul. Angl p. 45. PORCARIVM SERVITIVM, quo quis porcos domini ſui paſcentes ſeruare tenetur. Charta an. 1294. tom. 1. Chartular. S. Vandreg. pag. 832.

PORCASTER, porcus iunior. Alchelmus de VIII. vitiis cap. 8.

PORCATOR, idem qui *Porcarius*, in Canon. Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 15.

† PORCATVRA, porcorum grex, vel tributum ex porcis. Ch. Mſ. a. 1070.

PORCELLAGIVM, Tributum ex porcellis, ſeu porcis, Gallis *Pourceaux*. Hinc porci qui in eiusmodi tributum debebantur, *porcos debitales* vocat Charta an. circ. 984. apud Baluz. Hiſt. Tutel. col. 379. Charta ann. 1180. in Tabulario Cluniacenſi n. 197. *Non habeo talliam, vel Porcellagium, vel beſenagium, vel meſſonagium.* V. *Porcilatio*.

PORCELLANA, Gall. *Porcelaine*. Ciaconius in Epiſt. ad Principem Card. apud Marten. tom. 3. Ampliſſ. Collect. col. 1324. *Vaſa murrhyna ex China tot generum, quae Porcellanae patrio ſermone appellantur.*

PORCELLARE, dicitur ſus, cum porcellos edit, in Fleta lib. 2. c. 80. §. 2. 3. V. *Porcellus*.

PORCELLATA, Porca, ſus femina, Gall. *Truie*. Charta an. 1330. in Tabular. S. Victoris Maſſil.

PORCERIVM, Porcorum ſtabulum. Charta ann. 1288. ex Archiuo Auxit. Archiep. V. *Porcaria* et *Porcile*.

PORCETRA, *ſus quae ſemel peperit; quae ſaepius, ſcropha*, apud Gellium lib. 18. cap. 6.

PORCHA, pro Porca, in Statutis Placent. fol. 65. verſo.

PORCHAICIA, Comparatum, Gallis *Acqueſt*, a vet. Gall. *Pourchas*, eadem notione; bona quaeuis vel emptione, vel induſtria, vel alia qualibet fortuna acquiſita. Teſtam. an. 1215. apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Pictau. MSS. p. 154. V. *Purchacia*.

PORCHAVCHARE, vt ſupra *Perchauchare*. Tabular. S. Albini Andegau. A Gallico *Pourchaſſer*, perſequi, orta videtur haec vox. V. *Porchaicia* et *Percaicare*.

PORCHERIA. (1) In Fleta lib. 2. cap. 41. §. 13. Gallis *Porcherie*. (2) Pro foro, in quo porci venduntur, occurrit in Charta Matiſcon. an. 1460. (3) Porcorum grex. Tabular. S. Vandreg. tom. 1. p. 33.

† PORCHERIVS, porcorum cuſtos, in Ch. Mſ. a. 1197.

† PORCHETTA, tributum ex porcis, in Cod. reg. 4189.

† PORCHETVS. (1) Porcellus. Ch. Mſ. a. 1235. *Pourchetus*, in Ch. Mſi a. 1294. (2) Veſtibulum, porticus, in Areſt. a. 1292.

PORCHORIA, ſeptum ex virgultis, in quo porci de nocte, tempore glandationis, ſolent includi, vt ab incurſibus luporum tuti ſint. Charta an. 1262. apud Kennett. Antiquit. Ambresd. pag. 259.

† PORCIA, mendoſe pro *Porcia* vel *Poreta* ap. le Boeuf t. 5. Hiſt. Dioec. Pariſ. p. 402. V. *Porea* et *Poreta*.

PORCIGVLVS, porcellus, iunior porcus. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 686.

PORCILATIO, idem forte quod *Freſcingagium*, vel *porcorum conſuetudo*, de qua inox. Tabularium Cluniacenſe Ch. 336. *Porcilationem percipiet quomodo eam retroactis temporibus percipere conſuevit: hoc ſalvo quod homines praedictas gallinas et Porcilationem . . . per ſe vel per alias perſonas apportare tenebuntur.*

PORCILE, Porcorum ſtabulum. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 80. V. *Porcaria* ex *Porcina*.

PORCILIS, porcinus, ad porcos ſpectans. *Porcilis ſuccina*, in Leg. Baiwar. tit. 3. cap. 10.

PORCILLVS, ſterquilinium, locus vbi ſimus porcorum congeritur. Charta an. 1344. ex Schedis Cl. V. *Lancelot*.

† PORCILVS, porticus minor. Stat. Auenion. a. 1243.

PORCINA, Porcorum grex, vel ſtabulum. Pactus Legis Salicae tit. 27. et Lex Salica tit. 29. §. 1. V. *Porcile*.

PORCINARII, iidem qui *Suarii*. Vide ibi.

PORCINARIVM, *ὑοφορβεῖον*, in Gloſſ. Lat. Graec. Locus, vbi porci aluntur.

† PORCINATAE SCROFVLAE, ſtrumae, quia in porcorum gutture frequenter reperiuntur, t. 6. Aug. p. 823.

† PORCINCTA, PORCINCTVS, ambitus, Gall. ol. *Pourchainte*. Ch. Mſ. a. 961. V. *Procinctus*.

† PORCINIVM, porcorum ſtabulum, t. 4. Aug. p. 832.

PORCINVS, *ὑοφορβός*. Gloſſ. Lat. Graec. in Graec. Lat. *ὑοφορβός*, *Subulcus*, *Porcinus*. *Porcinum animal*, in Charta an. 1509. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues.

PORCIOLVM, leguminis ſpecies, f. Portulaca. S. Wilhelmi Conſtit. Hirſaug. lib. 1. cap. 12. de ſignis olerum: *Pro ſigno Porcioli, generali praemiſſo, ſignum porci adde.*

PORCIONISTA, conuictor, vel gymnaſii alumnus. Compendium Iurium Vniuerſit. Pariſ. per Robert. *Gonlet* fol. 18.

PORCISTETVM, *Locus vbi porci ſtant*. Ioan. de Ianua. *Porcherie*, in Catholico paruo. Ita legendum apud Lindwodum in Prouinciali Cantuarienſis Eccleſiae, pro *Porcitecum*. Niſi magis arrideat *Porciſtegum*, vt *Diſtegus*, *triſtegus*.

† PORCIVS, aper, in Ch. Mſ. an. 1501.

PORCONARIVS, particeps, pro *Portionarius*, miniſter eccleſiaſticus, qui decimas eiusdem paroeciae cum alio diui-

diuidit, Angl. *Portioner*. Charta an. 17. Richardi II. Reg. Angl. V. *Parcennarii*, et infra *Portionarius*.

PORCVS SINGVLARIS, aper, Gallis *Sanglier*. *Porcus siluaticus*, in Praecepto Caroli M. an. 814. to. 1. Capitul. col. 419. *Porcus siluester*, in Charta Stephani Comit. Bleſenſ. ex Tabular. Maior. Monaſt. V. *Singularis*. PORCI SVALES, maſculi ſues. Polyptychus S. Remigii Remenſis. DARE PORCOS *in hoſto* dicebantur qui alteri facultatem dabat paſcendi porcos in ſilua. Charta an. 1236. apud Kennett. Antiq. Ambroſd. p. 220. PORCORVM CONSVETVDO, in Charta Guidonis Comitis Pontiui, apud Hariulfum lib. 4. cap. 22. extremo. V. *Porcilatio*.

POREA, Ius e pilis, Gall. *Purée*. Charta Odonis Abbat. an. 1231. apud Felibian. Hiſt. Sandion. p. 120. V. *Purea*.

PORETA. (1) Leguminis ſpecies, beta, Gall. *Porrée*, vel *Poirée*. Tabular. S. Iacuti an. 1323. V. *Poirata*. (2) † Iuſculum ex porris confectum, i. q. *Porrecta*. Acta SS. to. 1. Aug. p. 655.

PORFIDVM, Porphyrites, Gall. *Porphyre*, ab Ital. *Porfido* et *Porfiro*. Sozomenus Pictor. apud Murator. tom. 16. col. 1070.

PORFILIVM, Textile, Gall. *Tiſſu*. Inuentar. ornament. Sacriſtiae S. Victoris Maſſil. ex Tabular. eiusdem loci: *Duo ..... ſtabella quorum vnum eſt de velute violaceo cum Porfilio de ſerico rubeo*. Noſtri *Pourfiler*, pro intexere, dicunt. V. *Perfilum*.

PORGATOR, pro *Purgator*, qui triticum ventilat, Gall. *Vanneur*, occurrit in vet. catalogo Confraternae B. M. Deauratae Toloſ.

PORGERE, pro *Porrigere*, apud Mabill. tom. 2. Annal. p. 628. ex Excerptis Heirici.

PORIETTVM, veſtibulum, atrium, porticus, Gall. *Porche*. Tabul. Maior. Monaſt.

PORISMA. (1) πόρισμα, Comparatum, bona quaeuis. Ioan. de Ianua: *Poriſma, quaeſtus, lucrum*. Orderic. Vitalis lib. 5. p. 580. 30. *ſcilicet marcos argenti futuris eius magiſtris et conſodalibus de Poriſmate meo libenter erogani*. (2) Meatus. Fridegodus in Vita S. Wilfridi saec. 3. Bened. part. 1. p. 189. (3) *Propoſito conſecutionem neceſſariam habens ex probatis et demonſtratis. Geometrorum vox. Item, apertio et illuminatio ſenſus*. Laur. in Amalth. ex Catholico Ioannis de Ianua.

† PORIVS. (1) Mendoſe procul dubio pro *porus*, ap. Murat. t. 1. Antiq. p. 773. (2) Pro *Porrus*, leguminis ſpecies, Gall. *Porreau*. Ch. Mſ. a. 1305.

† PORMEVS, *che paſſa la uente de la dal fiume*. Gloſſ. Let. Ital. Mſ.

PORMINA, *Fornicatio*, *f. pro pornia*. Laur. ex Io. de Ianua.

PORNAE, e Graec. πόρναι, Meretrices, quarum meminit Iuſtinianus tit. de Conſul. in Nouell. Ita etiam vocantur turpiſſima ſpectacula ſine ludi ſcenici, in quibus meretrices producebantur in ſcenam; eadem quae *Floralia* aliis dicuntur. V. Pitiſci Lexic. in hac voce.

PORNIA, *Fornicatio*; *Portium*, *lupanar*, in Amalth.

PORNORELLVS, PORNORERIVS, idem qui Forenſis, extraneus, alienigena. Vnde ducta vocis origo, mihi incomperum. Inquiſitio pro Iurisdict. Comitum Viennae an. 1276. ex Archiuis Camerae Comput. Delphin. Quo vltimo loco *Pornorerius* etiam legendum exiſtimo.

† PORPALVM, inſtrumentum focarium. Chartul. Bituric.

PORPECIA, piſcis maioris ſpeciei, ſus marinus, Gall. *Marſouin*. *Pourpoie* dicitur in Litteris Philippi VI. ann. 1349. tom. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 519. *Pourpois*, in Litteris Iohan. Reg. an. 1351. ibid. p. 424. V. *Geaſpecia* et *Pocheteau*.

PORPES, eodem ſignificatu, in Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 23. vo.

PORPETVS, PORPEYS, eadem notione, Anglis *Porpoiſe*. Charta Henrici IV. Reg. Angl. an. 1410. apud Rymer. tom. 8. pag. 634.

PORPHYRATORIVM, V. *Periſterium*.

PORPHYRETICA ROTA, V. in *Rota*.

POR-

PORPHYRETICVS, V. *Purpurati.*

PORPHYROGENITVS, in *purpura*, patre Imperatore genitus, Graecis πορφυρογεννητος. Luitprandus in Legatione. V. quae de hac voce adnotamus ad Alexiadem, et infra in *Purpurati.*

† PORPO, veſtis militaris, lana vel goſſipio farta et acu ſtipata ac perpuncta, t. 2. Cod. Ital. Dipl. pag. 1838. V. *Perpunctum.*

PORPOINCTVM, PORPOINTVM, V. *Perpunctum.*

PORPORATVS, pro *Purpuratus*, Moneta Imperatorum Byzantinorum, in Hiſt. Belli ſacri apud Mabill. to. 1. Muſ. Ital. pag. 164. V. ſupra *Hyperperum.*

PORPORTARE, vt infra *Properare.* Tabular. S. Florentii an. 1255.

PORPORTVS FEODI, Redituum eiusdem inquiſitio et declaratio, qua quomodo ſe *porportat* feodum, ſignificatur. Charta an. 1276. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. p. 1504. PROPORTVS, eadem notione. Charta ann. 1263. ex Tabular. Fiſcamn.

PORPORVS. Chron. Taruiſin. apud Murator. tom. 19. col. 765. *Portum autem Occidentis arctauerunt Porporis et immenſis lapidum ſtrue ſub aquis latentium, et taliter quod illac niſi Libarnae ſine Faſelae poterant nauigare.*

PORPRESHENDERE, continere, Gall. *Comprendre.* Charta Reinoldi Abb. S. Criſpini Sueſſion. an. 1212.

PORPRENDERE, inuadere, aliquid ſua auctoritate capere. Praeceptum Caroli M. pro Hiſpanis an. 812. *Erema loca ſibi ad laboricandum Porpriſerunt, et laboratas habere videntur, etc. Propinſerunt* editum tom. 1. nouae Hiſt. Occitan. inter Inſtrum. col. 36. PROPRENDERE, eadem notione. Capitula ad Legem Bajwar. tit. 2. §. 1. *Nullus praeſumat alterius res Proprendere.* PORPRENSIO, inuaſio, vſurpatio. Tabular. S. Albini Andegau. PVRPRESTVRA, ipſa actio *porprendendi.* Vox Fori Anglici. Liber niger Scaccarii p. 249. *De Purpreſtura mariſci, qui nunquam antea lucratus fuit.* PORPRISA, ambitus. Charta Theobaldi Comitis Bleſenſis ann. 1186. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 627. PVRPRESTVRA, idem quod *Porpriſa*, ambitus. Monaſt. Anglic. tom. 2. p. 139. PROPRESTVRA, eodem ſignificatu, in Polyptycho Fiſcamn. an. 1235. PVRPRISVS. Monaſt. Anglic. tom. 2. p. 106. PORPRISVM, Poſſeſſio, vel locus ſepibus, muris, aut vallis concluſus: *Pourpris.* Tabul. SS. Trinit. Cadom. fol. 84. *Vendiderunt unam maſuram cum toto Porpriſo.* PORPRISAGIVM, idem quod *Porpriſum.* Charta Radulfi Abbatis Fiſcamnenſis an. 1213. in Tabular. Fiſc. fol. 31. PROPRISAGIVM, in Charta an. 1261. tom. 2. Chartul. S. Vandreg. pag. 1427. PORPRESIVM, eodem intellectu, in Cod. cenſuali Caſtell. Dombenſ. a. 1463. PORPRISIA, eodem ſignificatu. Charta an. 1228. tom. 2. Hiſt. Eccl. Meld. pag. 123. PORPRISIVM. Charta an. 1218. in Hiſt. Caſtilion. p. 39. PROPRISIA, in Charta an. circ. 1220. in Tabular. Floriac. PROPRISIVM. Charta an. 1220. tom. 1. Chartul. S. Vandreg. pag. 193. PROPRESIVM, in Terragio Bellijoc. POVRPRISIVM, POVRPRISVM. Charta an. 1239. apud D. *Bruſſel.* tom. 2. de Vſu feud. p. 855. PROPRESA. Charta Philippi Reg. Franc. an. 1271. in 30. Regeſto Chartophylacii Regii cap. 220. PROPRISVS, in Praecepto Ludouici Imper. an. 835. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 94. POVRPRISVRA, vt *Porpriſum.* Charta an. 1293. in Chartular. Domus Dei Pontiſar. PVRPRISVRA. Tabular. Latiniac. an. 1195. PORPRESTVRA. Tabular. SS. Trinit. Cadomenſ. fol. 43. PORPRISTVRA. Charta an. 1123. apud *Madox* Formul. Anglic. p. 73. PORPRISAE RES, inuaſae, vſurpatae, in Capitul. 4. a. 806. c. 6. Charta Alamannica Goldaſti 99. vbi perperam Goldaſtus *Propreſum* in *proprie ſuum* emendat. PVRPRISVS. Synodus Tricaſſina an. 878. PORPRISVS et PROPRISVS, muris vel ſepibus cinctus, concluſus. Praeceptum Ludouici Imper. ann. 835. apud

apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 95.

† PORPRISOR, fideiuſſor, in Ch. Mſ. a. 1208.

† PORQVATA, porcorum grex, in Ch. Mſ. a. 1343.

† PORQVERATA, idem, in Ch. a. 1283.

PORQVERIVS, porcorum cuſtos, ſuarius, Gallis *Porcher*, Prouincialibus *Pourquié*. Charta an. 1442. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues. V. *Porcarius*.

PORQVETVS, porcellus, iunior porcus, Prouincialibus *Pourquet*. Tabul. S. Victoris Maſſil.

PORQVS, pro Porcus, in Charta an. 1403. inter Schedas eiusd. Praeſidis.

PORRATA, vt mox *Porrecta*. Conſuer. MSS. Solemniac. V. *Poirata*.

PORRECTA, iuſculum ex porris confectum, Gall. *Porrée*. Miracula S. Galterii Abbatis Pontiſarenſis num. 15. V. *Porrata*.

PORRECTVRA, altitudo, in Gaſp. Barthii Gloſſ. ex Baldrici Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 199.

† PORRECTVS, porrus, leguminis ſpecies, vel potius legumen quodlibet. Ch. a. 1256. V. *Porreta*.

PORRELAGIVM, f. pro *Porcellagium*. Charta Philippi II. Reg. Franc. an. 1170. apud Perardum in Burgundicis p. 244. *Et in vniuerſo terra eius non habet talium vel Porrelagium, etc.*

PORRESTARIVM, pro *Poreſtarium*, dominium, in Charta an. 942. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. Occitan. MSS. pag. 500.

PORRETA, V. *Perrera*.

PORRETANI, Gilleberti Porretani Epiſcopi Pictauenſis ſectatores, de quo Otto Friſingenſis lib. de Geſtis Frider. c. 46. 47. et alii apud Baron. an. 1147. Beslium et Sammarthanos.

PORRIGIVM, πίτυρον, ἡ ἐν τῇ κεφαλῇ ἐκπαχία, in Gloſſ. Lat. Graec. *Porrigo*, apud Nonium c. 2. 701. Horat. lib. 2. ſat. 3. 126. et Iuuenal. ſat. 2. 79. *Porrigo*, *teigne*, *rache*, *roigne*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm.

† PORRITVS PORRVS, porrus minoris, vt videtur, ſpeciei, in Gloſſ. Heiſterbac. apud Honheim. t. 1. p. 671.

PORROLOGENCIA, V. *Porroſcencia*.

† PORRVM, *bium*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. Eſt clauae ſpecies, quam Galli olim *Porre* nuncupabant.

PORRVS, Verruca, Gall. *Porreau*. Acta S. Frandiſci de Paula tom. 1. April. p. 138.

† PORSANVS, a Gall. *Pourſain*, pro Porcianus, in Lit. Mſ. a. 1375.

† PORSEAMENTVM, PORSIAMENTVM, i. vt videtur, ac *Percurſus*, facultas paſcendi pecudes in alterius, quocum *percurſus* erat, paſcuis. Chartular. feudor. epiſc. Aurel.

PORTA. (1) *Portae*, anguſtiae itinerum, quas Hiſpani *Portus* vocant: τὰ στενά, πύλαι, Graecis Scriptoribus; *Clauſurae*, Latinis recentioribus. Iornandes de rebus Geticis. (2) Teloneum quod ad portam exigitur, *Portaticum*. Charta Petri Epiſcopi Atrebatenſis an. 1194. V. *Portaticum*. Qui ab hac exactione immunes erant, *libertatem habere in porta* dicebantur. Charta an. 1204. ex Tabul. Epiſcopat. Maſſil. (3) Munus ipſum Portarii Monaſtici, ſeu quod ad portae officium pertinet, apud Adalardum in Statutis Corbeienſibus p. 8. 19. (4) Tribus vel vrbis Regio vocatur apud Mediolanenſes et Italos. Sigonius lib. 6. de Regno Italiae, de Ottone I. *Mediolanenſium ciuium alios in tribubus vrbis, quas illi Portas vocabant, et agri pagis, quos Plebes nominabant, Capitaneos inſtituit.* (5) Diuerſa nonnihil notione, in Ogerii Panis Annal. Genuenſ. ad an. 1213. apud Murator. tom. 6. col. 405. *Papienſes vero audito hoc equitauerunt cum Portis quinque ſolummodo militum et peditum, etc.* Vbi *porta* pro militum turma videtur accipi. (6) PORTAE AVREAE, dictae in maioribus ciuitatibus portae praecipuae, per quas ſolemnes ingreſſus vel proceſſus fieri ſolebant, vt Conſtantinopoli *Porta aurea*, Graecis πύλη χρυσῆ, de

de qua copiose egimus ad Wilibarduinum num. 129. et in nostra Constantinopoli Christiana: *Romae* apud Ottonem Frising. lib. 2. de Gest. Frider. c. 2. PORTA ARGENTEA Basilicae S. Petri Romae, apud Anastasium in Sergio II. PP. et Paulum Diac. lib. 4. Chr. Casin. PORTARVM AMISSIO, genus poenae, qua quis domum suam claudere tenebatur. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1351. to. 2. Ordinat. p. 479. PORTAS APERTAS *conscribere*, Testamento aut tabulis manumittere. Lex Ripuar. tit. 61. §. 1. Qua loquendi formula significabatur libertas manumisso data eundi quo vellet. PORTAE APERTAE, in Charta Alaman. 7. sub formul. manumiss. vnde hodie *Pasporte* dicunt Galli. Spelman. PORTA LEVATVRA, pons sublicius ad portas vrbium. Hist. Cortusior. lib. 6. c. 5. PORTA PARADISI. S. Wilhel. Constit. Hirsaug. lib. 2. c. 50. *Si est Papa vel Rex, vel Pater monasterii, qui suscipitur, totus conventus usque ad Portam paradisi progreditur, etc.* V *Paradisus 1.* PORTA POPVLOSA, in iure Hungarico domus habens iustam integramque familiam. Alb. Molnarus. PORTA REGIA, V. *Regiae.* PORTA REGVLARIS, monasterii ianua. Litterae ann. 1216. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 519. (7) † Aula regia, apud Orientales, vox antiquissima, quod testantur Xenophon et Plutarchus. (8) † Domus hospitum in monasteriis, quod ad portam esset extructa. Ch. a. 886. Eadem de causa *Porta* apud monachos appellabatur locus, vbi pauperibus eleemosynae distribuebantur, sed et reditus eiusmodi eleemosynis assignatus. (9) † Custodia ad portas castri, vel excubiae, t. 9. Ordinat. reg. Fr. p. 609. (10) † *Porticus*, locus coopertus, in Ch. Ms. a. 1197. (11) † Lignearum regularum compages, Gall. *Chaffis*, in Inuent. Ms. a. 1476.

PORTABILIS, qui potest portari, Gall. *supportable*. Sidonius l. 8. ep. 11.

PORTACIA, ἀνδρεάχνη, in Gloss. Lat. Gr. Cod. Sangerm. *Portacla*, ἀνδρεάχνη, εἶδος λαχάνου.

PORTAGIARIVS, V. *Portaticum.*

PORTAGIVM. (1) Delatio vel portatio rei alicuius, in Statutis Gildae Scoticae c. 44. (2) Gall. *Portage*, sumitur pro ea praestatione, quae exsoluitur pro mercibus quae collo *portantur*. Charta Philippi Reg. Franc. an. 1222. (3) Idem quod *Portarium*, seu praestatio ad vrbium portas. V. *Portaticum.* (4) Salarium eius qui vrbis portas aperit et claudit. Statuta Communiae de Montesquiuo an. 1306. (5) Capacitas, Gall. *Port, portée d'un vaisseau*, quantum nauis continere et vehere potest. Charta an. 1406 apud Rymer. to. 8. col. 439. (6) † Officium *portarii*, in Ch. Ms. a. 1356. (7) † Tributi genus, quod ex domibus et terris exigitur, Gall. *Portage*. Ch. Ms. an. 1276. (8) † Quod ad portas carceris ab incarcerando soluitur, in Ch. a. 1290. (9) † Apud Lugdunenses dicitur portio quam dominus feudalis in censibus annuis concedit iis, qui illos suo nomine exigunt. Ita D. Aubret in animaduers. suis.

† PORTAGO, i. q. *Portagium 3.*, in Ch. a. 1096.

PORTALE. (1) Porta. Galli *Portail* vel *portal* vocant portam ampliorem, decumanam, cuiusmodi sunt vrbium. Charta Ludouici VII. Reg. Franc. an. 1173. *Contedimus etiam . . . licentiam* (burgum) *claudendi muris et vallis atque Portalibus.* (2) Vestibulum, atrium. Acta SS. Iunii to. 2. p. 61. de SS. Quatuor Mart. Gerund. *Cum magno timore intus Portale intrauit, et ipsum portale iussit cum lapidibus et calce claudi.*

† PORTALERIA. (1) Porta, *Portale*, in Ch. Ms. a. 1333. (2) Coenaculum, tabulatum, in Ch. a. 1308.

† PORTALETVM, porta minor, in Stat. a. 1381. PORTALHETVM, idem, in Ch. a. 1362.

PORTALGVERIVM, dimin. a *Portale*, minor porta, Massilienses *Portalet*. Statuta Massilien. l. 5. c. 37.

POR-

PORTALIS. (1) CAPELLA PORTALIS, quae ad portam monaſterii ſita. Inſtrum. an. 1290. apud Stephanot. to. 13. Fragm. Hiſt. MSS. p. 459. (2) Qui portae vrbis curam habet, vt videtur D. *Secouſſe*. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 4. Ordinat. p. 340.

PORTALLVM. (1) Domuncula, in Tabul. Eccl. Briuat. (2) Idem quod *Portale*, Gallis *Portail*. Ordinat. Iohannis Reg. Franc. an. 1356. tom. 3. Ordinat. p. 62. (3) Veſtibulum, atrium, Gall. *Parvis*. Charta ann. 1195. inter Inſtr. tom. 1. nouae Gall. Chriſt. p. 51. col. 2.

PORTAMENTVM, vox Italica, Actio, agendi ratio, Gallis *Comportement*. Bartholomaei Annal. Genuenſ. ad ann. 1238. apud Murator. to. 6. col. 479. PORTAMENTVM ARMORVM. Charta Gallica an. 1313. apud Rymer. tom. 3. pag. 447. inſcribitur: *De prouerogatiua Regis ſuper Portamento armorum*. V. *Portatio*.

PORTANAGIVM; vt *Portaticum*. V. in hac voce.

PORTANARIVS, PORTENARIVS, idem qui *Portarius*, ianitor: ſic de hoc officio monaſtico vſurpat Eckehardus de Caſibus S. Galli c. 10. p. 82. PORTONARIVS, Portae cuſtos, *Portarius*. Statuta Vercell. l. 1. fol. 6. vo. PORTENARIVS, dignitas in Eccleſia Colonienſi, cui portarum eccleſiae et chori cura demandata erat. Codex MS. quotidianarum diſtribut. Capit. Colon. ex Bibl. Arrebat. PORTVNARIVS, pro ianitore, non pro eo qui *portorium* exigit, vt vult Lindenbrogius, videtur vſurpari in Lege Longob. l. 1. tit. 25. §. 14. 15. 16. 17. vbi agitur de *Portunario qui munitionem tranſpoſuerit*, quod ſcilicet eius cuſtodiae commendatum erat, quod verba §. 17. ſatis declarant. Et §. 16. *Portitor* appellatur: vbi Edictum Rotharis Regis tit. 20. 21. 22. habet *Portonarius*. Litem dirimere videtur doctiſſ. Murator. to. 1. part. 2. p. 38. ex Leg. Rotharis Reg. tit. 270. qui ex Codice Ambroſ. ita inſcribitur: *De Portinario, qui ſuper flumina portum cuſtodit. Si quis Portunarium pulſauerit, quod fugacem hominem tranſiuiſſet, et Portunarius negauerit, ita decernimus, vt praebeat ſacramentum ſolus, quod ad conſcientiam ipſius non peruenijſſet, quod fugitiuum hominem aut furem tranſpoſuiſſet, et ſit abſolutus a culpa*. Qui vero neſciat ianitor eum eſſe furem vel fugitiuum, qui eius cuſtodiae commendatur? Praetarea de fure hic ſermo eſt qui extra prouinciam cum furto confugere tentat. *Portunarius* itaque eo loci cum Muratorio intelligendus Nauta, ſiue cuſtos nauis, per quam viatores ad vlteriorem fluminis ripam transmittuntur. Huiuſmodi nauigia *Portus* et *Portora* appellantur etiamnum apud Ireſos, quorum nautas *Portinarios* vocant, eodem teſte. V. *Ponsones*.

PORTANELLVM, Portula, oſtiolum. Epiſtola Petri Archiep. Narbon. an. 1348. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1396.

† PORTANERIVS, qui vectigalia in portu exigit. Stat. Aum. a. 1243.

PORTARATICVM, V. *Portaticum*.

PORTARE. (1) Auctor Hiſt. Miſcellae haec Theophanis, τῷ σεκρητίσαντι καλῶς, ſic reddit, *qui ſe bene Portauerat*. Phraſis Gall. *qui s'étoit bien comporté*. Regimina Paduae ad an. 1325. apud Murator. to. 8. col. 438. *Et dictus Paſtus cum cognitione Theotonicorum, male ſe Portabant inter partes*. V. *Portamentum*. (2) Ponere, dirigere, in lib. 3. de Imit. Chriſti c. 4. num. 4. (3) Aſportare, auferre, Gall. *Emporter*. Tabul. S. Albini Andegau. (4) Ferre, ſuſtinere: dicitur de oneribus et impenſis, quibus aliquis obnoxius eſt. Capitul. gener. S. Pontii Thomer. an. 1362. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 92. (5) PORTARE SE, ſe habere, Gall. *ſe comporter*. Charta an. 1195. apud D. *Bruſſel* tom. 2. de Vſu feud. p. XIV. PORTARE AD COLLVM, de minutis inſtitoribus dicitur, qui funa ad collum ſuſpenſo merces ſuas praeferunt. Teloneum Epiſcopat. Autiſſ. PORTARE FIDELITATEM, fide aduerſus aliquem teneri, conſtringi. Charta inter Inſtr. to. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 29.

POR-

PORTARE TABVLAS prohibitum in plerisque Regum Gall. Edictis quae ad rem monetalem ſpectant. Quibus verbis veritum exiſtimo ne quis auri vel argenti tabulas ſeu laminas, Gallice *Lingots*, deferat. V. *Tabula* 6. (6) † Ius habere cogendi, compellere. Ch. Mſ. a. 1265. (7) † Debere, certis praeſtationibus adſtringi, in Ch. Mſ. a. 1204. (8) † Caſtigare, t. 6. Ital. p. 480. (9) † Habere, re aliqua affici. Inſtr. a. 1357. (10) † *Portare ſe haeredem*, gerere ſe vt haeredem, in Memor. Cam. Comput. Pariſ.

PORTARIA, V. *Portarium* et *Portarius*.

PORTARITIA TROYA, ſus ſeta, Gall. *Truye plaine*. Statuta Aſtenſ. Collat. II. c. 64. f. 32. vo.

PORTARIVM, Portorium, ac tributum, quod ad portas ciuitatum exſoluitur. Gloſſ. Gr. Lat. Τέλος πόλης, *Portarium*. V. alia notione in *Portus*. PORTARIA, eadem notione. Ch. apud Sammarthanos in Epiſcopis Pariens. V. *Portaticum*.

PORTARIVS. (1) Officialis monaſticus, qui Portae Monaſterii curam habet, *Oſtiarius* dictus Vigilio Diacono, *Ianitor* S. Iſidoro in Regula c. 19. *Portarius*, et *Subportarius*, in libro Vſuum Ordinis Ciſtercienſis c. 84. PORTERIVS, eadem notione. Charta an. 1344. in Tabul. S. Victoris Maſſil. PORTARIVS PAVPERVM, in Monaſteriis, portae ſcilicet ad quam pulſabant pauperes eleemoſynam petentes. Tabularium Conchenſis Abbat. in Ruthenis Ch. 312. PORTARIVS EXTERIOR, *ſine curiae*, ad quod officium deligi iubetur vnus de conuerſis fratribus, probatus moribus, affabilis, etc. in libro Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. c. 15. PORTARIVS CLAVSTRI, ibidem c. 16. ex conuerſis pariter fratribus, cuius officium eſt *introitum clauſtri obſeruare ingiter, ne quis extraneus ingrediatur, aut intro inſpicias, etc.* PORTARIA, officium portarii, in Charta ann. 1523. apud Lobinell. PORTARIA DOMVS, aedicula portarii monaſtici. Laurent. Leodienſ. PORTERIVS, Officium in Aula Dalphinali. Ordinatio Humberti II. an. 1340. to. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 396. V. ibid. p. 315. vbi pro *Poſterii* leg. *Porterii*, vt infra pag. 316. habetur. (2) Executor Reginae Iurisdictionis, quorum numerus eſt 12. in Regno Aragon. de quibus multa habet Michaël *del Molino* in Repertorio Foror. Aragon. *Portarii*, *ſeu Officiales Praelatorum*, in Concilio Palentino an. 1322. c. 19. V. *Anemblarius*. (3) Portorii exactor. V. *Portaticum*.

† PORTARIVS, adiect. proximus portae, t. 1. Aug. p. 648.

† PORTATA, qualitas, conditio, vox Italica. Stat. Taurin. a. 1360.

† PORTATIA, ſeruitii genus, quo quis tenetur portare quae illi committuntur, in Ch. a. 899.

PORTATICVM, idem quod *Valuarum telonenm*, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 28. §. 1. Ch. Chlodouei III. Regis Franc. apud Mabillonium tom. 4. SS. Ordinis S. Benedicti p. 618. *Nec Portatico, nec pontatico, nec rotatico, nec vllas reddibitionis . . . exactare penitus praeſumatis.* PORTAGIVM, eadem notione. Charta Ludouici VI. Reg. Franc. an. 1136. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect col. 749. PORTANAGIVM. Charta Philippi Regis Franc. an. 1271. in 30 Regeſto Chartophylacii Regii Ch. 230. vbi *Portanagium* malim de tributo, quod in portubus exigitur, interpretari. PORTAGIARIVS, portoriorum exactor. Regeſtum magnorum dierum Trecenſium an. 1288. PORTARATICVM. Vetus Charta apud Vghellum to. 5. p. 1541.

PORTATILES EPISCOPI, qui clero et populo carent. V. in *Epiſcopus*.

PORTATINVS quis fuerit docet Chro. Eſtenſe ad an. 1351. apud Mutator. to. 15. col. 467. *Portatinus cum LX remis, qui habet officium praecipiendi omnibus parte Admiralii.*

PORTATIO. (1) PORTATIO ARMORVM, eorum inſtructus et geſtatio, Gall. *Port d'armes*, inter ſupremi domini iura ita recenſetur, vt maiori etiam iuſtitiario, niſi illud ab antiquo habeat, de delictis in hanc rem commiſſis non liceat cognoſ-

gnoſcere aut iudicare. Tranſactio inter Philippum Pulcrum Reg. Franc. et Epiſcopum Capitulumque Eccleſ. Viuar. ann. 1307. ex Schedis Cl. V. Lancelot. (2) † Summa reditnum, in Ch. Mſ. a. 1218. (3) † Solemnis epiſcopi in vrbem epiſcopalem ingreſſus, quod tuta baronum aut militum ſuorum humeris portaretur. Chartul. epiſc. Pariſ. V. *Portagium* 2.

PORTATOR. (1) Qui aliquid portat. Spicil. MS. Fontanell. p. 428. vbi de ordine fanerm. (2) Tabellarius, in Epiſt. Iohannis VIII. PP. inter Conc. Hiſp. tom. 3. pag. 154. V. *Portitor*. (3) Qui panem ex officio ad furnum defert, in Litteris Philippi Aug. Reg. Fr. an. 1186. tom. 4. Ordinat. p. 76. V. *Porterius*. (4) PORTATORES CHRISMATIS. Innocent. ornamenta. tom. 1. Rer. Mogunt. p. 94. PORTATOR *lecti Regis*, inter miniſtros regios recenſetur in Libro nigro Scaccarii p. 352. vt et *Portator ſcutellae electuoſyuariae*, p. 346.

PORTATORIVM, machina geſtatoria, cuius Romae vſus in Palmarum feſto. Alcuinus de diu. Offic. V. *Portitorium* 2.

PORTATORIVS, quo aliquid portatur. S. Auguſtini Serm. 7. in Aſcenſione.

PORTATVM, Reditus, prouentus, Gall. *Rapports*. Statuta Collegii de Monte-acuto ann. 1402. apud Lobinell. tom. 5. Hiſt. Pariſ. p. 683.

PORTATVRA. (1) Veſtura, Gall. *Port, voiture*. Codex cenſualis MS. Iruinonis Abb. Sangerm. V. *Portus* 7. (2) Quantum quis ferre poteſt, onus viri robuſti, Gallis *Charge*, *portée*. Laudes Papiae apud Murator. to. 11. col. 24.

PORTELLA. (1) Portula, minor porta. Charta an. 1347. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 568. V. *Portellus* 2. et *Poſtella* 2. (2) Pro *Sportella*, Fiſcella. Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1356. apud Rymer. tom. 6. p. 78. (3) † Hierotheca in qua circumferri poſſint lipſana Sanctorum, to. 2. Aug. p. 647.

PORTELLVS. (1) Portus minor, vbi naues enarrantur et enumerantur. Charta an. 990. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. Occitan. MSS. p. 399. (2) Minor porta. Hiſt. Epiſc. Autiſſiod. apud Labbaeum tom. 1. Bibl. MSS. (3) † Minor *Porticus*, apud Murat. t. 20. p. 895.

PORTEMIA, *Nauicula Syriaci generis lata et fine carina, a portando vocata. Vtuntur iis in Pannonia*. Iſid. lib. 19. Orig. c. 4. Idem habet Papias. Ex Heſychio *Portheminm* ſcribendum putat Martinius. Sed *portemiae* proximior eſt PORTENNA, eadem notione, apud Nicolaum Specialem lib. 7. de Reb. Sicul. c. 17. t. 10. Murator. col. 1070. V. *Pontones*.

PORTENARIVS, V. *Portenarius*.

PORTENATICVM, V. *Portulaticum*.

PORTENDICVLVM, felix omen, ex voce Lat. *Portendere*, ominari. Lambertus Ardenſis p. 148.

PORTENNA, V. *Portemia*.

PORTENSIS, *Portitor*, *ianitor*. Vgutio, et Io. de Ianua.

PORTENTARE, portendere. Vita SS. Paterni et Scubilionis t. 2. April. pag. 429.

PORTENTIO, *Portentum*, *prodigium*, in Gloſſ. Geſp. Barthii ex Guiberti Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. p. 428.

PORTERIVS, Furni miniſter, qui panem ad furnum ex officio defert. Statuta Areletenſ. MSS. art. 80. vbi leg. *Poſterius* vt in art. 154. V. in hac voce, et ſupra in *Portarius*, alia notione.

PORTEROLA, Portula, oſtiolum. Chron. Arinenſe apud Murator. to. 7. col. 907.

PORTGREVIVS, V. *Portireve*.

PORTI, portari. Epitaph. S. Wernheri Mart. to. 2. April p. 708.

PORTIANVM. Charta an. 1172. apud Stephanot. tom. 2. Antiquit. Bened. Occitan. MSS. pag. 390. *Damus . . . totum quod habemus in Portiano, et in vinardis, et in villa de Palatiolo*. Forte, id quod extra portam loci poſitum eſt; niſi nomen ſit proprium.

PORTIANVS. S. Ambroſ. Epiſt. 20. *Nec iam Portiana, hoc eſt, extramurana baſilica petebatur, etc.* Perperam Macri in Hierolex. hanc baſilicam ſic dictam volunt. quod extra

ciuitatis portam exſtructa erat: nam a Portiano eius fundatore nomen habuit. V. Mabill. in Diario Ital. et Murator. tom. 1. part. 2. col. 212.

PORTICA, V. *Porticus.*

PORTICALE, vt infra *Porticus*: vox Italica. Cardin. de Aragon. in Alexandro III PP. apud Murator. tom. 3. pag. 458.

PORTICANI. Concilium Lateranenſe 1. an. 1122. c. 8. *Illam vero pravam Porticanorum conſuetudinem, quae haſtenus ibi fuit, . . . removendam cenſemus: vt Porticanorum habitatorum ſine haeredibus morientium bona contra morientium deliberationem minime pervadantur: ita tamen vt Porticani in Romanae Eccleſiae et noſtra noſtrorumque ſucceſſorum obedientia et fidelitate permaneant.* Quinam ſint *Porticani* in hoc canone memorati, definire haud facile eſt. Alii *Portuenſes* hic indigitatos volunt, qui a portu Romano, vbi habitabant, nomen habuerunt. Hi a Praefecto Vrbis, ſub cuius iurisdictione erant, varie vexabantur, maxime tunc temporis, quod Praefectus Calixto infenſus eſſet; vnde eo canone ipſis conſultum eſt. Sed ii *Portuenſes*, non *Porticani*, conſtanter appellantur; hinc nonnulli per *Porticanos* intelligunt peregrinos qui Romam piae peregrinationis ergo ad SS. Apoſtolos pergebant, e porticibus, vbi recipiebantur, *Porticani* dicti, vel *Perticani*, a pertica virgoria quam geſtare ſolebant.

PORTICATIO, Porticuum ſtructura, in circuitu monumentorum aedificata apud Macros. Lex funeris D. l. 11. tit. 7. V. *Porticulus.*

PORTICIA, pro *Poſticia.* V. *Poſticium.*

PORTICO, Porticus. Miracula B. Simonis Auguſt. to. 2. April. pag. 828.

PORTICVLA, Portula. Acta S. Richardi Epiſc. tom. 2. Iunii p. 248.

PORTICVLVS. (1) Papiae, *Malleus in manu portantis, quo ſignum datur remigantibus.* Vgutioni et Io. de Ianua, *Baculus parvus ad portandum habilis.* Aliis, *Portiſculus.* (2) Minor porticus, ſeu aedicula quae tumulis ac ſepulcris mortuorum ſuperſtruebatur, in Pacto Legis Salicae tit. 58. V. *Selana* et *Ponticulus.*

PORTICVS. (1) PORTICVS SANCTA, aedis ſacrae propylaeum in porticus formam exſtructum, in quo conſiſtebant Catechumeni et Poenitentes. Gregorius Turon. lib. 5. c. 49. (2) Improprie pro Sanctuarium, ſeu orientalis eccleſiae pars, in qua maius altare erigi ſoleт. Vita S. Wunebaldi ſaec. 3. Bened. part. 2. p. 188. (3) Locus in monaſteriis vbi excipiebantur aduenae: *Locutorium*, forte etiam *clauſtrum* ipſum. S. Stephanus in Regula Grandimontenſium c. 51. (4) Aditus, porta, in Ch. Mſ. a. 1242. (5) † Vmbraculum ligneum proiectum, quod feneſtrae vel officinae appenditur. Conſuet. Perpin. Mſ. (6) † Quidquid claudendo vtile eſt. Stat. Taurin. a. 1360.

PORTIFIRETRVS, pro *Porphyreticus*, in Epiſt. Regi Abiſſinorum falſo adſcripta ad calcem Cod. MS. Corbeienſis.

PORTIFORIVM. Ingulfus pag. 907. *Reſtituit Monaſterio noſtro calicem quondam capellae ſuae, vnum Portiforium de vſu noſtrae Eccleſiae, et vnum Miſſale, etc.* Viſitatio Theſaurariae S. Pauli Londineuſis a. 1295. *Vnum Portiforium plenarium cum nota veteri, non regulariter.* Bibliotheca Paulina, ibidem: *Liber vocatus Portiforium antiquum, ſecundum vſum Sarum, etc.* Quid ſit *Portiforium*, diſcimus ex Breviario Londini edito an. 1555. quod inſcribitur: *Portiforium ſeu Breviarium ad inſignis Eccleſiae Sariſbur. vſum acuratiſſime caſtigatum, cum multis annotationculis*, etc. Infra: *Incipit ordo Breviarii ſeu Portiforii, etc* Vocis etymon ab eo quod foras facile portari poſſit accerſendum opinor. PORTIPHORIVM, eadem notione. Teſtam. Rotherami Eborac. Epiſc. ann. 1498. in Lib. nig. Scaccarii p. 675.

PORTIGHELLVS, atriolum, Gall. *Porche.* Statuta Mutin. rubr. 30. fol. 5. vo.

PORTILITIA, perperam pro *Fortilitia*, apud Murator. t. 11. col. 829.

PORTINARIVS, V. *Portenarius.*

POR-

PORTINGREEVS, apparitor, V. *Perticarius.*

PORTIO. (1) *Pondus quoddam ſex uncias habens.* Papias. (2) Societas. Capitul. Attonis Epiſc. c. 95. apud Acher. tom. 8. Spicil. p. 35. (3) Penſio annua. Statuta Valent. Eccl. inter Conc. Hiſpan. tom. 3 p. 510. V. *Portionare.* PORTIO CANONICA, Penſitatio annua Canonico aſſignata. Statuta Eccleſ. Valent. ibid. p. 144. to. 4. V. in *Canonicus.* PORTIO CONGRVA, *debita*, ſufficiens pars reditus beneficii vicario perpetuo aſſignata. Charta Guidonis Epiſc. Eduenſis an. 1340. inter Inſtr. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 109. Portio nude dicitur in Charta apud *Madox* Formul. Angl. p. 71.

PORTIONALIS. (1) Papias: *Vis publica eſt, ſi quis ciuem ante Portionales, populum, vel iudicem, vel Regem appellantem necauerit, verberauerit, vel vinxerit.* (2) Dicitur de eo quod alterius pars eſt. Tertullianus de veland. virg. c. 4.

PORTIONARE, *Portionem* ſeu penſionem annuam aſſignare. Charta an. 1374. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 368. V. in *Portio.*

PORTIONARIVS. (1) Colonus partiarius, qui ad medietatem fructuum praedium colit, idem qui *medietarius.* V. in hac voce. Bulla Sixti IV. PP. inter Prmil. Equitum S. Iohan. Hieroſ. p. 135. Hinc PORTIONARII dicti Beneficiati in Eccleſiis cathedralibus, qui dimidiam tantum praebendam percipiunt. Hi aut ab Epiſcopis, qui Clerum ſuum augere volebant, inſtituti ſunt, aut vt Canonicorum abſentium vices ſupplerent; inter Canonicos tamen nusquam ſunt numerati. Innocentius III. PP. in Epiſt. ad Alphonſum Epiſc. Aurienſ. inter Conc. Hiſpan. to. 3. p. 414. (2) Qui portitorium vel naulum exigit. Conſtit. Sicul. l. 1. tit. 76. Sed hic forte *Portunarius* eſt legendum. Haec Spelman. V. *Portunarius*, et infra *Portitores.*

† PORTIONARIVS, adi. dicitur de eo cuius portio tantum poſſidetur. Ch. Mſ. a. 1396.

† PORTIONATOR, qui alicuius praedii ſeu feudi cum alio portionem habet. Ch. a. 1322.

PORTIONISTA, Conuictor, Gall. *Penſionnaire.* Statuta Collegii de Monte acuto an. 1499. tom. 5. Hiſt. Pariſ. Lobinelli p. 717. A diurnis cibi ac potus portionibus deducenda videtur vocis origo.

PORTIPHORIVM. V. *Portiforium.*

PORTIREVE, vrbis ſiue portus Praepoſitus. Sic autem olim dictus eſt vrbis Londinenſis Praepoſitus, quem hodie *Maiorem* vocant. A Saxon. *Porte*, portus, et *Gerefe*, i. Praefectus, Praepoſitus. Leges Edw. Confeſſ. c. 1. apud Bromptonum. *Portgreve* habet Cambdenus in Cantio.

PORTIRIVM, pro *Poterium*, V. in hac v.

PORTISCVLVS, V. *Porticulus.*

† PORTISSONVM, i. q. *Portaticum*, in Ch. a. 1323.

PORTITOR. (1) Idem qui *Portarius*, ianitor, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. §. 16. V. *Portanarius.* (2) Pro *Portator*, *gerulus*, *bainlus*, in Lex. Philoſ. Goclenii. Hiſt. Cortuſior lib. 5. (3) Nuntius, tabellarius, in leg. 7. Cod. Theod. Execut. apud Iſidorum lib. 6. c. 8. et Senatorem lib. 1. Ep. 46. lib 8. Epiſt. 8. lib. 10. Ep. 10. *Portitor nugarum*, *Portitor litterarum*, apud Goclen. in Lex. Philoſ. V. *Portator.* (4) Alias PORTITORES dicuntur qui *portoria* exigunt, et ad portus ſedent, apud Nonium Marcellum, Donatum ad Terentii Phormion. V. Lambinum ad Plautum. (5) † Miniſter furnarius, qui panem coquendum ad furnum deferre tenetur. Ch. a. 1229. V. *Porterius.*

PORTITORIVM. (1) Τελώνειον, in Gloſſ. Lat. Graec. Locus vbi vectigal exigit publicanus, portitor. (2) Lectica. Hiſt. MS. exceptionis Reliq. S. Baudelii in Monaſt. Saxiac. ann. 878. V. *Portatorium.*

PORTITVRA, capacitas, Gall. *Portée d'un vaiſſeau.* Charta Henric. VII. Reg. Angl. an. 1496. apud Rymer. to. 12. p. 595. V. *Portagium.*

PORTIVNCVLA, diminut. a *Portio*, particula. Oroſius l. 6. c. 11.

PORTMOTA, curia, portus, vel portui indicta, qua res ad portum ſpectantes agitantur: a Saxon. *Porte*, porrus, et *gemote*, conventus. Ita Spelman. Compurus an. 1425. apud Kennet. Antiquit. Ambrold. pag. 570.

PORTOLADI, remiges; Italis, *Portunati*. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 20.

PORTOLATTAE dicuntur in Gloſſ. Franc. Barber. ad Docum. d'Amor. edit. Vbald. p. 261. *homines qui in galea incipiunt remigare, et alii poſtea ſequuntur.*

PORTOMIA, V. *Portemia.*

PORTONAGIVM, V. *Portulaticum.*

PORTONARIVS, nauta, qui itinerantes ad vlteriorem fluminis ripam nauigio tranſuehit. Vita S. Iohannis Epiſc. Valentin. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1696. V. *Portanarius.*

PORTONATICVM. V. *Portulaticum.*

PORTORA, pro *Portus*, terminatione Longobard. Nauis quae ad traiectus fluminum pontis vicem praebet. Charta an. 774. tom. 2. Bullar. Caſin. p. 17. V. *Portura* et *Portus* 3.

PORTORIVM *dicitur quaedam praeſtatio, quae datur pro nauium applicatione ſeu ſtatione et mercatione quacunque facta in portu; vnde differunt pedagia, guidagia et ſaluiaria.* Vocabul. vtriusque iuris. V. *Portulaticum.*

PORTRACTVS, pictus, delineatus, a Gall. *Portraire*, pingere. Inuentar. MS. Eccl. Anic. an. 1444.

PORTSOKA. Vetus Charta Cantabrigienſis apud Somnerum, in Tract. de *Gavelkind* p. 135. *Conceſſi etiam eis quietantiam mardri infra vrbem, et in Portſoka, et quod nullus, etc.* Rurſum: *Conceſſimus etiam quod nullus de ciuitate, vel Portſoka ſua captus, vel rectatus de aliquo crimine vel forisfacto, pro quo debeat impriſonari, impriſonetur alibi quam in priſona ciuitatis, etc.* Saxon. *Porte* eſt portus, vel porta: *Soc*, *Soca*, iuriſdictio, dominium, etc.

PORTVAGIVM, V. *Portulaticum.*

PORTVALIS, fauces, claustra montium. Hiſt. Cortuſ. lib. 2. apud Murator. to. 12. col. 800. V. *Portus.*

PORTVENSIS, eadem notione; hinc *Portuenſia horrea, candita, Portuenſes menſores, operae.* V. Gothofred. ad leg. 9. Cod. Theod. de Suariis lib. 14. tit. 4.

PORTVGALENSIS, Luſitanus, in Epiſt Innocentii III. PP. inter Conc. Hiſpan. to. 3. p. 434.

PORTVLANIA, officium, dignitas *Portulani.* Longinus in Vita S. Stanislai to. 2. Maii p. 274.

PORTVLANVS. (1) Qui portubus maris, vel fluminum, eoque nomine nauibus quae in ſtatione ſunt, praeeſt. Statutum Honorii IV. pro Regni Neapol. incolis an. 1285. Huius munus pluribus deſcribitur a Petro de Vineis lib. 2. Epiſt. 36. Itali *Portolano* vocant, *libro dove ſono deſcritti porti del mare.* Exſtat editus Venetiis an. 1576. cum *il conſolatto del mare.* Habetur etiam Gallice editus. V. Turcograeciam Cruſii pag. 525. Alii videntur *Portulani Papae* memorati a Laur. Byzinio de Orig. belli Huſſitici apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 126. *Cui quidem Concilio* (Conſtantienſi) *ipſe Iohannes Papa XXII. perſonaliter interfuit . . . . Item Portulani Papae* 24. Vbi *Portulanos* quosuis tributorum exactores interpretor. PORTVZANVS, vt *Portulanus.* Anonymus de geſtis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 609. vbi Baluzius t. 6. Miſcell. edidit *Portularios.* (2) † Famulus infimi gradus inter miniſtros coquinae. Leg. Polon. t. 1. p. 166.

PORTVLATICVM, tributum quod praeſtatur pro nauibus in portubus conſiſtentibus. Charta ann. 1231. apud Vghellum to. 7. Ital. Sacr. p. 665. Idem videtur quod PORTENATICVM, in Charta Anſelmi Archiep. Mediol. an. 1100. apud Puricellum in Baſil. Ambroſ. pag. 519. *Colonicum* (l. *telonicum*) *quod vulgo vocatur dicitur, ſine Portenaticum, etc.* PORTONAGIVM, eodem ſignificatu. Charta Raimundi Comit. Toloſ.

fol. an. 1222. PORTONATICVM, in Charta Berengarii et Adalberti Regum Italiae an. 952. item Ottonis Imp. an. 931. et in Charta Conradi II. Imper. ann. 1027. et alibi paſſim. PORTVAGIVM, eadem notione, in Charta an. 1222. inter Probat. Equit. S. Iohan. Hieroſ. p. 31. PORTVNATICVM. Charta Friderici II. Imper. an. 1220. apud Vghellum to. 2. p. 23.

PORTVNARIVS, V. *Portanarius.*

PORTVNVS, V. *Neptunus.*

PORTVRA; idem quod *Portura*. V. in hac voce. Capitulare de cauſis regni Italiae c. 17. Capitulare Pipini Regis Italiae c. 29. et Lex Longob. lib. 3. tit. 5. c. 3.

PORTVS. (1) Fauces, clauſtra montium, *Puertos* Hiſpanis, quibus proprie dicuntur clauſtra Pyrenaeorum montium. Turpinus in Hiſt. Caroli M. c. 11. PORTARIVM, eadem notione. S. Eulogius in Epiſt. ad Wilheſindum Epiſc. Pampilon. (2) Portus, apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 378. (3) Navigium ad transuehendos itinerantes. Aribo in Vita S. Corbiniani Epiſc. in Hiſt. Priſing. Meichelbecki tom. 2. p. 29 Vbi et fluminis traiectus intelligi poteſt. V. *Portura.* (4) Reditus, praediorum commoda, Gallis, *Rapports, revenus.* Vita S. Placidi Mart. num. 45. *Requiſitus de poſſeſſionibus ac Portubus, . . . de ſervis et ancillis.* Infra: *Praecipit vt . . . . earumdem cortium procuratores ac Portuum cuſtodes . . . duceres.* Infra: *Praepoſiti Portuum et procuratores cortium . . . . redditus Portuum et cenſus cortium.* Adde n. 55. Chronicon Caſin. lib. 3. c. 57. *Locum qui Caeturius dicitur in Calabria cum toto Portu ſuo.* Gunthèrius lib. 8. Ligurini:

Vectigal, Portus, cudendae iura monetae,
Cunque molendinis, telonea, flumina, pontes, etc.

(5) Agendi ratio. Charta Philippi Pulcri Reg. Franc. an. 1302. apud Maneſter. Hiſt. Lugdun. pag. 84. *Cauentes ſibi ſic ſubſtituentes quod pro adminiſtratione, Porto, ſeu geſtione ſubſtitutorum ſuorum, ſi quid in eis commiſerint, tenebuntur prout de iure fuerit reſpondere.* V. *Portamentum.* (6) Auctoritas, pondus. Propoſita in Conc. Pariſ. an. 1416. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 350. *Attento quod habet* (Vaurenſis Epiſcopus) *magnum Portum et officium in dicto Concilio, etc.* Galli dicerent, *Attendu qu'il eſt d'un grand poids dans ce Concile, etc.* (7) Vectura, Gall. *Port.* Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 25. art. 2. *Quodque molendinarius pro Portu et reportu cuiuslibet ſalmatae grani, vel farinae, tam infra ciuitatem quam extra mercedem vnius ſolidi Turon. tantum conſequatur.* Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae ann. 1435. *Item pro Portu calcis . . . . VI. ſol.* PORTVS ARMORVM; Gall. *Port d'armes.* Charta Ludouici Delphini an. 1451. apud Salvaingum de Vſu feud. p. 62. *Cuius quidem ſtatuti praetextu, cum plures ex poſt exortae fuerint rixae, Portus armorum, violentiae, etc.* V. *Portatio.* (8) Portorium, tributum quod ad portas ciuitatum, vel in portubus, ſeu pro appulſu ad portum exſoluitur. Charta XI. ſaec. apud Ruffium fillium in Comit. Prouinc. pag. 29. *Denique in villa, quam ruſtica lingua nominat Pertuſum, tenebamus miſtralium, et Portum, et mercatum, et diſtrictum.* Pro tributo quod in portubus exigitur, occurrit in Charta Ottonis IV. Imp. an. 1210. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 392. Pro appulſu ad portum, in Charta Caroli Imper. ex Tabul. Maior. Monaſt. V. *Portaticum.* (9) PORTVS, ſecundae declinat. in Charta an. 990. ex Tabul. S. Tiberii. PORTVM FACERE dicitur nauis, quae ad portum appellit. Charta an. 1079. apud Garielium in Epiſcopis Magalonenſib. pag. 76. (10) † Idem q. *Deportus*, ius caduci in beneficiis eccleſiaſticis, in Ch. Mſ. a. 1383. (11) † PORTVS LITTERARVM, merces pro allatis litteris, Gall. *Port.* Comput. ann. 1482.

† PORTVSIACVM, tributum; quod ex nundinis percipitur. Ch. Mſ. an. 1214.

† PORVM, filua. Bulla Alex. III. an. 1179.

PORZELLVS, pro *Porcellus*, diminut. a porcus. Statuta Placent. fol. 65. vo.

POSA. Tabularium S. Andreae Viennenſis: *Nantelmus filius Vitfredi dedit duas Poſas à Noiarcia, et ſuum reclamo de Noianza.* V. *Poſa.* † *Poſe* in pago Trenorchienſi certam quantitatem lapidum ſignificat.

† POSARE, ponderare, Gall. ol. *Poiſer.* Ch. Mſ. a. 1311.

† POSATORIVS FVSTIS, cui quis innititur. Form. Mſ.

POSCA, vinum acidum aquae mixtum. Gloſſ. Gr. Lat. ὄξυκρατον, *Poſca*, Gall. *Piquette.* Gloſſarium Cambronienſe: *Poſca, vinum ſecundum.* Occurrit apud Plautum in Milite Glor. Suetonium in Vitellio, Plinium l. 27. c. 4. PVSCA, pro *Poſca*, eadem notione, habetur non ſemel apud Caelium Aurelian. Siccenſ. lib. 1. Chr. cap. vlt. lib. 2. c. 7. 13 etc. At Vgutioni et Ioan. de Ianua *Puſca et puſcula* dicitur *quaedam commixtio aquae et vini, vbi plus aquae adhibetur, quae puſculentis maxime prodeſt, et dicitur a Pus.* Statuta Mediolanenſia 2. part. c. 384. *Poſſint maſſarii vel partiarii facere Poſcham vvis competenter praecalcatis.* Nec ſcio an ſic legendum in Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Puſta, Hacme.* Ita *Poſca* et *Puſca* non ſemper fuerit quod ὄξυκρατον vocant, ſed commixtio aquae et vini: quomodo vox haec videtur accipienda in Regula Magiſtri c. 27. *Qui ſitis, fiducialiter indicet. Poſt hanc vocem qui fuerit ſitiens, mox de menſa ſua reſpondeat, Benedic: ſtatim temperata in vno vaſe Puſca calida, aut ſi voluerint fratres, cum juſta, quae ſemper amplius propter ſitientes fieri debet in pulmentariis fortioribus, etc.* Scribit Hieronymus Mercurialis lib. 3. Var. Lect. cap. vlt. quoſdam mirari quod ſcribat Suetonius in Vitellio c. 12. Aſiaticum eiusdem Imperatoris libertum Pureolis poſcam vendidiſſe, quaſi huiusmodi potus in medicum vſum tantum adhiberetur: ſe vero illud admiratione dignum non exiſtimare, quoniam vinum acidum aequae mixtum pro vili plebecula venale exſtitiſſe rationi conſentaneum, atque id *Poſcam* appellatum: mox addit, etiam antiquitus, ſignat *eſcam* pro cibis, ita *poſcam* pro potibus eſſe vſurpatum ſe inuenisſe, ex Barbarum notaſſe in antiquiſſimis Feſti codicibus, et in Ferentini veruſto monumento, *poſculenta* pro *poculentis* legi. Et ſane in Gloſſ. Gr. Lat. pro quauis potione vſurpatur: *πόσις, poſca, potus, potio.* Vix enim probabile ad potionem Monachorum datum ὄξύκρατον. V. Onomaſticon Roſweidi ad Vitas Patrum, et ſupra in *Fuſca.*

POSCERE REVM, aliquem in ius vocare, reum agere, in Cod. Theod. tit. 1. de Iurisdict. leg. 2.

POSCINVMMIVS, vox ficta ex *poſcere* et *nummus*, qui nummos poſcit. Ita Apuleius lib. 10. Metamorph. illecebras meretricum *Poſtinummias* vocat, quod iis nihil niſi nummos quaerunt.

POSCIRE. Gauterius de Bellis Antiochenis p. 443. *Quocirca in vicis, in plateis, in ortis, in virgultis, deſertis habitationibus, aliis tentoriis pro domibus ſuis Poſciebantur.* Locus aſteriſco notatus vt luxatus. Legendum puto *potiebantur.*

POSEGIA, POSIGIA, V. *Pogeſia.*

POSITALIS, realis, exiſtens. Vtitur Dionyſius Charruſ. vbi initium Euangelii S. Ioannis explicat.

POSITIO. (1) Ferculum, portio quae monachis apponitur. Charta apud Schannat. Vindem. Litter. p. 164. (2) Franciſco Curtio eſt *quaedam iudicialis formula verborum concepta et reperta ad eruendam veritatem per aduerſarii reſponſionem.* Ab hac definitione non multum abludunt Odofredus Beneuentanus, Iacobus de Arena et Vbertus de Bobio IC. qui Tractatus de *Poſitionibus* ediderunt. V. Calvini Lexic. Iurid. (3) Vox etiam Theologis nota, qua Theſis ſeu aſſertio alicuius particularis rei aſſertio ſignificetur.

(4)

(4) POSITIONES, *Aedificia*, in Gloſſis Iſidori. Horatius:

Ponendaeque domo quaerenda eſt area primum.

(5) † Tumulus, vbi quis requieſcit, t. 1. Mart. p. 207. (6) † Inſtitutio, in Ch. Mſ. a. 1210. (7) † Conceſſio, depoſitio, ap. Oefel. t. 2. p. 80. (8) † POSITIONES, litigantium allegationes et argumenta. Inuent. Mſ. a. 1366.

POSITIONALIS LIBELLVS, qui ſingulas partes et circumſtantias facti ſeu caſus breuiſſimis pronuntiatis complectitur, adiectis nihilominus, quae ad libellum requiruntur. Ita Caluinus in Lexico Iurid.

POSITIVVS, certus, praeſcriptus. Charta fundat. Collegii Dainvillae an. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 507. Alia notione *Theologia poſitiua* dicitur, quae ſcilicet ambagibus ſcholae libera eſt.

POSITOR, poëta. Abbo in Praefat. ad libr. 1. de Bellis Pariſiac. *Ergo nec Poſitor quidem nuncupor, nec figmenta hic habentur.* Et lib. 2. extremo:

Flagito quo Poſitor poſſim per amoena locorum
Hoſte canas lector gradarier atria victo.

Quibus locis ad marginem adſcriptum ab ipſo Abbone, *Poëta.*

POSITVRAE. Hildemarus Epiſt. ad Vrſum Beneuent. Epiſc. apud Mabill. to. 2. Annal. p. 743. *Pauca de Poſituris loquar, ... id eſt ſigna, per quae poſſit lector cola et commata atque periodos noſſe.* V. Martinium in hac voce.

† POSITVS, determinatus, aſſignatus, in Ch. a. 1256.

† POSTILARE, pila ludere, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

† POSSADA, domus quam quis poſſidet, in Ch. Mſ. a. 1461.

POSSE. (1) Poteſtas, facultas, Gall. *Pouuoir.* Charta an. 1246. *Quod nihil mali faceret rebus eorum; ſed potius in omnibus locis, pro Poſſe ſuo, bona fide cuſtodiret.* (2) Exercitus, copiae, Gall. *Forces.* Charta ann. 1313. apud Rymerum tom. 3. p. 432. *Tunc eos cum equis et harn ſuis areſtes, et ſaluo cuſtodiri fac quouſque aliud inde praeceperin aſſumpto tecum ad hoc, ſi neceſſe rit, Poſſe Comitatus tui.* V. *Pote tus* 3. (3) Dominium, diſtric territorium. Charta Henrici Co tis Trecenſ. an. 1165. in Char Meld. *Cum Pruuinenſi et Trec monetа eadem lege et eodem pond per Comitatum Pruuinenſem et T cenſum et in toto Poſſe meo vt cu et omnino ſine cambio accipiatur, ciam. Si quis autem in Poſſe bonam vel falſam eam feceris, etc.* in *Poteſtas.* (4) Procuratio, au ritas, Gall. *Pouvoir.* Inuent. Cl tar. teg. a. 1482.

POSSESSIO. (1) Praedium quod q poſſidet. V. Feſtum. Lex Salica 36. §. 4. *Si quis per malum ing um in cuſtem alterius, vel in caſ vel vbicumque miſerit aliquid, q furatum eſt, neſciente domino c Poſſeſſio eſt, etc.* POSSESSIO E SCOPI, illius diſtrictus, dioec Capit. lib. 7. c. 74. V. *Poſſe* 3. P OSSIO TAEDIALIS, V. *Te lis.* (2) Perperam pro *Proceſſio*, Inſtrum. an. 1192. to. 4. nouae C Chriſt. col. 24.

POSSESSIONATVS, habens b ſolo. Occurrit in Charta Ricardi Regis Angliae apud Willel. Th p. 2159. Interdum nude pro eo in alicuius rei poſſeſſione eſt. *Sacerdotes poſſeſſionati* dicuntur aliquod beneficium poſſident. Li rae Henrici IV. Reg. Angl. a. 14 Hinc POSSESSIONATI MO CHI, Gallis *Moines rentiers*, d ti, quibus attributae ſunt poſſe nes. Acta ad Concil. Baſil. ſpec tia apud Marten. to. 8. Ampliſſ. C lect. col. 250.

POSSESSIVE HABERE, Poſſi iure proprietario. Charta an. 1 apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS 116.

POSSESSORES, in Lege Salica 43. §. 7. dicuntur, *qui res in p obi commanent, proprias poſſid* ciues. Vetus Inſcriptio Vincen apud Georgium Pilonum in I

Belluneſi p. 16. *Antequo Principi Fl. Clau. Iuliano vbique venerando ſemper Aug. Ordo Poſſeſſoresque Brixillenorum optata deuotione dedicarunt, bono reipublicae nato.* Alia apud Franciſcum Angelonium in Hiſt. Interamnenſi p. 36. *Et Poſſeſſores, inquilini, negotiantes, viae ſtratae cultores, etc.*

POSSESSORIVM. (1) Praedium quod quis poſſidet. Tabular. S. Vincentii Cenoman. fol. 70. V. *Poſſeſſio.* (2) Vox Practicis nota, Gall. *Poſſeſſoire*, ius quod ſpectat poſſeſſionem. Charta pro Abbat. S. Eligii Nouiom. an. 1240.

POSSETENVS, omnino, prorſus. Rupertus in Epiſt. ad Martin. Reg. Aragon. an. 1401. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1656.

POSSETVR, pro *Poſſet*, apud Nonium. V. ſupra *Fitur*.

† POSSIBILIS, approbatus, vſu receptus, in Ch. Lud. Pii.

POSSIBILITAS. (1) Leges Aluredi Regis Weſt-Sax. c. 38. *Si autem oculus affuaſet, reddat weram eius, et Poſſibilitatis accuſetur in eo facto, et purget ſe iuxta modum witae, etc.* Vbi *poſſibilitatis accuſari*, eſt de crimine aut facto quod dara opera et voluntarie perpetratum eſt. Leges Canuti c. 66. *Et ſi quiſquam agat impoſſibiliter, non eſt omnino ſimile ſi voluntarie faciat.* Ita *poſſibile* et *impoſſibile* vſurpatur in Leg. Sax. Edwardi ſenioris c. 8. pro eo quod voluntarie et inuoluntarie fit. (2) Reditus, ni fallor, praediorum commoda. († Vel potius, qualitas, conditio.) Charta an. 1251. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues. (3) † Poſſeſſio, fundus, in Placit. a. 983. (4) Poteſtas, t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 633.

† POSSIBILITER, ſecundum poteſtatem, t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 604.

POSSIFICARE, facere potentem, vt interpretantur Bollandiſtae, in Catalogo operum B. Raymundi, inter Acta SS. to. 5. Iunii p. 705. *CCCIX. liber dictus, propter bene intelligere, diligere et Poſſificare. Incipit: Multum eſt delectabile.*

POSSIMAGIVM, certi ponderis diſcus, quo iuuenes in agone contendebant, fortiorem iudicantes, qui vltra deſignati ſpatii finem ieciſſet. Haec Faber in Theſauro, qui ad Barthii Aduerſ. lib. 35. c. 2. remittit.

POST. (1) Penes. Marculfus lib. 1. form. 26. *Ea quod villam aliquam nuncupatam illam, quae ad eundem de parte illius pervenire debuerat, Poſt vos retinentis indebite, etc.* (2) In. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Walae Abb. Corbeienſis lib. 1. c. 16. *A quibus cum ſuſcepti eſſemus venerabiliter, coperunt omnes Poſt Arſeniam noſtram vultus intendere, eamque . . . circumuallare, etc.* (3) † Ad, t. 2. Sept. p. 617.

POSTA. (1) Statio, loci ſitus, *poſitio*: Italis *Poſta*, Gallis *Poſte*. Charta an. 1161. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 322. *In perpetuum donamus duas Poſtas Vallium poſitas in loco Vighinoli . . . . ad habendum, . . . et ad piſcandum et ad piſcari faciendum, etc.* Hinc orta vox apud Gallos *Poſtes*, pro vederiis, qui veredis ſeu equis curſoribus cartas locorum *poſitiones*, ſtationes, et vt olim appellabant, mutationes, *emetiebantur*. (2) Statio, ſeu apotheca. Statuta Mediolanenſia part. 2. c. 423. *Aliquis qui teneat Poſtam pro vendendo carbones, non poſſit ſe intromittere deportando carbones per cinitatem alitor, quam ad ſuam Poſtam vel apothecam.* (3) Locus copiis ad conueniendum praeſtitutus, conductus, Gall. *Rendez-vous*, *Poſte* eadem notione Italis dicitur. Chron. Domin. de Gratuina ap. Murator. to. 12. col. 575. (4) Voluntas, arbitrium, petitio, libido, quo etiam ſenſu vtuntur Itali. Chronic. Parmenſe ad an. 1296. apud Murator. tom. 9. col. 936. *Dominus Poteſtas Parmae cum certis militibus et foreſteriis, ſoldatis ad ſuam Poſtam, equitauit ſuper Rhegium.* Statuta Cadubrii lib. 3. c. 40. *Aſſaſſini qui ad Poſtam alterius precio vel mercede homicidium commiſerint, etc. Ad ipſorum Poſtam vel periti*, in Statutis Aſtenſ. fol. 37. vo. Sic etiam Galli *Faire à ſa poſte* vſurpant. (5) Tribui

bati ſpecies. Charta Aldefonſi Reg. Caſtellae aera 1230. apud Stephanotium to. 4. Fragm. Hiſt. MSS. p. 288. *Et ſint illi decem excuſati ab omni pecto, Poſta, ... et ab omni proſus regio et alio tributo et grauamine in perpetuum.* (6) Pactum, compoſitio. Charta an. 1193. apud Georg. Pilenum in Hiſtor. Bellunenſi p. 97. vo. *Vt debeat obſeruare Poſtem et paſtum cum Communi Tarui-ſii, etc.* POSTA, pagina. Concilium Rauennenſe an. 1317. c. 15. *Vbi vero per Poſtas libri uſurarii non apparuerit per petentem ſibi uſuras reſtitui, etc.* Infra: *Dummodo apparuerit per Poſtas libri vel alio modo legitimo, mutuum vel obligationem fuiſſe contractum.* (7) Idem quod infra *Poſtella*. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. c. 9. *Obſeruare per conſuetudinem debent, de fratribus qui veniunt ad monaſterium, . . . virum . . . habeant in ſellis ſuis pectoralia et Poſtas.* (8) Reris genus, ſeu piſcandi modus, quo rete ad palum in terra defixum ex vna parte alligato, facloque longiori in mari circuito, eo reuertuntur piſcatores vnde profecti fuerant. Charta Regis Renati Comit. Prouinciae an. 1477. pro piſcatoribus Maſſil. ex lib. priuileg. et Statut. eorumdem. (9) Propoſitum, conſilium, Gall. *Projet, plan: Poſta* eodem ſenſu dicunt Itali. Statuta Aſtenſ. fol. 1. vo. (10) † Curſus cum veredis ſ. equis curſoribus, Gall. *Poſte*, in Comput. a. 1502. (11) † Forte Opportunitas, quo ſenſu hac voce vtuntur Itali. Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. Part. 2. p. 428.

POSTABVLA, ſeu potius *poſt tabula*, ſeu *retroaltare*, Poſticum altaris, ſeu eius ornamentum. Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonenſis aduerſus Guiffredum Archiepiſc. Narbonenſem an. 1056. V. *Poſtalare*.

POSTADVOCATVS, minor Aduocatus, cui ab alio maiori praediorum eccleſiaſticorum tutelas in ſe recipiebat. V. in *Aduocati* col. 100.

POSTAGIA, ius quod *poſterio* ſeu deferenti panem ad furnum competebat; a tabula huic vſui apta, quae prouincialibus *Poſtello* vel *Poulo*, nunc *Poulo* dicitur, ducta vocis origo. Statuta Arelat. MSS. art. 59. V. *Poſterius*.

POSTAL. Fori Aragon. lib. 7. f. 132. vo. *Si aliquis homo in aliquo caſali veteri apparuerit, fundamento ſuper quibus tantum poſtea conſtruxerit in gyrum, donec opus illud ſit de tribus tapialibus in altum, et miſerit ipſum caſal in arreno, et fecerit ibi portal, ſuper quo firmauerit Poſtal, etc.* Idem videtur quod Hiſpanis *Poſte*, palus cui porta innititur.

† POSTALLA, poſterior porta, vel portula, in Ch. a. 1376.

POSTALTARE, velum, pallium, vel aliud quodpiam ornamentum, quod retro altare apponitur, Gall. *Retable*. Necrolog. Corbeienſe MS. *VII. Idus Auguſti frater Petrus de Sachieco paruo fecit fieri Poſtaltare argenteum deauratum, quod eſt ſupra maius altare.* Aretium 9. Maii 1321. *Vnum Poſtaltarium de ſindone, etc.* V. *Poſtalitle*.

POSTARIVS, ſ. Auriga, niſi ſit pro *Poſtarius*. Conſuetud. Fontanell. MSS. fol. 95. *Cuſtos equorum abbatis VI. (ova) . . . . Poſtarius VII.*

POSTATICVM, tributi ſpecies, idem quod *Poſta* 3. niſi mendum ſit pro *Portaticum*. V. in hac voce. Diploma Ludouici Pii an. 814. apud Marotn. to. 2. Ampl. Collect. col. 22.

POSTATVM, poſtium ſeu palorum ſeries, Gall. *Paliſſade de poſteaux*. Willelmus de Podio-Laurentii in Chr. c. 43.

POST-BVTVM, ſ. Proſtibulum, tuguriolum, vbi habitant meretrices. Litterae Iohannis Reg. Franc. an. 1351. to. 2. Ordinat. p. 470. *Ordinauerunt et conuenerunt inter ſe, quod ſi aliquis de dicto miſterio inueniretur in latrocinio, vel frequentans tabernas, vel Poſtibula, vel ludos taxillorum, etc.*

POSTCOMES, qui vices Comitis agit. In Charta Odonis II. Comitis Carnotenſis et Trecenſis apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis ſecretae ſubſcribunt *Safinatus Seneſcallus meus, Iſembardus Poſtcomes, Odo Vicecomes, Heuelinus Miles, etc.* Ita *Poſtcomes* et *Vicecomes* diuerſi ſunt.

POSTCOMMVNIO, vel *post Communionem*, Antiphona quae post Communionem, in ſignum quod communicatio expleta eſt, concinitur, quae olim appellabatur *vltima oratio ad complendum*, vt teſtatur Walafridus Strabo de Reb. Eccl. c. 2.

† POSTEA, certa ſtraminis vel foeni quantitas, quantum inter duas trabes ſ. *poſtes* continetur, Gall. ol. *Poſtée*. Ch. Mſ. a. 1350.

POSTELLA. (1) Pro *Poſtilena*, Gall. *Croupiere de cheval*. Papias: *Poſtella, ornamentum equi, dicta quaſi poſt ſellam, ſicut antella, ante ſellam. Poſtela, Culiere*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. Statuta Hugonis V. Abbatis Cluniacenſis: *Sine Poſtella et ſella regulari non multum pretioſa vlli Priorum noſtrorum equitare praeſumat.* POSTENA, ead. notione. Vitae Abbatum S. Albani p. 77. (2) Poſterior porta, vel portula. Charta Ludouici iun. Reg. Fr. an. 1173. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Occitan. MSS. p. 454. V. *Portella* et *Poſterula*.

POSTELLATIO, ad *poſtellum* expoſitio. V. mox in hac voce.

POSTELLVM, cippus, Gall. *Poſteau*, vulgo *Carcan*; poſtis ſciſicet ſeu palus, cui alligati rei publice exponuntur ad maiorem infamiam. Tabular. S. Flori Aruern. V. *Carcanum* et *Pilbrium*.

POSTEMA, vox Italica, Apoſtema, Gall. *Abcès*. Mirac. S. Humilianae to. 4. Maii p. 406.

POSTEMATVS, Apoſtemate laborans. Miracula B. Simonis Erem. Auguſt. to. 2. April. p. 823.

POSTENA, V. *Poſtella*.

POSTERARE, *differre*, apud Laur. in Amalth.

POSTERGALE, tergum cathedrae, Gall. *Le dos de la chaire*. Ceremon. Rom. lib. 1. ſect. 9.

POSTERGARE. (1) Poſt tergum relinquere, reiicere, vox Italica. Geſta Ludou. VII. Reg. Franc. c. 10. (2) Poſthabere, contemnere, negligere. Gloſſ. vett. *Poſtergare, poſtponere, negligere. Poſtergo, μεθίεμαι*, in Gloſſ. Lat. Graec. Charta an. 1319. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 261. POSTERGARE DIEM, reiicere, differre, producere. Charta Caſimiri Reg. Polon. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 598.

† POSTERGATVS, laeſus, impeditus, in Ch. Mſ. a. 1429.

POSTERIALIS ABSCISSA, *Poſtericalis ſultana*, *Poſtericalis ſerrata*, variae ſcripturarum ſpecies. V. *Scriptura*.

† POSTERIGARE, i. q. *poſtergare*, t. 6. Ordinat. reg. Fr. p. 242.

POSTERIOLA, idem quod infra *Poſterula*. Teſtam. Bertichramni Epiſc. Cenoman. to. 3. Analect. Mabill. p. 123.

POSTERIORA, tergum, Gall. *Derriere*. V. *Morenae*.

POSTERIORES appellantur, qui vltra trinepotes ſunt, et omnes reliqui deſcendentes, in leg. vlt. §. parentes. D. de gradib. V. Galuini Lex. et Hofman. in hac voce.

POSTERIVS. (1) Puer piſtorius ſeu tyrunculus piſtor, ſed maxime is cuius erat panes ad furnum coquendos deferre, apud ruſticos Prouinciales interdum *Pouſtiè*. Vox eiusdem originis ac ſupra *Poſtagia*. Statuta Maſſil. l. 1. c. 41. V. *Porterius* ſuo loco et in *Portarius*. (2) † Qui loco publico, in quem conueniunt mercatores, vel etiam exigendis tributis praepoſitus eſt. Ch. a. 1398.

POSTERLA, POSTERNA, V. *Poſterula*.

POSTERNE, retro, pone, Gall. *Derriere*. Statuta Narnenſ. inter Acta SS. to. 1. Maii p. 937.

POSTERVLA, poſterior porta, vel portula, aliàs *poſterna*; Italis *Poſtierla*: Poſticum Latinis, et ſancto Iſidoro in Regula c. 1. *Pſeydothyrum*, Seuero Sulp. dial. 3. c. 16. Galli etiam *Fauſſes portes* vocant portulas ad vrbis muros, quae fere ſemper clauſae manent, nec aperiuntur niſi pro aliqua ingruente neceſſitate, cuiusmodi ſunt quae *Porteſſae* dicuntur in Gloſſis Graeco-Lat. *παραπύλιον, portella* Papias: *Poſticula, poſterula, quaelibet*. Ammianus lib. 30. *Viator quidam ad citeriora feſtinans, cum binum armato milite vidiſſet appetere,*

sunt, per Posternulam transitum medium squalentem frutetis et sentibus vitabundus excedens, in Armenios incidit fessos, etc. Sed ibi pro angusta semita videtur sumi, cum in campis *portellae* fingi non possint. Acta Sanctae Agathae virginis n. 12. *Ipse autem ad Posternulam Secretarii fugiens, in ianuis populum dereliquit.* POSTERLA, PVSTERLA. Sanutus lib. 2. part 2. cap. 4. POSTERNA, eadem notione, Gallis *Posterne.* Hist. Episc. Autissiod. cap. 57. PVSTERNA, apud Albert. Mussicum tom. 10. Murator. col. 595. POTERNA, eodem significatu, in Charta an. 1273. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 25. PVSTERVLA. Charta an. 954. apud Vghellum tom. 5. p. 1539. V. *Postioium*, et Oct. Ferrarium in *Posteria.*

† POSTFACTVM. *Ex postfacto*, deinceps, re peracta, in Pact. Mf. Cod. red. 5540.

POSTFERRI, pro *Postponi*, in l. 8. Cod. Th. de Honorariis codicill.

POSTGENITVS, secundogenitus. Testament. Aelfrici Regis an. 909. V. *Postnatus.*

POSTHEREDES, qui alias *Proheredes.* Charta Alamannica Goldasti 58. V. *Prohaeres.*

POSTHOLATIO, pro *Postulatio*, in Charta Ibbonis Archiep. Turon. ap. Mabill. tom. 2. Annal. p. 693. col. 2.

POSTHVMARE, posteriorem, superstitem esse. Acta SS. to. 5. Iunii de S. Anthelmo p. 239. Tertull. Apol. cap. 19. Hinc POSTVMATVS, locus posterior, apud eundem Tertull. adu. Valent. cap. 35. *Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, sed Postumatum.*

POSTICIA, V. *Posticium.*

POSTICIARIA, quae curam *Posticii* habet, *quae Posticio praeposita est*, in Sanctimonialium Monasteriis, in eadem Regula S. Caesarii cap. 23. 28. 30. 40.

POSTICIPARE, quasi *postcapere.* Claudianus Mamertus lib. 1. de statu animae.

POSTICIVM, in Gloss. Graec. παρασθάδιον, παραθύριον. Eaedem: *Posticia*, παραθύρια κατέχειν τὸ οἶκον. Glossae antiquae MSS. *Posticium, latens ostium, quod remotum est a publico.* Glossae Biblicae MSS. *Porsicum, posternam, posticium, i. fodorus.* Maxime vero in Monasteriis haec vox vsurpatur pro portula, per quam inducuntur quae ad victum Monachorum vel Sanctimonialium, resque alias, necessaria sunt, vt in Regula S. Aureliani cap. 21. Regula S. Caesarii ad Virgines cap. 28.

POSTICVLA, vt *Posterula*, V. in hac voce.

POSTICVM, *latens ingressus*, Ioanni de Ianua. S. Isidorus in Regula c. 1. *Monasterii autem munitio tantum ianuam extrinsecus habeat, vnumque Posticum, per quem eatur ad horum.* V. *Postis* 2 POSTICIA, eadem notione. Charta donationis factae Ecclesiae Corputianensi, edita a Sanresio: Ita enim lego pro *porticia.*

POSTIECVS, V. *Postfecus.*

POSTIFICES, *indices.* Gloss. Isid. leg. ex Papia *Ponsifices*, vt monet Graevius.

POSTILIMEN, ἐπάνοδος, in Gloss. Lat. Graec. Eaedem: *Postliminium*, ἐπάνοδος ἀπὸ πολέμου. In Cod. Sangerm. ἀπὸ τῶν πολεμίων.

POSTILIO, *Postulatio.* Gloss. Isid. V. Martinii Lexicon in hac voce.

POSTILLAE, notae. Sic autem maxime dicuntur notae marginales et perpetuae in sacra Biblia, quae secundum verba currunt, quasi *post illa verba*, quod haec subinde efferrent Magistri, qui eiusmodi notas suis discipulis dictabant: nisi nomen mutuatae fuerint a voce *Posta*, quae paginam denotat, vti supra obseruatum. Nicolaus Triuetrus in Chron. an. 1228. de Stephano Archiep. Cantuariensi: *Hic super Bibliam Postillas fecit, et eam per capitula, quibus nunc vtuntur moderni, distinxit.* Idem an. 1238. de Alexandro Cestrensi Episcopo: *Super Psalterium Postillas scripsit.*

POSTILLARE, Postillas scribere. Epitaphium Nicolai de Lyra in aula Capitularia Coenobii Franciscan. Paris. Vita Benedicti XII. PP. p. 62. de eodem Lyrano: *Qui totam Bibliam profundissime et subtilissime Postillauit.*

POSTIL-

POSTILLARIVM, liber continens *postillas*. Obicur. MS. Sorbonne.

POSTILLATIO, opus Poſtillarum. *Lyrani Poſtillatio*, apud Cyprian. in Catal. Cod. MSS. Bibl. Goth. edit. 1714. p. 4.

POSTILLATOR, qui *poſtillas* ſcribit. Breuis Hiſt. Ordin. Praedicat. apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. anol. 355.

POSTIS. (1) Tabula lignea, aſſer, Gall. *Ais*, *planche*, ab Occitanis *Poſte*, Germ. Pfoſte, eadem notione. Limborch. inquiſit. Toloſ. p. 148. *Interrogatus de libro in quo legebat dictus homo: utrum eſſet parvus vel magnus, et cum Poſtibus vel ſine poſtibus; reſpondit quod erat parvus, et videtur ſibi quod non erant ibi Poſtes.* *Poſtes argentei*, i. e. argenteis laminis ornati, in Tabular. Briuat. Duabus quippe tabellis ligneis hinc inde libros munire conſueuerant. POSTIS, vectis, Gall. *Bâton de chaiſe*. Tabular. Epiſc. Conſopit. POSTIS AD REGVLANDVM, in ſuppellectili librariae, apud Guigonem Ii. in Statutis Ord. Cartuſienſis cap. 28. §. 2. et in Actis SS. tom. 2. Iunii p. 495. vbi de S. Roſtelina. Eſt autem ibi *Poſtis* regula lignea, Gall. *Regle*. *Signum poſte-pulſare per Galilæas*, in Statutis antiquis eiusdem Ordinis 2. part. cap. 13. §. 26. 40. part. 2. cap. 26. §. 7. V. *Cornu* 3. † POSTIS, palus, in Ch. Mſ. a. 1354. (2) Idem quod *Poſtenula*, poſticum. Sallas Malaſpinae lib. 4. Rer. Sicul. cap. 18. apud Baluz. to. 6. Miſcell. p. 315. V. *Poſticium*. (3) Potens, poteſtate et auctoritate praeditus, t. 1. Probat. Hiſt. Brit. p. 204.

POSTITIVM, vt ſupra *Poſticium*. Walterus in Translat. S. Monicae tom. 1. Maii p. 483.

† POSTIVM, pons ligneus ex *poſtibus* factus, in Ch. Mſ. a. 1347.

POSTIVRNVM. Vetus Charta in Vita Aldrici Cenomanenſis Epiſcopi num. 56. *Et debentur p. de cenſu ſoli. ter. de inferenda et de Poſtiurno, ſine de cenſatico ſol. 180.*

POSTLIMIA, porta. Sebaſt. Peruſinus in Vita B. Columbae Reat. tom. 5. Maii p. 370*. *Quae exemplo claſſa ciuitatis, . . . fuit a Poſtliminio pulſa.*

POSTMERIDIES, refectiones quae inter prandium et coenam fiunt. Iuramentum Decani ſancti Quincini apud Hemereum in Auguſta Viromanduorum p. 93. V. *Biberes nonales*, in *Biberis*.

POSTMITTERE, poſtponere. Concilium Turon. II. cap. 20.

POSTMVRIVM, *inſertorium*, Gloſſ. Iſid. Idem quod *pomoerium*, inquit Graeuius, locus iuxta murum, vt habet Papias. Hoc *inſertorium* vocatur, quia locus eſt et vbi poma maſcantur, et vbi inſerantur. *Inſertorium*, vt ſeminarium, plantarium.

POSTNATVS, ſecundogenitus, ex Gallico *puiſné*. Bromptonus lib. 2. cap. 35. §. 1. POSTNATI, inquit Spelmannus, hodie ex noua occaſione dicuntur, qui in Scotia nati ſunt poſt translationem coronae Angliae ad Iacobum Regem, cum hac ipſa diſtinctione fiant omnium iurium Anglicanorum participes, etc.

POST NOMINA dicebatur oratio quae poſt recitata offerentium vel mortuorum nomina fundebatur. Ordo officii Gothici inter Concil. Hiſpan. tom. 3. p. 265.

POSTOMACI, V. *Anatrii*.

POSTPONERE, dimittere. Leges Grimoaldi Regis Longob. tit. 4. §. 11.

POSTPRIDIE. (1) *Hodie*, Gloſſ. Iſid. vbi ſcribendum ex Graeuio, *poſtridie*, altero die; eſt enim quaſi poſtero die. Inepte Papias: *Poſtridie, id eſt, tertio die, id eſt poſt alterum: nam in pridie intelliguntur duo dies.* (2) Oratio inter Miſſarum ſolemnia; in Ordine officii Gothici, tom. 3. Concil. Hiſpan. p. 266.

† POSTQVAM, quorum, quippe quod, a Gall. *Puiſque*, in Ch. Mſ. a. 1351.

† POSTQVOD, poſtquam, in Ch. Mſ. a. 1334.

† POSTRA, *curia*, *Cort*, *Prou.* Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

† POSTRIBVLVM, proſtibulum, ab Ital. *Poſtribulo*. Stat. crimin. Saonae.

POSTRINA, idem quod *Poſterula*. Tabular. Burgi-medii an. 1140.

† POST-

† POSTRIDIE, *hodie*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641. V. *Poſtridie*.

POST-SANCTVS, oratio inter Miſſarum ſolemnia, in Ordine officii Gothici tom. 3. Concil. Hiſpan. p. 266.

POSTSECVS, *iam*, λοιπὸν, ἐπιέζησεν, in Gloſſ. Alibi, ὑστέρησεν. Male in quibusdam *Poſt-tecus*.

POSTVLA, pro *Poſtula*, in Geſtis Conſulum Andegau. to. 10. Spicil. Acher. p. 439.

POSTVLARE, cauſas agere. Formulae vet. promot. Epiſc. tom. 2. Capitul. col. 598. POSTVLARE ALICVI, quomodo Gallice dicunt *Poſtuler a quelqu'un*. Conſuetud. Fontanell. MSS. *Habitum religionis domno Abbati Poſtulare, etc.* († POSTVLARE FEVDVM, eius inueſtituram petere, V. in *Feudum patrimoniale*.

POSTVLARI ſignificatione actiua vſurpatur in Litteris an. 1004. apud Valeſium in Notitia Gall. p. 331. col. 2. *Cernens ergo Praeſul humilitatem illorum, fecit eis ſicut fuerant Poſtulati*. POSTVLARI dicitur, qui communi Cleri et populi decreto ad Epiſcopatum eligitur, apud Gregor. M. lib 7. Ind. 2. Ep. 51. 52. 89. lib. 11. Epiſt. 14. lib. 12. Epiſt. 6. Maxime vero *poſtulari* dicebantur, qui ex aliena parochia erant, cum id non liceret, niſi ex *ceſſione*, vt loquitur idem Gregorius lib. 4. Epiſt. 19. id eſt licentia ſui Epiſcopi. Is enim inualuerat Eccleſiae mos, vt Epiſcopi ex alienis Eccleſiis non aſſumerentur, vt eſt in Decretali Caeleſtini PP. cap. 18. et apud Nicolaum PP. Ep. 54. Hinc

POSTVLATIO (1) definitur vnanimis petitio, per quam is qui ſecundum Canones vel ad Clerum, vel ad dignitatem Eccleſiaſticam, etiam regularem, aſſumi non poteſt, ex diſpenſatione tamen et gratia, cauſa cognita, a ſuperiori admittitur. Cum autem *Poſtulatio* aduerſetur iuri communi, ideo concordi omnium calculo fieri debet cap. 3. et 4. *de poſtul. praelat. extr.* adeo vt ſi concurrat poſtulatio cum electione, duplo maior debeat eſſe poſtulantium, *cap. bonae, eod.* In eo tamen differunt, quod poſtulatio ex mera liberalitate ſuperioris pendeat, *cap. 5. eod. Poſtulationem enim plus gratia quam ius requirit admitti*, inquit Honorius III. *Poſtulari* etiam dicitur, qui ad aliquam dignitatem eccleſiaſticam aut regularem electus, patrono admittendus proponitur. Inſtrum. an. 1261. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. p. 257. (2) Apud Gromaticos. V. Gloſſae Rigaltii.

POSTVLATITII GLADIATORES, *ſuppoſititii, qui recenſer ſubiiciebantur feſtis*. Vocabular. Sublannaei.

POSTVLATIVS, *ille qui poſtulat, petitor, rogator*. Ita Papias MS. at edit. habet *poſtulaticus*. Gloſſae antiquae MSS. *Poſtulatitius, ille qui poſtulatur*. (*Poſtulatitius, ille qui poſtulat*, in Gloſſ. Iſid. f. pro ſaepe qui poſtulat.)

† POSTVLATVS, monetae ſpecies, Gall. *Poſtulat*. Comput. Mſ. a. 1460. V. *Praedelgi ſolidi*.

POSTVMARE, POSTVMATVS, V. ſupra *Poſthumare*.

POSTVMVS, *vltimus, nouiſſimus*. Gloſſ. Iſid.

† POSTVRA. (1) F. pro *Poſtella*, poſtilena, t. 1. Aug. p. 859. (2) Societas, congregatio, vox Ital. Murat. t. 4. Antiq. p. 619.

POSTVRIVM. Thomas Archid. in Hiſtor. Salonitana cap. 21. *Amputauerunt caput nequiſſimi Ducis, et in Poſturio ſuſpenderunt*. Idem cap. 26. *Cum thuribulis et cruciibus procedentes vsque Poſturium, etc.* Vbi Io. Lucius *poſturium* dictum vult locum *poſt turrim* poſitum, et nunc corrupte *poſtire* dici. Leg. forte *Poſtiurium*, ita vt idem ſit quod *Poſticium*. V. *Pſeudothyrum*.

POSTZVPANVS, Zupani ſubſtitutus. V. *Zupa*.

POTACVLVM, potus, poculum. Tertull. Apolog. cap. 39.

† POTAGERIVS, i. q. *Potagiarius*, in Ch. Mſ. a. 1353.

POTAGIA. Chronicon Auguſtanum an. 1370. *Carolus Rex exegit ab Auguſtenſibus 36. millia florenorum, et a Judaeis 10. millia pro ſtreua: ob quod diuerſae appariae, ex Potagiae, exactionesque inſtitutae*.

POTA-

OTAGIARIVS, coquus pulmentarius. Acta S. Franciſci de Paula tom. 1. Aprilis p. 149.

OTAGIVM. (1) Potio quaeuis, in Wichbild Magdeburg. art. 77. alias Galli *Potage* vocant ius, ſeu iuſculum. Vita S. Richardi Epiſcopi Ciceſtrenſis n. 2. *Panisque et parum de vino cum Potagio eis pro cibo ſufficiebat.* (2) Omne leguminum ſeu olerum genus, illud praeſertim quod condiendi pulmenti cauſa in ollam mittitur, Gallis *Herbes potageres.* Charta Fulconis Epiſc. Andegau. an. 1337. in Tabular. eiusd. Eccleſiae. *Decimas bladorum, Potagiorum ſeu leguminum huiusmodi percipiet et lenabis.* (3) Praeſtatio pro potu vendito. Tabular. B. M. *de Daonlas* an. 1173.

OTALICIVM, quod in paſtionibus praeter conuentum pretium potationi ſaepius infumendum datur, niſi pro commeatu et diuerſis accipere velis. Chronicon Domin. de Gratina apud Murator. to. 12. col. 576.

OTARE. (1) *Potare nomine matrimonii.* Statutum ſynodale Nicolai Epiſcopi Andegauenſis an. 1277. cap. 3. *Intelleximus nonnullos volentes et intendentes matrimonium ad inuicem contrahere, nomine matrimonii Potare, et per hoc credentes ſe ad inuicem matrimonium contraxiſſe, coniaciter ſe commiſcent. Verum cum per hoc nullum matrimonium contrahatur, et ob hoc quoniam plures iam fuerint decepti, vobis firmiter iniungimus, quod frequenter et in publice Eccleſiis parochialibus veſtris dicatis, quod per praedicta eiusmodi nec matrimonium nec ſponſalia contrahantur.* Haec, etſi prolixiora, deſcripſimus, vt ſaeculi abuſum, et prouerbii Gallici originem indicaremus, *Boire et manger, coucher enſemble, c'eſt mariage ce me ſemble.* Huc forte ſpectant ſequentia ex Concilio Arelatenſi an. 1260. cap. 4. *Caeterum quia iam in partibus Prouinciae, quaſi paſſim absque autoritate Eccleſiae, ſuorum, ſuarumque praeſumunt firmare coniugia, etc.* (2) † Potum praebere. in Ch. Mſ. a. 1217.

POTARIA, ere figuli, ſ. *poterii*, in Ch. a. 1438.

† POTARIVM, poculum, vaſculum, in Ch. a. 1287.

POTARIVS, a Gallico *Potier*, figulus. Thelon. Epiſcopat. Autiſſiod. an. circ. 1290. exaratum: *De Potariis. Quilibet adducens Poterie de extra villam, debet deneriatam.* Alia notione vide in *Potus.*

POTATA, poculum, hauſtus. Acta S. Bertrandi tom. 1. Iunii p. 789.

POTATGIVM, V. *Potagium 1.*

POTATIO, pro *Compotatio*, paſſim occurrit.

POTATOR, qui potationibus indulget. Gualueneus de la Flamma apud Murator. to. 12. col. 1009. *Potatores maximi*, apud Plautum in Menaech. et Tertull. de Monog. cap. 8.

POTEBAT, pro *Poterat*, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 106. §. 1. *Potebam*, pro poteram, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 179. et alibi paſſim.

POTECHA. (1) Pro *Hypotheca*, pignus, quo quis ius ad rem habet. Charta an. 1209 in Tabul. Domus Arelat. S. Ioan. Ieroſol. Legendum forte et *hypothecam.* (2) † Pro Apotheca, in Ch. a. 1058.

POTELLER, POTTELLER, ſcutella, Gallice *Ecuelle*, Angl. *Pottinger* vel *Porrenger.* Teſtamentum Ioan. de Nevill ann. 1386. apud Madox Formul. Anglic. p. 427.

POTELLVS, diminut. a *Potus.* V. in hac voce.

POTENTARE, poteſtatem exercere, apud Luciferum Calaritanum lib. pro S. Athanaſio pag. 88. 1. editionis.

POTENTATOR, dominus, dominator, apud Tertull. de Reſurrect. cap. 23. ex Epiſt. 1. B. Pauli ad Timoth. cap. 6. 15. vbi *potens* habet Vulgata.

POTENTATVS. (1) Papias: *Potentia eſt ſua cuiusque ſolius: Potentatus autem, auctoritas iudicialis in ciuitate.* Idem: *Potentatus, aeterna perpetuitas, dominationis opus praenalidum: Potentia vero vna poteſtas.* Vox Liuio l. 20. Caeſari l. 1. de bello Gall. Arnobio l. 1. et aliis nota. POTENTATVS IVRIS, in Litteris Rudigeri Epiſcopi Patau. an. 1245. apud Ludewig. tom. 4. Reliqu. MSS. p. 231. *Quaenis poſſeſſio per ſal*

vſus

ofus perceptionem et temporis diuturnitatem quiete addicta in omni re Potentatum iuris et triumphum iuſtitiae perpenditur obtinere. (2) Supremus Princeps, Gall. *Potentat.* Epiſt. Calixti III. PP. an. 1456. ad Carolum VII. Reg. Franc. ex Bibl. Regia. (3) Exercitus, copiae, Gall. *Forces.* Alphonſus Rex Caſtellae in Epiſt. ad Innocent. III. PP. inter Concil. Hiſpan. tom. 3. p. 473. V. *Poſſe* 2.

POTENTIA. (1) Titulus honorarius quo Michaelem Imp. Conſtantinopolitanum compellat Nicolaus PP. Ep. 8. (2) Scipio, fulcrum ſubalare, Gallis vulgo *Potence.* Miracul. S. Liſardi ſaec. 1. Bened. p. 164. *S. Liſardum viderunt aſſiſtere tenentem baculum in manu dextera, qui vulgari vocabulo nuncupari Potentia conſueſcit.* (3) † Exercitus, copiae, in Leg. Polon. t. 1. p. 316.

POTENTIALITER. (1) *Κατὰ κράτος*, apud Anaſtaſ. in Hiſtor. Eccl. p. 114. Iſidorus Pacenſis in Chronico: *Sicque pene belligerantes Potentialiter regnant.* (2) Ex auctoritate. Chron. Andrenſe apud Acher. tom. 9. Spicileg. p. 554. (3) Efficaciter. Charta Conradi II. imp. an. 1039. apud Eccardum in Hiſt. geneal. Landgrau. Thuring. col. 314.

POTENTIBILIS, in Actis Murenſis Monaſterii p. 46. vbi de praeſtationibus ſermo eſt, quae primo petendo et quaſi deprecando exigebantur; exinde vero quaſi ex iure et auctoritate exactae ſunt: vnde *potitio*, *precaria*, in ipſa inſtitutione nuncupantur. V. *Petibilis.*

† POTENTIFICATVS, potentia praedicta, t. 1. Sept. p. 279.

POTENTISSIMVM, pro *Potiſſimum*, in Epiſt. Henrici Huntindon. an. 1153. apud Acher. tom. 8. Spicil. p. 278.

POTENTIVVS, imperioſus, ſuperbus, durus. Capitulare I. Caroli M. an. 802. cap. 11. apud Baluzium.

POTERATVR, pro *Poterat*, apud Laurent. in Amalth. V. *Poteſtur.*

† POTERIA, locus vbi *poti* ſ. vaſcula conficiuntur, Gall. *Poterie.* Ch. Mſ. a. 1230.

† POTERIVM, poculum, Gr. *ποτήριον.* Ita editores t. 2. Iul. p. 373. pro *Portirium.*

† POTERIVS, officium in *Scancionaria* regia, cui poculorum cura incumbit, Gall. *Policer.* Ch. Mſ. a. 1304. V. *Potarius.*

POTERNA, vt *Poſterula*, V. in hac voce.

POTESTACIA, villa, pagus, diſtrictus *Poteſtatis.* Statuta Genuenſ. lib. 1. cap. 1. fol. 29. V. in *Poeſtas.*

† POTESTARE, poteſtatem habere, dominari. Ch. a. 1071. apud Murat. t. 4. Antiq. p. 589.

POTESTARIA. (1) Dignitas *Poteſtatis* ſ. vrbis Capitanei, in Ch. a. 1225. POTESTATIA, idem, ap. Murat. t. 6. col. 368. (2) † Pagus, diſtrictus, in Ch. Mſ.


† POTESTARIVS, ius habens in re aliqua. Ch. a. 1239.

POTESTAS. (1) Rex, Princeps, ſupremus loci Magiſtratus, in l. 31. Cod. Theod. de Epiſcop. Saluianus lib. 7. de Gubernat. Dei: *Poteſtas quippe magna et potentiſſima, quae inhibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat debere fieri, ſi ſciens patitur perpetrari.* Poſſidius in Vita S. Auguſtini cap. 14. *Non defuerunt qui dicerent permiſſos non fuiſſe Epiſcopos apud Poteſtatem quae cauſam audiuit, dicere omnia pro ſuis partibus. Magnifica Poteſtas Praefectorum grauiſſime indignata eſt*, in Indiculo Ioannis Epiſcopi tom. 1. Epiſt. Rom. Pont. in Hormiſda PP. POTESTAS IVDICIARIA, iudex, apud Eccardum in Catecheſi Theotiſca p. 152. et ſeqq. (2) Honor ipſe, officium Magiſtratus. S. Auguſtinus lib. 1. contra Academicos cap. 14. *Si collocarentur ſtatuae, influerent honores, adderentur etiam Poteſtates, quae in municipalem habitum ſupercreſcerent, etc. In publica Poteſtate poſui*, in leg. 1. Cod. Th. Si prouinciae Rector, etc. (3) Dominus loci alicuius, Gall. *le Seigneur du lieu.* Occurrit non ſemel. POTESTAS MONASTERII, Aduocatus. Notitia ex Tabular. S. Martini Turonenſis. (4) POTESTATES, ſeu *Poteſtates*;

in

in Consuetudine Solensi tit. 2. Maiores vasalli feudales, qui tenentur semel ad minus singulis septimanis ad Curiam Lezarrensem venire, cum Castellano Lezarrensi jus dicturi. Vnde iidem sunt qui Gallis *Pares Curiae* appellantur. (5) Clientelae professio, qua domino capitali publicetur vasallus castra et alia quae ab ipso tenet, in eius potestatem se redditurum, quoties de eo fuerit requisitus; quae quidem professio in qualibet mutatione, siue domini siue vasalli, interdum et quouis quinquennio, renouabatur. Homagium an. 1110. inter Probat. tom. 2. nouae Hist. Occitan. col. 376. (6) Iura, priuilegia, reditus, commoda. Chron. Episc. Metens. apud Acher. to. 6. Spicil. p. 664. Nisi malis ea notione interpretari qua mox, (7) Villa, pagus districtus *Potestatis* iudicis, seu potius domini, Gall. *Seigneurie*. Odo Cluniacensis lib. 2. de Vita S. Geraldi cap. 7. POTESTATIA, eodem intellectu. Statuta Genuens. lib. 1. cap. 4. p. 9. *Iurisdictio et auctoritas dicti Magistratus sit, et se extendat duntaxat inter ciues, et ciues Genuae, duntaxat hominibus trium Potestatiarum.* V. *Posse* 3. (8) POTESTAS, in Italia praesertim, appellatus supremus ciuitatum liberarum Magistratus, qui aliunde quam ex ipsismet ciuitatibus allegebatur, et summo iure ciuibus in rebus bellicis perinde ac ciuicis imperabat, cùiusque functio annua erat. Guntherus lib. 9. Ligurini:

Inde per Etruscas Legatos destinat vrbes
Campanasque domos, et quas in littore curno
Aequorei lauat vnda salis: qui debita fisco
Iura vetusta petant, per quos statuantur in omni
Vrbe Magistratus, et ciuica quaeque Potestas.



PODESTAS, idem qui *Potestas*. Occurrit non semel apud Italos. Antiqua est vox *Potestas* ad designandos supremos ciuitatum Magistratus, vt obseruat Burmus in Isin. Heluet. et Istr. p. 226. ea siquidem notione accipienda ap. Iuuenalem Sat. 10. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque esse Potestas?

POTESTAS MERCATORVM, qui de rebus ad mercatores spectantibus cognoscit et iudicat, a *Potestate* ciuitatis distinctus. Chron. Parmense ad an. 1309. ap. Murator. to. 9. col. 878. POTESTAS VICTVALIVM, qui rebus ad victum necessariis praeest, in Statutis Placent. lib. 6. fol. 68. verso. *Potestatis* titulo decorabatur olim Legatus seu Magistratus qui pro Venetis Constantinopoli morabatur apud Imperatores Constantinopolitanos, vt ex Acropolita cap. 85. et ex Charta an. 1238. quam in Hist. Franco-Byzantina descripsit Cangius, docemur. Sed is postmodum *Bailus* dictus est, manstque *Potestatis* dignitas et nomenclatura Genuensium Legato in eadem vrbe, vti exerte habent Pachymeres lib. 2. cap. 32. Nicephorus Gregoras lib. 4. sect. 9. et Codinus de Offic. cap. 7. num. 6. V. Meursium in *Πολιτικοῖς*. Obtinuit etiam haec dignitas in Francia, maxime in Prouinciae Comitatu. Nam passim mentio occurrit *Potestatum* Arelatensis vrbis, antequam idem Comitatus ad Carolum I. peruenisset, qui eorum loco Vicarios (*Viguiers*) instituit. Occurrunt etiam non semel *Potestates* Massiliae et Auenionis. POTESTATES nuncupati apud Hispanos Primores, qui eo nomine Chartis regum Hisp. subscribunt. (9) POTESTAS MAIOR, merum imperium, Gall. *Haute Justice*, V. *Imperium*. POTESTAS PLENA, feudum immediatum, quod a nullo dependet, teneri dicitur in *plena potestate*, *à plain pouir*, vt habetur in Charta an. 1294. apud Stephanot. to. 3. Antiq. Bened. Pictau. MSS. p. 969. POTESTAS CASTRI in Visticis Barcinonensibus MSS. c. 68. et alibi non semel, dicitur facultas, quam superior dominus habet vrendi castro vasalli. Charta Ildefonsi Regis Aragon. ann. 1192. apud Marcam lib. 6. Hist. Beneharn. c. 9. POTESTAS VICARIA, locum tenens,

nens, vicarius, qui alio nomine iudicium exercet. Charta Gaufridi Comit. Andegau. an. 977. apud Mabill. to. 3. Annal. p. 650. (10) POTESTATES, angeli ex secundo sacrae Angelorum Hierarchiae gradu, quorum officium est, curare ne a causis inferioribus aut aliunde confundatur perturbeturque Virtutum actio: quod fit impediendo contrarias causas, et inferiores per debitam subiectionem subordinando, vt idoneae fiant recipiendae motionis, quam ils volunt imprimere Virtutes. Sic autem appellantur, quod in iis omnipotentia Creatoris appareat. Vide S. Gregorium Homil. 34. in Euang. S. Bernardum lib. 5. de Consid. cap. 4. Isidorum lib. 7. Orig. cap. 5. Gulielmum Paris. 2. P. de Vn. p. 2. cap. 127. etc. (11) POTESTATES, vox Ecclesiastica, Gall. *Pouvoirs*. Dicitur de licentia ab Episcopo presbyteris concessa audiendi et absoluendi poenitentes. Statuta Ioannis Episc. Trecor. an. 1427. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1130. (12) HOMINES POTESTATIS, qui Gallice *Gens de Poëte*, vel *de Poste* appellantur in Consuetudinibus municipalibus, in quibus aequiparantur *Villanis*, et hominibus ac tenentibus obnoxiae conditionis: *Hommes roturiers de poste*, in Vitriacensi art. 65. 68. In Hannonien si art. 65. opponuntur viris nobilibus: apud Butilerium *Consuetudinarii* vocantur, *Constumiers*, praestationibus scilicet obnoxii, et operis, nam ita nuncupantur quod in Potestate domini sint. Tabularium Cabilonense a. 1223. apud Sanialisnum in Cabilone p. 424. *Nostri homines, sine in potestate nostra positi.* Charta Eustachii de Conflans D. Plaiotri an. 1294. *Super forifmaritagio et manu mortua quorundam hominum . . qui homines de Potestate vocantur*, etc. Arestum ann. 1347. *Homo Potestatis, non nobilis.* (13) POTESTAS Apostolo 1 ad Cor. cap. 11, 10. dicitur velamen mulieris, quod nempe signum sit potestatis viri in mulierem. Consule Interpretes. (14) † Vectigal quod a *Potestate* exigitur, in Gloss. Caes. Heisterbac.

† POTESTATA, ville, pagus, districtus, in Ch. a. 1208. V. *Potestas*.

POTESTATIA, Vide in *Potestas* et *Potestaria*.

POTESTATIVE. (1) Cum omni potestate ac imperio, magnifice. Luitprandus in Legat. Capitul. Carlomanni tit. 3. c. 3. et 10. POTESTATIVE TENERE, POSSIDERE, id est, cum omni potestate ac iurisdictione et dominio. Charta Alamannica Goldasti 27. (2) In Capitul. ad leg. Bajwar. tit. 2. §. 8. *Vt omnes Episcopi Potestative secundum regulam canonicam doceant* etc. hoc est, omni opera. Galli dicerent, *De tout leur pouvoir*. (3) Vide [illegible], vel ex iure. Concil. Caesaraug. [illegible]. inter Hisp. tom. 2. p. 723. (4) Supremo et definitivo iudicio. Charta an. 1098. ex Tabul. S. Albini Andegau. (5) Placide, mansuete, non impotenti animo, Gall. *se possedans*. Capitul. lib. 7. c. 116.

POTESTATIVUM, idem quod *Potestas*, Dominium, *Seigneurie*. Charta ann. 1066. in Tabulario Ecclesiae Narbonensis: *Dicebat Vicecomes* (Narbonensis Bernardus-Berengeri) *tenere se Capitolium, et quaedam alia ad feudum: iustitias vero et balbias, et forcias . . . . per Potestativum.* V. *Posse* 3.

POTESTATIVUS, Potestate ac auctoritate praeditus: *viri potestativi*, Gallis *Hommes puissans*. Donationes factae Ecclesiae Salisburgensi cap. 5. POTESTATIVAM MANVM *adhibere*, vim adhibere, vi cogere. Charta ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 525. POTESTATIVA MANV *assistere*, potenti ope et opera alicui adesse. Charta eiusd. Alberti an. 1341. ibid. p. 529. POTESTATIVA MANV *concedere, contradere, traditionem facere*, dicitur in veteribus Tabulis, qui rem, cuius *potestatem habet*, seu cuius est dominus, alteri concedit. Ratpertus de Casibus S. Galli c. 1. *Eiusdemque heremi ius hereditarium illi Potestativa manu concesserunt.* POTESTATIVAM MANVM *imponere*, rem vti proprium sibi vsurpare, vindicare, in laudata supra Charta apud Ludewig.

wig. POTESTIVVS, vt *Poteſtatiuus*, niſi etiam ita legendum ſit, in Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hiſt. Friſing. p. 93.

† POTESTRIVM, dominium, f. pro *Poteſtatiuum*, t. 3. Cod. Ital. diplom. p. 349.

POTESTVR, pro Poteſt. Vffingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Epiſc. Mimigardenſi.

† POTETVS, minor *Potus*, menſura vinaria. Ch. Mſ. a. 1350.

POTHECA, V. *Apotheca*.

† POTHECARIVS, in Ch. a. 898. apud Vghellum t. 2. Ital. S. p. 100. vbi alia a. 892. p. 98. PRAEDECARIVS, vnde que pro *Precarius*, vt videtur.

POTHERE, Poſſeſſio, pro *Podere*. Vide in hac voce. Charta an. 1193. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 360.

† POTHERIA, pocula ſ. vaſcula quaecunque. Ch. Mſ. a. 1378.

POTIBAT, pro *Poterat*, in Charta Childeberti III. Reg. Franc. ann. 697. apud Felibian. Hiſt. Sandionyſ. p. 18.

POTICVLA, dimin. a *Potus*, poculum, quod praeter pretium corollarii vice in emtionibus conceditur, Gall. *Vin du marché*. Tabul. Rothon.

† POTILION, *vocatur vinum omfacinum*, in Gloſſ. Med. Simon. Ianuenſ.

POTINVS Lugduni aliisque vicinis locis eſt, menſura vini, quae dimidium baralis continet ſeu duas quartas.

POTIO Galeni, Potio medicinalis, Gall. *Medecine*, apud Fulbertum Epiſt. 46. Alia notione ſumitur in Charta Aldrici Epiſcopi Cenoman. in eius Vita p. 76. *Et de vino optimo modios quatuor, et de Potione optima quinque*. Rurſum p. 77. *Accipiat vnum modium panis, et alterum vini: inſuper ex Potione ſextenaria quatuor*. Idem videtur quod *Pigmentum*.

POTIONARE. (1) Medicinam accipere. Charta Octauiani Cardinalis apud Vghellum to. 3. Ital. Sacr. p. 635. *Excipimus . . . infirmos, et quaſi grauiter debiles, Potionatos, et ſanguine minutos* etc. (2) Potionem dare, potandum praebere. Vetus Irenaei interpres lib. 4. cap. 51.

POTIONARIVM. (1) Popina, Taberna. Gloſſ. Saxon. Aelfrici. (2) † Locus vbi *potiones* praeparantur, officina medicamentaria. Caerimon. S. M. Graſſ. ſec. XI.

POTIONATOR, veneficus. Matthaeus Paris an. 1248.

POTIONATVS, veneno ſublatus. Leo Oſt. lib. 2. cap. 24. de Ottone Imp. V. *Impotionare*.

POTIOR. (1) Qui aliis dignitate et opibus praecellit. Laur. Byzinius de Orig. belli Huſſit. apud Ludewig. tom. 6. p. 162. (2) † Poſſeſſor pacificus et quietus. Ch. Mſ. a. 1310.

POTIORITAS, primarium ius hypothecarum, quod habet creditor in feudum aut praedium debitoris. Conſuet. Toloſ. art. 5. V. *Podestagium* et *Primaria*.

POTIRIVM, ex Graec. ποτήριον, Potio medicinalis. Hepidanus de Vita S. Wiboradae lib. 2. cap. 14. Vbi forte legendum POTITIVM eadem notione. Balbus in Catholico: *Potitium, potatio, vel confectio ex vino et herbis, medicina quae potatur*. Burchardus de Caſibus S. Galli cap. 22.

POTISSARE. (1) *Frequenter et parum bibere*. Iohan. de Ianua. Acta S. Dauantazi tom. 2. Iulii p. 529. *Et pocula aquae, in qua oſſa ille lauata fuerant, Potiſſabat*. (2) Forte *Patiſſare*, parum pati. Sallas Maleſpinae lib. 5. Rer. Sicul. apud Baluz. to. 6. Miſcell. p. 326. *Sed vt pro tantae ſaltem damnoſae praenaricationis aſſenſu aliquid de poena iuxta culpae modulum Potiſſaret etc.*

† POTIVS AD POTIVS, magis magisque. Murat. t. 12. p. 693.

POTOMIVM. Io. de Ianua: *Potomium eſt nauigium fluuiale tardum et graue, quod non niſi remigio progredi poteſt. Hinc etiam traiectus dicitur, extenſus eſt enim et latus*. Ex Gr. ποτάμιος, fluuius. Vnde legendum *Potamium*, vel potius *Pontonium*. Vide *Pontones* et *Portemia*.

† POTONNARE, f. *Potonio* flumen traiicere. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7692. *Potonnare, Potonner vel Paſſeonner*.

POTO-

POTORIVM, poculum, vaſculum, Gr. ποτήριον. Charta an. 1311. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 141.

† POTORIVS, qui *potoria* ſ. pocula vendit. Ch. a. 1287.

POTTAGIVM, V. *Potagium.*

POTTELLER, V. *Poteller.*

POTTVLVS, dimin. a *Potus.* Vide in hac voce.

POTTVS, vt *Potus.* Vide infra.

POTVALIONVS, ſ. domuncula, tuguriolum, vel locus vbi vinum minutatim diſtrahitur. *Iuxta pedam ſeu Potualionum dicti Rolet*, in Charta Thoſſiac. an. 1404.

POTVLENTVM, quaelibet potio, quidquid potum ſpectat. Statuta Ludouici VII. Reg. Franc. an. 1154. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 436. Lege forte *Poculentum.* Vide in hac voce.

POTVLENTVS, ſatiatus, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis cap. 17.

POTVLVS, potatus. Gloſſ. Sangerm. MSS. num. 501. *Bene potuli, bene potati.*

POTVM, vt *Potus.* Vide in hac voce.

POTVRA, pro *Paſtura*, quomodo Galli dicunt, *Bête miſe en Poſture* vel *Pôture.* Charta ann. 1225. in Tabulario Eccleſiae Carnotenſis n. 257.

POTVS. (1) Poculum, vaſculum, Gallis *Pot*, à *potu* vel *potione* dictum. Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 19. *Miſſorium, cochlearet, cultellos, cannas, Potum, et calyces*, etc. POTTVS. Chron. Ioh. Iperii apud Marten. to. 3. Anecd. col. 757. POTVM, in Contin. Chronic. Iohan. Iperii apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 620. POTELLVS, diminut. in Fleta lib. 2. c. 12. §. 14. POTELLVM, apud Will. Thorn. an. 1321. non femel. POTTVLVS, eadem notione, in Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 490. AD POTOS VENDERE *vinum*, Gall. *Pendre à pots*, minutatim vendere. Libert. an. 1291. tom. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 26. col. 2. (2) Praeſtationis ſpecies: *Potus vini* qui domino praeſtatur, menſura ſcilicet vinaria ſic dicta, in Charta ann. 1255. in Tabulario S. Dionyſii. (3) POTVS CARITATIS, conuiuium. Ordinat. Canon. S. Laudi Rotomag. ad calcem Ioh. Abrinc. de Offic. eccleſ. p. 301. V. *Poculum.* *A Potu abſtinere*, vel *a potu et carne abſtinere*, Poena regiis miniſterialibus indicta in leuioribus delictis, in Capitulari de Villis cap. 16. POTVS FRACTVS, ludi ſpecies, Gall. *Pot caſſé.* Menoti Sermones fol. 15. *Diabolus et mundus faciunt ſicut faciunt pueri ludentes ad pilam, vel ad Potum fractum. Dant illum de manu in manum: eleuabis quis Potum alte et cadere dimittet et ſic frangetur.* IN POTO *aut aſſitus nihil valere*, Prouerbialis formula, qua aliquid ex omni parte peſſimum eſſe ſignificatur, *Qui n'eſt bon ni à rotir, ni a bouillir*, apud eumd. Menorum fol. 166. † POTVS AEQVALIS, vbi ſymbolum ſuum vnusquisque praebet, Gall. *Pique-nique.* Stat. a. 1248.

POVCHA. (1) Aggeris lingua, angulus, ea pars quae in mare prominet, Maſſilienſibus *Pouche*, Gall. *Pointe.* Charta an. 1351. in Tabul. Maſſil. *Maximum imminere periculum defectu fanoni in introitu Pouchae portus Maſſiliae.* † Leg. *Ponchia*, V. in hac voce. (2) Pera, ſacculus, Gall. *Poche.* Saccos annonarios *Pouches* vocant Normanni. Codex MS. Sangerm. num. 780. V. *Punga.*

POVDERIA, V. *Ponderia.*

† POVDRAGIVM, i. q. *Paluearicum*, tributum quoduis. Ch. Mſ. Henr. Reg. Angl.

POVDRATVS, variatus, diſtinctus, Anglis *Powdered*, Gall. *marqueté, parſemé.* Monaſt. Angl. to. 3. part. 2. p. 85. *Duae paruae, vna ſtola, vna fanona Poudrata cum auro et perlis.*

† POVINVS. Conuent. Saonae a. 1526. *Item pro qualibet ſalmata, facio ſeu collo lanarum, cottonorum, ballarum Pouinorum et ſericarum* etc.

† POVLAILLIARIVS, qui pullos ſ. volatile pecus curat ſ. vendit. Ch. Mſ. a. 1352.

POVLAINIA, POVLEANA, roſtra calceorum, de quibus copioſe egit Cangius ad Alexiadem p. 302. Martinus

tinus de Boſco-Galteri in Vita Mariae de Malliaco n. 36. *In illis diebus nobiles et potentes illam jotulariam acutiam longiſſimam, quam Poulainiam vocabant, penitus contemſerunt.* POLAYNA, eadem notione. Litterae Caroli V. Regis Franc. an. 1367. pro Montispeſſulanis de forma veſtium. POLEYNA, in Conc. Auenion. an. 1457. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 384. POLANA. Statuta pro Canonicis S. Capellae Pariſ. POLENA. Conc. Andegau. an. 1365. cap. 13. POVLENA, in Litteris Caroli V. Reg. Franc. ann. 1365. to. 4. Ordinat. p. 555. POVLENTIA, vt *Poulainia*. Statuta Eccl. Nannet. ann. 1389. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 984. POLENA, pars veſtis militaris, qua genua muniuntur. Ch. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 566. POVLAINIA, Gall. *Poulaine*, dicitur Maclouienſibus roſtrum nauis ſeu prora. POVLANNE, ſpeciem fuiſſe pellis patet ex Regeſto feodorum Comitatus Claromontenſis in Bellouacis: *Pour une panne de Poulanne le vendeur doit 2. den.* etc.

† POVLALLERIA, forum vbi *Poulallia* ſ. pulli et volatilia venduntur, POVLALLERIVS, qui ea vendit. Ch. Mſ. a. 1354.

POVLANVS, Poulenagium, V. *Polanus*.

POVLENA, POVLENTIA, V. *Poulainia*.

POVLLALHIA, pulli, volatile pecus, Gall. *Volaille*. Hiſt. MS. S. Cypriani Pictau. p. 439.

POVLVM, idem videtur quod *Podium*, collis, mons. Charta an. 1043. in maiori Chartul. S. Victoris Maſſil. fol. 114. *De Occidente vero Poulo quae vocant longum, ſicut diſcurrit aqua quae vocant Pegonarta, vsque in pediculum curnum; de parte vero Aquilonis de Pontelongo in ipſas terras ſubtus Poulum quas vocant Salernas vetulas.*

POVRCHETVS, V. *Porchetus*.

POVRPRISIA, POVRPRISVRA, etc. V. *Porprendere*.

† POVSADA, habitatio, Hiſp. *Poſada*. Ch. a. 1096. V. *Poſſada*.

POWCHIA, pera. V. *Punga*.

POYNHERIA, menſura annonaria. V. *Poneria*.

POYPIA, collis, ſeu tumulus, cui inaedificatum caſtellum, idem proinde atque *Mota*. Vide in hac voce. Exſtant etiamnum in Breſſiae et Dombarum prouinciis plurima caſtrorum in *poypiis* extructorum rudera, quibus aſſignata quondam maxima priuilegia et iura adhuc vigent; eiusmodi ſunt ad Ararim *poypiae* de Marchia, Miſeriaci, Lurciaci, etc. De iis Colletus lib. 2. Statut. Breſſiae p. 231. Itaque quod *Mota* alibi nuncupabatur, *Poypiam* vocarunt in Delphinatu aliisque laudatis prouinciis.

POZACHARVS, puteus, ab Ital. *Pozzo*, Gall. *Puits*. Chron. Parmenſe ad ann. 1308. apud Murator. to. 9. col. 874. V. *Pozo*.

POZALIS, vox Hiſpanica, menſurae ſpecies. Charta Ferdinandi Gonzalez inter Conc. Hiſp. to. 3. p. 177.

† POZARE, deponere, vox Ital. in Stat. Auell.

POZO, Hiſpanis, *Puteus*. Charta Adelgaſtri Principis ap. Gonzalez p. 89. V. *Pozacharus*.

POZOLVM, podium, ſuggeſtus lapideus, Gall. *Perron*, Ital. *Poggiuolo*, Hiſpan. *Poyo*. Regimina Paduae ad ann. 1326. apud Murator. tom. 8. col. 438.

PRACE, pro *Brace*, grani ſpecies, ex quo cereuiſia conficitur. Vide in hac voce. Charta Alaman. Goldaſti 12.

PRACIALIS, vt ſupra *Prace*. Apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 273.

PRACTICA. (1) Effectio, perfectio. Sigonius in Vita B. Nicolai Card. to. 2. Maii p. 484. (2) Agendi ratio. Charta an. 1377. ex Bibl. Reg. (3) Notitia rerum forenſium, Gallis *Pratique*, apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 504. (4) PRACTICA FIZICALIS, medicina. Statuta Eccleſ. Cadurc. etc. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 734. (5) Coniuratio, conſpiratio, Gall. *Pratique, cabale*. Charta ann. 1456. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. p. 1174.

PRACTI-

PRACTICATIO, eadem notione, in Chron. Corn. Zantfliet apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 299. (6) † Familiaritas, t. 2. Mart. p. 134.

PRACTICARE. (1) Agere, sermocinari, in Muneri ferm. fol. 2. (2) Tractare, proponere. Concil. Tertulianum an. 1429. inter Hiſpan. to. 3. p. 656. (3) Factitare. Inſtrum. ann. 1523. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 191. (4) PRACTICARE ALIQVEM, cum eo conuerſari, vti familiariter, qua notione *Pratiquer* vſurpant Galli. Acta S. Franciſcae Rom. tom. 2. Mart. PRACTICARE CVM ALIQVO, ſocietatem cum eo habere. Correctiones Statut. Cadubrii cap. 46. (5) Forum frequentare, cauſſas agere. Vox frequentiſſima apud IC. (6) Medicum, vel chirurgum agere, medicinam exercere. Statuta Maſſil. lib. 2. c. 35. PRATICARI, eodem ſignificatu. Litterae Iacobi Reg. Maioric. ann. 1281. inter Ordinat. Reg. Fr. tom. 2. p. 71. (7) Clam moliri, follicitare, *Pratiquer* eadem notione Gallis. Iulianus Caeſarinus Card. in Epiſt. ad Eugenium IV. PP.

† PRACTICVS, experiens, peritus. Murat. t. 20. p. 466.

PRACTIZARE, vſurpare, adhibere. Laur. Byzinius de Orig. belli Huſſit. apud Ludewig. to. 6. p. 130. PRACTIZANTES CALICIS dicti ibid. p. 157. Vicleſiſtae, Huſſitae, aliique communionis ſub vtraque ſpecie defenſores.

PRADA, pratorum ſeries, Gallis *Prée, prerie*. Tabularium S. Benigni an. 882. apud Perardum p. 57. *Donamus ad ipſa caſa pratum i. iuris noſtri, qui eſt ſitus in pago Oſcarenſe, in Prada Apicinaco, vti vocant in plana Prada.* Adde Charram an. 1126. tom. 5. Gall. Chriſt. col. 480. vbi perperam edit. *Praeda*, vt et in Computo an. 1202. ap. D. Bruſſel, vbi *Preda* legitur. PRADALE, eadem notione. Tabular. Prioratus S. Iohannis Toloſ. V. *Pratale*. PRADARIA, PRADERIA, eodem intellectu. Conuentio inter Lud. *Pierrebuſier* dom. Caſtelli noui et eiusd. loci incolas an. 1461.

† PRADASSA, pratorum ſeries, in Ch. Mſ. a. 1361.

† PRADATVS, in pratum redactus, in Ch. Mſ. a. 1343.

PRADDINA TERRA, V. *Pradum*.

† PRADELA, i. q. *Pradaſſa*, in Ch. a. 1284.

† PRADELICVS, pratenſis. Ch. in Probat. Hiſt. Sabol. p. 351.

PRADELLVM, pratum, pratulum, Gallice *Preau*, *petit* vel *mauvais pré*. Teſtamentum Bertichramni Epiſc. Cenoman. PRADELLVM, Prouincialibus *Pradello*, eadem notione. Charta an. 1280. apud Pitton. in Annal. Eccl. Aquenſ. p. 164.

PRADERIA, vt *Prada*, Vide in hac voce.

† PRADETVM, pratum, in Ch. Mſ. a. 1361.

PRADISTERIVM. Charta Hiſpanica aerae 1060. apud Auron. Yepez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. p. 435. *De rauba ſiquidem galnapes 2. tres pulmarios* (leg. *plumar.*) . . . *duos pares de ſabanes, Pradiſteria vna, duos paſſellos de arganas, et duo ferrios caldaria, duas ſecures, arcate ligone 2. altulos pelle agnina.* Monſtra verborum, cuiusmodi complura occurrunt in Chartis Hiſpanicis. De *galnape* diximus ſuo loco. *Pradiſterium* videtur dictum pro *prandiſterium*, vt fuerit ſupellex quaedam ad prandium. Pro *paſellos* forte leg. *faſtellos*, faſciculos. *Arganas* Hiſpanis eſt *mantica*: Nebriſſenſi *argenas*: Caeſari Oudino, *vne ſorte de panier fait de chanvre en façon de rets propre à porter le bled, ou autres grains des champs à la ville, et ſe mettent ſur un cheval ou autre beſte de ſomme. Ferrias* pro *ferreas*, vel *ferra*. De *arcate ligone* et *altulos* nihil ſuccurrit, niſi *arcate* ſit *arcae*, arca.

PRADVM, *Praddinae terrae*, pratum, ex Italico *Prado*. Vetus Charta apud Vghellum in Epiſc. Veron. p. 742.

PRAE. (1) Propter. Epiſt. obſcuror. viror. p. 17. *Ego bene habui ita malos inimicos ſicut vos eſtis, et tamen manſi Prae eis.* Galli dicunt, *auprés d'eux.*

deux. (2) † Imiite, in Ch. Mſ. a. 1379.

PRAEAMBVLA, praenia, praemiſſa, praepoſita, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1944. Ita et Theologi ſcholaſtici *praeambula criminis* vocant, quae in illud inducunt. Adde Annal. Eſtenſes to. 18. Murat. col. 930.

PRAEAMBVLVM, praemonitum, apud Geruaſium Tilber. in Otiis Imp. ap. Leibnit. to. 1. Script. Brunſuic. p. 979.

PRAEAMBVLVS. (1) Praedeceſſor, in Hiſt. MS. Gemmet. p. 71. (2) Praecurſor, nuncius, tabellarius. Roberti mon. Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. to. 3. p. 88. PRAEAMBVLO, eadem notione, apud R. Duellium lib. 1. Miſcell. p. 363. (3) † Ductor, t. 6. Aug. p. 821.

PRAEAMBVLVS, adiect. (1) Praeuius. Litterae an. 1224. apud Rymer. tom. 1. p. 269. (2) † Praematurus, in Teſtam. Mſ. a. 1517.

PRAEANTEA, prius, ante. Charta an. 6. Henrici VIII. Reg. Angl. ap. Madox Formul. Anglic. p. 273.

PRAEANVTIA, panni ſpecies, f. a praepoſit. *Prae* et *ἀνυσὸς*, factu facilis. Odo in Carmine de varia Erneſti fortuna, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 372.

PRAEASTIVM, pro *Praeſtium*. V. in hac voce.

PRAEAVISATIO, ars, induſtria. Tract. de Expugnat. vrbis CP. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 789.

PRAEAVISATVS, praemonitus. Tract. mox laudatus col. 793.

PRAEBALTHEATVS, praecinctus, adornatus. Dudo de moribus Norm. lib. 2.

PRAEBENDA. (1) Praebitio, *παροχὴ*, in Gloſſis Lat. Gr. Neutro porro genere vox *praebenda*, vſurpata a Latinis pro annonis militaribus, a Plauto in Perſa, Liuio lib. 2. belli ſecundi Punici, Agellio lib. 15. cap. 4. et Vlpiano in l. 19. D. de Teſtibus. *Praebendas* eadem notione dixit Senator lib. 5. Epiſt. 42. Hinc PRAEBENDAE dictae cibi ac potus portiones diurnas, quae Monachis, Canonicis, aliisue quibuuis dantur ac *praebentur*. Additio 3. ad Capitul. cap. 112. *Volumus . . . . vt Canonici Clerici, qui in ciuitatibus vel Monaſteriis degunt, qui beneficia habent, vnde victum et veſtitum habere poſſunt, vt hoc iuxta Apoſtolum contenti ſint*, etc. Infra: *Si quis haec ſtatuta contempſerit, vtrisque careat, et beneficio et Praebenda: atque ſi gradibus fruitur Eccleſiaſticis, ipſis priuetur.* Vbi obſeruanda etiam *beneficiorum* Eccleſiaſticorum nomenclatura. PRAEBENDAE nomen demum manſit Canonicorum et aliorum Clericorum *beneficiis*. Dimiſſa enim domicilii menſaeque communione, reditus, commoda, ac prouentus, atque adeo ipſa praedia Eccleſiae diuiſerunt in portiones, quas *Praebendas* appellarunt, ſubſtitutis ingenti diſciplinae Eccleſiaſticae detrimento, mercede conductis honorariis pſaltis, qui quotidianum pſalmodiae laborem in choro ipſorum vice perferrent. Stephanus Tornacenſis Epiſt. 160. *Cum generalis Eccleſiae Gallicanae conſuetudo ſingulares portiones Canonicis ſuis diſtribuendas concedat, et approbet, et ſummi Pontificis auctoritas non reclamet.* Lindwodus: *Praebenda differt a Canonica; nam canonica eſt ius ſpirituale quod aliquis aſſequitur in Eccleſia per receptionem in fratrem, et aſſignationem ſtalli in choro, et loci in capitulo. Praebenda vero eſt ius ſpirituale recipiendi certos prouentus pro meritis in Eccleſia, competens percipienti ex diuino officio, cui inſtitit, et naſcitur ex Canonica tanquam filia a matre.* Auctor Breuiloqui: *Praebenda eſt ius percipiendi prouentus in Eccleſia collegiata, ex actione prouenientes, competens alicui tanquam uni de Collegio, quod ius ex Canonica deſcendit.* PRAEBENDALIS Eccleſia, quae a maiori pendet, cuiusque ex reditibus aliqua portio ſacerdoti, vt illi deſeruiat, aſſignatur. Charta an. 1231. in Macariis Inſulae Barb. tom. 1. p. 159. PRAEBENDALIS CAPELLA, in Epiſt. Innocentii III. PP. ad Guillel. Epiſc. Autiſſ. an. 1208. CORPVS PRAEBENDAE, portio

portio principalis, Gall. *le Gros*. Charta Bartholomaei Epiſcopi Pariſienſis an. 1226. PRAEBENDA MANVALIS, quotidiana diſtributio. Statuta Eccl. Barcin an. 1317. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 617. PRAEBENDA GRATIAE. M. Robertus de Sorbona in ſerm. de Conſcientia: *Dominus autem bonus Magiſter eſt, qui confert omnibus Scholaſticis ſuis, et ſolum ſuis, praebendas optimas, ſcilicet Praebendam gratiae, quae praenalet omnibus praebendis de mundo* etc. PRAEBENDA DOCTRINALIS, portio quae ſcholaſtico, Gall. *Ecolatre*, ſcripturam ſacram, ius canonicum et litteras docenti tribuitur. Conc. Toletan. an. 1565. inter Hiſpan. tom. 4. pag. 47. PRAEBENDA LECTORALIS, in Conc. Compoſtell. an. 1565. inter Hiſpan. tom. 4. p. 116. PRAEBENDA MAGISTRALIS, quae canonico Theologo, Gall. *Théologal*, eſt attributa, ibidem p. 48. PRAEBENDA MISSAE, praeſtario pro Miſſa. Charta Bertholdi Epiſc. Argent. an. 1340. in Hiſtor. Mediani Monaſt. p. 351. PRAEBENDA MONACHALIS, portio monachica. Charta Guillelmi Abbat. S. Benigni Diuion. an. 1375. inter Inſtrum. tom. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 214. PRAEBENDA POENITENTIARIA, in Concil. Compoſtell. ann. 1565. inter Hiſpan. tom. 4. p. 116. PRAEBENDA PRESBYTERALIS, beneficium quod non niſi a preſbytero poſſideri poteſt. Statut. Capit. Lingon. an. 1257. to. 4. Gall. Chr. col. 209. PRAEBENDAE PVERILES, quae puerorum chori ſunt: in Monumentis Paderborn. p. 135. PRAEBENDARIA, vt *Praebenda*, in Litteris Henrici VIII. Reg. Angl. an. 1533. apud Rymer. tom. 14. p. 482. SEMIPRAEBENDA, beneficium quod dimidium fructuum percipit: quippe Epiſcopi vt Clericorum in ſuis Eccleſiis numerum augerent, Praebendas Canonicorum in duas interdum diuiſerunt, quae inde *Semipraebendae* dictae ſunt. Quae quidem Praebendarum ſectio inhibita fuit in Turonenſi Concilio an. 1163. cap. 1. et apud Neubrigenſem lib. 2. cap. 15. PRAEVENDA pro *Praebenda*, beneficium eccleſiaſticum. Edictum Philippi V. Regis Franc. ann. 1320. tom. 1. Ordinat. pag. 714. (2) PRAEBENDA, pro *Praebendarius*. Willel. Malmesburienſis in Vita S. Aldhelmi Epiſc. cap. 6. (3) Cella monachica. Chron. Wormar. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 63. (4) PRAEBENDA EQVI, quod ad diurnum victum equo praeberi ſolet. Fulcherius Carnot. lib. 1. cap. 14. (5) PROVENDA, ex Gallico *Provende*, vt effertur ab Hugone *Plagon* in verſione Will. Tyrii lib. 7. cap. 9. Capitulare de Villis cap. 50. *Es qui hoc non habueris, de Dominica accipias Provendam.* PROVVATIA, idem quod *Provenda*, menſura annonaria. Charta an. 937. in Tabulario Eccl. Auguſtod. de Cenſibus.

PRAEBENDARE. PRAEBENDARI, beneficio eccleſiaſtico donari. Concil. Pariſ. ann. 1212. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 99. Haud ſcio an eadem notione intelligenda vox *Praebendatus* apud Murator. inter Anecd. tom. 3. pag. 60. ex Chron. Fratr. Praedicat. *Hic fuit* (*fr. Stephanardus de Vicomercato*) *in ſaeculo honorabilis clericus et magnus Praebendatus.* PRAEBENDARE EQVVM. Fleta lib. 2. cap. 73. §. 3. *Equus ſi in ſtatu laborandi debeat ob yernari, de ſexta parte buſſelli auenae ſingulis noctibus oportebit ipſum Praebendari.*

PRAEBENDARIA, mulier inops, cui ſtatuta eſt eleemoſyna. Mirac. S. Marculfi ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 522.

PRAEBENDARIVM, PROVENDERIVM, aquarium, vbi equi adaquantur, *Abbrevoir*. Charta Simonis Comitis Montisfortis an. 1207. in Hiſt. Monmorenciaca pag. 77.

PRAEBENDARIVS. (1) PRAEBENDARIVS et PRAEBENDARIVM, in libro MS. Roſſenſis Eccleſiae cap. Quid menſurae granarii continent: *Eſt menſura vnde diſtribuitur: menſura equi debet eſſe 13. pollicum latitudinis infra circulum, et altitudinis trium pollicum.* Quae vero fuerit *praebendarii* capacitas, docet Charta

an. 1279. in Tabul. Centul. *Tenoens ſine luſtiſia tredecim iornalia terrae . . et de quocumque loco vbi manere voluerint, per vnum. Praebendarium bladi, id eſt quatuor boſſellos, poterunt.* PROVENDARIVS, idem quod *Praebendarium*, ſeu *Prouendà:* menſura annonae praebendariae. Charta ann. 1205. in Hiſtor. Eccleſiaſt. Abbauillenſi cap. 26. (2) Qui *praebendam* ſuſcipit. Catholicum parnum: *Praebendarius, Prebendier, ille, qui confers alicui praebendam.* Rectius Ioh. de Ianua: *Praebendarius, qui dat praebendam, vel potius qui recipit.* Ebrardus in Graeciſmo cap. 9.

Praebitor eſt, qui dat praebendas: ſuſcipiens has
Praebendarius eſt, ſicus legiſta docet nos.

PROVENDARIVS, idem qui *Praebendarius:* qui *prouendam*, ſeu *praebendam* percipit: cui ad victum cibus vel potus praebetur. Adalardus in Statutis Corbeienſibus lib. 1.

PRAEBENDVLA. (1) Praediolum. Vetus Poeta apud Mabill. tom. 4. Analect. p. 537. (2) † Parua portio monachica, t. 4. Aug. p. 50.

† PRAEBES, qui praebet. B. de Amor. in Spec. ſacerdot.

PRAEBODENA, Praepoſitura. Vide infra *Praebeſdia* et *Preboſtatus.* Charta an. 888. inter Probat. tomi 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 23.

PRAEBOSDIA, Praepoſiti diſtrictus, praepoſitura, Gall. *Prevoté.* Charta an. 1062. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 459. Vbi Charta MS. ex Tabular. S. Victoris Maſſil. habet *Presbodia.* V. *Praebodena* et *Preboſtatus.*

PRAEBOSTONVS, cuſtos domus Praepoſiti. Statuta Eccleſ. Aquenſis.

PRAECAMBIRE, V. *Cambiare.*

† PRAECANTAMEN, incantamentum, praeſtigiae, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 162.

PRAECANTARE, in modum incantatorum immurmurare. Acta Martyrii S. Caſtuli n. 3. PRAECANTATOR, qui alias *Incantator*, *Carminator*, Gallis *Enchanteur.* Ionas Aurelian. lib. 1. de Inſtit. Laicali cap. 6. *Praecantare et Praecantatio* dicitur praeſertim in praeſtigiis magicis. Gloſſae: *Praecantat, ἐπᾴδει. Ventriloqui, Praecantatores*, in Gloſſ. Iſidori. Marcellus Empiricus cap. 15. p. 105. *Praecantabis ieiunus, ieiunum*, etc. *Praecantationes.* Veteres Gloſſae: *Praecantationibus conſecrata, ἐπαοιδοῖς τετελεσμένη.* Apud Iuuenalis interpretem, Sat. 15. *Statua Memnonis magice conſecrata, id eſt Praecantationibus conſecrata.*

† PRAECAPTIO, acquiſitio, comparatio. Chartul. S. Io. Angeriac.

PRAECATECHIZARE, Praenunciare. Vetus Irenaei Interpres lib. 4.

† PRAECEDERE, praeterire, t. 6. Iul. p. 637.

PRAECELLENTISSIMVS, Epitheton vulgo tribui ſolitum Regibus Franciae, a Gregorio M. PP. locis indicatis in Diſſert. 23. ad Ioinuillam in Conuentu apud Andelaum ann. 587. In Synodo Germiniacenſi ſub Carolo Cal. tom. 6. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 250. a Gregorio Turon. in Vita S. Aridii Epiſcopi Lemouic. p. 696. PRAECELLENTIA, eorumdem titulus honorarius, in Epiſt. 40. inter Francicas tom. 1. Hiſt. Franc.

PRAECEMPTOR, pro *Praecentor*, cuius officium vel dignitas *Praecemptoria* dicitur, non ſemel occurrit in Bulla Pauli III. PP. pro ſeculariſat. Eccl. S. Aegidii an. 1538.

PRAECENTOR, *qui vocem praemittit in cantu*, Iſidoro lib. 7. Orig. c. 11. Primus Cantorum in Eccleſia, qui Cantoribus praeeſt: dignitas Eccleſiaſtica in Cathedralibus, vulgo *Préchantre.* Honorius Auguſtod. lib. 1. cap. 17. *Praecentor, qui cantantes voce et manu incitat, eſt ſeruus, qui boues ſtimulo minans dulci voce bobus inhiat. Praecentor*, ſeu *Armarius*, in Monaſteriis idem munus obit, quod Praecentor in Eccleſiis Cathedralibus. De hoc officio multa habet Vdalricus lib. 3. Conſuetud. Cluniac. cap. 10. Adde Monaſticum Anglic. tom. 1. pag. 299. PRAECENTOR TABVLARVM, officium Monaſticum, qui *tabulis officialibus* praeerat. Ingul-

Ingulphus: *Praecentori tabularum ac eius assignationibus in Choro tam Abbas et Prior, quam tota caetera Congregatio humiliter obedias.* Vide *Tabula* 5.

PRAECENTORIA, dignitas Praecentoris, apud Arnulphum Lexouiensem in Epistola pag. 50. et in Charta an. 1232. in Tabul. Gellon. Eadem PRAECENTVRA dicitur apud Hugonem Flauiniacensem pag. 261. Charta Evrardi Ambianens. Episcopi an. 1218. qua *Praecentoriam* erigit in sua Ecclesia. PRAECENTRIA, in Monasteriis Sanctimonialium. Vide Statuta Ordinis de Sempringham pag. 767. PRAECENTRIX, eodem sensu, in Sententia arbitrali an. 1221.

† PRAECENTORIATVS, praecentoris officium et dignitas. Gall. Christ. t. 6. Instr. p. 390.

PRAECEPTA, *Praeceptoris* beneficium, vel officium. Charta a. 1527. apud Rymer tom. 14. pag. 197. V. *Praeceptor.*

PRAECEPTALIS PAGINA, diploma regium, idem quod infra *Praeceptum.* Charta Henrici II. a. 1008. inter Instr. to. 3. nouae Gall. Christ. col. 149. *Praeceptalis sanctio*, in Charta Caroli M. apud Torrig. de Crypt. Vatican. edit. 2. pag. 508. *Praeceptalis ordo*, in Priuil. Rodulphi Reg. Fr. an. 925. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 280. *Praeceptalis auctoritas*, in Charta Henrici Imper. an. 1041. apud Calmet. inter Probat. to. 1. Hist. Lotharing. col. 417. *Praeceptaria authoritas*, eadem notione, in Charta Vgonis et Lotharii Reg. Ital. an. 932. apud Eccardum in Orig. famil. Habsburgo-Austr. pag. 151. *Praeceptalis titulus*, in Charta ann. 1014. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 190.

PRAECEPTARE. (1) Praecipere, praeceptum dare. S. Gerardus Abb. Syluae Maior. in Vita S. Adelardi cap. 9. (2) † TERRAM PRAECEPTARE, praecepto s. diplomate regio concedere, confirmare, apud Murat. t. 1. Antiq. p. 965.

PRAECEPTARIVS, V. in *Praeceptalis.*

PRAECEPTIO, vt *Praeceptum*, V. in hac voce.

† PRAECEPTIVE, praecipiendo, in Annal. Victor. Ms.

PRAECEPTOR, Dominus, Princeps, supremus Magistratus. Willelmus Tyrius lib. 20. c. 31. de Assassinis: *Magistrum solent sibi praeficere, et eligere Praeceptorem, quem . . . . Senem vocant.* Vincentius Beluac. lib. 31. cap. 93. *Assassini et eorum Praeceptor Vetulus de Montanis.*

PRAECEPTORES PALATII, qui alias *Comites Palatii.* Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. cap. 31. Vita S. Aldrici Episcopi Cenomanensis cap. 9. apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti: *Super quibus iocundatus Imperator Augustus, eum Praeceptorem Palatinum instituit, vt vita Imperialis Aulae, et maiora negotia sua discretionis arbitrio definirentur.* Vide *Praecentor.* Quo postremo loco *Praeceptorem* Mabillonius interpretatur Cancellarium, seu conditorem regiorum diplomatum, quae pleraque *Praecepta*, vt infra dicetur, vocabant. Sane Aldricus Pippini Aquitaniae Regis Cancellarius fuit, vt inuenitur in binis litteris quas Labbeus refert in Miscellaneis curiosis. Posset et *Praeceptor* hic intelligi Praefectus scholis palatii; sed verum Aldricus hanc obtinuerit dignitatem, alibi non legitur. PRAECEPTORES appellati videntur Abbates, in Charta Fulquini ann. 950. apud Miraeum tom. 1. pag. 141. Hinc Monasteria quae Abbatis Cluniacensis iurisdictioni subiiciebantur, Cluniacum monasterium dicebantur habere *Praeceptorem* et *Vicarium.* Charta an. 948. inter Instr. t. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 296.

PRAECEPTORES, dicti apud Hierosolymitanos et Templarios Milites, domorum, quas in prouinciis possidebant, Procuratores, quos Galli *Commandeurs* dicunt. Iacobus de Vitriaco in Histor. Hierosol. c. 65. Sed non idem fuit hac in re totius Ordinis vsus: *Praeceptores* enim alicubi a Procuratoribus, Gallice *Commandeurs,*

deurs, diſtinctos iisque ſuperiores fuiſſe, certo efficitur ex Tabular. Prioratus S. Ioan. Toloſ. eiusd. Ordin. Et quidem eo potiſſimum nomine nuncupati apud Templarios Magni Priores cuiusque Prouinciae, penes quos ſumma erat in eorum Prouincia poteſtas. Charta ann. 1183. ex Archiuis Prioratus S. Egidii Arelat. Neque vero haec vox Templariorum propria fuit: occurrit enim alibi eodem ſenſu, ſcilicet pro quouis adminiſtratore ſeu procuratore rei alterius. Charta an. 1305. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 162.

PRAECEPTORIA, Praedium *Praeceptori* aſſignatum: *Commenderie.* Vide tom. 2. Monaſt. Anglic. pag. 546. et ſeqq. V. *Praecepta.*

PRAECEPTORIAE LITERAE, dicuntur in Iure Canonico, eae, quibus praecipitur a Summo Pontifice, vt vacans alicui conferatur Beneficium. Earum formulam recitat Franciſcus Florens in Decret. Greg. IX. pag. 73. 74. Vita MS. S. Gaugerici Epiſcopi Camerac. lib. 1. cap. 10. *Deinde vero Rex eum datis comitibus cum Praefunctoria Epiſtola ad Egidium metropolitanum ſedis Remenſis Epiſcopum honorifice dednci praecipit, vtque ab ipſo iuxta ſanctorum Canonum inſtituta Sacerdos quidem et Pontifex quam decentiſſime ordinaretur.* Vbi legendum cenſuerim *Praeceptoria.*

PRAECEPTVM. (1) Diploma Regium, Charta Regia. *Praeceptum Imperiale*, in l. 3. Cod. Th. de inceſt. nupt. l. 2. de operib. public. Abbo Floriacenſis in Canonib. cap. 6. *De Praeceptis regalibus et imperialibus: Glorioſiſſimorum Regum potentia ſtabile firmumque eſſe voluit, quidquid vel opere praecipiendo conſtituit, maxime vtilitatem Eccleſiae ſuarum procerum ſuggeſtionibus ratum eſſe indicauit, etc.* Et cap. 7. *Sunt Praecepta regalis, id eſt imperialis iuſſionis auctoritate roborata, quibus conſentiunt Romanorum Pontificum priuilegia ſub excommunicationis anathemate decreta.* PRAECEPTIO, eadem notione, in Charta Caroli M. apud Meurisſium in Epiſcop. Metenſib. pag. 185. PRAECEPTVS, eodem intellectu. Placitum ann. 867. ex Tabular. S. Tiberii. *Praeceptum* vero ſeu *Praeceptio* maxime dicebatur Diploma a Rege ad Metropolitanum miſſum, vt virum a ſe probatum et electum in Epiſcopum ordinaret; eius formula habetur apud Marculfum lib. 1. form. 5. PRAECEPTVM DENARIALE. Charta manumiſſionis quae per excuſſionem denarii fiebat. Vide eumd. Marculf. ibid. form. 22. et ſupra in *Manumiſſio.* PRAECEPTVM dicitur Epiſtola Gregorii M. ab ipſomet Pontifice lib. 12. Neque id Pontificum Romanorum proprium erat. Exſtant quippe nonnulla aliorum Epiſcoporum *praecepta;* eiusmodi eſt *Praeceptum* ab Ennodio Epiſcopi Ticinenſis nomine ſcriptum, cuius meminit Mabill. Diplom. pag. 4. *Praecepta* ſeu *mandata* dicta eriam Parlamenti decreta, quibus pedaneis iudicibus quae in ſuis iudiciis et aſſiſiis obſeruanda erant, praeſcribebantur. Quid inter *Areſtum* et *Praeceptum* interſit, vide in *Areſtum 1.* Eodem nomine interdum donata Curiae inferioris ſententia. Litterae Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1292. to. 3. Ordinat. pag. 611. (2) † Monitum, inuitatio ad preces fundendas, quae inter miſſarum ſolemnia fieri ſolet. Ordinar. Mſ. S. Petri Aurenevall.

PRAECESSOR. (1) Epiſcopus, Praeſul, in Chronico Walciodorenſi. (2) Deceſſor, prior. Concil. Toletan. XVI. inter Hiſpan. tom. 2. pag. 746. PRAECESSVS, eadem notione. Charta ann. 1076. in Chartul. Aptenſi fol. 62.

PRAECIAE, *Qui a Flaminibus praemittebantur, vt denunciarent opificibus manus abſtinere ab opere, ne, ſi vidiſſet ſacerdos facientem opus, ſacra polluerentur.* Feſtus. Vnde Apuleius Metamorph. lib. 11. *Praeciae, qui facilem ſacris viam dari praedicarent.* Iidem qui *Praecinnitatores*, vel potius *Praeclamitatores* eidem Feſto dicuntur.

PRAECIAGIVM, pro *Preciagium*, V. *Preſiagium.*

PRAE-

PRAECIDANIVS, Praecedens. Acta S. Rumoldi tom. 1. Iulii pag. 265.

PRAECINCTA. (1) PRAECINCTVM, ambitus, fines ac limites, intra quos locus quispiam *praecingitur*, concluditur. Vita S. Frontonii in Vitis Patrum n. 8. *Et abierunt per viam iuxta Praecinctum montis, euntes soli.* Vbi quaedam editiones habent *praecinctorium*. Charta Vindiciani Episcopi Cameracensis apud Miraeum in Diplomat. Belg. lib. 1. cap. 5. *Non aliquis praesumat in his, quae diximus, aut in villis inibi pertinentibus Praecinctum habentibus, inferre aliquam molestiam.* V. *Procinctus* 2. (2) † Grauida, praegnans, in Ch. Mf. a. 1242. V. *Incincta*.

PRAECINCTI, vnde dicti milites Vulcatio Gallicano in Avidio, a cingulo militari quo praecinguntur: *Sed vide ne tibi et liberis tuis non bene consulas, quum tales inter Praecinctos habeas, quales milites libenter audiunt, libenter vident.* Haec post Carolum de Aquino in Lex. milit.

PRAECINCTORIVM. Vestis sacerdotalis. In veteri Missa, ab Illyrico edita, habetur oratio ad *Praecinctorium*, cum illud scilicet induit Episcopus, sacra facturus: *Praecinge me, Domine, virtute, et pone immaculatam viam meam.* Vbi Cardinalis Bona *Praecinctorium* esse ait, quod Honorius lib. 1. cap. 206. *subcingulum* siue *subcinctorium* vocat, solumque Romanum Pontificem eo vti, cum solemniter celebrat, esseque instar parui cuiusdam manipuli, e sinistro latere pendens: illudque videri, quod Graeci ἐπιγονάτιον vocant, formae quadrangularis palmi et dimidii ex vtroque latere, quod e zona appensum gestatur, et solis Episcopis ratione dignitatis permittitur. Interdum nihil aliud videtur fuisse *Praecinctorium* quam linteum quo pontifex praecingebatur. Ita accipienda haec vox in Pontificali Eccl. Bisunt. apud Marten. de ant. Eccles. Discipl. p. 311.

PRAECINCTVRA, exactio, teloneum, vectigal. Charta Otheboldi Abbatis apud Duchesnium in Histor. Limburgensi pag. 25.

PRAECIPITARIA, PRAECIPITATORIA, aries, machina bellica, quae muros praecipitat et diruit: pro *petraria*. Matth. Paris. ann. 1242. pag. 396. *Ipsi igitur dictum Castrum solito acerbius impugnantes, tam truculenter, tam infatigabiliter erectis mangonellis flagellarunt, compositis petrariis dissiparunt, compactis Praecipitariis impegerunt, etc.* Idem an. 1248. pag. 502. *Muros et castra ciuitatis mangonellis, petrariis, et Praecipitatoriis vndique erectis flagellarunt.*

PRAECIPITIVM. (1) Ipsa praecipitatio, in Concilio Braccarensi an. 593. cap. 16. praesertim poena *praecipitationis*, qua reus sententia iudicis de excelso aliquo loco praecipitatur, olim recepta, vt obtenuatum a Petro Fabro lib. 1. Semestr. cap. 18. lib. 2. cap. 7. IN PRAECIPITIA IACTARI, apud Iulium Firmicum lib. 3. cap. 5. Concilium Braccarense 1. cap. 16. *De his qui sibi mortem violentam inferunt per Praecipitium.* (2) † Machina bellica quae lapides proiicit. Tract. Mf. de re milit. et mach. bell. (3) † Prolapsio, ruina. Form. Instr. Mf.

PRAECIPVISSIMVS, Titulus honorarius Comiti et Abbati concessus, in Chartular. S. Vandreg. to. 2. pag. 2060.

PRAECIPVITAS, PRAECIPVVM, vox forensis, Ius praecipuum, quidquid a parentibus alicui e liberis, vel a coniugibus sibi inuicem datur praerogatiuo iure, Gallice *Préciput, avantage*. Donatus Aeneid. 5. v. 249. *Praecipuum* definit, *Quod praeter communionem singulis proprio nomine deputatur*. *Praecipuum* etiam dicitur, inquit Brissonius in verb. signif. *quod neque in collationem neque in diuisionem venit.* Apud Normannos *Praecipuum* praeterea vocatur ea hereditatis pars quae primogenito praeter praecipuum feodi manerium assignatur; quod *Preclotures* appellant Consuet. Santonensis art. 95. Inculisin. art. 88. et *Clotures* nude Trecensis

censis art. 4. Vitriac. art. 55. V. *Avantagium* 2.

† PRAECISA, sententia, iudicium, t. 9. Ordin. reg. Fr. p. 600.

† PRAECISE, omnino, prorsus. Ch. Mt. a. 1264.

PRAECLARARE, praecellere, enitere, praeclarus fieri. Charta Iohannis Francorum Reg. pro capella S. Yvonis.

PRAECLARISSIMVS, Titulus honorarius interdum Episcopis concessus, vt colligitur ex Charta ann. 1129. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 34.

PRAECLAVA, PRAECLAVIVM, πραυφή, *Praetexta*, in Gloss. Graec. Lat. Nonius: *Praeclauium, pars vestis, quae ante clauium texitur.*

PRAECLVIS, *Inclytus, valde gloriosus*, Papiae. Nizo Abbas in Vita S. Balini Archiep. Treuir. n. 4. *Cruit pujio Praecluis, fuorum natalium, vitae dulcedo pariter et gloria. Praecluentissimus*, in Translat. S. Auguſt. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 439.

PRAECLVVS, eadem notione, apud Mabill. tom. 3. Annal. pag. 297.

PRAECLVERE. Auſpicius Epiſcopus Tullenſis ad Arbogaſtem Comitem: *Et geminato lumine ſic Praecluis omnibus.* Vtitur etiam Terentianus Maurus:

Et qui venuſta Praecluens comoedia.

V. *Cluere.*

PRAECO. (1) Praetor, ſeu iudex vrbanus, *Maior*, Gallis *Maire*. Charta an. 1048. apud Beslium pag. 430. *Ipſe etiam Abbas habet in villa credentiam 15. diebus: habet etiam Praecones in villa, etc.* Speculum Saxon. lib. 3. art. 55. 61. Vbi *Praecones* iſti, quos Saxones *Frenbotten* vocant, ſunt minores Scabini, vt obſeruat Gryphiander in Wichbildis Saxonicis cap. 57. V. *Popraco.* (2) Concionator, in Charta an. 1208. V. infra in *Praeconare.* (3) Apparitor, viator, Italis *Commendador*, Gallis *Serjent*: in Statutis Venetis a. 1242. lib. 1. cap. 14. Ita *praecones*, pro iis, quos *ſeruientes* dominicos, ſeu *Sergeans de Seigneurie* appellant Galli, vſurpat Regeſtum Caſtri-Lidi in Andibus f. 48. *Praeco de Suſa debet hominium et ligeriam Domino Suſae, etc.* (4) PRAECO VINI, qui vinum vendle proclamat, Gall. *Crieur de vin.* Huic ſua erant iura a praeconis publici priuilegiis diſtincta. Apud Bituricas duodecim eiusmodi praecones inſtituti erant, quibus ſuus erat praefectus. Charta an. 1141. apud Thomaſſerium in Biturigib. p. 61. V. *Clamator.* (5) Circulator, in Canonib. Hibern. lib. 42. cap. 15. (6) Simulator, Gall. *Bouſe-feu.* Iuo Carnot. Epiſt. 192.

PRAECONABILIS, Praedicabilis, praedicandus. S. Eulogius lib. 1. Memor. Sanct. *Praeconabili ſtylo.* Idem in prooemio Documenti Martyrii.

PRAECONARE. (1) Praedicare, extollere, Gall. *Préconiſer.* Gloſſ. Graeco-Lat. κηρύσσω, *Praecono, praedico.* Martianus Capella lib. 17. *Ingreſſuros etiam cunctos nominatim vocabat, ſuma Praeconans.* S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanct. *Soluite diuinis laudibus era, ſummique Redemptoris beneficia extollentes, Praeconate et dicite, etc.* (2) PRAECONARI, declarare, pronunciare. Chron. S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicilegii pag. 375. (3) PRAECONARE, proclamare. Chron. Bergom. ad an. 1593. apud Murator. to. 16. col. 877. V. in *Crida.* (4) Cantare, vel recitare. Mirac. S. Auguſt. Cantuar. tom. 6. Maii p. 403. (5) PRAECONARI, alia notione. Anonymus lib. 4. de Miracul. S. Benedicti c. 12. *Quidam ruſticus, dum Sacerdote ex more Praeconante, audiſſet celebrem ſolemnitatem tranſlationis patris Benedicti annuntiari, ... parui pendens eiusdem praeceptum Sacerdotis, qui inſtetit omnes parochiales ſuos eſſe feriatos, ſtatuit eo die agriculturae operam dare, etc.* Vbi *Praeconari* eſt quod Galli dicunt *Faire le Prône*: adeo vt non tam improbanda ſit Salmaſii ſententia, quam arrigit Cangius in Deſcript. Aedis Sophianae num. 81. qui poſtremam hanc noſtratem vocem a *praeconium* deducendam putauit. Certe ea notione *Praeconari*, pro con-

concionari, occurrit in Sententia Nauarri Epiſc. Conferen. an. 1208. apud Marten. to. 7. Ampliſſ. Collect. col. 93. *Abbatis praeconem obmutescere facientes, alium qui quotidie Praeconaretur, auctoritate conſulum et populi creauerunt.*

PRAECONATIO, vaticinium, praedicto, in Guidonis Diſcipl. Farf. cap. 49.

PRAECONATVS. (1) *Maieratus*, Gall. *Mairie*. Tabular. S. Bertini ch. 109. (2) *Praeconis* officium. Statuta Maſſil. lib. 1. cap. 39. (3) Idem q. *Praeconatio*, vaticinium, t. 2. Mail p. 144.

PRAECONCEDERE, prompto animo concedere. Bulla Iohannis XXII. PP. an. 1322. in Bullar. Carmel.

PRAECONFORTARE, corroborare, fortem reddere. Hildebertus in Vita B. Mariae Aegyptiacae to. 1. April. p. 84.

† PRAECONIA, *praeconis* ſ. apparitoris officium. Correct. Statut. Cadubr.

PRAECONIALE, praeconium, laus. Vita S. Wolbodonis tom. 2. April. pag. 858.

PRAECONIARIVS, idem qui *Praeco vini*, in Litteris Ludouici VII. Reg. Franc. ann. 1168. tom. 1. Ordin. pag. 16.

PRAECONICVS, V. *Praeconius*.

PRAECONIOSVS, honorificus, glorioſus. Guibertus in Vita ſua lib. 2. cap. 2.

PRAECONISARE, PRAECONIZARE. (1) Vaticinari, praenunciare. Vitae Abbatum S. Albani. (2) Promulgare, bannum indicere, denunciare. Statuta Edw. I. Regis Angl. an. 1283. apud Rymer. to. 2. pag. 862. (3) Praeconis voce cauſam condemnationis alicuius rei declarare. Id moris a Romanis accepimus, apud quos iſtud erat praeconis inter caetera officium, vt lictoribus de damnatis poenas exigentibus, earum elogium pronuntiaret, legesque timendas populo inculcaret. Vnde iſtud Horatii Od. 4. lib. 1.

Sectus flagellis hic triumuiralibus
Praeconis ad faſtidium.

Charta an. 1276. to. 1. Hiſt. Dalph. pag. 25. col. 2. (4) Interdum *Praeconizare* eſt in ius citare; vocare, praeſertim cum illud fit publice promulgari ne. Charta apud Lobineau to. 2. Hiſt. Britan. col. 1618. *Et ibidem fuit voce proclamatus et Praeconizatus nobilis vir Olinerius de Quelen . . . cui Praeconizationi comparuit ibidem nobilis vir Cosmas de Pontquellec.* (5) PRAECONIZARI dicebatur dominus alicuius loci, cum eo adueniens; vexilloque eius in loco eminentiori appoſito, praeconis voce dominus proclamabatur. Enumeratio iurium Comit. Biterr. in ciuitat. Albienſi an. 1252.

PRAECONISATIO, PRAECONIZATIO. (1) Praeconium, criminis et iudicii per praeconem denuntiatio, bonorum alicuius praeconium, atque etiam quaeuis publicatio. Charta an. 1276. to. 1. Hiſt. Dalph. p. 24. *Item dicit quod Praeconiſationes iuſtitiarum conſueuerunt fieri ad mandatum Correariorum; aliae vero Praeconiſationes fiebat ſuas et fieri conſueuerunt nomine Archiep. et Comitum, excepta Praeconiſatione miraculorum, quae ſolum habent fieri per Archiepiſcopum. Item quod Praeconiſationes ponuntur et conſueuerunt poni per curiam Archiepiſcopi.* Edictum Iohannis Reg. Franc. an. 1362. to. 3. Ordinat. pag. 606. *Impedierunt et perturbauerunt tam circa precepta et Preconizationes penales, etc.* V. *Crida*. (2) Quod propter *praeconizationem* domino exſoluitur. Charta an. 1348. ex Schedis Praeſid. de Mazaugues. (3) † PRAECONISATIO ARMORVM, conuocatio ad arma, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 663.

PRAECONIVS, ad praeconem ſpectans. *Voce praeconia diuulgare*, id eſt, per Praeconem, in Charta an. 1314. *Praeconica vox* apud Laurent. Byzin. de Orig. belli Huſſit. t. 6. Reliqu. MSS. Ludewig. pag. 154.

PRAECONIZARE, PRAECONIZATIO, V. *Praeconiſare*, *Praeconiſatio*.

PRAE-

PRAECONTRACTVS, contractus praecedens, praeuius. Charta ann. 1598. apud Rymer. tom. 16. pag. 331.

PRAECOQVVS, prudens. Gerardus in Vita S. Vdalrici saec. 5. Bened. pag. 422. *Quo susceptο* (Camerarii officio) *et aliis secundum suam dignitatem beneficiis, sicuti Praecoquus erat, in omnibus prospere agens, de die in diem proficiebat.*

† PRAECORDIALIA, praecordia, tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 581.

PRAECORDIALIS, intimus. Conradus in Epist. ad Porphyrog. Comnenum apud Murator. tom. 6. col. 660.

† PRAECORDIALISSIMVS, amicus ex animo, in Ch. Mf. a. 1389.

PRAECORDIALITAS. Impensus amor, intimus affectus, apud Engelbertum de S. Mariae virtutibus, to. 1. Anecd. Pezii part. 1. col. 558.

PRAECORDIALITER, toto corde, ex intimo affectu, in Litteris Henrici III. Regis Angl. an. 1262, apud Rymer. to. 1. pag. 748. *Praecordialius, ardentius, vehementius*, in Lexic. Philosoph. Goclenii.

PRAECORDIARE, destinare, eligere. Conc. Trevir. an. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 235. *Ad hoc enim Deus Praecordiavit episcopos ut iniustitias removeant, praesumtiones abscindant.*

PRAECORDIARI, *gaudere, laetari*, apud Ioann. Diac. in Actis S. Isidori Agricolae n. 21.

PRAECORDIVM, numero singulari, non semel occurrit apud vet. interpretem Epistolae S. Barnabae, vbi Graeca habent *καρδία*.

PRAECVLA, *machina*, apud Laur. in Amalth.

PRAECVRSVS. V. *Percursus*.

† PRAECVSTODIRE, praecauere, in Leg. Polon. t. 1. p. 235.

PRAECVTORIVM, f. Promontorium. Carpesanus Comment. suorum temporum apud Marten. to. 5. Ampliss. Collect. col. 1253. *Alii, quia pars eius* (Aprutii) *Praetutorium quondam esset, corrupto nomine pro praecutio, Aprutium dictum volunt.*

PRAEDA. (1) Praedator, qui *praedam* exercet, Gall. *Pilleur*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edic. Hearnii cap. 60. pag. 164. *Ne Anglicis Praedae succumberent, ad propria redire curabant.* (2) PRAEDAM VASTARE. Lex Alamannorum titulo 25. *Si homo aliquis gentem extraneam infra provinciam inuitauerit, vbi Praedam vastet hostiliter, vel domos incendat, etc.* Ita editio eiam Heroldi; at Tiliana habet: *Praedia vastet, etc.* (3) PRAEDAS GERERE, praedari, *κρεοδοτεῖν*, apud Anastas. in Histor. Eccles. p. 54. *Praedas facere*, in lib. 2. Capitul. cap. 15. *Agere*, in Capitul. Karlomanni tit. 3. c. 11. *Praedam prendere*, in Tabul. S. Albini Andegau.

PRAEDA DIABOLICA dicitur mulier rapta, in Capitul. Caroli C. tit. 3. cap. 5. PRAEDA STRAGICIOSA, quae ferro et incendio fit. Chron. Domin. de Greuina apud Murator. tom. 12. col. 602. (2) PRAEDA VIVA, († pecus, armentorum grex, Gall. *Proie.*) Florentinus Wigornienſis an. 1038. *Pedestres in flumen .... nauibus deuehuntur: equestres vero vinam Praedam per terram minantur.* † PRAEDA, nude, in Litt. remiss. Mf. an. 1352. (5) PRAEDA, pro *Praeda*, V. in hac voce.

† PRAEDABILIS, dicitur de re quae rapi potest, t. 9. Collect. Hist. Franc. p. 81.

† PRAEDAGIVM, vectigal ex *praediis* seu pecudibus perceptum. Ch. Mf. a. 1405. V. *Praeda* et *Praegium*.

PRAEDANVS, *De praelio existens*. Laur. in Amalth. ex Cathol. Iohan. de Ianua.

PRAEDARE. (1) Pro Praedari, in Vitis Patrum Emerit. inter Concil. Hispan. tom. 2. pag. 652. (2) Semper dare, ap. Caelium Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 14.

PRAEDARIA. Charta Guillelmi Marchionis Montisferrati an. 1156. apud Guichenonum in Bibl. Sebus. Cent. 1. c. 93. *Vel a praefatis omnibus exigere placitum, districtum, bannum, fodrum, albergariam, Praedariam, arimanniam, angariam, etc.* Haud infre-

infrequens eſt tributa inſolitis vocibus deſignare: eo fortean nomine nuncupabatur praeſtatio, quae a ſubditis domino, vt eos a praedonibus defenderet, penſitabatur.

PRAEDARIVS, *Praebens auxilium*, Gloſſ. Iſid. Non male omnino *Pedarius* in Excerptis. Emendat Martinius, *praebendarius*, niſi *Praedarius* dictus ſit qui ad *συμμαχίαν* vocatur ſub ſpe praedae partiendae.

PRAEDATORIE, Praedonum more. Rolandinus de factis in marchia Tarui. apud Murator. to. 8. col. 330.

PRAEDECARIVS. Charta Widonis Imper. an. 892. apud Vghell. to. 2. Ital. ſacrae pag. 121. *Ita vt auctoritatis noſtrae praecepto firma et ſtabilia maneant, cum Cancellariis, quos perpetua et ingi conſuetudine temporibus anteceſſorum Epiſcoporum praedicta Eccleſia de Clericis ſui Ordinis adſcribendis ſuae poteſtati libellos et Praedecarios habuit, etc.* Pro *precarios*, vt videtur.

PRAEDECESSIO FAMILIAE dicitur de maioribus qui praeceſſerunt, in geſtis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 111.

† PRAEFERRE, anteferre, in Stat. eccl. Tull.

PRAEDEIRA, machinae oppugnatoriae ſpecies, *petraria*. Caffari Annal. Genuenſ. apud Murator. to. 6. col. 262. Eadem quae PRAEDERIA dicitur a Rolandino lib. 12. de factis in marchia Taruiſ. *Impugnaverunt locum et inimicum, nunc aedificiis et trabacchis, nunc Praedeiris et baliſtis.* V. *Predoria*.

PRAEDELLA, vox Italica, Gradus ligneus altaris, ſuppedaneum, ſcamnum. Viſitat. Boſſii Epiſcop. Nouar. inter Acta SS. tom. 3. Mart. p. 51.

† PRAEDEMORI, mori ante, in Ch. a. 1342.

PRAEDERIA, vt *Praedeira*, V. in hac voce.

† PRAEDESIGNARE, praemonſtrare, t. 2. Script. rer. Boic. pag. 529.

† PRAEDESTINARE, ſ. pro *praedeſtinare*, in Prob. t. 2. Annal. Praemonſtr. p. 382.

PRAEDETESTATIO, protectio, tutela, ap. Murat. tom. 3. Antiq. p. 41.

† PRAEDIALIS, praediatorius, ad praedia pertinens, in Ch. Mſt. an. 1337.

PRAEDIATOR, *ὑπὲρ ὑπαιχόντων ὑπέρ φόρου δήμου ἐνδεδεμένος*. Gloſſ. Lat. Graec. Error praediorum. Ibidem: *Praediatores*, *χωρεμάται*, id eſt, qui praedia poſſident. Idem itaque *Praediator* qui

PRAEDIATVS, praediorum dines, apud Baldricum Nouiom. l. 2. Chron. Camerac. cap. 32. 38. Ioanni de Ianua *Praediatus* dicitur *Deus praediorum, ſcilicet Saturnus*.

PRAEDICABILIS, praedicandus, laudandus, in leg. 2. 7. Cod. Th. de Famoſ. libell.

PRAEDICAMENTVM, Concio ad populum, Gall. *Predication*. Charta an. 1423. in Tabular. B. M. de Bono-nuntio Rotomag.

PRAEDICANTIA, V. mox in *Praedicatio*.

PRAEDICARE, verbum facere ad populum, concionari in Eccleſia, Gallis *Prêcher*. Concilium Vaſenſe II. cap. 2.

PRAEDICATIO, concio ad populum. Meſſianus in Vita S. Caeſarii Arel. PRAEDICANTIA, eadem notione. Memoriale Poteſt. Regienſ. ap. Murator. tom. 8. col. 1107. Interdum nude pro Exhortatio. Chron. Petri Azarii apud eumdem tom. 16. col. 378. *Sed amplius non erat locus Praedicantiae, immo correctioni.* PRAEDICATVRA, munus concionandi. Meiſterlinus Hiſt. Rer. Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 145.

PRAEDICATOR, pro epiſcopo, non ſemel apud Avitum Vienn. Epiſt. 47. et alibi. PRAEDICATORVM Ordo inſtitutus a S. Dominico, de cuius origine et initiis, prae caeteris Guillelmus de Podio Laurentii de Bellis Albigenſium cap. 10. V. *Iacobitae* 2. PRAEDICATORES GENERALES appellant Dominicani Magiſtros in Theologia, et qui per Priorem Prouincialem et Definitores Capituli Prouincialis fuerunt inſtituti, etc. Conſtitut. Fratrum Ordin.

lin. Praedic. diſt. 2. c. 7. PRAEDICATORES MINORES, Franciſcani. Statuta Eccl. Valent. inter Concil. Hiſp. to. 3. p. 511. PRAEDICATORES, inter ariolos et veneficos recenſiti, in Iudiciis ſacerdot. de criminib. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 32. *Si quis ariolos, id eſt, ſortilegos, Praedicatores, vel herbarios venerautrit, aut ecnus fuerit, tribus annis poeniteat et eleemoſynas faciat.* Vbi ii videntur indigitari qui per vicos vagantur populum phaleratis verbis neſcantes vt medicamenta ſua venalant, Gallis *Charlatans.*

AEDICATORIVS, concionator, qui verba facit ad populum. *Catheira praedicatorii*, ſuggeſtum concionarium, in vet. Ceremon. MS. B. M. Deauratae Toloſ.

AEDICATVRA, V. *Praedicatio.*

AEDICTOR, qui futura praedicit. Gregor. Turon. in Vita S. Ariſtii apud Mabillon. Analect. t. 4. pag. 19.

PRAEDILIGERE, malle, in Ch. a. 1308.

PRAEDIOSVS, praediatorius, in Bulla a. 1152.

AEDITVS, praelatus. Veteres Gloſſae: *Praeditus, probatus, antepoſitus.* Gloſſ. Graec. Lat. πρόεσις, *Praepoſitus, praeditus.* πρόεσται ἀρχῆς, τοι ἄξιοι, *Praeditus eſt.* Ita emendant viri docti pro *praeductus.* Gloſſae antiquae MSS. *Praeditus, ornatus, ſublimatus.* Apuleius de Deo Socratis: *At ubi vita edita, remeandum eſt eundem illum, qui nobis Praecitus fuit, raptare illico et trahere eluti cuſtodiam ſuam ad iudicium.* Vitur etiam aliis locis.

AEDIVISVS, praedictus, praefatus, a Gall. *Deviſer.* Charta ann. 1279. in Chartular. S. Vandreg. to. 1. pag. 92. V. *Deluſatio.*

AEDIVM CANATVM, *fuit proprium in quo fuerunt cellulae*, etc. Iro Caſatum, in Vocabul. vtriusque iuris. V. *Alodis.* PRAEDIA ORMENSIA, vel *Formeſia*, V. ipra *Forma* 12.

AEDOLATVS, V. *Praedulati.*

† PRAEDOMINIVM, ſupremum dominium, in Ch. a. 1170.

† PRAEDOMITVS, indomitus, intractatus, in Inſtr. a. 1311.

PRAEDONICVS, ad praedones vel praedam pertinens, praedatorius. Inquiſitio Curiae Reg. Aprenſis an. 1314. ex Schedis D. de Remerville.

PRAEDOSVS, praedatus. Chron. Patav. ad an. 1259. apud Murator. to. 8. col. 704.

PRAEDVCTAL, πυραύγαφος, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. Stylus vel plumbum, quo lineae praeducebantur in membrana ad ſcripturam dirigendam. V. Salmaſium ad Solinum p. 643.

PRAEDVCTVS *eſt*, πρόεσται ἀρχῆς, ἤτοι ἄξιος, in Gloſſ. Graec. Lat. Rurſum: πρόεσμαι ἀρχῆς, *Praevero.* πρόεσμενος, *Praepoſitus.* V. *Praeditus.*

PRAEDVLATI SOLIDI, ſeu *Praedolati.* Leo Oſtienſis lib. 1. cap. 28. *Lando et Adelmarius Gaſtaldei eius exportaverunt ſolidos Praedulatos duo millia.* Ignotus Caſinenſis cap. 10. *Sufulit idem Siconolfus Praedolati ſolidos duo millia.* V. *Praeteſtati* et *Poſtulatus.*

PRAEDVS, praedium, campus, vel pratum. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiquit. Bened. Pictau. MSS. p. 219. V. *Prada* et *Pratus.*

† PRAEDVX, dux, in Ep. a. 876.

PRAEEVITATIO DISCRIMINVM, periculorum diligens et prudens animium fuga. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 22. p. 51.

PRAEFAMEN, praefatio, praeloquium. Vita Marſilii Ficini tom. 1. Amoenit. litter. pag. 83. Vtitur Symmach. lib. 2. Epiſt. 34.

PRAEFASCINIVS, πάνυ βάσκανος. Gloſſ. vet. apud Martin. Id eſt, omnino faſcinator.

PRAEFATIO, Pars Miſſae, ſeu Liturgiae ſacrae: ſic dicta, quia eſt praelocutio totius orationis ſecuturae, et ad ſacrificium praeparatio, inquit Amalarius in Eclogis, et ex eo Durandus lib. 4. cap. 33. Addit Papias, *a Te igitur, usque ad Agnus Dei; in hac enim praeloquitur gra-*

ces

tes laudemque Deo Sacerdos, vt melius ad conſecrandum Chriſti corpus poſſit accedere. Ygutio: *Praefatio, quod praecinitur ante Sacramentum Corporis et Sanguinis Chriſti.* PRAEFATIONES, exordia, prooemia, Gall. *Préfaces, préambules*, in Charta an. 1377. ex Bibl. Reg.

PRAEFECTI AVLAE, vel *Palatii*, dicti *Maiores domus* Aulae Francicae. Hugo Flauiniac. in Chron. *Opes quippe et reddituum affluentia, regni adminiſtratio, ſeu omnia, quae vel domi vel foris agenda ac diſponenda erant, penes Praefectos Palatii, qui Maiores domus dicebantur, manebant.* Infra de Pipino: *Ex Praefecto Palatii Rex conſtitutus.* Rurſum: *Praefectorum, qui et Maiores domus dicebantur, improba licentia.* PRAEFECTI PRAETORIO dicuntur iidem *Maiores domus*, apud Symphor. Campegium lib. 4. de Orig. et Genealog. Caroli Magni fol. 11. Alii ſunt *Praefecti praetorii* memorati in Addit. 3. ad Capitul. cap. 75. *Qui in domo ſua oratorium habuerit, orare ibi poteſt; tamen non audeat in eo ſacras facere Miſſas ſine permiſſu Epiſcopi loci illius. Quod ſi fecerit, domus illius fiſci viribus addicatur. Praefectus praetorii, qui hoc cognouit, et non prohibuit, librarum auri multabitur.* Vbi is eſſe videtur qui in aula regia ius dicebat. PRAEFECTORII. Radulphus de Diceto pag. 608. vbi per *Praefectorios* innuit familiam *Praefectorum* Palatii, ſeu *Maiorum domus* Francicae, quorum dignitas *Praefectoria adminiſtratio* dicitur in Vita S. Ansberti Epiſcopi Rotomag. PRAEFECTVS HVNDREDI, in Legibus Edwardi Confeſſoris cap. 28. *Praepoſitus Hundredi*, ibidem cap. 35. vbi de eorum munere et officio. V. *Hundredus.* PRAEFECTVS PACIS, in l. 1. Cod. de Pignoribus. V. *Pax.* PRAEFECTI ROMANI, in Addit. 3. ad Capitul. c. 59. *Haec omnes Epiſcopi cuſtodiant, et omnes Praefecti Romani, et Praetores populi, et prouinciarum Praeſides, vt curent citius monachorum et ſanctimonialium lites dirimere.* PRAEFECTVS VILLAE, in Legibus Edwardi Confeſſ. cap. 28. qui ibidem *Praepoſitus villae* dicitur. V. *Villicus.* PRAEFECTVS VRBIS, in laudata Addit. cap. 84. PRAEFECTVS nude dicitur qui cohorti militum praeeſt. Cap. 1. Karlomanni an. 742. cap. 2.

PRAEFECTIANI, Apparitores, ſeu Apparitores Praefecti Praetorio, de quibus eſt tit. in Cod. Th. et Iuſtin. quorum mentio alibi in vtroque Codice non ſemel occurrit, vt et apud Ammianum, et alios.

PRAEFECTIO, Praefectura. Acta S. Euſebiae Abbat. tom. 2. Martii pag. 450.

PRAEFECTORIVS. (1) Comes. Vita S. Deicoli apud Eccardum in Orig. famil. Habsburgo-Auſtr. col. 162. (2) PRAEFECTORIAE CIVITATES, quae a *Praefectis* ſeu *Comitibus* reguntur; vel quae iis in beneficium conceſſae ſunt. Charta Ottonis II. Imp. ann. 974. apud Nicol. Zylleſium. PRAEFECTORIA DIGNITAS, comitalis. Vita B. Wolphelmi Abbat. num. 34. (3) V. *Praefecti.*

PRAEFECTVRAE. (1) In Italia vocabantur, in quibus et ius dicebatur, et nundinae agebantur, in quas *Praefecti* quotannis mittebantur, qui ius dicerent, cum magiſtratus ſuos non haberent; vt eſt apud Feſtum: quomodo ſane *Praepoſituras, Praefecturas* vocat Statutum Philippi Pulcri Regis Fr. an. 1302. pro reformatione regni cap. 10. *Si contingat, quod aliqua de Praefecturis noſtris vendatur, vel tradatur ad firmam, etc.* Mox *Praepoſitura vocatur.* V. *Praepoſiti.* (2) PRAEFECTVRAE, apud Agrimenſores, dicuntur aſſignata in alienis finibus loca, a coloniis dependentia, vt apud Aggenum de Limit. agror. quicquid perticae ſiue vniuerſitati applicitum eſt ex alterius ciuitatis fine, apud Frontinum. V. Rigalt. ad Agrimenſores, et Salmaſium ad Solinum pag. 673. (3) † Idem q. *Praepoſitura* in monaſteriis, cella ſ. obedientia monaſtica, t. 7. Gall. Chriſt. p. 221.

PRAEFECTVRIVS. Pulcharem *Praefecturium Amalfitanum*, quem etiam

Glorioſi titulo cohoneſtat, non ſemel memorat Ioannes VIII. PP. Epiſt. 39. 50. 51. 52. *Praefectus* appellatur in Epiſt. 209. *Praefectorius*, in Epiſt. 227. Iſtius Pulcharis alicubi meminit Leo Oſt. Mirac. S. Trophimae tom. 2. Iulii p. 240. *Piiſſimi quoque temporibus Pulchais Praefecturii puella quaedam, etc.*

PRAEFECTVS, V. *Praefecti.*

PRAEFERENTIA. Charta an. 1062. ex Tabulario Monaſt. Conchenſis in Ruthenis deſcripta a Iac. Petito: *Seniores vero Panatenſium dederunt decimam de ipſo manſo, et ſepulturam, et Praeferentias, et totum uſum quem ibi habebant.* Primitiarum ius, quod praeter decimas curioni debetur, ea voce deſignari innuit Tabul. Voſienſe fol. 34. V. *Primitiae* et *Proferentia.*

PRAEFERREMENTVM, praerogatiua, immunitas, priuilegium. Charta an. 1478. apud Rymer. tom. 12. p. 81.

PRAEFEX, auctor. Translat. SS. Gregor. et Sebaſt. ſaec. 4. Bened. part. 1. pag. 407. *Praefices ſceleris.*

† PRAEFIGMENTVM, *i. praeaſſatum ſ. frixum*, in Gloſſar. med. Sim. Ian.

PRAEFIGVRATIO, figura, ſeu rei futurae adumbratio. Nicolaus de Iamſilla de Geſtis Frid II. Imp. apud Murator. tom. 8. col. 498.

PRAEFIGVRATIVVS, qui rem futuram exprimit, in Imit. Chriſti lib. 4. cap. 1. num. 6.

PRAEFINGERE, praefinire. Ch. Mſ. a. 1255.

PRAEFINIRE, definire, aſſerere. Vetus Irenaei interpres lib. 1. c. 18.

PRAEFINITIVE, definitiue, omnino, ibid. lib. 3. c. 24.

† PRAEFINITVM, finis, negotii abſolutio, perfectio. Ch. a. 1109.

PRAEFINITVS, definitus, certus, apud Irenaei interpret. lib. 2. c. 24.

PRAEFORARE, prius aperire. Chron. Modoet. apud Murator. to. 12. col. 1121.

† PRAEFORIS, forinſecus, extrinſecus. Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

PRAEFVLGORVS, praefulgens. Elmham, in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 61. pag. 164.

PRAEFVNCTORIA EPISTOLA, V. *Praeceptoriae litterae.*

PRAEFVRNIVM, os furni: Gallis *Gueule du four.* Epiſt. ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 330. *Praefurnum*, apud Brechaeum in Prompt. ad Conſuet. Toloſ. tit. 1. art. 13.

PRAEFVSOR, pincerna. Gloſſ. Gr. Lat. παρακύπτης, *Meſtrinus*, *Praefuſor.* Vbi Gloſſ. Sangerm. habent *Profuſor.*

PRAEGNATVS, (1) Praegnatio, graviditas. apud Tertullian. aduerſ. Iudaeos cap. 9. (2) † Ferus quo mulier, praegnans eſt, in Teſtam. Mſ. a. 1061.

PRAEGNVS, pro Praegnans. in Lege Alemann. tit. 72. §. 3. tit. 73.

† PRAEGRATIARE, gratias agere. Ch. a. 1214.

PRAEHONORABILIS, PRAEHONORANDVS, admodum honorandus, in Charta an. 1476. apud *Madox* Form. Angl. pag. 336.

PRAEIMAGINARE, futura adumbrare. Epiſt. a. 1132. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 715.

PRAEINTRVSVS, qui re aut dignitate aliqua nullo iure poſitur. in Litteris Henrici III. Reg. Angl. an. 1219. apud Rymer. to. 1. pag. 230. V. *Intruſio.*

PRAEISA. Idem quod *Excluſa*, Gall. *Ecluſe.* Statuta Montis Regal. fol. 247. V. *Praeſia.*

† PRAEIVDICATIO, damnum, in Ch. Mſ. a. 1341.

PRAEIVDICIABILIS, PRAEIVDICIALIS, nocens, damnoſus, contrarius, Gallice *Préjudiciable.* Litterae Edwardi II. Reg. Angl. ad Reg. Franc. an. 1318. apud Rymer. tom. 3. p. 690. ACTIO PRAEIVDICIALIS, quae prius iudicanda. V. *Blount* in Nomolex. Anglic. v. *Action.*

PRAEIVDICIALITER, in *Praeiudicium* ſeu damnum alterius. Iohannes Diac. in Vita S. Gregor. M. lib. 2. num. 5.

PRAEIVDICIARE, a Gall. *Préjudicier*, Nocere, violare, laedere.

Sum-

Summaria priuileg. Eccleſ. Rom. apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1239.

PRAEIVDICIVM, damnum, Gall. *Préjudice.* Charta Iohannis Ducis Sileſiae an. 1330. apud Ludewig. tom. 5. pag. 553.

PRAEIVRAMENTVM, V. *Anteiuramentum.*

PRAELACIA, praelatus ipſe, apud Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Anglic. edit. Hearnii cap. 62. pag. 169.

PRAELATIA, dignitas Eccleſiaſtica. Ingulfus pag. 897. *Per monachos dignitatem et Praelatiarum nimium ambitioſos.*

PRAELATIO. (1) *Ius praelationis*, quo domino feudali liberum eſt, redimere praedium a feudatario diſtractum, Gall. *Droit de prélation.* Hac de re conſulendus Salvaingus de Vſu feud. cap. 20. et ſeqq. Charta an. 1543. in Tabul. S. Victoris Maſſil. V. *Praelatus.* (2) Eckehardus Minimus de Caſibus S. Galli cap. 6. (3) Tempus quo quis *praelationem* obtinet. Hiſt. Mediani Monaſt. pag. 209. (4) Dominatio, imperium. Chron. Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 624. (5) † Mendoſe pro Prolatio, t. 7. Iul. p. 299.

PRAELATIVNCVLA, beneficiolum eccleſiaſticum: ita praefectura capellae S. Clementis Compend. dicitur in Praecepto Caroli Simplicis Regis Franc. a. 919. apud Mabill. Diplom. p. 564.

PRAELATVRA. Manegoldus Decanus, apud Goldaſſum: *De omnibus Praelaturis, officiis, beneficiis, ſeu adminiſtrationibus quibuslibet Monaſterii noſtri, etc.*

PRAELATVS. (1) Magiſtratus, qui populis praeeſt. Gloſſae vett. *Praepoſiti, Antepoſiti.* Libertates Pontis Vrſonis an. 1365. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 4. p. 638. *Hanc etiam libertatem, quod de inſtitucione et marcheyo quod fiet in villa ſua, non extra placitauerint pro aliquo, donec Prelatus ſue ville deficiat.* Infra: *De diſcordia ex melleia inter burgenſes, ſi ſanguis, ante Prelatum cognoſcatur.* Ibidem pag. 640. *Dum ſedet burgenſis in placito coram Prelato, quamcumque turpitudinem coram* (contra) *Prelatum ſeu Pretorem, ſeu contra quemlibet, pro ea, ad Praetorem duodecim nummos.* Exſtat S. Valeriani liber de *Praelatis*, id eſt principibus ſaecularibus. (2) Praefectus Eccleſiae, quomodo hodie Epiſcopos vocamus, qui προεστῶτες Iuſtino Mart. *Praefidentes* Tertulliano lib. 3. de Corona cap. 3. dicuntur. Exſtat Cypriani Opuſculum *de Simplicitate Praelatorum.* Ita etiam appellantur quiuis inferioris dignitatis rectores, vt plebani et curiones. V. Lindwoodum ad Prouinciale Cant. lib. 2. Eodem *Praelati* nomine deſignati Abbates in Concilio Sueſſionenſi an. 853. cap. 5. et 6. Sed et monaſteriorum Praepoſiti ita nuncupantur. Charta an. 902. tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 836. Eadem ratione Abbatiſſae dictae PRAELATAE. Regula Sanctimonialium cap. 7. in Synodo Aquiſgranenſi. Ita etiam appellatur ſuperior fororum Poenitentium S. M. Magdalenae in Conſtitut. earumdem apud R. Duellium tom. 1. Miſcell. pag. 182. etc. (3) Probatus, dilectus. Vita S. Dunſtani to. 4. Maii p. 349.

† PRAELIABILIS NAVIS, bellica. Tract. Mſ. de re milit.

PRAELIAMENTVM, expeditio bellica, quae pro patria tuenda intra dominii fines peragitur. Charta Bonifacii IX. PP. an. 1396. apud Fontaninum Antiquit. Hortae pag. 431. V. *Hoſtis 2.*

† PRAELIBATIO, merenda, in Ch. a. 1415.

PRAELIBATVS, ſupradictus, antememoratus. Tabular. Cluniac. ann. 1019.

PRAELIMINARITER, per prooemium, in Chriſt. Mulieri Introduct. in Hiſt. Sand-Hippolyt. apud Duellium tom. 1. Miſcell. pag. 287.

PRAELIVM. (1) Facultas alicui priuato conceſſa ſibi ius faciendi, atque ex alio alterius iurisdictionis, ſibi rectum denegante, recipiendi, etiam per vim, quidquid poterit; idem quod *Repraeſaliae.* Statuta Maſ-

sil. lib. 2. cap. 30. V. *Pignorantia*. (2) PRAELIVM PARTICVLARE, certamen, velitatio, apud de la Flamma tom. 12. Murator. col. 1001. V. *Hostis* 2. (3) † BELLVM, in Inuent. Chartar. reg. a. 1482.

† PRAELLA, ludi genus apud Italos, in Stat. crim. Saonae.

PRAELOCVTOR, Aduocatus, Patronus, Causidicus: in Regiam Maiestatem l. 1. cap. 11. etc. Plinius iunior lib. 8. Epist. 21. *Forte accidit, vt eo die mane in aduocationem subitam rogarer, quod mihi causam Praeloquendi dedit.* Interdum PROLOCVTOR dicitur. Charta Eberhardi Episcopi Saltzb. in Chron. Reichersperg. an. 1160.

PRAELONVM. V. *Plonum*.

PRAELVBIVM, eluuies. Vide *Pelagus*.

PRAELVSTRISSIMVS semel et iterum compellatur Carolus VI. Rex Franc. in Charta homagii an. 1384. ex Bibl. Regia.

† PRAEMANARE, allabi, t. 6. Iul. p. 476.

PRAE MANIBVS, continuo, Gall. *sur le champ*. Tabul. B. M. de Bono-Nuntio Rotomagensi an. 1472. *De qua summa idem curatus Prae manibus vnum scutum* (soluit) *et residuum solvere promisit intra festum Purificationis B. M. Virginis.*

PRAEMATIALIS, pro *Primatialis*, ad Primatem pertinens, in Charta an. 1496. apud Rymer. tom. 12. pag. 627.

PRAEMATVRVS, prudentissimus, in Charta an. 1476. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 336.

PRAEMAXIMVS, pro *Permagnus*. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 11. pag. 22.

PRAEMEDITARI, Praeexerceri, praeexercitari. Verus Irenaei Interpres lib. 4. cap. 30.

PRAEMENTIONATVS, praedictus, cuius ante mentio facta est, Gall. *devant mentionné*. Charta an. 1473. apud Rymer. tom. 11. pag. 780. *Premencionatus*, apud Spon. tom. 2. Histor. Geneu. pag. 77. Nec aliter legendum videtur in Obituar. MS. Eccles. Morin. vbi contracte habetur: *Pro quo obitu et distributione Premenata idem fundator donauit ecclesiae 16. libras.*

PRAEMETIVVM, ὁ πρὸ θυσιῶν ἀπαρχέως θυσία, in Glossis Lat. Gr. Festus: *Praemetium, quod praelibationis causa ante praemetitur*, Cereri libandum.

PRAEMIARE, remunerare, praemiis donare, Gall. *recompenser*. Litterae Eduardi III. Reg. Angl. an. 1338. apud Rymer. to. 5. pag. 17. Occurrit etiam apud D. Thomam, vbi et *Praemiator* legitur pro praemiorum distributor.

PRAEMIATIVVS, in praemium datus, in Processu de B. Catharina Senensi apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1250.

PRAEMIATOR, nocturnus praedo, apud Nonium. V. *Praemiare*.

PRAEMINENTIA. (1) Opportunitas, praestantia, Gall. *avantage*. J. Episc. Accon. in Epist. ad Honorium III. PP. an. 1219. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 376. (2) Praerogatiua, priuilegium, in Charta Henrici V. Reg. Angl. ann. 1421. apud Rymer. tom. 10. pag. 47. Vide *Praemunitates*.

PRAEMINERE, praeesse, pro Praeeminere. *Lucido Ficulino episcopo eidem* (S. Andreae) *monasterio Praeminente*, apud Ioannem Diac. in Vita Gregor. M. lib. 4. cap. 90. V. in *Praelatus*.

PRAEMISSIA, praemitiae. V. *Primitiae*.

PRAEMITTERE, emittere, producere. Verus Irenaei Interpres lib. 1. cap. 8. *In quo* (filio) *omnia pater Praemisit seminaliter.* Προέβαλε, Irenaeo.

PRAEMONERE, timere, praecauere. Sermo de honorandis presbyt. ad calcem Iohan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 446. *Haec Praemonentes Domini comminationem, nec futuri iudicii vltione terrentur.*

† PRAEMONIALIS, mendose pro *praedialis*, t. 3. Cod. Ital. dipl. p. 1606.

PRAEMVNIRE, pro *Praemonere*, submonere, citare, in ius vocare, apud foren-

forenſes Anglos: vnde celebris illius Breuis Regii nomen manſuit: *Praemunire facias*. Iorualenſis in Vita Regis Ethelredi.

PRAEMVNITATES, immunitates, priuilegia, in Bulla Honorii III. PP. an. 1205. in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 250. V. *Praeminentia*.

PRAEMVNITIO, ſubitionitio, citatio. Charta apud Madox Formul. Anglic. pag. 360.

† PRAEMVRALE, i. q. *Antemurale*. Gloſſ. Prou. Lat.

PRAENICVLA, V. *Pernicula*.

† PRAENOMINATIO, prior nominatio, in Ch. a. 1228.

PRAENOSTICARE, praeſagiri, praedicere, Gall. *Pronoſtiquer*. Memor. Poteſt. Regienſ. ad an. 1284. apud Murator. to. 8. col. 1162.

PRAENOSTICVS, praeſagus, praeſcius. Henricus Rosla in Herlingsberga.

PRAENOTARIVS, qui Notarii, ſeu Grafiarii, vel Vicenotarii officio fungitur, Adiutor Notarii. Fleta lib. 2. cap. 13. §. 15.

PRAEOCCVPARE, vſurpare, nullo iure occupare. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 50.

PRAEORDINARI, officio eccleſiaſtico donari, in Charta an. 1086. ex Addit. ad Chron. Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1002.

PRAEPARACVLVM, praeparatio. Conc. Derruſ. an. 1429. inter Hiſpan. tom. 3. p. 654.

PRAEPARAMENTVM. (1) Diſpoſitio, praeparatio. Charta ann. 1485. apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 148. *Praeparamentum guerrae*, apparatus bellicus. Computa Dalph. Graiſivod. fol. 56. *Praeparamenta belli*, apud Cigaltium de bello Italico. V. in *Parare* 1. (2) Ornatus. ornamentum, Gall. *Parement*. Inuentar. t. 1. Rer. Mogunt. p. 346. *Item monſtrantur Praeparamenta S. Bonifacii*. V. in *Parare* 1.

† PRAEPARANTIAE, inter iura quae ad dominum feudi pertinent recenſentur, Gall. *Préparances*. Ch. Mſ. a. 1389.

PRAEPARARE alterum, dicebatur is, cui cum facultates ſibi ſat amplae haud eſſent, vt ipſemet *in hoſtem* pergere poſſet, ſimilis ſortis ac conditionis viros pro poſſe in armis ac inſtructu bellico adiuuabat. Capitulare an. 807. edit. Baluzianae c. 2. *Vbicumque autem inuenti fuerint duo, quorum vnusquisque duos manſos habere videtur, vnus alium Praeparare facias, et qui melius ex ipſis potuerit, in hoſtem veniat*. Occurrit ibi pluries et cap. 5. 9. Adde Capitul. a. 812. c. 1. 6. et a. 828. c. 7.

PRAEPARARE VOLATILIA, lardo ſuffigere vel inſtruere. Praeceptum Caroli Cal. an. 862. apud Mabillon. Diplom. pag. 536. V. *Parastae*.

PRAEPARATIO. Hariulfus lib. 3. cap. 3. *Baculus auro, argento et cryſtallo paratus* 1. *Praeparatio baculi vnius ex cryſtallo* 1. *etc*. Forte pro *Ornamentum*. V. *Praeparamentum*, et *Parastae*.

PRAEPARATIO AD HOSTEM, in Capitul. 2. Caroli Magni an. 812. cap. 8.

† PRAEPARATORIVM, apparatus, in Ch. Mſ. a. 1220.

PRAEPARATVRA, Praeparatio. Tertull. adu. Marc. lib. 4. cap. 13.

PRAEPARATOR, qui praeparat, apud eumdem ibid. cap. 33.

PRAEPEDITAS, difficultas, impedimentum. Vita MS. S. Winwaloei fol. 30.

† PRAEPEDITIO, impedimentum, in Litt. a. 1397.

PRAEPEDIVM, impedimentum. Bulla Bonifacii VIII. PP. an. 1295. ex Bibl. Reg.

PRAEPLARE, perperam pro *Pueplare*, Gallis *Peupler*, locum incolis frequentare, ab Hiſpan. *Pueblo*, quomodo Galli *Pueple* dixerunt. Teſtam. Iacobi Reg. Aragon. an. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1141. Hinc etiam emendandum PRAEPLATIO, pro *Pueplatio*, colonia, Gallice *Peuplade*, ibidem col. 1142.

† PRAEPORTAGIVM, i. q. *Reportagium* 1. medietas decimae. Ch. Mſ. a. 1343.

PRAEPORTARE. (1) Portare ante. Chronicon Montiſereni ann. 1134. (2) PRAEPORTARE dicitur de agri parte, qua extenditur. Char-

. S. Vandreg. tom. 1. pag. 5. *Et Praeportas fundus illius terrae a o pro ante usque ad terram dicti berti pro retro.* Vide *Propor re.*

EPOS, Papiae, *valde potens.* Ex o emendandae Gloſſae Iſid. quae bent *Propos.* Idem etiam valet iod *Compos.* Vita MS. S. Magnobo- Epiſcopi Andegauenſis cap. 11. *mum et vitae Praepotem reddit pa ntibus.*

EPOSITA, eadem dignitas in onaſteriis Sanctimonalium, quae *raepoſitus* in monachorum, Abba- iae proxima: in Regula Sanctimo- alium canonice viuentium cap. 24. ita S. Auſtrebertae virgin. num. 9.

RAEPOSITISSA, eadem notione, ud Leibnit. tom. 2. Script. Brun- ic. pag. 487.

RAEPOSITATVS. (1) Praepoſiti guitas. Charta Matfredi Epiſc. terr. an. 1092. inter Inſtrum. tom. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 132.

RAEPOSITVRATVS, in Bulla usdem Pontificis an. 1536. apud iraeum. tom. 2. p. 1052. (2) Cel- ſeu obedientia monaſtica, ab Ab- atia dependens, *Prevôté.* Teſtam. ard. Talairandi Epiſcopi Alban. n. 1360. apud Martenium tom. 1. necd. col. 1470.

RAEPOSITILIS, ad praepoſitum per- nens. Codex cenſualis MS. Irmino- is Abbat. Sangerm. fol. 40. col. 2.

RAEPOSITVRA. (1) Praepoſiti di- nitas. Adamus Bremenſis c. 181. 2) Cella monaſtica, i. q. *Praepoſi- tus*, in Chron. Farf. apud Mura- or. to. 2. part. 2. col. 624. (3) iusmodi Cellarum ſeu *obedientia- um* munus ac functio. Burchardus e Caſibus S. Galli cap. 33. (4) Mu- us Praepoſiti villarum in Charta n. 1129. in Hiſtoria Guinenſi p. 74. harta an. 1475. apud Calmet. inter nſtr. to. 3. Hiſt. Lotharing. col. 278. *ledit villam et caſtrum de Grondre- mrt, ac eorum Praepoſituram, ſiue iallice Prevoſté.* (5) Diſtrictus, iu- sdictio Praepoſiti, in Charta Phi- ppi V. Reg. Franc. an. 1319 apud aluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 152. 6) Eiusdem reditus. Charta ann. circ. 1050. inter Inſtr. to. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 468. PRAEPOSITVRAE SERVITIVM, inter onera quibus tenentur vaſſalli, recenſentur in Enumerat. iurium Monaſt. S. Vandreg. (7) † Idem quod *Sergentia perpetua*, feudi ſpecies. Ch. Mſ. a. 1323. (8) † PRAEPOSITVRAE, Gall. *Prépoſitures*, a Sorboniſtis vocantur variae legumiaum ſpecies, quae in coquina omnibus quibus placet accipere, praeponuntur.

PRAEPOSITVS. (1) Scriptoribus Eccleſiaſticis dictus potiſſimum Antiſtes, ſeu qui Eccleſiae praeeſt, vt apud Cyprianum lib. 1. Epiſt. 5. lib. 3. Epiſt. 6. lib. 3. Epiſt. 21. lib. 5. Epiſt. 6. 73. PRAEPOSITVS, dignitas in Eccleſiis Cathedralibus. *Praepoſitus maior*, in Eccleſ. Colon. ex Cod. MS. Conſuet. eiusdem Eccleſ. Ebrardus in Graeciſmo cap. 9.

Eccleſiarum Praepoſitus ſit, ſine Scholarum.

Huius munus deſcribitur ab Ebone Remenſi Archiep. in Indiculo de Miniſtris, edito a Coluenerio poſt Flodoardum, in Concilio Aquiſgranenſi cap. 139. et apud Chrodogangum in Regula Canonic. cap. 46. Eiusmodi Canonicorum Collegia, quibus praeſunt *Praepoſiti*, complura exſtant etiamnum hodie in Germania, quae vulgo *Prépoſitures* nuncupantur. Vide Albertum Stadenſem ann. 1001. 1050. etc.

PRAEPOSITVS, in iisdem Eccleſiis Cathedralibus, munus Eccleſiaſticum, cui ſcilicet praediorum Eccleſiaſticorum certae partis ad tempus viciſſim cura demandatur, iis in varias *Praepoſituras*, quas Galli *Prévôtez* dicunt, diſtributis, et Canonicis attributis, quarum ii in Capitulo ratiocinia exigunt. Atque hae poſtmodum in Eccleſia S. Martini Turon. deinceps perpetuae factae, in eiusdem Eccleſiae dignitates euaſerunt. (2) PRAEPOSITI in Monaſteriis ſecunda poſt Abbatem dignitas, vt eſt in Addit. 1. Capitul. cap. 31. 55. qui hodie *Prior* dicitur. Vigilius Diaconus in Regula Orientali cap. 3. Penes Praepoſitos erat iuris-

iurisdictio in Mónasteriis quibus praeerant Abbates laici: huius rei plura congessit exempla Baluzius in notis ad Capitul. col. 1257. quas videsis. Hinc *et laici non sint Praepositi monachorum infra monasteria* statuitur in lib. 1. Capitul. §. 110. (3) Cellae seu obedientiae monasticae, ab Abbatis dependentis, Praefectus. S. Hieronymus praefat. in Regul. S. Pachomii num. 2. de Tabennens. Monachis. (4) PRAEPOSITI, iidem, qui *Aduocati* et *Vicedomini* Ecclesiarum Cathedralium et Monasteriorum, in Concilio Mogunt. cap. 50. et Remensi II. c. 24. Vnde patet, eiusmodi *Praepositos* Laicos non tam fuisse *Aduocatos* et *defensores*, quam *villicos*, de quibus suo loco agimus, idque officii translatum postea ad ipsos Monachos, vel Canonicos, qui Monasterii vel Collegii Canonicorum bona iis addicta curarent, et de reditibus rationes inirent. (5) Gloss. Aelfrici, *Praetor*, *vel Praefectus*, *vel Praepositus*, *vel Quaestor*: *Burh-Gerefa*, i. Comes vrbis, burgi, etc. *Praepositurae* nomine designata interdum maiora feuda, quibus suprema iustitia, eiusque exercitium competebat. Eiusmodi dignitatis est Praepositura, quam *in feudum ligium*, *nobile*, *antiquum*, *perpetuum et paternum* concedit Amaedeus Comes Sabaudiae Iohanni de Champagnia Charta infeodationis an. 1360. (6) Iudex pedaneus, minor iudex in pagis, qui Balliuo subest, et cuius appellationes ad eumdem Balliuum deuoluuntur: Gallis *Prevost*. Statutum Philippi Pulcri ann. 1302. pro Reformatione Regni art. 10. Eiusdem conditionis videntur fuisse *Supra-Praepositi*, de quibus mentio occurrit in Litteris Iohannis Reg. Franc. an. 1355. tom. 4. Ordinat. p. 340. vbi inter iudiciales ministros recensentur: vnde iidem sunt, saltem in Grassensi tractu, cum iis qui Aragonensibus *Supraiunctarii* dicuntur. Vide in hac voce. (7) PRAEPOSITVS CAMERAE REGALIS, in Vita Ludouici Pii ann. 817. Idem *Cubicularius* dicitur in Eginhardi Annal. eodem anno. PRAEPOSITVS COMITIS, in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. §. 5. qui *Vicarius Comitis* dicitur lib. 2. tit. 1. §. 23. qui scilicet absente Comite vices eius fungebatur. PRAEPOSITVS SACRI CVBICVLI, cui Imperatorii Cubiculi cura rat, qui fere semper Eunuchus. *Praepositi cubiculi* meminit non semel Ammianus. PRAEPOSITVS DOMVS *regiae*, apud Monachum Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 33. *Luitfredus Praepositus domus* eiusdem Caroli M. dicitur. PRAEPOSITVS FABRICAE, armorum scilicet, apud Ammianum lib. 29. pag. 396. PRAEPOSITVS GVERRAE, f. Castrensis praefectus, Gall. *Prévôt des Marechaux*. Ordinat. Caroli primogeniti Iohannis Reg. Franc. an. 1356. to. 3. Ordinat. pag. 112. *Praeterea concederemus quod nullus habitator dictae linguae Occitanae citatur ad instantiam alicuius stipendiarii vel alterius cuiuscunque coram Preposito vel Prepositis guerrarum.* PRAEPOSITVS MENSAE, dignitas in Palatiis Regum Franciae: eadem, quae hodie *Magistri hospitii*, seu *du Maistre d'Hostel*. In Synodo VIII. CP. adfuit prae aliis, vt Lodouici Pii Legatus, *Everardus Praepositus mensae ipsius*, vt est apud Anastasium act. 10. Apud Aimoinum lib. 4. Histor. Franc. cap. 78. *Missus illuc Regiae mensae Praepositus Audulfus.* PRAEPOSITVS MERCATORVM, Parisiis, vrbis Praefectus, Gall. *Prévôt des Marchands*, in Compend. iurium Vniuersit. Paris. per Robert. *Goulet* fol. 13. PRAEPOSITVS MILITVM, in leg. 3. §. vlt. et leg. 6. §. vlt. D. de Re militari, et apud Rufum in Legibus militaribus. PRAEPOSITVS MONETAE, apud Ammianum l. 22. pag. 223. *Praefectus monetae Trevericae*, apud Gruterum 493, 3. PRAEPOSITVS PALATII, Amantius, apud Marcellinum Comitem in Iustino, qui nude πραιπόσιτος dicitur in Chronico Alexandrino pag. 764. In eodem Chronico pag. 700. Rodanus πραιπόσιτος τῦ παλατίς Valentiniani, et ἐσχιευνῦχος, nude vero πραιπόσιτος,

res, apud Cedrenum p. 319. Narſes *Praepoſitus ſacri Palatii*, in veteri inſcriptione 161. l. *Praepoſitus*, nude. PRAEPOSITVS PALATII, Maior-domus, apud S. Audoënum lib. 2. de Vita S. Eligii c. 19. vbi de Erchenoaldo. PRAEPOSITVS TERRAGII, cui agrorum cuſtodia incumbebat, t. 2. Nou. Gall. Chriſt. col. 474. PRAEPOSITI VILLAE, vel *Hundredi*, V. *Praefecti*.

PRAEPOSTA, libellus quo aliquid proponitur. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 214.

PRAEPOSTERARE, ordine praepoſtero dicere. Gaudentius Brixienſis Epiſc. ſer. 5.

PRAEPOSTERATIO, ordo praepoſterus. Translat. B. Edmundi Cantuar. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1861.

PRAEPOTESTAS, ſumma et ſuprema poteſtas, ſupremum dominium. Baldricus l. 3. Chron. Camerac. c. 2.

PRAEPVNCTVARE, praeſtatuere, ante definire. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii c. 49. p. 123. *N.* infra *Punctuare*.

† PRAEPVTIARE, praeputium praecidere. Gloſſar. vet. Cod. reg. 521.

PRAERIA. (1) Pratorum ſeries, Gall. *Prairie*. Charta Offic. Autiſſ. ex Tabul. S. Mariani an. 1258. (2) Ius poſcendi paſcua in pratis poſt exciſum foenum, in Charta ann. 1248. Vide *Blaeria*.

PRAERIPIVM. (1) Ripa altior. Petrus Damianus lib. 6. Ep. 5. *Per tot ninalium Alpium niuoſa Praeripia*. Odo Abbas Glannafol. in Hiſt. Translationis S. Mauri in praef. 1. *Odo Abbas Monaſterii, quod in Praeripio ripae Ligeris fluminis ſitum Glannafolium ex antiquo appellatur*. Quidam codd. habent *praecipitio*. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 88. *Si quis alium fugiens . . . . Praeripio vel aliquo moriatur*. Forte *praecipio*, niſi quis malit *praecipitio*, vt habent quidam codices. PRERIPIVM, eadem notione, in Fragmentis de reb. geſtis Clodouaei II. apud Duchesn. to. 1. p. 661. (2) Locus ripae vicinus, margo fluuii. Bullar. Fontanell. fol. 32. Ea notione occurrit apud Apuleium in Apolog. *Cum egreſſus* (crocodilus) *in Praeripia fluminis, etc.*

† PRAEROGANTIA, ius praecipuum, praerogatiua. Lit. Mſ. a. 1375.

PRAEROGARE, *ante impendere*. Papias. Conſtantienſis: *Praerogans, ante impendens. Praerogare, attribuere. Praerogationem, dationem*. Occurrit l. Si tibi 27. C. de locato. l. Circenſium. 20. C. de decurion. etc. V. *Praerogator*, et *Prorogare*.

PRAEROGATIVAE, gratiarum actiones. Ep. 73. inter Francicas to. 1. Hiſt. Franc. *Quas recenſitas immenſas Creatori noſtro egi Praerogatinas, quod incolumem vos eſſe cognoui*.

PRAEROGATIVARIVS, ſeu officium *Praerogatiuarum*, cuius exſtat formula apud Senat. lib. 11. Ep. 27.

PRAEROGATIVVM, pro Praerogatiua. Paſchaſius in Epitaph. Walae lib. 2. c. 19.

† PRAEROGATIVVS, praecius, to. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 510.

PRAEROGATOR, *diſpenſator*. Gloſſ. Iſid. Hinc emendandus Graeuio videtur Scholiaſtes Perſii ad Sat. 59. *Fuit aſſis libralis et dipondius, quod hodie in vſu remanſit, et ſolebat penſari potius, quam numerari. Vnde et diſpenſatores dicti Prorogatores*. Vbi leg. vult *Praerogatores*. Nihil tamen temere iuuutandum: *Prorogare* enim vt *Praerogare* vſurparunt Scriptores. V. in hac voce.

PRAESA. V. infra *Preſa* 3.

† PRAESAGARE, pro praeſagire, t. 6. Iul. p. 221.

PRAESAGATVS, pro Praeſagitus, praeſagio praedictus. Acta Quadrag. Martyr. to. 2. Mart. p. 23.

† PRAESAGIVM, pro *Preſagium*, aeſtimatio, t. 3. Hiſt. Nem. Prob. p. 331.

PRAESALIA, vt *Repraeſalia*. V. in hac voce.

PRAESALVM, ταξιαρχὸν, in Gloſſ. Lat. Graec. In Graec. Lat. ταξιαρχὸν, *Perſalſum, praeſultum, praeſalum*.

PRAESANCTIFICATORVM MISSA. V. in *Miſſa* 3.

PRAESCINDATICVS, *Ad praeſcindendum habilis*, Vgutioni.

PRAE-

PRAESCINDERE, concidere, Gall. *couper*. Coronatio Reg. Hungar. apud Ludewig. to. 6. p. 342.

PRAESCITOR, mature doctus. Vita MS. S. Winwaloei fol. 18.

PRAESCITVS, reprobus, damnandus. Acta ad Conc. Basil. apud Marten. to. 8. Ampl. Collect. col. 480.

PRAESCRIPTIO *est ius quoddam, ex tempore congruens, auctoritate legum vim capiens, poenam negligentibus inferens, et finem litibus imponens. Quadragenalis praescriptio omnem prorsus actionem excludit.* Reformatio Legum Eccles. pag. 246. apud Blount in Nomolex. Anglo V. Mabill. Diplom. l. 3. c. 4. n. 13. etc.

PRAESCRIPTVS, pro Proscriptus, in Addit. 4. Capit. c. 34. Quod non semel legi in vett. exemplaribus monet Baluz. in Notis ad Capit.

PRAESENIOR, antiquior, maior. Charta Sigismundi Rom. Reg. ann. 1414. apud Rymer. to. 9. p. 173.

PRAESENS, seu *Praesentalis*, dictus vnus e magistris militum, quod in procinctu seu comitatu Principis ageret, et *Praesentalibus* numeris praeesset, vt docet Notitia Imperii, vbi *Magistri equitum et peditum in praesenti duo recensentur, alii tres per Orientem, Thracias et Illyricum. Magister militum praesentalis*, ibidem, sub cuius dispositione militabant Palatinae Vexillationes 5. Comitatenses 7. Legiones Palatinae 15. Auxilia Palatina 18. ex quibus conficitur, *Praesentes* appellatos, quod praesentes adessent in comitatu Principis, et in eo militarent, atque adeo Palatinae militiae ad custodiam Imper. addictae praeessent, ex qua qui erant, *Praesentales* pariter dicebantur, vt et *Domestici*, qui in Palatinis scholis militabant, in l. 4. Cod. Th. de Protect. et domesticis. Leges Luitprandi apud Murator. to. 1. part. 2. col. 2. *Et cum Praesentalibus suis capitula ista relecta omnibus placuerunt.* Adde l. 17. eod. Cod. de re milit. *Magister praesentis militiae*, apud Marcellinum Comitem in Zenone. *Magister militum praesentium*, apud Scholiastem Iuliani Antecess. c. 83. *Magister militum praesens*, apud Iornandem de S cessione regnorum. Ipsa dignit *Magisterium praesentale*, eidem M cellino in Iustiniano post Basilii C 4. *Praesentanea dignitas*, Senatori II. Ep. I. PRAESENTIA MI TARIS, in Diurno Romano c. tit. 2. 4. idem quod *praesens mili* de qua supra. IN PRAESEN VENIRE, coram sisti, *ve en presence*. Lex Bajwar. tit. c. 2. §. 1. DE PRAESENTI, i nunc, quomodo Galli *dès à sens* dicunt. Conuentus apud delaum apud Gregor. Turon. l 9. c. 20. AD PRAESENTE, dem notione, in Gestis purgat. licis Episc. Aptungirani. AD PRA SENS, in Vita MS. S. Winwal fol. 140. *Me autem ad Praesens pore morituram scitote;* id est, i modo, Gall. *Presentement*, *mai nant*. PRAESENTES pro *Pra des* vsurpasse quosdam scriptor obseruatum a Salmasio ad Lampr um p. 208.

PRAESENTALIS, idem quod *Pr sens*. Charta Berarii Episcopi Ce manensis in Actis Episcop. Cenom p. 215. *Qui contra hoc nutare vol rit, teneatur obnoxius, et, quod petit, nihil vindicet, sed Praesen les Epistolas vno tenore conscrip . . . retineat.* V. *Praesens.*

PRAESENTALITER. (1) In pr sens, modo, Gall. *presenteme* Acta Episc. Cenoman. p. 248. V *Praesentialis*. PRAESENTALIT TRADERE, muneris et doni mine dare, Gall. *donner en pré* Act. Episc. Cenom. apud Mabill. 3. Analect. p. 56. lin. vlt. (2) infra *Praesentialiter*, coram. It cium an. 821. inter Probar. tom nouae Hist. Occitan. col. 56.

PRAESENTANEE. (1) Octauius ratianus in praefat. ad libr. Me id est, in praesentiarum, Gall. *le champ*. (2) Coram, apud Mal to. 5. Annal. p. 177.

PRAESENTANEVS. (1) Efficax, batus, penetrans. *Praesentaneum medium*, efficax, apud Marcellum pir. V. *Praesentarius*. (2) Praes

Conc. Tolet. XVII. inter Hiſpan. to. 2. p. 757.

PRAESENTARE. (1) Offerre, Galli *Préſenter* dicunt. Vgutio: *Exhibere, i. oſtendere, vel Praeſentare, vel dare.* Cyprianus in Vita S. Caeſarii Arelat. (2) Quaſi praeſentia efficere, oſtendere. Vitur Felix Gyrwenſis Monachus in Vita S. Guthlaci c. 29. PRAESENTARE SE, iudicio ſe ſiſtere, Gall. *Comparoître, ſe préſenter.* Chon. Veron. ad ann. 1239. apud Murator. t. 8. col. 631. PRAESENTARE SE, occurrere, obuiam ire, Gall. *ſe préſenter.* Nicol. Guercis Annal. Genuenſ. ad an. 1268. apud eumd. to. 6. col. 545. (3) Repraeſentare. Anſelmus Hauelbergenſis lib. 3. Dialogor. c. 12. de Legatis Eccleſiae Romanae. PRAESENTARE, pro Repraeſentare, exhibere, Gallis *Repréſenter quelqu'un*, in Capitulari de Partibus Saxoniae an. 789. c. 24.

PRAESENTARI, in Cod. Theod. tit. 2. de Aquaeductu l. 3. quod illuſtrari, illuſtrem eſſe, efferri, imo et offerri alicui rei interpretatur Gothofredus. *Praeſens, ἐπιφανὴς*, in Gloſſ. Lat. Graec.

PRAESENTARIVS, praeſens. *Argentum praeſentarium*, apud Plaut. in Moſtell. act. 2. ſc. 1. 14. *Praeſentarium venenum*, id eſt, promtiſſimum, Apuleio l. 10. Metamorph.

PRAESENTATAE, oblationes, munera, xenia, Gall. *Préſens.* Eginhardus Ep. 52.

PRAESENTATIM, nunc, modo, *Preſentement.* Iſo Magiſter in Gloſſis ad Prudentium: *En ergo ſc. habes. Praeſentatim.*

PRAESENTATIO. (1) Exhibitio, repraeſentatio. Charta an 1299. to. 2. Hiſt. Dalphin. p. 63. V. *Praeſentia.* (2) Ius patronatus, quo quis Ordinario a ſe electum ad beneficium eccleſiaſticum *praeſentat*, vt ab eo in poſſeſſionem canonicam mittatur, Gallice *Droit de préſentation.* Charta apud Madox Formul. Anglic. p. 5.

PRAESENTATORIA. Capitula Caroli C. in Concilio Sueſſionenſi an. 853. c. 32. apud Baron. *Sciant etiam fideles noſtri, quia conceſſimus Synodo et venerabilibus Epiſcopis, ne ſuper beneficia eccleſiaſtica vel Praeſentatorias, (etiamſi Epiſcopus, aut quilibet Monaſteriorum praelatus irrationabiliter petierit) praecepta confirmationis noſtrae ullo modo faciamus, etc.* Puto legendum *praeſtatorias*, i. praeſtarias, vti edidit Baluzius to. 2. Capitul. col. 56.

† PRAESENTER, nunc, modo, in Ch. Mſ. a. 1224.

PRAESENTIA. (1) Munus, Gallis *Préſens*, a *praeſentare*, offerre: vel quia munera ſunt, quae praeſenti in manus dantur. Nam abſentibus res donari dicuntur, munera autem mitti, et praeſentia offerri, leg. 18. D. de Verb. ſignif. Paſchaſius Radbertus in Epitaphio Vualae Abb. Corbeienſis lib. 2. c. 6. de prauis Iudicibus ac Comitibus: *Non conſules, non proniſores patriae fuerunt; ſed latrones, quorum menses angaſtas Praeſentiarum caligo caecauit, etc.* (2) Salarium, quod pro *Praeſentia*, alicui officio eccleſiaſticis concedirur. Buſchius de Reformat. Monaſter. ap. Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 494. (3) Charta Ludouici Pii ex Tabular. Maioris Monaſter. *Vnde Praeſentiae noſtrae ſtrumentum protulerunt, etc.* Id eſt, in praeſentia noſtra, coram nobis. (4) Praeſtationis ſpecies, a *munere* forte nuncupata, quod Galli *Préſent* dicunt. Charta an. 1367. in Metropoli Salisburgenſi to. 2. p. 292. *Curiam in Eyzenprunn ſoluentem 7. ſcaphas vtriusque bladi, 10. ſolidos denariorum, 4. anſeres, 8. pullos, 20. caſeos, duas Praeſentias, etc.* Infra: *Et 2. Praeſentias valentes 24. denariis.* Occurrit ibi pluries, et in Reg. *tenſum Bigorrae.* PRAESENTATIO, eadem notione. Charta an. 1311. ibid. to. 3. p. 46.

PRAESENTIALIS, praeſens. S. Eulogius l. 2. Memor. c. 8. V. *Praeſentarius.*

PRAESENTIALITER. (1) *Coram, prope*, in Gloſſis Iſonis Magiſtri ad Prudentium. *Praeſentialiter adeſſe*, in

in Charta an. 1319. apud Ludewig. to. 6. p. 7. At in Commonitorio dato Angilberto Abbati Centulensi an. 796. vsurpatur pro nunc: *Honor ille, quem Praesentialiter habet, etc.* V. *Praesentaliter.* (2) † In ipso criminis actu, in Ch. Ms. a. 1127.

PRAESENTIRE, pertentare, scrutari, Gall. *Presſentir.* Charta a. 1313. ex Reg. 56. Bibl. Colbert. *Loci praedicti* (castri de Leucata) *augmentationem et meliorationem procurare volentes Praesentita super hoc voluntate nobilis viri dom. Aimerici de Croſo, etc.*

PRAESENTIVS, Εμφανεστερον, in Gloss. Graeco-Lat. Accuratius.

PRAESENTVM. (1) Praestationis species, quae muneris nomine, Gall. *Préſent*, redditur. Charta apud *Madox* Formul. Angl. p. 239. V. *Praesentia.* (2) Locus iudicii militum, apud Pancirolum lib. 1. Thes. var. lect. c. 77. ex Nouell. 22.

PRAESERVATVS, saluus, Gall. *Préſervé.* Fundat. S. Mariae de Alaon. inter Conc. Hisp. to. 3. p. 131.

PRAESES. *Praeſes prouinciae*, Comes. Capitul. Caroli M. lib. 5. c. 381. *Quod ſi monaſticam vitam reliquerit, Praeſes prouinciae eum teneat, et curiae ſuae connumeret.* Et c. 387. *In ciuitatibus, in quibus Praeſides praeſunt, ipſi audiant cauſas, ſeu et Defenſores.* PRAESIDIS ACTA. Capitul. l. 7. c. 342. *Qui metu et impreſſione alicuius terroris apud acta Praeſidis fermum ſe eſſe mentitus eſt, etc.* id est, coram praeside. PRAESIDIS *officio ſeruire* cogitur monachus qui monasterium suum dimiserit, in lib. 5. Capit. c. 379.

PRAESIA, idem quod *Praeiſa*, vt videtur. Statuta Saluciar. Collat. 3. c. 111. *Statutum eſt quod quaelibet perſona de Saluciis cui ordinata fuerit aliqua Praeſia ad faciendum et manutenendum per quaſuis vias, . . . teneatur et debeat ipſam et ipſas manutenere et aptare bene, et ſufficienter, taliter quod defectu ipſius vel ipſarum aqua non laedat viam, quin per ipſam commode iri poſſit.*

PRAESIDALIS, ad *praeſidem* seu Comitem spectans. *Praeſidalis induſtria*, in Cod. Theod. lib. 8. l. 13. tit. 7. *Praeſidalis adminiſtratio*, ibid. lib. 6. l. 7. tit. 22. *Praeſidiale officium*, ibid. lib. 15. l. 2. tit. 11. *Praeſidales prouinciae*, quae a Praesidibus seu Comitibus reguntur, apud Spartianum in Hadriano. *Praeſidialis Apparitor*, apud Ammian. l. 17.

PRAESIDATVS. (1) Praesidis dignitas, officium. Vita S. Marci mart. to. 3. April. p. 555. (2) Comitatus, Iurisdictio, districtus Comitis. Chronicon Laurishamense pag. 70. (3) Praefectura. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Reg. apud Muraror. to. 8. col. 587.

PRAESIDENS. (1) Idem qui *Praeſes*, prouinciae rector, comes, in Cod. Theod. lib. 8. l. 13. tit. 7. (2) Dignitas in Ecclesiis Cathedralibus, idem qui alibi *Decanus* aut *Praepoſitus* dicitur, in Conc. Mexicano an. 1585. inter Hisp. to. 4. p. 391. Ade Reg. consuetam Toribii Archiep. Limae, ibid. p. 673. (3) Apud Monachos is dicitur penes quem est praecipua potestas. Chron. Mellic. p. 803. (4) Procurator. Laur. Byzinius de Orig. belli Hussit. apud Ludewig. to. 6. p. 136.

PRAESIDENTIA, dignitas eius qui praeest, in Epist. 61. Iohann. de Monsterolio apud Marten. tom. 2. Ampl. Collect. col. 1430. PRIMA PRAESIDENTIA, dignitas primi Praesidis, in Epist. 6. eiusd. ibid. col. 1328.

† PRAESIDENTIALIS MAGNA CVRIA, supremum regis Consilium, *Parlamentum*, cuius Iudices MAGNI PRAESIDENTIALES dicuntur. Ch. a. 1118.

PRAESIDERARE *dicitur, cum maturius hiberna tempeſtas monetur, quaſi ante ſideris tempus.* Festus. V. ibi Scaligerum.

PRAESIDERE. (1) Pro *Superſedere.* Concilium Clouesshouiense an. 747. c. 3. (2) Existere. Tabular. Meldense.

PRAESIDIALIA PRIVILEGIA, a *Praeſidibus*, Praefectis aut iudicibus

iudiciaria poteſtate conceſſa. Conſtit. Eccl. lib. 1. tit. 3.

† PRAESIDIALITER, cum praeſidio et tutela, in Ch. Mſ. Rob. reg. Sic.

PRAESIDIARI. (1) Praeeſſe. Vita vener. Richardi to. 2. Iunii p. 1002. (2) Φρουρεῖν, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. Cuſtodire, defendere, munire. Chronic. Andr. Danduli apud Murator. to. 12. col. 520.

PRAESIDIVM. (1) Peculium, pecunia, bona, facultates, etc. Auctor Queroli: *Ergone manibus meis Praeſidium paternum vt efferrens de domo, etc.* Supra: *Fures mihi ac praedones cui bono? vt ſi quid tibi ſpei aut Praeſidii eſt, totum auferant.* Rurſum: *Praeſidium abſtuliſti, et cineres abdidiſti.* Formula 33. inter Andegau. *Caſa ſua per nocte fuis effracta, et omnes Praeſidios ſuos, aurum, argentum, aeramentum, veſtimentum, vtenſilia, pecunia, ſeu ſtrumenta cartarum quam plurimas .... fuit deportata.* Quid eo loci nomine *Praeſidii* intelligendum ſit, haud obſcurum eſt ex Marculfi Append. form. 46. quae eadem de re ſic habet: *Caſa ſua cum omni mobili, vel intro domo compendia, ſeu et ſtrumenta chartarum, etc.* (2) Ornamentum muliebre. Agnellus in Vita Damiani apud Murator. to. 2. p. 155. col. 2. *Specioſitas virginum ſublata eſt. Abſtulerunt a ſe mutatorias veſtes et pallia, proiecerunt a ſe inaures, et anulos, et dextralia, et pereſelidas, et monilia, et olfactoria, et acus, et ſpecula, et lunulas, et liliola, et Praeſidia, et laudoſias, etc.* (3) PRAESIDIVM REGIVM, Principis priuilegium, Diploma, quo ne alicui vis inferatur, cauetur. Charta Rogerii I. Reg. Sicil. an. 1129. apud Murator. to. 6. col. 623. (4) Praemium, vel id omne, quod alteri datur aut promi titur ad impetrandum illius praeſidium. Sed eo nomine intelliguntur potiſſimum Pecuniae, quae praeſidii titulo ab Imperatoribus accipiebantur, cum honores deferebant: qua notione vtitur Lampridius in Alex. Seuerum. Aliis *Suffragium* dicitur. V. in hac voce.

PRAESIGILLARE, ſigillum publicum apponere. Synodus Compoſtell. an. 1114. inter Concil. Hiſp. to. 3. p. 322.

PRAESIGNA, *Portentum*, in Gloſſ. X. ſaltem ſaec. ad calcem Collect. can. e Bibl. DD. Chauvelin Sigill. Reg. Cuſtodis. Hinc

PRAESIGNARE, praeſagire. Byzinius de Orig. belli Huſſit. apud Ludewig. to. 6. p. 161.

PRAESIGNATOR. Eo titulo diplomatibus Vrbani II. PP. ſubſcribit Iohannes Diaconus vsque ad an. 1089. quo Cancellarii dignitatem obtinuit. Epiſt. eiusd. Papae an. 1088. ad calcem to. 3. Oper. Poſthum. Mabill. p. 345. *Datum Anagniae per manus Iohannis S. R. E. diaconi cardinalis et Praeſignatoris domni Vrbani II. Papae.* Vnde *praeſignator* idem videtur qui Notarius. *Praeſignator*, ex eadem Epiſt. to. 5. Annal. Bened. p. 251.

PRAESINVM, Περιχείλιον, in Gloſſ. Graec. Lat. id eſt, ante ſinum.

PRAESIO, pro *Priſio*, captura, praeda, Gall. *Priſe*. Charta an. 1315. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 31. col. 1. V. *Priſia* 2.

PRAESONARIVS, PRAESONERIVS, V. in *Priſo*.

PRAESOPVS, Praepoſitus. Gaufredus Malaterra l. 1. c. 32. *Giracii Praeſopus, quem nos Praepoſitum dicimus.* Ex Graeco πρόσωπον.

PRAESORIVM. (1) Pro Praeſens, ni fallor. Appendix ad Marculf. form. 46. *Sic ſupradictus ille Comes vel reliquis francis perſonis inxta Praeſorium retroque praecedentium chartola relationis, etc.* (2) Lac coagulatum, in quo coagulum, Gall. *Preſure*, proiectum eſt. Statuta Riperiae cap. 12. fol. 3. vo.

PRAESTA, pro *Preſta*. V. in hac voce.

PRAESTABVLARIVS, Praefectus ſtabuli, magiſter, qui alibi *mariſcalcus* vel *marſcalcus* dicitur. *Gerardus Praeſtabularius* inter pincernam et dapiferum ſubſcribit Diplomati Roberti Flandriae Comitis an. 1089. apud Miraeum to. 1. p. 359.

PRAE-

PRAESTAGIVM, pro *Praestatio*, Tributum, quod domino praestatur, vel potius mutuum coactum. Charta an. 1198. apud Vghellum to. 9. p. 893.

PRAESTALDVS, V. *Prestaldi*.

PRAESTAMARII, vel PRAESTANARII. Charta Lusitanica apud Brandaonum in Monarch. Lusitan. to. 3. p. 294. *Portaticum namque illius loci, quod semper habuerant Praestamarii, qui illud Castellum habuerant*, etc. Infra: *Inquirent veritatem de hoc, quomodo Praestamarius, qui aliquando melius et praestantius tenuerat Castellum S. Eulaliae*, etc. Vbi *Praestamarius* is videtur, qui terram tenet in *praestimonium*, de qua voce statim. V. eumdem lib. 15. c. 24. vbi *Praestameiro* vertit.

† PRAESTAMERVS, praestimonio fruens, Hisp. *Prestamero*, in Ch. Hisp. Ms. a. 1246.

PRAESTANDARII, qui *praestationes* dominis exsoluunt. Charta an. 967. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1539.

PRAESTANTIA. (1) Census, reditus. Charta S. Rudesindi Episc. inter Conc. Hispan. to. 3. p. 180. (2) Titulus honorarius Comitis sacr. largit. in Cod. Theod. l. 39. de Appellat. tit. 30. Concessus idem titulus Magistro militum per Trachias, ibid. l. 1. de Lusor. Danubii tit. 17. (3) † Commodatio, mutuatio, Ital. *Prestanza*, in Stat. ant. Florent. (4) † Vectigal, indictio, in Ch. a. 1327. (5) † Stipendium militare, in Ch. a. 1370.

PRAESTANTIABILIS, *multum, vel prae aliis valens*. Vgutio.

† PRAESTANTIATVS, qui *praestantias* s. vectigalia et praestationes colligit. Stat. ant. Florent.

PRAESTARE. (1) Mutuo dare, commodare non accepta mercede, Gall. *Prester*. Ebrardus in Graecismo c. 15.

Praesto Praenuncio dicas, Praesto quoque Dono:
Praestoque saepe soles Accommodo significare.

Capitula Caroli M. l. 1. c. 130. *Foenus est, qui aliquid Praestat: instum foenus est, qui amplius non requirit, nisi quantum praestitit. Pecunia in precario Praestita*, lib. 5. c. 3. (2) Nude pro Donare. *Si praestitum de suis rebus non fecis Ecclesiae*, in Concil. Hispal. I. c. 1. Toletan. IX. c. 3. *Causam Praestiti euidenter exponat.* (3) Praesto habere. Pactus Leg Salicae ex MS. Guelferbit. edit. Eccardi p. 129. (4) Sacramento promittere. Charta an. 1182. apud Lobinell. to. 2. Hist. Britan. p. 319. (5) PRAESTARE, REPRAESTARE, in *praestariam* dare, quod idem valet ac *vsufructuario beneficiare*, in Tabulario Bellilocensi. Lex Bajwar. tit. 1. c. 1. §. 1. *Et post haec nullam habeat potestatem exinde quidquam auferre, nec ipse nec posteri eius, nisi Defensor Ecclesiae illius per beneficium Praestare voluerit ei. In beneficium praestare*, in Charta Alamannica Goldasti 70. *Per praestariam Repraestare*, Ch. 66. *Sub vsufructuario Praestare*, Ch. 67. *Per precariam Praestare*, Ch. 69. *Repraestare*, Ch. 73. *In praestitum accipere*, seu in *praestariam*, apud Vghellum to. 1. part. 1. part. 1. p. 500. *Praestitum de proprio facere beneficium*, in Capit. Caroli C. tit. 7. c. 22. *Ad praestitum beneficium Praestare*, in Append. ad Marculfum form. 28. *Per praestariam acquirere*, in Praecepto Ludouici IV. Regis Franc. tom. 3. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 146. PRAESTOR, qui praedium ecclesiasticum in *praestariam* vtendum accepit. Bulla Alexandri III. PP. an. 1169. inter Instr. to. 2. nouae Gall. Christ. col. 367. REPRAESTARI dicebatur res, quae Monasteriis aut Ecclesiis tradita et donata, donatoribus ipsis rursum *praestabatur* et in precariam concedebatur. Vetus Precaria apud Ioachimum Vadianum de Monasteriis Germ. p. 71.

PRAESTARIA. (1) Idem quod *Precaria*, seu libellus, quo quis praedium Ecclesiasticum ad vsumfructum sub annuo censu in *praestitum*, et *precario* vtendum suscipit: de qua contractus specie agimus in voce

Prece-

Precaria. Vita Ioannis Abbatis Gorziae p. 769. *Poſſeſſio erat Monaſterii longo iam retro tempore beneficii nomine ad Comitem quemdam Palatii Hamedeum deuoluta, qui ſimul bona Monaſterii ſub Precaria vel Praeſtaria, quam dicunt, obtinebat.* Quamuis *precariae* et *praeſtariae* vocabula olim confundi ſolita fuiſſe certum ſit, vt pluribus probat Baluz. in notis ad Reginonem p. 574. quod ex notatiorum inſcitia incuriaue ortum exiſtimo, nonnihil tamen diſcriminis intereſſe inter *precariam* et *praeſtariam* obſeruare cuique promptum eſt: *praeſtaria* enim dicebatur Charta qua quis rem in *praeſtitum* concedebat, et quibus legibus eam concederet, exponebat; *precaria* vero, qua petitor rem precario accipiebat, qua cenſum et alias conditiones impoſitas expleturum ſe profitebatur, vt docet Sirmondus in Capit. 7. Caroli Calui. (2) † Cenſus ſ. praeſtatio, quae pro praedio quod precario poſſideretur, ſolui debet, in Ch. c. 950.

PRAESTARIVM, idem quod *Praeſtaria.* Charta Alamannica Goldaſti 66.

PRAESTATIO. (1) Idem quod Praeſtatio. Hincmarus de diuortio Lotharii et Tetbergae ad 12. interrogat. *Per Praeſtationem poſſidere*, in Tradit. Fuldenſ. lib. 1. tr. 80. *Praeſtationis Charta*, trad. 117. *In ius praeſtationis* praedium *recipere*, in Actis Murenſis Monaſterii p. 57. PRAESTATVRA, vt *Praeſtaria*, in Hiſtor. Mediani Monaſt. p. 257. PRAESTITVS, eodem ſignificatu, in Charta an. 993. in Addit. ad Chron. Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 984. PRAESTITVRA, idem pariter quod *Praeſtaria.* Vetus Notitia in Tabulario Eduenſis Eccleſiae. (2) Penſio, ſolutio, Gall. *Payement.* Charta an. 1030. apud Kennett. Antiquit. Ambroſd. p. 344.

PRAESTATRIX, quae praeſtat. Confeſſio fidei Benedicti Leuitae apud Baluzium to. 5. Miſcell. p. 58.

PRAESTES, qui *praeſtat*, praeeſt. Cardinalis Sabin. in Epiſt. de Expugn. CP. apud Acher. to. 8. Spicil. p. 287. *Paſtores et principes omnium eccleſiarum Chriſti, Praeſtites et doctores fidei chriſtianae, etc. Preſtitem*, inquit Feſtus, *in eadem ſignificatione dicebant antiqui, quae nunc dicimus antiſtitem.* Hinc *praeſtites* dicti milites qui prae aliis ſtabant, ſeu primum in ordine et linea locum obtinebant.

PRAESTETVS, pro *Praeſtitus*, in vett. Form. Andegau. n. 22. apud Mabill. to. 4. Analect. p. 247.

PRAESTIGIARE, incantare. Vita B. Torelli to. 2. Mart. p. 502.

PRAESTIGIVM, *προχάλυμμα.* Gloſſ. Lat. Gr. In Gloſſ. Gr. Lat. *προχάλυμμα, Protectio, praetextum, praeſtigium, velamentum, praepedimentum.*

PRAESTILLARE, inſtillare, ſuggerere, inſpirare. Guibertus in Vita ſua l. 1. c. 2. *Gratias igitur tibi, Deus, qui Praeſtillaueras decori eius virtutem.*

PRAESTILLATIO, inſtinctus, apud eumd. Guibertum ibid. c. 11.

PRAESTIM, pro Praeſto, in Hiſtoria Inuentionis S. Priſci apud Vghellum to. 8.

PRAESTIMONIVM. Charta Aldegaſtri, filii Sylonis Regis Queretenſis an. 781. apud Sandouallium, de ſeruis: *Et habeant illam haereditatem de Parella, et Praeſtimonio in haereditate ſanctae Mariae, vbi Abbas Monaſterii huius, et eius vicario dederit, et in die, qua vocati fuerint, habeant portionem edendi et bibendi ſcilicet libram vnam et quartam panis milli, et de alio ſecundo, etc.* Infra: *Tamen in ſuo Praeſtimonio et inſtructu ſibi iniuncto permanent.* Vbi Sandouallius *praeſtimonium* per *derecho* vertit. *Praeſtimonium*, Gall. *Preſtimonie*, a praeſtatione ſic dictum, Eccleſiaſticum beneficium eſt, cum aliquo onere, et in hoc differt a ſimplici beneficio, quod ideo ſimplex dicitur, quia in hoc nullum onus habetur. Ita Macri in Hierolex. *Praeſtimonium* rectius definitur Reditus annuus preſbytero alendo deſtinatus absque vllo titulo eccleſiaſtico. Ex allatis in Hiſpania potiſſimum in vſu fuiſſe eiusmodi beneficia colligere eſt; quorum conditio eadem

eadem fuiſſe videtur quae *Praepoſituranum*, cum ad ſtatutum tempus eccleſiaſticis concederentur; quae tandem, vt et *Praeſtimania*, perpetuae factae ſunt. Hinc etiam eſt quod *praeſtimonium* a *praeſtaria* diſtinguitur: eadem enim ratione laicis conceſſa haec beneficia fuiſſe, vt iis *precario* vterentur, innuit Conc. Palentinum an. 1129. inter Hiſp. to. 3. p. 341. *Eccleſiae non dentur laicis pro Praeſtimonio vel villicatione.* V. Molinaeum et Panormum qui ex profeſſo de *Praeſtimoniis* ſcripſit.

PRAESTIMONIALES *portiones*, in Ep. 134. Innocentii IV. PP. apud Marten. to. 2. Anecd. col. 962. *Praeſtimoniorum* et *Praeſtimonialium portionum* meminit Conc. Trid. ſeſſ. 5. c. 1. et ſeſſ. 23. c. 18. quae ſtudioſis alendis deſtinantur.

PRAESTINATVS, contracte pro *Praedeſtinatus*, in Monum. Benedicto-Burano c. 10. apud Duellium to. 2. Miſcell. p. 10. Vruntur Plautus et Apuleius pro Emere, comparare.

PRAESTIS, *haeres*, in Gloſſ. Arabico-Lat. *Preſtes* pro *ſuperſtites* olim ſcriptum obſeruat Baluzius in Notis ad Capitul.

PRAESTITOR, praebitor, apud Apuleium in Aſclep. *Praeſtitor et tributor omnium.*

† PRAESTITVERE, praeficere, conſtituere, t. 1. Mart. p. 205.

PRAESTITVM, mutuum. V. *Praeſtare.*

PRAESTITVRA, vt *Praeſtaria.* V. in hac voce.

PRAESTITVS, adiumentum, auxilium. Conc. Pampilon. an. 1023. inter Hiſp. to. 3. p. 195. V. alia notione in *Praeſtaria.*

PRAESTO, mox, ſtatim. Petrus Damianus.

PRAESTOLABILITER, celeriter, expedite. Iſidorus Pacenſis Epiſcopus in Chronico aerae 772.

PRAESTOR, qui in *praeſtariam* accipit. V. ſupra *Praeſtare.*

PRAESTORIOLA. V. *Praetoriola.*

PRAESTRINGERE, praeſtituere, denunciare. *Id etiam huius legis auctoritate Praeſtringimus, etc.* in Cod. Th. lib. 6. t. 5. tit. 27.

PRAESTRIPTICIVS, pro *Praeſcriptitius*, ni fallor, iure *praeſcriptionis* acquiſitus. Charta an. 1366. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 346. *Ac cum vaſſallis, hominibus franchis et liberis, . . . cenſibus, Praeſcripticiis, et aliis inribus quibuscumque.*

PRAESTVS, paratus, Gallis *Preſt.* Vetus Inſcriptio, 669. 4.

PRAESVL, qui aliis praeeſt, praeſes, rei alicuius auctor. Praeceptum Theodorici Reg. Goth. an. 508. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1. *Domitori orbis Praeſuli et reparatori libertatis, etc. Sacratiſſimus Praeſul* nuncupatur Teudebertus Rex in Epiſt. Aureliani Epiſc. apud Ducheſn. to. 1. p. 858. Pro iudice occurrit in Vita S. Samſonis ſaec. 1. Benedict. p. 179. *Praeſul fori*, apud Sidonium lib. 4. Ep. 14. *Praeſul accuſationis*, apud Mabill. to. 4. Annal. p. 109. Penes Epiſcopos potiſſimum manſit haec appellatio. Abraham *ſanctae Friſingenſis Eccleſiae Praeſul* vocitatur in Charta Ottonis Regis an. 989. apud Meichelbec. Hiſt. Friſing. to. 1. p. 185. Sed et Abbatibus conceſſam hanc nomenclaturam habemus inprimis ex Iona monacho Bobienſi in Actis Euſtaſii Abbatis, vbi de Agilo abbate, *qui modo*, inquit, *Resbacenſi coenobio Praeſul exiſtit.*

PRAESVLARE, praeſulem agere. Auctor Vitae Gundulfi Roſſenſis Epiſcopi laudatus a Seldeno ad Eadmerum. PRAESVLERE, eadem notione, in Charta an. 1103.

† PRAESVLARIS, ad praeſulem pertinens, in Ch. a. 861.

PRAESVIATVS. (1) Dignitas vel iurisdictio *Praeſulis*, Epiſcopi ſcilicet vel Abbatis. Charta an. 1038. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues. (2) Titulus honorarius Epiſcoporum. Charta an. circ. 1214. ex Tabul. Narbon.

PRAESVLIVM, pro *Praeſulatu.* Scriptor MS. Vitae S. Gaugerici Epiſcopi Cameracenſis in Prologo: *Quantus in Praeſulio effulſerit.*

PRAESVLTOR, pro *Preſbyter*, ſcribitur in Legibus Luitbprandi Regis Longob. tit. 69. §. 4.

PRAE-

PRAESVLTOR, *ὁ ἐν τοῖς ἱεροῖς πρόσοχούμενος*, in Gloſſ. Lat. Graec. Sangerm. *Proſaltor* legi in antiquis Gloſſis atque perperam in *Praeſultor* mutatum, auctor eſt Salmaſius in Capitol.

PRAESVMERE. (1) Sumere, capere. Synodi Hibernienſes l. 1. c. 8. (2) Ante ſibi ſumere, vel praeter ſolitum ſumere, in l. 5. et 11. Cod. Th. de Metatis, et l. 4. de Paſcuis, eodem Cod. (3) Suſpicari, conijcere, Gall. *Préſumer*. Sententia arbitralis an. 1221. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues.

PRAESVMPTIO, Actio iniuſta, inuaſio, vſurpatio. Lex Bajwar. tit. 1. c. 5. *Si quis ſervum Eccleſiae . . . . . occiderit per Praeſumptionem.* PRAESVMPTVOSITAS, eadem notione. Edictum Caroli M. apud Marten. to. 7. Ampl. Collect. c. 24.

PRAESVMPTIOSE, arroganter, in Capitul. Aquisgran. an. 789. c. 35. 58.

PRAESVMPTIVE, Capitula Caroli M. an. 797. c. 1.

PRAESVMPTORIE, apud Tertull. l. 4. adu. Marc. c. 41.

PRAESVMPTOR, qui crimen committere, vel aliquid contra ius agere *praeſumit*, in Edicto Theodorici Regis c. 114. Interdum reus principalis, qui complices habet, in Legibus Wiſigoth. lib. 6. tit. 4. §. 2. 3. 5. lib. 8. tit. 3. §. 8. *Praeſumptor infauſtus*, tyrannus, in l. vlt. Cod. Th. de Epiſcop. *Praeſumptive*, in Capitulari an. 802. c. 5. *Praeſumptive modo in domum alienam intrare*, d. tit. 4. §. 2. *Praeſumentis audacia*, §. 6. *Praeſumptuoſus*, d. §. PRAESVMPTORES EPISCOPI, qui aliorum iura vel ordinationes vſurpant illicitas, in Concilio Arauſicano I. c. 21. et Turonico I. c. 9.

† PRAESVMPTVOSE, iniuſte, inique, t. 9. Collect. Hiſt. Fr. p. 235.

PRAESVMPTVOSVS, idem quod *Praeſumptor*, in Lege Aleman. tit. 84. Anaſtaſius in Hiſt. Eccl. *Praeſumptuoſe gerens*, vbi Theophanes habet *αὐθαδιάσας*. PRAESVMPTIOSVS, in Capitulari 1. Caroli M. an. 802. c. 7. 30. et apud Sidon. edit. Sirmondi l. 1. Epiſt. 11. et l. 7. Ep. 4. PRAESVMPTIONARIVS, in Mirac. S. Walpurgis ſaec. 3. Benedict. part. 2. p. 298.

PRAESVMPTVM, *opinio*, in Amalthea ex Iohanne de Ianua.

PRAESVRA, caprio. V. *Prindere*.

PRAETACTVS, Praedictus, ante memoratus. Charta an. 1212. apud Rymer. to. 1. p. 157.

PRAETAXARE, prius numerare, aſſignare, apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1780.

PRAETAXATVS, vt *Praetactus*. Charta Caroli C. an. 864. apud Doublet. p. 802.

† PRAETENDENTIA, poſtulatio, ius quod quis ſibi arrogare tentat, in Ch. a. 1145.

PRAETENDERE. (1) Affirmare, aſſeuerare, Gall. *Prétendre*. Charta an. 1310. in Cod. Colbert. 2591. (2) † Poſtulare, velle, in Ch. Mſ. a. 1482.

† PRAETENDIVM, ornamentum quod altari praetenditur, t. 2. Script. Boic. p. 676.

† PRAETENSVS, ſuppoſitus, in Chron. Th. Otterbourne.

PRAETENTIO, ius, Gall. *Prétension*. Charta an. 1101. inter Inſtrum. to. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 83.

PRAETENTVRAE, praeſidia militum, quae pro caſtris et vrbibus ſecuritatis cauſſa collocantur. Interdum vſurpatur et pro militum ſtationibus ibi poſitis. *Praeteniurae* praeterea dicebantur milites qui conglobati praecurrebant ad obſeruandos hoſtium motus, eosdem armis repreſſuri, ſi vim facerent in fines imperii. V. Turnebum l. 4. c. 7. Henric. Valeſium ad Ammianum Marcellinum l. 14. p. 10. 11. Iacob. Gothofredum ad leg. 1. Cod. Th. de Commeatu, et Carolum de Aquino in Lex. milit. Alias *Praetenſura* in Gloſſis eſt *προβολή, ἐπιτείχισμα*.

PRAETER. (1) Pro Citra, abſque, in Cod. Th. de Decur. tit. 23. l. 3. (2) Cum ſexto caſu non ſemel occurrit apud Scriptores, Saluſtium de coniurat. Catilinae, Ionam in Vita

Vita S. Columbani n. 23. Bedam l. 4. c. 19. V. Priſcianum.

PRAETEREA, pro *Praeter*, in Cod. Theod. de Prox. tit. 26. l. 17.

† PRAETERIRE, ante ire, praecedere, t. 6. Collect. Hiſt. Franc. p. 60.

PRAETERMITTERE, Poſſeſſionem rei alicuius dimittere, *Guerpire*. Charta an. 1249. in Tabular. B. M. de Bond-Nuntio Rotomag.

PRAETERNECESSARIVS, ſuperfluus, non neceſſarius. Memoriale Viſitator. Monaſt. Mellic. an. 1451. in Chronico eiusd. p. 426. col. 2.

PRAETERSORIVM, grex alienam ſegetem depaſcens. Vita S. Columbae Abbat. to. 2. Iunii p. 209. *Tria apud ſe vicinorum Praterſoria in vna retinebit maneria.*

PRAETESTATI SOLIDI. Charta Longobardica in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 12. *Quia ſuſcepi in praeſentia teſtium ego Rotharit Abbas a vobis Anſelperga Abbatiſſa ex ſacculo ipſius monaſterii veſtri per Miſſo veſtro in auro ſolidos nouos Praeteſtatos ac coloratos numero 44. finitum pretium*, etc. V. *Praedulati ſolidi.*

† PRAETEXTA, limbus intextus, acu pictus, t. 7. Sept. p. 806.

PRAETEXTATARIVS, adumbratus, rudis, inchoatus, Gall. *Ebauché*. Radbertus in Praefat. ad lib. de Spe, apud Bern. Pezium to. 1. Anecd. part. 2. col. 61.

PRAETEXTVS, 2. declinat. in Teſtam. S. Karileffi apud Mabillon. to. 3. Analect. p. 82.

PRAETEXTVS, adiect. *Praetexta veſtis*, cui adſutum aliquid ad ornamentum, apud Byzinium de Orig. belli Huſſit. to. 6. Reliq. MSS. Ludewig. p. 183.

PRAETITVLARE, ad *titulum* vel eccleſiam promouere. Capit. Caroli M. lib. 5. c. 28. *Clericum permanere oportet in eccleſia cui in initio ab Epiſcopo Praetitulatus eſt ac ſortitus eſt.* V. in *Titulus*.

PRAETITVLATVS, idem quod *Titulus*. Statut. Burchardi Epiſc. Lugdun. an. 984. inter Inſtr. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 6.

PRAETOR, vrbis Praefectus, Gallis *Gouverneur*; in Charta [illegible] 1298. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 445. V. Epiſt. 71. inter Francicas Ducheſnii to. 4. Hiſt. Franc. p. 517.

PRAETORES dicti *Bailliui* ſeu Magiſtratus qui populis praeſunt. *Praetor*, *Prevoſt ou precepteur*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. V. *Bainlus* 3. et ſupra *Praelatus*.

† PRAETORIA, praefectura, in Ch. Mſ. a. 1218.

PRAETORIOLA, *Domuncula in nani*. Gloſſ. Iſidori. Papias: *Praetoriola, paruae domus in nauibus, vbi ſecreta conduntur*. Ezech. c. 27. v. 6. *Tranſtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, et Praetoriola de inſulis Italiae*. V. Meibomium in hunc locum lib. de Triremibus et Graeuium ad Gloſſ. Iſidori.

PRAETORIVM. (1) Domus Aedilium, apud Byzin. de Orig. belli Huſſit. to. 6. Reliq. MSS. Ludewig. p. 144. V. ſupra *Pauonici*. Pro villa vrbana et manerio, apud Spelman. ex to. 2. Conc. col. 2026. (2) † Fori auditorium, in Arel. a. 1394.

PRAETVRA. (1) Praetoris ſeu *Poteſtatis* dignitas, officium. Chron. Petri Azarii ad an. 1362. apud Murator. to. 16. col. 365. (2) Iuriſdictio, dominium. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 61. (3) † Feudum praefecti villae f. *Maioris*, i. q. *Maioria*, in Ch. a. 1165.

PRAEVARICARE, pro *Praeuaricari*, in Addit. 4. ad Capitul. c. 88. et in Indice vett. Canon. tom. 3. Conc. Hiſpan. p. 22.

PRAEVARICATIO, pro Apoſtaſia a fide Catholica, in Cod. Theod. l. 3. de Apoſtatis tit. 7.

† PRAEVARICANS VIA, ap. Murat. t. 1. Antiq. Ital. p. 185. f. via bifida.

† PRAEVARICARI, in re criminali, vera crimina abſcondere.

† PRAEVARICATORIVS, prauus, peruerſus, t. 10. Collect. Hiſt. Fr. p. 32.

PRAEVEIRIL, f. Reditus, Gall. *Revenu*, ab Occitan. *Preu*, commodum, Gall. *Proffit*. Charta Ermengardis Vicecomit. Biterr. an. 1089. inter Probat. to. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 327. *Nos omnes ſimul in*

vnum derelinquimus Deo . . . ipſum eccleſiam de Caſals, hoc eſt, ipſum Praeueiril cum medietate de decimis, et ipſas primicias, etc. V. ſupra *Praeferentia.*

PRAEVENARI, praeuidere, animo proſpicere. Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii c. 44. p. 107.

PRAEVENIRE. (1) Circumuenire, Gallis *Prévenir* eadem notione. Lex 2. de Bon. vacant. tit. 8. Cod. Theod. (2) † Subuenire, auxiliari, in Act. SS. Bened.

PRAEVENTI dicebantur qui ſubitanea et improuiſa morte decedebant: quinam vero potiſſimum ſic nuncupabantur, et qua ratione habiti fuerint, docent Conſtit. Vdalrici Epiſc. Patau. apud Hanſiz. to. 1. Germ. ſacrae p. 565.

PRAEVENTIO. (1) Charta an. 961. inter Inſtr. to. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 409. *Sponte omnes feodales poſſeſſiones quas habebat a latere dicti coenobii, vsque ad mare conſiſtentes, cenſibus, cultibus . . . cum omni iure caſtellanerii et Praeuentionis . . . ceſſit et transportauit in perpetuum.* Vbi *praeuentio* de mero imperio et iurisdictione ſuprema intelligenda videtur, cum iuri Caſtellani ſubiiciatur, Caſtellano quippe iure ſuo caſtellum habere cum mero imperio et ſuprema iurisdictione competebat. Caererum *Praeuentio* apud Practicos dicitur, cum eiusdem rei perſonaeue iurisdictio penes duos iudices eſt, et alter cognoſcere prius coepit: vel ius illius qui prior agit accuſatus. (2) † Inquiſitio iuridica, t. 6. Ordinat. reg. Fr. p. 503.

PRAEVENTORES MILITES, ſub diſpoſitione Ducis Moeſiae ſecundae, in Notitia Imperii. Globus erat, vt ſcribit Carolus de Aquino in Lexico milit. ſiue acies a reliquis copiis ſeparata, quae vagos hoſtes ſuperueniens diuexabat. *Praeuentores* autem dicti a praeueniendo, quoniam locum caſtris ante caperent, hoſtesque praepedirent in locis et regionibus occupandis. V. Notas Pancirolli ad Notit. Imperii.

PRAEVESTITVS, veſtitus, indutus, Charta an. 1182. ex Tabular. S. Albini Andeg.

PRAEVIARE, praeire. Epiſt. Caroli M. ad Elipandum inter Concil. Hiſpan. to. 3. p. 112.

PRAEVIDERE. (1) Dicebantur monachi, qui lecturi aut cantaturi in Eccleſia, priusquam in eam irent, ad lectionem vel cantum ſe praeparabant. V. Vſus antiquos Ordinis Ciſtercienſis c. 71. (2) Seruare, cuſtodire, defendere, Gall. *Garder.* Tabular. S. Audomari. (3) Praeſidere, praeeſſe, in Cod. Irminonis fol. 45.

† PRAEVIGILIA, dies qui *vigilium* praecedit, ap. Mencken. Script. t. 2. p. 414.

PRAEVIGILIVM, peruigilium. Concil. Toletan. IV. inter Hiſpan. to. 2. p. 481. V. *Vigiliae.* Non abſimili notione *Prêveil* dixerunt Galli. Conſule Menag. in Orig. Gallicanis.

PRAEVILEGIARE, alicui ex priuilegio quidpiam concedere. Lambertus Ardenſ. lib. 4. Hiſt. c. 39.

† PRAEVIVS, primaeuus, primarius, in Lit. a. 1339.

PRAEVRBIVM, ſuburbium, ſpatium quod eſt ante vrbem. Nizo Abbas in Vita S. Baſini Arch. Treuir. n. 5.

PRAGMA. (1) Sententia, pronuntiatum, ſtatutum. Ernaldus in Vita S. Bernardi to. 2. Oper. eiusd. edit. an. 1690. col. 1096. (2) † Res, actio, vox graeca, t. 7. Collect. Hiſt. Fr. p. 314.

PRAGMATICARII, *qui ſcribunt pragmaticas ſanctiones, et alio modo dicuntur Scriniarii.* Vocabul. vtriusque iuris.

PRAGMATICE. (1) Eo modo quo *Pragmaticum* definiri ſolet. Charta an. 1334. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 248. *Baroniam et terram praedictam praeſenti ſtatuto Pragmatice diffinito in Comitatum duximus erigendam.* (2) † Legitime, in Dipl. a. 846.

PRAGMATICVM, *Pragmaticum reſcriptum*, ſeu *Sanctio pragmatica*, dicitur, quae adhibita diligenti cauſae cognitione ex omnium procerum conſenſu in modum ſententiae vltro a Principe conceditur, aut ferrur

S. Au-

S. Auguſtinus Collat. III. cum Donatiſtis c. 2. *Pragmaticum reſcriptum*, quod ſupra *praeceptum imperiale* dicitur. Collatio III. Carthag. c. 38. *Peritiam ſanctitatis veſtrae arbitror non latere Pragmaticis reſcriptis preces inferi non ſolere.* Adde c. 39. Πραγματικοὶ τύποι, in Concil. Calched. act. 5. *Pragmaticum praeceptum*, in Charta Ottonis Imper. an. 977. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 198. *Edictum Pragmatica ſanctione corroboratum*, in Diplom. Freder. I. Imper. an. 1173. apud Miraeum to. 2. p. 1178. PRAGMATICA CONSTITVTIO, in Diplomat. Lotharii Imper. an. 26. regni eiusd. in Ital. Hiſt. Mediani Monaſt. p. 14. PRAGMATICA SANCTIO, in l. 10. Cod. de Sacroſ. Eccl. in Capitul. Caroli M. lib. 2. c. 30, al. 32. etc. PRAGMATICVM dicta etiam Charta ſeu Diploma regium, in quo accurata fit recenſio bonorum omnium alicuius Eccleſiae vel Monaſterii, in quorum poſſeſſione confirmatur. Priuileg. Rotberti Reg. apud Mabill. in Append. ad to. 4. Annal. Bened. p. 5.

PRAGMATICVS. (1) Actuoſus. Epitaph. Reinoldi apud Marten. Iter. 2. litter. p. 46. (2) V. in *Pragmaticum*.

† PRAIERIA, pratorum ſeries, Gall. *Prairie*, in Ch. a. 1227.

PRAISIAE, vt infra *Priſae*, quidquid ex ſubditis et tenentibus capitur ad expenſas Regis et Domini, quod legitime et debite perſolui debet. V. in hac voce. Charta an. 1240. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 188.

PRANDARIVS, ſeruus familiaris, domeſticus, qui ex alterius menſa ſeu *prandio* eſt, Gall. *Commenſal.* Charta an. 967. in Addit. ad Chron. Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 955.

PRANDEDEVM, *in quo fit prandium.* Ita Papias MS. et editus.

PRANDEVM, *genus tonarum.* Gloſſ. Iſid. V. *Brandeum* 3.

PRANDICVLARIVS, ἡ μετὰ μηνεῖαν ἡμέρα, in Gloſſ. Lat. Graec. *Dies deſponſationem ſubſequens*, apud Martinium. Obſeruat Vulcanius male ſcriptum *prandicularius* pro *pandicularius*, peiusque interpretatum. V. Feſtum et *Pandiculatio*.

PRANDIOPRATAE, *prandiorum venditores*, *Caupones*, in Amalth. V. Gloſſar. med. Graecit. in πρανδιοπράται.

PRANDIVM, idem quod *Paſtus*, *coenaticum*, *conuiuium*, Gallis *drois de Paſt.* V. in his vocibus. *Conſueta Epiſcoporum vel Epiſcopalium miniſtrorum Obſonia* dicuntur eiusmodi Prandia, in Bulla Paſchalis II. PP. an. 1107. inter Libert. Monaſter. Elnonenſis. Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis: *Dono et illam terram, ... vnde exeunt 4. denarii et vnum Prandium cum 4. Militibus.* PRANDIVM CANVM, paſtus canum venaticorum qui a tenentibus exigebatur. Charta apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. p. 340. V. in *Bren.* PRANDIVM CONSVETVDINARIVM, quod ex *conſuetudine* debetur, in Tabular. S. Cyrici n. 98. *Prandium coſtumale*, in Charta ann. 1286. apud Stephanot. to. 3. Antiq. Bened. Pictau. MSS. p. 909. PRANDIA MORTVORVM, V. *Parentalia.* PRANDIVM TERRAE, interſtitium itineris a decubitu ad diuerſorium meridianum, qui eſſet dimidius ſtathmus iuxta Tho. de Vio de Itinere Getiozi apud Senalem fol. 39. Haec Spelmannus. PRANDIVM, pro Conuiuio in noctem dilato, vſurpat Gregor. Turon. in Hiſt. Franc. col. 521.

PRANSORIVM, *locus vbi prandetur*, Ioanni de Ianua: ἀριστήριον Annae Comnenae l. 15. Alex. et auctori Vitae S. Nili iunioris p. 145. *Diaeta ſiue coenatiuncula*, apud Sidonium l. 2. Epiſt. 2. Papias et Gloſſ. Lat. MS. reg. *Pranſorium*, *Promulſorium.* Vbi *promulſarium* habent Gloſſae Iſid. et Conſtantienſis; nullibi bene, vti videtur Graeuio, qui legendum eſſe cenſet *promulſidarium*, quo ſignificatur ferculum, cui patinae prandentium imponebantur, ὑπόθημα, ſuppoſitorium, quod lancem ſuſtinet. Plura vide ibi, et infra *Promulſidarium.*

† PRANSVM, prandium. Statuta S. Claudii an. 1448. p. 42.

PRARAGIA, praeſtatio quae domino a tenentibus fit ob terras in prata conuerſas. Charta an. 1163. apud Calmet. to. 2. Hiſt. Lotharing. inter Probat. col. 361.

PRARIA, pratorum ſeries, Gall. *Prairie*. Charta Stephani Comit. Sacricaeſar. an. 1162. V. *Praeria*.

PRASIMA, piſcis genus, Gallis *Bréme*. S. Wihel. Conſtitut. Hirſaug. lib. 1. c. 8.

PRASINAE. V. in *Praſinum*.

PRASINALIS, praſinus, viridis, coloris porracei. Anaſtaſius in Gregor. IV. PP. apud Murator. to. 3. p. 224. V. *Praſinum*.

PRASINOPVRPVRA, color purpureus viridis, ex Graec. πρασινοπορφύρα. Charta Donationis Eccleſiae Cornutianae, edita a Suarezio.

PRASINOVENETVS. V. in *Melinus*, et mox *Praſinonultis*.

PRASINOVVLTIS, in Epiſt. Michaëlis Balbi Imp. cuius verba retulimus in v. *Melinus*, vbi *praſinouenetum* eſſe coniiciebamus: ſed nunc alia ſubit coniectura, voces nempe *militovultis*, et *praſinonultis*, quae ibi occurrunt, ex Gr. μηλιοβλάττην, et πρασιοβλάττην effoſmatas.

PRASINVM, viride acutiſſimum, herbaceum, ἀπὸ τοῦ πράσου, *Porro*. Iſidor. lib. 19. Orig. c. 17. *Praſina, id eſt, creta viridis, eſſi in aliquibus terris promiſcue generetur, optima tamen eſt in Lybia Cyrenenſi*. Frotharius Tullenſis Ep. 20. *Peto, vt nobis mittas ad decorandos parietes colores diuerſos, qui ad manum habentur, videlicet auri pigmentum, folium Indicum, minium, lazur, atque Pruſium, et de vino argento iuxta facultatem*. Vbi nemo non videt legendum *Praſinum*. Adde Macros in Hierolex. in v. *Praſinus* et *Chryſocolla*, vbi contendunt *praſinum* colorem caeruleum eſſe, non porraceum: in quo ab omnibus Gloſſographis recedunt; quibus etiam accedit Anonymus in Hiſtor. fundationis Inſulae Barbarae to. 1. Macer. eiusd. p. 7. *Color eius* (ſcyphi) *naturalis exprimendus eſt in ſequenti, ſcribendo Smaragdus viridiſſimus, qui Praſinus dicitur. Praſon Graece, Latine Porrus, quod viridiſſimi, id eſt, Praſini coloris*.

PRASSINVS, eadem notione. *Cum gemmis Praſſinis et hyacintinis*, in Chron. Romualdi Archiep. Salernit. apud Murator. to. 7. col. 81. PRAESSINIVS, eodem ſenſu, in Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 5. PRASINAE, Smaragdi, apud Anaſtaſium in Vitis PP. Locos dedit Salmaſius ad Lampridium p. 188.

PRASSA, *Charta*, in Gloſſ. Arabico-Latinis.

† PRASSETVM, i. q. *Praſinum*, in Ch. Mſ. a. 1322.

PRASTIA, praedium. V. *Proaſtium*.

PRATA. (1) *Argentum*, Luſitanis: *Plata*, Caſtellanis: Charta Luſitanica aerae 1316. apud Brandaon. tom. 5. Monarch. Luſitan. p. 304. V. *Plata*. (2) † Pratum, in Ch. Mſ. a. 1343.

PRATAGIVM, ſeruitium quod tenentes domino ſuo debent in falcandis pratis, vel eiusdem ſeruitii redemtio pecuniaria. Tabular. SS. Trinit. Cadom. fol. 21. V. *Preagium*.

PRATALE, pratum. Charta an. 983. in Chartul. Eccl. Aptenſis fol. 96. vo. V. ſupra *Prada*.

PRATALINVM, pratum, in Charta Gregorii IX. PP. an. 1235. apud Vghell. to. 1. part. 1. p. 84.

PRATARIA, pratorum ſeries, Gall. *Prairie*. Charta Hilduini Abbat. S. Dionyſ. an. 832. apud Felibian. in Hiſt. eiusd. Monaſt. p. L. PRATERIA, eadem notione. Litterae Caroli Reg. Franc. an. 1326. in Tabular. Calenſi fol. 196.

PRATARIVS SERVVS, cui pratorum cura incumbit, in Tabul. Prioratus Neronisuillae fol. 24.

PRATELLVM, diminut. a Pratum, in Charta fundat. S. Symphoriani an. 1206. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 86. col. 2.

PRATERITIA, Gall. *Prairie*, pratum, vel tempus quo prata ſecantur. Tabularium S. Remigii Remenſis.

PRATICARI, V. in *Practica* 3.

PRATICVS. (1) Pro *Practicus*. *Ars pratica*, quae manibus exercetur. Charta Ioannis Reg. Franc. an. 1360. to. 3. Ordinat. p. 476. (2) † Pratenſis, in Ch. a. 1396.

PRA-

PRATIVVS, pratenſis, ad pratum ſpectans. *Terra pratiua*, pratum. Statuta caſtri Redaldi lib. 3. fol. 49.

PRATORA, dialecto Langobardica, Pratum. Charta apud Murator. to. 2. p. 308.

PRATVM. (1) PRATVM, PRATELLVM, in Formula 61. Lindenbrogiana. Sic porro apud Monachos dictus locus ſub dio, ſeu atrium, quod cingunt clauſtri porticus in Monaſteriis, Gallis *le Preau*. Sugerius l. 1. de Conſecrat. Eccl. S. Dionyſii. (2) Campus viribus conſitus. Statuta Mutin. rubr. 373. fol. 77.

PRATVS, ſ. *Pratum*, vſurpat Innocentius Agrimenſor.

PRAVESCERE, Αφανίζειν, in Gloſſ. Graec. Lat. MS. Editum ἀφανίζω, *extermino*, *diſperdo*, *deformo*, *depraua*.

PRAVICORDIVS, qui eſt prauo corde. S. Auguſtinus in Pſal. 146.

PRAVICORS, eadem notione, in Epiſt. Iohannis Abb. Fiſcam. ad Leonem IX. PP. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 208.

PRAVILEGIVM, vox in malam partem vſurpata, quomodo *priuilegium* in bonam, adeo vt *priuilegium* ſit praeter legem, *pranilegium* contra legem. Epiſt. Friderici Epiſc. Leodienſis apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 655. Sic in verbis ludere amabant. V. in *Priuilegium*.

PRAVITAS. *Sine prauitate*, formula in Litteris apoſtolicis vſurpari ſolita. V. Gloſſam in l. 2. Decretal. tit. de Confirmat. vtil. vel inutil. c. 8.

PRAVIVM. Albertus Aquenſis lib. 3. c. 64. *Ad haec tota vis Turcorum ab inſidiis conſurgit, et ſexaginta equites Gallorum iam Prauium montis tenentes, graniſſima coeperunt inſecutione vrgere, ac per medium montis cacumen, vſque ad ipſam vallem, quam approprians Chriſtianus exercitus occupauit, retulerunt.* Vbi *prauium* idem eſt, quod montis cacumen.

PRAXARE, pro *Braxare* vel *Braſſare*, cereuiſiam conficere. V. *Brace*.

PRAXERIA, palorum contextus. V. *Paxera*.

† PRAXININVS, praſinus, gemma viridis, in Inuent. Mſ. V. *Praſinalis*.

PRAXIT, pro *Praeſit*, apud Anſium in S. Vitaliano PP. *Et laui et ibidem Praxit in Baſilica I* Cod. alius habet, *Laetus ibi pranſus eſt*.

† PRAXORIVM, i. q. *Braxorium*, cus vbi cereuiſia conficitur, ap. fel. t. 1. Script. p. 404.

† PREA, pratum vel pratorum ſer in Ch. Mſ. a. 1319.

PREAGIVM, Gall. *Preage*, vt ſu *Pratagium*. Charta Henrici Co Vadani-montis an. 1252. in F Mediani Monaſt. p. 323. *Quam cimam praedicti abbas et conuentu ſub annuo creſcenſu viginti quin ſolidorum Prouinienſium fortium, gulis annis in Preagiis ſuis de mare capiendorum, . . retuler* Ex quibus colligitur *Preagium* e accipi poſſe de cenſu annuo ex p tis reddendo.

PREBOSTATVS, praepoſiti digni Gall. *Prevoſté*. Tabularium Abb. Amantii Inculiſmenſis. V. *Praebos*

PRECAMEN, precis, precatio. C ta Zuendeboldi an. 895. apud C met. to. 1. Hiſt. Lothar. inter Prol col. 326.

PRECARE, pro Precari, in Capi Caroli C. tit. 19. §. 1. etc. V. notione in *Precaria* 1. et 2.

PRECARIA. (1) Eſt Libellus, Charta, qua quis alodium vel pr dium ab Eccleſia ſub annuo ce ad vitam vrendum accipit, illud *cario* poſſeſſurus, vt eſt in Capi Caroli M. l. 7. c. 104. vel vt a Abbonem Abbatem Floriacenſem Canonib. c. 7. *quod ex conuenti fiat, et precibus obtineatur*. Prec *Epiſtola*, in Lege Wiſigoth. l. tit. 1. §. 12. *Teſtamentum Praecar* apud Hugonem Flauiniacenſem Chronico Virdunenſi p. 110. *I phyſenſis*, in Charta ſcripta Beren rio imperante apud Vghell. to. 6 634. *Nam non habeant poteſta ipſum Xenodochium nemini in em teuſim, id eſt Precariam dandi, concedendi, etc. Libellus*, nude in hac voce docuimus, *Praeſta* interdum, de qua ſuo loco. Iam voce *Praeſtaria* monuimus hanc *Precaria* ſaepius confundi a Scri

ribus, tametsi nonnihil discriminis inter vtramque interest apud diligentiores; adeo vt *Precaria* sit accipientis iure precario libellus: quod iterum firmat Charta apud Stephanot. to. 1. Antiquit. Occitan. MSS. p. 480. *Sicque me recognosco ego Pinaudus quomodo ego et parentes mei suprascripti pro vestro beneficio antea et per Precaria nostra quam vobis fecimus, etc. Precaria* latiori sensu dicitur Charta qua quis sibi ad vitam vsumfructum earum possessionum, vel etiam aliarum, quas alicui Ecclesiae concessit, retinet, vel illi concedunt recipientes. Hinc *Precaria* dicitur Charta Ermengardis an. 815. inter Instr. to. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 167. qua concessa Monasterio Psalmodiensi per testamentum mariti sui confirmat augetque, ea lege vt haec in beneficium, quamdiu vixerit, obtineat sub annuo censu. Eiusmodi etiam est Charta quam exhibet Meichelbeckus to. 1. Histor. Frising. p. 219. vbi et *Complacitatio* nuncupatur, quod ex *placito* seu pacto vtriusque partis fieri solebat. V. Gotthelfium Struuium in Glossario ad Freherum de Rer. Germ. Scriptoribus. PRECARIA dicta etiam Ecclesia, cuius reditus alicui assignantur iure precario seu vsufructuario possidendi, vt illius curam habeat. Charta an. 1222. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 43. col. 2. (2) Questa, seu roga, tributum, quod exigitur quasi *deprecando*, vt habet Lex Longob. lib. 3. tit. 12. §. 1. *Audiuimus etiam quod iuniores Comitum, vel aliqui ministri Reipublicae, aliquas redhibitiones vel collectiones, quidam per pastum, quidam sine pasto, quasi deprecando a populo exigere solent.* Charta Conradi I. Imp. an. 1026. in Historia Pergamensi tom. 3. p. 418. *Quatenus ad partem publicam nulla conditione responderent, nec ad partem Comitatus placitum custodirent, neque teloneum, neque Precariam darent, neque villam facerent angariam ad partem publicam.* V. *Preces*. Eodem *Precariae* nomine nuncupatum tributum, quod ex more Episcopis in eorum *iucundo aduentu* exsoluebatur. Chron. Cornel. Zantfliet ad annum 1456. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 491. (3) Seruitium sonat, quod praestare tenebantur tenentes in merendis messibus, falcandis foenis, et aliis seruitiis, quando ad id *rogati* erant. Liber Consuetudinarius Monasterii de Bello in Anglia fol. 60. MAGNA PRECARIA, idem liber Consuetud. fol. 97. † PRECATORIVS eiusmodi precariis s. seruitiis obnoxius. Gloss. Caes. Heisterbac. (4) † Inuitatio ad preces fundendas inter missarum solemnia. Consuet. S. Crucis Burdegal. Ms.

PRECARIARE, in *precariam* dare, *Precario more concedere*, in Pancharta nigra Turonensi: *more et ordine precario*, apud Beslium p. 102. 110. 139. *Per precarium praebere*, in Charta Hildegardae Reginae Francor. apud Meurissium in Episc. Metensib. p. 182.

PRECARIATIO, concessio in *precariam*, in Charta Eberhardi Archiepisc. Saltzburgensis an. 1153. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. p. 372.

PRECARIVM, idem quod *Precaria*. Isidorus lib. 5. Orig. cap. 25. *Precarium est, dum prece creditor rogatus permittit debitorem in possessione fundi sibi obligati, et ex eo fructus capere, etc.* Placitum 3. Chlodouei III. apud Iohan. Mabillon. tom. 4. Vit. SS. Ord. S. Benedicti p. 61. *Vnde et ipso strumentum seu et Precarium, per quod ipsa Angantrudis pertinentium ipsius Abbatis hoc possidebat, in praesentem ostendedit religendas.* PRECARIVM FICTVARIVM, census fixus et certus. V. *Fictus* 4. Statuta Vercell. lib. 2. fol. 42. PRECARIVM, pensio vel praestatio nummaria, apud Gregor. M. lib. 10. Epist. 5. V. Epist. seq. Charta Henrici Comit. Ruthen. an. 1288. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. p. 291.

PRECATA, preces. Vita S. Aldemarii tom. 3. Martii p. 491. *Caelumque lacrymas fundendo suspiciens . . . talia emisit Precata, etc.*

PRECATIO. (1) Idem quod *Precaria* 2. seu Charta Precariae, in Charta an. 18. Lotharii Reg. apud Perardum.

dum. V. *Precatus*. (2) Tributum, idem quod *Precaria* 2. Charta Philippi Aug. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1104. V. *Preces* 1. (3) Seruitium quod tenentes domino ſuo in operibus agrorum praeſtare tenentur. Tabular. Gemmet. Ch. 326. (4) Oratio, quae a Preſbytero ante Epiſtolam in Miſſa dicitur. Amalarius in Eclogis de Officio Miſſae editis a Baluzio. (5) Libellus ſupplex, Gall. *Requête*, in Cod. Theod. tit. 1. de Decurion. leg. 36.

PRECATOR. (1) Capitulare de Villis cap. 45. *Carpentarios*, *Scutatores*, *Precatores*, *Accipitres*, *id eſt Aucellatores*, *Saponarios*, *etc.* Vbi forte legendum, *Scuratores*, *Paratores*. V. in his vocibus. (2) Haeretici, iidem qui *Euchitae*, a Graec. Εὐχῆται, orantes. Horum anteſignani fuerunt monachi quidam otioſi, qui caetera omnia praeter orationem negligenda eſſe mentiebantur. De iis vide Epiphan. haer. 80. Auguſt. haer. 58. et alios.

PRECATORIA. (1) Vt *Precaria*. Concil. Toleran. XVII. inter Hiſpan. tom. 2. p. 759. (2) Idem quod *Precatio* 3. Tabular. S. Vandreg. (3) PRECATORIA EPISTOLA, qua quis alium de re quapiam precatur, in Concilio Calched. act. 10. ſub finem, in Concilio Agathenſi cap. 59. Epaonenſi cap. 18. Remenſi 1. c. 1. et Liptinenſi c. 3.

PRECATORIVM. (1) Exſtat in lib. Epiſtolarum S. Bonifacii Archiepiſcopi Moguntini Epiſt. 108. ſic inſcripta: *Precatorium memorandi fratrum doctorum.* Continet autem formulam *Breuis*, vti vocant, *mortuorum*, quo ſcilicet memoria defunctorum fratrum, ſeu Monachorum vnius Monaſterii, alterius Monaſterii fratribus commendatur. Vnde *memorandi*, hoc loco, vox vim habet *memoriam faciendi*: pro *doctorum* vero indubie legendum *defunctorum*, quod non aduertit Serrarius, quae vox forte contracta erat in MS. (2) Menſarii chirographum ad pecuniam ab alio menſario alio in loco accipiendam, Gall. *Lettre de change*. A formula in eiusmodi chirographis vſitata ſic dici videtur. Epiſt. Henrici de Villariis an. 1347. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 560. col. 2.

PRECATORIVS, V. *Precaria* 3.

PRECATVRA, idem quod *Precaria* 2. *queſta*, *roga*. Bulla Stephani IX. PP. an. 942. apud Miraeum tom. 1. p. 257. Perperam *precatura* pro *piſcatura*, in Charta an. 1209. apud Menagium Hiſt. Sabol. p. 364.

PRECATVRIA, idem etiam quod *precaria*. Teſtamentum Bertichramni Epiſcopi Cenoman. apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 135.

PRECATVS, idem quod *Precaria* 1. Charta Adalberti Comit. Viromand. apud Mabillon. tom. 3. Annal. Bened. p. 719. V. ſupra *Precatio* 1.

† PRECEGVM, PRESEGVM, malum Perſicum, in Comput. a. 1362.

PRECES. (1) Idem quod *Precatura*. Exactio ſub nomine precationis, *Queſta*. Charta Hugonis Caſtellani Gandenſis an. 1265. *Et praeterea occaſione dicti feodi a dicto Quinto et eius haeredibus nullum penitus ſeruitium, et nullam exactionem, Preces, tallias, nec aliquod ſubſidium pro contrahendo matrimonio ſenioris filii vel filiae noſtrae . . . . exigere poterimus.* V. *Precaria* 2. et *Roga*. (2) PRECES etiam dictae *Cornatae*, quae a tenentibus quaſi precario exigebantur. Vetus Liber MS. ex Bibliotheca Regis Angliae: *In quibusdam locis datur firma ad Natale Domini, et firma Paſchalis, et firma Precum ad congerendas ſegetes.* Perperam *preces* pro piſces editum in Charta an. 1209. apud Monag. in Hiſt. Sabol. p. 365.

ESSE CVM PRECIBVS TERRAE, *cornatis* ſeu iis qui *cornatas* faciunt praeeſſe. Charta ann. 1249. in Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag. V. ſupra *Precatio* 3. (3) Cum Epiſcoporum electiones liberae quodammodo viderentur, eosque ſpectare, penes quos id iuris erat, Principes tamen partes ſuas variis modis interponebant. Nam inconſultis iis electionem inire fas non erat; et, ſi facta eſſet electio, regius requirebatur aſſenſus. Sed et interdum electoribus quempiam e familiaribus eligendum proponebant, ac pro eo

preces ſe offerre dicebant, de qua formula exſtant aliquot Diplomata Henrici III. Regis Anglor. apud Prynneum in Libertatibus Angl. to. 2. p. 922. Has vero *preces*, *imperioſas* et *armatas* vocat alicubi Matth. Paris, qui et illud Poëtae adducit:

. . . . . *Stricto ſupplicat enſe potens.*

PRECES PRIMARIAE, ita dicitur ius, quod habet Imperator Coronatus ex antiqua conſuetudine, in omnibus Cathedralibus Eccleſiis atque etiam Monaſteriis per Germaniae regnum vnius Canonici pro arbitrio nominandi, quem Collegium recipere debet. Charta Caroli IV. Imper. an. 1350. a Marquardo Frehero edita. (4) Orationes, quas is qui clero vel monachis praeeſt, finito et expleto quolibet canonico officio, publice et voce altiori recitat. *Collecta*. Capitul. Childerici III. incerti anni cap. 9. V. *Collecta* 8. PRECES SACERDOTALES. Capitul. Aquisgran. an. 789. cap. 53. *Item eiusdem* (Innocentii) *vt nomina publice non recitentur ante Precem Sacerdotalem.* (5) Libellus ſupplex, in Cod. Theod. leg. 4. de diu. Reſcript. tit. 2. V. *Precatio* 5.

† PRECHERIA, preces, obſecratio, Ital. *Pregheria*, t. 6. Aug. p. 539.

† PRECIA, una vigna che madura la uva anci tempo. Gloſſar. Lat. Ital. Mſ.

PRECIABILIS, pretioſus, Gall. *de prix*. Rigordus de Carolo Cal.

PRECIAGIVM, V. *Preſiagium*.

PRECIARE, vt *Pretiare*, V. in hac voce.

PRECICLAMIVM, oratio clamoſa. Miracul. S. Vincentii Madelgarii tom. 3. Iul. p. 681.

PRECONIARIVS, V. in *Praeco*.

PRECORCIARE, perperam pro *Precariare*, in Diplom. Henrici IV. ann. 1064. tom. 2. Rerum Mogunt. pag. 804. V. in *Precaria* 1.

† PRECORIVM, quercus, vt videtur. Hiſt. Occit. t. 4. Prob. p. 162. *Baliſta de Precorio*. V. *Cor*.

PRECVLA, Globulorum ſacrorum ſeries, vt videtur, Gallis *Chapelet*. Inuentarium Eccleſiae Eboracenſis in Monaſtico Angl. tom. 3. p. 174. V. *Gaudia*.

PRECVM, († f. ius exigendi *preces* ſ. *cornatas*.) Charta an. 1146. apud Vghellum in Epiſcopis Veronenſibus: *Caſtellum de Cereta cum muris et munimine, et placito, diſtricto, et Preco, dederunt, etc.* Occurrunt eadem verba rurſum.

PREDA, pro *Praeda*. V. in hac voce.

PREDARIA. V. mox *Prederia*.

PREDARIVS, adiect. Qui praedatur, vaſtitatem infert. Radulfus in Friderico I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1184.

† PREDELLA, vox Ital. ſcamnum, ſcabellum, t. 6. Aug. p. 818.

PREDERIA, machina bellica, quam *Petrariam* alii vocant, a *Preda* Longobardis, pro *Petra*, Petra, lapis. Rollandinus in Chronico Paduano lib. 1. cap. 12. *Eſtenſem villam occupans, et deuaſtans, ac burgum, roccham obſedit luſtiliter, machinis et Prederiis pro poſſe deſtruens*. V. *Petraria* 2. PREDARIA, eadem notione. Boncompagnus de Obſid. Anconae apud Murator. tom. 6. col. 93[illegible] V. *Praedeira*. PREDERA, a[illegible] Radulfum in Frid. I. Imp. tom. 6. Murator. col. 1178.

PREFACHIA. *Dare ad Prefachiam* Maſſilienſibus eſt dare ſub conuento predo: *Préfachié* vocant qui ea ratione aliquid accipit. V. *Facherius*. Charta an. 1486. in Tabular. S. Victoris Maſſil.

PREGA. Idem videtur quod *Precaria* 2. *queſta, roga*. Charta Odonis Regis Franciae an. 889. apud Chifflet. dum in Tornutio p. 271. V. *Pregera*.

PREGARIA, vt *Precaria* 1. Charta qua quis praedium ſub annuo cenſu ad vitam *precario* vtendum accipit. Charta an. 837. inter Probat. tom. 1. nouae Hiſt. Occitan. col. 70.

PREGERA, vt ſupra *Prega*. Charta ann. 1068. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 1144. V. *Precaria* 2.

PREGIA. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 102. *Eo ſaluo quod . . . . barriles, Pregie, tractarolia, torgie, ſcuta . . . . duci poſſint non obſtante hoc ſtatuto.*

PREHE-

PREHEMINENTIA, pro *Praeminentia*, in Charta Ludouici II. Regis Siciliae ex Cod. MS. D. Brunet fol. 115.

PREHENDERE, exigere, tollere. Capitul. Pippini an. 755. cap. 26.

PREHENSIO, *ius Magistratibus concessum per viatorem. Item, instrumentum quo aliquid stringimus cochlea.* Laur. in Amalth. Primam notionem emenda ex Gellio lib. 13. cap. 12. Altera occurrit apud Caesarem lib. 2. de Bello ciuil. cap. 8.

PREHENSVRA, prehensio, captio. Leges Luitprandi apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 60. *Habeat pro Prehensura seruo pro pompo sol. 11.* Vbi alter Codex habet *Prensura*.

PREMENCIONATVS. V. *Praementionatus*.

PREMIDIONES. Concilium Budense an. 1279. cap. 3. *Prohibemus, ne Praelati vel Canonici . . . . . deferant sendardum* (*l. zendaldum*) *rubeum, vel in aliquibus vestibus fimbrias, hoc est Premidiones, seu ornamenta nobilia exterius appositа de ludria, seu biuaria, festa, et alia simili materia.* Id est, de pellibus lutrinis, vel beuerariis.

PREMISSARIVS, V. *Primissarius*.

PREMITIAE, vt *Primitiae*. V. in hac voce.

PRENDERE, idem quod *aprisionem* facere, portionem in re aliqua habere. Praeceptum Ludouici Pii a. 815. apud Baluz. in Append. ad Capitul. col. 1406. *Et quicquid ille occupatum habebat, aut aprisione fecerat, vel deinceps occupare aut Prendere poterat, etc.* V. *Aprisiones*, et *Prisio* 2. PRENDERE CONTRA ALIQVEM, eum falsi arguere, atque ob id *duellum* offerre. Lex Ripuar. cap. 67. §. 5. PRENDERE BELLVM, eadem notione, Galli dicunt *Présenter un cartel*. Tabular. S. Albini Andegau. PRENDERE RESPECTVM, Gall. *Prendre du répit*, in eod. Tabul. V. *Respectus* 2. PRENDERE *Sigilla et Epistolas*, in Capitul. Caroli Magni ann. 793. cap. 17.

† PRENDIMENTVM, tributum, vectigal, exactio. Ch. ann. 1205. V. *Prenditio*.

PRENDITIO, vsurpatio, exactio, *malatolta*. Charta Vdalrici Dom. de Balgiaco, apud Guichenonum. V. *Prensio* et *Prisia* 1.

PRENICVLA, σιφὼν ἱματίου. Gloss. Lat. Graec. Pro *penicula*, vt vult Martinius.

PRENSATIO, ἀγγαρεία. Eaedem Glossae. Martinius mallet *Pressatio*, ab ἀγγαρεύω, ad iter cogo.

PRENSIO, exactio, quicquid ex subditis et tenentibus capitur ad expensas Regis et domini, quod legitime et debite persolui debet. Werpitio Bosonis inter Acta SS. Bened. saec. 6. part. 1. pag. 648. V. *Prenditio*, *Prisae*, et *Prisia* 1.

PRENSORIVM, muscipula, ἔπος, in veteribus Glossis. Pro officina fullonis et quolibet onere vsurpari obseruat Martinius.

PRENSVRA, comprehensio. V. *Prehensura*.

PRENVM. Gloss. Graec. Lat. ἐπιστήριον ληνοῦ, *Prenum*. Vbi Martinius pressorium lignum in torculari intelligit; vnde *premum* vel *prelum* legendum suspicatur.

PREPHATIA, PREPHATIO, pro *Praefatio*, pars Missae seu Liturgiae sacrae. V. in hac voce. Occurrit in ver. Ceremon. MS. B. Mariae Deauratae Tolos.

PREPTER, pro *Praeter*, in Charta Theodorici III. Regis an. 690. apud Felibianum Hist. Sandion. pag. X.

PRERIPIVM. V. supra *Praeripium*.

PRESA. (1) Pars, portio. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 404. (2) Captura, comprehensio, Gall. *Prise*. Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 616. (3) PRESA, PRAESA, debiti instrumentum, quo quis sub comprehensione corporis, vt videtur, (vnde vocis etymon) se huic soluendo obligat. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 12. (4) † Canalis, riuulus, in Ch. Mss. a. 1501.

PRESALIA, Ital. *Presaglia*, Captura, vel potius idem quod *Repraesalia*.

V. in hac voce. Iohan. Demuſſis Chron. Placent. apud Muraror. tom. 16. col. 469. ad ann. 1258.

PRESBODIA, praepoſiti diſtrictus. V. ſupra *Praebosdia*.

PRESBYTER, *Sacerdos*. Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 12. *Preſbyter Graece, Latine Senior interpretatur, non pro aetate vel decrepita ſenectute; ſed propter honorem et dignitatem, quam acceperunt. Preſbyteri nominantur, vnde et apud veteres iidem Epiſcopi et Preſbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis, hoc eſt aetatis.* Paulinus Epiſt. 23. ad Amandum: *Deſeruimus altario Dei, et menſis ſalutaribus miniſtramus, iam nomine officioque ſeniores, ſenſu autem adhuc parvuli, et ſermone lactentes.* Epiſtola ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum de 7. Gradibus Eccleſ. *Preſbyter aetatis eſt nomen, Epiſcopus dignitatis.* S. Hieronym. Ep. 83. *Apud veteres iidem Epiſcopi et Preſbyteri fuerunt, quia illud nomen dignitatis eſt, illud aetatis.* PRESBYTERI, pro *Epiſcopi*. Tabular. Maioris Monaſterii. *Stephanus Dei gratia Redonenſis Eccleſiae Preſbyter, Regis Angliae capellanus, etc.* Quemadmodum vero Preſbyteri dicti Epiſcopi, ita et viciſſim Epiſcopi nuncupati Preſbyteri, quod intra Apoſtolica tempora omnino contrahendum cum Beueregio in Notis ad can. 2. Apoſtolorum vix credam: non vnum quippe exſtat cum apud Graecos, tum apud Latinos promiſcue huius nomenclaturae exemplum in ſequioribus ſaeculis. V. *Epiſcopus*. PRESBYTER, nude, pro Parochus, curio, paſſim occurrit in Capitul. Reg. Franc. Ordinat. Epiſc. Ebroic. an. 1268. in Tabul. S. Taurini. V. Spicil. Acher. tom. 9. pag. 180. PRESBYTERI, nude dicti Monachi. Rudolfus in Vita B. Rabani Epiſcopi Mogunt. ſaec. 4. Bened. part. 2. pag. 4. PRESBYTER, eadem notione, qua *Senior*, Primus, praecipuus: pro Comite vſurpatur in Vita S. Meginradi ſaec. 4. Bened. part. 2. pag. 64. PRESBYTERES, pro *Preſbyteri*, apud Eddium Stephan. in S. Wilfrido cap. 50. PRESBYTER ABBATIS, eiusdem Capellanus, in Vita B. Rabani Epiſcopi Mogunt. ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 8. PRESBYTERI *agrorum et ruris*, qui alias *Chorepiſcopi* dicuntur, apud Zachariam PP. in Epiſt. ad Pipinum cap. 4. V. *Chorepiſcopus*. PRESBYTER ASSISTENS, qui ſcilicet Epiſcopo, ſacra facienti, adeſt, de cuius munere legendus Ceremonialis Epiſc. lib. 1. cap. 7. PRESBYTERI CAPELLANI, qui in Capella palatina diuinis vacabant. Capitul. lib. 7. cap. 123. PRESBYTERI CARDINALES, dicti Parochiales, Curiones, *Sacerdotes proprii. Preſbyter in cardine conſtitutus*; apud Hadrian. I. PP. in Canonib. cap. 68. V. Hincmarum in Capitulis in Synodo Remenſi datis an. 874. Eodem nomine inſigniti aliquando in Eccleſiis Cathedralibus, vel etiam Monaſteriis Preſbyteri, quibus ex conceſſione ſummorum Pontificum licitum erat, vt ſoli ad praecipuum altare, quod *cardinale* vocabant, vnde *Cardinales* dicti, ſolemnem Miſſam celebrarent. Eiusmodi priuilegium conceſſum Eccleſiae Colonienſi ab Eugenio III. PP. an. 1151. videre eſt tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 676. Idem etiamnum obtinet in Baſilica monaſterii S. Remigii Remenſis ex Conſtitutione Leonis IX. PP. V. Mabillon. to. 4. Annal. pag. 503. PRESBYTERI CATHEDRALES dicebantur ii, qui ex Parochiis ab Epiſcopis in vrbem matricem euocabantur, quo illorum opera et induſtria in ſacris obeundis ac componenda dioeceſi commodius vterentur. Atque hi Preſbyteri in Parochiis ſuis conſtituto, cui annuum debant ſtipendium, reliquas obuentiones ſibi reſeruabant. De iis agit Concilium Emeritenſe can. 12. PRESBYTERI CIVITATENSES, et *Dioeceſani*, in Concilio Agathenſi can. 22. dicuntur qui in Ciuitatibus et Dioeceſibus, ſeu Parochiis, munia ſua exſequuntur. V. *Dioeceſis*. PRESBYTER CUSTOS, Aedituus. Charta an. 846. ex Tabul. Maior.

ior, Monaſt. PRESBYTER, vel *Sacerdos domeſticus*, apud Agobardum Lugd. lib. de Priuilegio et iure Sacerdotii cap. II. dicitur is, qui manet in familia proceris alicuius. Illius quippe aeuo, *ea increbuerat conſuetudo impia, vt pene nullus inueniretur anhelans, et quantulumcumque proficiens ad honores et gloriam temporalem, qui non domeſticum haberet Sacerdotem, non cui obediret, ſed a quo inceſſanter exigeret licitam ſimul atque inlicitam obedientiam, non ſolum in diuinis officiis, verum etiam in humanis, etc.* PRESBYTERI FORASTICI et *Pagenſes*, Martino Braccarenſi cap. 56. dicuntur, qui ſunt in agris: quos Concilium Neocaeſarienſe cap. 13. περεσβυτέρους ἐπιχωρίους vocat, id eſt, ἐν τοῖς χωρίοις, ſeu vicis ordinatos. Maxime vero PRESBYTERI FORENSES nuncupantur ii, qui ex aliena dioeceſi vel Eccleſia ſunt, vt in Synodo Romana ſub Leone IV. a. 853. c. 39. qui PRESBYTERI PEREGRINI Gregorio Magno lib. 3. Epiſt. 18. PRESBYTER HEBDOMADARIVS, cui per hebdomadam inuius ſacrum canere, omniumque horarum officium inchoare incumbebat: niſi ſit nomen dignitatis, quomodo Theſaurarius in Eccleſia S. Petri Louaniensi *Hebdomadarius* dicitur. V. in hac voce. Vt ut eſt Chartam Raimundi Rogerii Vicecomit. Biterr. ann. 1204. ſubſcribunt. *Petrus prior preſbyter et Guillelmus preſbyter Hebdomadarii S. Maccarii*, inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 150. PRESBYTERI INDVCTITII, quibus opponuntur *proprii Sacerdotes*, in Concilio Romano ſub Innocentio II. cap. 10. PRESBYTER *ſeu Sacerdos localis*, in Concilio Valentino Hiſp. an. 524. can. 6. in locis certis ordinatus, vel loco alicui addictus, qui dum Ordinem Sacerdotii accepit, ſpondet ſe in certa Eccleſia deſeruiturum. V. Concilium Arelatenſe I. can. 21. V. *Titulus*. PRESBYTER MISSALIS. Vide in *Miſſa* 4. PRESBYTERI PAROCHIALES, in Epiſt. Zachariae PP. ad Pipinum cap. 1. *Sacerdotes Parochiales*, lib. 3. Decretal. Gregorii tit. 5. cap. 30. etc. *Preſbyteri Parochiani*, in Lege Aleman. tit. 13. *Preſbyter, qui in Parochia poſitus eſt ab Epiſcopo*, in eadem Lege Aleman. tit. 11. *Preſbyteri parochiarum* dicuntur, in Concilio Aurelian. III. can. 23. Aurelian. IV. c. 11. Narbon. c. 8. vulgo *Curiones*. PRESBYTER POPVLI, plebanus. Acta Murenſia pag. 41. PRESBYTER PRESBYTERORVM, Abbas eſſe videtur. Charta an. 1013. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi pag. 85. PRESBYTERI PRIORES. V. Gregor. M. lib. 5. Epiſt. 12. PRESBYTER PROPRIVS, Parochus, curio. Capitul. lib. 1. cap. 157. PRESBYTER SECVLARIS, in Charta Guillelmi Epiſcopi Pariſienſ. an. 1241. cui opponitur *Preſbyter religioſus*, vel Monachus, in Hiſtor. Prioratus S. Martini p. 499. PRESBYTERI VICANI, in Concilio Turonenſi II. can. 4. qui per vicos diſpertiti ſunt. Iidem qui PRESBYTERI VILLANI, in Edicto Piſtenſi cap. 30. PRESBYTER IOANNES, ita appellatur Rex, qui in India longe lateque rerum potiebatur, quod genus duceret a quodam Ioanne Preſbytero Neſtoriano, de quo agit Albericus an. 1145. qui *Coirem Cham*, harum regionum Rege, qui Francis noſtris Antiochiam obſidentibus florebat, extincto, Principatum inuaſerat. Gaufredus Voſienſis I. part. cap. 65. De hoc Principe non contemnenda adnotauimus in Obſeruationibus ad Ioinuillam p. 89. 90. V. praeterea tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 379. lib. 2. Miſcellan. Baluzii pag. 258. Gregorium Abul-Farium in Hiſt. Dynaſtarum pag. 280. Samarum pag. 254. Waddingum in Annalibus Minorum an. 1305. num. 10. etc. Multi multa ſcripſerunt de Ioanne Preſbytero, quem alii *Preſtioſum Ioannem* vocant; vnde Ioſ. Scaligero vox haec deducta eſt a Perſico *Preſte-Chan*, id eſt, homo Apoſtolicus ſiue Chriſtianus. Eius imperium alii in Africa, alii in Aſia collocant. Regem eſſe Abyſſinorum exiſtimat V. Cl. *le Grand* in Diſſertatio-

tatione quam de eo inſtituit in Relat. Hiſtor. Abyſſiniae pag. 233. quem conſuluiſſe non pigebit.

PRESBYTERA. (1) PRESBYTERAE, PRESBYTERISSAE, preſbyterorum vxores, eorum nempe, qui abdicato ex conſenſu mutuo matrimonii vſu, diuino cultui ſe mancipabant, Sacerdotes effecti, vel Epiſcopi. Otto Vercellenſis Epiſcopus Epiſt. 8. *Poſſumus quoque Preſbyteras vel Diaconas illas exiſtimare, quae Preſbyteris vel Diaconis ante ordinationem coniugio copulatae ſunt, quas poſtea caſte regere debent, etc.* In Concilio Arelatenſi II. can. 3. eiusmodi *Preſbyterae conuerſae vxores* dicuntur, quibus conceſſum erat in domibus Clericorum habitare, quemadmodum matribus, aliis, et ſororibus: ita tamen vt a coniugibus ſuis ii abſtinerent, vt eſt in Concilio Turonenſi I. can. 2. Atque inde forte (2) PRESBYTERAE dictae generalius Viduae omnes ſeniores, quae ſacris in Eccleſia exercitiis vacabant. Gloſſae MSS. ad Concil. Laodic. can. II. *Preſbyterae, id eſt viduae ſeniores.* Vbi Iſidorus Mercator et Ferrandus Diacon. cap. 221. *Mulieres, quae apud Graecos Preſbyterae appellantur, apud nos autem Viduae ſeniores, Conuerſae et Matriculariae.* Atque hae quidem *Preſbyterae* ſeu *Preſbyteriſſae*, vti vocantur in Ordine Romano, veſtitu longe modeſtiori quam caeterae feminae vtebantur, vt docet Gregor. M. lib. 7. Ind. 2. Ep. 7. V. *Viduae.* (3) PRESBYTERAE praeterea dictae Graecis recentioribus Preſbyterorum coniugatorum vxores. Ita non ſemel in Nomocanone edito a Ioan. Baptiſta Cotelerio c. 87. 54. 88. 138. (4) PRESBYTERAE, maxime Graecis dictae, Monaſteriorum Praepoſitae. V. Baſilium M. Interr. 109.

PRESBYTERAGIVM, obuentiones Preſbyteri parochialis. Charta an. 1096. ex Tabular. S. Albini Andegau. V. *Preſbyteratus* 2.

PRESBYTERALE MINISTERIVM, Idem quod *Preſbyteragium.* Charta an. circ. 984. apud Baluz. Hiſt. Tutel. col. 379. V. *Preſbyterium* 4.

PRESBYTERALES EPISTOLAE, quae ab Epiſcopis dantur iis, qui in aliena dioeceſi ad Preſbyteri dignitatem promoueri volunt. Vetus Formula MS. ex Pithoeanis.

PRESBYTERANDVS, clericus, qui in ordine eſt ad Preſbyterium, apud Buſchium pag. 940.

PRESBYTERARE, preſbyterum facere, in Fleta lib. 2. cap. 51. §. 7.

PRESBYTERATVS. (1) Titulus preſbyteralis. Concilium Vernenſe an. 755. cap. 21. (2) Aedes ſeu domus Preſbyteri parochialis, *Preſbytere.* Index MS. Benefic. Eccl. Conſtant. fol. 11. (3) Obuentiones Preſbyteri Parochialis. Arnulfus Lexouienſis Epiſc. in Epiſt. p. 98. Ch. in Tabul. Viennenſi fol. 23. *Ibique in eorum praeſentiam ſe proclamauit, quod Eccleſia, quam ipſe tenet in Siſiaco villa in honore S. Petri de illorum communia, nec habet priuilegium nec Preſbyteratum, vnde ceſſum* (cenſum) *ſolnere poſſit, quod ei requirebant.* Fol. 45. *Eccleſiam S. Nazarii . . . . cum omni Preſbyteratu ex antiquo ibi debito, et decimis omnibus ibi iure pertinentibus, etc.* V. *Preſbyteragium* et *Preſbyterium* 4. PRESBYTERATVS BENEDICTIO, in lib. 6. Capitul. cap. 81. V. in *Benedictio* col. 614.

PRESBYTERICIDIVM, preſbyteri occiſio, in Bulla Leonis X. PP. an. 1516. apud Miraeum tom. 2. pag. 236. col. 2.

PRESBYTERIVM. (1) Character ſiue dignitas ſacerdotalis. Vgutio: *Preſbyterium, officium, vel dignitas, vel ordo preſbyteri.* Vetus interpres Concilii Nicaeni can. 2. *Ad Epiſcopatum vel Preſbyterium promoueri.* (2) Collegium preſbyterorum vel conſeſſus et conuentus Preſbyterorum vnius dioeceſis, Concilium, ſeu potius Synodus. S. Cyprianus Epiſt. 35. *Et deſolatam per lapſum quorundam Preſbyterii noſtri copiam glorioſis Sacerdotibus adornare.* Idem Epiſt. 46. *Omni actu igitur ad me perlato, placuit contrahi Preſbyterium*

um. (3) Pars Eccleſiae in qua Preſbyteri conſiſtunt, et ſacrae liturgiae vacant, Graecis βῆμα, ἄδυτον. Synodus Romana ſub Eugenio II. PP. cap. *Sacerdotum aliorumque Clericorum Eccleſiis ſeruientium honores a Laicorum diſcrete apparere conuenit. Quamobrem nulli Laicorum liceat in eo loco, vbi Sacerdotes, reliquique Clerici conſiſtunt, quod Preſbyterium nuncupatur, quando Miſſa celebratur, conſiſtere, vt libere ac honorifice poſſint ſacra officia exercere.* PRESBYTERIVM, interdum pro Choro Eccleſiae. Anonymus de Vita S. Ioannis Archiepiſcopi Eboracenſis: *Preſbyterium, hoc eſt, chorum Eccleſiae de nouo ibi conſtruxit.* Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. cap. 43. (4) Idem quod *Preſbyteratus*, Obuentiones Preſbyterii Parochialis. Ordericus Vitalis lib. 5. p. 587. V. *Preſbyteragium.* (5) Donatiuum, quod Pontifices Romani diſtribuere ſolent, maxime cum inaugurantur. Ita dictum videtur, quod ratione Summi Preſbyterii, ſeu Papalis dignitatis effundatur, quemadmodum Donatiua Conſulum, ὑπάτια et ὑπατεῖα appellata ſunt, quod ab iis initio magiſtratus ſpargerentur. S. Gregorius L. 4. Epiſt. 26. V. *Manus* et *Roga.*

PRESCA, contracte forteſſis ſcriptum pro *Proxeneta.* Charta an. circ. 1100. ex Tabulario S. Victoris Maſſil. *Venit ad placitum conſtitutum vocato ad ſe Willelmo in Eccleſia S. Victoris. Terribiliter increpauit eum Preſcam Poncii de Mongardin; ille neganit, quia contra eum hoc non fecerat, ſed propter recuperationem honoris S. Mariae et S. Victoris.*

PRESCARIA, pro *Praeſtaria* ſeu *Precaria*, eodem ſaltem intellectu. Charta an. 863. apud Calmet. to. 1. Hiſt. Lothar. inter Probat. col. 308.

† PRESECA, PRESSECA, ſeruitium, quo tenentes domini ligna ſecare tenentur. Ch. Ottoc. reg. Bohem. a. 1226.

PRESEGVM, V. *Precegum.*

PRESFOCH, eadem notione qua Stopra *Prefachia.* V. in hac voce. Statuta Eccleſ. Nemauſ. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1066.

PRESI, pro Prendi, cepi, in Leg. Luitprandi apud Murator. to. 1. par. 2. col. 2. V. *Prindere.*

† PRESIA, frugum perceptio, in Cod. icill. Mſ. a. 1430.

† PRESIAGIVM, PRECIAGIVM, PRAESIAGIVM, aeſtimatio, in Ch. a. 1239. V. *Pretiare.*

† PRESIGNIVM, praerogatiua quaſi *Praeſignium*, in Ch. a. 1276.

PRESILIVM, idem videtur quod Braſilicum lignum, Gallis *Brézil.* Bernh. de Breydenbach Itin. Hieroſ. fo. 209. *Ibi etiam in maris huius inſulis lignum creſcit rubeum ad modum Preſilii.*

PRESMO, muſtum, quod ex vuis ſtillat, antequam calcentur botri. Petro de Creſcentiis lib. 4. cap. 3. Corruptam eſſe hanc vocem ſuſpicari licet; at vnde accerſenda, non ſatis ſcio: Graecis πρέσβεσος οἶνος, πρόδρομος eadem notione, Gallis *Mere-goutte.* V. in *Gusta* 7.

PRESONAGIVM, quod carceris cuſtodi praeſtatur ab incarcerato pro victu et potu qui ei ſubminiſtratur. V. in *Priſo.* Conſuet. Tolos. MSS. ex Bibl. D. Abb. de Croze fol. 41.

PRESONARIVS, captiuus, incarceratus, Gall. *Priſonnier*, in iisdem Conſuetud. fol. 41. vo. V. *Proxenarius* et *Priſo* 1. PRESONIVS, eadem notione. Chron. Aſtenſe apud Murator. to. 11. col. 273.

PRESONERIA, incarceratus. Statut. Montis Regal. fol. 22.

† PRESONERIVS, i. q. *Preſonarius* in Ch. a. 1476.

PRESSA. (1) Vis, iniuria, violentia vt videtur. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hiſt. Friſing. pag. 94. *Dixerunt quod Atto Epiſcopus eorum haereditatem iniuſte haberet per Preſam in loco qui dicitur Hatile.* V. *Priſis.* (2) † Vox Hiſpanica, cuneata, aquarum obex, in Ch. an. 1144.

PRESSARE, (1) Papiae, *frequenter premere*. Gall. *Preſſer*. V. Sauaronem ad Sidonium lib. 1. Epiſt. 9. et ſupra in *Compreſſare*. (2) Vindemiam premere, Gall. *Preſſurer*. Charta Ingelrani Dom. Cociaci an. 1235. apud Thomaſſer. Conſuet. Bituric. p. 236. V. *Preſſorare*.

PRESSARIA, vox medicorum, *dicta, quod intus initiantur*, inquit Iſidorus lib. 4. Orig. cap. 9. V. *Preſſura* 1.

† PRESSARIVM, torcular. Bulla Vrbani III. a. 1185.

† PRESSATIO, exactio, in Ch. a. 1269.

PRESSE. Charta Theobaldi Bleſenſis Comit. an. 1126. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 367. *Veſtam idcirco reaedificandam ita quietam et ab omni oppreſſione et exactione, Preſſe, talliis, iuſtitia, banno, et ab eo quod dicitur iuſtum et iniuſtum, liberam concedimus* Vbi f. leg. *Prece*. Eſt autem praeſtario quae ſub nomine precationis exigebatur. V. *Preces* 1. niſi idem ſit quod *Preſſu*.

PRESSECA, V. *Preſeca*.

PRESSORAGIVM, Gall. *Preſſurage*, quae vox non ſemel in Chartis occurrit, ius torcularium quod domino vt plurimum in vino exſoluitur. Charta ann. 1175. in Chartul. S. Vandreg. to. 2. pag. 1657. PRESSERAGIVM, eadem notione, in Charta an. 1220. ex Tabular. Belliloci. PRESSVRAGIVM, a Gall. *Preſſurage*, apud Fleureau in Hiſt. Bleſenſi cap. 30. pag. 142. et in Tabular. Calenſi fol. 170.

PRESSORARE, a Gall. *Preſſurer*, Vindemiam premere. Charta ann. 1297. ex Tabul. Autiſſiod. V. *Preſſare*.

PRESSORARIVM, i. q. *Preſſorium*, in Necrol. Pariſ.

† PRESSORATICVM, Ius torcularium, in Ch. Hugon. abb. S. Germ. Prat.

† PRESSORATVS, idem, in Ch. a. 1236.

PRESSORES, Venatorum genus, V. *Alatores*.

† PRESSORIARE, i. q. *Preſſorare*, in Chartul. Floriac.

PRESSORIOLVM. V. in *Preſſorium*.

PRESSORIVM, πιεσήριον, in Gloſſ. Lat. Graec. Vgutio: *Torcular, proprie dicitur Preſſorium, quo vuae calcatae exprimuntur*, Gallis *Preſſoir*. Charta an. 1241. tom. 2. Hiſt. Eccleſiae Meld. pag. 143. Occurrit alibi paſſim. PRESSORIVM, ad veſtes premendas, Ammiano lib. 28. V. Reineſium Var. Lect. lib. 2. c. 8. PRESSORIOLVM, in Regula S. Caeſarii ad Virgines cap. 26.

PRESSVLARE LITTERAS, obſignare, ſigillum iis imprimere, Gall. *Cacheter*, *ſceller*. Otto Kultzingus de Translat. Monaſterii Hildengal. apud Leibnit. tom. 2. Spicil. Brunſuic. pag. 387.

PRESSVLVS, diminut. a Preſſus, ap. Apuleium in Floridis. *Preſſule* adu. dixit idem Metamorph. lib. 4.

PRESSVRA. (1) Vox medicorum. Caelius Aurelianus lib. 1. Acutor. cap. 1. V. *Preſſaria*. (2) Moleſtia, aerumna, labor, a premendo. Bulla Vrbani IV. PP. an. 1264. ex Bibl. Reg. V. *Preſſuria*. (3) Cenſura eccleſiaſtica, ſic titulus in can. Non in perpetuum 24. q. 3. vbi de excommunicatione agitur. Ita Macri in Hierolex. (4) Turba comprimens, conferta multitudo, populi frequentia, a Gall. *Preſſe*, *foule de monde*. Miracul. S. Wlframni haec. 3. Bened. part. 1. p. 375. *Hac itaque denotae plebis conſtipatione comitati per urbem incedebamus, nullamque ingenuis Preſſurae iniuriam ſentiebamus.* (5) † Impreſſio ſigilli. Stat. ſynodal. eccl. Caſtr. (6) † Idem quod *Preſſoraticum*. Ch. Mſ. a. 1133.

PRESSVRAGIVM. V. ſupra in *Preſſoragium*.

PRESSVRATA, Ius torcularium ſeu *preſſorii*. Charta an. 1110. ex Chartular. Floriac. fol. 68. V. in *Preſſorium*.

† PRESSVRATIO, i. q. *Preſſura* 6. in Ch. Mſ.

PRESSVRIA, ſeu potius *Preſſura*, moleſtia. Albertus Stadenſis a. 1139. V. *Preſſura* 2.

PRESSVS. Lex Aleman. tit. 62. §. 2. *Si autem totus* (naſus) *a Preſſo abſciſſus*

ſciſſus fuerit, etc. Galli dicerent, *de prêt*.

PRESTA, mutuum, a Gall. *Prêt*. Chron. Corn. Zantfliet ad an. 1416. apud Marten. to. 5. Ampl. Collect. col. 408. V. infra *Preſtus*.

PRESTA, exactio nomine *praeſtae* ſeu mutui. Charta an. 1147. inter Probat. tom. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 520. V. *Mutuum* et *Preſtus*.

PRESTALDI, et PRISTALDI, executores iudicum nobilium, Sambuco, in Decret. S. Ladislai Hung. Regis lib. 1. cap. 41. etc.

PRESTARE, PRESTARIA. V. *Praeſtare* et *Praeſtaria*.

PRESTATOR, *fenerator*, in Gloſſ. X. ſaltem ſaec. ad calcem Collect. Canon. ex Bibl. DD. *Chauvelin* Regiorum Sigillorum Cuſtodis.

PRESTERIA. Ioannes XXII. PP. in Epiſtola de Rebus Armenicis, apud Odoricum Rainaldum a. 1322. n. 34. *Abbatias, Monaſteria, Caſalia, et Preſterias ardentis foci flamma conſumma*. Vbi forte *preſteria* eſt domus Preſbyteri, Gall. *Preſtrerie*. Regeſtum Ludouici Ducis Andegauenſis fol. 104. *Eſtienne Aubert homme lige à cauſe de la Gorronne et du Marc aux fiefs de la foreſt de Mayenne, et d'une Preſtrerie, avec les gages et emoluments, qui y appartiennent, et les devoirs*. V. *Feudum Preſbyteri*.

PRESTES, pro *Superſtites*. V. *Praeſtis*.

PRESTVLA, particula, ſegmentum, vt videtur: ſolebant quippe interdum ſegmento pergamineo Chartae appenſo ſigillum apponere. Charta Iohannis Epiſc. Patav. an. 1383. apud *Steyerer* in Commentar. ad Hiſt. Alberti II. Ducis, col. 431. *Cuiuslibet eorum vero ſigillo, alba cera et Preſtula pergamenea, more eorumdem confuſo, in pendenti ſigillatas, non viciatas*, etc.

PRESTVS. (1) Mutuum, *Prêt*. Marculfus lib. 2. form. 1. V. *Preſta*. (2) Exactio nomine *preſti* ſeu mutui. Statuta Aſtenſ. Collat. 1. cap. 52. fol. 11. vo. V. *Mutuum* et *Preſta*.

† PRESVRA. (1) Coagulum, Gall. *Preſure*. Lit. remiſſ. a. 1352. (2) Impreſſio, character, in Stat. an. 1359. V. *Preſſura* 5.

† PRESVS, conſtitutus, ſtatutus. Ch. a. 1165.

PRETIERIA, PRETHERIA, vt ſupra *Preſteria*, Machina bellica, quam *Petrariam* alii vocant. Otto Morena in Hiſt. Laudenſ. apud Murator. to. 6. col. 1053. V *Petraria* 2.

PRETIARE. (1) Pretium ponere, vel aeſtimare, Gall. *Priſer*. Lex Aleman. edit. Heroldi tit. 71. (2) Pro *Depretiare* vſurpat Gelaſius I. PP. in Opuſculo contra Lupercalia: *Vos eadem* (Lupercalia) *Pretiatis, vos eorum cultum celebritatemque vilem vulgaremque reddidiſtis*. V. *Depreciare*.

† PRETIARIA, res quae *pretio* ſ. pecunia acquiritur. Ch. Mſ. Iuon. epiſc.

PRETIATOR, aeſtimator, qui pretium ponit, Gall. *Priſeur*. Charta an. 43. Chunradi Reg. ex Chartul. Aptenſi fol. 25. vo. V. infra *Priſare*.

PRETIOSA. (1) Verſiculus, qui ad Horam canonicam, quam *Primam* vocant, dicitur. Bulla Vrbani V. PP. apud Sorefinum de Capit. SS. Petri et Pauli p. 8. ex Macr. Hierolex. *Quatenus omni die poſt Primam et Pretioſa teneantur omnes*, etc. Ibidem p. 9. *Quatenus poſt mortem D. N. Papae poſt Pretioſa, ſtatim loco praedictorum teneantur cantare* De profundis, etc. Ab hoc verſiculo (2) PRETIOSA etiam nuncupatus locus in Eccleſiis Cathedralibus aliisque, ad quem recitata in choro oratione *Domine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei*, etc. procedebant, in eo Martyrologium, Excerpta Canonum et Necrologium lecturi. Ordo MS. Benedictionum et precum Eccleſ. Remenſ. fol. 10. et ſeqq.

PRETIOSITAS. (1) Pretium, Gall. *Prix*. Iac. de Voragine in Chron. Ianuenſi apud Murator. to. 9. col. 19. *Reſpiciendo enim ad Pretioſitatem materiae, multo melius valet clauis aurea et argentea, quam lignea*. (2) Res pretioſa, in Libello de Sanguine Chriſti ap. Mabill. t. 3. Annal. p. 700. PRETIVM et PRAEMIVM nonnihil inter

inter ſe differre colligitur ex Charta apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 228. *Tradidit Willelmus Grannart partem ſuam molendini quod eſt ibi in vadimonium pro XXIV. ſol. illius monetae, tali pacto ut medietas partis ſe redimeret et alteram monachi in praemio haberent. Quod audiens abbas Natalis prohibuit fieri, et iuſſit ut tota pars molendini in Pretium et in Praemium reciperetur, quousque molendinum adquitaretur.* Vbi *pretium* videtur eſſe debitum, quod in iure *reliquum* dicitur, Gall. *Arrerage: praemium* vero debiti caput et ſumma, Gall. *Principal.* PRETIVM, exiſtimatio, auctoritas, in Litteris Bonifacii IX. PP. ann. 1391. to. 6. Spicil. Acher. pag. 49. *Oſtendat itaque Pretium Apoſtolicae monitionis, oratio diuturnae angaſtiae, etc.* DE PRETIO, alicuius pretii. *Equus de pretio*, in Charta an. 1226. apud Rymer. to. 1. pag. 290. PRETIVM, compoſitio, ſeu mulcta pecuniaria homini impoſita, qui alium occiderat, ſecundum eius aeſtimationem, ſeu ſecundum eius natales. Nam alia erat Preſbyteri, aut viri nobilis, alia ſerui, aut hominis inferioris conditionis aeſtimatio, aliudque pretium. Papianus lib. Reſponſor. tit. 3. *De ingenuo vero homicida intra Eccleſiam poſito, de intrempti Precio, Principis eſt expectanda ſententia: quia de precio occiſorum nihil euidenter Lex Romana conſtituit.* PRETIVM ANCILLAE. Canones Hibernienſes l. 40. c. 4. *Princeps* (id eſt Epiſcopus) *in ſua morte etiam de rebus Eccleſiae commendare poteſt, hoc eſt Pretium ancillae, ſiue de mobili, ſiue de agro.* Lib. 46. c. 5. *Omnis qui auſus fuerit ea, quae ſunt Regis aut Epiſcopi, furari, aut aliquid in eos committere, paruipendens diſplicere, ſeptem ancillarum Pretium reddat, aut 7. annos poeniteat cum Epiſcopis.* V. *Ancilla* 2. PRETIVM NATIVITATIS, dicitur in Legibus Anglicanis. Hinc *Natus ad quatuor vel 14. libras*, dicitur is, cuius *pretium natiuitatis* eſt 4. vel 14. librarum. V. *Were.* PRETIA COEMETERIORVM, ſepulturarum obuentiones. Concilium Narbonenſe ann. 1054. can. 14. PRETIVM SEPVLCRI, apud Hibernos, quod ex bonis mobilibus defuncti Eccleſiae, in qua humabatur, cedebat: vacca nempe, equus, veſtimentum, et ornamentum lecti. Canones Hibernienſes l. 19. c. 6. V. *Heriotum*, et *Sedatio.* PRETIVM NVPTIALE, ſeu *vxoris*, Dos. Lex Burgundionum tit. 61. PRETIVM REGIVM, eſt ius quod Regi vel Domino competit, res mercales comparandi certo et definito pretio. Iter Camerarii Scotici c. 17.

PRETIVS, pro *Pretium*, in Decret. Chlotarii II. Reg. an. 595. apud Baluz. to. 1. Capit. col. 20.

PRETIVS, pro *Pretioſus*. Fridegodus in S. Wilfrido c. 29.

PRETVLA, pro *Petrula*. Vita B. Placidi Eremit. to. 2. Iunii p. 612.

† PREVEDO, preſbyter, ſacerdos, a Longob. *Prevede*. Murat. t. 5. Antiq. p. 125.

PREVENDERIATA. Vide in *Praebenda.*

† PREVENDERIVM, menſurae annonariae ſpecies. Ch. Mſ. an. 1405. V. *Praebenda.*

PREVOD MILITARE, ſpecies tributi apud Polonos. V. *Strofa.*

PREX, *παρέκλησις, ἱκεσία*, in Gloſſ. Lat. Graec.

PREXIO, Carcer, Gall. *Priſon.* Statuta Aſtenſ. Collat. 2. c. 1. fol. 11. vo. V. infra *Priſo.* Hinc

PREXONERIVS, captiuus, incarceratus, vel qui in bello capitur, Gall. *Priſonnier.* Statuta Vercell. l. 1. p. 10. vo. V. *Preſonarius.* PREXONERVS, eadem notione, in Memoriali Poteſt. Regienſ. ad ann. 1247. apud eumdem Murator. ibid. col. 1115. PREYSONERIVS, eodem ſignificatu, pluries occurrit tom. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 64. et alibi. V. in *Priſo.*

PREYSIA, canalis, riuulus. Ch. Mſ. a. 1500. V. *Preſa.*

PREZECHI, tributi ſpecies apud Bohemos. Occurrit in Charta Otrocari

ri Regis an. 1221. in Bohemia pia p. 88.

† PREZIONARIVS, captiuus, in Ch. a. 1384. V. *Prexonerius*.

PRI, pro *prae*, antiquos dixiſſe auctor eſt Feſtus.

PRIAPVS, machina bellica, ſic dicta, quod rotis aptata, membri virilis ſpeciem referret, quomodo *Canones* Gallis. Hiſtoria Auſtralis ann. 1289. *Tandem machina quadam, Priapus dicta, muro ciuitatis magna parte interrupto, etc.* Forte etiam quia *Engin*, pro membro virili, et pro machina vſurpatur vulgo. Ea eſt fortaſſis machina quam hiſtorici noſtri *Engin à verge* vocant. V. *Ingenium* 2.

PRICHA, Saxon. inferioribus, Exedra, ſeu eminentior in templo locus, interprete Leibnitio in Notis ad Excerpta ex Ordinar. Eccleſ. S. Matthaei to. 2. Script. Brunſuic. p. 475.

PRIDIANVS, aedituus, eccleſiae cuſtos, vt vult Mabillonius ſaeç. 5. Benedict. p. 545. vbi de Translat. S. Iudoci: *Corpus vero S. Iudoci . . . intra eccleſiam quaerere coepit, et inſinuante Pridiano Sigemano, ad dexteram altaris S. Martini ſarcophagum inuenit.* Ex ſequentibus tametſi certum eſt Sigemannum aedituum fuiſſe: *Poſt Miſſam iuſſu Sigemani Aeditui foras aſportatus eſt;* addubitari haud immerito poteſt an *Pridianus* nomen ſit proprium, an dignitatis vel officii: quid enim *pridianus* ad aedituum?

PRIENTA, praeſtationis ſpecies, († i. vt videtur ac *primitiae*, Gall. ol. *Prainse.*) Charta an. 1226. in Tabul. Sangerm. *XX. denar. cenſuales cum omni iuſtitia ſuper duobus arpennis vinearum quae Prientam debent, ſitis ibidem.*

PRIMA, nempe *Hora*, ſeu primum ex Officiis Eccleſiaſticis diurnis. Conſuetud. MSS. S. Aug. Lemouic. fol. 2. † PRIMA CASSODOSA, ſic fortaſſe dicta, quod in ſacrario ſ. loco vbi aſſeruantur *caſſae* ſ. capſae reliquiarum decantaretur. Ch. Mſ. a. 1300. PRIMAE LIBER, qui ad *Primam* poſt verſiculum *Pretioſa* legebatur, in quo ſcilicet martyrologium, necrologium atque eccleſiae reditus vt plurimum continebantur. Statutum MS. Eccl. Lugdun. PRIMAE. *Legere in Primis*, Scholas ad Horam *Primae* tenere, in Statutis Academiae Pariſ. apud Acher. to. 6. Spicil. p. 381. PRIMA MENSIS dicitur Portio canonica, in Epitome Conſtitut. Eccl. Valent. to. 4. Concil. Hiſp. pag. 162. quod prima die cuiusque menſis ſoluebatur. PRIMA MENSIS, eadem ratione dicitur Coetus Doctorum ad deliberandum de rebus quae ad Facultatem ſpectant conuenientium. PRIMA SANCTA, quid his verbis intelligendum ſit, docet Iohannes de Capella laudatus a Mabillonio in Notis ad vitam S. Angilberti ſaec. 4. Bened. p. 115. † PRIMA, fructuum erogatio, ſic fortaſſe dicta, quod ex frugum *primitiis* vel ad horam *primae* diſtribueretur. Ch. Mſ. a. 1274.

PRIMALIS, primarius, principalis, praecipuus. Charta an. 1485. apud Miraeum tom. 1. p. 787. col. 1. V. *Primaris*.

PRIMANI, qui etiam interdum *Primarii*, ſub Magiſtro militum praeſentali inter Palatinas Legiones recenſentur in Notitia Imperii. V. Henricum Valeſium ad lib. 16. Marcellini p. 131. PRIMANVS, primarius. Epiſt. ad Sixtum IV. PP. an. 1480. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 298. Infra pro dignitate et officio vſurpari videtur.

PRIMARCHATVS. Burchardus de Caſib. S. Galli c. 7. de Vodalrico Abbate S. Galli et Patriarcha Aquileienſi: *Nam vt nobilitatem ſuam decuit, omnes fautores ſuos pace adepta, vel hic in Abbatia remuneranis, vel in Primarchatum ſecum ducens ibi honoribus et rebus ampliando exaltauit.* Legendum hoc loco *Patriarchatum*, aut ſane intelligendum opinatur Goldaſtus.

PRIMARCHES, princeps, in Epiſt. S. Pii PP, inter Acta SS. to. 3. Martii p. 477.

PRIMARCHIO, quaſi primus Marchio. Charta Pontii Comitis Tolo-

ſahi an. 936. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 77.

PRIMARI. Petrus de Mura: *Cuius dici defectus: cogit aliquam lunationem Primari citius, ſine anticipari primilunium per vnum diem: quae anticipatio appellatur ſaltus lunae.*

PRIMARIA, lC. Anglis, idem quod *Poderagium*, ſeu primarium ius hypothecarium, quod habet creditor in feudum, aut praedium debitoris. V. *Poderagium* et *Potioritas.*

PRIMARIOLVS, πρωτεύων, apud veterem Interpretem Moſchionis de morbis mulierum c. 144.

PRIMARIS, pro *Primarius. Primare altare*, non ſemel in Actis Murenſis Monaſterii p. 15. 25. 29. V. *Primalis.*

PRIMAS, qui primas partes tener, qui primum locum obtinet. Grammaticus infimi aeui MS. *Primates orbium, vicorum, caſtellorum*, in Cod. Th. non ſemel. *Primates regionis*, in Pragmatica Sanctione Iuſtiniani c. 11. *Primates Palatii*, in Lege Wiſigoth. l. 3. tit. 1. §. 5.

PRIMAS, Vicecomes, apud Aimoinum in Translat. SS. Georgii et Aurelii ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 50.

PRIMAS CASTRI, qui eiusdem dominus eſt, nuncupatur, in Mirac. S. Genulfi Epiſc. ibid. p. 233.

PRIMATES IVDAEORVM, πρωτεύοντες Ἰουδαίων, Socrati l. 7. c. 13. qui antea Patriarchae dicti, quorum abolitum nomen, ſub Theodoſio Iuniore teſtatur Lex 29. Cod. Th. de Iudaeis. V. Samuelem Petitum l. 2. Var. c. 10. Blondellum de Papae primatu p. 532. et Iac. Gothofred. ad d. l. 29.

PRIMATES, apud Chriſtianos, dicti Epiſcopi, qui in ciuitatibus, quae ex Imperii laterculis iure Metropoleos gaudebant, praeſidebant ex can. 2. Concilii Taurinenſis an. 397. cui conſonant Epiſtolae ſummorum Pontificum, nempe quod in Metropoli conuentus iuridici agi ſolerent a Praeſidibus prouinciarum, et ad eam *omnes, qui negotia videntur habere, concurrant*, vt eſt in Concil. Antioch. c. 9. vnde paſſim Metropolitani appellantur. Apud Africanos vero aliter ſeſe res habuit. Is enim Primas dicebatur, ſeu *Epiſcopus primae ſedis*, qui ordinationis tempore collegas ſuos anteibat, quem ideo *Senem* appellabant, vt in hac voce docemus. Conc. Carthagin. ſub Bonifacio PP. can. 86. in Cod. Afric. *Primatus prioribus ordinatione concedebatur.* Solius tamen Carthaginis ea erat praerogatiua, vt eius Epiſcopus Primas eſſet Proconſularis prouinciae, et caput reliquarum quinque prouinciarum. Factum poſtea vt *Primates* dici coeperint non ſinguli Metropolitani, vt olim; ſed illi Epiſcopi, qui plures prouincias, et earum metropolitanos adminiſtratione ſua complectebantur. Capitul. l. 6. c. 439. PRIMVS INTER PRIMATES, Titulus Remorum Archiepiſcopo ab antiquioribus conceſſus, ſi fides Hincmaro in Epiſt. ad Leonem IV. Papam. PRIMAS *Galliae et Germaniae* Anſigiſus Senonum Archiepiſcopus inſtitutus a Iohanne PP. et confirmatus a Synodo Pontigon. an. 876. c. 7. PRIMAS TOTIVS GALLIAE nuncupatur Hugo Archiepiſcopus Lugdunenſis, in Tabul. S. Albini fol. 29. PRIMAS *Gentium Trasmarinarum* dicitur Lanfrancus Archiep. Cantuar. in eius Vita a Milone Criſpino ipſius ſubpari ſcripta num. 19. PRIMATES Epiſcopi interdum dicti, qui aliis coëpiſcopis ordinationis tempore potiores erant; quomodo ab Hilaro PP. Conſtantius Vzeticae ciuitatis Epiſcopus dicitur eſſe *Primas aeuo honoris.* Et ibidem cura prouinciae Narbonenſis ob ſuſpenſionem Hermetis Metropolitani transfertur ab Hilaro ad eum, *quem repererit Epiſcopalis ordo Primatem.* Alio modo primus inter comprouinciales Epiſcopus dicebatur, cuius ciuitas ſecundum a Metropoli locum obtinebat, ac ſecundo ab ea loco in prouinciae notitia deſcribebatur. V. Sirmondum ad Gaufridi Vindocin. l. 3. Ep. 11. PRIMATIS inter Abbates titulo donatum a ſummis Pontificibus Abbatem Fuldenſem ſcribit Browerus l. 1. Antiq. Fuld. c. 15.

PRIMATIA, primatis dignitas, Gallis *Primatie*, apud Macros in Hierolex. ex c. 7. de in integr. reſtit.

PRIMATIO LVNAE, nouilunium. V. *Primari* et *Saltus Lunae*.

PRIMATIOR, qui apud aliquem primas obtinet, familiarior. Hiſtor. Andagin. Monaſter. apud Marten. to. 4. Ampl. Collect. col. 959.

PRIMATVS. (1) Priuilegium. Capitulare Radelchiſi Principis Beneuentani an. 851. ann. 4. (2) † Principatus, regimen, adminiſtratio. Ch. fundat. monaſt. de Ciriſiaco.

PRIMATVS, adiect. Primus, prior. Charta a. 1086. in Addit. ad Chron. Caſaur. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 1002.

PRIMAVERA, praeſtationis ſeu tributi ſpecies, an idem quod *Primitiua*, ſtrenae, xenia? († Neutrum, piſciculi genus eſt, Gallis *Printverde*.) Tabular. S. Nicolai Andegau. *Comes Hoellus dedit S. Nicholao inſulam Denerallam integram, cum ſua parte cenagii, abſque Primanera*. Niſi forte intelligas ius animalia mittendi ad depaſcendas primas veris herbas.

PRIMAYRANVS, PRIMAYRAS, Scabinus, vrbis conſiliarius, quorum primus, qui alibi *Maior*, *Primayras* dictus fuiſſe videtur. Conſilium an. 1267. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 71. V. in *Prior*.

PRIMICERIA, dignitas in Monaſteriis feminarum, quae aliis praeeſt. Regula S. Caeſarii ad Virgines c. 39. V. infra in *Primicerius*.

PRIMICERIATVS. (1) Officium, dignitas *Primicerii*, in l. vnic. de Decanis lib. 6. tit. 33. Cod. Theod. Charta an. 1105. apud Calmet. to. 1. Hiſt. Lothar. inter Inſtr. col. 517. (2) Beneficium eccleſiaſticum, ſeu reditus ad *Primicerium* pertinentes. Necrolog. Tullenſe.

PRIMICERIVM, poteſtas, imperium, dominatio. Acta Epiſcop. Cenoman. tom. 3. Analect. Mabill. p. 348.

PRIMICERIVS, primus cuiusque ordinis. Lexicon Graec. MS. Reg. Cod 930. πριμμικήριος, ὁ πρῶτος τῆξιώτης. Suidae, πρῶτος τῆς τάξεως τυχόντης, in Nouella Heraclii, ὁ ἐν ἑκάστῳ τάγματι πρῶτος. Primus in ceram, ſeu tabulam relatus. Hygenus de Limitib. agror. *Has conternationes ſublata ſorte quidam tabulas appellauerunt, quoniam iudicibus excipiebantur: et a prima cera, primam tabulam appellauerunt*. Willelmus Tyrius l. 4. c. 8. PRIMICERII, proceres. *Regales primicerii*, in Vitis Abbatum S. Albani p. 15. Interdum pro *ducibus* ſeu principibus alicuius negotii. Ibid. *Electi commilitones et Primicerii*. Matth. Paris an. 1240. *Sciſcitabatur, quis in exercitu foret Primicerius*. PRIMICERIVS, idem qui *Domeſticus*, apud Senatorem l. 10. Ep. 11. *Primiceriatus, qui et Domeſticatus nominatur*. PRIMICERIVS, dignitas militaris, tribuni dignitati proxima, apud Hieronym. ad Pammachium: *Sed ante Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarchus, Cirmicitor, Eques, deinde Tiro*. PRIMICERIVS AVGVSTAE, apud Euſtathium in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 84. PRIMICERIVS AVLAE, qui tubicinibus Imperatoriis praeerat. V. Notas ad Cinnamum p. 463. *Magnus Primicerius*, apud Conſtantinopolitanos, dignitas, de qua Codinus et eius interpretes. V. Ioannem VIII. PP. Ep. 169. PRIMICERIVS, dignitas in Eccleſiis Cathedralibus: officium ipſum *Primiceriatus*, apud Gregorium IX. l. 1. c. 8. vbi extinctam hanc dignitatem in Eccleſia Tullenſi ſub eiusdem Pontificis tempora obſeruare eſt. *Primicerius ſedes Apoſtolicae*, apud Ioannem VIII. PP. Ep. 7. ex iis, quas Sirmondus edidit. *Primicerius Eccleſiae Neapolitanae*, apud Engippium in Vita S. Seuerini cap. vlt. PRIMICERII SVBDIACONORVM, *Notariorum, Lectorum*, in Eccleſiae Mediolanenſi an. 963. apud Vghellum in Appendice to. 4. p. 2. 11. V. Gloſſ. med. Graecit. in πριμικήριος. PRIMICHERIVS, vt *Primicerius*, in Charta S. Gerardi Epiſc. Tull. an. 982. apud Calmet.

tom. 1. Hist. Lothar. inter Probat. col. 388.

† PRIMICERVS, primus et praecipuus. Chron. Th. Otterb.

PRIMICLERVS, munus ecclesiasticum; primus et praecipuus inter Clericos, qui nempe vniuersae Clericorum cateruae et familiae praeerat. Nam vt Diaconis Archidiaconus, Presbyteris Archipresbyter antistabant, ita Clero Primiclerus, cuius arbitrio oblationes Clericis pro ratione virtutis et officii distribuebantur. Conc. Compostell. an. 1031. inter Hispan. to. 3. p. 199.

PRIMICOPII, *qui primum locum in praeliis obtinent.* Gasp. Barthii Gloss. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 435. ex Guiberti Hist. Palaest.

PRIMIFORMIS dictus Adam, quia primus formatus fuit. Vetus Irenaei interpres l. 3. c. 23. V. *Primoplastus.*

PRIMILVNIVM, nouilunium. Vide *Primari.*

PRIMIOR, ad primum rei principium propius accedens. Otto Frising. de Frider. I. Imper. apud Murator. to. 6. col. 644.

PRIMIPARA, quae prima vice peperit, Πρωτοτόκος, apud Martinium. Vtitur Plinius l. 8. c. 47.

PRIMIPETA, *Primum locum vel gratiam exponens*, vt leg. censet la Cerda apud Isid. pro *Prima porta, Primum locum vel grecia expositio;* cui assentit Graeuius: nisi emendes ex Constantiensi: *Prima peto, primum locum, vel egregia expesco.*

PRIMIPILARIVS, vt Primipilaris, Centurio primi pili seu primae cohortis. Otto Frising. de Frider. I. apud Murator. to. 6. col. 651.

PRIMIPILATVS, dignitas et gradus Primipili, apud Laur. in Amalth. Occurrit apud Ioh. Sarisber. l. 6. c. 16.

PRIMIPILARES, *qui ad pascendos milites solemniter ad limitem destinabantur.* V. Gothofred. ad l. 6. Cod. Theod. lib. 8. tit. 4. De *primipilo* seu pastu primipili, ibid. consulendus, vt et ad l. 11. lib. 12. tit. 1. V. etiam Gloss. med. Graecit.

PRIMIPOTENS, primus potentia, qui alios omnes potentia praecellit. Apul. in Asclep. Hermet.

PRIMISCRINIVS, qui primum locum obtinet in Scriniis publicis, vel inter *Scriniarios.* Notitia Imperii lib. 1. c. 40. de Magistro militum in praesenti: *Habet . . . . Primiscrinios, qui Numerarii sunt.* PRIMISCRINVS, cancellarius. Eo nomine Chartam an. 934. sub Radulfo Rege subscribit Vicbertus, apud Stephanot. to. 3. Antiq. Pictau. MSS. p. 337. PRIMISCRINIARII, et *Scribae regionarii*, inter officia Ecclesiae Romanae, apud Anonymum Vaticanum de Electione Paschalis II. apud Baron. an. 1100. qui *Protoscriniarii* nuncupantur apud Reginonem in Chronico. PRIMISCRINIATVS, dignitas ipsa, apud Senatorem l. 11. Ep. 21. PRIMISCRINIVS, pro *Primicerius*, in Vita S. Iohannis Gorz. Abbat. saec. 5. Bened. p. 374.

PRIMISERIVS, pro *Primicerius*, in Chartario Eccl. Auxit. c. 52.

PRIMISSARIVS, idem qui *Primitiarius*, de qua voce infra. († Porius is qui primam horis matutinis celebrat missam.) Synodus Augustensis ann. 1540. celebrata. Vox, vt videtur, deducta ex *Primicerius.*

PRIMITAS, primatus. Vita B. Coletae tom. 1. Mart. p. 547.

† PRIMITES, primus, t. 7. Collect. Hist. Franc. p. 316.

PRIMITIAE, *quae veniunt ad altare*, vt ab eis secernantur quae mox ad domum presbyteri deferre dicebantur, in quo positae fuerint discimus ex Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 55. PRAEMICIAE et PREMITIAE, pro *Primitiae*, in Charta an. 1089. tom. 5. nouae Gall. Christ. inter Instr. col. 197. et in Charta ann. 1254. to. 6. col. 66. PRIMITIES, in Vita B. Columbae tom. 5. Maii pag. 381. PRAEMISSIA, *ae*, in Statutis MSS. Augerii Episc. Conser. an. 1280.

PRIMITIALES, *Primitini*, in Gloss. ad Doctr. Alexandri de Villa Dei. PRIMITIALIS. (1) Principalis, originalis. Vita S. Adalberti to. 3. Apr.

Apr. p. 281. (2) † *Primitias* ſoluere, præſtare. Stat. a. 1358.

PRIMITIARE, incipere, primitias dare. Petrus Bleſenſis Epiſt. 20. *Munificentiam a tenera Primitiauit aetate.*

PRIMITIARIVS, pro *Primicerius*, Dignitas Eccleſiaſtica apud Grodogangum Metenſem Epiſcopum in Regula Canonicor. c. 10. V. *Primicerius* et *Primiſſarius.*

PRIMITIVA. (1) Primitiae, in Chartis Regum aliquot Nauarrae aeras 1068. et 1094. apud Antonium de Yepez in Chronico Ordinis S. Benedicti to. 1. V. in *Tertia.* (2) Strenae, xenia. Matth. Paris an. 1249.

PRIMITIVM, πρωτεῖον. Gloſſ. Lat. Graec. in Caſtigat. *Primitium, primatus*, πρωτεῖον. Cod. Sangerm. *primitiuum.*

† PRIMITIVVM, prima perſcriptio, i. q. *Protocollum*, in Teſtam. ann. 1149.

PRIMITIVVS, qui ex alio originem non habet, apud Prudentium, Columellam et alios. *Primitiuus*, πρωτότοκος, in Gloſſ. Lat. Graec.

PRIMITVS, prius, *Primitus*, πρώτως. Gloſſ. Lat. Graec. Diploma Caroli Reg. Hungar. ann. 1325. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 486.

PRIMIVIRGIVS, πρωτοραβδοῦχος, in Gloſſ. Graec. Lat. primus ex lictoribus, qui virgam deferunt. Gloſſ. Iſid. *Primiuirgius, caballarius, quod primus eſt militiae in virgis.* Vbi Excerpta: *Primiuirgius, caballarius, quod primae eſt militiae, ius in virgines virgis.* Emendat la Cerda: *Primiuirgius, clabarius* (vel clauarius) *qui primus eſt militiae in virgis*, hoc eſt, vt monet Graeuius, Militum virgatorum, qui praeibant magiſtratus cum virgis et baculis, vt lictores Romae. *Clauarius*, a claua, qui clauam ſeu baculum praefert.

PRIMNA, puppis, Graec. πρύμνα. Ethelwerdus l. 4. c. 4.

PRIMOGENITA, primitiae. Charta an. 1069. ex Tabulario Eccleſiae Gratianopolit. fol. 24.

PRIMOGENITALIS, primogenitus, apud Tertull. adu. Valent. c. 20.

PRIMOGENITOR, primogenitus, filius natu maior. Litterae Iohannis Reg. Franc. a. 1361. to. 3. Ordinat. p. 489.

PRIMOGENITVRA, ius et priuilegium primogeniti, Gall. *Droit d'aineſſe.* Charta Philippi Pulcri ann. 1291. apud Thomaſſer, in Biturig. p. 727. V. *Aineſcia* et *Maioratus.*

PRIMOGENIVS, πρωτοτόκος, in Gloſſ. Lat. Gr. Ciceroni primigenius. Regula Mellic. in Chronic. eiusdem Monaſt.

† PRIMOLVS, *priorum princeps*, in vet. Gloſſ. Cod. 7641.

PRIMOPERAM, *Genus officii*, in Gloſſ. Lat. MS. regio cod. 1013. an *primus* ſeu *Primicerius operum*, ſeu *Operarius*, de qua dignitate ſuo loco egimus.

PRIMOPLASTVS, vox hybrida, πρωτόπλαστος, apud Tertull. exhortat. caſtitatis c. 2. vet. Irenaei interpr. l. 2. c. 9. Prudentium hymno 7. et in lib. 1. Sacram. Rom. Eccl. c. 42. etc.

PRIMORDIALIS, primigenius, principalis. *Verbum primordiale*, apud Tertull. adu. Iudaeos c. 2. *Primordialis cauſa*, apud Ammian. l. 30. initio.

PRIMORDIALITER, primum. Anonymus de geſtis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. to. 8. col. 615.

† PRIMONES, proceres primi ordinis. V. *Primus* et *Subprimates.*

PRIMOTICVS, primo natus, praecoquus. Apitius lib. 4. de Re Culin. c. 5.

PRIMVLE, primo, primum, vel nuper. Adamnanus lib. 3. de locis SS. c. 4.

PRIMVS, primae, vt aiunt, conditionis, vt *Medianus*, mediae, et *Minoſtedus* infimae, apud Alamannos, in Capitulis ad Legem Alaman. c. 22. edit. St. Baluzii: *Si Primus Alamannus fuerit, ducentos ſolidos componat.* V. Gloſſ. med. Graecit. in πρῶτος.

PRIMVS ALTARIS, inter dignitates Eccleſiae S. Egidii recenſetur in Bulla Pauli III. PP. ann. 1538. pro

Secularisa[illegible]usd. Eccl. Horum officium seu d[illegible]nitas *Prima* et *Secunda altaris* dicitur in eadem Bulla. PRIMVS IN CVRIA; quae fuerint eius iura et praerogatiuae, videſis in Notis Gothofredi ad leg. 127. Cod. Theod. l. 12. tit. 1. PRIMVS HONOR. Non ſummus, vt monet idem Gothofredus ad leg. 4. eiusd. Cod. lib. 6. tit. 27. verum vltimus, qui ſcilicet primus receptis intra ſcholam defertur: *Noui quinquennio vacent a Primi quoque honoris auſpiciis.* PRIMVM NAVIGIVM, πρωτόπλοια, in Gloſſ. Lat. Graec. PRIMVS NAVIVM, apud Luithprandum lib. 3. cap. 6. Romanus Lacapanus fuiſſe dicitur, qui Graecis δρουγγάριος. PRIMVS PALATII, dignitas, qua donatus *Hermenegildus*, qui Chartam Ranimiri Regis Legionenſis aerae 979. ſubſcripſit, apud Anton. de Yepez, in Chron. Ord. S. Benedicti to. 5. p. 438. ſtatim poſt Epiſcopos et Abbates. De Hermenegildo, vide ibid. p. 428. PRIMVM TEMPVS vocantur Kalendae Martiae, quod ab iis annus exordium ducat, in Cod. Theod. lib. 12. tit. 1. de Decurion.

PRINCEPS, Rex, Imperator, in Legibus Wiſigoth. lib. 5. tit. 7. §. 20. in Leg. Longob. lib. 2. tit. 29. §. 1. PRINCEPS, Dux, qui prouinciae praeeſt, in Leg. Alaman. cap. 85. in Leg. Baiwar. c. 2. Interdum eodem Principis nomine Rex et Dux deſignantur. Capitul. l. 5. c. 367. PRINCIPES dicti, quotquot in ordine aliquo primarium locum obtinent, quos poſterior aetas *Primicerios* appellauit. Senator l. 7. Ep. 24. Erant autem *Principes* in Militia, *Principes* ſcilicet *Legionum et Cohortium*, de quibus Vegetius lib. 2. c. 8. a quibus nomen tranſiit ad *Principes officiorum*, qui in omnibus officiis omnium Magiſtratuum ciuilium et militarium erant. Capitolinus in Antonino: *Additis officiorum omnium Principibus.* Horum mentio fit paſſim in Notitia Imperii: De his etiam eſt titulus Cod. Theod. *de Cohortalibus, Principalibus, Cornicularis et Primipilariis.* PRINCIPES AGENTIVM *in rebus*, de quibus eſt tit. 28. in Cod. Th. lib. 27. qui et *Primates* dicti in Lege 22. de Agentib. in rebus, eod. Cod. Senator lib. 11. Ep. 35. V. Iacobum Gothofredum ad d. tit. PRINCEPS MILITIAE dictus apud Gallos Seneſcallus, cuius praecipuum munus fuit in rebus bellicis. Rigordus an. 1184. V. *Seneſcalcus.* PRINCEPS OFFICII, primus officialium, id eſt Miniſtrorum et Apparitorum Iudicis vel Rectoris Prouinciae, in l. 1. C. Theod. de Offic. Rect. prou. apud Lampridium in Heliogabalo et in Alexandro, Symmachum lib. 1. Epiſt. et auctorem Queroli. V. *Priores officiorum.* PRINCEPS CASTRORVM, in veteri inſcriptione 1101. 5. PRINCEPS CIVITATIS, πρωτοπολίτης, in Gloſſis Graec. Lat. Gloſſae Lat. Graec. *Princeps*, πρωτοπολίτης, ἔξαρχος. Aliae: πρωτοπολίται, *Proceres.* Sic autem appellabantur, qui in ciuitatibus praecipuos Magiſtratus gerebant. Vnde Sextus Rufus Odenatum Palmyrenum *Decurionem* vocat, quem Vopiſcus *Principem ciuitatis.* V. Gruteri Inſcript. 472. 4. et infra in v. *Prior.* PRINCEPS SACERDOTVM, Titulus honorarius, quem aliquando vſurpaſſe videntur Primates; quibus exinde prohibitum ne eo vterentur. Capitul. lib. 7. c. 29. PRINCIPES, proceres Palatii. Titulus Legis Alamannorum in antiquis codicib. *Incipit Lex Alamannorum, quae temporibus Chlotarii Regis una cum Principibus ſuis . . . conſtituta eſt.* Vbi alii habent *Proceribus.* PRINCIPES CASTRI, PATRIAE, proceres regionis, in Charta an. 1108. inter Inſtr. to. 2. nouae Gall. Chriſt. col. 277. PRINCEPS, Nomen dignitatis. Moſchopulus p. 160. πρίγκιψ, ἀξιώματος ὄνομα. Primus autem *Principis* nomenclaturam, in honorarium ſeu potius feudalem titulum, in Italia, inuexit Arechis Dux Beneuentanorum, vt ſcribit Leo Oſtienſis lib. 10. c. 10. A Principatu Beneuentano poſt annos 90. prodiere *Principatus*

Sacro-

Salernitanus et *Capuanus*. Falcandus p. 659. Ex quibus colligitur, *Principis* titulum, Comitalem longe dignitate praecelliſſe. Ex praedictis etiam docemur, ab Italia in caetera regna, etſi in quibusdam ſerius, profluxiſſe eiusmodi *Principis* titulum: nam et inde in Regnum Hieroſolymitanum tranſiit. Quippe cum Boëmundus Tancredi filius in haeredii ſortem a Rogerio fratre Tarenti et Baris Principatus obtinuiſſet, vt narrat Ordericus Vitalis lib. 8. p. 677. Antiochiae Dominus factus, eiusdem *Princeps* appellatus eſt, quod, inquit Will. Tyrius lib. 6. c. 23. antea *Princeps* vulgo nuncuparetur; Tarenti ſcilicet, vt habent praeterea liber vernaculus de Familiis Vltramarinis, et Ioan. Villaneus lib. 4. c. 18. Atque inde fortean fluxit, vt complures dignitate licet et natalibus longe inferiores proceres *Principis* titulum ſibi arrogarint, vel certe vt iis ille a Scriptoribus adſcribatur, quod mox docemus. Inde eriam originem duxere *Principatuum* erectiones, quae in Francia noſtra et in Belgicis prouinciis ſerius noſci coepere. Primus enim, qui mihi occurrat, in Francia principatus, eſt Chaleſius in Inculiſmenſi agro; in Hiſtoriae Aruernenſis probat. pag. 228. ſub an. 1478. et in Ceremoniali Franciae an. 1513. tametſi de erectione non conſtet. Exhinc complures leguntur inſtituti, atque in iis Iouisuillae an. 1552. Porceani an. 1561. Guemenaii an. 1570. PRINCIPES in Francia triplicis generis eſſe obſeruat Saniulianus lib. de Origin. Burgundionum c. 33. extremo: ac primo quidem ita appellari, qui ex domo regia ſunt, quos vulgo *Princes du ſang* dicunt: deinde qui orti ex Principum extraneorum familia in Aula Regum Galliae militant, et in Francia ſedes fixere: ac denique ita vocari, qui feuda poſſident cum titulo Principatus, de quibus mox egimus. Sed qui regnante Carolo V. in Francia pro Principibus haberentur, docet prae caeteris Chriſtina Piſana *au Tréſor de la Cité des Dames*, 2. part. c. 9. Quartam denique Principum ſpeciem addunt Bodinus lib. 1. de Republica c. 6. p. 63. et Marca lib. 6. Hiſtor. Beneharn. c. 8. num. 4. qui ſcilicet feuda maiora, vel etiam oppida poſſident in regni confiniis, de quorum ſupremo dominio ac ſuperioritate Principes ac Reges non conuenere inuicem in pactis ac foederibus, atque adeo *ſuperſeſſum eſt*, donec de rei vejitate conſtaret. At cum publicae iſtae vix dirimantur lites, factum, vt flagrantibus potiſſimum bellis eorum poſſeſſores oppida ſua munierint, et cum neutri Principum parerent, horum ſe ſupremos Principes indigitarint, quod de Byzantio ſcribit Iuſtinus l. 9. PRINCEPS, nomen videtur fuiſſe dignitatis in regno Anglorum. Charram enim Offae Regis ſubſcribunt ſtatim poſt Epiſcopos *Brordanus Patricius*, *Binnanus*, *Princeps*, deinde *Duces*, in Additament. ad Matth. Paris p. 155. PRINCEPS, dignitas, vt videtur, fuit apud Hiſpanos. Diuiſio Oxonienſis et Auſoenſis Epiſcoparuum ann. 1088. ſub Adelfonſo Imper. et Hiſpaniarum Rege, quae exſtat poſt Concilium Bracarenſe I. ſubſcribitur ab *Epiſcopis* et *Abbatibus*, deinde a *Comitibus*, demum a *Principibus*, hoc modo: *Ego Martinus Comes confirmo, etc. Ego Aluarus Dux Princeps confirmo.* PRINCEPS WALLIAE, titulus veterum principum Prouinciae Anglicae, quam *Walliam* vocant, qua in ius Regum Angliae redacta, eorum filii primogeniti eodem titulo deinceps donati ſunt. V. Thomam Walſinghamum p. 48. et Thomam Smith l. 1. de Republ. Anglor. c. 17. PRINCIPES in Germania qui dicantur, docet Albericus in Chronico MS. an. 1234. *In Alemannia omnes Archiepiſcopi, et Epiſcopi, quidam excellentiores nigri Abbates, et omnes Duces, et quidam Marchiones, et Lantgranius Turingiae, et Palatinus Comes de Reno, omnes iſti vocantur Principes. Caeteri autem ſunt vel Comites, vel Caſtellani, vel nobiles. Ordo Principum*, apud Ottonem Friſing. de Geſtis Friderici

l. 2. c. 28. PRINCEPS, in iure feudali Saxonum cap. 38. §. 8. et seqq. *tali nomine censetur, eo quod habet feudi vexillum, de quo ipse Princeps dicitur et habetur. Nullus ab eo debet recipere, cum illud alius ab eo receperit. Qui confert taliter, inuestitus non est primus in feudo, et ideo non debet Princeps appellari. Qui possidet feudi vexillum, et est Princeps, nullum laicum debet habere dominum, praeter Regem.* PRINCIPES dicti ipsi Comites, in Charta Caroli C. in Tabulario Deruensi. PRINCEPS, pro *Dominus*, alicuius nempe oppidi vel castri. Ita inscribuntur Dux Normanniae apud S. Anselmum lib. 3. Ep. 8. et alibi, Comes Flandriae apud eumdem lib. 3. Ep. 28. *Princeps Malamortensis castri*, apud Gaufredum Vosiensem l. 2. c. 3. *Guillelmus Bellismensis, provinciae Principatum gerens*, in Charta fundationis Abbatiae Longlay, quam subscribit hoc modo, *Willelmus Princeps*, apud Aegidium Bry in Histor. Perticensi pag. 42. 44. PRINCEPS, superior dominus, Gall. *Chef - Seigneur*. Pactum inter A. Episcopum Aginnensem et S. de Monteforti Ducem Narbonensem et Comitem Tolosae a. 1217. in Regesto 30. Tabularii Regii ch. 16. PRINCEPS etiam suae ciuitatis dicti interdum Episcopi, vt in Canonibus S. Patricii can. 30. et aliis Hibernicis Synodis apud Waraeum in Opusculis S. Patricii p. 120. Obtinuit haec Episcoporum nomenclatura maxime apud Germanos, vt ex superius dictis manifestum est: hanc nihilominus ante saeculum XI. Episcopis tributam esse negat Conringius in Cens. Diplomat. Ludou. pag. 218. Idem titulus concessus etiam Abbatibus, in Canon. Hibernicis cap. 6. to. 9. Spicil. Acher. p. 12. Eo etiamnum decorantur Abbates Fuldenses, Campodunenses, Weissenburgenses et Murbacenses. PRINCEPS CARCERIS, ἀρχιδεσμοφύλαξ δεσμωτηρίου, Genes. c. 39. v. 23. V. *Principalis Custos*. PRINCEPS ECCLESIAE, dignitas Ecclesiastica, eadem forte, quae apud Graecos ἐκκλησιάρχης. Ordo Romanus. PRINCEPS METENSIS dictus huius Ecclesiae Primicerius, apud Lambertum Ardens. lib. 4. Histor. c. 95. V. supra *Primicerius*. PRINCEPS MONASTERII, qui alias *Aduocatus* et *Defensor* nuncupabatur. Regula S. Pachomii. PRINCEPS NERVORVM, Cerebrum. Alexander Iatrosophista MS. lib. 1. Passionum.

PRINCERVS, vt *Primicerius*. V. supra *Princeps Metensis*.

PRINCIPALES, praecipui ciuitatum: οἱ ἐν τέλει, in veteri Inscriptione. Alia Inscriptio apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 26. *Ti. Claudio Herodiano C. V. leg. pron. Sicil. iudici rarissimo patrono Col. Panhomirs. Principales viri ex aere collato DD. Principales vrbium*, in Cod. Th. l. 40. tit. 5. de Haeret. PRINCIPALES CVRIAE, decuriarum primi. Acta S. Symphorosae to. 4. Iulii p. 358. Horum dignitas et officium PRINCIPALITAS dicitur in Cod. Th. l. 6. de Quaest. tit. 35. PRINCIPALES MILITES. Veget. lib. 2. c. 7. *Hi sunt Milites Principales, qui priuilegiis muniuntur.* V. *Principium 2.* PRINCIPALIS, Gymnasiarcha, Gall. *Principal*. Consuet. Vniuers. Paris. per Robert. Goulet fol. 9. vo. PRINCIPALIS, primus, primaeuus, antiquior. Verus Interpres Irenaei lib. 5. c. 14. PRINCIPALIS CVSTOS, idem qui supra *Princeps Carceris*, in Chron. Parm. ad an. 1286. apud Murator. to. 9. col. 809. PRINCIPALE NOMEN. *Haeres nomine principali*, id est, titulo directo, vniuersali, interprete Gothofredo ad leg. 17. Cod. Theod. tit. 5. de Haeret.

PRINCIPALISSIMVS, Maximus. Necrolog. Fratrum Minor. Siluanect.

PRINCIPALITAS. (1) Principis auctoritas, maiestas. Libellus Precum Marcellini et Faustini. (2) Principatus, Gall. *Principauté*, in Charta an. 1018. inter Instrum. tom. 4. nouae Gall. Christ. col. 139. V. alia notione in *Principales*. (3) Praestantia, excellentia, Gall. *Primauté*. Tertull. de Anima c. 13.

PRIN-

PRINCIPALITER. (1) Praecipue, potiſſimum, apud Rolandin. Patau. de factis in Marchia Tarviſ. tom. 8. Murator. col. 266. *Principaliter*, principis more, in Plin. Paneg. c. 47. (2) Synodus Pergam. an. 1311. apud Murator. to. 9. col. 566. *Sub poenis et tenoribus praedictis ſe obligent Principaliter et in ſolidum.* Galli dicerent, *S'obliger ſolidairement et un ſeul pour le tout.*

PRINCIPARE, gubernare, regere, principem agere. Sidonius Apollinaris Carm. 9. 23. Carmen vetus de miſſione Spiritus Sancti lib. 1. Aduerſ. Barthii c. 3. Vbi *a principante exordio*, idem ſonare videtur quod a primo exordio; adeo vt *principare* hic ſit pro incipere. Fulcuinus in Abbat. Lobienſ. ap. Acher. to. 6. Spicil. p. 548. *Facta eſt autem haec dedicatio . . . . Domino in perpetuum regnante, Pippino autem Francis Principante.*

PRINCIPARI, praeeſſe, Praetidere. Ottoboni Annal. Genuenſ. ad an. 1194. apud Murator. to. 6. col. 368.

PRINCIPATOR, qui principium dat rebus. Arnobius in Euangeliſtarum locos. V. *Principiator.*

PRINCIPATVS, Angeli ex tertio Hierarchiae Angelicae gradu, ſic dicti, quod *in eorum praelatione primus Principatus, manifeſtatur, quia ipſum principando et imitantur et manifeſtant*, inquit Hugo ex S. Dionyſio. V. Iſidorum l. 7. Orig. c. 5. Guillelmum Pariſ. S. Bernardum, et alios.

PRINCIPIARE. (1) Imperare, Principem eſſe. Conc. Ouetenſe inter Hiſpan. to. 3. p. 160. V. ſupra *Principare.* (2) PRINCIPIARE, PRINCIPIARI, incipere, oriri, principium ducere. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 20. p. 44.

PRINCIPIATOR, vt ſupra *Principator.* Chron. Domin. de Grauina ap. Murator. to. 12. col. 686.

PRINCIPIENS. (1) Incipiens, inchoans. Statuta Monaſt. S. Germani Pariſ. in Hiſt. eiusdem inter Probat. p. 173. (2) † Ad doctoris gradum promouendus. Stat. Vniu. Aurel. a. 1336.

PRINCIPISSA. (1) Principatus, *Principauté.* Charta homagii an. 1480. praeſtiti Carolo Cenomani Comiti Prouinciae, ex Schedis Pr. de Mazaugues. (2) † PRINCIPISSA BELLI, MILITIAE, dux exercitus. Annal. Laur. Bonincont.

PRINCIPIVM. (1) Palatium principis. Tertullianus de Corona militis c. 12. (2) Miles ipſe *Princeps*, ſeu *Principalis*, vt eſt apud Vegetium l. 2. c. 7. Ita vtuntur idem Vegetius lib. 1. c. 20. Frontinus lib. 2. cap. de Inſidiis n. 30. (3) Actus Theologicus ad obtinendum Doctoris gradum, olim in Vniuerſitate Pariſienſi vſitatus, cuius mentio eſt in Bulla Alexandri IV. PP. an. 1256. apud du Boulay in Hiſt. Vniuerſit. Pariſ. tom. 5. p. 911. et 913. (4) PRINCIPIVM *principians*, primum principium; *Principium principiatum*, Principium ſecundum. Haec Philoſophis familiaria. (5) † Donum, munus. Stat. Mſ. a. 1291. (6) † Suppuratio, t. 2. Sept. p. 457.

† PRINCTVRATVRA, mendoſe procul dubio, pro *Pectinatura*, in Ch. Mſ. Phil. V. a. 1317.

PRINDERE, pro *Prehendere*, capere, vnde Galli *Prendre.* Decretio Childeberti Regis §. 9. V. *Interprendere* et *Porprendere.*

PRINGIRE. V. *Rugire.*

PRINSECVS, primitus, antiquitus, a veteri Gall. *Prin*, primus. Expoſit. ant. Liturg. Gallic. apud Marten. to. 5. Anecd. col. 99.

† PRINSIA, vſurpatio, quod vi et iniuria ablatum eſt. Ch. Mſ. a. 1291.

PRINSIO, carcer, *Priſon.* Tabular. Maioris Monaſt. V. *Priſo.*

† PRINZIA, exactio quaeuis, Gall. *Prinſe.* Chartul. Latiniac.

PRIOR. *Priores*, quomodo *veteres* dicimus, vel qui nos praeceſſerunt, *Praeceſſores.* Gloſſae antiquae MSS. *Maiores*, *Priores.* Sidonius in Paneg. Anthemii. V. infra *Prioritas.* PRIORES, proceres, quos et *Principes* interdum appellatos ſupra docuimus. Capitul. 1. Caroli M. an. 802. c. 9. Nec aliter accipienda vox *Prior* in Epiſt. Conc. Turon. IV. apud Sir-

mondum Conc. Gall. to. 3. p. 69. PRIORES OFFICIORVM, iidem qui ſupra *Principes officii* nuncupantur, Primi officialium, id eſt Miniſtrorum et apparitorum Iudicis vel Rectoris prouinciae. Acta Martyrii S. Mammarii apud Mabill. to. 4. Analect. p. 98. PRIORES SCRINII, in Cod. Th. de Proxim. Comit. diſpoſ. qui *Principes ſcriniorum*, Lampridio in Alexandro. PRIOR, in Chartis Dalmaticis, Magiſtratus, a quo pleraeque ciuitates Croatiae et Dalmatiae regebantur, qui poſtmodum *Comitis* appellatione donatus eſt. V. Io. Luciun lib. 2. de Regno Dalm. cap. 8. 16. lib. 3. c. 12. Ab Italis hauſerunt Dalmatae: Italis enim *Priori* ſunt praecipui vrbium Magiſtratus. Inſcriptio in Eccleſia S. Nicolai Barenſis, apud Antonium Beatillum lib. 2. Hiſt. Barenſis: *Tempore Regis W. et Prioratus Domini Nicolai Corbelli Primicerii an. D. N. I. C. 1188.* PRIORES, apud Italos Conſules, Scabini ſeu vrbis Conſiliarii. Diplom. Iac. Inſulani Cardin. in Append. Antiq. Hortae Ill. Fontanini p. 457. PRIOR IVRATORVM, idem qui alibi *Maior* dictus, primus inter *Iuratos* ſeu ſcabinos. Charta an. 1288. apud Rymer. to. 2. p. 403. PRIOR LOCI, dominus, *Senior*, *Seigneur*. Lex Wiſigoth. lib. 9. tit. 1. §. 8. PRIOR PRESBYTER, V. in *Preſbyter*. PRIOR SCHOLAE, primus in ſchola cantorum, qui primus, dum ſacra facit Pontifex, *Antiphonam ad introitum* incipit, vt eſt in Ordine Romano. PRIOR SCHOLAE REGIONARIAE, apud Bennonem Cardinalem in Vita Hildebrandi: *Poppo Prior ſcholae regionariae cum omnibus ſuis ſubdiaconis.* PRIOR SCRINIARIORVM, apud eumdem Bennonem. PRIOR, pro Abbate, crebro occurrit in Regula S. Benedicti c. 4. 6. 7. 13. 20. 43. 53. etc. PRIOR, qui primus eſt poſt Abbatem, de cuius officio praeter lib. Vſuum Ordin. Ciſtercienſ. c. III. Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 3. Hoc vero *Prioris* nomen ea notione, quae *Praepoſitum* denotat, poſterioris aeui eſſe, et tempore Coeleſtini V, PP. tantum innotuiſſe obſeruatum a viris doctis. V. *Decanus*. PRIOR MAIOR, in libro MS. Ordinis S. Victoris Pariſienſis c. 5. vbi eius officium deſcribitur, et abſente Abbate eius vices fungi dicitur, ita tamen, vt obedientiarios inſtituere non poſſit aut deponere, nullum de monaſterio eiicere, aut eiectum recipere, vel etiam nouitium benedicere. Ad eius autem officium pertinet tam praeſente quam abſente Abbate cymbalum pulſare, et tabulam ad laborem, et monitum in Dormitorio, et corrigere mendas legentium in Eccleſia et in Capitulo, etc. Agit etiam de eius officio Vdalricus lib. 3. Cluniac. Conſuet. c. 4. vt et Bernardus Mon. in Conſuet. eiusdem Monaſterii MSS. c. 3. PRIOR MAGISTER, idem qui *Prior maior*, in Charta an. 1181. ex Tabul. Maioris Monaſterii. PRIOR CLAVSTRALIS, apud Fontanellenſes, primus poſt Abbatem. Conſuet. Fontanell. MSS. PRIOR CLAVSTRI, vel *Clauſtralis*, *Vicarius Maioris Prioris per omnia, qui in clauſtro ingiter manet*, abſente Abbate et Magno Priore, *et qui pondus totius ordinis portat*, apud Bernardum in Conſuetud. Cluniac. cap. 4. et Vdalricum lib. 3. c. 6. vbi plura de eius officio. PRIOR CONVENTVALIS, qui conuentui praeeſt. Statuta Ordin. Cluniac. MSS. PRIOR FORENSIS, cui prioratus ſeu obedientiae a maiori Monaſterio dependentis cura demandata eſt. Capitul. gener. S. Victoris Maſſil. MSS. PRIOR LOCALIS, alicuius ſcilicet monaſterii. PRIOR PROVINCIALIS, qui vnius prouinciae monaſteriis inuigilat apud Dominicanos praeſertim. Charta apud Madox in Formul. Anglic. p. 342. PRIORES, praecipui in Ordine Hoſpitaliorum S. Iohannis Hieroſol. poſt *Baiulos*. Bernh. de Breydenbach Itiner. Hieroſol. p. 271. V. *Baiulus 4.*

PRIORARE, priorem facere, creare. Epitaphium Raymundi V. Epiſc. Toloſani apud Catellum.

PRIO-

PRIORARI, priorem esse, apud S. Bernardum Ep. 270.

PRIORATVS. (1) Dignitas praecipua in Monasterio, apud Gregorium M. lib. 4. Ep. 4. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 543. (2) Obedientia, seu minus beneficium, a maiori Monasterio dependens. Charta Philippi I. Regis Franciae ann. 1119. tom. 13. Spicilegii Acheriani p. 301.

PRIORIA, eadem notione, apud Albericum in Chron. ad an. 1129.

PRIORISSA, in Monasteriis Sanctimonialium, apud Caesarium Heisterbachensem lib. 10. c. 16. V. *Priosa*.

PRIORISTA, Catalogus Magistratuum, qui *Priores* appellabantur. Acta S. Clariti Florent. tom. 6. Maii p. 162.

PRIORITAS, *Priorum* seu maiorum ac patrum series. Litterae Edwardi I. Reg. Angl. an. 1282. apud Rymer. to. 2. p. 196. V. *Prior*.

PRIOSA, vt supra *Priorissa*, a Gall. *Prieuse*. Necrolog. Parthen. S. Petri de Casis.

PRIPEGALA. Epist. Concil. Saxon. an. circiter 1110. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 626. *Phanatici autem illorum* (Slauorum infidelium) *quotiens comessationibus vacare libet, ferus in dictis, captus, inquiunt, vuls noster Pripegala. Huiusmodi fieri oportet sacrificia. Pripegala, vt aiunt, Priapus est et Beelphegor impudicus.* Vox, vt videtur, composita ex *Priapus* contracte scripto, et *Gal*, quod Saxonibus libidinosum, venereum, salacem sonat: Germani nunc *Geil* eadem notione vsurpant. V. Schilteri Glossarium Teuton. in voce *Gail*.

PRISAE, seu *Captiones*, dictum quidquid ex subditis et tenentibus capitur ad expensas Regis et Domini, quod legitime et debite persolui debet. Statuta Dauidis II. Regis Scotiae cap. 40. *de prisis capiendis*. Neque aliae sunt *Prisae*, de quibus Geruasius Dorobern. ann. 1170. de Iustitiariis itinerantibus: *Et de omnibus Prisis* (Vicecomitum) *inquirant causam et testimonium*. Infra: *Et omnes Prisas et causas, et occasiones earum scribant separatim*. Proinde *Prisa* Anglis idem est quod *Creditio* Gallis, de qua voce supra. In quibus porro rebus caperentur, docet Charta Henrici VI. Regis Angl. pro Monasterio Ramseiensi. PRISAE VINORVM. Charta Edw. Reg. Angl. apud Madox Formul. Anglic. p. 63.

PRISAGIVM, Anglis *Prisage*, Ius *prisas* capiendi, vel ipse actus, apud Spelman. At vbi occurrat non scribit.

PRISALIAE, vt *Repraesaliae*, Ius recipiendi, quod cuipiam per vim ablatum fuerit. Litterae Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. to. 10. p. 100. V. *Presalia*.

† PRISANA, *genus serpentis*, in lib. Mss. de Mirab. Romae, Cod. reg. 4188.

PRISARE, pretium ponere, aestimare, Gall. *Priser*. *Prisator*, aestimator, Gall. *Priseur*. Charta Ingelranni III. Dom. Codiciac. an. 1207. in Hist. eiusd. loci p. 169.

† PRISAROLA, machina bellica, eadem quae *Prederia*. Murat. t. 2. Antiq. p. 508.

PRISCILLIANI, PRISCILLIANISTAE, Haeretici ab auctore suo Priscilliano nuncupati, primum damnati sunt a Conc. Caesarauguſt. an. 381. De iis consule S. Augustin. Haer. 70. Sulpit. Seuer. Hist. sacr. lib. 2. Idatii Chron. inter Concil. Hisp. tom. 2. p. 172. Indicem vett. Canon. ibid. tom. 3. p. 45. Baronium ad an. 381. et alios.

† PRISFETVS, panni species, t. 1. Hist. Nem. p. 97. Forte mendose pro *Grefetus*.

PRISIA. (1) Exactio, *malatolta*, ius capiendi ex subditis ea quae domino sunt necessaria; item sub custodis manum positio, *Prise*, Practicis gallicis. Charta Ludouici Philippi Reg. primog. an. 1209. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1090. V. *Prensio* et *Prisae*. (2) Captura, *Prise*: item Ius reos capiendi et in carcerem coniiciendi. Charta Guidonis Comitis Niuern. an. 1234. ex Tabular. Autiss. V. *Prisonator*. (3.) Pars, portio. Dicitur de aqua pratis irrigandis necessaria, († Potius canalis, l. riuulus, V. *Presa* et *Preysia*.) Terragium

ragium Bellilioc. V. *Prifio* 2. (4) Charta locationis an. 1404. qua Abbas Leoncelli Ord. Ciſterc. dat per *vnum annum et vnam Priſiam* herbas montis Ambelli ſub *loquerio ſeu pretio ſexdecim florenorum.* Id eſt, ad vnam frugum perceptionem; Galli diceremus *pour une recolte.* (5) Aeſtimatio, proclamatio, Gall. *Priſée, Criée.* (6) † Mercatorum ſ. artificum ſocietas, i. q. *Hanſa.* Stat. a. 1378.

† PRISIARE, aeſtimare. Ch. Mſ. a. 1318.

† PRISIATVS, pretio ſeu ſtipendio donatus, in Ep. Mſ.

PRISIO. (1) Carcer. V. *Priſo* 1. (2) Portio, pars, quam aliquis habet in re quapiam cum aliis. Teſtam. Guifredi Comit. Cerritan. tom. 6. Spicil. Acher. p. 432. V. *Aprifiones, Prendere*, et *Priſo* 2. (3) Statuta Eccl. Niuern. an. 1246. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1070. *Inhibemus etiam ſub eadem* (excommunicationis) *poena, ne Priſiones canonicorum, clericorum, ſeu ſeruientium ipſorum quas inter Paſcha et Penteceſten aliqui veſtrum vſu deteſtabili quandoque faciunt, de cetero faciatis.* (4) † Captiuitas, in Ch. Mſ. a. 1197.

PRISIONAGIVM, idem quod *Carcerarium*, et *Geolagium.* V. in his vocibus. Charta libertatum Nouae Baſtidae in Occitania an. 1298. in Regeſto Philippi Pulcri Regis Franciae an. 12.9. n. 16. PRISONAGIVM, eadem notione. Charta Rogerii Comit. Fuxenſ. apud Marten. tom 1. Ampl. Collect. col. 1275. V. *Preſonagium.*

PRISIONARE, PRISIONARIVS, V. *Priſonare* et *Priſonarius.* † PRISIONARIA DOMVS, carcer, in Ch. a. 1369.

PRISIONATIO, incarceratio, Gall. *Empriſonnement.* Charta condonationis Caroli VI. Reg. Fr. an. 1383. ap. Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1590.

† PRISIONEZIVS, in bello captus, in Comput. a. 1362.

PRISIS, vis, violentia. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hiſtor. Priſing. p. 95. V. *Preſſa.*

PRISIVM, Salarium *priſatoris* ſeu aeſtimatoris. Charta an. 1255. in Tabular. Blein.

† PRISIVS, qui *priſias* ſ. exactiones colligit, vel qui vineas cuſtodit. Ch. Mſ. a. 1206.

PRISO. (1) Captiuus, incarceratus, Gall. *Priſonnier*, qui in bello capitur, *prehenditur*, vel *prenditur.* Ital. *Prigione.* Charta Richardi Reg. Angl. an. 1195. apud D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. p. XVII. PRISIO, eodem ſignificatu. Conuentiones treugae an. 1220. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 1143. PRISO, carcer ipſe, ex Gall. *Priſon.* Henric. de Knyghton an. 1293. V. *Prezio.* PRISIO, eadem notione. Guill. de Podio-Laurenti in Chronic. cap. 52. (2) Pars ſeu portio quam *prendere* quis poteſt ex prouentibus cuiuspiam tenementi. († Seu potius locationis ſ. conceſſionis pretium.) Tabular. S. Vincentii Cenoman. V. *Priſio* 2. et *Priza.* PRISSO, eadem, vt videtur, notione, in Computo an. 1202. ap. D. Bruſſel de Vſu feud. to. 2. pag. CCIII. col. 1. *De Priſſonibus Richeri de Capella XXXV. l.* (3) † Obſes, fideiuſſor, in Pact. Mſ.

PRISONA, i. q. *Priſo*, carcer, apud Matth. Paris p. 180. Bromptonus an. 1193. Vtitur p. 1155.

PRISONAGIVM, V. *Priſionagium.*

PRISONARE et IMPRISONARE, incarcerare, Gall. *Empriſoner*, Ital. *Imprigionare.* Anonymus de Geſtis Manfredi et Conradi Reg. apud Murator. tom. 8. col. 612. PRISIONARE et IMPRISIONARE, eadem notione. Lambertus Ardenſis in Lemmate cap. 95. lib. 4. Hiſt. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. p. 2017. APPRISIONARE, eodem ſignificatu, in Charta an. 1434. ex Tabular. Archiep. Auſc. V. *Appreyſonare.*

PRISONARIVS, idem quod *priſo*, carceri mancipatus, vel qui in bello capitur, ex Gall. *Priſonnier.* Henr. de Knyghton an. 1348. PRISIONARIVS, eodem ſignificatu. Charta Caroli V. Reg. Franc. an. 1378. in Tabul. B. M. de Bono-nuntio Rotom. V. *Preſonarius.* PRISONERIVS, eadem notione, in Areſto Parlam. Toloſ. an. 1498. PRISONNARIVS,

RIVS, in Charta an. 1401. ex Tabular. Trenorch. Pluries ibi. PRISONNIARIVS. Charta an. 1455. in eodem Tabulario.

PRISONATOR, cui competit ius *prisonem* seu carcerem habendi. V. *Prisia* 2. Fleta lib. 1. cap. 20. § 9.

† PRISONETA, carceri mancipatus, in Ch. a. 1384.

PRISONIA, vt *Prisona*. Ital. *Prigionia*. Charta an. 1241. apud Baluz. tom. 2. Hist. Aruern. p. 115. † PRISONIA VIVA, i. q. *Prisio* 3. in Consuet. Normann.

PRISTALDI. V. *Prestaldi*.

PRISTETVS, pro Praestitus. *Pristetum beneficium*, in *praestitum* seu *praestariam* concessum, in vett. formul. 37. et 59. Andegau. apud Mabill. to. 4. Analect. p. 256. et 270. V. *Praestare* 2.

PRISTINA, vectigal, tributum quod a pristinis temporibus praestatur, cuius initium ignoratur, et a quo inductum, idem proinde quod *Consuetudo* 4. Capitulare Sicardi Principis Beneuentani an. 836. cap. 2.

PRISTINVM, pro Pistrinum, apud Anastasium in S. Siluestro to. 3. Murator. p. 107.

PRISTRINVS, pro Pristinus, apud Hickes. tom. 1. Thesaur. Ling. Septent. p. 172. Grammat. Anglo-Sax.

PRISVS, pro Prensus, captus, Gall. *Pris*. Capitula ad Leg. Alaman. cap. 22. V. *Prindere*.

PRIVANTIA, priuatio. Appendix ad Agnellum in S. Seuero apud Murator. tom. 2. p. 191.

† PRIVARE, abolere. Chron. Pontif. Leon. Vrbeuet.

PRIVATA, latrina, fecessus, Gall. *Privé*, vel *privée*. Ioan. de Garlandia in Synonymis:

Est latrina locus idem cacabunda cloaca,
Signat idem quasi triste tegens tristega vocatur.
Nec non Priuata coniungimus his sociando.

Camera priuata, in Chron. Trudonensi lib. 10. p. 470. PRIVATVM, eadem notione, in Statutis Mutin. rubr. 25. fol. 4. vo.

PRIVATARIVS. Meminit Scylizes p. 705. τῶ πρώτῳ τῶν πριβατορίων aedis S. Demetrii Thessalonicensis. Hic *Gazophylacii praesidem* interpretatur Goarus, quod *Comites rerum priuatarum* dicerentur, qui priuati principis patrimonii curam haberent. Certe *Priuatum*, aerarium proprium Augusti appellatum constat, ἰδικὸν Graecis. Sed *priuatarii* in Ecclesia alibi non occurrunt, adeo vt de hac notione dubitare liceat.

PRIVATI, curialibus opponuntur in Lege Wisigoth. l. 5. tit. 4. §. 19. qui scilicet nullum in ciuitate munus obeunt: *militibus*, in Lege 2. Cod. Th. de falsa moneta. PRIVATVS, familiaris, amicus: Gall. *Privé*. Capitul. Caroli C. tit. 35. † Vrbis incola, qui extraneo opponitur, in Ch. a. 1312.

PRIVATIANI, officiales Comitis Rerum priuatarum, in l. 24. Cod. Th. de Palatinis sacr. largit.

PRIVATVM, in L. 12. Cod. Th. de Metatis, *balneum*, Tribonianus et Graeci interpretantur, vt obseruat Iacobus Gothofredus: quomodo περιβάτου vsurpat Prochorus in Vita S. Ioannis Euangelistae. *Balneae priuatae* recensentur complures in Descript. vrbis CP. V. *Priuata*.

PRIVATVS, V. *Priuati*.

PRIVERILE, ius, vt videtur, primitiarum, quod ecclesiis praeter decimas interdum debetur. Testamentum Petri Ermengandi de Pozolas an. 1088. inter Instrum. to. 6. Gall. Christ. nouae edit. col. 131. *Donauit Domino Deo et S. Mariae de Cassiano, et canonicis eiusdem loci . . . totam ecclesiam de Calobris, totum et ab integrum quantumcumque habebat vel habere debebat cum ipso suo toto decimo, et cum suo toto Prinerile, et cum quantumcumque ad ipsam ecclesiam iam dictam pertinet.* In Chartis quae eadem de re exstant, v. g. in Charta an. 1092. ibid. col. 132. habetur: *Totum et ab integrum cum decimis et Primitiis, etc.* V. *Praeferentia* et *Proferentia*.

PRIVI-

PRIVICARNIVM, tempus quo carnibus *priuari*, et ab iis abſtinere incipiunt Fideles, ante ieiunia Quadrageſimae. V. *Carnipriuium*.

PRIVIGNA, pro *Nouerca*, vtitur Eddius Stephanus in Vita S. Wilfridi cap. 2.

PRIVIGNARI, more *priuignae* agere. Carmen de Ottonis IV. Imp. deſtitutione apud Leibnitium to. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 530.

PRIVIGNVS, *Vulgo ante natus.* Gloſſ. Iſid. Id eſt, vt exponit Feſtus, *antequam mater ſecundo nuberet progenitus.* Graecis πρόγονος.

PRIVILEGES, pro *Priuilegia*, quaſi *priuatae Leges.* Lex 7. Cod. Th. de Tyron. *Ipſorum etiam qui militaturi ſunt Priuilegibus accedentibus.*

PRIVILEGIA. (1) Proprie dicuntur Principum et magnatum Diplomata pro Eccleſiis, quorum formula deſcribitur a Papia. V. *Beneualete.* PRIVILEGIA, *ae.* Sic vocatur Charta Gaufredi Comit. Andegau. an. 966. qua monachalem regulam in monaſterio S. Albini inſtituit, apud Acher. to. 6. Spicil. p. 423. (2) Conditiones et conuentiones de redditione caſtri. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 54. p. 137.

PRIVILEGIALIS LITTERA, Priuilegium, Charta immunitatis. Charta Agnetis Duciſſae Sleſiae an. 1369. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 405. V. *Priuilegio.*

PRIVILEGIALITER, iure praerogatiuo et peculiari. Charta Guigonis Comit. Forenſ. an. 1223. inter Inſtr. to. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 28.

PRIVILEGIATIVE, eadem notione, in Charta an. 1473. in Bullario Carmelitar. p. 297. col. 1.

PRIVILEGIARE. (1) Priuilegia, immunitates conferre, in Hiſt. Epiſcop. et Comitum Engoliſmenſium cap. 24. Libertates hominum de Villereys an. 1253. to. 9. Spicil. Acher. p. 194. (2) † Approbare, in Ch. Mſ.

PRIVILEGIARIVS, cui priuilegium conceſſum eſt, Gallis *Privilegié.* Vtitur Vlpian. leg. 10. Digeſt. de Pactis.

PRIVILEGIATIO, Priuilegium, immunitas. Henrici de Langenſtein Conſilium pacis tom. 2. Conc. Conſtant. part. 1. cap. 18. col. 56. V. in *Priuilegium.*

PRIVILEGIO, Priuilegium ſeu Charta immunitatis. Charta Alani Ducis Britan. ad calcem Vitae MS. S. Wenwaloei in Tabular. Landeuen.

PRIVILEGITAS, Diploma Principis, in Praecepto Caroli C. an. 871. ap. Baluz. in Append. ad Capitul. Ch. 100.

PRIVILEGIVM. (1) *Baſilidae nonae, Crucis aſſumtae et aſſumendae, Exercitus, Fori, Quinquennalium inducia-rum, etc.* V. *Crucis Priuilegium* col. 652. (2) Diſtrictus, territorium iurisdictione Ordinarii exemtum. Charta Adami Meld. Epiſc. an. 1289. ex Chartular. eiusd. Eccl. (3) Eodem ſenſu quo ſupra *Priuilegium.* Vita S. Dunſtani tom. 4. Maii p. 356. (4) † Tyrannis. S. Eulog. l. 2. Memor. SS.

PRIVILEGIVS, pro Priuilegium, in Charta Caroli M. an. 777. apud Calmet. tom. 1. Hiſtor. Lothar. inter Probat. col. 288.

† PRIVLA, *extremitas naris*, in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

PRIVVS, priuatus, carens. Miracula B. Egidii to. 3. April. p. 246.

PRIWEN, nomen Clypei Arturi Regis Britonum, in quo depicta imago Deiparae, apud Galfridum Monemuthenſem lib. 7. cap. 2.

PRIZA, eadem notione qua *Priſo* 2. V. in hac voce. Charta an. 1389. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 405.

PRO, loco Per, in Leg. Salica tit. 24. §. 4. *Si quis aſcum de intro clauſe repoſitum et in ſuſpenſo Pro ſtudio poſitum furauerit, etc.* Id eſt, per ſtudium ſeu de induſtria. PRO, cum quarto caſu, in Charta an. 2. Childeberti Reg. apud Mabill. tom. 3. Analect. p. 89. et alibi. PRO, ſupra, Gall. *Au deſſus.* Verus Irenaei Interpres lib. 1. cap. 2. num. 4. *Patrem enim aliquando quidem cum coniuge Sige, modo vero et Pro maſculo, et Pro foemina eſſe voluit.* PRO NOBIS, penes nos, Graec. μεθ' ἡμῶν, apud

apud eumdem Interpretem lib. 4. cap. 37. num. 7. *Quoniam igitur Pro nobis erat plus diligere Deum, etc.* PRO TVNC, Gall. *Pour lors*, Tum. Conſuetud. Vniuerſitat. Pariſ. per Robert. Goulet fol. 5. PRO HOC et PRO NON, phraſis Gallica, *Pour oui et pour non*, ex leuiori cauſa. Depoſitio Guillelmi Catallani ex Bibl. regia. PRO ALIQVO ESSE, par eſſe alicui, Galli dicerent, *Etre bon pour quelqu'un*. Lanfranci Pignoli Annal. Genuenſ. ad an. 1266. ap. Murator. to. 6. col. 540. PRO ALIQVO ESSE, alicui fauere, alicuius partes amplecti, phraſis gallica: *Eſtre pour quelqu'un*. Eginhardus Epiſt. 45.

PROADVENTIAE, prouentus, reditus, ſeu quicquid caſu aliquo cadit in fiſcum domini. Charta Guillelmi Comitis Aquitan. an. 1027. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Bened. Vaſcon. MSS. p. 215.

PROADVOCATI, minores Aduocati, ſeu qui ab Eccleſiarum Aduocatis praediorum tutelas in ſe recipiebant. V. in *Aduocati* col. 100.

† PROAEQVARE, ex aequo partiri, in Lit. a. 1389.

PROALDIONES, iidem qui *Aldii*, († ſeu potius qui ex *Aldiis* nati ſunt,) in Praecepto Hildepfandi Reg. apud Mabillon. tom. 2. Annal. Bened. inter Inſtrum. p. 705. V. *Aldius*.

PROANGARIA, vt *Parangaria*, niſi etiam ita legendum ſit. V. in hac voce. Charta an. 1295. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Non poſſit ibi . . facere vel exigere mutuum, vel exactiones, angariam, Proangariam, vel aliquid noui facere.*

† PROAPISTA, apoſtata, apud Ludewig. t. 9. Reliq. p. 61.

PROASTIVM, praedium ſuburbanum, ſuburbium. Vett. Gloſſae: προάστειον, *ſuburbanum*. Papias: *Proaſtium, Viridarium arborum prope murum*. Infra: *Progeſtium, ſuburbanum*. Sic etiam habent Gloſſae Lat. Graec. *Progeſtia*, προάστια. Vbi leg. ex Vulcanio, *Proceſtria*, προάστεια. V. *Procaſtria*. Vgutio: *Proaſtium, locus ante ciuitatem, ſcilicet ſuburbium*. Vrſus S. R. E. Subdiaconus in Vita S. Baſilii Caeſar. *Inuenit in Proaſtio cum Philoſophis.* PRABASTIVM, eadem notione, in Translat. S. Filiberti ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 563. V. Gloſſ. med. Graecit. in προάστειον. PRASTIA, pro *Proaſtium*, in Charta Hugonis Reg. Cypri an. 1210. in Probat. Hiſtor. Bethunienſis p. 360.

PROATAVVS, quintus auus. Litterae Iohannis filii Iohannis Reg. an. 1359. tom. 3. Ordinat. p. 382. *Cum in Ordinatione cariſſimi Proataui ipſius domini genitoris noſtri, etc.* Si tamen praepoſitio *pro* certum fixumque ſit ſemper remotioris gradus argumentum: interdum enim nullius fuiſſe vis efficitur ex voce *Proauus* infra.

PROAVCTORES, *proaui*, in Amalthea Laurentii ex Turnebo.

† PROAVITAS, proaui gradus. Stat. Mant.

PROAVLA, in Gloſſ. Aelfrici, *Domum coram aula, pelde*. Vita S. Willelmi Ducis cap. 9. Aliud porro fuit Graecis προαύλιον, de qua voce dixit Cangius in Deſcriptione aedis Sophianae n. 3. *Proaula* enim dicitur aedificium ſeu cubiculum, quod ante *aulam* eſt, quae et *ſalutatorium* dicitur, quod in ea excipiantur *ſalutaturi*.

PROAVLIVM, eadem notione, atrium. Deſcriptio palatii Spoletani ex Chartulario Farf. apud Mabillon. tom. 2. Annal. p. 410.

PROAVVS, nude Auus. Charta Philippi IV. Reg. Franc. tom. 1. Chartul. S. Vandregeſ. p. 632.

PROBA. (1) Specimen, δεῖγμα, Gallis *Preuve, montre*, Italis *Prova*. Lex vn. Cod. Th. de Statoribus. (2) Luſtratio militum. Acta S. Iſidori Mart. ex MS. Vaticano. (3) Probatio, experimentum, Gall. *Epreuve*. Charta an. 1474. apud Miraeum tom. 2. p. 1042. V. *Probamentum*.

PROBABILIA LEX. V. *Probalia*.

PROBABILIS. (1) Rectus, bonus, approbatus. Facundus Hermianenſis lib. 4. cap. 1. *Sicut erat vitae Probabilis, et facundiae ſingularis*. Concilium Toletanum IV. can. 4. *Probabilis*

bilis vita atque doctrina extiterit. (2) Praeſtans, inſignis. Epiſtola Ludouici Balbi ad Ludouic. Reg. German. an. 878. apud Mabillon. to. 3. Annal. Bened. p. 212. *Mittimus vobis pro arrabone cauallum viribus et velocitate, non ſtatura et carnibus, Probabilem, et ſellam, qualem nos inſidere ſolemus; vt nos fortitudine et vtilitate, non luxu et inanitate delectari noueritis.*

PROBABILITER. (1) Ita voces μετὰ δοκιμασίας vertit vetus interpres Concilii Nicaeni c. 13. Vide l. 9. Cod. Th. de Legatis. (2) Recte, ſapienter, vt par eſt. Epiſt. Innocentii III. PP. an. 1204. ad Philippum Reg. Franc. tom. 6. Spicil. Acher. p. 463.

PROBALIA LEX. Vim vocis docent Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. p. 399. *Eſt autem quedam Lex que Probabilia ſiue monſtralia in laicali curia nuncupatur, per quam quis probare nititur in curia quod intendit . . . . Sciendum ergo eſt, quod haec Probalia quandoque per ſacramentum ſolius probatio, quandoque per ſacramentum duorum, quandoque trium, quandoque quinque, quandoque ſeptem, in curia recipitur laicali.* Ibid. p. 400. *Per trium autem ſacramentum fit Probalia quotienscunque quis contra aliquem factum ſuum a parte aduerſa denegatum probare compellitur vel monſtrare.*

PROBAMENTVM, probatio, experimentum, argumentum, ſpecimen. Mart. Capella lib. 7. *Indubitabile Probamentum.* Charta an. 1113. V. ſupra in *Proba.*

PROBARE. (1) Leges Canuti Regis cap. 44. apud Bromptonum, de eo qui emit rem alienam: *Si teſtimonium habeat, ſicut praediximus, tunc liceat inde ter aduocari, et quarta vice Probetur, aut reddatur ei, cuius erit: et nobis non videtur rectum, vt aliquis Probare cogatur, vbi teſtimonium eſt et cognitio, quod ibi brede fit, et nemo illud Probare debeat ante ſex menſes, poſtquam furatum eſt.* Vbi *probare* Somnero eſt, rem ſibi tanquam propriam vindicare, aſſerere, *proprinare*, ſeu propriam facere, vt in eamdem ſententiam habent Leges Edw. Saxonicae c. 2. apud eumdem Bromptonum. (2) Rem tormentis ex aliquo exquirere, Gall. *Donner la queſtion.* Adrianus de Veteribuſco in Rebus Leodienſ. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 1305. *Illa nocte Probauerunt eum, et nihil poterant habere ab eo, niſi quod fuiſſet in prima pace facienda, quae fuit honorabilis pro tota patria.*

PROBATICVS, ad oues pertinens, Gr. προβατικός. Hinc *Probatica piſcina*, Iohan. c. 5. 2. in qua mundabantur oues, quae pro ſacrificio offerebantur in templo.

PROBATIO, nouitiatus, ſeu certum tempus definitum, quo monaſticam vitam ambientes, eiusdem experimenta ſubeunt, atque probationis elapſo tempore, ſi idonei fuerint inuenti, ad profeſſionem admittuntur. *Probation* eadem notione Galli dicimus. Caeſar. Heiſterbac. lib. 1. cap. 10.

PROBATORES, *Approbatores*, Anglis *Approver*, dicuntur ii qui feloniam per ſe commiſſam eſſe confitentes, alios eiusdem reos arguunt. Sic dicti, quia ad hoc probandum, quod in appello allegarunt, tenentur, idque vel *duello*, vel *per patriam*, id eſt *iuratam* legalium hominum, iuxta reorum electionem. Placit. Mich. 39. Edwardi III. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.

PROBATORIA, teſtificatio, Gall. *Certificat*, in leg. 21. Cod. Th. l. 8. tit. 7. Adde leg. 22. et 23. ibid.

† PROBATORIVM, nouiciatus, domus probationis, t. 1. Aug. p. 257.

PROBATVS. *Probata aetas*, in leg. 3. Cod. Th. l. 8. tit. 8. id eſt, legitima, ſeu ea qua quis ſui eſt iuris.

PROBITAS, generoſitas, animi magnitudo, praeclarum facinus, factum, Italis *Prodezza*, Hiſpanis *Proeza*, Gallis *Proüeſſe*. Willelmus Apulienſis l. 5. de Geſtis Norman.

Transierat famae Probitatis vbique probatae.

Alibi:

Tanta fuit Probitas animi, tam vinida virtus.

V. prae-

V. praeterea Notas ad Ioinvillam pag. 96.

PROBITATES, decurſiones militares, ludicrae equeſtres pugnae, vt *ſunt haſtiludia* et *torneamenta*, in quibus generoſi animi ſpecimen edere ſolent. Laudes Papiae apud Murator. to. II. col. 42. *Tunc enim nobiles ciuitatis haſtiludiis, aliisque ſeculi Probitatibus delectantur.*

PROBONVS, probus. Libertates Villaefranchae an. 1357. inter Ordinat. Reg. Franc. to. 3. p. 204.

PROBORIVM, exprobratio, opprobrium, ὀνείδισμος, in Gloſſ. Gr. Lat. Rurſum: ὄνειδος, *probrum*, *obprobrium*.

PROBRARE, probris afficere, inſimulare, apud Auctorem Commentar. ſuper hymnos fol. 5. vo.

PROBRATICVM. Charta an. 1093. in Tabular. S. Victoris Maſſil. *Cetera omnia cum ipſa eccleſia et ipſo Probratico* (cotticedimus). Mendum eſſe ſuſpicor pro *Preſbyterium*. V. in hac voce num. 4.

PROBRIVM, pro Proprium, in Commemorat. an. circ. 780. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 41.

† PROBVLA, caſeus bubulus, Ital. *Provatura*, in Ch. a. 1306.

† PROBVRGENSIS, praecipuus burgi ſ. vrbis incola, in Ch. a. 1328.

PROBVS, Gallis *Preux*, Miles animo valens. Caeſarius Heiſterbacenſis lib. 9. cap. 48. *Modo loqueris vt Probus vir.* Vetus Epitaphium in Veſontione Chiffletii:

Hic Renaude iaces vir amabilis et Probe Miles.

Probi et valentes, apud Thwrocziam in Chronic. Hungar. a. part. c. 16. PROBI HOMINES, Gallis *Preud'hommes*, dicuntur ſaepe Scabini et qui in placitis publicis cum Comitibus et iudicibus iudicia exercebant; vel etiam ii qui artificibus praeſunt, ac de rebus ad eos ſpectantibus iudicant Charta an. 1197. ex Tabular. Moneſterii Villae-magnae. V. *Boni homines*.

PROCACIO, procacitas, in Diſputat. S. Benedicti Anian. apud Baluz. tom. 5. Miſcell. p. 91.

PROCAEARE, *prouocare*, *procitare*. Feſtus a Graec. καλεῖν, vocare.

PROCAMBIARE, PROCAMIARE, rem re permutare, *Eſchanger*. Charta an. 925. apud Baluz. in Append. ad Capitul. num. 137. *Procambiamus vobis eccleſias noſtras*, *etc.* V. in *Cambiare*.

PROCAMBIATIO, PROCAMIATIO, permutatio, *Eſchange*. Placitum an. 883. inter Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 20.

PROCAMBIVM, PROCAMIVM. Eadem notione. Charta an. 970. inter Probat. tom. 2. Hiſt. Occit. col. 122. V. *Cambiare*.

† PROCANTVS, inſtitutio preſbyteri in eccleſia alteri ſubdita. Ch. Mſ. a. 1088. V. *Cantare*.

PROCANVS, Papiae, *Ornator aedificiorum*.

PROCAPIS, proximus. Gloſſ. Iſid. Item, *Progenies quae ab vno capite procedit*, in Amalth. V. Feſtum et Scaligeri notas.

PROCASPIS. Charta diuiſionis regni Lotharii Imper. inter Carolum C. Franciae et Ludouicum Germaniae Reges an. 870. apud Miraeum to. 1. p. 28. *Fuit haec diuiſio regni facta in Proceſpide*, *ſuper fluuium Moſam*. Ita etiam edidit Baluzius, tom. 2. Capitul. col. 222. At Miraeus legendum monuit *in Procuſpide*, hoc eſt, in promontoriolo ſeu lingua in Moſam prominente; vbi nunc exſtructum eſt caſtrum S. Petri verſus Africum Traiecti ad confluentem Moſae et Iecorae.

PROCASSARE, irritum reddere, facere, Gall. *caſſer*. Charta Sigismundi Imper. an. 1431. apud Ludewig. to. 1. Reliq. MSS. p. 458. V. *Caſſare* 2.

PROCASSIVM, comparatum, acquiſitum, a vet. Gall. *Pourchat*. Statuta Maſſil. lib. 1. c. 1. §. 1. V. *Porchaicia* et *Purchacia*.

PROCASTRIA, *quae ante caſtra ſunt*, Bedae de Orthogr. et Papiae. Ioan. de Ianua: *Proceſtria*, *loca extra ciuitatem*, *ſicut procaſtria loca extra caſtra: vel proceſtria dicuntur loca extra ciuitatem degradata*, *per quae muri aſcenduntur*. Gloſſ. Lat. Gall. San-

germ. *Procaſtrium, lieu delors, devant chaſtel.* Gloſſ. vett. ὁ πρὸ τῆς παρεμβολῆς τόπος, *Procaſtrium.* Aliae: *Proceſtria*, οἰκήματα πρὸ παρεμβολῆς. *Procaſtria* ſeu *Proceſtria* Pitiſco videntur fuiſſe aedificia ante caſtra, adnexa hybernis et ſtatiuis, vt eo reciperentur lixae, aduenae, mercatores, et qui caſtra ſequebantur, quibus non licebat ſe miſcere militibus, praeterquam hoſte ingruente. Quod non obſcure innuiſſe exiſtimat Tacit. lib. 4. Hiſt. cap. 22. *Suburbia longae pacis opera, haud procul caſtris in modum municipii exſtructa.* Huc etiam ſpectat Caeſar de Bello Gall. lib. 6. c. 36. *Nec prius ſunt viſi, quam caſtris appropinquarent, vsque eo, vt qui ſub vallo tenderent mercatores, recipiendi ſui non haberent facultatem.* A Pitiſco non omnino abludit Carolus de Aquino in Lex milit.

PROCATORIVS, procax, apud Dion. Carthuſ. *Procatoria et laſciua verba.*

† PROCAVPTIO, potio, in Ch. Mſ. a. 1216.

PROCAX. Litterae Richardi II. Reg. Angl. an. 1395. inter Notas Godefredi ad Hiſt. Carol. VI. Reg. Franciae p. 579. *Diuulgante fama, celebri et credibilium perſonarum crebra relatione noſtris auribus inculcante, quanta in Procaciſſima nobis domina Iſabella primogenita D. Caroli, ... reflorens generoſa nobilitas, vigeat et morum honeſtas, etc.* Vbi legendum *Praecariſſima*, vt apud Rymer. to. 7. p. 802.

† PROCEDENTER, ordine *proceſſionis*, t. 1. Aug. p. 238.

PROCEDENTES, vt infra *Proceſſores.* Ordinar. Laudunenſe ap. Marten. de Ant. Eccl. Diſcipl. p. 95.

PROCEDERE. (1) Pro Publice quid fieri, emanare, publicare. Lex 20. de Exactionibus in Cod. Th. lib. 11. tit. 7. (2) Cum pompa exire, apud Pancirol. lib. 1. Theſ. var. lect. cap. 77. V. in *Proceſſio 1.* (3) Nude pro Ire, exire. Guidonis Diſcipl. Farf. cap. 23.

PROCENETA, pro Proxeneta, Gall. *Courtier.* Statuta Eccl. Leodienſ. an. 1287. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 853.

PROCENSVS. (1) Gallis *Surcens*, cenſus, qui vltra cenſum conſuetum exſoluitur. Tabular. eleemoſynariae Montismoriljonis fol. 21. Occurrit alibi non ſemel. (2) † Proceſſus regius, ſ. *Proceſſus*, t. 2. Hebr. p. 776.

PROCENTINVS, comes qui *Centenarii* praeeſt. V. *Centena* 2, et *Centenarius.* Chron. Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 54. Perperam infra *Protentinus*, vt et apud Murator. ex eod. Chron. to. 10. col. 858. Nec melius PROTHENTINVS, apud Nicolaum Specialem de Rebus Sicul. lib. 3. cap. 18. tom. 10. eiusdem Murator. col. 952.

PROCER, PROCERES. In Concilio Toletano VIII. ſubſcribunt *Dabila Comes et Procer*, et *Frolla Comes et Procer.* Vnde colligitur, apud Viſigothos *Proceris* nomen fuiſſe dignitatis. Iſidoro L. 9. Orig. cap. 4. *Proceres ſunt principes ciuium.* Apud Reges noſtros ex prima ſtirpe, *Proceres* appellabantur aulae Magnates, Comites. Hinc in Placitis Chlodouei III. editis ab Io. Mabillonio to. 4. SS. Ord. S. Bened. p. 618. 619. 620. *Proinde nos taliter vna cum noſtris Proceribus conſtituis decreuiſſe. etc.* Vbi *Proceres* iidem ſunt qui *Optimates* interdum in iisdem appellantur. Inde quos Gregor. Turon. in cap. 36. lib. 7. *Seniores regni* et *regni principes* appellat, eosdem in cap. 6. lib. 4. nuncupat *Proceres* et *Primos regni. Magnates* et *Primates Palatii*, in Concilio Toletano XI. c. 5. qui cum Regibus in iudiciis Palatinis conſidebant. V. *Magnates, Optimates*, (*Princeps, Prior.*) Caeterum *Procerem*, in ſingulari, dixerunt etiam Iuuenalis Sat. 8. et Capitolinus in Maximinis. *Proceres, Barons*, in Gloſſ. Lat. Gall. Sangerm. PROCERES, Domini, *ſeniores, Seigneurs.* Charta Germanii Militis in Tabul. Cenoman. PROCERES, πρωτοπολίται, in Gloſſ. quomodo vtuntur L. 1. Cod. Th. de Nuptiis, vbi plura Iacobus Gothofredus. Gloſſae antiquae MSS. *Proceres,*

ceres, praeceptores, doctores, magistri, scientes veterum, scriptores.

PROCERITAS, bonitas, fertilitas. Litt. Ruperti Elector. Palat. an. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 577.

PROCERVS, vt *Procer*, vnus ex Magnatibus. Anſo in Vita S. Emini tom. 3. Apr. p. 375.

PROCESSATVS, in ius ob crimen aliquod vocatus. Vita S. Bogumili tom. 2. Iunii p. 358.

PROCESSIO. (1) Collecta, σύναξις, conuentus, coetus ſcilicet populi in Eccleſia, ad quam *proceſſit*, id eſt venit, collecti. Vetus interpres Concilii Laodicenī cap. 7. *In Proceſſionibus pſalmos non conuertere.* Vbi Graeca habent, περὶ τὰ μὴ δεῖν συνάπτειν ἐν ταῖς συνάξεσι τοὺς ψαλμούς. Diurnus Romanus cap. 5. tit. 13. vbi oratorium fieri conceditur: *Sic tamen vt non illud publica Proceſſione a conditore aliquatenus temetur.* PROCESSIO PLENARIA. Pontificale S. Luciani Bellouac. apud Marten. de Ant. Eccl. Diſcipl. p. 312. *Stent in ordine ſuo ſinguli in eccleſiam expectantes donec veniat pontifex cum Proceſſione plenaria ad Miſſam, ſicut diebus ſolemnibus ſolet, cum ſeptem diaconibus totidemque ſubdiaconibus et ceroferariis, et duobus thuribulis cum incenſo.* PROCESSVS, vt *Proceſſio.* Gregor. Turon. in Vita S. Aridii apud Mabillon. tom. 4. Analect. p. 202. PROCESSIONES inter iura quae Cathedralibus Eccleſiis ab inferioribus debentur, recenſet Priuilegium Alexandri III. PP. an. 1178. ex Bibl. regia: Quod quidem inſtitutum fuit non vt inferiores eccleſiae ſuam erga ſuperiorem profiterentur reuerentiam tantum, ſed et vt fidelium oblationes, quae tum fiebant, recipere poſſet principalis eccleſia. V. *Cruces bannales.* PROCESSIO, id omne quod in proceſſionibus defertur, vel ii ipſi qui haec deferunt. Bernard. Mon. in Ord. Cluniac. part. 1. c. 32. PROCESSIO, PROCESSVS, dicitur maxime de Conſulibus, qui cum pompa et apparatu magnifico procedere ad Circum ſolebant; quod ſepties fiebat durante Magiſtratu. Iulianus Anteceſſor Conſtitut. 98. PROCESSVS praeterea vocabant, Imperatorum in palatia ſuburbana ſeceſſus, vel etiam ad Eccleſiam maiorem proceſſiones, quod cum apparatu et omni comitatu eo procederent: vnde poſtmodum ipſae Imperatorum in iisdem Palatiis morae *Proceſſus* non ſemel dictae; Byzantinis vero Scriptoribus πρόοδοι et πρόκενσα. Hugo Floriac. Tract. de Reg. poteſt. et ſacerdot. dignitate lib. 2. apud Baluz. tom. 4. Miſcell. p. 53. PROCESSIO, progreſſus commeantis exercitus, Gallis *Marche*, apud Capitol. in Pertinace et Vegetium lib. 3. cap. 22. V. *Procinctus* 3. PROCESSIO, ordinata obuiam itio. Geſta Epiſc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 324. PROCESSIO, comitatus, coetus ordinate diſpoſitus et procedens. De felici obitu Angeluciae Virgin. apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 1708. (2) Lis, cauſa, Galli *Procès*. Gregorius M. lib. 4. Epiſt. 40. *Saecularibus indeſinenter cauſis adſtringitur, aſſiduis Proceſſionibus occupatur, et quotidie negligit legere verba Redemptoris ſui.* V. *Proceſſus* 3.

PROCESSIONALE, liber in quo continentur quae ad proceſſionem ſpectant, in Synodo Oriolana an. 1600. inter Conc. Hiſp. to. 4. p. 714.

PROCESSIONALES ORATIONES. Leo Oſt. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) *Id ipſum fecit et de alio libello, in quo ſunt Orationes Proceſſionales.*

PROCESSIONARE, *proceſſiones ſolemnes et ſacras frequentare.* Gloſſ. Gaſp. Barthii ex Hiſt. Palaeſt. Roberti Mon. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 102.

PROCESSIONARIVM, i. q. *Proceſſionale*, apud Gaſſendum in Notitia Eccleſ. Dinienſ. edit. an. 1654. p. 151.

PROCESSIONARIVS, ad *proceſſionem* pertinens. Guidonis Diſcipl. Farf. cap. 23. V. *Proceſſorius.*

PROCESSIONABILITER, ordine Proceſſionis. Charta P. Alban. Epiſc. in Chartular. Pontiſar.

PROCESSIONATIM, eodem ſignificatu, in Diario belli Huſſitici apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 145.

PROCESSIVE PERGERE, apud Thwroczium in Carolo cap. 98. Infra, *Proceſſionaliter*, nos dicimus, *aller proceſſionellement*, *en Proceſſion.*

PROCESSORES, qui *ex proceſſione* ſunt, et in ea cum caeteris procedunt. Ordo Romanus. *Proceſſores* ii potiſſimum nuncupati videntur, qui in proceſſionibus ea deferunt, quae in iis deferri ſolent; qua notione vocem *Proceſſio* vſurpari diximus ſupra. Id praeterea firmat Pontificale Eccleſ. Biſunt. ap. Marten. de ant. Eccl. diſcipl. p. 311. V. *Procedentes.*

PROCESSORIVS, ad *proceſſionem* ſpectans. *Proceſſoria caſula*, apud Cyprian. Epiſc. Tolon. lib. 1. de Vita S. Caeſarii Epiſc. Arelatenſ. num. 23. V. *Proceſſionarius.*

PROCESSVRA, actio iudiciaria, Gall. *Procedure.* Regeſt. Parlamenti Pariſ. an. 1483. fol. 260. vo.

PROCESSVS. (1) Vt *Proceſſura.* Tabular. B. M. de Bono - Nuntio Rotomagenſ. (2) Excommunicationis ſententia, in Caremon. MS. Dauantriae apud Macros in Hierolex. Eodem vocabulo vtitur rurſus ad ſignificandas excommunicationes in Bulla Coenae Domini, vt monent iidem fratres. (3) Lis, cauſa, Gall. *Procès.* Conſtitut. Ludouici Reg. Sicil. an. 1352. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 101. V. *Proceſſio* 2. (4) Iudicium, ſententia. Litterae Edw. III. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 122. (5) Agendi ratio, Gall. *Procedé.* Bulla Honorii IV. PP. an. 1286. apud Rymer. tom. 2. p. 340. *Proceſſus*, alia notione, vide in *Proceſſio* 4.

PROCESTRIA. V. *Procaſtria.*

† PROCHA, doliaris fiſtula, i. q. *brocha*, in Ch. a. 1338.

PROCHEIRIVM, PROCHIRIVM, Gr. προχείριον, manualis ſporta. Caſſianus Collat. 19. c. 4.

PROCIALIS, iuuenilis, procum decens. Acta MSS. S. Iudicaelis.

† PROCINARE, interpellare, appellare, vox forenſis. Inſtr. a. 1448.

PROCINCTA. V. *Procinctus* 1. et 2.

PROCINCTORIVM, ornamentum quo aliquid *praecingitur.* Acta S. Buſtadiolae tom. 2. Iunii p. 133.

PROCINCTVRA, vt *Procinctus*, ambitus, aliis *Proprifura.* Charta Baldrici Epiſcopi Leodienſ. an. 1016. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 379. V. in *Porprendere.*

PROCINCTVS. (1) († Coetus, conuentus.) Capitula Caroli M. lib. 4. c. 26. *Homo de ſtatu ſuo pulſatus, ſi is, qui eum pulſat, ad coniuiscendum illum Procinctum habuerit, adhibeat ſibi octo coniuratores legitimos ex ea parte, vnde pulſatur, ſine illa paterna, ſine materna ſit, et quatuor aliunde non minus legitimos, et iurando vindicet libertatem ſuam. Quod ſi Procinctus defuerit, adſumat vndecumque 12. liberos homines, et iurando ingenuitatem ſuam defendat.* Iis lucem affert D. Bruſſel Tract. de Vſu feud. lib. 3. cap. 19. vbi *Procinctum* definit Statutum teſtium numerum qui alicuius, cuius conſanguinei erant, ſtatum ſacramento affirmabant, hoc eſt, eum eſſe liberae conditionis vel non. Vnde vero ducta vocis origo, non liquet, niſi quod ii teſtes in procinctu eſſent id quod ab iis requirebatur affirmandi. PROCINCTA, eadem notione, in Regeſto Magn. Dier. Trecenſ. fol. 101. (2) PROCINCTVS, PROCINCTA, ambitus, vel limites loci alicuius, intra quos *libertas* ſeu *immunitas* illius includitur. Aelredus in Vita S. Edwardi Confeſſor. cap. 6. *Et habeat idem locus liberum Procinctum, id eſt, ambitum, et coemeterium mortuorum circa ſe, absque Epiſcopali . . . . exactione.* (3) PROCINCTVS MILITIAE, progreſſus copiarum. Vita S. Maximi tom. 5. Iun. p. 51. V. in *Proceſſio* 1. (4) † Exercitus, c. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 59.

PROCINTA. V. *Procinctus* 2.

PROCITARE, V. *Procalare.*

PROCLAMA, proclamatio. Adrianus de Veteribuſco in Reb. Leod. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 1208. V. infra *Proclamatum.*

PROCLAMARE, inconditis clamoribus quempiam explodere, inſectari, Gall.

Gall. *Huer.* Concil. Piſanum apud Acher. tom. 6. Spicil. p. 333. *Proclamare*, aliis notionibus, vide in *Clamare* 2.

PROCLAMATIO, querela iuridica, actio qua quis rem ablatam repetit, Gallis *Complainte*. Fabular. Maior. Monaſt. *Stimulis auaritiae incitatus, nos exinde poſtea deueſtiuit. Cum ſuper hoc multas Proclamationes feciſſemus, etc.* V. in *Clamare* 2. PROCLAMATIO SYNODALIS. Concil. Beluac. an. 1114. apud Acher. tom. 2. Spicil. p. 594. V. *Clamare* 2. PROCLAMATIO contra praedones. V. *Clamor ad Deum*, in *Clamor* 3.

PROCLAMATOR, qui cauſam agit. V. *Clamare* 2.

PROCLAMATVM, proclamatio, promulgatio. Laur. Byzynius de Bello Huſſitico apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 154. V. *Proclama.*

† PROCLAMIS, pallium, pro Chlamys, t. 7. Sept. p. 527.

PROCLAMOR, clamor, conclamatio, *Proclameur* Gallis, apud Galbertum in Vita Caroli Comit. Flandriae num. 15.

PROCOLLVM, *collus, colli ornamentum.* Papiae MS.

PROCOLPVS, idem quod *Colpus*, ictus. Lex Ripuar. tit. 77. *Si quis hominem . . . ligare voluerit . . . et non praeualuerit ligare, ſed Procolpus ei exceſſerit, et eum interfecerit, etc.* Vbi edit. Heroldi habet, *Colaphus ei exceſſerit.* Cod. alii apud Steph. Baluzium, *Colpus, Colebus, procollibus.* V. *Colpus.*

PROCONES, Synodus Nemauſenſis an. 1284. cap. de iis, quibus deneganda eſt Eccleſiaſtica ſepultura: *Ita vſurariis et Proconibus vniuerſis, etc.* Ita Codex nuper editus. Rectius edidiſſe videtur Martenius noſter ex iisdem Statutis tom. 4. Anecdot. col. 1048. *Item vſurarii et Praedones manifeſti.*

PROCONISVS, ſ. Perpolitus. († Rectius e loco vnde marmor iſte eruitur, nempe a *Proconneſo* inſula Propontidis.) Agnellus in S. Maximiano apud Murator. tom. 2. p. 107. *Eccleſiam vero B. Andreae Apoſtoli hic Ravennae cum omni diligentia non longe a regione Herculanea columnis marmoreis ſuffulſit, ablatiſque veteſtis ligneis de tectibus, Proconiſis decorauit.* Idem in S. Felice: *Praeditum altarium removit ex Proconiſo lapide, cum diuerſis marmoribus ornatis mirifice.* Rurſum in S. Petro Chryſologo: *Foris vero parietes Proconiſis marmoribus decoraui.*

PROCONSVL, Vicecomes, vt *Conſul*, Comes Gloſſ. Aelfrici Saxon. *Conſul, Gerefa. Proconſul, Vndengerefa.* Tabularium Auſcienſe: *Conuenerunt itaque ex omni Nouempopulania prouincia Epiſcopi, Abbates, Conſules, Proconſules, caeterique Domini fideles, etc.* PROCONSVLES, qui *Iuſtitiarii errantes*, in Anglia. Ioan. Sarisberienſis lib. 5. Policrat. c. 15. *Quae vero de praeſidibus aliisque Iudicibus dicta ſunt, debent et apud Proconſules, quos noſtrates vulgariter dicunt Iuſtitias eſſe errantes, obtinere.* Quia ſcilicet *Conſulum* ſeu Comitum vice ius dicunt *in prouinciis.* Ita accipiuntur lib. 6. cap. 1. PROCONSVLES appellantur, qui Conſulum vrbanorum vices agunt, in Wichbild. Magdeb. art. 19. §. 1.

PROCOVIA, vini ſpecies. V. *Graecum.*

† PROCREAMEN, procreatio, ortus. Chron. Io. Wherhamſt.

PROCREATIO, pro *Procuratio*, in Statutis MSS. Conc. Auenion. an. 1209. ap. Stephanot. to. 10. Fragm. Hiſt. Ita perperam

PROCREATOR, pro *Procurator*, editum ex Charta an. 1199. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1023.

PROCVBITOR, *Φρουρὸς*, in Gloſſ. Lat. Graec. Feſtus: *Procubitores dicuntur, qui noctu cuſtodiae cauſa ante caſtra excubant, cum caſtra hoſtium in propinquo ſunt.*

PROCVBVS, procumbens. Acta S. Vdalrici tom. 3. Iulii p. 153.

PROCVDIVM, *τέρας*, in Gloſſ. Lat. Graec. Portentum. V. *Porculum.*

† PROCVLCARE, terram peragrare, vt limites eius inſpiciantur. Ch. a. 1166.

PROCVLCATORES, caſtrorum excubiae, vt *Procubitores.* V. *Collocare.*

PROCVL-DVBIO, id eſt, ſine vlla exceptione, vt interpretatur Gothofredus ad leg. vnic. de offic. Vicarii lib. 1. Cod. Th. tit. 6.

PROCVLTOR, cultor. Litterae Caroli VI. Reg. Franc. an. 1394. tom. 6. Spicil. Acher. p. 115.

PROCVLVM, *abominatio*, in Gloſſ. Iſid. Scribendum forte ex Graecuio: *Portentum*, *mala ominatio*. V. *Procudium*.

PROCVLVS, *qui naſcitur cum pater peregrinatur*, in Gloſſ. Arabico-Lat. *Qui patre longe peregrinante naſcitur*, *vel longe a patre natus*, in Gloſſ. Iſid. Gloſſ. Sangerm. num. 501. *Qui naſcitur abſente patre*. Graecis τηλέγονος, τηλύγετος. Vide Feſtum.

PROCVRA. (1) Procuratio, facultas agendi alterius nomine ſcripto alicui conceſſa, *Procuration*, *pouvoir*. Charta an. 1389. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues. V. *Procuratorium*. (2) Officium procuratoris, Gallis *Procure*. Acta SS. tom. 4. Iunii p. 788. PROCVRRA, eadem notione. Statuta Cadubrii c. 88.

PROCVRAMENTVM, impulſio, ſollicitatio, ſuaſio. Litterae Richardi II. Reg. Angl. an. 1397. apud Rymer. tom. 8. p. 27. V. *Procuratio* 2.

PROCVRARE. (1) Excipere hoſpitio et conuiuio, vel *procurationem conſuetudinariam*, ſeu debitam exſoluere. Hiſt. Epiſcopor. Autiſſiodor. cap. 58. CVRARE, eadem notione, qua etiam noſtri *Ordonner* dixerunt. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Carat honoratos, *epulis reficitque peruſtis.*

PROCVRARE SE, ſuis expenſis ſibi conuiuium parare. Charta an. 1202. to. 2. Hiſt. Eccl. Meld. p. 88. PROCVRARE, neceſſaria ad victum et veſtitum praeſtare, ſuppeditare. Charta an. 1110. apud Marren. tom. 1. Anecd. col. 321. PROCVRARE DONATIVIS, donis et muneribus aliquem afficere. Epiſt. Frider. II. Imperat. tom. 2. Spicilegii Acheriani p. 572. (2) Nomine alterius ex eius poteſtate agere. Charta Ludouici Regis Siciliae an. 1342. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. pag. 471. Procuratoris officium gerere. Charta eiusdem Ludouici Reg. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 113. (3) Prouidere, ſuppeditare, Gall. *Procurer*. Tabulat. Maior. Monaſt. (4) Rei alicuius auctorem eſſe, quo ſenſu Galli *Procurer* dicunt. Litterae Innocentii III. PP. an. 1213. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 57. *Licet eidem* (Arnaldo Archiep. Narbonenſi) *hominium feceris et fidelitatis praeſtiteris iuramentum*, *nihilominus tamen*, *prout tibi placuit*, *Procuraſti vt demolirentur muri et turres ciuitatis ipſius*, *etc.* V. *Procuratio* 2.

PROCVRARIA, officium procuratoris in monaſteriis. Conſtit. Praedicator. cap. de Abſolut. Prior. num. 43.

PROCVRATIA. (1) Idem quod *Procuratio*. Matth. Paris an. 1245. (2) Apud Italos, Diſtrictus, officium vel camera Procuratoris, ſeu eius Magiſtratus, quem *Procuratorem* vocant. Acta SS. tom. 2. Iunii vbi de Reliquiis S. Antonii de Padua p. 747. V. *Procurator Reipublicae*.

PROCVRATIO. (1) Quoduis Conuiuium. Ordo ad benedicendum Ducem Aquitaniae: *Ille quippe die ſolennitatis et laetitiae*, *omnibus vitae peractis debet Canonicis Eccleſiae Lemouicenſis eam et talem Procurationem exhibere*, *quae tantum deceat dominum et Ducem*. (2) Cibus, ferculum. Conſtitut. pro Abbat. S. Pauli Narbon. an. 1127. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. col. 33. Séd praeſertim (3) dicitur de exceptione ſtata ac debita dominorum a Veſſallis, a quibus hoſpitio et conuiuiis condictis vicibus excipiebantur, cum in eorum praedia diuertebant: quae quidem *Procurationes* interdum in ſummam aliquam pecuniariam conuertebantur. *Giſtes* vulgo appellabant noſtri, vti in hac voce docuimus. Statutum S. Ludouici pro Bailliuis, apud Nangium: *Giſta etiam vel Procurationes in domibus Religioſorum . . . non recipiant*. Charta an. 1235. in Hiſt. Ducum Burgundiae p. 73. *Neque in Procurationibus*, *quae Gallice Giſte nominantur*, *teneantur me in aliquo procu-*

procurare. Procuratio consuetudinaria, in Charta Agnetis Comitissae Pictauiensis an. 1048. pro Ecclesiis Angeriacensi. PROCVRATIONES EPISCOPORVM *et Archidiaconorum*, quae debentur a Sacerdotibus, cum Ecclesias sibi subditas ii visitant: de quarum immodicis sumtibus crebrae ad summos Pontifices delatae subinde querelae, qui eas coërcuere cum in Conciliis, tum Bullis suis, cuiusmodi sunt Clementis IV. quae habentur in Chronico Abbatiae S. Ioannis de Vineis p. 137. 138. Praeterea haec Innocentii III. PP. in Monast. Anglic. tom. 2. p. 165. Non Episcopis modo atque Archidiaconis, sed et Archipresbyteris aliisque quos ad visitandas ecclesias sibi subditas delegabant, procurationes debebantur. Eodem iure gaudebant omnes quibus competebat ius visitationis; quo etiamnum vruntur nonnulla Monasteria in Prioratibus ab iis dependentibus. Statuta Eccl. Ruthen. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 768. (4) Necessaria ad victum et vestitum. Charta Caroli Crassi an. 790. apud D. Brussel de Vsu feud. to. 1. p. 75. *Ipsi quoque in dominorum tandiu vinant Procuratione, quandiu in inceptam vadant expeditionem.* V. in *Procurare.* (5) Impulsio, sollicitatio, suasio. Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 54. *Edwardus anno Domini 975. . . . per suae nouercae Procurationem martirizatus est.* V: *Procuramentum* et *Procurare*. (6) Quidquid rei alicui perficiendae inseruit. Inscriptio ad calcem Bibliae in Monast. Seabulensi asseruatae et a Martenio nostro descriptae in Itin. Litter. p. 149. *Codices hi ambo quia continuatim et tamen morosius scripti sunt per annos ferme IIII. in omni sua Procuratione, hoc est scriptura, illuminatione, ligatura, uno eodemque anno perfecti sunt ambo.* (7) † Officium *procuratoris.* Stat. a. 1537.

PROCVRATOR. (1) *Vicarius, locum tenens*, qui alterius vice res gerit. Petrus Blesensis Epist. 47. *Nunquam tibi exhibuit se dominum, sine Regem, sed quasi Procuratorem regni tui, etc.* (2) Qui conuiuio excipit, vel conuiuium apparat. Regula Templariorum c. 14. *Post prandium vero et coenam, semper in Ecclesia, si prope est, vel si ita non est, in eodem loco, summo Procuratori nostro, qui Christus est, gratias vt decet cum humiliato corde referre stricte praecipimus.* Hinc *Procuratorem Regni Francorum* sese inscribit Theobaldus Comes Blesensis in Charta an. 1156. in Tabulario Ecclesiae Carnotensis n. 66. id est *Senescallum* seu *Dapiferum;* quod *Dapiferi regii* munus sit circa mensam regiam et eius apparatum. (3) PROCVRATOR ANNIVERSARIORVM, exactor reditvum pro anniuersariis assignatorum, officium laicis viris commissum, vt videtur, in Ecclesiis de Romanis et Gratianopolitana. Charta an. 1274. to. 1. Hist. Dalph. p 127. PROCVRATOR DVPLARVM, officium in Ecclesia Valentina; qui mulctas, quae *Duplae* nuncupantur, colligit; sub quo alter erat *Procurator* etiam *Duplarum* dictus, qui absentes canonicos ob idque mulcta puniendos, notabat. Epitome Constitut. Eccl. Valent. inter Concil. Hisp. to. 4. p. 198. V. *Procurator parcitatis.* PROCVRATOR ECCLESIAE, qui eius bona administrat et tuetur; vnde *Procuratores Ecclesiae* dicti Aeditui, quos *Marguilliers* appellamus. Gesta Aldrici Episc. Cenom. apud Baluz. to. 3. Miscell. p. 33. PROCVRATOR FIDEI dicitur in foro Inquisitionis, qui in eo partes publicas agit, quomodo in Parlamentis Procurator Regius. PROCVRATOR FISCALIS, Fisci Praefectus, *Procureur fiscal.* Leges Palat. Iacobi II. Reg. Maioric. to. 3. SS. Iun. p. XXVI. PROCVRATOR IVDEX, qui alterius nomine ius dicit. Charta Amedaei Comit. Sabaudiae an. 1360. PROCVRATOR PARCITATIS, aerarii ecclesiastici Praefectus, qui bona ecclesiae procurat et colligit, vt Canonicis ea viritim distribuat. Locus est in *Parcitas.* PROCVRATOR PAVPERVM, qui bona pauperibus legata administrat. Chartul. Latiniac. PROCVRATORES PRAEPOSITVRARVM, praepositi, quibus

…s praepoſiturarum cura demanda… eſſ. Conſtitut. Eccl. Valent. inter Conc. Hiſpan. to. 4. p. 200. PROCVRATOR REIPVBLICAE, magiſtratus publicus. Charta Caroli III. Imp. in Hiſt. Pergamenſi to. 3. p. 399. PROCVRATOR SYNDICVS, qui res alicuius communitatis agit. Charta an. 1274. to. 1. Hiſt. Dalph. p. 126. col. 1. PROCVRATOR VNIVERSITATIS, idem in Eccleſia Viuarienſi, qui in Barcinonenſi *Procurator parcitatis* vocabatur. V. ſupra. Vetus Necrolog. Eccl. Viuar. ex Schedis Cl. V. *Lancelot.* PROCVRATORES eccleſiarum ſuarum interdum ſeſe inſcribebant Epiſcopi. Guido Epiſcopus Ambianenſis, *Praeſul et Procurator Reipublicae Ambianenſis* inſcribitur in Charta an. 1073.

PROCVRATORIVM, procuratio, literae quibus aliquod negotium alicui committitur. Charta Epiſc. Aduenſis an. 1273. apud Rymer. to. 2. p. 4.

† PROCVRIVM, procuratio, literae, quibus aliquod negotium alicui committitur, in Chartul. Rauennat. V. *Procuratorium.*

PROCVRRA. V. ſupra *Procura* 2.

PROCVRSVS. (1) Vt ſupra *Percurſus*, facultas ponendi pecudes ſuas, et eas paſcendi in alterius domini paſcuis, Gall. ol. *Procours*, in Conſuet. Niuern. cap. 3. art. 2. Inquiſitio an. 1255. apud Kennett. Antiq. Ambroſden. p. 249. (2) Alia notione, quae aperte explicatur in Charta an. 1064. ex Tabular. Maior. Monaſt. *Quidquid igitur patet intra tres ſupra deſcriptas vias et ſupradictam vallem, quantum ad dominium ſuum pertinebat, boſcum ſive planum, feras ſimul omnes cuiuscumque ſint generis, et Procurſum, nullo prorſus inde ſibi iure retento, memoratus Comes* (Tetbaldus) *beato Martino dedit. Procurſus autem hic eſt, quia ſi canis noſter in boſco noſtro feram aliquam mouere coeperit, per ſilvas Comitis, abſque vlla refragatione, indagare tandiu poterit, donec apprehenderit.* (3) Progreſſus, proceſſus, Gall. *Progrès*, *accroiſſement.* Exordium Monaſterii S. Medardi Tornac. inter Inſtr. to. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 65. (4) Geneologia, ſeries generis: Matth. Paris an. 1230. (5) PROCVRSVS MORTVORVM, exportatio cadaueris ad ſepulcrum, Gallice *Levée d'un corps*; quod ordinato proceſſu fit, ſic dici videtur. Item, ius quod Curioni ex eo competit. Charta an. 1178. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 348. Pro ſolemni proceſſione et oblationibus quae in ea a fidelibus fiebant in Commemoratione omnium defunctorum accipi opinor in Charta alia ibid. p. 349.

PROCRORIVS, proditus, indicatus, *Declaré.* Placitum an. 852. inter Probat. to. 1. nouae Hiſtor. Occitan. col. 99.

PRODA, prouentus, reditus, Ital. *Prode*, *prodotto*, Gall. *Produit*, *revenu.* Charta ann. 1196. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 368. V. *Pres* et *Produm.*

PRODANI, vt *Prodenſes.* V. in hac voce.

PRODARIVS. V. infra *Proderius.*

PRODECIMA, idem quod *Redecima*, Decima decimae. Capitulare an. 823. cap. 21. et lib. 2. Capitul. c. 21. V. *Redecima.*

PRODEFACERE, prodeſſe. Lex Wiſigoth. l. 6. tit. 4. §. 3. Occurrit nude *prodificare* in Gloſſ. Arabico-Lat.

PRODEFINIRE, idem quod *Defuire.* Capitula Ludouici Pii an. 826. c. 6.

† PRODELADA, PRODELLA, pelanga tractoria, paxillus, in Ch. Mſ. a. 1332.

PRODENSES, funes qui a prora alligantur ad terram, Italis *Prodeſe*, ex *proda*, prora, iisdem. Sanutus lib. 2. part. 4. c. 25. V. *Profuenſum.* PRODANI, eadem notione, in Gloſſ. Fr. Barberini ad Docum. Amor. edit. Vbaldini: *Prodani funes, qui ex anteriori latere nauis propter impetum ventorum ſuſtinent arborem.*

PRODERE. (1) Negare. Gloſſ. MSS. veteri Canonum collectioni praemiſ-

ſae:

ſue: *Prodiderit*, *vaganerit*. (2) † Prodeſſe, in Ch. Mſ. a. 1400.

PRODERIVS, qui Proram, curat in nauibus, *Prodiere* Italis. Occurrit apud Sanutum l. 2. part. 4. c. 20. PRODARIVS, eodem ſignificatu. Gloſſ. Fr. Barberini ad Docum. Amor. edit. Vbaldini pag. 257. *Prodarii, qui caſtodiunt arborem, velas et anteriorem partem nauis.* Alibi: *Prodarii, homines qui etiam remigant in prora.*

† PRODESVSIVM, tunica militaris, ſagum. Ch. Mſ. a. 1319.

PRODIFICARE, emendare, ad meliorem frugem adducere. Vetus Interpres Origenis tract. 19. in Matth. apud Genebrardum. V. ſupra *Prodefacere.*

† PRODIFICATIO, emendatio, vtilitas. Vet. Interpr. Orig.

PRODIGALITAS, prodigentia, Gall. *Prodigalité.* Conc. Matiſcon. ann. 1286. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 205.

PRODIGIATOR, Feſto, *Prodigiorum interpres.* Gloſſ. Lat. Graec. *Prodigiator*, τερατοσκόπος.

† PRODIGNA, vel PRODIGVA, *Poſtia conſumante*, in Gloſſ. Lat. Ital. Mſ.

PRODIMENTVM, proditio. Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 555.

PRODITIALITER, perfide, per proditionem, Gall. *En trahiſon.* Litterae Edwardi I. Reg. Angl. ann. 1282. apud Rymer. tom. 2. pag. 196.

PRODITIONALITER, eadem notione, in Chron. Triuetti to. 8. Spicil. Acher. p. 713. PRODITIOSE, idem, in Annal. Genuenſ. Ogerii Panis apud Murator. to. 6. col. 410. V. *Geloſitas.*

PRODITIONALIS, perfidus. Chron. Domin. de Grauina apud Murator. to. 12. col. 588.

PRODITOR, qui rem furatam prodit, indicat, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 25. §. 4. 40. Occurrit in l. vn. C. de Mendic. valid. et in l. 6. Cod. de Delator.

PRODITVS, editus, genitus, in leg. 1. lib. 6. Cod. Th. tit. 26.

PRODIVM, pro *Brodium*, noſtris *Breuet.* Statuta Monaſterii Mellic. ann. 1451. in eiusd. Chronic. pag. 426.

† PRODOMIA, proditio, in Ch. Mſ. a. 1332.

PRODVCERE, litis inſtrumenta proferre, exhibere, Practicis Gallicis *Produire*, in Charta Caroli VIII. Reg. Franc. an. 1489. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 237. Hinc PRODVCTIONES, Gall. *Productions*, vocant litis inſtrumenta et auctoritates. Areſtum a. 1497. apud Thomaſſer. in Biturig. p. 172.

PRODVCTALIS. Charta Ferdinandi Gonzalez inter Conc. Hiſpan. t. 3. p. 175. *Atriis, hortis, molinis, pratis, paludibus, cum ſuis antiquis Productilibus aquis.* Quod in pleriſque aliis Chartis ſic exprimitur: *cum aquarum decurſibus.*

PRODVCTVS, adductus, compulſus, coactus. Hiſt. liberationis Meſſanae apud Murator. to. 6. col. 623.

PRODVM, lucrum, Gallis *Preu, Profit.* Italis *Prode*, et *pro*, qui a Prouincialibus acceperunt, vt notat Acariſius. Vſatici Barcinonenſes MSS. c. 63. V. *Preu* et *Proda.*

PRODVX, traductor, apud Tertull. lib. de Carne Chriſti c. 20.

PRORDRVS. V. Gloſſarium med. Graecit. in προόδους.

† PRORLEPSIS, proceſſus publicus, Gr. προελεύσεις, ap. Ludewig. t. 9. Reliq. p. 367.

PROELIARE, oppugnare, Gall. *attaquer.* Iac. Aurias in Annal. Genuenſ. ad an. 1282. apud Murator. to. 6. col. 578. *Cum militibus CCC. et peditibus MD. dictum caſtrum Proelianerunt et eundem violenter coeperunt.*

† PROEPISCOPVS, a epiſcopi vicarius, *Chorepiſcopus*, to. 4. Aug. pag. 479.

† PROFANALITER, ſacrilege, t. 6. Mai p. 31.

PROFANITAS, eo nomine Scriptores ante Chriſtum natum deſignat Tertullianus lib. de Pallio c. 2. *Vt antemnae ſuperiorum Profanitas.*

PROFECTITIVS, aliunde in nos delatus, aduenticius. Hierat. iuris Pontificii p. 60.

PROFECTOSVS, vtilis, qui prodeſt. Priuileg. Rodulfi Reg. Franc. ann. 925. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 280.

PROFECTVS, lucrum, *Profit.* Capitulare de Villis c. 36. *Accipitres et ſparuarios ad noſtrum Profectum prouideant.*

PROFERENDA. Acta Epiſcoporum Cenoman. in Geruaſio c. 31. *Cunctaſque ibi decimas pertinentes, cunctos cenſus et ſuburbia, quae Archiclaui tenere ſolebant, excepta Proferenda, quam Archicapellanus de manu Pontificis Miſſam cantantis recepit.* Videtur idem ſonare quod *Praebenda.* Malim de oblatione, quae inter Miſſarum ſolemnia fit, accipere.

PROFERENTIA, PROFERENTIVM, PROFERTA, minus accurate prouentum, reditum nude interpretatur Cangius: haud obſcurum quippe ex allatis videtur inter iura Curionum recenſeri, idem proinde eſſe quod ſupra *Praeferentia*, primitiarum ſcilicet ius, quod ipſis Curionibus praeter decimas debetur. Id rurſum aperre docet Charta an. circ. 1036. apud Stephanot. to. 4. Antiq. Pictau. Bened. MSS. p. 562. *Medium partem de altare, et ſuam partem de decimas, medium partem de confeſſiones, de ſepulturas, de Proferentia, de baptiſterium, et omnia quae ipſe habet in eccleſia* (conceſſit). V. *Primitiae.*

PROFERIMENTVM, dilatio, prolatio: cum quis ſtare iuri, ac *rectum facere* renuit, vel differt. Vſatici Barcinonenſes MSS. c. 93.

PROFERVM, PROFFRVM, in Fleta lib. 1. c. 38. §. 16. l. 2. c. 32. §. 2. 4. Monaſticum Anglic. to. 1. p. 290. *Idem Henricus de Haſtingiis et anteceſſores ſui ſolebant capere et de iure habere rationabiles expenſas ſuas verſus ſcaccarium ſingulis annis pro duobus Profris faciendis, et vno compoto reddendo per annum, etc.* Radulfus de Hengham in Summa magna c. 11. *Et ſi reperiatur per nomina militum qui viſui interfuerunt, quod viſus terrae factus fuit, tunc ad Proffrum petentis clamabitur reus, qui die illo inſte ſi velit, eſſoniari poteſt de malo veniendi, etc.* Duplex eſt huiuſce vocis intellectus ex Th. *Blount*, in Nomolex. Anglic. Ac 1mo quidem *Profrum* ſignificat tempus iis ſtatutum, qui rationes ſuas edere et *proferre* coram ſcaccario tenentur, atque ipſam rationum redditionem: quo ſenſu accipienda, quae ex Monaſtico Anglic. retulit Cangius, vt et quae poſt Spelmannum ſubiungimus ex Breui Reg. de Attornato Vicecomit. pro *Profro* faciendo. Eſt et *Profrum* Actio iudiciaria, qua ſeſe offert quis vt coram iudice ius ſuum contra quemlibet probet, iurisque ſui argumenta *proferat.* Ita vocem hanc interpretor apud laudatum Radulfum, in Gallicis ſuperius allatis et in Charta an. 1334. apud Rymer. to. 4. p. 611.

PROFESSA, femina continens, quae virginitatem profitetur, non tamen in Monaſterio. Index vett. Canon. inter Conc. Hiſpan. to. 3. p. 20. V. *Aſcetriae.*

† PROFESSARE, ad profeſſionem monaſticam admittere. Conſt. Carmelit. Mſ.

PROFESSI, qui magiſterium adepti ſunt in Scholis, et docendi facultatem habent. Henricus Monachus l. 1. de Mirac. S. Germani. V. *Profiteri.*

PROFESSIO. (1) Subſtantia, poſſeſſio, facultates in cenſu profeſſae, in leg. 2. Cod. Th. l. 10. tit. 14. V. ibi Gothofredum. (2) Pro Nuda iactatio, ibid. leg. 5. tit. 1. l. 9. pro Oneris in ſe ſuſceptio, ibid. leg. 32. l. 13. tit. 5. (3) Abdicatio, declaratio qua dignitate quis ſe abdicat. Statuta Ciſterc. an. 1157. apud Mart. ten. to. 4. Anecd. col. 1250. V. alia notione in *Profiteri.* PROFESSORES, vel *Profeſſores Ordinis*, qui regulam Ordinis alicuius profitentur, in Stat. Praemonſtr. c. 4. §. 18. PROFESSVS, profeſſio. Cod. Th. leg 39. tit. 2. l. 16. V. alia notione in *Profiteri.* (4) † PROFESSIO CANONICA, iurisdictionis metropoli-

politani in ſuffraganeum epiſcopum confeſſio a canonibus praeſcripta. Bened. abb. Petroburg. to. 2. pag. 716.

PROFESTVM, vigilia, dies feſtum praecedens. Obituar. MS. Eccl. Morin. fol. 36.

† PROFESTVS DIES, dies hebdomadis officio alicuius ſancti vacans. Ch. Mſ. a. 1256.

PROFFENDRA. Tabular. S. Eparchii Inculiſm. fol. 38. *Similiter faciens eis 5. bias, unum ad frumentum faciendum, alium ad avenam, tertium a Proffendra, 4. in nemore, 5. in vindemiis, et hoc facient ſine habeant bovem ſine non.*

PROFFRVM, vt *Proferum*. V. in hac voce.

PROFICATIO, incrementum, acceſſio, Gall. *Melioration*. Charta Dom. Onecae aerae 1067. apud Moret. Antiquit. Navarrae p. 597.

PROFICIENS, *ante poſitus, praeclarus*. Gloſſarium Iſidori.

PROFICISCERE, pro Proficere, in Charta Childeberti III. Reg. Franc. an. 695. apud Felibian. Hiſt. Sandion. p. XVI.

PROFICIVM, vt infra *Proficuum*. Placitum an. 8. Ludouici Pii apud le Blanc Diſſert. Hiſt. de Monet. p. 98.

PROFICVIT, PROFICVITAS. V. in *Proficuum*.

PROFICVVM. (1) Lucrum, emolumentum, *Profit*. Hugo Flauiniac. in Chron. p. 247. PROFISCVVM, eodem ſignificatu, niſi etiam legendum ſit *Proficuum*. Litterae Caroli VIII. Reg. Franc. an. 1483. in Notis Gotofredi ad Hiſtor. eiusd. Reg. p. 373. *Volentes quod ipſe Guillelmus (de Rochefort) huiusmodi officio Cancellarii plene . . . gaudeat ad vadia, ... utilitates, Profficua, praeeminentias et emolumenta conſueta.* (2) Fortuitus prouentus, Gall. *Caſuel*. Charta an. 1406. apud Lobinell. to. 5. Hiſt. Pariſ. p. 686. PROFIGVVM, eadem notione, in Charta an. 1484. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruerg. p. 833.

PROFICVVS, Vtilis, *Profitable*. Charta Caroli C. ann. 851. apud Doublet. pag. 780.

PROFICVIT, pro *Profuit*. Thwroczius in Sigiſmundo c. 1. *Sed quid Proficuit ſolitariae mduus defenſio?* Cap. 4. *Sed haec fuga Proficuit et minime.* Ita MSS. praeferre monet Freherus Editor.

PROFICVITAS, idem quod *Proficuum*. Ditmarus l. 2.

† PROFIGIVM, i. q. *Proficuum*, lucrum, in Libert. Peyruſ. a. 1368.

PROFILIATIO, Adoptio. *Charta profiliationis*, qua aliquis pro filio haeres conſtituitur. Charta Dom. Onecae aerae 1067. apud Moret. Antiquit. Nauar. p. 596.

PROFILIVS, filius filii, nepos, Gallis *Petit fils*. Leges Norman. c. 26. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 207.

PROFILVM, vt *Perfilum*. V. ibi.

PROFINIS, confinium. Vetus Charta an. 1012. apud Vghellum in Teatinis Epiſcopis n. 12.

PROFIRMITER, certo, phraſis Gallica, *pour certain*. Capitula Caroli M. l. 3. c. 23.

PROFISCVVM. V. *Proficuum*.

PROFITERI. (1) *Confiteri*, Confeſſionem Sacerdoti exſoluere, in Legibus Henrici I. Regis Angl. c. 66. (2) Profeſſionem (de qua mox) facere, in Antiq. definit. Ord. Ciſtercienſis diſt. 4. c. 1. PROFESSIO, qua Monachus per votum triplex Deo ſeſe offert. Hac enim votorum emiſſione palam profitetur Deo obedientiam, caſtitatem et paupertatem deinceps ſe obſeruaturum. S. Hieronymus in Praefat. ad Regul. S. Pachomii, de praecedentia loquens: *Non aetas inter eos queritur, ſed Profeſſio. Profeſſio virginitatis*, apud S. Ambroſium lib. 3. de Virgin. *Sancta religionis Profeſſio*, in Concilio Arelat. II. an. 385. can. 45. PROFESSVS, monachus, qui in Monaſterio vorum emiſit, Gall. *Religieux Profez*. Arnulfus Lexouienſis Epiſcopus in Epiſt. ad Abbatem S. Ebrulfi.

PRO-

PROFLAMMARE, flammis, uel incendio abſumere. Marcellinus Comes.

PROFLIGARE, exigere, in leg. 4. Cod. Theod. l. 11. tit. 22. *Profligo, ἐπαιτῶ βιαίως*, in Gloſſ. Lat. Graec. *Profligito*, in Cod. Sangerm. Hinc

PROFLIGATIO DEBITORVM, exactio, collectio eorum, ibid. in leg. 10. lib. 6. tit. 30. *Profligatio, ἀναπραξις*, in Gloſſ. Lat. Gr.

† PROFLVITAS, abundantia, to. 1. Maii, p. 61.

PROFRVM. V. *Proferum.*

PROFVGARE, expellere, eiicere Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 76.

PROFVGIVM, fuga. Ottoboni Annal. Genuenſ. ad an. 1205. apud Murator. to. 6. col. 392.

PROFVGOSE, fugiendo. Saluſtius in vita S. Martini Saurienſis Preſbyt.

PROFVGVLA, *fugiens elimenta.* Sic Gloſſae antiquae MSS.

PROFVLVM. Charta an. 1197. apud Vghellum to. 7. pag. 1275. *Quinque mandilia cum Profulis.* Videtur eſſe Gall. *Profil*, vel *Porfil*, Ora, Limbus. V. *Perfilum.*

† PROFVNDA, profunditas, Ital. *Profunda.* Stat. Auenion. Mſ.

PROFVNDARE. (1) Fodere altius. Charta Pariagii villae Sarlat. ann. 1299. in Regeſto Philippi Pulcri ex Chartophyl. regio. (2) Mittere in profundum, immergere. Vita S. Stanislai to. 2. Maii p. 266. (3) Diligentius rimari, penitus perſcrutari, Gall. *Approfondir.* Vita B. Lidwinae to. 2. April. p. 341. † PROFVNDARE SE IN SCIENTIIS, totus in iis verſari. Victor. Mſ. (4) PROFVNDARE SOMNVM, Goclen. in Lex. Phil. *Somnum profundum reddere.*

† PROFVNDATIO, excauatio, in Ch. Mſ. a. 1344.

PROFVNDERE dicitur ſacerdos, cum hauſto Sanguine Chriſti calicem vini et aquae infuſione abluit. V. *Superfuſio.*

PROFVNDVS. (1) Color intenſior, viuidior. Gall. dicunt *Foncé*, Scriptores medii aeui, *fundatus.* Valerianus Aug. apud Spart. *Cepe tunicam palmatam, togam pictam, ſubarmalem Profundum, ſellam eburneam, nam te Conſulem hodie deſigno:* vbi Caſaubonus, et ex eo Alexander Wiltemius *ſubarmalem profundum* dici opinantur, quod tunica talaris fuerit, ſed purpura viuidiore, intenſiore et ſubfuſca intincta. Proinde que *profundus ſubarmalis* idem fuerit, quod Trebellius Pollio in Claudio *ſubarmale cum purpura Maura* vocat. (2) Doctiſſimus, qui ſummam ſcientiae attigit, Gall. *Profond.* Rolandinus Patau. de ſectis in Marchia Taruiſ. apud Murator. tom. 8. col. 360.

PROFVSIO, infuſio vini et aquae in calicem hauſto Sanguine Chriſti ad illum abluendum. V. *Superfuſio.*

PROFVSOR, pincerna. Vide *Praefuſor.*

† PROGALARE, mendoſe f. pro *propagare*, to. 2. Monum. fac. antiq. p. 450

PROGENER, vir neptis, Feſto. Gloſſar. Graec. Lat. ἐγγόνης ἀνήρ, *Progener.* Ita in eodem Gloſſar. *Pronurus* dicitur ἐγγόνου γαμετή. Aliter tamen accipi videtur in veteri Inſcriptione apud Gruterum p. 412. 3. vbi Stilico *Progener* Theodoſii Auguſti dicitur, quia ſcilicet ille *Serenam*, Theodoſii ex Honorio fratre neptim, duxerat, quam Theodoſius adoptarat in filiam, vt auctor eſt Claudianus: proinde Stilico vice generi Theodoſii erat, cum Serena non eius eſſet naturalis filia, ſed adoptiua.

PROGENICVLARI, genibus aduolui. Gloſſ. Lat. Graec. *Progeniculatur*, γονυπετεῖ. Ibid. *Progeniculo*, γονυπέτημα.

PROGENIES. (1) Gradus cognationis. Capitulare Compendienſe ann. 757. c. 1. (2) Coetus, conuentus Monachorum, in Charta Odonis Abbat. Glannafol. laudata a Mabillonio tom. 2. Annal. Bened. pag. 622.

PROGENIOSVS, nobili progenie genitus. Ioan. Hocſemius in Adolpho a Marka c. 5.

PROGENITALIS. Litterae Petri d' Aubuſſon S. Iohan. Hieroſol. Ordin. Magi-

Magiſtri an. 1493. inter Privilegia eiusdem Ord. p. 161. *Verum quia variis vernaculis linguis communiores noſtri Progenitales patrias more utuntur, etc.* Vbi legendum videtur *Progenitalis*, adeo vt ſenſus ſit, vernaculis linguis vtuntur more patriae in qua progeniti ſunt.

PROGESTIVM, V. *Proeſtium.*

† PROGNOSIA, indicium, ſignum prognoſticum, tom. 2. Aug. pag. 688.

PROGNOSTICARE, praeſagire, praedicere, praeſignare. Ordinat. Humberti II. ann. 1340. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 391. PRONOSTICARE, eadem notione, in Concil. Treuir. an. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 258. V. ſupra *Praenoſticare.*

PROMOSTICATIO, praedictio, praecognitio, rei futurae indicium. Chron. Trivetti to. 8. Spicil. Acher. p. 573.

PRONOSTICATIVVS, praenuntius, Gall. *Pronoſtic.* Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii c. 54. p. 134.

PROGNOSTICON. V. *Sortes Sanctorum* in *Sors.*

PROGRAMMA, Litterae regali ſigillo munitae, in Speculo Saxonico l. 3. art. 34. et 64. V. l. 29. Cod. Th. de Petition. Item ex Spelman. Proſcripsio ſcripturae poſtibus affixa vtab omnibus legatur. Vox iuris ciuilis.

PROGRESSIVE, vlterius. Acta SS. to. 2. Mart. p. 134.

PROGRESSVS, profectio, Gall. *Départ:* vel etiam Conſilium, ſuſceptio, Gall. *Entrepriſe.* Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 63.

PROHAERES, Papiae eſt, *qui loco haeredis fungitur, aut inſtitutus aut ſubſtitutus:* vel potius haeredis haeres. Papianus lib. Reſponſ. tit. 2. *De donationibus dominorum proprietas accipientium etiam circa haeredes et Proharredes lege ſtruatur.*

PROHIBITA, interdictum, in Stat. Maſſil.

PROHIBITIO REGIA, vox forenſis, Litterae regiae apud Anglos, quibus cognitio cauſae, quae in foro eccleſiaſtico agitatur, ad forum ciuile reuocatur. Charta an. 1300. apud Kennet. Antiquit. Ambroſd. pag. 344. † PROHIBITIONES, inducine, tr. t. Cod. diplom. Polon. pag. 7.

PROHIBITVS, non conceſſus, ex lib. 1. Decretal. tit. 7. c. 2. apud Macros in Hierolex.

PROHICERE. (1) Proiicere, in Statutis Arelat. MSS art. 184. (2) † Expellere. Hiſt. Nem. Prob. to. 3. p. 50.

PROHIGIVS, funis nauticus. Statuta Maſſil. l. 3. c. 16. V. *Proneſium.*

PROIECTIBILIS, proiectus, apud vet. Irenaei Interpretem lib. 1. c. 30. n. 9.

PROIECTVM, *Proiectura* Vitruuio, *proiectum tectum* Plinio, Gallis *Auvent.* Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 46. art. 1. *De proiectis. Ordinamus ne poſthac. Proiectus ſeu tigna, vulgo dicta Estaus, quae extra parietes domus protenduntur, ſunt.*

PROIESTVM, conſilium, propoſitum, Gall. *Projet.* Renouatio teſtamenti Abbonis Patricii per Carolum M. an. circ. 805. apud Mabill. Diplom. p. 510.

PROINOSVS, pro Pruinoſus, facili mutatione, in Miſſali Goth. apud Mabill. Liturg. Gall. p. 242.

PROLABIA, *prominentes labrorum partes*, in Amalthea ex Polluce.

PROLATARE, *differre, procraſtinare*, ὑπερτίθεσθαι, in Gloſſ. Graec. Lat. Vox ea notione haud ignota Latinis.

PROLATOR, productor. Graec. προβολεύς, apud vet. Irenaei interpretem lib. 1. c. 2. num. 1.

PROLECTA, capiſtrum, funiculus, Gall. *Licou, laſſe:* vnde *Prolectum* legendum videtur, apud Lupum in Vita S. Thomae Cantuar. c. 3. p. 85.

PROLEGERE, legere coram aliis et clara voce. Charta Balduini Archiep. Treuirenſ. an. 1335. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 569.

PROLES, proſapia, genus, Gall. *Famille.* Acta S. Contardi to. 2. April. p. 450. PROLES, maſculini gen. in.

in manuali Dodanae matris S. Willelmi Ducis apud Mabill. saec. 4. Bened. part. 1. p. 750.

PROLETARII apud Romanos nuncupati, *qui in vrbe semper sufficiendae prolis causa vocabant. Hi in arma non cogebantur; sed semper generandorum filiorum causa in vrbe manebantur.* Ita Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. post Gellium lib. 16. c. 10. V. Nonium et Festum.

PROLIBERI, qui ex *liberis* hominibus nascuntur aut nascentur. Charta Adelchisi Regis Longob. in Bullario Casinensi tom. 2. p. 11. V. Proaldiones.

PROLICERE, *emanare, effluere. Varro: Demum vbi Prolicuit de vris vnda.* Gloss. Isid. Eodem sensu quo *Proliquare* apud Apuleium, vnde *Proliquere* legendum censet Graeuius.

† PROLIFICATIO, procreatio. Statuta Mellic. Monast. ann. 1451. in Chronic. eiusd. pag. 427. col. 1. *Nequaquam teneantur venatici canes in monasterio, . . . neque nutriantur columbae propter earum Prolificationem et clamores continuos.*

† PROLIFICATIVVS, ad generationem s. generationis gradum pertinens, in Tract. Conradi de Monte-puellar. Ms.

PROLITA, V. *Prolyta.*

† PROLITARE, litare, sacrificare. S. Zeno Veron. in Vita S. Arcadii Mart.

† PROLITVS, illitus, delibutus, t. 2. Maii p. 248.

PROLIX, proles, filius. Charta Ordonii II. Reg. pro Monast. S. Martini Compostell. inter Concil. Hispan. to. 3. pag. 171. col. 2.

PROLIXITAS AETATIS, senectus. Epist. Hincmari ad Carolum C. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 198.

† PROLOCVTIO, colloquium. Ch. Ms. a. 1299.

PROLOCVTOR, PROLOCVTORIE, V. *Praelocutor.*

PROLOCVTORIVM, locus publicus in quo conuentus publici, quos *Parlamenta* vocabant, aguncur. Charta Petri Archiep. Panormitani ann. 1230. apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 477. V. *Locutorium* et *Parlatorium.*

PROLOCVTORIVS, V. in *Praelocutor.*

PROLONGARE, producere, in longius ducere, Gall. *Prolonger.* Capitul. Lotharii Imper. tit. 3. cap. 31. *Quod si iterum autus non fueris quia pro occasione Prolongandae institiae hoc non dixisset, etc.* Idem verbum eadem notione Plinio lib. 13. c. 3. et Senecae de Benef. lib. 5. cap. 17. tribuunt Lexicographi: vbi ex libris melioris notae legendum *Prorogare*, vt monet Faber in Thesauro.

PROLONGVARE, differre, remittere, Gallis *Differer.* Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae Tolos.

PROLOQVI, V. in *Praelocutor.*

PROLOQVIVM, *ἀπόφασις*, sententia. Ammian. lib. 28. *Vno Prologuio in huiusmodi causas, omnes . . . statuit tormentis affligi.* Lib. 29. *Sub vno Prologuio cunctos iubet occidi.* V. ibi Lindebrog. Adde Gellium lib. 16. cap. 8. V. in *Praelocutor.*

PROLVBIVM, cupiditas. Vita S. Gudilae Virg. cap. 6. *Formidans per diem suo Prolubio satisfacere.* Vtitur Gellius lib. 16. cap. 19.

PROLYTA, quinquennale iuris studium, vel de eo litterae ipsae testimoniales; a Graeco *προλύτης*, qua voce significabantur ii, qui quintum annum iuris studio operam dederant. Hierat. iuris Pontificii pag. 42. *Debent promouendi* (ad cathedrales Ecclesias) *Prolyta ex vno iurium decorari.*

† PROMAVGVS, *promtus, expeditus*, in Gloss. vet. Cod. 7641.

PROMERCALIS, venalis. Gloss. Lat. Graec. *Promercalia*, *ὄνια.* Vtitur Columella.

PROMERCIVM, *mercimonium, actio et facultas promercalia vendendi*, in Analth. ex Paulo IC.

PROMINARE, ducere, idem quod *minare*, hinc Gall. *Promener.* Apuleius lib. 9.

† PROMINERE, minari, apud Gualt. Heming ford.

PROMINVLVS, parum prominens. Guibertus in Vita sua lib. 2. cap. 6. Vnus

Vtuntur praeterea Solinus cap. 27. extr. et Capitolinus in Pertinace cap. 12.

PROMISSA, promiſſio. Vita S. Dunſtani to. 4. Maii pag. 349.

PROMISSARIVS, (1) Praebendarius ſacerdos, qui in eccleſia parochiali praebendam poſſident, animarum curae minime addicti. Statuta Eccl. Argent. an. 1485. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 532. (2) Qui facile promittit, apud Ioannem Sarisberienſem lib. 3. Policrat. cap. 11. *Promiſſores*, cap. 12.

PROMISSIO, profeſſio monaſtica. Theodemarus in Epiſt. ad Carolum M.

PROMITTENTIA, promiſſio, Gall. *Promeſſe*. Charta an. 1120. inter Inſtrum. t. 1. nouae Gall. Chriſt. pag. 67. col. 1.

† PROMONTORIVM, collis quilibet, to. 2. Sept. p. 218.

PROMOTI, qui inter Vexillationes merebant: horum meminit Ammianus Marcell. lib. 15. et vlt. vt Notitia Imperii *Equitum Promotorum iuniorum* ſub diſpoſitione *Magiſtri militum praeſentalis*, vbi inter *Vexillationes* recenſentur. Dicebantur etiam *Promoti*, qui a minoribus muniis ad altiora promouebantur: vnde ſic potiſſimum appellari officiales iudicum ad aliquem altiorem gradum promoti. Lactantius de Mortibus Perſecutor. num. 40. *Promoti militari modo inſtructi*, *etc.* V. Gothofredum ad leg. 2. Cod. Th. de falſa moneta. V. *Promotus*.

PROMOTIO, dignitas Eccleſiaſtica. Charta Edwardi VI. Reg. Angl. an. 1552. apud Rymer. tom. 15. pag. 311.

PROMOTIVVS, reſt promouens et efficiens. Charta an. 1237. apud eundem Rymer. to. 4. pag. 737.

PROMOTOR. (1) Fautor, auctor, protector. Epiſt. Hamburgenſium an. 1403. ad Henricum IV. Reg. Angl. apud Rymer. tom. 8. pag. 296. (2) Qui de delictis inquirit, et ea vt reprimantur vel puniantur promouet. Leges Palat. Iacobi II. Regis Maioric. to. 3. Iunii p. XXVI. Idem munus in Eccleſiaſticos obiiſſe videtur, qui PROMOTOR FISCALIS curiae Epiſcopalis dicitur, in Concil. Tolet. an. 1582. inter Hiſpan. tom. 4. pag. 210.

PROMOTVS. (1) V. *Promoti*. (2) Ad officium *Promotoris* ſpectans. Charta Edwardi VI. Reg. Angl. an. 1550. apud Rymer. tom. 15. pag. 212.

† PROMOVERE, abire, proficiſci, procedere, in Ch. Gaufr. ep. Carnot.

PROMPNVS, vitiata ſcriptura, pro *Pronus*. V. in hac voce. Statuta Eccl. Meld. an. 1493. tom. 2. Hiſt. eiusd. Eccl. p. 582.

PROMPTANIMITAS, alacritas. Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 7.

PROMPTITVDO, vt *Promptanimitas*. Litterae Edmundi Reg. Sicil. an. 1261. apud Rymer. to. 1. pag. 721.

† PROMPTIVE, prompte, ſine mora, in Lit. a. 1381.

PROMPTRIA, *cubilia*. Gloſſ. Iſid. Melius in Excerptis, *Promptuaria*: emendandum quoque *cubicula* pro *cubilia* ex Papia: *Promptuaria*, *interna cubicula*, *cellaria*, *theſauri*.

† PROMPTVARIVM, ſalinum, in Inuent. Mſ. a. 1476.

PROMPTVARIVS, *ultroneus*, *voluntarius*, *ἀυθαίρετος*, in Gloſſ. Graec. Lat. Eadem in *ἑκούσιος*.

† PROMPTVLVS, in officio exhibendo promptus, to. 1. Sept. pag. 711.

PROMPTVS, pro *Promptuarium*, Penus. Gregorius Turon. lib. 3. Hiſt. cap. 15. V. *Promum*.

† PROMPTVS, quartae declinat., expedita militum manus, ad excurrendum in hoſtilem agrum emiſſa. Hiſt. Nem. to. 2. Prob. p. 257.

PROMTVS, adiect. (1) PROMTA PECVNIA, praeſens, numerata, Gall. *Argent comptant*. Buſchius de Reformat. Monaſt. apud Leibnit. to. 2. Script. Bruniuic. pag. 891. (2) † Habilis, aptus, commodus. Comput. Mſ. a. 1381. (3) † Ad promptuarium ſ. penum pertinens, niſi mendum ſit pro *proprius*. Libert. Mſ. a. 1369.

PRO-

† PROMVLCVS, *cerdo quo navis trahitur vice remi.* Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

PROMVLSIDARIVM, vas in quo promulſis miniſtratur. Vlpian. leg. 19. §. 10. Dig. de Auro et argent. leg.

PROMVLSORIVM, V. *Prægſorium.*

PROMVM, promptuarium, penus. Tertull. lib. 2. ad Vxor. cap. 4. V. *Prompeus.*

PROMVNCTORIVM. (1) προμυκτήριον, in Gloſſ. Græc. Lat. (2) Sacrarium, locus in quo Reliquiæ aſſeruantur. Meiſterlini Hiſtor. Rer. Norib. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. p. 132. *Poſtquam additæ fuerunt Reliquiæ ex . . . . in nouiter ædificatæ capellæ Promuntorio oſtenſæ, etc.* Sed legendum videtur *Promptuarium*, vt in Gloſſ. Lat. Græc. reſtituit Vulcanius, vbi legitur *Promuntarium, ταμιεῖον.*

PROMVRALE, *murus ante murum, dictum ex eo quod pro munitione ſit,* Papiac. Gloſſ. Aelfrici Saxon. *Promurale*, Foreburgh: Gallis *Forbourg.* Hieronymus προτείχισμα apud 70. Interpretes *promurale* vertit, Comm. in Ezech. c. 38, 20. V. Martinii Lexic.

PROMVRIVM, & PROMVRVS, idem, in Gloſſ. Iſid. *Anteſpacium circa murum*, apud Ioan. de Ianua. *Eſpace après le mur*, in Catholico Anmoricano.

PROMVS. (1) *Anterior pars humeri*, in Gloſſis MSS. ad Prudentium ex Bibl. S. Germani Pariſ. (2) Adiect. Penarius, ad penum. ſeu *promum* ſpectans. V. in hac voce. Tertull. de Reſurrect. carn. cap. 27. (3) † Cui promptuarii ſeu penoris cura commiſſa eſt. Gloſſ. Gall. Lat. an. 1352.

PRONA. Veteres Conſuet. Floriac. Coenobii apud Ioan. a Beſco: *Nec ſe antequam veniat Conventus, accendantur 24. cerei ſuper Pronas, et vnus in medio, qui extinguatur. Prona* hic idem eſt quod *panna* in aliis eccleſiis dicitur. V. *Panna* 2. PRONVS occurrit in Conſuet. S. Germani a Pratis inter Probat. eiuſdem Monaſt. pag. CXXXIV. *Debent eſſe tres cerei ad Pronas.*

PRONARE, curuare, inflectere. Sidon. lib. 8. epiſt. 11. lib. 5. ep. 17.

PRONAVS, atrium aedis ſacrae, Græcis πρόναος, apud Vitruuium, et in aliquot antiquis Inſcriptionibus. Apud Chriſtianos vero pars Eccleſiae, vbi ſtabant audientes. Charta donationis Eccleſiae Cornutianae edita a Suareſio.

PRONEFAS, *anteſas, contraliceutia. Pronefas, plusquam nec dicendum, vel quam iuſtitium. Pronefas, ſcelus, inconuinentia.* Gloſſ. Iſid. Haec omnia peſſime corrupta, quae cum viris doctis ſic emendare licet ex Papia: *Prænefas! ſcelus, interjectio. Nefas, contra fas, contra iuſtitium. Nefarium, plusquam vel dicendum, vel iuſtitium ſit.* V. Graeuium ad Gloſſarium Iſidori.

PRONEPTIS, ſororis filia, Gall. *Niéce.* Litterae Edwardi I. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 104.

PRONEXIVM, *funis, quo nauis religatur ad palum.* Papias. V. *Prohibeus.*

PRONEVS, pro *Pronus*, in Litteris an. 1315. apud Rymer. tom. 3. pag. 542.

PRONITAS, procliuitas, propenſio, Gall. *Penchant.* Summa mag. Pauli de Poenit. apud R. Duellium tom. 1. Miſcell. pag. 70.

PRONIXE, ardenter, intentius. Translat. S. Audoeni apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 1673.

PRONOMEN, cognomen. Vetus Irenaei Interpres lib. 2. c. 35. num. 3.

PRONOSTICARE, PRONOSTICATIO. V. *Prognoſticare.*

PRONOSTRA, *anteniſtra.* Gloſſ. Iſidori.

† PRONVBA, *Baudeteret*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692.

PRO NVNC. V. *Pro tunc.*

PRONVNCIA, ſententia, iudicium; pronunciatum, Gall. *Prononcé.* Conſuetud. Furnenſes ex Tabular. Audomar.

PRONVNCIAMENTVM, vt *Pronuncia.* Statuta Vercell. lib. 3. fol. 53. vo. V. *Pronunciatio.*

PRONVNCIARE, legere. Vita S. Fulgentii Epiſcopi Ruſpenſis num. 65.

In-

Jubens omnibus Clericis, . . . manibus propriis hortum colere, pſallendique ſuauiter, aut Pronunciandi curam maximam gerere. Ita hoc loco vox pro legere viderut vſurpara: nam PRONVNTIATORES dicti olim Lectores Eccleſiaſtici, vt auctor eſt Rabanus lib. de Ord. Antiphon. cap. 11. et lib. 2. de Inſtitut. Clericor. cap. 53. et S. Iſidorus lib. 7. Orig. cap. 11. V. *Proclamare.*

PRONVNCIATIO, Gallis etiam *Prononciation*, Sententia. Charta ann. 1290. apud Spon. tom. 2. Hiſt. Genev. inter Inſtrum. pag. 62. V. *Pronuncia.*

PRONVNCIATIVE, articulatim, diſtincte. Statuta S. Claudii an. 1448. p. 34.

PRONVNCIATOR, V. *Pronunciare.*

PRONVNCIATVS PRO DEFECTV, practicis Gallicis *Condamné par défaut*, ob vadimonium deſertum condemnatus. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 5. vo.

PRONVNVNTIA, προφορά, ὑπόκρισις. Gloſſ. Lat. Gr. Leg. *Pronuntiatio* ex Vulcanio.

PRONVS. (1) † Ambo, ſuggeſtus, in Comput. Mſ. a. 1457. (2) Familiaris de rebus fidei ad populum expoſitio, Gall. *Prône*; a Graeco πρόνοος vocis originem accerſit Caſeneuve; alii a Lat. *Praeconium*. Charta an. 1369. in Tabul. Pontiſar. *Praeconizari fecimus per quatuor dies Dominicos cuncto populo ad diuina audienda congregato in pleno Prono, ſi eſſet aliquis qui in dictis cenſibus plus vellet dare et offerre.*

PROOEMIACVS PSALMVS, V. in *Pſalmus.*

PROPAGARE, ſoluere, exſoluere, Gall. *Payer entierement.* Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 26. V. *Perpacare.*

PROPAGATIO, exſolutio, *Payement*, ibid. pag. 72. V. *Pacare* et *Perpacatio.*

PROPAGATVS, procerus. Longinus in Vita S. Kingae tom. 5. Iul. pag. 688.

PROPAGINARE. (1) Propagare, Gall. *Etendre.* Translat. brachii S. Philippi tom. 1. Maii pag. 17. (2) Propagines facere, Gall. *Provigner*, Chartular. Ecci. Aptenſis ſol. 72. vo. *Propagino*, κατακεντέω, in Gloſſ. Lat. Graec. (3) † Metaphorice, humo mandare, ſupplicii genus, apud Murat. t. 4. Antiq. Ital. p. 1071.

PROPAGVS, pro *Pagus*, ex Gall. *Pourpays.* Charta Dagoberti Regis apud Doublerum pag. 656.

PROPALA, *Vendenda proponens.* Gloſſ. Iſid. Leg. *Propola*, vt et in Gloſſ. Lat. Gr. vbi pro *Propala πολίς*, recte Vulcanius emendat, *propola*, πωλεύς. V. Salmaſium ad Hiſtor. Auguſt. pag. 115.

PROPALARE, palam facere, diuulgare. Gloſſ. Lat. Gr. *Propalo*, φανερόω. Eaedem: *Propalare*, ἀναχρονίσαι. Sidonius lib. 9. Epiſt. 12. *Quae Propalare diſſimulat, excolere detrectat.*

PROPALLIRE. Deſcriptio bonorum dom. de Eſka ex Tabul. Audomar. *Meum eſt propoſitum cognitionem totius terrae in dominio villae de Eſka et ſuarum ypeparum praedictarum . . . . ſub trina diſtinctione Propallire.* f. Diſtribuere, diuidere: niſi legendum ſit *Propalare.*

PROPARS, portio haereditaria. Vide *Perpars.*

PROPASSIO, *dicitur quum caro titillat, viſa muliere: ſed paſſio, quando ille malus affectus erumpit poſtea in effectum. Gloſſa in Matth. 5. Propaſſio eſt ſubitus motus animi ſine deliberatione boni vel mali operis; paſſio vero, affectio deliberati animi, ſi ſit locus perficiendi.* Ioan. de Ianua. S. Hieronymus in Matthaeum cap. 26. *Dominus vt veritatem aſſumpti probaret hominis, vere quidem contriſtatus eſt; ſed ne paſſio illius animo dominaretur, per Propaſſionem coepit contriſtari.* Προπάθειαι Graecis appellari alibi non ſemel obſeruat; ibid. cap. 5. in Ezechiel. cap. 18. Epiſt. 9. vbi vocem per *antepaſſionem* vertit. V. Notas Grauii.

† PROPASSIVM, morbus, apud Andr. Floriac.

PROPASTVRA. Vetus Charta in Hiſtoria Monaſterii S. Audoëni Rotom. pag. 436. *Cum inter nos et Abbatem . . . ſuper quibusdam Propaſtu-*

vis foreſtae de Selveiſon contentio verteretur. Sed legendum *Purpreſtaris.* V. in *Porprendere.*

PROPATOR, primus pater, apud vet. Irenaei Interpretem lib. 1. cap. 1. et alibi, a Graec. προπάτωρ.

PROPATVLVM, propalam, publice. Charta Roſtagni inter Inſtrum. tom. 1. Gall. Chriſt. pag. 73.

† PROPE, poſt, in Ch. Mſ. a. 1268.

PROPEDARE, *impedire, cohibere.* Gloſſ. Iſid.

PROPELATES. Publicum de fundat. Eccl. Lugdun. *Debet* (Sacriſta) *celebrare et celebrari facere per aliquem canonicum ipſius eccleſiae in maiori altari in feſtis duplicibus et in aliis feſtis in quibus groſſa campana pulſatur, diebus etiam Dominicis, in quibusque aliis diebus, in quibus duae Propelates occurrunt, debent facere celebrari in altare S. Sperati retro maius altare per ſimplicem ſacerdotem.* Sic vocantur duae maiores Miſſae maturinales Gall. *Meſſes matinieres*, quarum vna ad maius altare, altera ad altare S. Sperati celebratur in Eccleſia Lugdunenſi. Haud improbabile videtur deducendam eſſe vocis originem a loco in quo ſtant harum Miſſarum cantores: non enim in choro locis conſueris ſtant, ſed *prope latus* dextrum altaris.

PROPENSIVS, ſolerter, callide. Vetus Irenaei Interpres lib. 1. cap. 3. num. 6.

PROPENSVS, amplus, magnus. Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 78. *Propenſa munera*, pro magnifica et lauta, dixit Plautus.

† PROPERARE, inſtare, vrgere. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1376.

PROPERDA, perditio. Tabular. S. Albani Andegauenſis. Galli dicunt *en pure perte. Purpert*, eadem notione, in Conſuet. Vitriac. art. 4. et 55. V. *Perda.*

PROPERIVM, improperium. Vita S. Paterniani to. 3. Iulii pag. 299.

PROPERSECVTOR, procurator, qui res alicuius tuetur ac perſequitur. Index vett. Canonum inter Concil. Hiſpan. tom. 3. pag. 89. V. *Proſecutor.*

† PROPES, *funis, quo pes veli alligatur ſummitas.* Gloſſ. vet. Cod. 7613.

PROPETRARE, *mandare, quod perficiatur: nam impetrare eſt exorare, et perpetrare perficere.* Feſtus.

PROPHANARE. (1) † Prophanum declarare, habere. Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684. (2) Reſcindere, labefactare. Charta Leudegarii Archiep. Vien. an. 1025. to. 13. Spicil. Acher. pag. 278. Hinc

PROPHANATOR, infractor, violator. Charta ann. 1138.

† PROPHANEITAS, ſaecularium ſ. laicorum bonorum conditio. Ch. Mſ. a. 1395.

PROPHETA. (1) Apud Toloſates appellatur preſbyter, qui, tribus Rogationum proceſſionibus, diaconi veſtibus indutus, ac Cantoris baculum ferens, etiamnum intereſt. Suum *Prophetam* habet vnaquaeque Capitularis eccleſia, S. Stephani ſcilicet, B. Mariae Deauratae et S. Saturnini, qui in proceſſione poſt clerum, qui non eſt de gremio Capituli, media incedit via, quem ſubſequitur Capitulum, cuius eſt Prophera. Verus Ceremoniale MS. B. Mariae Deauratae. (2) PROPHETAE, ſeu προφῆται, *Harioli*, in Gloſſ. S. Benedicti cap. περὶ ναῶν, ſeu de Aedibus. Gloſſ. Lat. Gr. *Antiſtites*, ἱερεῖς Ζεὺς ἀγορεὺς, προφῆται, ἐφέστιοι. Inter Miniſtros templorum, ſeu rerum ſacrarum, recenſentur etiam a Iulio Firmico lib. 3. cap. 7. *Erunt ipſi Prophetae, Necori, aut Praepoſiti templis ac religionibus.* At apud Anton. Muſam lib. de Herba Vettonica ſtatim initio, et Apuleium lib. de Herbarum virtutibus, cap. 12. 4. et alibi paſſim, *Prophetae* appellari, qui vaticiniis religionem et medicinam miſcebant, in quo tota magicae artis ſumma olim conſiſtebat, monet Gabriel Humelbergius. Quo ſpectant iſta Fulgentii lib. 3. Mytholog. ſcribentis, in omnibus Actibus *eſſe primas artes, eſſe ſecundas, ac in medicinis primam Gnoſticen, ſecundam vero Manticen.* Vide Gloſſar. mediae Graecitatis.

PRO-

PROPHETALIS, PROPHETIALIS, ad *prophetiam* pertinens. *Prophetales libri*, apud S. Hieronymum Epiſt. 7. ad Laetam. *Prophetalis verſus* vocitatur antiphona ad Introitum Miſſae, quod ex Prophetae regii pſalmis ſemper deſumta ſit, in Ord. Romano II. num. 4. *Prophetiale patrocinium*, apud Tertull. aduerſ. Valent. cap. 28.

PROPHETARE, praedicere. Tertull. de Reſurr. carnis cap. 28. PROPHETIZARE, eadem notione, apud Vulgat. Interpr. Matth. cap. 26. 28.

PROPHETEVM, V. *Prophetium*.

PROPHETIA, vaticinium. Charta an. 1399. to. 3. Hiſt. Harcur. pag. 396. V. infra *Prophetiſmus*.

PROPHETICE, per *prophetiam*. Hadrianus PP. in Epiſt. ad Epiſc. Hiſpan. contra Elipand. inter Concil. Hiſp. tom. 3. p. 94.

PROPHETISMVM, praedictio, vaticinium. Vita S. Perfecti to. 2. April. pag. 586. V. *Prophetia*.

PROPHETISMVS, Mahumetiſmus, ſeu Religio Saracenorum, qui Mahumetem vt Prophetam magnum praedicant ac colunt. S. Eulogius lib. 1. Memorial. Sanctorum de Mahumeto. Vtitur et lib. 2. cap. 1. 4. lib. 3. cap. 10.

PROPHETIVM, προφητεῖον, aedes ſacra Divo ex Prophetis. Concil. Conſtantinopol. ſub Menna Act. 3. Ἐφασαν δὲ προάστειον ἔχειν, πλησιον τῶ προφητείῳ. Infra in verſione Lat. *Quia ſcimus ipſum habere ſuburbanum prope Prophetium S. Iſaiae*. V. Cangii Conſtantinopolim Chriſtianam lib. 3. de Aedibus ſacris. PROPHETEVM, eadem notione. Theodor. lib. 1. ſub Arcad

PROPIALTARIVS, quaſi Proprius altari, id eſt, perpetuus, irreuocabilis, ſeu cum priuilegiis altarium propriis. Charta Chilperici Regis an. circiter 720. apud Calmet. tom. 1. Hiſtor. Lothar. inter Probat. col. 269.

PROPIANS, propinquus, proximus, Gall. *Proche*. Vita S. Guthlaci tom. 2. April. p. 39.

PROPIARE, propinquare, Gall. *Approcher*. Helmodius Chron. Slauorum apud Leibnic. to. 2. Script. Brunſuic. pag. 707.

PROPILARE, pila emittere, pilis pugnare. Ammian. c. 12. p. 144.

PROPINA. (1) Iſidorus lib. 15. Orig. c. 2. *Graecus ſermo eſt, qui apud nos corrupte Popina dicitur: eſt autem locus iuxta balnea publica, vbi poſt lauacrum a fame et ſiti reficiuntur: πεῖνα enim Graece famem ſignificat, eo quod hic locus famem tollat*. Ridiculum ſane etymon. Iulianus Anteceſſor Conſtitut. 108. §. 14. *Et ſi poſt tres teſtationes in ſcriptis habitas, et idoneos homines habentes inuenerit eum quem conteſtatus eſt, cum vxore ſua, vel in ſua domo, vel in domo mulieris, vel in domo illius adulteri, vel in Propina, vel in proaſtio, etc.* Graeca habent, ἢ ἐν προπίνοις. (2) Ius paſtus, *procuratio*. (†) Immo donum, munus quodlibet. Notitia ann. 1362. apud Guillimannum lib. 3. de Rebus Heluetiorum cap. 1. (3) Alia eſt apud Nicol. Clemengis Lib. de Annatis p. 84. vocis *Propina* notio: neque enim de iure *procurationis* ibi agitur, ſed de *annatis*, ſeu redditibus vnius anni, quae ab eo, qui recens in demortui Epiſcopi, aut Abbatis, locum ſuccedit, exſolui Romano Pontifici ſolitum eſt; vel de eius conſuetudinis origine. (4) Nude pro Conuiuium, apud Adrian. de Veteri-buſco in Reb. Leod. tom. 4. Ampl. Collect. Marten. col. 1230. Rurſum occurrit col. 1326.

PROPINARE. (1) Praebere, exhibere, dare. Sallas Malaſpinae de Reb. Sicul. apud Baluz. Miſcell. to. 6. pag. 220. (2) † Vinum venum exponere, apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. p. 6.

† PROPINATORIVM, poculum, t. 3. Aug. p. 661.

PROPINQVABILIS, propinquus. Vita S. Abrahae Eremitae.

PROPINQVIETAS, vox corrupta, quae idem ſonare videtur quod *Proprietas*, in vett. Formulis apud Baluz. t. 6. Miſcell. p. 547. vbi et PROQVIETAS eadem notione occurrit.

PROPINQVITAS, propinquitas, Gall. *Parenté*. Leges Norman. apud Ludewig. to. 7. Reliq. MSS. p. 335.

PROPINQVITAS, Tabular. Abbat. S. Ioan. Ambian. an. 1227. fol. 222. *Cum Bernardus de Riveri, homo meus redimere vellet ratione Propinquitatis terram, quam Dominus Garnerus d'Eſtrées Miles vendiderat, etc.* Practicis Gallicis, *retrait lignager.*

† PROPINQVVS QVERELAE, de re controuerſia edoctus, in Ch. an. 1218.

PROPITIATIO, indulgentia, remiſſio; Gall. *Pardon.* Charta Ferdinandi Gonzalez inter Concil. Hiſp. to. 3. p. 176.

PROPITIATORIVM. (1) *Dictum quaſi propitiatoris officium*, Papiae. Aelfricus: *Propitiatorium, vel Sanctum Sanctorum, vel Secretarium, vel Paſtoforum.* Honorius Auguſtod. lib. 1. c. 136. *Propitiatorium quod ſuper altare locatur, eſt diuinitas Chriſti, quae humano generi propitiatur.* Anaſtaſius in Paſch. pag. 149. *Propitiationem etiam altaris et luminis argenteis exornatum circumduxit, atque ſacram Confeſſionem eius . . . circumſtruxit.* Videtur idem quod *Ciborium*, quod *Confeſſionem* et eorum altare contegit, quemadmodum Arcam veteris Teſtamenti texit *Propitiatorium*, ſiue *Oraculum*, quod et *Tegmen* ſiue operculum Arcae dicitur Exod. 25. 26. etc. Graec. Ἱλαστήριον. (2) Altare portatile. Chron. Comodoliac. apud Stephanot. to. 2. Fragm Hiſt. MSS. pag. 452. (3) *Patena*, cuius vſus eſt in oblatione Corporis Dominici. Statuta MSS. Augerii Conſeran. Epiſcopi an. 1280. (4) Indulgentia, miſeratio. Burchardus in Epiſtola ad Nicolaum Sigeberg. Abbat. apud Murator. to. 6. col. 616.

PROPITIVS, idoneus, aptus, habilis, Gall. *Propre.* Charta an. 1376. ex Bibl. regia.

PROPLACITARE, in *placito* ſeu iudicio rueri, defendere, Gall. *Garantir.* Excerpta ex Ordinar. Eccl. S. Matth. Brunſvic. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunſvic. pag. 471.

PROPOINTVM, vt *Perpunctum.* V. ibi.

PROPOLARIVS, propola. S. Auguſt. tract. 10. in Iohan. *Propolarius quisque, quod vendit, laudat.*

PROPOLIM, Gloſſ. Anglo-Sax. Aelfrici: *Propolim, vel portica*, Stod. At *Stod* apud Somnerum *equum* ſonat, Germ. Stutte.

† PROPOMA, *antebibitio*, in Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph.

† PROPONCHA, veſtis militaris *coactilis*, idem quod *Perpunctum.* Ch. Mſ. a. 1334.

PROPONENDA, tributum quod a mercatoribus pendi ſolebat ob facultatem merces ſuas venum *proponendi* et exponendi in nundinis publicis, in l. Cod. Th. de Veteran. vbi conſulendus Iacobus Gothofredus. V. *Oſtenſio.*

PROPORTARE. Monaſt. Angl. to. 1. pag. 534. *Et vnam partem boſci noſtri . . . ſicut foſſata Proportant, etc.* Id eſt prout iacent et diſtenduntur foſſata, ſecundum eorum ſitum. V. *Praeportare* et *Porportare.*

PROPORTATIO, inquiſitio, declaratio, *Veredictum*, teſtium auditio, ſeu potius declaratio, Gall. *Information:* vox fori Anglici et Scotici. Quoniam Attachiamenta cap. 68. et Statuta Alexandri II. Regis Scotiae cap. 5. 7.

PROPORTIONABILITER, aequaliter, habita ratione vel numeri, vel menſurae, vel modi inter ambo. Diploma Bolkonis Ducis Sileſiae an. 1298. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. pag. 495.

PROPORTIONALITER, eadem notione. Bernardus Theſaur. de Acquiſit. T. S. apud Murator. tom. 7. col. 838.

† PROPORTIONARIVS, in aequas portiones diuiſus. Ch. Mſ. Guil. duc. Aquit.

PROPORTIONATVS, conueniens, congruus, Gall. *Proportionné.* Firmicus Matern. lib. 4. cap. 13.

PROPORTVS FRODI, V. *Porportus.*

PROPOS, V. ſupra *Praepos.*

PROPOSCERE, poſcere, petere. Gloſſ. Iſidori: *Propoſcit, petit.*

PROPOSITA, quod proponitur, vt de eo ſtatuatur. Statuta Saluciar. collat. 2. cap. 63. PROPOSTA, eadem notione. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 69. V. *Poſta* 3.

† PRO-

† PROPOSITIO, oratio gratulatoria, in Stat. Andegau.

PROPOSITOR. (1) Apud Eckeardum iunior. de Caſibus S. Galli cap. 1. vbi eorum qui menſae miniſtrant duo proponuntur officia; eius ſcilicet qui ad pocula ſtat, et *pincerna* dicitur: alterius, cuius eſt patinas menſae apponere, vnde *Propoſitor* nuncupatus. (2) † Praepoſitus, in Stat. a. 1445.

PROPOSITVM. (1) Actus theologicus, in quo doctorali dignitate donandus, examinandus proponitur. Locus eſt in *Principium* 3. (2) Hypotheſis, ſententia apud vet. Irenaei Interpretem lib. 3. cap. 12. num. 12.

PROPOSITVS, id eſt, Proſcriptus, in l. Sed ſi pupillus. §. 1. de inſt. l. cum in plures §. locator. locati. V. Pancirol. lib. 1. Theſauri var. lect. cap. 77.

PROPOSTA, propoſitum, ratio. Humbertus Cardin. lib. 2. adu. Simon. cap. 30. apud Marten. to. 5. Anecd. col. 741. V. in *Propoſita*.

PROPOTATIO, *πρόποσις*. Gloſſ. Lat. Graec. In Cod. Sangerm. *Perpotatio*.

PROPRAEFECTO, PROPRAEFECTIS. Obſeruat Henricus Valeſius ad Ammiani Marcellini lib. 14. aliud eſſe agere *pro praefecto*, aliud agere *pro praefectis*. Agere enim *pro praefecto* dici eum, cui Praefectus vrbi, ſeu Praefectus Praetorio in ſpeciali negotio vices ſuas mandauit: at vero *pro praefectis* agere dici, qui ordine Codicillorum vicariam poteſtatem exercet. Hunc vide et Gruteri Inſcript. 370. 3.

PROPRAESCRIPTVS, ante praeſcriptus, ſtatutus. Charta an. 1152. inter Probat. to. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 539.

PROPRENDERE, PROPRESA, PROPRESIVM, PROPRESTVRA, V. in *Porprendere*.

PROPRIARE. (1) Rem ſibi propriam facere, aſſerere, vindicare, in Legibus Saxonicis Edw. Senioris c. 2. apud Bromptonum. Feſtus: *Propriaſſit, proprium fecerit*. V. ſupra *Appropriare*. (2) † Praeparare vel commodare. Stat. Vniu. Aurel. an. 1323.

PROPRIATIM, expreſſe, diſtincte. Arnobius lib. 3. pag. 125.

† PROPRIE, indiuiſe, in Chartul. S. Ioann. Angeriac.

PROPRIETANEVS, proprius, conueniens. Guido in Diſcipl. Farfenſ. lib. 1. cap. 3.

PROPRIETARE, rem alicui propriam facere, aſſerere, in proprium dare, Gall. *donner en propre*. Charta Henrici II. Imp. ann. 1055. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi pag. 7.

PROPRIETARIVS. (1) In Speculo Saxonico lib. 1. art. 2. §. 2. *Liberi* diuiduntur in *Bannitos*, *Proprietarios Praepoſitorum*, et *Paganos Archipreſbyterorum*. Mox §. 5. *Proprietarii iure neceſſario ſuorum Praefectorum iudicium quaerent, quod ſex ſeptimanarum ſpatio provocetur, et ex his ſi opus fuerit, Praeco deligatur*. (2) PROPRIETARII monachi, dicuntur qui *proprium*, ſeu *proprietates*, vt loquitur Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli cap. 11. vel peculia poſſident. Iohan. de Garlandia in Synonymis:

Et opulentia, vel poſſeſſio, peculiumque,
Res, et proprietas, hinc Proprietarius exſtat.

(3) *Iure proprietario*, id eſt, domini et legitimi poſſeſſoris. Form. 23. inter Sirmondicas. Occurrit paſſim. PROPRIETARIVS CONSVETVDINARIVS, *Proprietaire couſtumier*, in Conſuetud. Leod. cap. 11. art. 33. V. ibi de Mean.

PROPRIETAS. (1) Alodium, patrimonium, bonum quod ex ſucceſſione parentum alicui obuenit. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 8. §. 1. *Proprietas et proprium appellatur poſſeſſio ſeu fundus, qui a nullo recipitur in feudum vel haereditatem, ſed per ſucceſſionem deuoluitur ad haeredes, abſque aliquo tributo ſucceſſoris*. Annales Francorum Bertiniani an. 858. *Ibique diſtribuens inuitatoribus ſuis Comitatus, Monaſteria, villas regias, atque Proprietates, ad Attiniacum Palatium reuertitur.*

tur. PROPRIETATES praeterea dictae res immobiles, quas quis comparat. *Comparare proprietates*, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 19. et 20. vbi *proprietas* mox *alodus* dicitur. *Proprietatem adquirere*, in Chronico Laurisham. p. 68. PROPRIETATES habere dicuntur Monachi, qui contra praescriptum regulae Monasticae peculia habent. V. Eckehardum iuniorem de Casib. S. Galli cap. 11. p. 87. Atque hi *Proprietarii* dicuntur, vt supra monuimus. Statuta Ord. Cartusiensis an. 1368. 2. part. cap. 5. §. 5. (2) PROPRIETAS MARIS. Epistola Alexandri III. PP. apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 145. *Guillelmus de Montepessulano sua nobis conquestione monstravit, quod dilecti filii nostri Consules et populus Genuensis Proprietatem in mari quaerentes, portum eius frequenter invadunt, consumunt naues incendio, et peregrinos et mercatores suis rebus per violentiam spoliant, etc.* (3) Officium proprium alicuius sancti. Vsus antiqui Ordin. Cistercienſis cap. 6. *Vel propter commemorationem alicuius Sancti qui Proprietatem habet, in gradali persolui non potuerunt.*

PROPRINDERE, PROPRISA, etc. V. supra *Porprendere*.

PROPRIVM, idem quod *Proprietas*. Auctor Queroli: *Datum tibi est de Proprio nihil habere.* Charta Chlodouei Regis apud Rouer. in Reomao pag. 30. *Tam ex munere nostro, quam de paterno et Proprio, aut de conlato populi, seu de quolibet adstracto aliquid auferre praesumat. Proprium et haereditas* opponuntur *Beneficio*, in Charta Diuisionis Imper. Lud. Pii an. 814. c. 8. *Proprium Regis*, seu vti vocant, *Domanium*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. §. 3. V. *Alodis.*

PROPRIVS, cliens, seruus. Gregorius M. lib. 9. Epist. 38. *Qui ratione mihi se ancillam dicit, cuius ante susceptum Episcopatum Proprius fui. Sunt in Germania*, inquit Molanus lib. 3. de Canon. cap. 33. de Seruis verba faciens, *quos vocant Proprios, sed non sunt illi serui, nec maiores suos seruos habuerunt.* Vigilius ad Tit. de Testam. ordin. *Proprii homines, quos Germania nostra habet, eodem iure adhuc vimus, quo olim, libertis magis similes, quam mancipiis.*

PROPVDIOSVS, *rubore confusioneque plenus.* Gloss. MSS. Sangerm. num. 501. Sensu oppositio vtitur Plautus.

PROPVGNACVLI, πρόμαχοι, in Gloss. Latino - Graecis et Graeco-Latinis.

† PROPVGNACVLVM, fenestricula oblongior et strictior in vrbium et castrorum muris, i. q. *Arbalistaria.* Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

PROPVLA, V. *Propola.*

PROPVNCTVM, PROPVNCTVS. V. in *Perpunctum.*

PROQVIETAS, V. *Propinquietas.*

PROQVIRERE, vt mox *Proquiritare*, proinulgare, proclamare. Charta Henrici II. Reg. Angl. an. circ. 1155. ap. D. Brussel de Vsu feud. to. 2. p. VII. † Leg. *Perquirere.* V. in hac voce.

PROQVIRITARE. (1) Publicare. V. Sauaronem ad Sidonium lib. 8. Epist. 6. et *Proquirere.* (2) Nude pro Clamare, inclamare, apud Apul. in Apolog. *In medio foro bacchabundus, epistolam saepe aperiens Proquiritabat: Apuleius magus, etc.*

PRORA. (1) PRORA CAPITIS, Constantino Africano de Morbor. curat. lib. 1. cap. 10. 16. dicitur pars anterior, vt *puppis capitis* eidem cap. 14. 15. 16. l. 3. cap. 14. etc. pars posterior: igitur *prora capitis* idem valet ac *sinciput*, vt *puppis occiput.* Ita *Prora cerebri*, et *puppis cerebri*, eidem Constantino lib. 1. de Morbor. curat. cap. 15. 22. et lib. 4. Pantech. cap. 11. *Prora et puppis vulnae*, lib. 6. de Morbor. curat. cap. 12. *Prora colli*, lib. 8. Pantech. cap. 11. V. Scholiasten Aeschyli p. 96. edit. Henrici Stephani. (2) † Terra prominens, collis, i. q. *Promontorium.* Ch. an. 903. apud Murat. t. 3. Antiq. Ital. p. 144. *Valles atque Proras pertinentes ad omnia in integrum.*

PRORATA, aequalitas, paritas, proportio. Litterae Iohannis Regis Franc. an.

an. 1356. tom. 3. Ordinat. pag. 64. *Quoniam de ſumma dictorum triginta millium librarum, Prorata contingente, . . . ſibi plene fuerit ſatisfactum, etc.* Legitur alibi diuſſis vocibus.

PRORECTVS. *Decima prorecta*, V. in *Decimae.*

PRORETA. (1) Nauis rector, ſ. Prorae gubernator, Gall. *Proier*, in Chron. Mauriniac. Vox nota Plauto. Hinc (2) Cuiusuis rei dux et rector. Willibaldus in Vita S. Bonifacii Mogunt. ſaec. 3. Bened. part. 2. pag. 14.

PRORISCRIPTVM, praeſcriptum, praeceptum. Camillus Peregrinus apud Murator. to. 2. p. 316.

PRORISINVS. *Proriſinis*, pro *porriginis*, in Gloſſ. Iſid. V. *Barbaſtinus.*

PROROGARE, erogare, praeſtare, ante mittere, in Cod. Th. leg. 11. et 13. de erogat. leg. 12. de curſu. *Prorogata iuſſio*, id eſt, ante lata, ibid. leg. 2. de paſcuis. V. *Praerogare.*

PROROGATIO, porrectio, diſpenſatio. Index vett. Canonum inter Concil. Hiſp. to. 3. p. 10. col. 1.

PROROGATORES TRITICI, *vini, et caſei*, apud Senatorem lib. 10. Epiſt. 28. V. *Praerogator* et *Prorogare.*

PRORSVS, rectus. Vita S. Gudilae Virg. cap. 2. *Pediſſequa quoque eius et pernix et docta negat ſe diſcernere, nec Prorſi tramitis meminiſſe.* Veteres *prorſum* dicebant pro recto: *Prorſi limites*, id eſt recti; *Prorſum ire*, εὐθὺς, quod et *proſum*, vt *ſuſum* pro ſurſum. In Gloſſ. *Proſa*, πεζὸν ἱμάτιον, pexa tunica exponitur: id eſt, *recta.* Vnde *Proſaria ars*, quae circa tunicas pexas verſatur. V. Salmaſium de Vſur. p. 342. *Prorſa* pro *proſa*, apud Aelfricum in Praefat. ad Grammat. Anglicam. V. Martinii Lexic.

PROSA. (1) Latinis ſcriptoribus, oratio pedeſtris recta, ἡ εὐθεῖα, quae verſificatae opponitur. Hinc *Proſaica oratio*, apud Plinium lib. 7. cap. 56. *Proſaicus relatus*, apud Fortunat. lib. 7. carm. 11. *Proſarium opus*, apud Sidon. lib. 3. Epiſt. vlt. et *Proſarium loquendi genus*, lib. 9. Epiſt. 13. *Proſaicus lepos*, apud Aluarum in Vita S. Eulogii n. 7. *Libri proſatici*, n. 10. V. *Prorſus.* (2) PROSAM libri Rituales Eccleſiaſtici eam orationem quae in Miſſa canitur ante Euangelium in maioribus feſtis, quam alias *Sequentiam*, vocant. Vdalricus in Conſuet. Cluniac. lib. 1. cap. 11. *Proſa, quod aliis ſequentiam vocant, non cantatur, niſi in quinque feſtis principalibus.* De ratione nominis vide Genebrardum in Liturgia apoſtolica p. 131. et *Sequentia 1.*

PROSAICE, ſolute. Exſtat in Guelferbyt. Biblioth. teſte Eccardo in Notis ad Leg. Sal. p. 5. Codex MS. cuius titulus eſt: *Bennonis Miſnenſis Epiſcopi Rationes dictandi Proſaice ex multorum geſtis in vnum corpus collectae.*

PROSAICVS, eadem notione, apud Fortunat. lib. 2. de Vita S. Martini ſub finem, vbi de Sulpitio Seuero qui eiusd. Sancti Vitam pedeſtri oratione ſcripſit:

Cuius Proſaicus cecinit prius acta Seuerus.

† PROSANETA, proxeneta, in Ch. a. 1310.

PROSARIVM, liber Eccleſiaſticus continens *proſas*, in Hiſtoria Abbatiae Condomenſis p. 507.

PROSATOR, ſcriptor, qui pedeſtri oratione ſcribit. Aldhelmus Abbas Malmesburienſis.

PROSATRIX, *genitrix.* Gloſſ. Iſid.

† PROSCARIOSE, *affabiliter, iucunde.* Gloſſar. vet. Cod. 7641.

PROSCENDERE, ſ. Occare, Gall. *Hercer.* Codex cenſualis MS. Irminonis Abbat. Sangerman. fol. 65. vo. *Arant ad hibernaticum perticas IIII. et ad tramiſium IIII. ad Proſtendendum IIII.* Niſi de prima aratione intelligas, et ſcriptum ſit pro *Proſcindere.*

PROSCHOLIVM, V. in *Proſcholus.*

PROSCHOLVS, dicebatur in ſchola ille, qui non docendis tam pueris, quam eorum moribus praefectus erat, vt ſcilicet concinne ad Magiſtrum

ſtrum accederent, vt omni geſtu, inceſſu, veſtitu, compoſiti eſſent. Nam ante ſcholae auditorium erat locus *Proſcholii* nomine, ab auditorio ipſo velo, tanquam aliquo intergerino pariete, diſſeptus. Ibi pueri conueniebant eius loci praefectum, quem *Proſcholum* vocabant, vt admonerentur officii ſui antequam ad Magiſtrum reducto velo accederent. S. Auguſtinus de Verbis Apoſt. ſerm. 19. cap. 7. Auſonius Epigr. 23. in Profeſſor. Proſcholum *Subdoctorem* vocat, ſeu quod doctori et Magiſtro ſubeſſet, vel quod diſcipulorum, vt vocant, lectiones excipere t, priusquam ii in ſcholam venirent: quod vltimum indicare videtur idem Auſonius, qui *tenuem Grammaticum* Proſcholum vocat. Idem videtur *Adiutor ſcholarum*, apud Fulbertum Epiſt. 80. *Exilis* igitur *honor* fuit Proſcholi, et qui paupe res tantum ſpectabat. *Proſcholis* et *Proſcholium* occurrunt etiam in Notis Tyronis p. 163. V. *Archiſcholaris*.

PROSCRIPTIO, exactio. Aimoinus lib. 3. Hiſt. Franc. cap. 32. Quo loco Gregorius Turon. lib. 5. cap. 29. habet *deſcriptiones*. V. in hac voce.

PROSECVTA, V. *Profecutio* 3.

PROSECVTIO. (1) Inſtructio, ſignificatio, inſinuatio, allegatio. Cod. Theod. leg. 4. de re milit. *Tamen prudentiae tuae Profecutione admiſſa, quae apud nos verbis facta eſt, praecipimus, etc.* Adde leg. 175. de Decurion. (2) Perſecutio, Gall. *Pourſuite*. Sententia arbitralis inter Archiep. Capitulumque Arelat. et Monachos S. Ceſarii an. 1221. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues. (3) † PROSECVTIO, PROSECVTA, ius perſequendi colonum ſuum, atque percipiendi medietatem decimae ex agris quos colit in aliena parochia. Ch. a. 1158. 1284. etc. i. q. *Secta*, *Sequela*. PROSECVVTIO, in Ch. a. 1253. (4) † PROSECVTIO ARMATA, obligatio qua vaſſallus tenebatur dominum in exercitum ſequi; Germ. die Heeresfolge. Ch. a. 1209.

PROSECVTOR, procurator, qui alieno nomine rem *proſequitur*. Exſtat formula 37. apud Marculfum lib. 2. qua *Proſecutor*, ſeu Mandatarius, vi mandati, cuius formula exaratur cap. ſeq. apud Defenſorem ciuitatis petit ac *proſequitur*, vt teſtamentum vel donatio in geſta municipalia referatur. PROSECVTORES AVRI, de quibus eſt titulus in Cod. Theod. lib. 12. tit. 8. et Iuſtin. lib. 10. tit. 72. qui aurum ſacris largitionibus inferendum de prouinciis proſequebantur, ſeu deferebant. PROSECVTORES ARMORVM, Gall. *Pourſuivans d'armes*. De iis ſcripſit Nicolaus Vptonus lib. 1. de Militari officio cap. 11. quod ita inſcribitur, *De Proſecutoribus, qui Gallice vocantur Pourſuivants*.

PROSECVTORIA, praeceptio Comitis ſacrarum Largitionum, qua proſecutores iubentur aurum in Largitiones ſacras inferre, d. lib. 1. de Auri proſecut. V. ibi Iac. Gothofredum.

† PROSECVTVM ARATRI, i. q. *Profecutio* 3. in Ch. a. 1254.

PROSEGMINA, Ouidio Proſecta, in Gloſſis Iſid. *partes extorum*. V. *Alegmina*.

† PROSELITVS, vaſtatus, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521. V. *Proſelytus*.

PROSELLVS, pars officii canonici, proſula, diminut. a *proſa*. V. in hac voce. Acta S. Dicentii tom. 5. Iun. pag. 91.

PROSELONTES, remiges, vel claſſiarii, ab impulſu notione Graeca appellati, quorum meminit Georg. Pachym. Michael. lib. 4. cap. 26.

PROSELYTI. (1) Ex Graec. προσήλυτοι, dicebantur apud Iudaeos, qui ex gentibus non coacti ſe Iudaicae religioni addicebant. Iſid. lib. 7. c. 14. *Proſelytus, id eſt Aduena et Circumciſus, qui miſcebatur populo Dei*. Gloſſae Antiquae MSS. *Proſelytus, Aduena tranſiens de lege ad alteram*. V. Martinii Lexic. (2) Nude pro Aduena, hoſpes, in Camilli Peregrini Hiſt. apud Murator. to. 2. p. 328. col. 1.

PROSEMEN, propagatio. Vita S. Eructuoſi to. 2. April. pag. 434. PROSEMINA LVNAE, ſuperſtitionis genus.

genus. Concil. Compoſtell. an. 1056. inter Hiſpan. to. 3. p. 220.

† PROSENETA, proxeneta, in Stat. a. 1317.

PROSENETICVS, proxeneta, Gall. *Courtier*. Statuta Placent. lib. 2. fol. 22.

† PROSEQVENS, i. q. *Proſecutor armorum*, fecialis. Ch. Mſ. a. 1435.

PROSEQVESTRARE, remouere, arcere, Gall. *Eloigner*. Litterae Edw. III. Reg. in Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 126.

† PROSEQVI CAMPVM, duellum peragere, V. in *Campus* 3.

PROSEQVVTIO, V. *Proſecutio*.

PROSEQVVTOR, comes. Vetus Irenaei Interpres lib. 3. cap. 4. num. 1. V. *Proſecutor*.

PROSERVI, qui ex ſeruis naſcuntur, ſeu potius naſcentur, (V. *Proaldiones*,) in Charta Adelchiſi Regis Longobard. in Bullario Caſinenſi tom. 2. p. 11. *Cum . . . ſeruis Proſeruis, liberis proliberis, etc.*

PROSERVIRE, deſeruire terram, vel *beneficium proſeruire*, colere, incolere, et ex eo cenſus perſolvere. Charta Alamannica Goldaſti 42.

PROSERVITIO, apud Hincmarum Laudunenſem, ibid. p. 341.

PROSERVITIVM, obſequium, officium, miniſterium, Gallis *Service*. Epiſtola Frederici Reg. in Chron. Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 55. V. *Seruitium*.

† PROSEVCA, tugurium vile. Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692. *Dicta proſeuca, domus in qua mendicat egenus*.

† PROSEVCARE, orare, mendicare, Ibid. V. mox.

PROSEVCHA. (1) A Graec. προσευχή, precatio, obſecratio. Gloſſ. ad Doctrin. Alexandri de Villa Dei: *Proſeuca, oratio*. Panegyr. Bereng. Auguſt. apud Leibnit. to. 1. Script. Brunſuic. p. 235. (2) Vetus Inſcriptio tom. 5. Supplem. Antiq. p. 66. *Publio Corſidio Signino pomario de aggere a Proſeucha*. Vbi *Proſeucha*, interprete D. de Montfaucon, ſignificat locum in quo precatio fiebat, oratorium, aediculam; qua etiam notione προσευχή occurrit apud Euſebium Hiſt. Eccl. lib. 2. p. 43. et Epiph. Haer. 80. (3) Domus pauperum hoſpitio deputata, in qua et fouentur et aluntur. Michael Carranza in Vita S. Ildefonſi inter Concil. Hiſp. tom. 2. p. 568. V. *Ptochium*. (4) PROSEVCHAE IVDAEORVM, erant loca ſpatioſa ſub dio inſtar theatri, vt docet Cangius in Gloſſ. med. Graecit. in quo libros Legis, admiſſis exteris, palam lectitabant. De iis copioſe egit Henr. Valeſius ad Euſebium lib. 2. cap. 6.

PROSEVERE, proſequi, in 1. ex vett. Form. Andegau. apud Mabill. to. 4. Analect. p. 234. V. *Proſecutor*.

PROSICIAE, αἱ τῶν ὑμεναίων ἀπαρχαί. Gloſſ. Lat. Graec.

† PROSICICVM, f. pro *Proficuum*, in Act. SS. t. 6. Iul. p. 56.

PROSICVM, *reſponſum*, ap. Laurentium in Amalth. ex Papia.

PROSIGNATOR, V. *Praeſignator*.

PROSILIRE, *conquieſcere*, ἐπηυχάζειν, in Gloſſ. Graec. Lat. Lege *Proſilere* ex Gloſſ. Lat. Graec. *Proſileo*, ἐπηυχάζω. *Proſilio*, ἐπιπ-δῶ.

† PROSILITVS, pro *proſultus*; dicitur de eo qui partes alicuius tuetur. Ch. a. 1311. ap. Lam. in delic. erud.

PROSNESIVM. Gaufredus Groſſus in Vita B. Bernardi Abbat. Tiron. n. 30. *Iam ferreis anchorarum dentibus littoris ſcopulos apprehendere inchoabens: iam a nauibus pontes educere, tonſillas figere, Proſneſiorum retinaculis rates ſiſtere feſtinabant*. Vbi videtur legendum *Prodenſium*, ita enim appellantur funes, qui a prora alligantur ad terram. V. *Prodenſes*. Occurrit etiam *Proſneſium* apud Iſid. lib. 19. cap. 4. funemque interpretatur, *Quo nauis in litore religatur ad palum*. Haud ſcio an legendum ſit *Prymneſium*, a Graec. πρύμνα, puppis: Feſto enim *Primneſius* dicitur *palus, ad quam funis nauticus religatur, quem alii tonſillam dicunt*. † PROSINTVM vel PROSNICVM legitur in Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

PROSOCER, qui vice ſoceri eſt, ob filiam forte adoptiuam, quam duxit, qui *progener* dicitur in veteri inſcriptione, vti ſupra obſeruatum. Exſtat alia Romae, *Vlrio Nicoma-*

cho Flauiano Cos. ord. posita, quae sic clauditur, *Q. Fab. Memmius Symmachus v. c. Prosocero optimo.* Vbi fortean etiam *prosocer* accipitur pro patre soceri, vt apud Iul. Capitolinum in Gordianis tribus: *Patre, auo, proauo, Coss. socero, Prosocero, et item alio Prosocero, et duobus absoceris Coss. etc.*

PROSOPOPERIA, perperam pro *Prosopopoeia*, personae fictio. Charta an. 1495. apud Rymer. tom. 12. p. 594.

PROSPERARI, prosperos exitus consequi, secunda vti fortuna, Gall. *Prosperer.* Robert. Auesbur. in Hist. Edw. III. Reg. Angl. edit. Hearnii p. 2.

† PROSPERATIO, prosperitas, in Chron. Io. Whethamst.

PROSPERATOR, *qui prosperum facit.* Gloss. Barthii apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 162. ex Baldrici Hist. Palaest.

PROSPEX, qui prospicit. Tertull. de Testim. animae cap. 5.

PROSPHONETICVS, Gr. προσφωνητικὸν, acclamatio, sermo ad Imperatorem. Epist. Leonis II. PP. ad Hispaniae Episcopos inter Concil. Hisp. tom. 2. p. 712. V. Gloss. med. Graecit.

† PROSPICVITAS, splendor originis, nobilitas, in Ch. a. 1363.

PROSSETIO, pro Processio, in vet. Cerem. MS. B. M. Deauratae Tolosanae.

PROSTAGIVM, praestationis species. V. supra *Messis.*

PROSTAGMA, vox Graeca, praeceptum, mandatum. Inuentio S. Celsi tom. 3. Febr. p. 399.

PROSTANTES, meretrices publicae, quas vulgo *prostitutas* dicimus. Graecis πρόστιδες ἢ πρόστιτα γυνὴ, Latinis Prostibulum. Synodale Ecclesiae Andegauensis MS. V. Glossar. med. Graecit. in πρόστιτα. † Mendose *Protestantes* in Stat. episc. Guid. Lexou.

PROSTARE, interesse. Epist. Iohannis Troester apud R. Duellium to. 1. Miscell. p. 241.

PROSTERNARI, in terram procumbere, procidere, Gall. *se Prosterner.* Vsus Culturae Cenoman. MSS.

PROSTERNI SVPER FORMAS, ad eas procumbere et curuari. Bernardi Mon. in Ord. Cluniac. part. 2. cap. 30. V. *Forma 13.*

PROSTIBVLARE, mulierem prostituere, producere, Gallis *Prostituer.* Decreta Placent. ad calcem Statut. fol. 107.

PROSTIBVLARIVS, PROSTIBVLOSVS, meretricius, ad prostibulum pertinens. Statuta Auenion. Eccl. an. 1441. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 585.

PROSTITVTRIX, quae aliam prostituit, producit. Charta an. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 320.

PROSTRADARE, prosternere, procumbere. Charta apud Stephanot. to. 3. Antiqu. Bened. Pictau. MSS. p. 206.

PROSTRARI, humi prosterni. Ordo celebrandi Concil. inter Hisp. tom. 1. p. 23. V. *Prosternari.*

† PROSTRATA, actio sese prosternendi, in Ordinat. Capell. reg. Mss.

PROSTRATI, ex eorum Poenitentium ordine, quos Graeci patres ὑποπίπτοντας vocant, locis ab Allatio indicatis lib. de Narthece veteris Ecclesiae pag. 70. etc. 82. etc. 1. edit. Chrodegangus in Regula Canonicorum Metensium cap. 13. de grauioribus Canonicorum culpis. Ex quo quidem loco, et ex lib. 5. Capitul. c. 136. noue edit. satis apparet ὑπόπτωσιν poenitentium non nudam fuisse genuum flexionem vna cum corporis incuruatione, quod vult Allatius. Hinc etiam tandem percipimus cur in ingressu Ecclesiae *Prostratus sepeliri* voluerit Pipinus Rex, Martelli parentis peccatorum expiandorum causa. Sugerius lib. de Administratione sua cap. 25. de Carolo M. *Quia pater suus Pipinus Imperator extra in introitu voluarum pro peccatis patris sui Karoli Martelli prostratum se sepeliri, non supinum fecerat, etc.* V. S. Hieronymum Epist. 30. cap. 1. sub fin. et in v. *Reconciliatio.* PROSTRATA ORATIO, quae

quae ab humi proſtratis in eccleſia reciratur, in ver. Ceremon. MS. B. M. Deauratae Toloſ. PROSTRATI PSALMI, V. *Pſalmus*.

PROSTRATIO, poenitentiae ſpecies in vſu apud Monachos, qua in terram proſtrati pſalmos recitabant. Charta an. 1476. apud Madox Formul. Angl. p. 336.

PROSVBVLA, *parua proſa*, in Amalth. ex Ioh. de Ianua. V. *Proſellus*.

PROSVMIA, *genus nauigii, ſpeculatorium parum*. Feſtus. Eiusd. meminit Gellius lib. 10. c. 25.

† PROTACITVS, *petitor, demandador*, Prou. *Protaculus*, *dim. idem*. Gloſſ. Prou. Lat. Cod. 7657.

PROTAGIVM, praeſtationis ſpecies, quae ab hominibus *taſſiae* obnoxiis exigitur, vt ſint a *taſſia ad voluntatem* et a *coruatis* immunes. Codex cenſualis Caſtellionis Dombenſis an. 1463. V. *Meſſis*. PROTALLIA, eadem notione occurrit in Chartis Villae nouae in tractu Dombenſi. V. ibidem.

PROTASINGRITIS, primus a ſecretis, Graecis recentioribus, πρωτασηκρήτις, vt pluribus docuit Cangius ad Cinnamum p. 493. Charta Irenes Imperatricis Conſtantinopolitanae an. 1306. apud Guichenonum in Bibl. Sebuſiana Cent. 1. c. 86.

PROTEARI. Dudo de Norman. lib. 3.

Ipſum πρωτέντυπον nihilum Proteantur eundem,
Vt ſtupeas, lector, catholicum hoc memorans.

Verbum *Proteantur* aſteriſco notauit Ducheſnius; vbi fortaſſis legendum *procantur*.

PROTECDICVS, Gr. πρωτέκδικος, primus vindex, defenſor: officium in aula CP. cuius erat, ex Codino de Offic. lib. 1. ſuſcipere captiuos et cauſarum criminalium iudicium exercere.

PROTECTIO REGIS INFRICTA, quam vulgo *Saluamgardiam* dicimus. Charta Edw. I. Reg. Angl. an. 1294. apud Kennettum Antiquit. Ambroſd. p. 323.

PROTECTOR, apud Anglos, dicitur Regni Gubernator ac rector, abſente Rege. Thomas Walſinghamus p. 408. PROTECTORES REGNORVM in aula Romana, Cardinales nempe, quorum munus eſt electiones et alias Prouinciae ſibi addictae cauſas in ſacro Senatu proponere. V. Octauium Veſtrium lib. 1. de Iudiciis aulae Romanae. PROTECTORES, corporis Imperatoris cuſtodes, qui *Principis latus protegebant*, vt eſt in l. 9. Cod. Th. de Protectoribus. Duplex quippe fuit Protectorum genus, alii qui in acie militantes ad cuſtodiam Imperatoris erant deputati, alii qui *Protectores Domeſtici* interdum nuncupantur, quique idem munus in palatio obibant. V. *Domeſticus* 2.

PROTECTORIA DIGNITAS, in eod. Cod. Th. leg. 5. de Veteranis tit. 20. *quae tanquam pretium longi laboris* concedebatur, vt ſcribit Symmachus Epiſt. 67. lib. 3. V. Gothofredum ad leg. laudatam et ad tit. de Domeſticis et Protectoribus. PROTECTORES LIMITVM, qui ſcilicet ex *ſchola Protectorum* mittebantur ad tuendos limites, *vel itinera*, de quibus ſit mentio in Leg. 1. Cod. Th. de Protector. et leg. 3. de Littorum et itinerum cuſtodia: μεθορίων πρωτίκτωρ, apud Menandrum Protectorem lib. 8.

PROTECTORIVM, principis priuilegium, quo ne alicui vis inferatur, cauetur, eumque in *protectionem* ſuſcipit, Gall. *Sauvegarde*. Cancellar. Ferdinandi II.

† PROTECTVM, tectum proiectum, ſ. vmbraculum ligneum. Ch. Mſ. a. 1271.

PROTEDAE, *faculae de pineo ligno*. Papias.

PROTELARE. (1) Prorogare, differre, Gall. *Prolonger*. Capit. Caroli C. tit. 14. c. 7. (2) Contrahere. Vita S. Pharaildis to. 1. Ian. p. 170.

PROTELATIO, PROTELLATIO, prorogatio, dilatio, Gall. *Délai, remiſe*. Charta Alberti Ducis Auſtr. an. 1341. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 529.

PROTENDERE. (1) Proferre, Gall. *Produire*. Epiſtola Arnaldi Archiep. Narbon.

Narbon. an. circ. 1121. inter Inſtr. to. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 134. (2) Conficere, Gall. *Expedier*. Ordinat. Humberti II. an. 1340. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 397. col. 2.

PROTENSVM, vmbella, vt videtur. Acta S. Herlembaldi tom. 5. Iunii p. 311. *Idem* (ſtolam) *in Protenſi virga vsque ad maiorem eccleſiam ciuitatis portauit clamans, Hecco la ſtola.*

PROTENTINVS, V. *Procentinus.*

PROTENTIO, amplitudo, Gall. *Etendue*. Charta Caroli VII. Reg. Franc. an. 1452. tom. 6. Spicil. Acher. p. 500.

PROTERRARIVM, ager, praedium. Charta Comitis Chrodardi an. 764. apud Felibian. inter Probat. Hiſt. Sandion. pag. XXIX.

PROTERVIRE, proterue, ſuperbe agere. Epiſtol. Rodulphi Imp. an. 1276. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1155. Hinc *proterunt*, pro *proteris*, legendum apud Tertull. edit. Rigaltii de Patient. cap. 12. vbi de charitate ex Apoſt. I. ad Cor. cap. 13. haec laudat: *Non inflatur, non Proterit;* in Graeco textu: *οὐ φυσιῶται, οὐκ ἀσχημονεῖ.*

PROTESTA, Italis eſt conteſtata denunciatio, Gall. *Proteſtation*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 7. V. *Proteſtatio.*

PROTESTANTES. (1) Dicti primum Lutherani, cum an. 1529. in Comitiis Spirenſibus aduerſus nouum decretum, in Religionis negotio, ab iis exhibita eſt *Proteſtatio:* quod nomen et Caluini diſcipulis ſubinde inditum eſt. V. Sleidani Comment. lib. 6. et Hofmanni Lexicon. (2) † Mendoſe pro *Proſtantes*, V. in hac voce.

PROTESTARI. (1) Conteſtato denunciare, teſtificari, *Proteſter*. Litterae Bonifacii VIII. PP. in Chr. Angl. Th. Otterbourne p. 92. (2) Nude pro Atteſtari. Bulla Caeleſtini III. PP. an. 1191. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 49.

PROTESTATIO, vt ſupra *Proteſta*. Statutum Comitis Prouinciae de officio tabellionum an. 1254. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 60.

PROTESTVM, vox Negotiatorum, Gall. *Proteſt*, conteſtata denunciatio. Statuta Genuenſ. lib. 4. c. 14. p. 115.

PROTESTVS, pro *Proceſſus*, in Leg. Rotharis ex Cod. Eſtenſi apud Murator. to. 1. part. 2. p. 46.

PROTHENTINVS, V. *Procentinus.*

PROTHI, ſeu *Proti*, appellati Primores, ſeu Praeſides vniuerſitatis Iudaeorum, apud Siculos, vt patet ex Charta an. 1340. apud Rocchum Pirrum in Archiepiſc. Meſſan. Ex Graeco *πρῶτοι.*

PROTHIREMARII. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 21. *Quindecim Magiſtri Prothiremarii, qui ſint deputati non ſolum ad remos, ſed etiam ad faciendum aſtas lanceārum et dardorum, etc.* Vox hibrida, qui remigibus praeſunt.

PROTHOCIVM, V. *Ptochium.*

PROTHOCOLLARE, PROTHOCOLLVM, V. *Protocollum.*

† PROTHOGALIS PAPYRVS, i. q. *Protocollum*. Chartular. Henr. V. et VI. Reg. Angl.

PROTHONCIVS. Sallas Malaſpinae lib. 3. de Reb. Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miſcell. p. 277. *Legem ponit* (Carolus Rex) *regnicolis, nonnullos ſecretos* (ſecretarios) *Iuſtitiarios, Admiratos, Prothoncios et Comites . . . ſtatuit.* Vbi legendum videtur *Prothoneios*, a Graeco *πρῶτος* et *νῆες*, naualis, Praefectus naualis; niſi *Protonotarios* malis, vt apud Murator. to. 8. col. 609. vel *Partiſanos*. V. in hac voce. † Leg. procul dubio *Prothonotinus*, V. mox.

† PROTHONTINVS, vaſorum ſeu nauium praefectus, a Graeco *πρῶτος*, et *τόνος*, vas. Conſtitut. Mſ. Caroli reg. Sicil.

PROTHOPAPVS, V. *Protopapa.*

† PROTHOPRAESVL, primus eccleſiae alicuius epiſcopus, in Ch. Mſ. a. 1321.

PROTHOSALVASTON. V. *Protoſebaſtus.*

PROTHRONISTAE, pro *Protomyſtae*, in Hiſt. Tullenſi p. 217. editum ex Sidonii Epiſt. 17. lib. 4. V. in hac voce.

† PRO-

† PROTHVS, i. q. *Primicerius*, dignitas eccleſiaſtica, in Suppl. ad Miraeum p. 295.

PROTHYRVM, a Graeco πρόθυρον, pars oſtii ſeu domus anterior. Vita S. Aegidii tom. 3. Maii p. 421.

PROTITVLARE, publicis Inſtrumentis notum facere. Acta S. Caſtuli Mart. tom. 3. Martii p. 612.

PROTOAPOSTOLARIVS, dignitas in Eccleſia Orientali, Princeps eorum, qui populo Apoſtolorum ſcripta exponebant. V. Meurſium et Suicerum.

PROTOBESTIARIVS, V. *Protoueſtiarius*.

PROTOCAMERLENGVS, primus *Camerlengorum* ſeu Camerariorum, qui *Maior Camerlengus* dicitur in Lege Palatinis Iacobi II. Regis Maioric. V. in hac voce. Annal. Eſtenſes Iacobi Delayto apud Murator. tom. 18. col. 1038. V. *Camerarius*.

PROTOCANCELLARIVS, qui alias *Archi-Cancellarius*: πρωτοκαγκελλάριος, apud Anonymum Combefiſianum in Porphyrogenito n. 8.

PROTOCANONARCHA, primus Cantorum, ſeu eorum qui cantum imponebant in Eccleſia Graeca. V. Gloſſ. med. Graecit. in κανονάρχης.

PROTOCANONICI *Eccleſiae B. M. de Cleriaco*, Titulus Regibus Francorum a Sixto IV. PP. conceſſus Litteris an. 1471. inter Notas Gotofredi ad Hiſt. Caroli VIII. p. 352. Eodem priuilegio in aliis Eccleſiis gaudent Reges Galliae.

PROTOCAPELLANVS. qui alias *Archicapellanus*. Ita appellatur Hebroinus Epiſcopus Pictauenſis in Charta Tabularii S. Mauri ad Ligerim apud Beslium in Epiſcop. Pictau. p. 24. V. *Capellani* 1.

PROTOCARABVS, gubernator nauis Imperatoriae, apud Graecos. V. *Carabus* et κάραβος in Gloſſ. med. Graecit.

PROTOCATAPANVS, primus *Catapanorum*, ſaepius apud Lupum Protoſpatham. V. *Catapanus*.

PROTOCERIVS, officialis a ſigillis, apud Caſſiodorum, ex Macr. Hierolex. V. *Primicerius*.

PROTOCHARTVLARIVS, Officium Monaſticum, cuius mentio fit in Ritu electionis Abbatis Caſinenſis. V. *Chartularius*.

PROTOCHRISTICOLA. *Magnus Imperii Protochriſticola*, Conſtantinus M. dicitur Glabro Rodulpho lib. 4. cap. 6.

PROTOCOLLVM. (1) Liber ex glutine compactus, in quem acta publica referuntur. Errant enim qui putant eſſe memoriale, in quod raptim acta reponuntur, vt deinde in mundum redigantur, et perfectius extendantur, vt obſeruat Cuiacius ad Nou. 44. Vt enim hodie Chartae habent notam aliquam, ex qua dignoſcitur quis eam Chartam praeparauerit; ita habebant olim Chartae breuem adnotationem quae declarabat, quo Comite largitionum (ſub cuius cura erant Chartariae), quo tempore, et a quo praeparatae fuiſſent chartae: ex quo quippe coarguebatur ſaepe falſitas. Et id quidem omnino probat Nouella 40. Iuſtiniani. Huc etiam ſpectat Statutum Ludouici Reg. Sicil. an. 1352. quo iubetur vt *Protocolla* notam praeſcriptam praeferant, *vt certa ex illis fides ſemper exiſtat*. At in ſequioribus ſaeculis *Protocollum* appellarunt *Regiſtrum* ſeu librum in quem Acta publica ordinatim referebant. Statutum Philippi Pulcri Regis Franc. an. 1304. tom. 1. Ordinat. p. 417. *In primis ordinamus . . . quod cum notarii ſeu tabelliones publici conſtituti in loco in quo morari et tenere Cartularia ſua conſueuerunt, dictos contractus receperint, in ipſis Cartularibus ſeu Protocollis ſubſtantialiter et ſeriatim in continenti ponant et inſerant*. Recentior eſt vocis *Protocollum* acceptio pro prima perſcriptione, Gall. *Minute*. Ea notione hanc vſurpat Zinzelinus in Gloſſis ad Extrau. Iohannis XXII. PP. ad c. 5. tit. 14. *Protocolla* a *Notis* et *Cartulariis* diſtincta videre eſt in Charta an. 1430. in Schedis Praeſ. de Mazaugues: *Ego . . Notarius . . . cui Cartularia, Notae et Protocolla praefati . . ſunt commiſſa*. V. *Chartularium*. PROTHOCOLLARE, in *protocollum* referre,

ferre, vel in publicam et authenticam formam redigere. Charta an. 1318. ex Tabul. Auſcitan. (2) † Charta ipſa ſigillo munita, t. 12. Gall. Chriſt. p. 88.

PROTOCVRSOR, curſorum praefectus. Landulphus in Phoca apud Murator. tom. 1. part. 1. p. 123.

PROTOCYNEGVS, primus venatorum, Gallis *Grand-Veneur*, dignitas palatina, ap. Codin. de Offic. cap. 2. V. Gloſſ. med. Graecit.

PROTODIACONVS, idem qui *Archidiaconus*. V. in hac voce.

† PROTODVX, officii et dignitatis nomen, apud Murat. t. 21. Script. p. 43.

PROTOFORESTARIVS, V. in *Foreſta*.

PROTOHIERACARIVS, primus Accipitrariorum in aula CP. apud Codin. de Offic. cap. 2. num. 48. V. Gloſſar. med. Graecit.

PROTOIVDEX. *Protoindex Salerni*, in veteri Charta apud Vghellum to. 7. Ital. Sacrae p. 571. 574.

PROTOMANDATOR, V. *Mandator*.

PROTOMARTYR, vt inter viros S. Stephanus, Primus, ſic S. Thecla inter mulieres Prima Chriſti martyr exſtitit: vndè hocce epitheto pariter donantur a Graecis et Latinis. V. Gloſſ. med. Graecit. in *Μάρτυρες*, et Suidam in Theſ. Eccl.

PROTOMEDICALIS, in medicina primarius, praecipuus. Notitia 1. Eccl. Catan. apud Rocchum Pirrum Sicil. ſacrae p. 117.

PROTOMISSVS, praeferendus, potior, vt videtur, in Epiſt. apud Buſchium de Reformat. Monaſt. tom. 2. Script. Brunſuic. Leibnit. p. 895.

PROTOMYSTES, Graec. *πρωτομύστης*, primus Sacerdotum, Epiſcopus. Sidonius lib. 4. Ep. 17.

PROTONOBILISSIMVS, *πρωτονωβελίσσιμος*, dignitas Palatina apud Imperatores Conſtantinopolitanos, de qua dixit Cangius ad Alexiadem p. 339. Apud Vghellum in Archiepiſcopis Barenſibus, *Baſilius Imperialis Protonobiliſſimus* ſubſcribit Chartam Richardi Seneſcalli, Willelmi Wiſcardi Ducis Calabriae ex fratre nepotis, an. 1108. Manuel Comnenus Imp. CP. Ludouicum VII. *Protonobiliſſimum Regem Franciae* appellat, in Epiſtola ad Alexandrum III. PP. quae deſcripta legitur apud Baronium anno 1180. quae quidem honorifica appellatio ſatis arguit Francorum Reges primo ſemper habitos loco apud exteros, quod peculiari Diſſertatione attigit Cangius ad Ioinuillam.

PROTONOTARIVS, V. *Notarii*.

PROTOPAPA, *πρωτοπαπᾶς*, dignitas praecipua in Eccleſiis Graecanicis, de qua Codinus de Offic. cap. 1. num. 30. et ibi Gretzerus et Goarus, et Meurſius in Gloſſ. Hunc ſic dictum contendit Leo Allatius lib. de Graecorum templis p. 135. quaſi *πρῶτος τῶν ἱερέων*, *primum inter Sacerdotes*: vnde *Archipreſbyterum* vertunt interpretes eiusdem Codini. Sane Scylitzes p. 717. et Ioëles in Chronogr. p 182. aiunt Euſtathium promotum a Baſilio Bulgaroctono ad Patriarchatum CP. cum eſſet antea *πρῶτος τῶν πρεσβυτέρων τῶ ἐν βλαχερνίοις ναῶ*. Scribunt Rocchus Pirrus p. 387. et Vghellus tom. 6. p. 111. in Eccleſia Meſſanenſi Clerum olim fuiſſe Graecum, cui praeerat *Protopapa*, id eſt Archipreſbyter Graecorum, iſtiusque dignitatis veſtigium adhuc perſeuerare, et vti baculo cum duorum leonum capitibus. Sic etiam in Eccleſia Bouenſi appellari etiamnum Archipreſbyterum monet idem Vghellus. Hunc vide, praeterea to. 9. p. 97. PROTOPAPAS, eadem notione, in Epiſt. Iohanni Preſbytero falſo adſcripta ad calcem Cod. MS. Corbeienſis.

PROTOPARENS, vox hybrida, vſurpata a Prudentio hymn. 9. de Adam, in Synodo Landauenſi ſub Cerenhiro Epiſcopo, et a Thwroczio in Hiſt. Hungar. 1. part. cap. 2. et in lib. 3. Sacr. Eccleſ. Rom. cap. 89.

PROTOPASCHITAE, haeretici, qui Iudaico more in azymis Paſcha celebrabant; *Sabbatiani* etiam appellati, ex Macr. Hierolex. Hos cum Nouatianis confundit Baronius ad an. 413. n. 28.

PROTO-

PROTOPATER, Primas. Gocelinus in Vita S. Auguſt. Cantuar. tom. 6. Maii p. 395.

PROTOPATRICIVS, dignitas in aula CP. qua donatus legitur quidam Coſmas Anthius Imperatorius Protonotarius, et Strategus Siciliae et Longobardiae ſub an. 893. apud Vghellum in Archiepiſc. Beneuentan. num. 44. Πρωτοπατρίκιος, apud Malchum in Hiſt. Byzant. *Aſpar primus Patriciorum*, apud Marcellinum Comitem in Chronico.

† PROTOPHYSICVS, i. q. Archiater, in Ch. Mſ. a. 1393.

PROTOPINCERNA, primus Pincernarum, dignitas in Palatio Regum Francorum, de qua Ioannes VIII. PP. Epiſt. 216. V. *Pincerna*.

PROTOPLASTVS, vt *Protoparens*. Charta Burchardi an. 1290. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 266. Occurrit paſſim apud Scriptores Eccleſiaſticos. PROTOPLATISTVS, eadem notione, in Opuſculo Gualuanei Flamma apud Muratorium to. 12. col. 1063.

PROTOPLAVSTVS, pro *Protoplaſtus*, in Literis Caroli VI. Regis Franc. an. 1395. inter Notas Gotofredi ad Hiſt. eiusd. Caroli p. 580.

PROTORVSTICVS, primus inter ruſticos, Gall. *Coq de Paroiſſe*. Sallas Malaſpinae lib. 2. de Rebus Sicul. apud Baluz. to. 6. Miſcell. p. 224.

PROTOSCRINIARIVS, dignitas in Eccleſia Romana, in Vita S. Sebaſtiani Martyris, et in Chronico Farfenſi p. 67.

PROTOSEBASTVS, vt infra *Protoſtnaſtus*, Titulus honorarius Ducum Neapolitanorum. V. Brencman. in Hiſt. Pandect. lib. 1. p. 23.

PROTOSECRETARIVS, primus Secretarius, apud Anaſtaſium in Collectaneis p. 254. qui πρωτοσεκρήτις καὶ ἐπιτολογράφος, apud Anonymum de Templo S. Sophiae. V. quae de hac dignitate adnotat Cangius in Notis ad Cinnamum p. 493. PROTOSECRETA, eodem ſignificatu, apud eumdem Anaſtaſ. in Stephano III. tom. 3. Murator. p. 170. col. 2. PROTHOSECRETARIATVS, officium, dignitas *Protoſecretarii*, in Epiſt. 6. Ioan. de Monſterolio apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1329.

PROTOSEVASTVS, ex Graeco πρωτοσέβαστος, dignitas in Palatio Conſtantinopolitano praecipua, ab Alexio Comneno Imper. primum inuenta, qua fratrem Adrianum donauit, vt habent Anna Comnena et Zonaras. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. Perperam *Protheſalvaſton* ſcribitur apud Radulphum de Diceto an. 1182. Hanc porro dignitatem Duci Venetiarum olim conceſſam ab Impp. CP. obſeruauit Cangius in Notis ad Alexiadem p. 311. V. Codinum de Offic. aulae CP. et quae ad eum commentantur Gretzerus et Goarus, praeterea Meurſii Gloſſ. (et ſupra *Protoſebaſtus*.) PROTOSEVASTO, eadem notione, apud Mag. Boncompagnum de Obſid. Anconae tom. 6. Murator. col. 938.

PROTOSPATHARIVS, primus et Princeps Spathariorum. Gloſſae nomicae: Ἀλλάξιος, πρωτοσπαθάριος. Leo Oſt. lib. 1. cap. 51. (al. 52.) it. Epiſt. S. Nicolai 1. PP. V. Vitam Nicolai Studitae p. 944. Gloſſ. Meurſii, et infra in voce *Spatharius*. PROTOSPATA, eadem notione. Vetus Epitaphium in Baſilica S. Baſilii Brundiſii.

PROTOSTASIA et PROTOTYPIA, officia municipalia, de quibus in Cod. Theod. V. Gothofredum ad tit. 23. lib. 11.

PROTOSTRATOR, primus Stratorum, dignitas in aula Conſtantinopolitana, cui Stabuli Imperatorii cura incumbebat, vt eſt apud Cinnamum et Zonaram. Willelmus Tyrius lib. 18. cap. 24. Idem qui apud Gallos *Mareſcallus*, vt ex Niceta, vbi de Gothofrido Bulioneo colligit Carolus de Aquino in Lex. milit. *Dignitate erat vir ille Mareſcallus, quod Graecis eſt Protoſtrator*. V. quae de hac dignitate congeſſit Cangius in Notis ad Cinnamum p. 474. 475.

PROTOSYMBOLVS, Saracenorum Princeps ita appellatus. Andreas Siluius in Chronico Marcianenſi an. 586. *Hic* (Mahomet) *in Regno Saracenorum quatuor Praetores ſtatuit, qui*

qui Amiraei vocabantur. Ipſe vero Amiras dicebatur, vel Protoſymbolus. Hiſtoria Miſcella lib. 19. p. 600. *Mortuus eſt Muhanias Protoſymbolus Saracenorum, qui fuit Praetor annis 20. et Amirae functus officio annis 24.* V. Πρωτοσύμβουλοι in Gloſſ. med. Graecit.

PROTOSYNCELLVS, primus Syncellorum Patriarcharum, vel Epiſcoporum, qui plures erant, vt ſuo loco docemus. Dignitas Eccleſiaſtica in Graecanica Eccleſia nota, atque adeo in Sicilia ſub Normannicis Principibus, vt ex aliquot Chartis colligitur, quae habentur apud Vghellum tom. 9. Italiae ſacrae p. 590. et 628. vbi perperam *Protoſyntullum* editur pro *Protoſyncellum*. V. Gloſſ. Meurſii, Grerzerum et Goarum ad Codinum de Offic. aulae CP. et infra in voce *Syncellus*.

PROTOTHRONVS, Graecis πρωτόθρονος. Anaſtaſius ad Concil. VIII. act. 1. *Protothronum, ſeſſorem* interpretatur: *eorum ſcilicet Epiſcoporum, qui ad Patriarchalem Eccleſiam pertinent.*

PROTOTYPIA, V. *Protoſtaſia.*

PROTOVESTIARIVS, qui et *Protobeſtiarius*, dignitas Eccleſiaſtica et Palatina, qui omnibus Veſtiariis praeerat. V. Codin. de Offic. lib. 2. Meurſium, Suicerum, et Gloſſ. med. Graecit. in Βέστης.

PROTRACTIO. (1) Cantus ſpecies, cum vocum toni longius cantando protrahuntur. Ordinarius Praemonſtratenſis cap. 3. V. *Pneuma.* (2) Diagramma, deformatio, Gall. *Portrait, figure.* Vita B. Edmundi Cantuar. Archiep. apud Marten. tom. 3. Anecdot. col. 1787. Hinc PROTRAHERE, pingere, Gall. *Portraire.* Vita B. Coletae to. 1. Mart. p. 563.

PROTRACTOR, qui in ius aliquem vocat, trahit. Conſuetud. Arkenſes.

PROTRACTVS. (1) In ius tractus. Conſuetudines Arkenſes an. 1231. in Tabular. S. Bertini: *Si Protractus fuerit, quod arma portauerit, quae a Choro ſunt prohibita, tres libras emendabit.* (2) † Exemplar. Reg. capit. Carnot. ad a. 1518. V. *Portractus.*

PROTRAHERE, V. in *Protractio* 2.

PROTVLENS, proferens. Vita S. Bernardini tom. 5. Maii p. 274*.

PRO-TVNC, PRO-NVNC, formula qua tempus praeſens et futurum ſignificatur. Priuileg. Venceslai Imp. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. p. 452.

PROTVS, a Graec. πρῶτος, primus. Vita Brunonis Magni cap. 45. vbi *Protus* idem videtur eſſe qui *Primicerius*. V. in hac voce.

PROTVTELA, primae exercitus aciei ducatus, praefectura, vt *Retutela* extremae, *l'Avant-garde*, et *l'Arriere-garde.* Hugo de Cleeriis de Seneſcallia Franciae.

PROVAGVS, peruagus, in Vita S. Aldhelmi to. 6. Maii p. 90.

PROVENDA, V. *Praebenda.*

PROVENDARICIVS, V. ſupra *Panis prouendaricius.*

PROVENDARIVS, PROVENDERIATA, V. in *Praebenda.*

† PROVENDIATA, i. q. *Prouenderiata*, in *Praebenda.* Tabul. Abſienſe.

† PROVENSA, res furto ablata, in Ch. Phil. com. Fland.

† PROVERBIALITER, in prouerbio, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 240.

PROVERBIARI. (1) *Prouerbia dicere, vel prouerbia vituperare: hinc prouerbioſus, prouerbioſitas*, Vgutio. Vox Italica. Pergaminus: *Prouerbiare, rampognare, vimprouerare, dir villania. Prouerbioſamente, villamente, iniurioſamente.* (2) † Proloqui, in Ch. a. 1059.

PROVERBIATOR, Auctor libri Prouerbiorum dicitur Anaſtaſio Bibliothecario, apud Baronium an. 869. n. 84. et in Praefat. ad VIII. Synodum ſub finem.

PROVIDENTIAE, prouiſiones annonariae, vel etiam aliae ad victum, Gall. *Pourveyances*, nunc *Proviſions.* Προόψιον, eadem notione apud Pachymerem lib. 1. cap. 4. lib. 9. c. 8. et alibi. Statuta Dauidis II. Regis Scotorum cap. 48. Nec in rebus cibariis tantum vſurpatur haec vox, ſed de qualibet alia re, cuius ſit

proviſio

prouiſio ſeu comparatio, dicitur. Pro bellico apparatu occurrit in Charta an. 1336. apud Rymer. tom. 4. pag. 709. col. 1. V. *Prouiſio 1.*

PROVIDENTIA, cura, ſtudium. Conſtitut. pro Abbatia S. Pauli Narbon. an. 1127. inter Inſtrum. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 34.

PROVIDERE. (1) Regere, gubernare. Charta apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. p. 73. (2) Acquirere, comparare. Obituar. Cluniac. apud Baluz. tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 53.

PROVIDITOR, prouiſor. Vita B. Iohan. Bonuſii tom. 3. Maii p. 103.

† PROVIDVS, titulus honorarius conſulum Nemauſenſium, in Ch. a. 1346. V. *Prouiſus.*

PROVINCIA. (1) Mundus ipſe dicitur Tertull. adu. Valent. cap. 20. *Igitur Demiurgus extra Pleromatis limites conſtitutus . . . nouam Prouinciam condidit, hunc mundum.* Strictius pro regione vſurpat idem Tertull. lib. de Anima cap. 42. *A nobis, vt de poſtuma vita, et de alia Prouincia animae, ita de morte tractabitur.* Pro Regno Franciae adhibet Adeodatus PP. in Priuilegio pro Maiori Monaſt. (2) Dioeceſis Metropolitani. Bonifacius I. PP. Epiſt. 3. V. *Parochia.* Interdum tamen pro Dioeceſi Epiſcopi ſumta occurrit haec vox, vt in Charta an. 1138. apud Kennett. Antiq. Ambrosd. p. 93. (3) Gradus cognationis et affinitatis in nuptiis. Vox efficta, vt videtur, a *vicinia.* Capitula Theodori Cantuar. Epiſc. cap. 13. *In tertia prouicinitate Prouinciae carnis ſecundum Graecos licet nubere, ſicut ſcriptum eſt in Lege: in quinta ſecundum Romanos: tamen in quarta non ſoluunt coniugium, poſtquam factum fuerit. In tertia Prouincia non licet vxorem alterius poſt obitum eius habere.* Quidam ex ingenio emendant *progenie.*

PROVINCIALATVS, dignitas et munus *Prouincialis* ſeu prouinciae praefecti apud Religioſos, Gall. *Prouincialat.* Bulla Bonifacii IX. PP. an. 1399. in Bullar. Carmelit. p. 154.

PROVINCIALES. (1) Monetae Comitum Prouinciae, quarum vſum ac curſum interdixit S. Ludouicus in Statuto de Monetis, vbi *Prouinciaux* appellantur. Charta, deſcripta a Gaſſendo in Notitia Eccleſiae Dinienſis p. 84. *Soluit in den[illegible] Praepoſitus pro Praepoſitura 75. libr. Prouincial. reforciat.* (2) Ab inſtituto noſtro minime alienum putem monere lectorem *Prouincialis* nomen interdum aliis tributum fuiſſe quam Prouinciae incolis. Sic Clemens VI. PP. ex caſtro S. Aegidii oriundus *Prouincialis* vocitatur a Scriptoribus coaeuis. *Prouincialis* itidem dicitur Vrbanus V. PP. tametſi ex Gabalenſi tractu, in breui Hiſt. Frat. Praedicat. apud Marten. tom. 3. Anecd. Hinc Reinerus contra Valdenſes ſcribit cap. 6. *Bagnolenſes eſſe in Prouincia*, qui tamen in Occitania potiſſimum degebant. V. Columbum in Praefat. ad Hiſt. Manuaſcae. (3) Incolae, indigenae. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 37. V. *Prouincialatus.*

PROVISA, annona cibaria, aliarumque rerum neceſſariarum comparatio. Charta Edw. III. Regis Angl. an. 1330. apud Rymer. to. 4. p. 442.

† PROVISANTIA, f. acquiſitio; *prouidere* enim eſt acquirere; niſi idem ſit ac Territorium. Annal. Praemonſtr. t. 1. Prob. p. 579.

† PROVISERIA, i. q. *Praepoſitura*, feudum nobile cui ſuprema iuſtitia competit. Areſt. a. 1351.

† PROVISIA, V. *Prouiſio 6.*

PROVISIO. (1) Quicquid alicui ad victum et veſtitum aſſignatur. Conc. Turiaſen. an. 1229. inter Hiſpan. tom. 3. p. 493. V. *Prouiſa.* PROVISIONES apud Ammian. lib. 17. pro annonis neceſſariis ad victum. PROVISIO ANNONARIA, apud Pollionem. (2) Omnis apparatus bellicus. Epiſtola Iacobi Reg. Scotiae ad Carol. VII. Reg. Franc. tom. 10. Spicil. Acher. p. 246. (3) Quodus conuiuium. Charta an. 1202. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 301. (4) Diploma Pontificium vel Regium, quo quis in poſſeſſionem beneficii Eccleſiaſtici, vel officii alicuius ciuilis mittitur, quod a Pontifice aut Principe confertur. Litterae Clementis VII. PP.

an. 1382. tom. 10. Spicil. Acher. p. 238. (5) Decreta. Guillelmus Rishangerus an. 1260. *Rex autem quia iurauerat cum Edwardo primogenito suo et Baronagio Prouisiones Oxonenses se inuiolabiliter seruaturum, etc.* Ita appellat decreta facta in Parlamento Oxoniae an. 1258. de quo Matth. Paris hoc anno. (6) † PROVISIA, PROVISIO, concessio in compensationem rei controuersae, qua ne quis damnum patiatur prouidetur. Gall. Christ. t. 11. Instr. p. 53. † PROVISIONARIVS, annonae castrensis redemtor vel praefectus, apud Murat. t. 20. p. 911.

PROVISIONATVS, qui ex *prouisione* sibi concessa officium aliquod obtinet et exequitur, vel qui alterius impensis viuit. Bulla Bonifacii IX. PP. an. 1396. apud Illustr. Fontanin. Antiquit. Hortae p. 445. V. *Prouisio* 2. PROVIXIONATVS, eadem notione, in iisd. Annal. col. 910.

PROVISIVS, prouisor, prouidus, apud R. Duellium tom. 1. Miscell. p. 145. Gallis *Pourveu*, prudens, prouidens.

PROVISO QVOD, dummodo, Gall. *Pourvûque*. Litterae Edwardi III. Reg. Angl. an. 1350. apud Rymer. to. 5. p. 693.

PROVISOR, Graec. Ἐπίσκοπος, Episcopus. Charta an. IIII. in Bibl. Cluniac. p. 579. PROVISOR EPISCOPI, qui eius vices gerit, Gallis *Grand-Vicaire*, vt discimus ex Itiner. Adriani VI. PP. apud Baluz. tom. 3. Miscell. p. 354. PROVISORES ECCLESIARVM nuncupati Laici, qui earum bona et possessiones administrabant. Litterae Bonifacii VIII. PP. an. 1294. apud Miraeum to. 2. p. 878. col. 1. PROVISORES dicti etiam ex Spelmanno, qui vel Episcopatum, vel Ecclesiasticam aliam dignitatem in Romana curia sibi ambiebant de futuro, quod ex gratia expectatiua nuncuparunt: quia vsque dum vacaret, expectandum esset. Hos aduersum magnus fit antiquorum statutorum apparatus: ab anno 25. Edw. III, quo conditum illud fuit quod de *Prouisoribus* appellatur. V. *Prouisio* 2. PROVISORES EXTERIORVM, apud Praemonstratenses in eorum Statutis dist. 2. cap. 10. dicuntur ii, *ad quos pertinet exteriora prouidere, circuire curias et carrucas, et domos in eis construere, numerum animalium scire, etc.* PROVISOR HOSPITII, officium aulae Dalphinalis, cui competebat hospitium Dalphini de rebus necessariis prouidere. Haec fusius descripta legesis in Ordinat. Humberti II. an. 1340. to. 2. Hist. Dalph. p. 395. PROVISOR MONASTERII, cui thesaurus Monasterii commissus erat. Ingulfus p. 887. Ita *Prouisores* in Monasterio eos, qui rerum saecularium curam habebant, seu qui necessaria emebant, inferebant, exportabant, et lites et caetera negotia procurabant, vocant Regula S. Aureliani cap. 19. 48. et Regula S. Caesarii ad Virgines cap. 39. PROVISOR REFECTORII, apud Guidonem in Discipl. Farfens. lib. 1. c. 5. PROVISOR STVDIORVM. Antiquae Definitiones Ordinis Cisterciensis distinct. 9. c. 41. *Monachus vero qui praedictorum studiorum cuilibet pro tempore praepositus fuerit, non Prior, sed Prouisor vocetur, et vbique extra studium stet in dextero choro immediate post Abbatem etc.* vbi plura de eius officio. Eodem *Prouisoris* nomine illustratur, qui Sorbonae curam gerere eiusque iura et consuetudines tueri ex dignitate tenetur. PROVISORES VICTVALIVM, quos Galli *Pourvoyeurs* dicunt, apud Thomam Walsinghamum p. 279. et in Itinere Camerarii Scotici cap. 17. PROVISORES VILLARVM, qui et *Decani* appellantur, villas seu *obedientias* a Monasterio dependentes curabant. V. *Decanus* 6. PROVISORES, officium municipale apud Pisanos. Breuiar. Hist. Pisanae ad an. 1158. ap. Murator. tom. 6. col. 172. † PROVISOR, qui officium Proxenetae praestat in qualibet re emenda. Comput. eccles. Paris. a. 1381.

PROVITRIX, prouidentia dotata. Baudouinia in Vita S. Radegundis Reginae.

PROVIXIONATVS, V. *Prouisionatus*.

† PRO-

† PROVOCATOR CAVSARVM, apparitor. Memor. Cam. Comput. Paris.

PROVODNARIVM, tributi aut exactionis ſpecies, apud Bohemos, in Charta Ottocari Regis an. 1221. in Boheima pia p. 88.

PROVOLVENS. Anſelmus Epiſc. Hauelbergenſis lib. 2. Dialog. cap. 11. *Nechites Archiepiſcopus Nicomediae dixit: Satis placet quod dixiſti: ſed, quaeſo, concedis, quod Pater Spiritus Sancti, qui eſt proceſſibilis, ſit Emiſſor? quod Graeci noſtri vocant Pronoluens.* Et infra, vbi ita Anſelmus: *Verum autem duo Emiſſores, ſeu duo datores recte dici queant, tua intereſt dicere, qui induxiſti hoc nomen Graecum, Pronoluens, quod apud nos, ſicut tu dicis, ſonat Emiſſor.* Sed vtrobique legendum *Pronoleus*, ex Graec. προβολεύς, qua voce vtitur Dionyſius Areopagita. V. S. Hieronymum lib. 2. in Ruffinum cap. 5. vbi vocem προβολὴν non intellexit interpres Marianus Victorius. Adde, quae attulit Cangius in Gloſſ. med. Graecit.

† PROVRBIVM, ſuburbium, Germ. Vorſtadt, ap. Oefel. t. 1. Script. p. 367.

PROVT EVENIT, fruſtra, temere, apud vet. Irenaei Interpret. lib. 2. cap. 14. num. 8. Pluries occurrit apud eumdem Auctorem.

PROVVATIA, V. *Praebenda.*

PROXENETICVM, merces proxenetae, apud Vlpian. 50. Dig. tit. 14. leg. 1.

PROXENISTA, vt Proxeneta. Conc. Mexican. an. 1585. inter Hiſpan. tom. 4. p. 372.

PROXIMA, vxor. Tabular. Prioratus S. Iohannis Toloſ.

PROXIMARE, appropinquare. Vruntur Solinus cap. 11. et 20. Apuleius lib. 9. Metamorph. et alibi non ſemel.

† PROXIMIORITAS, gradus cognationis et affinitatis proximior, in Ch. Mſ. a. 1361.

PROXIMVS. (1) *Proximi ſcriniorum*, qui Magiſtro ſcriniorum proximi erant, quorum dignitas *Proximatus* dicitur, eaque ampliſſima erat, adeo vt Comitum dignitate ornarentur, vt eſt in tit. 26. Cod. Th. leg. 6. de Proximis, Comitibus, etc. vbi multa Iacobus Gothofredus.

PROXIMI, qui circa Principem verſabantur, in leg. 74. tit. 1. de Decur. Cod. Theod. Ammianus lib. 16.

PROXIMVS ADMISSIONVM, apud Ammianum lib. 22. Exſtat Epiſtola 58. Theophylacti Bulgar. inſcripta τῷ πρωτοθρόνῳ καὶ πρωξίμῳ τῶν πανταχῆ. V. Meurlium in πρόξιμος. (2) Affinis. Lex Burgund. tit. 36. *Pretium ei, qui eſt Proximus mulieri, quam adulteravit . . . cogatur exſoluere.* PROXIMVS AMICVS, leguleiis Anglis dicitur is, qui *gardiam* ſeu cuſtodiam habet in *ſocagio*: nam cum quis ſaiſitus de terris in ſocagio decedit, relicto filio impubere et minore annorum 14. *proximus amicus*, ſeu ſanguine proximus, ad quem minoris haereditas peruenire non poteſt, eiusdem minoris cuſtodiam habet, et illius terrae, donec annum 14. aetatis attigerit; tunc ille totam terram et reditus ei reſtituit, deductis rationabilibus impenſis. Raſtallus.

PROXMETVM, ius *procurationis*, quod Epiſcopo vel Archidiacono ratione viſitationis debetur, Anglis *Proxy*. Charta Elizabethae Reg. Angl. an. 1560. apud Rymer. to. 15. pag. 564. † Mendum eſſe videtur pro *Proximetum*, quod propius ad vocem Anglicam *Proxy* accedit.

PROZENETARIVS, proxeneta, Gall. *Courtier*; cuius officium *Proxenetaria* dicitur, in Charta Henrici V. Reg. Angl. an. 1421. apud Rymer. tom. 10. p. 48. Hinc nihil immutandum erat in Statutis Eccl. Camerac. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1306. vbi *Proxenetae* editum pro *Proxenetae*, quod habet Codex MS.

PRT contracte ſcriptum pro *Praeſens* vel *Praeſentia*, donum, in Statuto S. Ludouici an. 1256. docet de Lauriere to. 1. Ordinat. p. 84.

PRVDENS. (1) Gallis *Preu*, Bellicoſus, armis et bellica virtute valens, apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. ex Hiſtor. Palaeſt. lib. 2. cap. 8.

Hinc PRVDENTER, pro Fortiter, viriliter, ibid. lib. 1. cap. 4. (2) Cognitione praeditus, intelligens. Vetus Irenaei Interpres lib. 2. cap. 20. num. 5.

† PRVDENTIALIS, prudens, ſapiens, t. 3. Apr. p. 75.

† PRVDHOMIVS, prudens, a Gall. *Prud-homme*. Areſt. Mſ. a. 1402.

† PRVDVS, probus, prudens, Gall. *Prude*. Ch. a. 1289.

† PRVETVM, modus agri, ſ. pro *Parnetum*. Ch. Mſ. a. 1357.

PRVGIRE, pro *Rugire*. V. in hac voce.

PRVINA, *artium doctrina, eruditio honeſtarum*. Ita Papias MS. et editus.

PRVMVLVS. Gloſſ. Latino-Theotiſc. *Paranymphus*, *Pruteboto*. Alibi: *Paranymphus*, *Prumulic*.

PRVNA, prunum, Gall. *Prune*. S. Wilhel. Conſtitut. Hirſaug. l. 1. c. 10.

PRVNARIVS, prunus, Gall. *Prunier*, in Capitulari de Villis c. 70.

PRVNELLVM, prunum ſilueſtre, Gall. *Prunelle*, vnde *Pupillae* nomen. Fortunatus L. 11. Poem. 16. *de Prunellis*.

Transmiſſas epulas, quae pruna nigella vocantur.

PRVNELLA, prunula, aut Globuli nigelli inſtar prunelli. *Prunellatus*, prunulis aut globulis nigellis diſtinctus. Hiſtor. Epiſc. Autiſſiodor. c. 20.

PRVNIA. Placitum an. 873. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Ch. 103. *Et ſic recepit ipſa annona et ipſum vinum, id eſt in primis modios viginti de frumento et viginti de vino, valente ſolidos LXX. in res mulo, et kanallos, et Prunia, et alias res valentes ſolidos CCCC.*

PRVNTIVS, pro Promtius, in Charta Zuenteboldi Reg. an. 896. apud Doublet. p. 809. V. *Prutiſſimus*.

PRVSIVM, pro *Praſinum*, V. ibi.

PRVTISSIMVS. Charta Alamannica 50. Goldaſti: *Donatumque in perpetuum eſſe volo, et Prutiſſima voluntate confirmo*. Pro *promtiſſima*, vel *puriſſima*. V. *Pruntius*.

PRYK. Vetus Scheda apud Spelmannum: *Tenet 4. meſſuagia.... per ſervitium inueniendi vnum equum, vnum ſaccum, et vnum Pryk in guerra Walliae, quandocunque contigerit Regem ibi guerrare*. Idem forte quod *Brochia*. V. in hac voce.

PSACHMON, V. mox *Pſachnion*.

PSACHNION, ψάχνιον, Veſtis Romanorum Pontificum, et Patriarcharum propria. Hiſtoria de Exilio S. Martini PP. p. 92. *Et continuo exclamans Sacellarius, quendam aſtantium Excubitorum tonſorem praecepit ſine mora auferre Pſachnion ſummi et Apoſtolici atque Paſtoris omnium Chriſtianorum*. Et mox: *Cum ergo incidiſſet Pſachnion beati viri Excubitor, et corrigiam campagiorum eius, etc.* Quibus locis Baronius an. 651. num. 12. et 13. *Pſachmon* habet, et *Compagiorum*; ſed perperam, vbi de vocis notione videant eruditi, an bene coniecter. Cangius legendum putat *Sacchion*, ex Graeco-barbaro σάκκιον, nam *Saccus* fuit veſtis Patriarcharum. V. in hac voce. Occurrit apud Ioannem Diaconum in Vita S. Ioſephi Hymnographi num. 25. vox Ἀεάχνιον, ſed hic pallam altaris videtur ſignificare. V. Macros in Hierolex. vbi multa de hac voce commentantur.

† PSALLENDA, antiphona, apud Murat. t. 4 Antiq. p. 868.

PSALLENDVM, idem quod *Gradale* t. V. in hac voce. Ordo Officii Gothici inter Concil. Hiſpan. to. 3. p. 264.

PSALLENTIA. (1) Cantus, ordo et ratio canendi, ex Graeco ψάλλειν, canere. Epiſtola 3. Damaſi PP. (2) † Antiphona, i. q. *Pſallenda*, apud Murat. t. 4. Antiq. p. 898.

PSALLENTIVM, et PSALLENTIA, cantus eccleſiaſticus, laudum diuinarum, Pſalmorum, et Hymnorum concentus alternatiuus. Anaſtaſius in Hadriano: *Conſtituitque per vnam quamque hebdomadam quinta feria cum Pſallentio, vt a Diaconis pauperes vsque ad balneum pergerent*. Ordo officii apud Meichelbec. Hiſt. Friſing. tom. 2. p. 22. *Poſt Miſſam, peracta veſpera, vadunt cum Pſallentio in refectorio*.

† PSALLENTIVS, iugis pſalmorum cantus, t. 5. Coll. Hiſt. Fr. p. 711.

PSAL-

PSALLETA, puer symphoniacus, Gall. *Enfant de choeur.* († Nequaquam, eſt enim domus, vbi pueri symphoniaci inſtituuntur, Gall. etiam nunc *Pſallete*, *Sallete.*) Charta fundat. Collegii Cenoman. an. 1526. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 589. *Duae illae burſae debuntur pueris ſeu clericis qui fuerint infantes Eccleſiae Cenomanenſis, quos pueros de Pſalleto vocant.*

PSALLIA. (1) Idem quod Diploma, Charta indentata. Statuta Neapolit. *de iure quartae* art. 3. *Contra inſtrumenta venditionum, . . . et inſtrumenta, quae Neapoli vocantur Pſalliae, probatio per teſtes nulla recipitur.* † A Gr. ψαλὶς, forfex, quo incidebantur eiusmodi chartae, vt volunt auctores noui Tract. diplom. Quid ſi legatur *Pſyllia* et de charta purpuracea intelligatur? V. *Pſillia.* (2) † *Cantatrix*, in vet. Gloſſ. cod. 7641.

PSALLIANI, haeretici, de quibus ſic S. Auguſtinus lib. de Haereſ. *Pſallianorum haereſim poſtremam poſuit Epiphanius, quod nomen ex Lingua Graeca eſt: Graece autem dicuntur εὐχῖται, ab orando ſic appellati.* Sed cum ii ab Epiphanio *Maſſaliani* appellentur, reſtituenda indubie haec vox, pro *Pſalliani*, apud Auguſtinum.

† PSALLIVS, cantor, in Comoed. ſine nomine.

PSALMA PARTVS, Epitheton B. Virginis Mariae in Geſtis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 180.

PSALMELLVS, V. in *Pſalmus.*

PSALMICANVS, V. *Pſalmiſtani.*

PSALMICINES, pſaltae, cantores. *Clerici Pſalmicines*, apud Sidonium lib. 5. Epiſt. 17. Warnefridus de Geſtis Longob. lib. 1. cap. 26.

PSALMIGRAFA, PSALMIGRAFIA, Pſalmi Dauidis. Vita S. Frontonis apud Bosquet. Hiſt. Eccl. Gall. part. 2. pag. 5.

PSALMIGRAPHVS, V. *Pſalmographus.*

PSALMISARE. Gloſſ. Gr. Lat. ψάλλειν, *Pſalmiſare*, *nabliſare*. *Pſalmiſo*, ψάλλω, in Gloſſ. Lat. Graec.

PSALMISTA. (1) Dauidis epitheton. Occurrit paſſim. (2) Cantrix. Acta MSS. S. Hoaruei. PSALMISTAE, cantores, ψάλται in Concilio Laodic. can. 23. et Calched. can. 14. vbi vetus interpres ψάλτας *Pſalmiſtas* vertit. Vett. Gloſſae: *Pſalmiſta*, ψάλτης. Rabanus lib. de Ordin. Antiphon. c. 11. *Lectores a legendo, Pſalmiſtae a pſalmis canendis vocati. Illi praedicant populis, quid ſequantur: illi canunt, vt excitent ad compunctiones animos audientium.* De eorum officio ſic Iſidorus Hiſpal. in Epiſtol. ad Ludefred. Epiſc. Cordub. *Ad Pſalmiſtam pertinet officium canendi, discere benedictiones, laudes, ſacrificium, reſponſoria, et quicquid pertinet ad cantandi peritiam.*

PSALMISTANI, iidem qui *Pſalmiſtae*, apud Odonem Cluniac. in Vita S. Gerardi Comitis Aureliac. cap. 11. vbi perperam editum videtur *Pſalmicani: Aduocat Clericos, qui tum forte aderant, et cum his omnes Pſalmiſtanos, etc.* Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli cap. 14. extremo: *Et quos ille rogabat Pſalmicanos.*

PSALMISTATVS, dignitas et ordo Pſalmiſtae, Durando lib. 2. Ration. c. 1. n. 51. c. 3. n. 1. Lindwoodus: *Prima tonſura, quae apud nos vocatur Pſalmiſtatus, non eſt ordo, ſed tantum diſpoſitio ad ordinem.*

† PSALMOCINARE, pſalmos canere, t. 1. Aug. p. 78.

PSALMODIA, pſalmi cantus. Vitae Patrum Emerit. inter Concil. Hiſpan. tom. 2. p. 655.

PSALMODIARE, PSALMODIRE, V. *Pſalmodizare.*

PSALMODIVM, pſalmorum aliquot cantus vel recitatio. Vita Aldrici Epiſcopi Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miſcell. p. 57.

PSALMODIZARE, pſalmos cantare, vel cantare eo cantu, quo Pſalmi concinuntur, Gall. *Pſalmodier.* Prouinciale Eccleſ. Cantuar. lib. 1. tit. 14. PSALMODIARE, eadem notione. Acta S. Nonani MSS. PSALMODIRE, eodem ſignificatu. Statuta Eccleſ. Pictau. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 1071.

PSALMOGRAPHVS, pſalmorum ſcriptor, Dauidis epitheton. Occurrit apud Sidonium lib. 7. Epiſt. 9. Fortunat. lib. 9. carm. 2. PSALMIGRAPHVS, eadem notione, in Append. ad Agnelli Pontif. apud Murator. tom. 2. p. 215.

PSALMVS. S. Auguſtinus in Pſalm. 4. *Pſalmi dicuntur, qui canuntur ad Pſalterium, quo vſum eſſe Dauid Prophetam in magno myſterio prodit Hiſtoria.* Idem in Pſalm. 67. *Inter Pſalmum et Canticum hoc intereſt, quod Canticum ore proferatur, Pſalmus autem viſibili organo adhibito, id eſt pſalterio canitur.* PSALMI ABECEDARII, apud S. Auguſtin. Enarrat. in Pſalm. 118. concione 32. quorum verſus quilibet a primis litteris alphaberi incipiunt. Eiusmodi eſt Pſalmus, quem ſcripſit idem Auguſtinus contra partem Donati. V. Vitam S. Iſidori Epiſcopi Hiſpalenſis cap. 6. PSALMI ALLELVYATICI, S. Hieronymo Epiſt. 7. 17. 137. dicuntur, qui pro titulo habent *Alleluya*, cuius inſcriptionis nullam aliam rationem afferunt, quam quod Pſalmi iſti ſingularem ac feſtiuam Dei laudem prae aliis contineant: ii ſunt numero 20. nempe 104. 105. 106. 110. 111. 112. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 134. 135. 145. 146. 147. 148. 149. 150. PSALMI ANNIVERSATIALES, qui pro defunctis dicuntur. S. Wilhelmi Conſtit. Hirſaug. lib. 1. cap. 4. PSALMVS APERTIONIS, nempe, *Domine labia mea aperies, etc.* Regula Magiſtri cap. 44. *Oportet in nocturnis ab Abbate dici verſum Apertionis.* V. Amalarium de Offic. Eccl. lib. 3. cap. 9. PSALMI BAPTISMALES, numero tres, qui recitantur in *diebus baptiſmalibus*, nempe in Dominica nocte Reſurrectionis Domini, et Pentecoſtes, quia tria viria originalia, ſuggeſtionem ſcilicet Diaboli, carnis delectationem, et conſenſum animi a Catechumenis repelli poſtulat Eccleſia, vt ait Amalarius lib. 4. de Diuin. Offic. cap. 43. et 48. apud Mabillonium. PSALMVS CANTICI, *eſt cum organo praecinente, ſubſequens et aemula organi vox chori cantantis auditur, modum pſalterii modulis vocis imitata.* Ruffinus Aquileienſis in Pſalm. PSALMI COMMVNIONIS, qui tempore communionis canebantur in Eccleſia Carthaginenſi: quod tempore S. Auguſtini fieri coeprum teſtatur ipſe lib. 2. Retract. cap. 11. PSALMVS CONFESSIONIS, τῆς ἐξομολογήσεως, apud S. Baſilium Epiſt. 63. PSALMI DIRECTANEI, qui nulla modulatione, et *in directum*, vt aiunt, pronuntiantur. V. ſupra *Directaneus.* PSALMI DOMINICALES, qui diebus Dominicis in Eccleſia recitari ſolent. Martyrolog. c. 41. PSALMI FAMILIARES, apud Lanfrancum in Decretis pro Ord. S. Benedicti c. 1. ſect. 3. et Vdalricum in Conſuet. Cluniac. Monaſter. lib. 1. cap. 46. dicuntur *ii, qui in omnibus 12. lectionibus horas ſequuntur:* quorum *laborioſa, imo pluribus odioſa paulatim multis de cauſis eſt adaucta multiplicitas, quae quia multos grauabat, multorum, et totius pene conuentus poſtulatione in hac parte immutata eſt.* Verba ſunt Petri Abbatis Cluniac. in Statutis Ord. Cluniac. cap. 21. *Familiares* vero nuncupabantur quod pro familiaribus ſeu Monaſterii amicis et benefactoribus recitabantur: quod aperte docet Bernardus Mon. in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 75. Huic concinit S. Wilhelmus in Conſt. Hirſaug. lib. 1. c. 82. Interdum *Pſalmi verba mea* dicuntur eidem S. Wilhelmo ibid. cap. 9. quod ab eo Pſalmo inchoarentur: incoepti tamen aliquando a Pſalmo *Ad Dominum cum tribularer*, vt ex laudato Bernardo part. 2. cap. 32. diſcimus. PSALMI FERIALES, qui diebus ferialibus, ſeu in feriis in Eccleſia recitantur. Micrologus cap. 54. PSALMI FORTIORES, id eſt, longiores, in Reg. S. P. Benedicti cap. 18. PSALMI GRADVALES, quindecim Pſalmi, qui ad quinque paruas Horas congrue diſtribuuntur, in quotidiano Officio Deiparae, vt ait Radulphus Tungrenſis lib. de Canonum Obſeru. cap. 20. 21. Sic appellantur quindecim Pſalmi a Pſalmo 120. vsque ad 135.

quod

quod canebantur in 15. templi Salomonici gradibus, vel quia vox gradatim eleuabatur, vt ſcribunt Commentatores. Ii quotidie Quadrageſimali tempore recitati vsque ad Pium V. PP. qui in feriis quartis tantum eos in choro recitari ſtatuit, Bulla Breuiariis praefixa, qua ab hac obligatione eximuntur ii, qui extra chorum officium dicunt. PSALMVS IMPOSITVS, hoc eſt, praeſcriptus, in Guidonis Diſcipl. Farf. lib. I. cap. 38. PSALMVS INVITATORIVS: ita appellatur Pſal. 94. *Venite exultemus, etc.* in Capitul. Aquisgran. c. 66. in Ordine Romano, apud Alcuinum et alios; interdum nude *Invitatorium* appellatur, quod ſuauiter cenſuit Voſſius, eſſe certum Monaſterii locum, quo inuitarentur Monachi ad laudandum Deum. PSALMI MAGNI, PARVI; etc. Conſuet. Cluniac. an. 1301. ex Cod. MS. B. M. Deauratae Toloſ. *Hoc addito quod in hiis omnibus locis quindecim, triginta, familiares, Parui et Magni, et proſtrati Pſalmi, et ſeptem Pſalmi cum letania ſuo tempore ſuffragia . . . . cotidie nullatenus obmittantur, quin dicantur infimul.* PSALMVS MISERICORDIAE, quinquageſimus, *Miſerere mei:* ita appellatur a Gerualio Tilleberienſi in Otiis Imper. Deciſione, ſeu parte I. PSALMVS PROOEMIACVS, προοιμιακὸς, ſic dictus 103. *Benedic anima mea Dominum*, quod ab eo Graeci Veſperas, Miſſam, aliaque officia auſpicentur. PSALMI PLEBEII et VVLGARES, a priuatis imperitisque hominibus compoſiti, qui in Eccleſia decantari vetantur, can. vlt. Concilii Laodiceni, vbi ἰδιωτικοὶ dicuntur: *Plebeii*, veteri interpreti, quo loco Gloſſae interlineares MSS. plebeios, *verſificos Pſalmos* interpretantur, qui in Concilio Braccarenſi an. 563. cap. 12. vetantur. Nec aberrat ab hac interpretatione Agobardus lib. de Diuina Pſalmodia: *Sed et reuerenda Concilia Patrum decernunt, nequaquam Plebeios Pſalmos in Eccleſia decantandos, et nihil poëtice compoſitum in diuinis laudibus vſurpandum;* praecipue vero, vt ſubdit, ab hominibus quibuslibet, *quorum nec nomina, nec ſenſum, nec fidem nouit Eccleſia.* PSALMI POENITENTIALES. Vetus Poenitentialis MS. *Canteſque 7. Pſalmos poenitentiales, id eſt, Domine ne in furore, et Miſerere mei Deus ſecundum, Miſerere mei Deus meus, Deus miſereatur noſtri, Deus in adiutorium, Inclina Domine, De profundis.* Adde Appendicem ad Concilium Saleguntadienſe an. 1022. V. *Pſalmi ſpeciales.* PSALMI PROSTRATI dicuntur, qui ab humi proſtratis in Eccleſia recitantur, apud Lanfrancum in Decretis pro Ordine S. Benedicti c. 1. ſect. 3. Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſ. MS. cap. 1. *Primum ſeptem Pſalmos de Cantico Graduum proſtrati ſuper ſedes decantabunt.* Duos vero potiſſimum Pſalmos, *qui per ſingulas horas dicuntur a proſtratis*, recenſet. PSALMI REFECTIONVM, qui tam poſita quam leuata menſa a Monachis recitari ſolent, *et peculiariter Deo de benedicenda aut commendanda eſca per gratiarum actionem praebentur, et ſine antiphona directanei dicuntur: ſed in Dominica, vel in diebus feſtis cum antiphona, vel alleluia*, vt eſt in Regula Magiſtri 37. 43. PSALMVS RESPONSORIVS, qui *tractui* ſeu *gradali* hodierno reſpondet. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 8. V. *Reſponſorium.* PSALMI SALOMONIS, quos vt apocryphos laudant S. Athanaſius in Synopſi ſacrae Scripturae, S. Nicephorus Patr. CP. in Canone, et Theodorus Balſamon, qui, an ii ſint, quos edidit poſt Aduerſaria ſacra Ludouicus de la Cerda, alii viderint. V. Ferrandum in Praefat. ad Pſalmos cap. 16. PSALMI SPECIALES, 7. *Poenitentiales.* Capit. Aquisgran. an. 817. et Addit. 1. Capit. c. 50. PSALMI SVPERPOSITI, in Regula Magiſtri c. 50. V. *Superpoſitio.* PSALMI TYPICORVM, apud Graecos dicuntur 22. et 145. quod hi in officio Typicorum recitarentur: eorum vero priſmus πρῶτα τυπικὰ, alter vero δεύτερα τυπικὰ dicebantur. V. Goarum ad Euchologium. PSAL-

MVM LEVARE, V. *Leuare 6.* IN PSALMIS VENIRE. Charta ann. 1123. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 569. *Illae vero oblationes, quae offerentur in manibus Sacerdotum extraneorum, qui in Psalmis veniunt, sine malo ingenio eorum sint, cui dare voluerint sine malo ingenio.* PSALMI VERSIFICI, V. *Psalmi plebeii.* POENITENTIA PSALMORVM, in Poenitentiali S. Columbani dicitur, cum Monachus ob leuiorem culpam certum Psalmorum numerum decantare, vel recitare, in poenitentiam, iubetur. Adde Poenitentialem Gregorii III. PP. cap. 24. V. *Superpositio.* PSALMELLVS, antiphona ex Psalmo desumpta. Charta an. 1053. apud Puricellum in Monumentis Basilicae Ambrosianae pag. 428. *Ei vero, qui cantat Psalmellum, denarios duos, etc.*

PSALTA, ψάλτης, in Gloss. Lat. Graec.

† PSALTER, litteratus et litterarum patronus, t. II. Gall. Christ. Instr. p. 220. V. mox

PSALTERATVS, literatus, qui scit legere, *Psalterium* scilicet. Regula Magistri cap. 57. At qui *Psalteratus* hic, mox *Literatus* dicitur.

PSALTERISTA, Cantor Psalmorum. Longinus in Actis S. Stanislai Episc. Cracou. V. *Psalmista.*

PSALTERIVM. (1) Glossae Graec. Lat. ψαλτήριον, *Sambucum.* Papias: *Psalterium, genus organi musici est, quod artifex tenens, licet modulamine quodam sonorum suauitas quasi cantatio videatur, tamen non Canticum sed Psalmus de Psalterio nominatur. Canticum vero simplici voce cantantis exprimitur.* Auctor Mamotrecti ad 1. Paralip. cap. 12. *Psalterium dicitur canora cythara decem chordarum coaptata, quae cum plectro percutitur: Nablum vero duodecim sonos habens digitis tangitur.* (2) Liber continens Psalmos Dauidis, qui *liber Psalmorum* dicitur in Actis Apostol. cap. 1. S. Augustinus in Psalm. 118. *Codex Psalmorum, qui Ecclesiae consuetudine Psalterium nuncupatur.* (3) PSALTERIVM PVERORVM, dicitur in Charta Balduini Comit. inter Instr. tom. 3. nouae Gall. Christ. col. 22. *Psalterio puerorum acclamante:* lusti haereditabunt terram .... *Et iterum in eodem subsequuntur pueri lectitantes et dicitibus huius mundi significantes:* Nolite sperare in iniquitate, etc. Vbi ad pueros symphoniacos spectasse verisimile est. PSALTERIVS, eadem notione, in Charta Principis Adelgastri inter Concil. Hisp. tom. 3. p. 90. (4) Ioannes Episcopus Abrincensis de Offic. Eccles. *In omnibus Horarum precibus semper, Miserere mei Deus: cui, si placet, vnum Psalterium Psalmorum subiungatur.* Infra: *Post matutinum fratres in claustro .... Psalterium cum Litania communiter dicant.* Vbi, ni fallor, intelliguntur septem Psalmi Poenitentiales, quibus subnecti solent Litaniae Sanctorum. (5) PSALTERIVM denique appellatum obseruant viri doctissimi eam precationis formulam, quam vulgo Rosarii nomenclatura donant, eo quod 150. Psalmorum Dauidicorum numerum referat, eorumque vice substituatur. *V. Capellina 1.* et *Rosarium.* (6) Canticum in alterius infamiam compositum, apud Paulum IC. lib. 5. Sentent. cap. 4. (7) †Liber, codex quilibet. Ch. Ms. a. 1396.

PSALTERIZARE, Psalterio canere. Helinandus apud S. Antonin. part. 3. tit. 18. §. 5.

PSALTIM, pro *Saltem*, ex vet. Cod. MS. laudato in Append. Annal. Bened. tom. 1. p. 704. col. 1.

PSALTVS, f. pro Saltus, ex corrupta dictione. Charta Gisilae sororis Caroli M. an. 799. apud Felibian. inter Probat. Histor. Sandion. pag. 44.

† PSATIRA, *duplicia vendens propositio* (sic), in Glossar. vet. Cod. 7613.

† PSEPHISMA, consultum decretum, ψήφισμα, in Nouell. 137.

† PSETA, piscis alias *Platessa* dicta, in Tract. Ms. de Pisc.

† PSEVDENEDROS, vox Graeca, insidiator fictus, apud Firmicum lib. 3. c. 3.

PSEVDEORVM, V. *Pseudoforum.*

PSEV-

PSEVDO, a Graec. ψευδὴς, falso. Chronic. Sicil. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 10.

PSEVDOALYTHINVS, subpurpureus, non omnino purpureus, sed ad candicans accedens: quo sensu Auctor libri de Coena Domini, qui inter Cypriani opera editus est, losepho *Pseudoalitinam vestem* tribuit.

PSEVDOCALIDVS, semicalidus, Gall. *tiede*. Marcellus Empiricus cap. vlt. p. 252.

PSEVDOCASTELLVM, munimentum extemporaneum, quod castelli vicem praebet. Fulcherius Carnot. lib. 3. Histor. Hieros. cap. 55.

PSEVDOCASTVS, apud Auctorem Praedestinati lib. 1. p. 15.

PSEVDOCHORITA, pro *Pseudenachoreta*, vtitur Auctor Vitae B. Stephani Abbat. Obasinensis lib. 1. cap. 5.

PSEVDOCOMITATENSES, Numeri militares, sic dicti in Palatina militia, quorum mentio non vno loco in Notitia Imperii, et in Cod. Theod. leg. 10. de Numerar. et l. vlt. de Re militari, vbi multa lac. Gothofred.

PSEVDOCOMITES dicti, quos Stephanus Rex creauit, et Henricus II. deposuit. V. Robert. de Monte ad an. 1156. Haec Spelm.

PSEVDOCONVERSVS, apud Lambertum Ardensem pag. 175. *Pseudomonachus*.

PSEVDODOCTOR, in Capitulari Aquisgranensi ann. 789. cap. 80. Id est, falsa docens.

PSEVDOEPISCOPVS, qui nomen Episcopi mentitur. Vitae Patrum Emerit. inter Concil. Hisp. to. 2. pag. 649.

PSEVDOFILIVS, vox ibrida, apud Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 23.

PSEVDOFLAVVS, subflauus, leoninus. Marcellus Empiricus cap. 8. pag. 66.

PSEVDOFORENSIS VILLA, f. quae in suburbio est, Gall. *Fauxbourg*. Statutum Capituli S. Martini Turon. an. 922. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 62. *Hortatu et suasione atque seruitio cuiusdam fidelis. fratris . . . . Adam sacerdotis et graticarii, nec non et Pseudoforensis villae praepositi, etc.*

PSEVDOFORVM, posticum, ψευδόθυρον, Gallis *Fausseporte*. Papias; *Pseudoforum, i. posticum, i. latens ostium remotum a publico*. Perperam in edito, *Pseuderorum*, et in MS. Nauarraeo, *Pseuderorum*. Sulpitius de Vita S Martini lib. 3. Dial. 16.

PSEVDOFRATRES, in Regula Templariorum Militum cap. 21.

PSEVDOGRAVS, falsus testis, vt uidetur. Eddius in Vita S. Wilfridi saec. 4. Bened. part. 1. pag. 711.

PSEVDOGRAPHAE NARRATIONES *et dubiae*, quae vulgo *Apocryphae*, quibus opponuntur *Libri Canonici et Catholici*, in Capitul. Aquisgran. an. 789. cap. 76. et lib. 1. Capit. cap. 73. *Pseudographae et dubiae narrationes, vel quae omnino contra fidem Catholicam sunt, etc.* Vbi quidam Codices habent *Pseudographiae*. V. Quintilianum lib. 1. cap. 17.

PSEVDOGRATIA, falsa gratia, Dei scilicet. Vtitur Ioan. Sarisber. lib. 2. Policrat. cap. 29.

PSEVDOLACTINVS, subalbus, subcandidus, cinericius, Gr. λευκοφαὴς, Gall. *Gris*. Ioan. Diaconus lib. 4. Vitae S. Gregorii M. cap. 83. *Pseudolactinei*, apud Bollandistas to. 2. Martii p. 205.

PSEVDOLIQVIDVS, non omnino liquidus. Marcellus Empir. cap. 16. pag. 115.

PSEVDOLOLLARDI nuncupati in Anglia Wicleffi sectatores. V. *Lollardi*. Henricus Knyghton. *Principio Pseudolollardi prima introductione huius sectae nefandae vestibus de russeto vtebantur*.

PSEVDOMILES, falsus miles. Arnulphi Hist. Mediolan. apud Murator. to. 4. p. 9.

PSEVDONVNCIVS, missus desidiosus, tardus, ob idque falsus nuncius, cum nuncii est diligentem esse. Litterae Edwardi III. Reg. Angl. ann. 1323. apud Rymer. tom. 4. pag. 10.

PSEVDOPEREGRINVS, apud Lambertum Ardensem pag. 175. qui

non pietatis gratia peregrinationem ſuſcipit.

PSEVDOPRAESIDENS, qui officio ſuo deeſt, in Epiſt. Ioannis de Monſterolio apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1381.

PSEVDORVM, V. *Pſeudoforum*.

PSEVDOSANCTITAS, vox ibrida, in Vita S. Guthlaci cap. 32. Simulata ſanctitas.

PSEVDOSERICVM, pannus ex ſerico et tela contextus. Occurrit in Notis Tyronis pag. 159.

PSEVDOSYLLABVS, oratio ſeu ſcriptio, quae falſa continet. Adrianus PP. in Epiſt. ad Epiſc. Hiſp. tom. 2. Conc. Hiſp. pag. 92.

PSEVDOTHEOSEBIA, a Gr. ψευδοθεοσέβεια, Religio falſa. Fridegodus in Vita S. Wilfridi ſaec. 3. Bened. part. 1. p. 184.

PSEVDOTHYRVM, ψευδόθυρον, quod Sulpitio Seuero *Pſeudoforum* dicitur, poſticum aliis, Gall. *Fauſſeporte*. *Averſa porta*, Livio lib. 10. et Tacito lib. 3. Annal. Auctor Quaeroli: *Eamus huc ad Pſeudothyrum quam noſti bene*. Ammianus lib. 14. *Per Palatii Pſeudothyrum introducta*.

† PSIATICVS MORBVS, ſ. monachos ſignificat errori potiſſimum ſauentes, quod in *pſiathis* cubare ſolerent. Ludewig. tom. 9. Reliq. p. 332.

PSIATIVM, PSIATHVS, matta, ſtorea, teges, ex iunco aut papyro confecta; Gallis *Nate*, in qua et cubabant et conſidebant Monachi. Gloſſae Graeco-Lat. ψιάθος, *Teges, ſtrataria, mactra*. Vbi legendum *matta*, vt in alio Gloſſ. *matta*, ψιάθος. Gloſſae eaedem Lat. Gr. *Teges*, ψιάθος, σχέπασμα. *Tegetarius*, ψιαθόποιος. *Tegetarius*, ψιαθοπλόκος. Miſcell. Theodiſc. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 1. col. 383. *In Pſiatio, in tachum*. Papias: *Pſacium, cilicium, cinis, holocauſtum*. Regula S. Fructuoſi cap. 19. *Lectum tamen ſternere mandamus corio aut Pſiatho, quod Latine ſtorea nuncupatur*.

PSICOLVTRA, in Notis Tyron. pag. 184. ex Graec. ψυχόλουτρον, *Frigidarium*.

PSILLIA. Anaſtaſius Biblioth. in Paſchali PP. pag. 152. *Enim vero in dicto altari obtulit veſtem albam ſigillatam cum roſulis habentem in medio crucem de blattin cum Pſilliis*. Ψέλλιον Graecis *armillas* et *dextralia* ſonat: ſed non video quomodo *armillae* conueniant cum veſte altaris, niſi vice limbi attextae fuerint. Verioſimilior videtur Bollandiſtarum ad hunc locum tom. 3. Maii pag. 398. coniectura qua reſtituunt *Pſillia* pro *Pſillia*, ita vt intelligatur purpura paruis quibusdam maculis eleganter inſperſa; quae maculae nomen habeant a forma pulicum, qui Graecis ψύλλοι, vnde ψύλλιον, herba pulicaris, niſi malis, addunt iidem, ornatum illum comparare huius herbae foliis.

PSISTOFORVS, Lugdunenſis ciuitatis epitheton, to. 7. Sept. p. 747.

PSITARCIVM, ſacculus vel ciſtella, qua panis cibusue defertur. V. *Sitarchia*.

PSITICVS, pro *Pſittacus*, ni fallor, apud Bernhard. de Breydenbach Itiner. Heroſol. p. 222.

PSITTACI, factionis nomen, V. *Stelliferi*.

PSODANNA, ſuperſtitionis ſpecies, († Forte pro *Pſeudodiuina*,) cuius mentio fit in Statutis MSS. Augenſi Epiſc. Conferan. an. 1280. *Diuinationes, ſortilegia, faſcinos, Pſodanna, augaria, et alia quaelibet ſimilia ſuperſtitioſa remedia . . . . obſeruari et fieri, eisdem fidem adhiberi penitus prohibemus*. Ibidem infra: *Sortilegi, diuini, malefici, incantatores, augures, aruſpices, daemones pro quacumque cauſa invocantes, Pſodanna vel ſinualia* (f. ſimilia) *facientes*.

PSYCHICI, animales, a Graeco ψυχικοί. Hac appellatione Catholicos quaſi ſpiritualibus Montaniſtis oppoſitos paſſim in ſcriptis exagitat Tertullianus.

PSYCHOMACHIA, vox Graeca, Animae conflictus. Vita S. Agricii Epiſc. Treuir. tom. 1. Ian. p. 773.

PSYCHROLVSIA, Graec. ψυχρολουσία, Frigidum lauacrum, apud Cael. Aurel. Acut. lib. 1. cap. 14. et Tard. lib. 1. cap. 1. Hinc

PSYCHROLVTA et PSYCHROLVTES, apud Senec. Epist. 53. et 83. Qui frigido lauacro vtitur.

PTALMVS, perperam pro *Opthalmus*, a Graeco ὀφθαλμὸς, Oculus, in Vita MS. S. Winwaloei fol. 129.

PTERARIA. Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de axilis et alio materiamine, quid de Pterariis, quid de leguminibus, quid de milio et panico, etc.* Videtur legendum *Petrariis*, i. locis vnde *petrae* et lapides eruuntur. V. in hac voce.

† PTHEOLONIVM, exactionis species a *telonio* distincta, apud Hontheim. Hist. Treuir. to. 2. p. 248.

PTIGMATA, *Cauſiae*, in Gloſſis Iſidori, vbi perperam *pitigmata*: ex Graec. πτύγμα, linteum duplicatum, cuiusmodi sunt *Cauſiae*. V. in hac voce.

† PTILOSIS, *groſſitudo palpebrarum putrida*, in Gloſſ. medic. Sim. Ianuenſ.

PTISANARIVM, *mortarium*, a *Ptiſanis*. Ita Papias, qui addit Ptiſanas proprie dici, *quae fieri ſolent in pila, etc.* V. Vgutionem, Gorraeum in πτισσάνη, et Onomaſticum Rosweidi ad Vitas Patrum.

PTOCHIVM, domus pauperum hoſpitio deputata, ex Gr. πτωχεῖον, quod et πτωχοτροφεῖον Graeci vocant: *Locus ſcilicet venerabilis in quo pauperes et infirmi homines paſcuntur*, vti definitur a Iuliano Anteceſſore. Πεντοτροφεῖον dixit Conſtantinus Monaſtes in Tiberio Conſtantino. Teſtamentum S. Remigii Remenſis Archiepiſc. *In Ptochiis, Coenobiis, Martyriis, Diaconiis, Xenodochiis, etc. Prothocium* perperam, ni fallor, pro *Ptochium* aut *Xenodochium*, habet Iohann. de Ianua. Adde idem Concil. cap. 8. et Creſconium cap. 197.

PTOCHOTROPHIVM, eadem notione, in lib. 2. Capit. cap. 29.

PTOLOMARE, regnare, imperare more *Ptolomaeorum* Regum Aegypti, qui omnes ab Alexandro M. vsque ad Cleopatram Ptolomaei vocari sunt. Tabularium S. Seuerini Burdegal.

PTONGVS, ſonus, a Graeco φθόγγος. Carmen Hermanni de Muſica apud Pezium in Praefat. tom. 1. Anecd. pag. XIII. V. *Puenga*.

PTVNGAR, V. *Pertongar*.

PVBANTIA, venditatio quae puberem deceat. Barthol. in Annal. Genuenſ. ad an. 1243. apud Murator. tom. 6. col. 503.

PVBEDA, V. *Pubeta*.

PVBELLIVS, φώγερος, in Gloſſ. Lat. Graec. Vulcanius reſtituit, *Rubellius*.

PVBERALE, ἐφήβαιον, in Gloſſ. Graec. Lat. Pubes, pecten.

† PVBERALIS, iuuenilis, vt pubes decet, in Ch. Mſ. a. 1404.

PVBESCENTIA, *prima lanugo*, in Gloſſar. Gaſp. Barthii ex Baldrici Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 179.

PVBETA, *Adoleſcens*, in Gloſſ. Iſidori. Gloſſae aliae: *Pubeda, iuuenis ſine pube*. Alibi: *Pubeda, adultus*. Vtitur Martianus Capella lib. 1. et 9. p. 12. et 308.

† PVBILIS, ad pubes pertinens, in Conſuet. Carcaſſ.

† PVBLICA. (1) Solemne et publicum examen, actio publica in vniuerſ. Toloſana, in Stat. eiusd. (2) Tabula in loco publico affixa, in qua officiales hebdomadarii inſcribuntur. Pez. to. 1. Script. p. 424. (3) Mulier publice ſeu ſolemne nupta, lib. 1. n. 12. Saec. 1. Bened.

PVBLICALIVM, vt infra *Publicum*. Litterae Ottonis III. Imperat. in Diſſert. hiſt. de ſummo Apoſtol. Sedis imperio in Comit. Comacl. edit. 1709. p. 19. Vbi leg. forte *Publicatiis*. V. in hac voce.

PVBLICANI, V. *Populicani*.

PVBLICANVM, V. in *Publicum*.

PVBLICANVS, vt infra *Publicus*, iudex publicus, ap. Acher. to. 8. Spicil. p. 127.

PVBLICARE. (1) Nude pro Allegare, in iure ſiſtere, apud iudicem inducere, in Cod. Theod. leg. 11. tit. 30. de appellat. Adde leg. 9. tit. 10. de perit. (2) Actis inſerere. L. nulli 28. §. cum autem. C. de Epiſc. etc. apud Pancirol. lib. 1. var. lect. cap. 77. V. *Publicus*. (3) In *publicum* ſeu fiſcum

fiſcum redigere, confiſcare, apud Lam. in Delic. erud.

PVBLICARIVM, idem quod *Publicum* 2. tributum, vectigal. Gloſſ. Gr. Lat. δημόσιον, τελώνιον, *publicarium*. In Caſtigat. ex MSS. *Publicanum*. Vocabul. vtriusque Iuris: *Publicaria dicuntur ea quae ob aliquod delictum ſic enorme in publicum aerarium deuoluuntur*. Charta Friderici Imperat. an. 1158. apud Vghellum tom. 2. pag. 518. Occurrit ibi non ſemel.

PVBLICARIVS, publicanus. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 8.

PVBLICATIO. (1) *Publica direptio*, in Gloſſ. Gaſp. Barthii ex Baldrici Hiſt. Palaeſt. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. pag. 163. (2) Frequentia, Gall. *Concours*. Acta S. Eparchii tom. 1. Iul. pag. 412. *Coepit ipſa Publicatio ſeculi ei eſſe horribilis*. (3) † Propagatio, t. 7. Ordin. reg. Fr. p. 195.

PVBLICE. (1) *Actum publice*, Clauſula non in priuatis modo, ſed et regiis diplomatibus ſaepius vſurpata ſub tertia ſtirpe Francica, aliquando etiam recepta ſub Carolingis, ſed rarior regnantibus Merouoeadis, vt docet Mabillonius Diplomat. lib. 2. cap. 27. num. 10. Cuius vocis originem inde accerſit, quod olim acta quaeuis authentica coram magiſtratu et iudicibus publice conderentur, aut certe relegerentur ante conſcripta. (2) † Vulgariter, in Ch. Mſ. an. 1407.

PVBLICIANA ACTIO, vox forenſis, cuius vim declarat Gloſſa in cap. Abbate. de Sentent. et re iudicata. in ſexto. §. Dominii: *Si talis emptor, antequam vſucapiat, a poſſeſſione cadit: petit rem a poſſeſſore iure quaſi dominii, et appellatur Actio Publiciana. Si autem poſt vſucapionem a poſſeſſione cadat, tunc non competit Publiciana, ſed datur ciuilis actio, ſcilicet rei vindicatio ſecundum quosdam vtilis, ſecundum alios directa*. ff. de publ. l. 1. Dicta eſt autem *Publiciana* a Publicio auctore, qui eam inuenit, vt Inſtitut. de Act. §. Aliae. Haec poſt Macros in Hierolex.

PVBLICITER, publice, in Praecepto Ludouici Pii an. 820. apud Baluz. in Append. ad Capitul. Ch. 37. et in Capitulari Sueſſionenſi an. 844. cap. 2. edit. Baluzianae: vbi aliae editiones habent *publicitus*.

PVBLICVM. (1) Nude, pro Charta, diploma. Charta an. 1304. in Macer. Inſulae Barb. tom. 1. pag. 194. *De praedictis Pontius de Guiziaco prior de Sallono, petiit ſibi nomine dicti domini abbatis et monaſterii fieri ſibi Publicum*. V. *Publice*. (2) Tributum, vectigal, Graecis δημόσιον. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 44. (3) Fiſcus, aerarium publicum, vt in Pragmatica Sanctione Iuſtiniani cap. 23. et apud Iulian. Anteceſſor. Conſt. 1. §. 1. 2. Conſtit. 30. 46. 89. §. 5. 6. (4) IN PVBLICO, palam. Capitula Caroli Magni lib. 1. cap. 81. *Nec in Publico veſtimenta lauare, nec herbices tondere habeant licitum*, in diebus Dominicis.

PVBLICVS, iudex publicus. Lex Longob. lib. 2. tit. 51. §. 1. V. *Iudex publicus*, *Palatium*, *Publicanus*, *Villa*. PVBLICA FORMA, vſu et conſuetudine recepta, authentica. Charta an. 1329. to. 2. Hiſt. Dalph. p. 223. PVBLICAE PERSONAE, quae acta ſcribebant, l. Orphanotrophos, Cod. de Epiſc. et Cleric. apud Pancirol. lib. 1. Var. lect. cap. 77. PVBLICA SCRIPTVRA vel *Forenſis*, quae fiebat, vel inſerebatur actis, l. comparationes, Cod. de fide inſtr. etc. ibid. V. *Publicare*.

PVCABINA, pro *Pittanina*, vt recte monet V. Cl. *Secouſſe*, in Conſuet. Vernolii ann. 1365. inter Ordinat. Reg Franc. to. 4. pag. 644.

PVCATRIX, Ἑταίρεια, in Gloſſ. Graec. Lat. In Cod. Sangerm. *Putatrix*: at legend. cenſet Vulcanius *Fucatrix*.

PVCCIOLVM VINVM, quod Latinis Lora ſeu aqua in vinaceis macerata, de qua Plinius lib. 14. cap. 10. ita Matth. Siluaticus.

PVCELLA, virgo, a Gall. *Pucelle*. Charta ann. 1494. ex Tabular. Maſſil.

PV-

PVCELLAGIVM, siue *Virginitas*, apud Bractonum lib. 3. Tractat. de Corona c. 21. §. 13. c. 28. §. 2. ex Gallico *Pucelage*, quasi *Puellagium*. Hinc in vet. MS. inrer Plac. Mich. an. 19. Edw. III. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Pullagium* idem quod *Puellagium* sonat.

† PVCINVS, pullus, Gall. *Pouſſin*, in Ch. Mſ. a. 1281.

PVCTA, pro *Puncta*, Lingua terrae, Gall. *Pointe de terre*. Charta ann. 1192. ex Cod. MS. Biblioth. D. Abbat. de Crozat.

† PVDENDAGRA, lues Hiſpanica, apud Auger. Ferrerium.

PVDENTIA, *αἰσχύνη*, in Gloſſ. Lat. Graec. in Cod. Reg. *Pudor, verecundia*. Gloſſ. Lat. Gall. Sangerman. ex Ioh. de Ianua: *Pudentia, Vergoingne*.

PVDIMENTVM, *αἰδοῖον*, *Pudendum, penes*, in Gloſſ. Gr. Lat. et Lat. Graec.

PVDIOLVS, pro *Podiolus*. Vide *Podium* 2.

PVDITVS, pro *Putidus*, in Gloſſ. Iſid. V. ſupra *Blenones*.

PVDOR, pro Putor, fetor, Gall. *Puanteur*. Geſta Epiſc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 246.

PVDORATVS, *pudore ſuffuſus; expudoratus, extra pudorem poſitus*. Ioannes de Ianua. Eccli. c. 26. v. 19. *Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta et Pudorata*. V. *Pudorificus*.

PVDORIFICARE, pudore ſuffundere. Leges Baronum Scoticor. ſeu Quoniam Attachiamenta cap. 47. §. 7. Hinc

PVDORIFICVS, vt *Pudoratus*, in Litt. an. 1378. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 42. *Vrget Pudorificae ſponſae Chriſti calamitas*.

PVDOROSVS. Gloſſ. Graec. Lat. *αἰδημονῶν, Modeſtus, Pudoroſus, verecundus, pudens*.

PVDVCLARE, PEDVCLARE, pediculis purgare, pediculos abſtergere a veſtibus. Gloſſae veteres, editae ab H. Stephano pag. 336. *Pediculo, φθειρίζω, Poduclat, φθειρίζει*. Vbi *φθειρίζει*, non idem eſt quod *φθειριᾷ, pediculis ſcatet*: ſed *pediculis purgo*. Sic in iisdem Gloſſis *Pulico, ψυλλίζω*, redditur, hoc eſt *pulicibus purgo*. Gloſſ. Gr. Lat. *φθεὶρ, peduculus: φθειρώδης, peduculoſus: φθειρώνης, peduculario: φθειρίζω, peduculo*. Regula Magiſtri cap. 81. *Habere debent fratres in hieme paratum groſſum quotidianum ſtamineam, et tunicam aliam nocturnam, quam poſt nocturnos Puduclent, quia in die diuerſis occupantur laboribus*. Hic haeret eruditus Gloſſator. V. Caſaubonum ad Theophraſti characteres pag. 326.

PVEGA, funis nautici ſpecies. Informat. de paſſagio transmar. ex Cod. MS. Sangerm. *Item debet habere ipſa nauis duas Puegas et VI. gratillos et ſarciam ſubtilem, etc.*

PVELLA nude, pro puella honoraria. Teſtamentum Ermentrudis in Liturg. Gall. p. 463. PVELLAE FAVSTINIANAE, in numiſmate aureo et argenteo Fauſtinae matris, quod exhibet Vaillant tom. 2. Numiſmat. praeſtant. pag. 174. His lucem affert Capitol. in Antonino Pio: *Puellas alimentarias in honorem Fauſtinae Fauſtinianas conſtituit*. Idem in Marco Aurelio: *Nonas Puellas Fauſtinianas inſtituit in honorem uxoris mortuae*. Eiusdem conditionis erant *Puellae Mammaeanae*, quas inſtituit Alexand. Seuerus. Inſcript. apud Gruter. 1084. 7. meminit *puerorum Puellarumque Vlpianorum* in honorem Traiani inſtitutorum. V. Vandal. Diſſert. 1. cap. 11. pag. 164. PVELLA ILLVSTRIS inſcribitur Catharina Imperatrix CP. in Charta ann. 1301. ex Cod. Colbert. 2591. PVELLA, cognominatus Guillelmus Abbas Fiſcanenſis *pro decore*, inquit Ordericus Vitalis lib. 11.

PVELLARE, monaſterium puellarum. Tabular. S. Benedicti Floriac.

† PVELLARIA, cantilena amatoria, in Comoed. ſine nomine.

PVELLARIVS, *παιδεραστὴς*, in Gloſſ. Gr. Lat. MS. Perperam in edito *pullarius*. Fragm. Petronii: *Imo etiam Puellarius erat, omnis Mineruae homo*. V. *Puerarius*.

PVENCHATGE, idem forte quod *Puginata*. Tabul. Voſienſe fol. 79. *Dominus*

mus Deo et S. Petro Veſtenſi in manu domini Ademari abbatis tres minas de Puentliatge de la Comba de bracchar, etc.

PVERLARE. V. *Praeplare.*

PVER. (1) Homo, famulus cuiuslibet aetatis, ſubditus: quomodo apud Athenienſes παῖδας ſeruos et famulos appellatos docent Ammonius in παιδίκη, et Moſchopulus lib. περὶ σχεδῶν pag. 135. S. Ambroſius de Abraham lib. 1. c. 9. *Pueros dicimus, quando ſeruulos ſignificamus, non aetatem exprimentes, ſed conditionem.* Vita S. Dominici Loricati ſaec. 6. Bened. part. 2. pag. 150. *Puer quidam deſpicabilis, qui ad exſequendum quodcumque negotium in adminiſtratione remanſit, etc.* PVER MINISTERIALIS expreſſius dicitur in Fragm. Epiſtol. Pelagii I. PP. apud Baluz. tom. 5. Miſcell. pag. 466. *Nec enim eiusdem aeſtimationis eſt artifex et miniſterialis puer contra ruſticum vel colonum.* PVERI BONI, ſcholares pauperes. Charta a. 1377. apud Miraeum tom. 1. pag. 783. PVERI DOCTRINAE, eadem notione, qui in Collegio, quod *Domum doctrinae* vocant, inſtituuntur. V. Limborch. Hiſt. Inquiſit. lib. 4. cap. 41. PVERI MONASTERII, ſymphoniaci. V. ſupra in *Infantes.* PVERI, dicti filii Principum. V. in eadem voce *Infantes.* (2) Miles. Gregor. Turon. lib. 2. Hiſt. cap. 11. (3) Pro Mancipio, occurrit non ſemel in Diurno Roman. c. 6. tit. 14. 16. 17. 18. c. 7. tit. 16. (4) Filius, quomodo Gallis *Enfans* dicuntur. Gregor. Turon. lib. 6. Hiſtor. c. 35. (5) PVERI, dicti Clerici minores. Charta Girberti Epiſc. Pariſ. an. 1132. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 59. (6) † Pro puella, to. 2. Iun. p. 566.

PVERALIS, PVERALIVS, παιδικός, in Gloſſ. Gr. Lat. In Cod. Sangerm. *Puerilis.*

PVERARIVS, παιδεραστής, φιλόπαις, in Gloſſar. Latino-Graeco.

PVERARIVS, adiect. Puerilis. Guibertus in Vita ſua lib. 1. cap. 14.

PVERASTER, Gloſſ. Gr. Lat. Ἀντίπαις, *inuenis, Pueraſter.*

PVERICELLVLI, cameparii, cambellani, ſeu qui vulgo Gallis, *Valets de Chambre* dicuntur. Vita S. Fructuoſi num. 2.

PVERIGER, pueros generans. Fulgent. Mythol. lib. 1. *Semina Puerigera viſceribus infundere.*

PVERITER, in modum pueri. Hiſt. Translat. S. Bathildis, num. 6.

PVERITIA, nouitas, Gall. *Nouueauté.* Praeceptum Ludouici VII. Reg. Franc. an. 1157. inter Inſtr. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. col. 42. V. infra *Puerus.*

PVEROSVS, παιδικός, in Gloſſ. Graec. Lat.

PVERPERIVM. (1) Partus, foetus. Abdias Babylonic. lib. 3. Hiſt. Apoſtol. pag. 37. Vox nota Sueronio. (2) Os vteri, apud Burchardum Vormac. de Poenit. lib. 19. fol. mihi 278. vo. (3) PVERPERIVM quid ſit in Ordinar. Eccleſ. Lexouienſis, exponitur ad diem Natiuit. Domini: *Ante manus altare Puerperium ponitur, ſcilicet quaedam tonalia ſuper coiſſinum et textus eburneus.*

PVERVS, adiect. Nouus, recens, iuuenilis, puerilis. S. Paulinus de S. Felice Natal. 10. V. *Pueritia.*

PVGA, collis, eadem notione qua *Podium* 3. V. in hac voce. Notitia an. 832. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 769. V. *Puialis* et *Puius.*

PVGIL, *campio*, in Foris Bigorrenſibus art. 20. Tabular. S. Germani Pariſ. ſub Hugone. V. *Campio.*

PVGIL, adiect. Athleticus, robuſtus, validus, in Chron. Trivetti ex Epiſtola Petri Bleſenſ. tom. 8. Spicil. Acher. pag. 434.

PVGILARE, duello contendere. Guibertus lib. 3. de Vita ſua cap. 14.

PVGILLARI, pugnis, ſeu pugilis more luctari. Apuleius de Deo Socrat.

PVGILATOR, πυγμαχιστής, in Gloſſ. Lat. Graec. Pugil. Arnobius lib. 1.

PVGILLARES, inter miniſteria ſacra, quae Pontifici ad ſtationem procedenti praeferebantur, recenſentur: quos eosdem eſſe cenſet Panuinius cum fiſtulis, aureis vel argenteis, quibus Fideles ſacroſanctum Chriſti ſan-

sanguinem hauriebant, quarumque solus Romanus Pontifex vsum adhuc obseruat. In ea sententia est perinde Cassander in Liturgicis pag. 53. PVSILLARIS, pro *Pugillaris*, eadem, ni fallor, notione. Charta Heccardi Comitis Augustodunensis ex Tabulario Perfiacensi in Burg. pag. 26. *Vna furcella aurea cum Pusillares duos, et illo balteo minore cum gemmis, etc.*

PVGILLARIVS, pugillares, Gall. *Tablettes pour écrire.* Synodus Hibern. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 24.

PVGILLATA, quantum pugillo continetur, Gall. *Poignée.* Ceremoniale Romanum Cencii Cardinalis.

PVGILLATOR, *qui de manu in manu nummorum aliquid subtrahit.* Gloss. MSS. Sangerman. num. 501. *Poingneur*, in Statuto an. 1320. to. 2. Ordinat. Reg. Franc. pag. 581. dicitur qui ex officio moruas computant, quae binae numerantur, quod Galli *Poignée de morue* vocant.

PVGILLONES, *pugillatores*, in Gloss. Isid.

PVGILLVS. (1) Modus agri. Tabular. Casauriense: *Terram petiam vnam per mensuram quartarum sex, et aliam petiam per mensuram sextarium vnum, et Pugillos sex.* V. *Pugneriata.* (2) PVGILLVS, vel PVGILLVM, alia notione, apud Laurentium de Leodio in Histor. Episcopor. Virdunensium pag. 288. *Sub eo ista Ecclesia amisit tria pretiosa pallia, duas magni pretii cappas, duo candelabra argentea sex marcarum, foratagia* (foragia) *vini ciuitatis, et Pugillum.* Necrolog. Eccl. Tullensis, vbi de Gerardo II. Episc. *Gerardus electus Tullensis dedit medietatem Pugilli ipsius ciuitatis.* Idem videtur quod ius mensurae vel *moltae*, Pensitatio scilicet quam a vassallis exigit dominus pro frumenti mensura vel molitura in molendinis suis. V. in *Puginata* et *Pugnanderia.*

PVGINATA, PVGNEIA, *Pugillata*, Gallis *Poignée.* Vetus Martyrologium S. Catharinae de Valle Scholasticorum Parisiens. etc. vbi minime obscurum est per *puginatas* vel *pugneias* significari aliquid ex iis rebus, quae in aula regia ministrantibus nomine *liberationis* suppeditabantur, maxime vero ea voce indigitari videntur candelarum fascículi, quos *Pongnée de chandoille* constanter vocat Philippus V. in Statuto pro Hospitio suo a. 1317. ex Cod. MS. Sangerman. V. *Poinanderia*, *Pugillus* 2. et *Pugnanderia.*

PVGINVS, pullus, Gall. *Poussin.* Codex censualis Castellionis Dombensis an. 1463. V. *Pulcinus.*

PVGIO, acumen, Gall. *Pointe.* Elmham. in Vita Henrici V. Regis Angl. edit. Hearnii c. 64. p. 177.

† PVGISSA, monetae Gallicae minutioris speciés, eadem quae *Pogesia.* Ch. Mss.

PVGIVM, collis. V. *Podium* 3.

PVGIVS, vt *Pulcinus*, pullus, in Cod. censuali Calomontis. Vide *Puginus.*

† PVGLOLIVM, foramen, in Stat. Taurin.

PVGNA. (1) Pugni ornamentum, Gall. *Poignée.* S. Audoënus in Vita S. Eligii apud Duchesnium tom. 1. pag. 629. *Quotiens brachile aureum, Pugnamque auro gemmisque comptam sibi subripuis* (Eligius) *tantum vt miseris subuenires?* Alii *Pangam* legunt. V. in hac voce. (2) Forte pro *Punga*, a verbo *pungere*, instrumentum aliquod in acumen desinens, quo *cappa* aliaeque vestes claudúntur. Inuentar. ornament. Eccl. S. Victoris Massil. (3) Duellum, monomachia, seu iudicium duelli. Lex Longob. lib. 2. tit. 55. *In quibus causis Pugna prohibeatur, vel fieri debeas.* Pallim toto titulo. PVNNA, eadem notione, in Notitia an. 971. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 152. PVGNARVM EXPVRGATIO, *Duelli* emenda seu mulcta, quae domino debebatur. Diploma Friderici Ducis Austriae ann. 1243. apud Ludewig. to. 4. Reliq. MSS. p. 226.

PVGNABILIS, pugnax, bellicosus. Sallas Malaspinae de Rebus Sicul. apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 297.

† PVGNA-

† PVGNALE, pugni ornamentum, in Inuent. Mſ. theſ. Sed. Apoſt.

† PVGNALIS GLADIVS, pugio, ſica, Ital. *Pugnale*, in Ch. Mſ. an. 1386.

PVGNANDERIA, pugillata frumenti vel farinae, quae debetur Molendinario. V. in *Formiſtare*.

PVGNARE, duello rem dirimere, in Legibus Burgund. tit. 45.

† PVGNATA. (1) Quantum pugno continetur, Gall. *Poignée*. Stat. Auellae. (2) Colaphus, in Ch. ann. 1339.

PVGNATORIA, i. q. *Pugnanderia*, in Charta an. 1414. ex Schedis Praeſ. de Mazaugues; Prouincialibus etiamnum *Ponhgnadeuiro*.

PVGNEIA, V. *Puginata*.

PVGNERIA, annonariae menſurae ſpecies, idem forte quod *Puginata*. Vaſconibus *Pugnera lou gran*. Regeſtum Delphinatus apud Dionyſium Saluaingum Boiſſium lib. de Placito Dominico pag. 62. V. *Pugnieria*. Hinc

PVGNERIATA, modus agri apud Occitanos, vnius *pugneriae* ſementis capax. Charta Occitana a. 1300. ex Regeſto Tabularii Regii. V. *Pugillus* 1. et *Punieyrata*.

† PVGNETA, i. q. *Pugneria*, in Ch. Mſ. a. 1218.

† PVGNETVS, idem, in alia, a. 1262.

PVGNIERIA, vt ſupra *Pugneria*. Transactio inter Abbatem et Monachos Craſſenſes an. 1351. ex lib. viridi fol. 53.

PVGNIRE, PVGNITIO, pro Punire, punitio, apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. pag. 860. et Perard. in Burgund. pag. 338. et alibi paſſim.

PVGNIZARI, pugnis caedi, in Vita S. Theodardi Archiep. Narbon. p. 756.

† PVGNO, pugio, in Tract. Mſ. de re milit.

PVGNVS. (1) *Cum Pugno habere*, ſi mendum non eſt, forte idem ſonat quod duello aliquid obtinere. Charta Henrici Comitis an. 1312. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. pag. 266. *Nos Henricus . . . vendidimus honorabili . . . . prepoſito et conuentui Eccleſiae Riechenbergenſis . . . . vnum manſum noſtrae proprietatis . . . quem olim Conradus cum Pugno habuit.* (2) † Idem quod *Pugneria*, in Ch. Mſ. a. 1212. (3) † *Pugnum exponere*, ſupplicio, quo quis pugni abſciſſione multabatur, ſeſe ſubiicere, in Ch. Mſ. a. 1184.

† PVIADA, collis, i. q. *Puialis*, in Ch. a. 1268.

† PVIALE, idem, in alia a. 1415.

PVIALIS, collis, vt *Podium* 3. Charta an. 890. in Append. ad Marcam Hiſpan. col. 825. V. *Puga* et *Puius*.

PVIATORIVM, vt *Puialis*. Inqueſta a. 1262. ex Tabular. Burdigal.

PVIERA, vt ſupra *Pugnanderia*. Chartar. Eccleſ. Auxit.

PVIFICATIO. Leges Norman. apud Ludewig. tom. 7. p. 169. *Vt addam Puificationem pratorum, herbagiorum, et aliorum fructuum, vel caſtume, vel pagii, vel colini, vel aliorum huiusmodi, quae debeus emendari vel perſolui.*

PVIGNEIA, V. *Poigneia*.

PVIGNETVS, V. *Poignetus*.

† PVINCTA, a Gall. *Pointe*, lingua terrae, in Areſt. a. 1334.

† PVIPLARIVM, dolii genus, in Munit. caſtr. reg.

† PVISOTVM, via ad fluuium procliuis, apud Inſulenſes *Puiſot*. Comput. a. 1429.

PVIVS, collis, vt ſupra *Puialis*. Charta an. 1067. inter Probat. to. 2. nouae Hiſt. Occit. col. 258. V. *Podium* 3. et *Puga*.

PVLAGIVM, PVLLAGIVM, praeſtatio vel tributum ex pullis. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 22. vo. V. infra *Pulcinus*.

† PVLAIA, PVLEIA, PVLLAIA, PVLLARIA, PVLLEIA, i. q. *Pulia* et *Pulla* 1. ſeminarium, vt videtur, vel ſilua caedua, a verbo *pullulare*. Ch. Mſ. a. 1316. V. *Pullum*.

PVLCHRAE VIRGINIS EQVITES, ordo militaris pudori fortunisque nobilium feminarum tuendis potiſſimum inſtitutus a Iohanne *Boucicaut* Franciae Mareſcallo, cum matronae plures apud Carolum VI. Regem conqueſtae eſſent de illatis ſibi iniu-

riis

riis a viris potentibus, quibus repellendis neminem patronum et adiutorem habebant. V. Selden. de Tit. honor. part. 1. cap. 3.

PVLCHRARE, *decorare*, Vgutioni.

PVLCHRIFACERE, pulchrum facere, Gall. *Embellir*. Paulus Diaconus Emeritenſis de Epiſcopis Emeritenſibus in S. Maſona cap. 1.

PVLCHRIOR HOMO DE MVNDO, Phraſis Gallica, *le plus bel homme du monde*, pulcherrimus. Articuli contra Epiſcop. Apam. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1333.

PVLCHRITER, pulchre, honorifice. Tabular. S. Sulpitii Bituric.

PVLCINVS, pullus, Gall. *Pouſſin, Poulet*. Petrus Damian. lib. 6. Epiſt. 21. *Vna illorum duos Pulcinos ſuis uberibus ſuppoſuit, et tamdiu inter veſtem et carnem, donec omnino putreſcerent, occultauit.*

PVLEBRVST. V. *Pulepruſt*.

PVLEDRVS, V. *Poledrus*.

PVLEGIVM, vt *Polypyclium*. V. ibi.

PVLEIA, V. *Pulaia*.

PVLEIATVM, vinum puleio ſiue pulegio conditum, apud Lampridium in Heliogabalo c. 19.

PVLEPRVST. Lex Alemannor. tit. 65. §. 7. *Si autem brachium fregerit, ita vt pellem non rumpat, quod Alamanni Pulepruſt dicunt, ante cubitum, cum 3. ſol. componat*. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 1. §. 4. *Si os fregerit, et pellem non fregit, quod Pulepruſt dicunt, etc.* (*Pulebruſt*, in quibusdam Codd.) ex Germ. *Beule*, ſiue *Beule*, tumor ex percuſſione, et *Pruſt*, fractura ſiue ruptura; (*Bruſt*, eadem notione, adhuc dicunt Coloni Anglici; teſte Spelm.) V. Baluzium to. 2. Capitul. p. 1007. 1014.

PVLESLACH, PVLISLAC. Lex Alemann. tit. 59. *Si quis alium per iram percuſſerit, quod Alamanni Puleslach dicunt*. Lex Bajwar. tit. 3. c. 1. §. 1. *Si quis liberum per iram percuſſerit, quod Puleslac vocant*. Ita tit. 4. §. 1. Vox formata ex *Beule*, tumor ex percuſſione, et *Slach*, percuſſio ſiue verberatio, vnde *Durſclach* in Lege Friſon.

PVLETARIVS, pullorum ſeu gallinarum venditor, Angl. *Poulterer*, Gall. *Poulaillier*. Iohan. de Trokelowe Annal. Edwardi II. Reg. Angl. pag. 32. V. *Pulletarius*.

PVLETICVM, PVLETVM, vt *Polypyclium*. V. in hac voce.

† PVLEVS, filius iunior; vt videtur, in Chartul. S. Ioann. Angeriac.

PVLIA. Charta Henrici II. Reg. Angl. pro Monaſterio de Bernaio in Norman. in 106. Regeſto Tabularii Regii ch. 84. *In terris et decimis, et ſiluis, in aquis et ſtagnis et molendinis et folariciis, et in aliis molendinis et Puliis, in vinariis et piſcariis, etc.* V. *Pulla 1.* † Idem quod *Pulaia*, quod V.

PVLICARE, V. *Puduclare*.

PVLICARIS FEBRIS, Vide *Petechialis*.

PVLINVS, pullus equinus, Gall. *Poulain*. Teſtament. Ermengaudi Comit. Vrgell. an. 1010. in Append. ad Marcam Hiſp. col. 974. V. *Poledrus* et *Pullani 1*.

PVLITAS, in Formula 14. ex Baluzianis: *Incredulas dicit loquelas, et improbus coinquinat, et conſcientias bonum merito conquiſitas, mundas, ſanctas, et antiquas, pulchras, firmiſſimas, et Pulitas meas rumpit auctatiros, etc.* Quis Oedipus haec interpretetur?

PVLLA. (1) Monaſticum Angl. tom. 1. pag. 722. *Et vnam Pullam, quae vocatur Wayſhers, cum prato ex vna parte, etc.* Mox: *Cum omnibus libertatibus et pertinentiis, et Pullis, et quidquid praedictis piſcariis neceſſarium fuerit ad ardendum et aedificandum in chacia noſtra*. Rurſum: *Et medietatem vnius gurgitis vbicumque eligere voluerint aedificare, et Pullas facere, etc.* V. *Pulia* et *Pulgia*. (2) Pullaſtra, gallina, Gall. *Poule, poulette*. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 123. (3) PVLLAE, *monilia, vel torques camelorum*, in lib. Iudicum. Ita Gloſſae Biblicae MSS. Thuani.

PVLLAGIVM, V. *Pulagium*.

PVLLAIA, V. *Pulaia*.

PVLLANI. (1) Pulli equini, Gall. *Poulains*. Charta ann. 1202. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1040. V. *Poledrus*. (2) Sugerio

rio in Vita Ludouici VII. Regis Franc. cap. 24. *dicuntur, qui de patre Francigena et matre Syriana, vel de patre Syriano et matre Francigena generati erant.* Scilicet apud Gallos in Regno Hierosolymitano. Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 15. *Ipsius quoque terrae noui indigenae, quos Pullanos vocabant, Saracenorum inserti vicinia, non multum ab eis fide vel moribus discrepabant, atque inter Christianos et Saracenos tanquam quidam neutri esse videbantur.* POLINI, iidem videntur dicti Monacho Florentino de Expugnat. Accon.

PVLLARE, rumor inter gingiuas et maxillas: morbus pullorum equinorum. V. Vegetium lib. 2. de Arte veter. cap. 25.

PVLLARI, πωλίζειν, in Gloss. Lat. Graec.

PVLLARIA, V. *Pulaia.*

PVLLARIVS, officium in coquina regia, cui *pullorum* seu altilium cura incumbit, in Ordinat. Hospitii S. Ludouici Regis an. 1261. Gallis *le Poullailler.* Vetus Inscriptio 647. 2. . . . *Carissimo negotiansi Pullario patri* B. M. T. Vide supra *Puellarius.*

PVLLATORIVM. Charta Gulfradi Diaconi apud Marten. to. 1. Anecd. col. 68. *Annuatim in die obitus mei dare studeant fratribus congregationis S. Martini VIII. modia panis, et VIII. vini, et in isto hospitali modium I vini, et in illo Pullatorio I. modium.* Vbi legendum videtur *Pulsatorium*, locus vbi probabantur *pulsantes*, vt infra dicetur. Et id quidem prorsus confirmat Testament. Haganonis et Adiutoris S. Martini Canonicorum an. 819. ibid. col. 22. vbi de iisdem locis agitur: *Et ad illos Pulsantes inter panem et vinum modium vnum, et ad illud hospitale similiter, etc.*

† PVLLATVS, niger, to. 2. Cod. Ital. diplom. p. 1769.

PVLLEIA, V. *Pulaia.*

PVLLELA, V. *Pallela.*

PVLLENVS, pullus equinus, V. *Pollenus.*

PVLLETARIVS, pullorum seu altilium venditor. Charta an. 1350. apud Rymer. to. 5. pag. 694. V. *Poleta 2.* et *Puletarius.*

PVLLETRIA, volatile pecus, pulli, altiles, Gall. *Volaille.* Charta Henrici IV. Regis Angl. apud Rymer. to. 8. p. 119. V. *Polestria* in *Poledrus* et *Pollatura.*

PVLLETRVM, V. *Poledrus.*

† PVLLIARIVM, gallinarium, in Dial. creatur.

PVLLICALIS REGIA, scripturae species. V. *Scriptura.*

PVLLICENVS, pullus gallinaceus, Gallis *Poussin.* Lampridius in Alexandro Seuero. V. ibi Salmas.

† PVLLICINVS, V. *Polesinus.*

PVLLIFICANS, pullulans, augescens. Iac. De Layto Annal. Estens. apud Murator. to. 18. col. 1047.

PVLLIGER, pullos gerens. Fulgent. lib. 1. Mythol. *Qua Pulligera ingerere.*

PVLLIPASTA, PVLPASTA, *Gallina altilis*, in Fragmento Petronii pag. 54. Κατακιδία ὄρνις, in Nouell. Iustiniani 69. Gallina domi pasta: *Apud nos enim*, inquit S. Augustinus in lib. Iudic. lib. 7. cap. 15. *Pulli appellantur gallinae cuiuslibet aetatis. Pullus cohortalis*, apud Celsum lib. 2. cap. 18. dicitur, qui in corte educatus est. Chronicon Fontanellense: *Ad Natiuitatem Domini accipastas 3. Pullipastas 20. pullos 60. ova 250.* Occurrit ibi pluries. Charta Caroli Calui pro Monasterio S. Germani Paris. an. 32. *Et de volatilibus cum Pulpastis in Natali Domini.* Infra: *De supradictis vero villis statuimus, illis in reliquis Natiuitatis Domini et Paschae volatilia cum Pulpastis a Decano subministrari.* Interdum *Pasta* nude dicitur. Gloss. Isid. *Altilis, Pasta, ab alendo.* Codex censualis Irminonis Abbatis S. Germani fol. 41. *Soluit . . . . porcum vnum, crassem lauerum I. denar. XII. Pastas III. ova LX.* Ibid. fol. 101. *Angeraldis ancilla . . . pastis Pastas VI.* V. *Aucipastis* in *Auca.*

† PVLLITIO, pro *Pullatio.* Io. Verling *de Pullitione Aegyptiorum.*

† PVLLITRVS, pullus equinus, in Ch. a. 1175. V. *Pullanus.*

PVL-

PVLLONATVS, pullus equinus domi educatus, nutritus. Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 32. §. 5. V. *Pollenatus.*

PVLLVLARE, diuulgari, in Actis S. Francisc. de Paula tom. 1. April. pag. 121. Hinc

PVLLVLATOR, diuulgator, praedicator. Instrum. an. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 321.

† PVLLVLVS, flos, to. 5. Aug. pag. 952.

† PVLLVM, i. videtur ac *Pulaia*, seminarium, vel silua caedua, in Probat. to. 1. Annal. Praemonstr. pag. 417. V. *Pulo.*

PVLLVRARE, vt supra *Pullulare*, in Charta an. 1045. ex Hist. MS. Mont. Maior.

PVLLVS, PVLLORVM CANTVS, Gallicinium, ἀλεκτροφωνία. Apud Euangelistum in MS. Bibliothecae Reg. *Tertio Pullo ter me negabis*, vbi editio vulgata, *antequam gallus cantet, ter me negabis.* Ita etiam in vet. Cod. Euangelior. Bibl. Ecclesiae Bellouacensis, in Breuiario Euangelii secundum Matthaeum cap. 27. *Petro dicit, quod tertio Pullo abnegaturus eum esset.* V. quae Cangius obseruat ad Alexiadem pag. 271. *Secundis Gallicinibus*, dixit Ammianus lib. 22. Diurnus Roman. cap. 3. tit. 7. *a primo gallo vsque mane.* GALLI, vulgo omnis auitii generis [illegible]us dicuntur, vt quadrupedum catuli: at S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichaeor. cap. 17. *Pullos locustae, muris*, dixit. PVLLVS COHORTALIS, V. *Pullipasta.* PVLLVS REGALIS, Gallus gallinaceus. Codex censualis Irminonis Abbat. Sangerm. fol. 24. vo.

PVLMARIVS, pro *Plumarius.* V. *Pradisterium.*

PVLMENTARIVM, V. mox in *Pulmentum.*

† PVLMENTIFICVM, i. q. *Pulmentum* ap. Io. de Cardalhaco.

PVLMENTVM, vox veteribus cognita; sed sequiori aetate, maxime in Regulis Monasticis vsurpata, vbi pro quouis obsonio accipitur: *Neque enim*, inquit Ioannes Sarisber. lib. 8. Policrat. cap. 7. *Pulmenta in olere aut legumine duntaxat constare certum est.* Atque ita vsurpat non semel Caelius Aurelianus Siccensis lib. 1. Chronion cap. 1. *Pulmentum dabimus salsum, assum, vel coctum.* Infra: *Pulmentum damus, bolus, cerebrum, piscem tenerum, etc.* Petrus Damianus lib. 1. Epist. 19. *Pulmentum nescienes, pomis tantum et pane cum aqua vixebat.* PVLMENTVM, pro Pisce viuarii vel stagni. Charta Bernardi Comitis Melgorienfis apud Sammarthanos: *Notum etiam fieri volo, quod Pulmentum totius stagnē . . . vobis restituo.* Apertius ex allatis Chartis *Pulmentum* definiri potest Census feudalis, qui domino debetur ex capris in stagno alibiue piscibus, quorum ferculum vnum illi exhibetur. Id praeterea probant Charta compositionis inter Hugonem Archiep. Arelat. et Raymundum Comit. Tolos. an. 1224. ex Schedis Praef. de Mazaugues: *Canonici Arelatenses . . . in ipsis paludibus Pulmentum de piscibus et lenatam iure dominationis similiter accipiebant.* PVLMENTARIVM, idem quod *Pulmentum.* Io. de Ianua: *Pulmentum dicitur cibus delicatus et suauis, a pulpa. Item pulmentum vel Pulmentarium dicitur quilibet cibus citra panem.* Auctor Mamotrecti ad 14. Numer. *Pulmentarium, quilibet cibus praeter panem, scilicet companaticum.* Aponius lib. 2. Comment. in Cantica Canticor. *Nimium sumptuosa illa impendia ciborum . . . . ad vnius Pulmentarii crudorem olerum, vel exiguum panis et aquae vsum redegerunt.* Eodem lib. *Propria enim Pulmentaria ad vnam multi propter commune conuiuium deferentes, ab antiquis sodales sunt nuncupati.*

† PVLMONOSVS, pulmone laborans, in Dial. creatur.

PVLO, gemma, vel pullus arborum, Gall. *Bourgeon, Rejetton.* Statuta Mutin. rubr. 293. fol. 57.

PVLPAMENTARIVS, Vide *Potagiarius.*

† PVLPARE. (1) Vulturis vox, in Carm. de Philom. (2) Comedere, in Ch. a. 1384.

PVLPASTA, V. *Pullipaſta.*

PVLPITARI, fulciri, apud Flodoardum, Hiſt. Rem. cap. 50.

PVLPITARIVM, liber, vt videtur, continens quae ad *pulpitum* cantantur, vel recitantur. Ordinar. Dominicanorum laudatum à R. P. le Brun Diſſertat. 15. pag. 54. *Lectionarium, Pulpitarium, Epiſtolarium, etc.*

PVLPITRVM, vt mox *Pulpitum*, Gallis *Pupitre.* Inſtrum. canonizat. Caroli Bleſ. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. pag. 550.

PVLPITVM. (1) Ambo Eccleſiae. Gloſſ. Iſid. *Pulpitum, analogium, lectrum.* Papias: *Pulpitum dictum, quod in eo Lector vel Pſalmiſta poſitus in publico conſpici a populo poſſit.* Criſconius in Breuiario Canonum cap. 166. *De his, qui debent in ambone, id eſt, in Pulpito pſallere, etc.* (2) † Culmen tecti, ap. Gregor. Turon.

PVLPOSA LITTERA, grandior, maiuſcula. Hiſt. fundat. Celeſtinorum Sueſſion. apud Marten. to. 6. Ampl. Collect. col. 608.

† PVLPVLARE, pauonis vox, in Carm. de Philomela.

PVLPVRVM. Radulfus in Friderico I. apud Murator. tom. 6. col. 1187. *Poſtea deſtruxit et domos et turres et murum ciuitatis; et Pulpura ſubuerſa ſunt. Altaria omnia violata ſunt.* Munimenti genus eſſe videtur. † F. legendum *Pulpitra* vel *Pulpita.* V. *Pulpitum* 1.

PVLSA. (1) Columna, vt videtur. Gualuan. Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1009. *Ciues de Papia ſui idoli Regiſolis abſentiam non ſuſtinentes, quod Mediolanenſes de alta pila deieceranr, cum ciuitatem ſuperaſſent, in ciuitate Mediolani per domos et familias fruſta et petias comparauerunt, et ipſum deintegrantes deauraueruns, et in Pulſa alta erexerunt, et tenet manum extenſam verſus Mediolanum. Polsa* Italis dicitur baliſtae ſagitta, Germ. Bolzen. (2) Vita Lietberti Epiſc. Camerac. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 697. *Nihil faciebat imprudenter, nihil audaſter: in peccatis autem ſuorum vel pellebat omnino iram, vel ita fraenabat vt eſſet Pulſae ſimilis;* id eſt, ni fallor, arteriae pulſui, quae ſemper aequali motu pulſat.

PVLSABVLVM. (1) Campana. Anſelmus Leodienſis c. 48. (2) Ipſa campanarum pulſatio. Decreta Radulfi Epiſc. Leod. ann. circ. 1110. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 493.

PVLSALIS MOTVS, pulſus arteriae, Gall. *Pous.* Vita S. Bonae to. 7. Maii pag. 163.

PVLSANTES, V. in *Pulſare* 2.

PVLSARE. (1) In ius vocare. Gloſſ. Gr. Lat. *Pulſat, κρούει, αἰτιᾶται, ᾠθεῖ. Pulſati, κατατιτρωμένοι, αἰτιαθέντες.* Claudianus de bello Gildonico:

Quisquis vel locuples, pulchra vel coniuge notus
Crimine pulſatur falſo, etc.

Concilium Wormatienſe cap. 61. *Clericus nequaquam praeſumat apud ſecularem iudicem Epiſcopo non permittente Pulſare, ſed ſi pulſatus fuerit, etc.* PVLSANTI VOCE, iure cogente. Charta Principis Adelgaſtri inter Concil. Hiſpan. to. 3. pag. 90. (2) PVLSANTES, dicuntur Monachiſmi candidati, qui pulſant ad fores Monaſterii, et in Monachorum album admitti ambiunt et depoſcunt: *qui pro foribus exubant, in[illegible]n perſeuerantiae ſuae ac deſideriſ[illegible] pariterque humilitatis ac patientiae demonſtrant,* vt ait Caſſianus lib. 4. de Inſtitut. Can. cap. 3. 30. 32. Regula SS. Patrum c. 7. *Si vero perſeuerauerint Pulſantes, eis non negetur ingreſſus.* PVLSANTES videntur etiam appellati, ipſi qui Nouitii dicuntur, quod necdum omnino admiſſi votum profeſſionis monaſticae emiſiſſent. Adalardus in Statutis Corbeienſis Monaſterii lib. 1. cap. 1. *de Clericis. Pulſantes 12. alii Clerici 7. ex his ad cellerarium 2. ad lenendariam fratrum vnus, ad curticulam Abbatis 1. ad domum infirmorum 3. aliae vero neceſſitates, quas Clerici facere debent, per Pulſantes fiant. Et ideo neceſſe eſt, vt tales ibi ponantur, qui omnes neceſſitates interiores facere poſſint, etc.* (3) Rogare,

re, apud Papiam. Itiner. Marten. p. 99. *Magiſter Gillebertus Pictauenſis epiſcopus altiora Theologiae, Philoſophiae ſecreta diligentibus, attentis et Pulſantibus referans diſcipulis quatuor.* Eſt etiam examinare, quia *Pulſantes*, et quicumque ad vitam monachicam aut religioſam adſpirabant, antequam admitterentur, examinabantur, et in eorum vitam et mores inquirebatur. Capitulare 1. an. 805. cap. 13. et lib. 1. Capitul. cap. 208. (4) PVLSARE, ſigna, campanas: Gall. *Sonner les cloches.* Kero Monachus: *Pulſat, clohhot. Pulſans, chlochonti. Pulſauerit, clocchit.* Vdalricus lib. 1. Conſuet. Cluniacenſ. cap. 5. *Si talis anniuerſarius euenerit, pro quo ſunt Pulſanda omnia ſigna. Pulſare campanas* in cap. Perentibus de Priuileg. cap. Quod in te, de poenitent. et alibi paſſim. *Sonare ſigna*, in Capitulari Epiſcoporum cap. 8. tom. 2. Concil. Sirmondi pag. 249. COMPVLSARE, omnia ſigna et omnes campanas vna et ſimul pulſare, vt in maioribus ſolemnitatibus, et in proceſſionibus Eccleſiaſticis, apud Honorium Auguſtod. lib. 1. cap. 70. 73. V. in *Claſſicum.* SIMPVLSARE, ſimpliciter pulſare, ſeu vnicam campanam. Denique DEPVLSARE, ex altera tantum parte campanam pulſare, Gall. *Finter*, ex *tinnire*. V. *Pulſitare.* (5) † Excutere, in Ch. a. 1260.

† PVLSATILE, cribrum farinarium, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 521.

PVLSATIO. (1) In ius vocatio, citatio. Charta Ludouici Pii apud Baluz. tom. 3. Miſcell. pag. 100. (2) Moleſtia. Acta Epiſcopor. Cenoman. pag. 189. (3) In Chron. Will. Thorn. ann. 1242. pro campanarum pulſatione accipitur, quae fit in ſignum honoris atque reuerentiae erga aliquem per illum locum tranſeuntem, vel illuc aduenientem. V. *Campana 2.* TERTIA PVLSATIO. Conſtitutiones Nicoſienſes cap. 26. *Inhibemus diſtricte, ne* (Clerici) *vadant de nocte, maxime poſt tertiam Pulſationem, etc.* Vbi quod *Ignitegium* alibi dicitur, ſignificari videtur: trinis quippe campanae ictibus ter repetitis pulſari ſolet; quod *Pulſare Ave Maria* nuncupat Concil. Hiſpal. ann. 1512. inter Hiſp. tom. 4. pag. 12. PVLSATIO TERRORIS. Charta Henrici Epiſcopi Ratisbonenſis an. 1278. in Metropoli Salisburgenſi tom. 1. pag. 264. *Videlicet quod pro feſtiuitatibus Conceptionis B. Virginis Mariae et B. Auguſtini cum Pulſatione terroris, et aliis ſolemnitatibus aequaliter celebrandis.* Id videtur quod Gallis *Carillon* dicitur, quod ita olim in feſtiuitatibus pulſarentur campanae, quemadmodum in tumultibus bellicis.

PVLSATOR. (1) Actor, in Legibus Henrici I. cap. 26. V. *Pulſare.* (2) PVLSATORES, et *Exequiales*, apud Innocent. III. PP. lib. 15. Epiſt. 7. Innocentio Cirono, ſunt monitores et mandatores funerum, quos vulgo ſubmonitores, *Semonneurs*, vocant, qui campanas pulſant, quo praetereuntes ad fundendas pro defuncto preces inuitentur. PVLSATORES, qui alias Matriculārii in Eccleſiis. *Aedituus ſeu Pulſator*, in Charta Conradi Epiſcopi Friſingenſis an. 1327. in Metropoli Salisburgenſi tom. 2. pag. 443. Vide *Cloca 2.*

PVLSATORIVM. (1) Locus, vbi examinabantur *Pulſantes.* Synodus Aquisgran. an. 789. cap. 71. et lib. 1. Capit. cap. 69. *Ad Monaſteria venientes ſecundum regularem ordinem primo in Pulſatorio probentur, et ſic recipiantur.* (2) († Molendinum ad pannos aptandos, vel ad terendum corticem quernēum aptum, i. q. *Molendinum batannum.*) Charta an. 1254. in Tabulario Eccleſiae Autiſiod. fol. 238. *Vendiderunt molendinum ſuum, et Pulſatorium cum ſuis pertinentiis.* V. ſupra *Pulſare 3.*

PVLSATVM vinum, Gallis *Vin pouſſé et bouté*, in Charta Libertatum Villae Carrofenſis in Biturigibus an. 1194. apud Thomaſſerium.

† PVLSATVRA, pulſatio campanarum. Ordinar. Mſ. S. Petri Auraevall.

PVLSATVS, impulſus, ſuaſio, hortatio, Gall. *Inſtance.* Fulcherii Carnot. Praefat. in Hiſt. Ieroſol. an. circ.

1125. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 365. *Vnde comparium meorum quorumdam pulſantibus*, (leg. *Pulſatibus*) *aliquotiens motus, Francorum geſta . . . diligenter digeſſi.*

PVLSINVS, pullus, Gall. *Pouſſin.* Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 106. V. *Pulcinus.*

PVLSIONES ALARVM. Fridericus II. lib. 2. de Arte venandi cap. 19. *Iuncturae alarum mediae tendentes verſus caput, quae a quibusdam dicuntur Pulſiones alarum, etc.*

PVLSITARE Campanas, eas repetitis ictibus ferire, tinnire, Gall. *Tinter.* Epiſt. 6. Mauricii Archiep. Rotomag. an. 1233. tom. 2. Spicil. Acher. p. 523. V. in *Pulſare 3.*

PVLSVOSVS, pulſibus plenus. *Pulſuoſus dolor*, apud Cael. Aurel. Tard. lib. 5. cap. 10.

PVLSVS. (1) i. q. *Pulſatio*, ius pulſandi campanas, apud Vghell. (2) Nude pro Pulſatio campanae, apud Rob. Goulet. (3) † Pars capitis quae dicitur tempus, Gall. *Pous.* Lit. remiſſ. a. 1362.

PVLTA, vox Italica, Puls, Gallice *Bouillie.* Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 376*.

† PVLTERIA, i. q. *Pulmentum* vel *Pulſatorium*, in Ch. Mſ. a. 1121.

PVLTES, quaeuis obſonia quae coctione praeparantur. Pactus Leg. Sal. tit. 48.

PVLTRELLVS, PVLTRELLA, PVLTRINVS. V. *Poledrus.*

PVLTRONES, Italis *Poltrones*, Gallis *Poltrons.* S. Franciſcus tom. 1. Opuſcul. de Vera et perfecta laetitia pag. 94. *Recedite hinc Pultrones viliſſimi, et ite ad haſpitale.* Dicti autem quaſi *pollice truncati*, vt auctor eſt Salmaſius lib. de Trapezit. foenore pag. 784. Pro ignauis etiam olim habiti, qui ne militarent, ſibi pollices truncabant, vt eſt apud Ammianum lib. 15. de quibus ſunt leges 4. 5. et 10. Cod. Th. de Tironibus, cui ſententiae fauent Lindenbrogius ad Ammianum, Sauaro ad Sidon. lib. 1. Epiſt. 2. Bordelotius ad Petronium, et aliquot alii. Sed et hoſtibus captis interdum manuum pollices truncatos, ne amplius militarent, ſcribit Theophanes ann. 37. Iuſtiniani. Verum hanc coniecturam improbant plerique ex Italis Scriptoribus, qui ab Italico *Poltro*, i. lectus, deducunt, ex quo *Poltroni* dicti *quelli che ſtanno aſſai in letto*, vt ſcribit Landinus in Comment. ad Dantis Infern. 24. Id firmare videtur vox PVLTRONIZARE, Italis *Poltroneggiare*, apud Ioannem XXII. PP. in Bulla apud Waddingum ann. 1317. 34. *Communiter Poltroniant, (vulgare eſt Italorum) id eſt vitam pinguem volunt cum libertate et ſine labore, dediti ſomno et vagationi continuae.*

† PVLTRVS, pullus equinus, in Ch. a. 1048.

PVLTVRA. Monaſticum Anglic. to. 2. pag. 1053. *Et volo, vt ſint quieti ab omnibus cauſis, et querelis, et placitis Ballinorum et Praepoſitorum Hundredi, et a Pultura ſerjantorum, et de rewardo foreſtarum, etc.* Forte *pultura*, pro *pulſatura: Adjournement.* V. *Pulſare 1.*

PVLVERAGIVM. V. mox *Pulveraticum.*

† PVLVERARIVM, i. q. *Pulveraticum*, in Tabul. S. Vict. Maſſil.

PVLVERARIVS. Inter teſtes Chartae fundationis S. Petri Saluienſis ann. 1029. tom. 6. Gall. Chriſt. nouae edit. inter Inſtr. col. 174. ſubſcribit *Pontius Pulverarius.* An idem qui infra *Pulvereus?* Vide in hac voce.

PVLVERATICVM, Honorarium, ſalarium, merces puluerei laboris, ſeu merces, quae dabatur agrimenſoribus, quaſi pro labore et puluere; ita Cuiacius lib. 4. Obſerv. cap. 11. et ex eo Rigaltius. Id eliciunt ex Conſtitutione Theodoſii et Valentiniani, quae exſtat apud Frontinum de Limitibus agror. *Praecipimus itaque agrimenſoribus, vt pro laborum viciſſitudine Geometricae artis, fundo, cui finem reſtituent, in triſſuii rationem ſteterit, et conuenientium trium centuriarum ibidem eſſe ſignauerit, tres aureos accipiat, abſque ſua Pulueratica.* Verum *Pulveraticum* aliis quam agrimenſoribus dari docet Lex 16. Cod. Theod. de Tironibus, in qua ſeruis, qui ſe militiae offerunt, *binos ſolidos Pulveratici* no-

nomine dándos praecipitur. Ita in Nouella Leonis et Maioriani, et apud Senatorem lib. 12. Epiſt. 15. *Iudicum Pulueratica* abolita legimus, id eſt, *donatiua*. Eſt igitur *Pulueraticum*, quaeuis merces, quae in laboris praemium dabatur, metaphora ducta a *puluere*, quo palaeſtritae mutuo ſeſe ſolebant aſpergere, certamen inituri, vt corpora ceromate et ſudore lubrica, mutuas prehenſiones non fruſtrarentur. Ita Gellius lib. 5. ait, *victoriam ſine puluere (vt dici ſolet) incruentamque obuenisſe*, hoc eſt, ſine labore, aut certamine; vnde Graeci κονιᾶσθαι et κονίζεσθαι pro ἀγωνίζεσθαι paſſim vſurpant. *Pulueratici* vocem promiſcue etiam in veteribus Tabulis obſeruare eſt, in quibus variorum tributorum mentio fit, nullo propemodum indicio propriae notionis. Formula 11. apud Lindenbrog. *Nec villas venditas, nec rotaticas, nec fouaticas, nec Pulueraticas exactare praeſumatis.* Form. 12. *Nec de carrali euectione, nec de rotatico, nec de pontatico, nec Pulueratico, nec ſaltuatico, requiratis.* His addenda Capitula Caroli M. lib. 6. cap. 219. *Vt nullus homo praeſumat theloneum per vias, nec per villas rodaticum vel Pulueraticum recipere.* Capitulare 5. an. 803. c. 22. *Similiter nec rodaticum, neque Pulueraticum vllus accipere praeſumat.* Quibus in locis ſunt qui putant, *Pulueraticum* dici tributum, quod penſitabatur *pro labore viarum, et puluere in viam regiam comportato.* Ita Goldaſtus, nixus forte eo quod legitur in Capitulis Caroli Magni, loco laudato. Atqui non *pulueruntur* viae, quod de vitibus dicunt Columella lib. 11. c. 2. et Palladius lib. 4. cap. 7. ſed ſolidantur. Niſi dicamus, *pulueraticum* idem valere quod *pulueratio* apud eumdem Columellam, *quam ruſtici*, inquit, *occationem vocant, cum gleba refringitur et reſoluitur in puluerem:* ita vt itinerum glebae refringantur et *poliantur:* nam *agros polire* dixit Ennius. Eſt igitur longe veroſimilius hocce vocabulum pro quouis tributo his in locis vſurpari: quod certe euincit Charta Ludouici VI. ann. 1118. apud Douletum pag. 848. et 851. *Et quoniam ipſa eadem Eccleſia ab anteceſſoribus noſtris in caſtro ſuo per 7. ſeptimanas, a feſtiuitate B. Dionyſii vſque ad B. Andreae, hanc habet conſuetudinem, quam vulgo vocant pedagium, ſine Pulueraticum, etc.* Ita in Charta Bertrandi Comitis Forcalcarienſis an. 1028. apud Dionyſ. Saluaingum in Tract. de Vſu iurium Dominic. cap. 34. *Pulueragium* ſumi conſtat: *Et omne Pulueragium, ſeu pedagium quod in dictis locis de Pruneriis, de pineta, et de culca, vel in mandamento eorum conſueuerat percipere.* Tabularium Eccleſiae Dignenſis apud Gaſſendum in Notit. eiusdem Eccleſ. *Bona et prouentus Praepoſiturae Dignenſis conſiſtunt in paſqueriis, bannis, Pulueragiis, etc.* Proinde *Pulueragium*, quod idem Saluaingus in Delphinatu pro tranſitu ouium per terras dominorum percipi tradit, non ita appellatur a puluere, quem in tranſeundo excitant oues, vti aſſeuerat; ſed quod *pulueraticum* et *pulueragium* quoduis tributum ſeu *pedagium* ſonet. Ita etiam Gaſſendus tradit libro citato pag. 21. *Iura pedagii ſeu pulueragii, vt vocant.* Cuiusmodi vero fuerit *ius pulueragii* in Delphinatu, refertur in veteri Areſto an. 1458. quod ab eodem Saluaingo deſcribitur. Clarioribus tametſi rurſus firmari licet Cangii aliorumque doctiſſimorum ſententia, quibus *Pulueraticum* et *Pulueragium* pro quouis tributo vſurpari placet, vt ex Praecepto Ludouici Pii an. 836. in Append. Marcae Hiſp. col. 773. *Nec non mediam partem Pulueratici ex rafica, et ex mercato ſimiliter, ſeu de paſcuario, conſtitueremus.* Ex Statutis Forojul. MSS. an. 1235. *Statuimus quod nullus recipiat ratione Pulueragii ſeu pedagii aliquid de omnibus in eundo vel redeundo.* Denique ex Sententia arbitrali an. 1303. inter Aymarum de Pictauia et Iacobum Abbat. Ciſterc. *De non exigendo et leuando pedagium ſeu Pulueragium per terram ſuam de propriis rebus ſeu*

animalibus dicti dom. qbbatis et pastorum suorum. PVLVERAGII OCCASIO, illius percipiendi ius. Statuta Arelat. art. 55.

PVLVERATVS. Epist. Petri de Condeto apud Acher. tom. 2. Spicil. p. 559. *Tantos in occursu suo prostrauerunt Saracenos, quod vsque ad dimidiam leucam, vt aestimant, totam terram reddiderunt cadaueribus Pulueratam.* Id est, cadaueribus quasi puluere coopertam.

† PVLVEREA; i. q. mox *Pulvereta*, apud Murat. tom. 2. Antiq. pag. 845.

PVLVERETA, ludi genus. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 84. *Item quod aliquis cuiuscunque conditionis existat, non audeat vel praesumat ludere ad ludum correzole vel Pulverete.* V. *Polverella* et *Pulveritta.*

PVLVEREVS, aduena, extraneus, Gall. *Piedpoudreux.* Charta an. 1100. ex Chartul. Matiscon. V. *Pedepulverosi* et *Pulverarius.*

PVLVERITIA, ludi genus, vt supra *Pulvereta.* Statuta Riperiae cap. 168. fol. 23. vo *Si quis aueritator repertus fuerit ludere ad corrizolam, vel Pulveritiam, vel alium ludum de partito ex quo homo possit capi, vel decipi, condemnetur in libris decem parvorum.* V. *Polverella.*

PVLVERIZATVS, distinctus, varius, respersus, Gall. *Parsemé.* Charta ann. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 356. Vide alia notione in *Pedepulverosi.*

PVLVICINARE, *Pluitare, saepe pluere.* Gloss. Isidori. Emendat Gebhardus, *Pluuitare, pluuiare.* Suspicatur Martinius *Pulvicinare* dictum a ficta voce *pulvix*, vt fit minutim et quasi pulverea pluuia pluere.

PVLVILLVS. Traditiones Fuldenses lib. 2. trad. 238. *Cum . . . pecoribus, id est oues 40. aucae 18. Pulvilli 2. capones 2.* Forte *pulli* vel *pulcilli*, Gall. *Poussins.* V. *Pulcinus.*

PVLVINARIVM, *Sacrarium*, ἕδος, ἕδρασμα. Gl. Lat. Gr. Codex Regius: *Pauimentum, sacrarium.* PVLVINARIVM OPVS. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 317. *Amictus de opere Pulvinario cum paruis scutis.* Forte *plumario.* Vide *Pulverizatus.*

PVLVINCERIA, *area mortuorum.* Gloss. Isid. Vbi viri docti restituunt *Polinctoria.*

PVLVINVS. (1) Puluis. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 69. (2) † *Pulvini, machinae quibus naues deducuntur et subducuntur in portum*, in Gloss. vet. Cod. 7613.

PVLVIS, nempe tormentarius. Thomas Walsinghamus pag. 323. Vide *Bombarda.* PVLVIS PYRIVS, eadem notione, a Gr. πῦρ, ignis. Catalog. Episcop. Hauelberg. apud Ludewig. to. 8. Reliq. MSS. pag. 339. CVM PVLVERE *et hamis lupellos comprehendere*, in Capitulari de Villis cap. 69. PVLVERIS EXCVSSIO, contemtus argumentum fuit, ex iis, quae habentur Matth. 10. et Marc. 6. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 4. PVLVIS MORTALIS. Agobardus lib. de Grandine cap. 16. *Ante hos paucos annos disseminata est quaedam stultitia, cum esset mortalitas bouum, vt dicerent Grimaldum Ducem Beneuentanorum transmisisse homines cum Pulueribus, quos spargerent per campos et montes, prata et fontes, eo quod esset inimicus Christianissimo Imperatori Carolo, et de ipso sparso Puluere mori boues, propter quam causam multos comprehensos audiuimus et vidimus, et aliquos occisos, plerosque autem affixos tabulis in flumen projectos atque necatos.* Paschasius Ratpertus in Vita Walae Abbat. Corbeiensis lib. 2. cap. 1. *Obstupesco valde . . . quod nemo nostrum, qui ad plenum veritatem de illo audeat posteris narrare, licet audeat detegere peccata populi longe din accumulata, clades, pestilentias, fames, inaequalitates aërum, terroresque etiam visionum. Quibus profecto malis praecessit prior Pulverum fallax adnuntio, sub qua tanta fuit vexatio et prodigium mendacii, vt prudentibus daretur intelligi, quod vniuersus orbis ad tentandum esset expositus in manibus inimici.* Capitulare 1. ann. 810. cap. 3. et Appendix 2. Ludouici Pii ad lib. 4. Capitul. Caroli M. cap. 27. *De homicidiis factis anno praesenti*

ſenſi inter vulgares homines, quae propter Pulverem mortalem acta ſunt. Vide Baluzii Notas ad Capitul. col. 1199.

† PVLVLARIVS, officium in coquina regia, cui *pullorum* ſ. altilium cura incumbit. Ch. Mſ. a. 1313.

† PVLVLATIVM, *cremie*, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692. V. *Pulaia.*

PVLVS, pro Pulex, vt videtur, in Vitâ B. Hugonis de Lacerta apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 1169. *Ad Dei famulum didicimus properaſſe* (virum) *quem ſic quotidie acris tortura cum Pulis peſſimis, quae ſcilicet Ira dolens ruſtice nominatur, variis corripiebat tormentis, vt* etc.

PVLZINETTVM, ſ. pro *Pulvinettum*, Puluillus, puluinulus. Computus ab anno 1333. ad 1336. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 274.

PVLZINVS, V. *Pulcinus.*

PVLZONES, Italis *Polza*, apud Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 28. dicuntur *ſagittae baliſtarum in capite groſſae:* eiusdem veteri Gallico interpreti, *materas gros en la teſte de devant.*

PVMATA, V. *Puniata.*

PVMBELLVS, neſcio quae cibi vel placentae ſpecies monachis Solemniacenſibus apud Lemouicas apponi conſueta in maioribus feſtis, quae tempore Quadrageſimae non celebrabantur. Codex MS. Conſuetud. eiusd. loci: *Annunciatio B. Mariae ſepias et anguillas cum porrata ſicut in feſto beati Eligii in Quadrageſima; ſi euenerit in carnali ſepias et roſiolos et Pumbellos*, etc. Rurſum iidem *pumbelli* aſſignantur diebus Epiphaniae, Dedicationis eccleſiae, Aſcenſionis Domini. V. *Palmola* et *Panmellya.*

PVMIFER, V. *Pomifer.*

PVNCHA. (1) Pera. V. *Punga.* (2) Pugna, ni fallor. Placitum ann. 1158. inter Probat. tom. 2. nouae Hiſt. Occitan. col. 571. Vide *Punna* in *Pugna* 3.

† PVNCHERIA, menſurae annonariae ſpecies, f. i. q. *Punheria*, in Ch. Mſ. a. 1343.

† PVNCHERIVM, cauum quod pungendo fit. Stat. a. 1227.

† PVNCHONA, ſcalprum ſignatorium, Gall. *Poinçon*, in Ch. Eduardi reg. Angl.

PVNCTA. (1) Acumen, Gall. *Pointe.* Hiſtoria Abbendonenſis Monaſt. in Anglia. PVNCTA PEDIS, illius extremitas, Gall. *Pointe du pied.* Miracul. S. Bernardini tom. 5. Maii p. 283. (2) Promontorium, Lingua terrae, *pointe de terre*, apud Sanutum lib. 2. part 4. pag. 87. (3) PVNCTA TERRAE, idem quod *Petia*, pars, portio, Gall. *Piéce.* Charta an. 1224. ex Tabul. Corb. († Potius fodicario ad ceſpites eruendos.) (4) Granum, *Grain:* vox Monetariorum, *Donner le Poignant au maiſtre.* Statutum ann. 1342. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 420. col. 2. (5) Stragulum acu punctum, Gallice *Courtepointe.* Statuta Ord. Valliscaulium an. 1238. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1661. *Nullus prior extra domum ferat culcitram, Punctam vel coopertorium.* Vbi forte leg. ſine diſtinctione *Culcitram punctam.* (6) † Ornamenti genus, fibula, acus, in Conſtit. Carmelit. Mſ.

PVNCTADOR, V. *Punctator.*

PVNCTARE. (1) Vgutioni et Ioan. de Ianua, *Puncta facere, vel puncta diſtinguere: nude Diſpunctare, remouere punctum: Repunctare, iterum punctare.* Guarinus Veronenſis, ſeu Auctor dialogi de Arte punctandi: *Punctus eſt ſignum, quod vel figura, vel mora ſua, clauſulas ſeparat, ſenſus diſtinguit, animum recreat, ſpatiumque cogitandi relinquit*, etc. Ita quidem hisce locis *punctus* idem valet quod *punctum*, quod periodi ſenſum claudit: *et punctuare*, vel *pungere*, punctum adpingere, vel periodum puncto diſtinguere. Quod quidem acceptum referri debere Carolo Magno, qui procurante Alcuino punctorum diſtinctiones vel ſubdiſtinctiones reſtituit, docet Mabillonius lib. 1. Diplom. cap. 11. §. 15. Ad haec quippe tempora nulla verborum a Notariis facta diſtinctio eſt; ſed et in libris tametſi viſitata, in Diplomatibus tamen ſerius obtinuit. At *Puncta*, apud Scripto-

res infimae aetatis praesertim, dicuntur ea, quae in singularum linearum initio et fine describuntur, vel subula punguntur, intra quae exarantur ipsarum linearum ductus, quos *sulcos* vocant, quod maxime in codicibus e pergameno confectis observatum. S. Hieronymus Epist. ad Laetam. (2) Notare, signare, Gall. *Piquer*, *marquer*. Statuta Bertrandi de Turre Episc. Tull. an. 1359. apud Baluz. tom. 2. Histor. Aruern. p. 856. *Si vero deinceps in taberna, vel in platea publica, vel in loco communi clerici in sacris ordinibus constituti vel beneficiati ad taxillos ludere vel Punctare aut transuersare, vel participare cum ludentibus ad taxillos ad lucrum et damnum praesumpserint*, etc. Nisi ibi *Punctare* eadem notione accipiendum sit, qua Galli dicunt *donner* vel *prendre de l'argent à Paquer*, cum scilicet alearor ab alio pecuniam mutuo accipit, quam cum fenore restituit quoties vincit. Caeterum pro notare occurrit in Epitome Constit. Eccl. Valent. inter Conc. Hisp. tom. 4. p. 194. † Neutra huius vocis expositio sensum attingit; *punctare* enim est tesseris ludere, vt quis alterum *punctis* vincat, Gall. ol. *Pontoyer*. (3) PVNCTARI, dicuntur, qui certis officiis suis sibi iniunctis, vel ex debito, adesse negligunt, vulgo *Piquer*, in Constitut. Ioan. Archiep. Nicosiensis an. 1320. cap. 2. 7.

PVNCTATIM, articulatim, quasi per puncta. Charta an. 1095. in Tabular. S. Victoris Massil. V. in *Punctum* 2.

PVNCTATOR, qui absentes a choro et officiis diuinis *punctis* notat, Gall. *Piqueur*. Vita S. Bogumili tom. 2. Iunii p. 347. PVNCTADOR, in Litteris Pii V. PP. ibidem p. 119. PVNCTVATOR, eadem notione, in Statutis MSS. Capituli Audomar. PVNCTVARIVS, eodem intellectu, in Epist. Clementis IV. PP. an. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 480.

† PVNCTIO, conuentio, pactum, in Magn. Pastoral. Episc. Paris.

PVNCTORIVM, subula, qua pergamenum *punctatur*, vel pungitur. Guigo in Statutis Cartusianorum cap. 28. §. 2.

† PVNCTOSVS, cuspide instructus, in Stat. Vallis-Ser.

† PVNCTVALITER. (1) Diligenter, sedulo, in Ch. a. 1440. (2) Certo, apud Steph. de Infessura.

PVNCTVARE, statuere, definire, pacisci. Elmham. in Vita Henrici V. Reg. Angl. edit. Hearnii cap. 14. p. 28. V. *Punctuatio* 1. APPVNTARE, eadem notione, in Charta ann. 1182. ex Tabul. S. Albini Andegau. PVNCTVARIVS, PVNCTVATOR, V. supra *Punctator*.

PVNCTVATIO. (1) Conuentio, pactum, Gall. *Traité*, apud Elmham. cap. 21. p. 47. APPVNCTVATIO, eadem notione, in Chron. Ioan. de Whethamstede p. 346. (2) Scriptio. Iohannes Diaconus in Vita S. Isidori agricolae tom. 3. Maii p. 514. (3) † Modulatio, in Stat. Mss. eccles. Laur. Rom.

PVNCTVM. (1) Ipsa chartae vel scripti verba. Regest. Magn. Dier. Trecens. ann. 1289. apud D. Brussel tom. 2. de Vsu feud. p. 927. *Ad quos vsus dicti burgenses per Punctum cartae suae se attendere dicuntur.* (2) In psalmodia, Syllaba. Statuta antiqua Ordinis Cartusiens. 1. part. cap. 39. §. 1. *Si ea, quae canendo delectationem afferunt, amputentur, vt est fractio et inundatio vocis, et geminatio Puncti, et similia, quae potius ad curiositatem attinent, quam ad simplicem cantum.* Vbi Neumae innuuntur. Et §. 4. *Punctum nullus teneat, sed cito dimittat. Post Punctum bonam pausam facias.* Adde §. 5. Cap. 50. *In monosyllabis vel barbaris dictionibus debet in fine geminari Punctum, cum sit interrogatio, tam in Epistola quam in Euangelio.* PVNCTVS, eadem notione, in Institut. Patrum de Modo psallendi apud Thomas. in Append. ad Respons. S. Greg. p. 443. Hinc PVNCTVATIM CANERE. Charta Caroli II. Regis Siciliae an. 1304. apud Vghellum tom. 7. p. 897. Vbi *tractim et pun-*

punctatim, eſt vno tenore absque vlla modulatione cantare, ſingulis tamen *punctis*, i. verbis, quodammodo tono eleuatiori notatis, ita vt qui cantat, iis immoretur. Haud ſcio an melius de graui et diſtincta modulatione intelligatur, vt et in Statutis antiquis Canonic. Regular. apud R. Duellium tom. 1. Miſcell. pag. 86.

Punctatim pſallendo Deo, cantusque moroſe.

Hinc emendanda Statuta Valent. Eccl. inter Concil. Hiſp. tom. 3. p. 511. *Semper vnus lenet pſalmos, et Punctatis, ſiue ſyncopa legant pſalmos ac lectiones.* Vbi leg. *Punctatim.* (3) Vulnus cuſpide factum. Lex Ripuar. tit. 4. cuius inſcriptio eſt, *de puncto.* (4) PVNCTVM, articulus, caput, Gall. *Point, article.* Litterae Ruperti Electoris Palat. ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. p. 582. *In omnibus ſuis tenoribus, ſententiis, Punctis, et clauſulis*, etc. V. *Punctus* 2. (5) PVNCTVM, ſalarium, honorarium, quod iis tribuitur, qui officiis eccleſiaſticis interſunt; ſic dictum, quod praeſentes *puncto* notabantur. Statuta Eccl. Valent. inter Conc. Hiſpan. tom. 4. p. 135. *Puncto* nuncupantur etiam ſalaria conceſſa a Principe primatibus aduocatorum. De his vide Cuiac. lib. 13. Obſeruat. cap. 2. (6) PVNCTVM. Globulus, Gall. *Bouton;* († vel potius fibula.) Statuta Milonis Epiſc. Aurel. ann. 1314. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1286. *Statuimus, quod quilibet ſacerdos de cetero ſuper tunicale clauſum habeat, ſcilicet ſine Punctis.* Occurrit rurſum pag. 113. (7) IN PVNCTO ESSE, phraſis Gallica, *Etre ſur le point*, in procinctu. Charta ann. 1377. ex Bibl. reg. DE PVNCTO IN PVNCTVM, phraſis etiam Gallica, *De point en point*, accurate, diligenter, ſumma cura, in Litteris Philippi VI. Reg. Franc. an. 1339. tom. 2. Ordinat. p. 133. (8) † Terminus, limes, quia certis *punctis* diſtinguitur. Ch. Mſ. a. 1220. (9) † Vox generalis, qua res quaeuis, negotium quodlibet ſignificatur.

† PVNCTVOSVS, in *punctum* ſ. acumen definens. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1388.

PVNCTVRA. (1) Punctio. Iul. Firmicus lib. 8. cap. 21. (2) † Pleuritis, pungens lateris dolor, Ital. *Puntura*, t. 2. Sept. p. 470.

PVNCTVS. (1) Quinta pars horae, apud Bromptonum. Rabanus de Computo apud Baluz. tom. 1. Miſcell. p. 17. Diſc. *Punctus quid eſt?* Mag. *Quarta pars vnius horae.* Diſc. *Vnde dictus eſt Punctus?* Mag. *A paruo puncti tranſcenſu, qui fit in horologio. Punctus quippe a pungendo dictus eſt, eo quod quibusdam punctionibus certae deſignationis in horologiis deſignatur. Punctus autem habet minuta duo, et dimidium, partes tres, et ſemiſſem, et quadrantem vnius partis, momenta decem, oſtenta quindecim, atomos VDCXL. Quatuor ergo Puncti horam faciunt.* V. *Oſtentum.* (2) Articulus, caput, Gallice *Point, article.* Charta Edwardi III. Reg. Angl. an. 1357. apud Rymer. tom. 6. p. 43. V. *Punctum* 4. (3) Actus, factum, Gall. *Fait.* († Rectius, vt videtur, conditio, conuentio, pactum. V. *Punctio.*) Litterae Henrici IV. Reg. Angl. ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. p. 570. (4) Acumen, mucro, Gall. *Pointe.* Charta an. 1392. apud Rymer. tom. 7. p. 713. V. *Puncta* 1. (5) PVNCTVS, in pſalmodia. V. *Punctum* 2. (6) † Inuſta ferro acuto et calido plaga. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1409.

† PVNEIRA, quantum pugno continetur. Ch. Mſ. a. 1082. V. *Puniata.*

PVNEX, pro *Pumex*, in Translat. S. Felicis Conf. inter Conc. Hiſp. tom. 3. p. 297.

PVNGA, pera, Saxonice *Pung.* S. Audoënus in Vita S. Eligii lib. 1. c. 10. *Quoties brachile aureum, Pungam quoque auro gemmisque compta in ſibi ſubripuit, tantum vt miſeris ſuccurreret.* Magis placeret *Pugna*, qua voce pugni ornamentum ſignificaretur, cum ad *brachile* propius accedat, quam pera, cui aurum, et gemmae vix conueniunt: ſi tamen hanc vocem ex Cod. MS. optimae notae reſtituerit Ducheſnius. Nihil enim temere

mere definiendum, cum infra cap. 12. legatur: *Habebat* (Eligius) *burſas eleganter gemmatas.* Vide ſupra *Pugnà* 1. et 2. Angilbertus Abbas Centul. apud Hariulfum libr. 2. cap. 10. *Codex ebarneus auro paratus . . . Punga auro parata 1. incenſaria argentea auro parata 4.* etc. Ita Graeco-Barbaris, πύγγη et πυγγίον, eſt ſaculus, burſa, crumena ex corio confecta, vnde Gallis *Poche.* PVNCHA. Statuta Maſſilienſia MSS. an. 1276. *Tunica rugata cum Punchis.* POCHIA. *Pochia, ſeu Biſſacus,* in proceſſu de Vita et mirac. B. Mariae de Malliaco num. 48. POWCHIA. Wilh. Thorn. an. 1248.

PVNGATIVVS, pungens, Gall. *Piquant.* Mirac. B. Simonis de Lipnica to. 4. Iul. p. 556. PVNGITIVVS, eadem notione. Epiſt. Gaufridi Abb. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 502.

† PVNGVLONVS, ſtimulus, Ital. *Pungolo,* in Ch. a. 1196.

† PVNHADERIA, menſurae annonariae ſpecies, in Ch. Mſ. a. 1342. V. *Punheria.*

PVNHALIS, gladius, pugio, ſica, Gallice *Poignard.* Charta ann. 1200. ex Tabul. Archiepiſc. Auſcit.

† PVNHARIATA, modus agri vnius *punheriae* ſeminis capax, in Ch. a. 1304. PVNHERIATA, in alia 1361. V. *Punieyrata.*

PVNHERIA, annonariae menſurae ſpecies, vt ſupra *Pugneria.* V. in hac voce. Limborch. Hiſt. Inquiſit. p. 113. V. *Poignia* et infra *Puniera.*

† PVNIA, pugillus, i. q. *Pugnata 1.* in Ch. a. 1354.

PVNIATA. Tabularium Prioratus Lewenſis apud Spelmannum: *Lanceta, qui pro ſale ierit, habebit vnam panem, et vnam Pumatam ſalis.* Vbi legendum *Puniatam,* ex Gallico *Poignée,* quantum pugno quis continere poteſt. V. *Poignia,* et *Palmata.*

† PVNIBILIS, puniendus, in Litt. remiſſ. a. 1354.

PVNIERA, vt ſupra *Punheria,* in Transactione an. 1351. inter Abbatem et Monachos Craſſenſes ex lib. viridi fol. 53.

PVNIETRATA, modus agri, apud Occitanos, vnius *pugneriae* ſementis capax. Charta Annae Dabſco dominae Montis-Aſtruci an. 1488. V. *Pugneriata.*

PVNIMENTVM, poena, ſupplicium, (ius poenas decernendi,) Gall. *Punition.* Conſuetud. Marchiae Dombar. art. 3.

† PVNIRE, occidere, t. 5. Sept. p. 791.

PVNITAS, vt *punimentum.* Chron. Watinenſ. Monaſt. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 825.

PVNITIO, ius reos puniendi. Charta fundat. Abbatiae Perrodii-noui an. 1209. apud Menag. Hiſt. Sabol. p. 364.

PVNNA, V. *Pugna 3.*

PVNTA, Italis et Hiſpanicis, acumen, Gall. *Pointe.* Iohan. Demuſſis Chron. Placent. ad an. 1388. apud Murator. tom. 16. col. 681. V. *Puncta 1.* et *Punctus 4.*

PVNTALE, vox Italica, Academicis Cruſcanis, *Fornimento appuntato, che ſi mette all' eſtremità d'alcune coſe,* Res quaeuis *in puntum* ſeu acumen definens. Chron. Petri Azarii apud Murator. tom. 16. col. 394.

PVNTARIA, ſ. Appenditiae, Gallis *Dépendances.* Chronicon S. Vincentii de Vulturno l. 2. p. 685. *Cum aliis caſalibus, et territoriis, et Puntariis in loco, vbi dicitur,* etc.

† PVNTELLVS, ſcalprum ſignatorium, Gall. *Poinçon.* Strat. ant. Florent.

PVNTVM pro *Punctum,* vel *Punctus,* pars horae, in Chron. Domin. de Grauina tom. 12. Murator. col. 569.

† PVNVS, cuſpis, mucro. Lit. remiſſ. a. 1399.

PVPARE, *creſcere,* in Amalth. ex Papia. Statuta Saluciar. Collat. 7. c. 196.

† PVPETVS, ſ. miniſter coquinae, a Lat. Pupus. Libert. Vienn. a. 1361.

† PVPILLARIETAS, pupilli ſtatus et conditio, Gall. *Pupillarité.* Teſtam. a. 1294.

PVPILLARITER, pupillari ratione, vt pupillo conuenit. Teſtament. Iohannis Dalphini an. 1318. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 172. col. 2.

PVPIL-

PVPILLVS pro Pupilla. Capitula ad Legem Alamannor. c. 1. edit. Baluzii.

PVPIOR, παιδεύομαι, in Gloſſ. Lat. Graec.

PVPLICI, pro Publice, in Teſtam. Chrodardi Comit. apud Mabill. Diplom. lib. 2. c. 27. §. 10. *Actum in villa, quae dicitur Mareleia, Puplici, etc.* Gloſſ. Lat. Gr. *Puplice*, δημοσία. *Puplice*, δημοσιεύω. Vbi in MSS. *Publice*, *Publico*.

PVPPIS CAPITIS, V. *Prora*.

PVPPVP. Althelmus in praefatione ad librum de Laude virginum:

> . . . . . *ne poſſit rabula raptor*
> *Regales vaſtans cauſas bis ditere Pup Pup.*

Vox irriſionis eſt, et contemtus, vt in Gloſſariolo ad Cantica natalitia Burgundica apte omnino obſeruatur ex Rabano de Laudibus S. Crucis lib. 1. fig. 2.

> . . . . . *dire ne dicere Pup Pup*
> *Rancidus is valeat deceptor, dux et iniqui,*
> *Exemptam riſit praedam qui lucis ab aethra,*
> *Detruſamque diu voluit punire necando hic.*

Quae ſic commentantur ab ipſo Rabano lib. 2. *Ne antiquus hoſtis, qui primum parentem noſtrum ſibi conſantientem de paradiſo eiecit, diutius irriſionis eulogio progeniem eius in exilio damnatam fatigaret.*

PVPVLA. (1) Παλλακή, in Gloſſ. Lat. Graec. Adoleſcens, puella. Chron. Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 430. (2) *Imago, quae fit e puellis;* in Gloſſar. ad Doctrin. Alexandri de Villa Dei. V. ſupra *Pupa*.

PVPVS, κόρη ὀφθαλμοῦ. Gloſſ. Lat. Gr. Pupilla. S. Paulinus Poëmate XX. de S. Felice.

PVRA. *In puras credere*, recenſetur inter ſuperſtitiones paganorum, apud S. Audoënum in Vita S. Eligii lib. 2. cap. 15. tom. 5. Spicil. Acher. p. 215. *Nullus Chriſtianus in Puras* (al. *Pyras*) *credat, neque in cantu ſedeat, quia opera diabolica ſunt.*

PVRATVS, pro *Purpuratus*, mone Imperatorum Byzantinorum. Be nardus Theſaur. de Acquiſit. T. apud Murator. to. 7. col. 690. V. *perperum*.

PVRCELLVS, pro Porcellus, in Cha ta apud Madox Form. Anglic. p. 25

PVRCHACIA, comparacum, acqui tum, ex Gallico *Pourchaſſer* et *Pon chas*. Charta Gaufridi de Mandeui la. V. ſupra *Porchaicia*.

PVRCHVIA, penſio, praeſtatio, qu alicui ex *Purchacia* competit. Char Ludouici Hungar. Regis an. 1376 apud Steyer. in Comment. ad Hi Alberti II. col. 336.

PVRCIVANDVS, Gall. *Pourſuivan d'armes*. Vide ſupra in *Proſecutu* Charta an. 1555. apud Rymer. t 15. p. 424. PVRSIVANDVS, e dem notione, in Charta an. 155 ibid. p. 201.

PVREA, ius e piſis, Gall. *Puré* Ordinat. Humberti II. ſuper ordi menſarum, tom. 2. Hiſtor. Dalphi p. 312. col. 2. Vide ſupra *Porea*.

PVREYA, ius, ſeu iuſculum quodu idem quod *Potagium* 1. Vide in h voce. Statuta MSS. Cardin. Triue tii Abb. S. Victoris Maſſil. ann. 153

PVRFERIR, f. reficere, Galli dicu *reprendre un mur*. Comput. an 1202. apud D. Bruſſel de Vſu feu tom. 2. p. CLIII. *De domo Dani de muris caſtelli Purferir* IIIIc. *l.* ibi pag. CLIV. *Et pro muro Purferir, pro plumbo, et pro kernellis* XX. *l*

† PVRGARE, ſbercus emittere, Ch. a. 1391.

PVRGARI dicuntur, qui immund ſpiritibus liberantur, apud Ambro um lib. 7. Epiſt. 2. Hieronymum Vita Hilarionis, et alios laudatos Henr. Valeſio ad lib. 5. Hiſtor. E cleſ. cap. 7. vbi καθαριζειν eade notione Graecos ſcriptores vſurpa obſeruat. Vide Gloſſar. med. Gra cir. in v. καθαριζεσθαι.

PVRGATIO. Innocentiae probati *Eſpurgement*, apud Bellomaner. 39. Chartul. S. Magdal. Caſtrodu fol. 56. Haec vero multiplici rati ne peragebatur; vtque ab Eccleſi canonibus magis probaretur, nu cupata PVRGATIO CANONIC

qu

quae eſt ſuper obiecto crimine, proprio iuramento, vel, ſi oporteat, iuramento compurgatorum de ipſo crimine diffamati innocentiae oſtenſio: ita Lindwodus. Honorius III. in V. Compil. p. 219. Vide *Iudicium*. Atqui haec *purgatio canonica* etiam nunc vſitata in foro Inquiſitionis. Si quis enim de haereſi diffamatus, nec propria confeſſione, nec facti euidentia, nec teſtium productione legitima conuincitur, tenetur, vt abſolutus exeat, teſtibus eiusdem ac ille conditionis et ſtatus, quique, a iudice, eo, quo illi placet numero, definiuntur, purgare ſe de illata infamia; ita tamen, vt ſi defecerit in vno, duobus, tribus, aut pluribus teſtibus, exinde conuictus plene de crimine cenſeatur. Plura vide apud Hofman. in Lexico.

PVRGATORES, iidem, qui *Sacramentales*, *Iuramentales*, *Coniuratores*, de quibus in voce *Iuramentum*. Vtitur Andreas Suenonis in Legibus Scaniae lib. 7. cap. 3.

PVRGATORIVM. (1) Innocentius IV. PP. in Epiſt. ad Ottonem Cardin. Tuſculanum §. 23. *Nos, quia locum purgationis huiusmodi dicunt* (Graeci) *non fuiſſe ſibi ab eorum doctoribus certo et proprio nomine indicatum, illum quidem iuxta traditiones et auctoritates SS. Patrum Purgatorium nominantes, volumus, quod de caetero apud illos iſto nomine appelletur. Iſto enim tranſitorio igne peccata vtique, non tamen criminalia ſeu capitalia, quae prius per poenitentiam non fuiſſent remiſſa; ſed parua, et minuta purgantur, quae poſt mortem etiam grauant, ſi in vita non fuerint relaxata.* (2) Locus vbi veſtes et alia eiusmodi eluuntur, in Statut. Ord. Praemonſtrat. c. 12.

PVRGATORIVS MENSIS, Februarius, in quo feſtum Purificationis B. M. celebratur. Chronic. Ditmari Merſeburg. Epiſc. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunſuic. p. 376.

† PVRGATVRA, lauatio, actio purgandi pannos. Stat. pannif. a. 1317.

† PVRGIO, explorator, Gall. *Eſpion*. Gloſſ. Lat. Gall. a. 1352.

PVRGRAVIVS, vt *Burggrauius*, Burgi Comes. Vide in hac voce. Charta Alberti Ducis Auſtr. an. 1330. apud Steyer. col. 30. Occurrit rurſum col. 325.

PVRIFICARE. (1) Culpam aut crimen ſacramento diluere, purgare, *idoneare ſe: Purificare ſe ſicut Lex iubet*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. §. 1. *Purificare ſe ad Legem Dei*, §. 20. id eſt, ad ſacra Dei Euangelia. (2) Exponere, explicare, Practicis Gallicis *Libeller*. Epiſtola ann. 1408. to. 8. Spicil. Acher. p. 207. (3) *Purificari* dicuntur mulieres, quae poſt partum in Eccleſiam veniunt, et benedictionem a Sacerdote ſuſcipiunt, ex veteris Legis inſtituto, de quo prae ceteris Durandus in Ration. lib. 7. cap. 7. n. 6. 7. Conradus Vſperg. ann. 1124. Adde Statutum anni 1270. Idem quoque obſeruatum fuiſſe, cum mulieres primo poſt nuptias ad eccleſiam veniebant, docuimus ſupra in v. *Meſſiare*. Quo etiam ſpectant Statuta Nicolai Epiſc. Andeg. Vide mox in *Purificatio*.

PVRIFICATIO. (1) Oblatio, quae a mulieribus, quae poſt partum in Eccleſia purificantur, Sacerdotibus offertur. *Purificationes de partu ſurgentium*, in Tabulario S. Genouefae Pariſ. Charta ann. 1152. in Magno Paſtorali Eccl. Pariſ. ch. 32. PVRIFICATIO BASTARDORVM, oblatio, quae Eccleſiae in *baſtardorum* legitimationibus offerebatur. Tabul. Montis S. Michaelis. Vide *Legitimare* et *Pallium* 1. (2) † Expeditio, explicatio, in Ch. a. 1222.

PVRIFICATORIVM. (1) Linteolum, quo Sacerdos poſt communionem calicem extergit. Ceremoniale Epiſcopor. cap. 12. (2) † Vas purificandis digitis in ſacra liturgia aptum. Inuent. Mſ. a. 1295.

PVRIFICATORIVS, qui purgat. Epiſt. Siricii PP. ad Himer. inter Concil. Hiſp. to. 2. p. 124.

PVRITANI, Secta Reformatorum circa an. 1574. qui puros ſe in doctrina et ritibus prae reliquis venditabant. Vide Honor. Reggium Tract. de Statu Eccl. in Britann. Hoornbeekium Summa controuerſ., Puritanismum

nifinum Anglic. Guillelmi Ameſii, Stockmanni Lexic. Haer. et alios.

PVRITARE, *emundare*, in Gloſſ. Arabico-Lat.

PVRITAS. (1) Pura, et ſimplex veritas, Gallis *la pure verité*. Epiſtola Bernardi Archiep. Arelat. ad Innoc. II. PP. ann. circiter 1133. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 718. (2) † Sacramentum, Iuramentum. Conſuet. Catalon. Mſ.

PVRITER, in lib. 5. Capitul. c. 165. Vide Notas Steph. Baluzii ad libros Capitular. p. 1209.

PVRPARS, PVRPARTIA, V. *Perpars*.

PVRPRESTVRA, PVRPRISVRA, PVRPRISVS, V. *Porprendere*.

PVRPVNCTVS, V. *Perpunctum*.

PVRPVRA. Veteribus Scriptoribus, veſtimentorum quoduis ornamentum dicitur. Gloſſ. Gr. Lat. πορφύρα ὑφασμένη, *Clavus*. Alibi: Κύκλος, ἡ περὶ τὴν χλαμύδα κύκλος, πορφύρα, *limbus*. *Clavus purpurae* apud Quintilianum. Regula S. Caeſarii ad virgines cap. 7. *Veſtimenta lucida, vel nigra, vel cum Purpura, vel bebrina nunquam in vſu habeant*. PVRPVRA ALBA. Vincentius Beluacenſis lib. 33. cap. 30. de Tartaris: *In prima die veſtiti ſunt omnes Purpuris albis, in ſecunda vero rubeis*. Cap. 36. *Tentorium de purpura rufa*. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis 15. Kal. Aug. *Dedit nobis tres Purpuras albas, de quibus factae ſunt caſula, dalmaticę, tunica, et pallium ad patenam. Eſcarlate blanche* apud Proiſſartem. PVRPVRACLAVATVS, vnico verbo, vt *Auroclauatus*. Gloſſ. S. Benedicti cap. de veſtimentis: *Clavi*, σημεῖα. *Clavare*, πορφυρῶσαι. Stephanus II. PP. *Colobio indutum candidiſſimo, Purpuraclauato*. Vide Senat. lib. 6. Epiſt. 31. PVRPVRAM ADORARE dicebantur, quibus Imperatorum chlamydis laciniam tangere vel oſculari conceſſum erat: cuius quidem ſacrae purpurae adorandae is ritus erat, vt Patricii quidem ad dextram Principis mammam adorarent, Princepeque recedentium caput deoſcularetur: Senatores vero ac caeteri genu dextro ante Principem flexo diſcederent, vt eſt apud Procopium in Hiſtor. arcana ſub finem. Vide Senatorem lib. 11. Epiſt. 20. Henricum Valeſium ad lib. 15. Ammiani et Iacobum Gothofredum ad l. vn. Cod. Th. de praepoſitis ſacri cubiculi, et ad l. 6. de Decurion.

PVRPVRARIVS, πορφυροβάφος, in Gloſſ. Gr. Lat. Ibidem πορφυροπώλης, *Purpurarius*. Occurrit in veteribus Inſcript. 621. 4. 649. 9. *Purpurarius fucus*, apud Solinum cap. 27. *Negotiantes Purpurarii* in leg. 10. ex Cod. Theodoſ. de excuſ. muner. qui purpuram vendunt.

PVRPVRATVS. (1) PVRPVRATI, PORPHYRETICI, PORPHYROGENITI, Imperatorum ac Regum liberi, in *purpura*, ſeu parre Imperatore vel Rege nati. Senator lib. 11. Epiſt. 1. *Placidiam mundi opinione celebratam . . . Purpurato filio* (Valentiniano) *ſtudiuiſſe percipimus*. Apud eumd. lib. 8. Ep. 5. *Purpuratam infantiam* filium vocat Athalaricus Rex. Nebridius Stilichonis gener *Purpuratorum ſocius*, i. filiorum Imperatoris fuiſſe dicitur apud S. Hieronymum in Ep. 9. Vide, quae obſeruat Cangius ad Alexiadem p. 321. (2) Moneta Imperatorum Byzantinorum, V. *Hyperperum*.

PVRPVRILLA, PVRPVRELLA. Gloſſae Iſidori: *Purpurilla, locus extra portam, quo purpurea veſte vtebantur*. Vbi leg. ſuſpicatur Graeuius: *Purpura, aulae locus, quo puerperae Auguſtae vtebantur*; quippe qui intelligat Iſidorus triclinium in aula Conſtantinopolitana, in quo Auguſtae parere ſolebant. Vide Cangium in CP. Chriſt. lib. 11. c. 4. Charta ann. 1197. apud Vghellum tom. 7. p. 1275. *Vnam zonam de ſeta rubea, vnam planetam de Purpurella cum apparatu ſuo, vnam planetam de cendato rubeo, etc.* Idem quod Purpura.

PVRPVRITICAE COLVMNAE, porphyreticae, Capitolino in Antonino, ex porphyretico marmore, de quo Suet. in Nerone. Vetus Inſcriptio Romae.

PVRSIVANDVS, V. *Purcivandus*.

PVRVLENTATIO, exulceratio, ſuppuratio, apud Coel. Aurel. Tard. lib.

lib. 5. c. 31. *Purulentia* metaphorice apud Tertull. lib. de pallio sub finem.

PVRVS. *Ad purum*, id est, super nudum corpus. Gilbertus lib. 2. de Bello sacro. *Purum Argentum*, illud dicitur in Charta ann. 1207. apud Stephanot. to. 1. Antiq. Benedict. Occiran. MSS. p. 406. *quod se defendit ab igne, et marsello*, † AD PVRVM PONERE, vox monetariorum, ad probationem seruare. Ch. Mf. a. 1362.

PVS. (1) Gregorius Turon. de Vitis Patr. c. 19. *Mulier quaedam filiam suam exhibuit vulneribus plenam, et vt quidam vocant, Pus eadem genuerat.* (2) Alia notione. Traditiones Fuldenses lib. 2. cap. 82. *Trado . . . vnum caballum, et boues 3. domum vnam, et aream vnam, et Pus vnum, 20. porcos, etc.* f. Pureus, Gall. *Puy*, prouincialibus *Pous*.

PVSA, idem videtur, quod *Picta*. Terrarium Chastellayum ann. 1391. *Sub seruitio III. solid. V. den. et vnius Pusae monetae seruitii.*

PVSCA, V. *Posta*.

PVSCVLA, V. *Forstulla* et *Posca*.

PVSCVLENTVS, V. *Posca*.

PVSIA. Isidorus lib. 17. cap. 7. de Arboribus: *Pausia, quam corrupte rustici Pusiam vocant, viridi oleo et suavi est apta: et dicta pausia, quod pausiatur, id est, tundatur.* V. *Pausea*.

PVSILLANIMIS. Gloss. Gr. Lat. ὀλιγωρος, *Pusillanimis*, Ολιγωρία, *pusillanimitas, segnitia*. Interdum *Pusillanimis* vsurpatur pro, *ad misericordiam motus*. Vita S. Gudilae Virg. c. 3. *Pro cuius incommodo, compassione, et pietate Dei virgo Pusillanimis facta:* vbi Bollandus, *id est mota ad commiserationem*. Teutonicus Idiorismus, weichmüthig, id est ἀγεδακρυς, *ad lacrymas pronus, ac Pusillanimis*.

PVSILLARES, pro *Pugillares*, semel ac iterum in Testamento Heccardi Comitis Augustodunensis apud Perardum p. 26.

PVSILLITAS. (1) Vt *Pusillanimitas*, segnitia. Epist. Iohan. de Monsterolio apud Marten. to. 2. Ampl. Collect. col. 1446. (2) Paruitas. Vener. Beda in Genesim apud eumd. Marten. tom. 5. Anecdot. col. 115.

PVSILLVS, iunior. Charta an. 1149. in Tabul. Maior. Mon.

PVSILMANNVS, seruus culinarius, Gallis *Marmiton*. Consuet. MSS. Eccl. Colon. ex Bibl. Eccl. Atrebat. *Magister coquinae IIII. den. et ob. quatuor coci, et duo Pusilmanni cuilibet ob.*

PVSINGERE, *pungere*, ὑποκεντεῖν, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

PVSIOLA, dimin. a Pusa, puellula. Chron. Anglic. Th. Otterbourne p. 187.

† PVSIOLVS, paruulus, t. 2. Sept. p. 267.

PVSTELLA, vt *Pusula*, V. *Accessio* 1.

† PVSTELLOSVS, pustulosus, ap. Alex. Iatrosoph.

PVSTERLA, PVSTERNA, PVSTERVLA, V. *Posterula*.

PVSTICAE, ligna seu trabeculae in nauibus, quibus insistunt rami, Italis *Postiticci*. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 11.

PVSTVRA, vt *pastura*, in Statutis Arelatens. art. 32. ex Cod. MS. D. Brunet fol. 26. vo.

PVSVLA, pro *Pustula*. Marius Auenticensis. V. Martinii Lexicum.

PVTA. (1) *Vt puta*, mendum forte pro vtpote, in Vita MS. S. Wenwaloei fol. 108. *At vero illa vt Puta prudentissima, non ad luctum murmuriosum, sed ad Deo gratias agendum conuersa, etc.* (2) † Meretrix, scortum, Gall. *Pute*, in Gloss. Gall. Lat. Cod. 7692.

PVTACILLA, κατάπτυσμα, in Gloss. Lat. Graec. vbi forte ex Vulcanio restituendum *sputabilia*.

PVTACIOLVM. V. *Pittaciolum*.

PVTACIVS, cari seu felis species, († Mustela silvestris,) Aremoricis *Pudask*, Gall. *Putois*, Historiae naturalis Scriptoribus *Putorius*, idem, vt videtur, qui Graecis ἰκτὶς dicitur; sic nuncupata, quod foeteat, de quo Scaliger contra Cardanum cap. 210. num. 3. *Inter ea quinque*, inquit, *catus foetens quoque est: pilo obscuriore; sed tam tetro odore, vt Putin Liguribus Taurinis, in Gallia Putois sit cognominatus.* Siluester Giraldus

raldus in Topogr. Hiberniae diſt. 1. cap. 21. et ex eo Bromptonus: *Cares herminis, cares et Putaciis.* PVTONIVS, eadem notione, apud Bernardum Monach. in Ordin. Cluniac. part. 1. cap. 5. PVTOSIVS. Petrus Venerabilis in Statutis Ordinis Cluniac. cap. 17.

PVTAGIVM, fornicatio, meretricatus, de foemina dicitur. Regiam Maieſtatem lib. 2. c. 49. *Quod generaliter dici ſolet, quod Putagium haereditatem non adimit, intelligitur de Putagio matris, quia filius eſt haeres legitimus, quem nuptiae demonſtrant.* PVTARIA, idem, in Statutis Aſtenſ. Collat. 12. cap. 7. fol. 39. vo. PVTEVM, idem. Warnerius MS. in Caprum Scotrum Poëtam. Iam vero, quae ſit vocis origo, indicat Scaliger ad Catalecta Virgilii, a voce nempe *Putus*, quae paruulum, aut puerum ſonat. Gloſſ. Lat. Graec. *Putus*, μιχρός. *Puti*, μιχροι. Hodie etiamnum Itali *Putto* puerulum vocant, vnde Gall. *Petit*, detorto vocabulo a *Putito*. Primum igitur *Putae* dictae puellae, poſtmodum ad laſciuientes deducta vox, quod in voce, *Garce*, accidit. V. *Mutare*.

PVTANA, meretrix, non ſemel occurrit in ſermonibus Quadrageſimalibus Menoti. *Putena*, idem, ex Gallico *Putain*, ſeu vt Belgae Gallici efferunt, *Putaine*. Ordericus Vital. lib. 12.

† PVTANCIA, mendoſe pro Pictancia, in Lib. Sal. S. Thom. Argent.

PVTATIVE, cui *Vere* opponitur, in Libello Epiſcop. Ital. contra Elipandum inter Concil. Hiſp. tom. 3. p. 99.

PVTATIVVS, exiſtimatus, Gallice *Putatif. Pater pueri Putatiuus*, apud Bromptonum p. 909. qui pater eſſe putabatur. Hiſtoria Miſcella in Rhinothmeto an. 6. *Et ita per Putatiuae rationis obtentum pacem diſſoluerent.* Vbi Theophani *Putatiuus* eſt δοκίμευος.

PVTATORIA, mulcta, vt videtur, quae ex falſis menſuris domino competit. († Nequaquam; eſt enim falx putatoria, vt manifeſtum ſit e Leudis maior. Carcaſſ. Mſ. *Item pro falcibus et putatoriis.* Porro pro acuendis inſtrumentis ruſticis certa praeſtatio domino penſitabatur, quae hic *Putatoria* appellatur.) Charta an. 1152. inter Probat. to. 3. nouae Hiſt. Occitan. col. 540. *Conqueſtus eſt domnus Raimundus Trencauellus de eis* (Guillelmo de Limoſo ſuo miniſtro et Tardiuo fratre ſuo) *clamando illis furnum de Limoſo, et omnes iuſtitias et menſuram ipſam quae vocatur emina, et mejeiram olei, et omnes falſos et Putatorias.*

PVTEAL, *ſedes praetoris.* Gloſſ. Iſid. Excerpta: *Sedes iuratoris.* Papias: *Puteal, locus in foro, vbi foeneratores dabant et accipiebant pecuniam.* Adſo in Translat. S. Baſoli ſaec. 4. Bened. part. 2. p. 139. *Praecepit ergo ipſe procuratori ſuo villarum incolas ſibi tamquam ad Puteal exhiberi: quos per varia diſtringens ſupplicia, ſibi bona eorum poſſet violenter extorquere.* Vide Salmaſii Exercit. in Plin. p. 804. edit. Traiect.

PVTENA, V. *Putana.*

PVTEORITAE, puteorum cultores circa ann. 400. ex Iudaeis idololatrae potius, quam haeretici, de quibus Philaſtrius. Vide Stockmanni Lexic. haer.

† PVTERIA, fornicatio, i. q. *Putagium*, in Chartul. Fland.

PVTEVLANVS. Dudo lib. 3. de Morib. Normann. p. 105. deſcribens inſulam in fluuio Somona in Picardia: *Eſt namque ibi inſula Puteulano exaeſtuantis Somenae gurgite hinc inde et altrinſecus circundata.* Vbi legendum *Puteolano:* quippe arenam intelligit, ſeu *Puteolanum pulueren:* de quo dixit Cangius ad Alexiadem p. 267. Papias: *Puluis Puteolanus, in Puteolanis collibus Italiae colligitur, opponiturque ad ſuſtinenda maria, fluctusque frangendos: nam merſus in aquis fit lapis.*

PVTEVM, V. *Putagium.*

PVTEVS. (1) In templis, et aedibus ſacris. Abbo Floriacenſis lib. 2. de bellis Pariſiacis puteum in Capella S. Germani (Prarenſi) fuiſſe innuit, cuius aquae aegrorantibus vice medicinae erant. *In Puteum abiici,* in Lege Salica tit. 43. Vide Gregorium Turon. lib. 3. Hiſt. c. 6. l. 7.

c. 23. Supplicii genus fuit apud Scotos vſitatum, delinquentes feminas foſſa vel puteo immergere. V. *Foſſa* 1. (2) PVTEVS, a Gall. *Puy*, Mons, collis. Sidonius in Propemptico ad libellum, vbi de vrbe Gabalenſi: *Sublimem in Puteo videbis vrbem.* V. *Podium* 3.

PVTHCVS, puteus. Charta Italica an. 1345.

PVTIATORIVM, hauritorium, ſalinarium, *Puiſoir* Gallis, vnde aqua ſalaria hauritur, extrahitur: vox orta a *puteus*. Geſta Epiſcoporum Saltzburgenſium apud Caniſium p. 485. 487.

PVTONIVS, PVTOSIVS, V. *Putacius*.

PVTRAMEN, putredo. S. Cypr. de Lapſis c. 12.

† PVTRIFACTIO, dicitur de veſte corrupta et lacera, t. 5. Sept. p. 119.

PVTRILAGO, pro Putredo, creſco occurrit apud interpretem S. Antiochi Homil. 44.

† PVTRITVS, carie vitiatus, Gall. *pourri*, in Ch. a. 1400.

PVTTA, puteus, foſſa, Angl. *Pit*, a Saxon. *Pitte*, eadem notione. Charta ann. 1217. apud Kennett. Antiq. Ambroſd. p. 186.

PVTTO. Ermenrici Mon. Augienſ. libellus apud Mabill. tom. 4. Analect. p. 336. *Inter haec etiam et cuiusdam Scotticae perae iacula vereor, ceu ex latere emiſſa, quae modo in partibus Auſoniae Puttoni littonias, vel aliud quid incogniti vbi colligit, et licet attrita fronte, apparebit, quando Putto inde guſtabit.*

PVTVRA. (1) Apud Fletam lib. 2. cap. 73. §. 6. idem eſt ac *paſtura*, id ſcilicet omne quod in cibum homini vel animalibus tribuitur: vnde translata exinde haec vox ad deſignandum ius *giſti* ſeu *procurationis*, quo dominus a vaſſallis hoſpitio et conuiuiis excipitur. V. in his vocibus. Aperta ſunt quae in hanc rem profert Th. Blount in Nomolex. Anglic. v. Putura. (2) Willelmus Thorn. ann. 1267. *Comparauit etiam Puturam pulpiti in Eccleſia, et gabuli in refectorio.* Vbi *Puturam* trabem interpretatur Somnerus ex Gallico *Poutre*.

PVTVS, paruus. V. *Putagium*.

PVZAL, menſura liquidorum. Charta Luſitanica apud Brandaon. to. 8. p. 286. *Poſt quam habueris 5. quinales de vino, des vnum Puzal.*

PYCTA, ſcapha exploratoria, apud Veget. l. 4. c. 37. Vbi Steuuechius mallet *Pyncas*, quod nauigii genus Itali vulgo dicunt *Pinco*, monente Carolo de Aquino in Lex. milit. Gallis *Pinque*.

PYCTATIVM. V. *Pittacium*.

PYCTOMACHARIVS, Gr. πυκτομάχος, Pyctes, pugil, apud Iul. Firmicum lib. 8.

† PYLATRVM, pro Pyrethrum, herbae genus, t. 1. Bibl. Praedic. p. 62. V. *Pirethrus*.

PYLE. V. *Pilatus*.

PYRA, ignis. Latinis *pyra* eſt rogus, a Gr. πῦρ. Marten. de Rit. p. 262. V. *Pura*.

PYRACIVM, vt ſupra *Piratium*. V. in hac voce. Vita S. Segolenae to. 5. Iul. p. 633.

PYRALE, hypocauſtum conuentuale, Gall. *Eſtuve*, in quo Capitulum celebrabatur: vnde flagellum *diſciplinarum* in eo appenſum obſeruat Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli c. 3. V. *Gynaeceum*.

PYRAMIDALIS, Pyramidatus, ad modum Pyramidis. Guahran. Flamma apud Murator. to. 12. col. 1015.

PYRAMIS, *ciborium*, quod altari ſuperponitur. Bernerus Abbas de Translat. S. Hunegundis, in fine.

PYRAPTARE, in mari praedari, Gallis *Pirater*. Occurrit apud Sanutum lib. 3. part. 11. c. 2. V. *Pirata*.

PYRASTERIVM. V. *Peripterium*.

PYRATVS, pro Pyrus, metaphorice occurrit in Richerii Chron. Senon. lib. 1. c. 17.

PYRGIBASIS, vnico verbo male editum, et peius explicatum, apud Macros in Hierolex. V. *Pirgus*.

PYRGISCOS, vox Graeca, Bibliotheca. Gloſſ. Graeco-Lat. πυργίσκος, *turricula*, *armarium*. Vita S. Anſegiſi ſaec. 4. Bened. part. 1. p. 635.

PYRGIVS, via ſtrata. V. *Pirgius*.

PYRGVS, ambo. V. *Pirgus*.

PYRIARE, a Gr. πυριᾶν, igne fouere, calefacere. Petronii Fragm. Tra-

gur.

gur. c. 73. *In ſolio, quod Trimalcioni Pyriabatur deſcendimus.* Conſule ibi Reineſ. Non diſpliceret prorſus *Pyrgiabatur*, a Graec. πυργόω, in altum tollo. V. *Pirgus.* In editione Schefferi legitur *Periiaptatur*, vnde legendum opinatur, *in ſolio, quod Trimalcioni per duos aptatur, deſcendimus.* Litem dirimere haud facile eſt.

PYRITEGIVM. V. *Piritegium* et *Ignitegium.*

PYRIVS PVLVIS. V. *Pulvis.*

PYROCARAE, mulieres, quae caſtitatem et caelibatum profitebantur, quas ſua aetate, in Italia nempe, exortas teſtatur Ioannes de Deo Doctor Bononienſis in Poenitentiario edito a Iacobo Petito l. II. c. 13. et quem ille conſcripſit an. 1247. Eiusmodi fuere *Beghinae* noſtrates. V. *Pinzocha* et *Pizocata.*

PYROPVS. (1) Cacumen faſtigii vel tecti in pyri formam deſinens, Bollandiſtis in Annotat. ad Vitam B. Chriſtinae Stumbel. to. 4. Iun. p. 350. (2) Metalli ſpecies, ſeu metalli mixtura, de quo Plinius l. 34. c. 20. Buſchius de Reformat. Monaſt. c. 22. apud Leibnit. to. 2. Script. Brunſuic. p. 889. *Habuerunt . . . ſiaſcones de Pyropo decem, mortariola de aere ſeptem, etc.*

PYRRIRA, petraria, ex Gallico *Perriere*, Machina bellica. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandriae p. 191. V. *Petraria.*

PYRVS, pro Pirus, in Charta an. 1126, apud Calmet. to. 2. Hiſt. Lothar. inter Probat. p. 280.

PYSALIS, veſtiarium. V. *Piſalis.*

PYTALPHVS, vas vinarium. V. *Pitalſus.*

PYTATIVM. V. *Pittacium.*

PYTHAGORISSARE, Pythagoreae philoſophiam ſectari. Apuleius in Floridis.

PYTHONIZARE, pythonico ſpiritu agi. Vita B. Columbae Reatinae to. 5. Maii p. 358*. Vbi Codex MS. habet, *Phitonizaret*, vt monent docti Hagiographi. Et certe *Phitones*, pro Pythones, non ſemel occurrit. V. in hac voce.

† PYTIRIA, *furfures*, in Gloſſ. ad Alex. Iatroſoph. Mſ.

PYXIDA, pro Pyxis, in Vita S. Angegiſi ſaec. 4. Bened. part. I. p. 633.

PYXIS. (1) In qua reponuntur hoſtiae conſecratae ad Viaticum: Πυξίον, Pachymeri lib. 7. c. 15. 28. Leo IV. PP. de Cura Paſtorali: *Super altare nihil ponatur, niſi capſae cum reliquiis ſanctorum, . . . aut Pyxis cum corpore Domini ad Viaticum pro infirmis. Pyxides*, in quibus ſacra Euchariſtia infirmis defertur, ex ebore, ſeu *eburneae* eſſe iubentur, *propter caſum*, in Statutis Synodalibus Odonis Epiſc. Pariſ. cap. 5. num. 5. et c. vlt. num. 35. PYXIDES RELIQVIARIAE. Leo Oſt. lib. 3. c. 30. *In aeris Pyxidulis reliquiae ſanctorum . . . . reconditae ſunt.* (2) Theſaurus, fiſcus publicus, locus, vbi aſſeruantur pecuniae publicae: Gall. *la Boëte.* Charta Ricardi Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Turon. (3) PYXIS CAPITVLI, in qua ſuffragia colliguntur: et quam ad eos qui capitulo non interfuerunt defert nuncius. Charta Caroli IV. Imper. an. 1377. apud Miraeum to. 2. p. 1245. (4) PYXIS LOMBARDORVM, praeſtatio quae ab iis pro mercibus et facultate exercendi ſua commercia Regi exſoluebatur. Tabular. Memoriale Camerae Comput. Pariſ. ſignatum C. fol. 190. V. *Lungobardi.* (5) PYXIS NAVTICA, Gall. *Bouſſole.* Hanc initio ſaeculi quarti decimi, circa an. 1320. primum adinueniſſe Flauium Gioia, ciuem Amalphitanum, tradit Henr. Brencmannus Diſſert. I. de Repub. Amalphit. num. 22. Huic concinit Angelus de Luce in Notis ad Chron. Caſin. lib. I. c. 50. Amalphitanis hoc inuentum abiudicant ſcriptores aliquot, maxime Iſaac. Voſſius, qui var. Obſeruat. c. 14. vſum magnetis a Seribus repetit. Sed Francis id acceptum referri debere haud male colligitur ex Poëmate Guioti Pruuinienſis circa ann. 1200. exarato, vbi pyxidis nauticae mentio fit ſub nomine *Marinette*, quod marinis vſibus potiſſimum eſſet deſtinata. (6) Machinae bellicae iaculatoriae ſpecies. V. *Pixis.*

Q.

Q. (1) Littera numeralis, quae 500. denotat, vnde verſus: .

Q. velut A. *cum* D. *quingentos vult retinere.*

Ita etiam notae numerorum antiquae. At apud Vgurionem haec littera eumdem numerum, quem P. dicitur conficere, hoc eſt 400.

Quod Q. hic ſequitur numerum ſimilem retinendo.

Eidem litterae ſi recta linea ſuperaddatur, 500. millia ſignificat. (2) Q. inquit Notkerus Balbulus Opuſc. *Quid ſingulae litterae ſignificent in ſuperſcript. cantilenae; In ſignificationibus notarum cur quaeratur? cum etiam in verbis ad nihil aliud ſcribatur, niſi vt ſequens* V. *vim ſuam amittere quaeritur.* Vid. A. (3) Literarum Q. C. K. notiores commutationes ſunt, quam vt neceſſe ſit id exemplis confirmari.

QVACHETVS, panis ſpecies, in Itinere Camerarii Scotiae c. 9. §. 4. Locus exſtat in *Simenellus.*

QVACKERI apud Anglos, Fanatici ſuperiori ſaeculo exorti, quos Galli *Trembleurs* vocant, Trementes, a tremulo corporis motu, quem inter precandum affectant, quaſi eſſent iudiciorum diuinorum terrore perculſi.

QVACTVM Iſidoro l. 20. c. 2. *quaſi coactum et quaſi coagulatum; accepta enim ſecum alia ſpecie coagulat.*

QVADABLVM. Iura et Conſuetudines Normanniae c. 85. *Si véro querelatus de lege, quam vadiauit, inciderit, debet maleficium tam laeſo quam Curiae emendare: de percuſſione palmae per quinque ſolidos: de pugni percuſſione per 12. denarios: de proſtratione ad terram, quae Quadablum dicitur, per 18. ſolidos.* Vbi vetus Conſuetudo Norman. *De abateure à terre, que l'on appelle Acabler, 18. ſols.* V. *Cobulus.*

QVADEREL, pellis ſpecies, Belgis. Theloneum Monaſterii S. Bertini: *De dorina de Cordwan, 2. den. de Quaderel, 1. den. de centum pellium agnorum, 2. den.*

QVADERNALE, menſura frumentaria. *Vnum Quadernale frumenti*, in Terrario Sacriſtiae S. Illidii Claromont. an. 1398. Eſt etiam vox nautica, quae ſignificat id, *Quod praeceſſit funes*, vt exponit Franciſcus Barberinus in Gloſſis ad ſua *Documenti d'Amore* apud Vbaldinum p. 258. V. *Quinale.*

QVADIDEGARA. Muratorius to. 1. part. 2. p. 34. in hunc Legum Rotharis locum: *Haec ſunt gaudia quatuor manumiſſionum*, adnotat ſic legi in Codice Ambroſd. *Haec ſunt Quadidegarae quatuor manumiſſionum.*

QVADINCVS, Donationes factae Monaſterio Exalatenſi an. 855. Marcae Hiſp. col. 788. *Septelanios tapites II. cnpertorio ſtricio I. et vellatas XL. et Quadincos XL. et vadelincos VIII. curtinas II. etc.*

QVADIVS, fideiuſſor, vas, ſponſor. V. locum in *Guadius* poſt *Vadium.*

QVADRA. Gloſſ. Gr. Lat. Κόδρα, *Codra, Quadra.* Idem: τετράγωνος, *Quadrus, Quadra, quadratus.* Maxime de *Quadra panis* apud Monachos ſumitur. S. Auguſtinus contra Epiſt. Manichaei c. 21. *Vnus panis . . . in Quadras quatuor decuſſatim formetur. Per Quadras panes partiri*, apud Gregorium M. lib. 1. Dialog. c. 11. QVADRA PLACENTAE, eadem notione legitur apud Martialem lib. 3. Epigr. 77. Adde lib. 9. Epigr. 92. *Quadra caſei*, apud eumdem lib. 13. Epigram. 32. *Quadra vinere aliena*, apud Iuuenalem Satyra 5. Paraſiticam vitam agere. Hinc in Deſcriptione vitae Willelmi Ducis Norman. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 1314. *Aliena manuis Quadra vilis nullinsque vtilitatis viuere, quam regnum regere et protegere.* Hinc fortean QVADRA MVNDI, oblectamenta quaeuis mundana, quae mundus offert, ſeu apponit iis, qui eius *quadra* viuunt. Chronicon S. Iuliani Turon. laudatum a Mabillonio ſaec. 5. Benedict. p. 134. QVADRA VRNAE *mellis*, in Charta fundationis Monaſterii S. Alexan-

Alexandri in Graffshap an. 1072. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 491. QVADRA VINEAE, vel *de vnea*, Gall. *Quartier de vigne*, in Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 27.

QVADRAGENA, quadraginta. Vulgatus Interpres 2 Cor. 11, 24.

QVADRAGENTENVS, quadringentesimus. Epitaphium Stephani Abbat. in Chronico Mellicensi p. 422.

QVADRAGESIMA, Graecis Τεσσαρακοστὴ, Christianis ieiunium dicitur 40. dierum ante Pascha, institutum ad Christi imitationem, qui totos 40. dies sine cibo et potu ieiunauit, vt est Matth. 4. Marc. 1. Luc. 4. *Quadragesimas* tres obseruabant Latini, *Maiorem* scilicet ante Pascha, alteram ante Natale Domini, quae communiter vocabatur *S. Martini*, et durabat vsque ad Natale, tertiam 40. dierum ante festum B. Ioannis Baptistae. Sed hae duae posteriores propter hominum fragilitatem ad vnam sunt redactae; et iterum illae diuisae sunt in tres hebdomadas Adhentus, et tres ante Natiuitatem S. Ioannis, in quibus est ieiunandum et abstinendum a nuptiis. Haec Durandus l. 1. Ration. c. 9. n. 8. l. 7. c. 14. n. 9. Capitula Caroli M. l. 6. c. 184. *Iterum admoneant Sacerdotes, vt ieiunia tria legitima in anno agantur, id est 40. dies ante Natiuitatem Domini, et 40. ante Pascha, vbi decimas anni soluimus, et post Pentecosten 40. dies.* Vbi quae *legitima ieiunia* hic, in Capitulari I. Caroli M. incerti anni cap. 23. *Ecclesiastica* dicuntur. QVADRAGESIMA S. THEODORI. Humbertus Siluae candidae contra Nicetam Pectoratum: *Nos Quadragesimam vnius septimanae, quam dicitis sancti Theodori, nescientes, solum Quadragesimam Dom. nostri Iesu Christi 40. diebus diligenter obseruare contendimus. Quadragesimarum* poenitentia poenitentibus varie pro criminum enormitate indicta. *Ad quinque, sex, 12. etc. Quadragesimarum sine subditis annis poenitentiam damnari*, in Concilio apud Theodonis villam an. 821. c. 1. 2. 4. QVADRAGESIMA ASCENSIONIS. Liberatus Diacon. c. 10. *Qui cum ascendissent Antiochiam, eos Ibas excommunicauit, sed superueniente festiuitate Quadragesimae Ascensionis iussi sunt a domino excommunicatione absolui, etc.* Vbi Ioannes Garnerius: *Ascensionis*, ἀναβάσεως, non ἀναλήψεως, *id est Resurrectionis e sepulchro, non item Ascensionis in coelum, ex Theodorito Epist. 37.* At Petrus Comestor in Hist. Euangel. c. 8. Act. Apost. obseruat, quosdam a festo Ascensionis vsque ad Pentecosten ieiunasse, exemplo Apostolorum, quos aiunt in spatio illo ieiunasse, quia in Euangelio dictum est: *Venient dies, in quibus auferetur sponsus ab eis, et tunc ieiunabunt.* QVADRAGESIMA INTRANS, Dies Martis ante diem Cinerum, Gall. *Mardi gras.* Chartularium Prioratus S. Petri de Domina fol. 74. vo. V. *Carementranus.* QVADRAGESIMA, spatium 40. dierum, intra quod vassallus, qui contra dominum deliquerat, damnum resarcire tenebatur, quo elapso, si non satisfeciisset, poterat Dominus feudum ipsius sibi asserere. V. Foros Bigorrenses art. 6. Interdum duae, hoc casu Quadragesimae concedebantur. Baldricus lib. 3. Chron. Camerac. c. 41. QVADRAGESIMA REDDITVVM Ecclesiasticorum, indicta in Terrae sanctae subsidium ab Innocentio III. PP. Habetur Epistola ad id conscripta in eius Gestis p. 73. 74.

QVADRAGESIMALE, Eleemosyna, quae quadragesimali tempore fieri solebat. Charta Caroli Cal. pro Ecclesia S. Quintini, apud Hemeraeum. QVADRAGESIMALE BENEFICIVM, eadem notione. Literae Odonis Episc. Paris. an. 1203. in Tabul. S. Clodoaldi.

QVADRAGESIMALES CIBI, quibus in Quadragesimali ieiunio vti solemus, in Concilio Aurelian. I. can. 27.

QVADRAGESIMALITER IEIVNARE, vt fieri debet per Quadragesimam. Micrologus c. 49.

QVADRAGINSIMA, pro *Quadragesima*, scriptum a veteribus, vt annotat

notat Mabillonius Liturgiae Gallicanae p. 228. col. 2. et 10. 1. Muſei Ital p. 301.

† QVADRAGINTA: *Dominica quadraginta*, eadem quae hodie *Dominica Quinquageſimae*, apud Pillet. Hiſt. Gerbon.

QVADRAGINTADIALIS, quadraginta dierum. Vita S. Nicolai de Rupe, 50. 3. Martii p. 432.

QVADRAGINTANA, idem quod *Quadrageſima* et *Carena*. Poenitentiale Andegauenſe apud Morinum.

QVADRAGINTARIAE. Charta Philippi I. Regis Franc. pro Monaſterio B. Dionyſii Remenſis, ex Tabulario eiusdem Eccleſiae: *Beneficium, quod Oblatrices tenebant, quas Quadragintarias vocabant, quia non ſatis conuenienter vinebant, viſum eſt Archiepiſcopo vt melius ordinaretur. Dedit igitur iſti loco, etc.*

QVADRAGIS, idem quod *Quadrageſima*. Canonizatio S. Petri Coeleſtini, to. 4. Maii p. 479. et apud Murator. to. 3. p. 663.

QVADRALE, menſura vinaria. Vetus Notitia traditionis Monaſterii S. Stephani Herbipoli apud Schannatum Vindem. Liter. p. 90. *Pro anniuerſario matris meae Hiltae XV. ſimilas et Quadrale vini et inſuper talentum cerae. Talentum*, pro libra ſumitur, et *Quadrale* pro quarta parte cuiusdam menſurae maioris, ac formaſſis *vrnae*, quae centies ibi memoratur, vbi de fundationibus pro anniuerſariis. V. *Quadrantale* et *Quartale*.

QVADRAMEN. († Quadrati lapides, vt videtur, quibus paries firmatur.) Odo Cluniacenſis in Vita S. Geraldi l. 2. c. 4. *Parietes nihilominus in altum porrecti, Quadraminum compages ſubito diſſutae corruerunt.*

QVADRANGVLARE, τετραγωνίζειν, Quadrangulum reddere, apud Voſſium lib. 4. de Vitiis ſermonis c. 18.

QVADRANGVLVM, Τετράγωνον, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Τετράγωνον, *Quadrum*, *Quadratum*, *Quadrangulum*. Vruntur Plinius et Varro.

QVADRANNVS, quadrans, monetae ſpecies. Tabularium Monaſterii S. Andreae Viennenſis. V. *Metreta*.

QVADRANS, monetae minutioris ſpecies apud Anglos, pars quarta denarii. Matthaeus Weſtmon. an. 1279. QVADRANS SCVTI, Gallice *Quart d'écu*. V. *Moneta argentea*, ſub Henrico III. Franc. Rege. QVADRANS PANIS, idem quod ſuperius *Quadra panis*. Chronicon Coſmae Pragenſis lib. 2. QVADRANS, nude, modus agri vel potius vineae in loco ſeq. Gall. *Quartier de vigne*. Literae Ludouici Franc. Regis an. 1158. to. 3. Ordinat. Reg. p. 303. D. Bruſſel to. 1. de Feudorum vſu legit *Cadrans* p. 182. QVADRANS ALLODII, modus agri ex *allodio* ſeu poſſeſſione, vel quarta pars integrae poſſeſſionis. *Dedit vnum Quadrantem allodii ſui cum ſerno et ancilla*, in Hiſtoria Mediani Monaſterii p. 257. QVADRANS TERRAE, modus agri, in Charta Kanuti Regis Daniae an. 1184. apud Stephanium in Prolegomenis ad Hiſt. Saxonis Grammatici p. 17.

QVADRANTALE, *Amphora*, *menſura*. Papias. Feſtus Pauli: *Quadrantal vocabant antiqui, quam ex Graeco ἀμφορέα dicunt, quod vas pedis quadrati octo et quadraginta capit ſextarios.* Vox hac notione vſurpata Plauto et Catoni, quorum locos refert idem Feſtus. Bene Prateius: *Amphora Graecis dicitur id quod Latini Quadrantal appellant, Feſtus lib. 15. Eſt autem vas cuiusuis materiae, durum vruarum capax, figura cubi, rei cuiusuis capiendae. Quantum autem capiat vini, docet his verbis Voluſius Moetianus, inris auctor. Quadrantal, quod nunc plerique amphoram vocant, habet vrnas duas, modios tres, ſemodios ſex, congios octo, ſextarios 48. heminas 96. quartarios 192. cyathos 576.* Proprie *Quadrantal* cubum ſignificat, vnde cubicum vas ita dictum. Gellius l. 1. c. 20. *Quadrata vndique, quae κύβους illi, nos Quadrantalia dicimus.* Gloſſae Lat. Gr. *Quadrantal*, κῦβος. Et mox: *Quadrantale*, κεράμιον. Alia Gr. Lat. Κῦβος, *Quadrantal*, *Albeus*. Et alibi: Κεράμιον, *Orcium*, *Amphora*, *Quadrantale*, *Vrceus*. V. Lexic. Hofmanni.

QVA-

QVADRAPOLA, seu Vestes *Quadrapolae*. Anastasius Biblioth. in Vitis PP. p. 109. *Fecit maiores argenteas cortinas mirae magnitudinis de palliis flauracin, seu Quadrapolis.* Infra: *Aliam cortinam maiorem fecit ex palliis Quadrapolis.* Pag. 110. *Vestem super altare eiusdem Ecclesiae de Quadrapolis facient obtulit.* Ita p. 129. 135. 139. 140. 142. 143. 144. 151. 152. 154. 163. vbi *Quadrapolas vestes* appellari censet Bulengerus, quarum quatuor anguli auro texti sunt aut serico, vel tabulis auro clauatis, vt *octapulas*, octo angulis auro aut serico intexas. Nec dissentit Ludouicus de la Cerda in Aduersar. Sacris c. 51. num. 13. Sed videat lector, an haec arrideat sententia; mihi certe non placet. Henschenius to. 3. SS. Masi p. 395. legit *quadrapulum*, quod suspicatur esse texturam tessellatam. V. *Octapulum.*

† QVADRARE, obtingere, obuenire, in Ch. a. 832.

QVADRARIA, lapidicina, vnde quadrati lapides eruuntur, Gall. *Carriere.* Sugerius lib. de Consecratione Ecclesiae S. Dionysii. V. *Carraria.* QVATRARIA, eadem notione, in Charta Odonis Domini Hamensis an. 1232.

QVADRARIVM. (1) Plaustrum, carrus, Gall. *Charette.* Charta an. 1230. apud Kennettum in Antiq. Ambrosd. p. 208. (2) In Amalthea, *Vas ex quadrato lapide factum, torcular inseruiens.*

† QVADRATA, meta, vt videtur, quia ex quadrato lapide, in Ch. a. 640. in Suppl. ad Miraeum, p. 2.

QVADRATA FACVNDIA. V. in *Quadriuium* sub finem. QVADRATAE LITERAE, eaedem quae *Vncriales*, de quibus supra in voce *Literae.* QVADRATAE VRBES, siue Quadrangulares, quaenam sint, recensent Baudrand in Lexico Geographico et Hofmannus in Lexico Vniuersali.

QVADRATARII, *quos Graeco vocabulo* λιθοξόους *appellant*, in lege 1. Cod. de Excusat. artif. *Lapidicidae* et *Quadratarii*, apud Sidonium l. 3. Ep. 12. a quadratis lapidibus, quos in quadrum expoliunt. Miracula S. Madoaldi Episcopi Treuir. to. 7. SS. Maii p. 715. *Quadratariis, aliquando lapides de monte caedentibus, etc.* Leo Ost. lib. 3. c. 29. *Artifices destinat peritos in arte musaria et Quadratura. Artis Quadratariae* mentio praeterea habetur in Passione SS. Coronatorum, et in fragmento vetusti lapidis Romae in aede S. Hagnes.

QVADRATICVM, pro *Cathedraticum*, Pensio quotannis Episcopo soluta ab ecclesiis ei subditis. Statuta Alani Auenion. Episc. apud Martenium to. 4. Anecd. col. 580. num. XV.

QVADRATIM, forma quadrata, τετραγώνως, in Glcss. Lat. Graec. et Graec. Lat.

QVADRATORES, iidem qui *Quadratarii. Quadratores marmorum*, apud Cassiodorum l. 2. Ep 7. Alii legunt *Quadrati marmorum.* V. *Quadratus.*

† QVADRATVLVS, pilcis genus, Gall. *Carrelet.* Tract. Mss. de Pisc.

QVADRATVM. (1) QVADRATVM DECIES, pro *Quadragesima.* Vita S. P. Coelestini apud Murator. to. 3. p. 632. (2) † Materiaria structura, in Ch. Ms. a. 1352. (3) † *Quadrati Indus*, Gall. *Jeu du Carreau*, inter aleatorios numeratur, in Stat. episc. Caromont. a. 1537.

QVADRATVRA. (1) Materiaria structura, Gall. *Charpente.* Chartularium Gemeticense notatum B. p. 110. (2) Latus alteri aequale, vt in figuris quadratis esse solet. Bernardus Thesaurarius de Acquisitione Terrae Sanctae apud Murator. to. 7. col. 712. (3) Modus agri, Gall. *Quartier de terre.* Chartularium S. Fromondi.

QVADRATVS, nude pro *Quadratus lapis.* Cassiodorus l. 5. Ep. 8. *Quadrati ad Rauennatem vrbem ex nostra iussione deuehantur, etc. Quadrati marmorum*, apud eumdem l. 2. Ep. 7. pro quo quidam legunt *Quadratores.* V. *Quadratarius.* QVADRATVS MATHEMATICVS, perfectus Mathematicus, in *quatuor* Mathematicae partibus perinde versatus. Epistola Bernonis Abb. ad Grinouerum Colonienscm Episcop. apud Mabillon. to. 4. Annal. Benedict. p. 294. V. *Quadrinium.* QVA-

QRATVS ORBIS, in quatuor partes diuiſus. Elogium Dungali recluſi apud Mabillonium to. 2. Annal. Benedict. p. 726.

QVADREGIA, pro *Quadriga*, Plauſtrum quoduis, currus. Arreſtum Parlamenti Pariſ. an. 1331. in Archiuo Bonae-Vallis.

QVADRELLVS. (1) QVADRELLI, QVARELLI, tela balliſtarum, breuia, ſpiſſiora, et forma quadrata, vnde nomen Gallis *Quarreaux*. *Quadrelli*, Dantı et Petrarchae. Willel. Britto l. 2. Philippid. V. *Carellus*. QVARELLVS, eadem notione occurrit apud Rigordum an. 1190. 1199. Matth. Paris p. 592. CAIRELLVS, in Charta an. 1242. et in alia an. 1248. apud Sammarthanos in Epiſcopis Aptenſibus, et alia apud Vghellum to. 4. p. 289. QVADRILLVS. Cod. MS. D. Favre in Fragmentis Stephanotii to. 1. QVADRILVS. Lambertus Ardenſ. p. 117. QVADRVM. Sugerius in Ludouico VI. p. 317. *Baliſtarii Quadro .... eſt oculo priuatus.* (2) Quadratus Iuter, laterculus, Gall. *Quarreau*, vel *Carreau*, Ital. *Quadrello* Statuta Mutinae fol. 13. vo. rubr. 66. QVADRELVS, eadem ſignificatione. Statura Mutinae fol. 6. vo. rubr. 35. (3) Modus agri minutior. Hariulfus lib. 3 c. 16. QVARRELLVS, eadem notione. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis 4. Id. Iun.

QVADRESSIS, *quatuor aſſium*, in Amalthea ex Catholico Iohan. de Ianua, vbi: *Quadreſſis, Quatuor oboli, vel pretium quatuor obolorum.*

QVADRI, modus agri. Charta Caroli Simplicis an. 23. redint. 18. etc. *Amantiſſimae coniugi noſtrae Friderunae condonauimus ſub Palatio noſtro Compendio de terra Quadros 80. ad capellam conſtruendam in honorem S. Clementis Papae et eius atriola.* V. *Quadrellus 3.*

† QVADRIATVS, vulgo *Carat*, ponderis nomen in re monetaria. Areſt. Mſ. a. 1411.

† QVADRIBACIVM, ornatus quadrati ſpecies, in vet. Inſcript. ex muſeo Iac. de Bary. IN AVRIBVS SMARAGDI DVO, MARGARITA DVO IN COLLO, QVADRIBACIVM MARGARITIS n. XXXII.

QVADRICORNIVM, τετρακέρεων, habens cornua quatuor, in Gloſſis Latino-Graec. et Graeco-Latinis.

QVADRIDVVM, Iohanni de Ianua, *Quatuor dies*; *inde Quadridnanus, quatuor habens dies*, pro *Quatridnum* et *Quatridnanus*.

QVADRIFICIVM. Anaſtaſius in Paſchali PP. *Et ſuper columnas, in Quadrificio camerantes, maxime, pulchriſque metallis decorauit.* Id eſt, ex quatuor *faciebus*, vnde forte legend. *Quadrifacio*: niſi *in quadrifinio* quis malit, i. a quatuor finibus, quam vocem agnoſcunt Frontinus, et Innocentius Agrimenſor. Papias: *Quadrificus, in quatuor partes fiſſus, i. diuiſus.*

QVADRIFILVS, e filis quatuor contextus. Locum vide in *Monolinum*.

QVADRIFVRCVS, quatuor habens furcas, apud Priſcianum.

QVADRIGA. (1) Pro *Carruca* aratoria, *Charruë*: vel potius pro *Carrucata*, ſeu modo agri, cui ſufficit vna *carruca* vel aratrum. Herimannus de Reſtaurat. S. Martini Tornacenſis cap. 92. V. *Carrucata*. (2) Supellectilis genus. Inventarium an. 1317. e Schedis D. Lancelot: *In coquina .... fuerunt reperta ea, quae ſequuntur ... una cathedra modici valoris, item unum embatum, item una Quadriga antiqua garnita.* An ſella rotulis fulta? (3) QVADRIGA VIRTVTVM, quatuor virtutes cardinales, V. *Quadrinium*. (4) † Quadriuium, in Ch. Mſ. a. 1318.

† QVADRIGAGIVM, vectura, ſeruitium, quod cum quadriga praeſtatur. Ch. Mſ. a. 1114.

QVADRIGALE, *ſpatium ſuper muros ciuitatum, ſuper quod quadrigae currunt*, in Amalthea.

QVADRIGAMENTVM, vectura, Gall. *Charroi*, Charta libertatum Bellomont. ex MS. Coislin. V. *Carreda* et *Quadrigatio*.

QVADRIGARE, curru vehere, in Gemma gemmarum, Gallis *Charrier*. Charta an. 1279. in Tabulario Eccleſiae Autiſiod. fol. 521.

QVA-

QVADRIGARIA, plaustrum, carrus, Gallice *Charette*, in Chartulario S. Vandregesili to. 1. pag. 827.

QVADRIGARIVS, auriga, *Charretier*. Praefatio ad libellum precum Marcellini et Faustini: *Omnes Quadrigarios et imperitam multitudinem pretio concitat, etc.* Eadem vox aliud, vt videtur, sonat in lege 1. Codicis de Excusat. Artificum: *Architecti, medici, pictores, statuarii, marmorarii, lecticarii, seu arcarii, clauicarii, Quadrigarii, vel quadratarii, etc. Quadrigarios* hic intelligo fabricatores quadrigarum seu curruum, Gall. *Charrons*. Cuiacius in hanc legem Glossas laudat, in quibus legitur: *Quadrigarii, ἁμαξοτόκοι.*

QVADRIGATA, Gallice *Charretée*, Onus quadrigae. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 605.

QVADRIGATIO, vectura quam domino debent vassalli. Charta ann. 1178. apud Thomassserium in Consuetud. Bituric. p. 139.

QVADRIGATOR, idem qui *Quadrigarius*, Auriga, in Actis B. Franciscí de Paula, tom. 1. Aprilis pag. 160.

QVADRIGENNIVM, quadriennium. Charta Gaufridi Comitis Andegauensis an. 966. to. 1. Spicil. Acher. p. 423.

QVADRIGVA, pro *Quadriga*, Carrus, plaustrum. Charta Comitatus Marchiae an. 1406.

QVADRILATERVS, Gallis *Quadrilatere*. Isid. lib. 3. Orig. cap. 10. Varia distinguuntur *Quadrilatera* apud Geometras.

QVADRILLVS. (1) QVADRILVS, V. *Quadrellus* 1. (2) † Instrumentum ferreum quadratum, rusticis operibus aptum, f. aratri vomer aut culter. Accessi. ad Hist. Cassin. Part. 1. p. 388.

QVADRIMENSIS, *quatuor mensium, quod aliter dicitur Quadrimestris*. Iohannes de Ianua.

QVADRIMODVS, in quatuor partes diuisus. In Consuetudinibus Cluniac. Farfae receptis et a Mabillonio laudatis tom. 4. Annal. Benedict. p. 208. Cella nouitiorum dicitur *angulata in Quadrimodis*, hoc est, in quatuor minores cellas distributa, in quarum prima meditentur, in secunda reficiant, in tertia dormiant, in quarta loca necessaria. *Quadrimodus* vel *Quadrimodis*, quatuor modorum, apud Ioh. de Ianua.

QVADRIMEPOS, nepos quartus ordine. Chronicon Episcoporum Metensium tom. 6. Spicil. Acher. pag. 651.

QVADRINOCTIVM, *spatium quatuor noctium*, Iohanni de Ianua; τετρανυκτία, in Glossis Lat. Graec. et Graeco-Lat.

QVADRINODIS, vel *Quadrinodus*, *Quatuor nodorum*, *vnde Quadrinodium*, Ioh. de Ianua.

† QVADRINTELVS, dimin. a *Quadrellus*, telum minus. Litt. remiss. a. 1415.

QVADRIPERTIRI, vel QVADRIPERTIRE, apud Ioh. de Ianua, in quatuor partes diuidere. Glossarium mediae Graecitatis: Τετραετιάζειν, *Quadripertiri*, τετραχῶς μερίζειν. Vtrobique melius scriberetur *Quadripartiri*, a *Partiri*. Vtrumque Vossius improbat lib. 4. de Vitiis sermonis, etsi *Quadripartitus* vel *Quadripertitus* Ciceronis sit et Varronis.

QVADRIPES, pro *Quadrupes*, equus. Testament. an. 813. in Probat. nouae Hist. Occitaniae tom. 1. col. 39.

QVADRIPORTA. Anastasius in S. Hadriano p. 115. *Basilicam Saluatoris .... in ruinis positam vna cum Quadriportis suis, atriisque, et fontes nouiter ..... renouauit.* Sed legendum *Quadriporticis*, aut *Quadriporticibus*, quod *atriis* vox indicat. Est enim

QVADRIPORTICVS, atrium quatuor porticibus circumdatum, ante aedium sacrarum vestibula, Graecis τετράστυλον. Anastasius in S. Symmacho. Adde quae de eiusmodi quadriporticibus congessimus in Descriptione aedis Sophianae n. 20.

QVADRISOMVM, sepulcrum quatuor corporum capax. Fragmentum sepulcrale Romae ad Agnetem via Nomentana:

DEPOSITVS P. . . . . FIECT. . . . .
DN. VALENTINIANO AVE . . . .
IN PACE ETC. VIXIT ANNVS XX.
FECIT LOCVM QVADRISOMVM.

V. *Bisomum.*

QVADRIVIVM, τετρακτὺς, τετράοδον, ἄμφοδον, in Gloss. Gr. Lat. Quae vox cum mediae non sit aut infimae Latinitatis hac notione, nihil ad nos; vsum duntaxat medio aeuo in *Quadriuiis* frequentem attingemus, quo scilicet vendiriones suas aut donationes, maioris solemnitatis ergo, in ipsis *Quadriuiis* perficiebant. Charta regnante Roberto Rege fol. 1. Tabularii S. Petri Vosiensis: *Ipsum donum conceſſit apud Lemouicas in Quadriuio inter S. Stephanum et S. Martinum ſito, his praeſentibus*, etc. Manumissiones quoque in *Quadriuiis* factas, seu seruos qui manumittebantur, in Quadriuia ductos, vt quamcunque vellent, eligerent viam, discimus ex Legibus Rotharis cap. 225. apud Murator. to. 1. part. 2. p. 34. col. 1. Idem etiam aliquando in fideiussionibus *de ſtando iuri* obseruatum, vt docent Consuetudines Auscíorum MSS. an. 1301. art. 27. Sed recentioribus Scriptoribus proprie hac voce intelliguntur quatuor Mathematicae partes. Papias: *Quadruuium, vbi quatuor viae conueniunt. Inde quatuor Artes, id eſt Arithmetica, Geometria, Muſica, Aſtronomia, Quadriuii nomen acceperunt, quia ſe inuicem complectantur et contineant, vt non bene vnam nouerit, qui alias non nouerit, orbatusque vno videatur oculo.* Vgutio: *Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia quadam ſimilitudine dicuntur Quadriuium, quaſi quadruplex via ad ſapientiam, vnde Triuiales dicuntur, qui docent vel ſtudent in trinio, ſicut Quadriuiales dicuntur, qui in quadrinio.* QVADRVIVM etiam vocant quatuor virtutes *cardinales. Quadrinium vel quadriga virtutum*, apud Flodoardum lib. 4. Hist. Remens. cap. 5. ex Hincmaro Remensi: *Quadrifaria virtus*, apud Senatorem lib. 6. Epist. 3. *Quaternae virtutes*, apud Dudonem lib. 3. de Moribus et Actis Normon. p. 128. Vita S. Rodoaldi num. 15. *Nemo namque humanae rationis Quadruuio ad plenum conquadratus ſufficere probatur*, etc. Chronic. Laurishamense p. 93. *Virum omni virtutum genere Conquadratum.*

† QVADRO, quarta pars anni, in Ch. Mf. a. 1296. V. *Quartero.*

QVADRVCA, idem quod mox *Quadruga.* Tabularium S. Sergii Andegauensis.

QVADRVGA, aratrum, Gall. *Charrue*; item tantum agri, quantum vno aratro coli potest. Tabularium Montis S. Michaëlis. V. *Quadriga* et *Quadruca.*

QVADRVGATA TERRAE, eadem notione, apud Thomam Blount in Nomolexico Lat. Angl. Vide *Carrucata.*

QVADRVM. (1) Forte Quadriuium, Gallice *Carrefour*, († vel potius area quadrata, Gall. *Quarré.*) *Iuxta Quadrum alae Celomontis*, in Schedis D. Aubret. (2) Teli genus. V. *Quadrellus 1.* (3) Respicientia Isnardi excommunicati porrecta Girardo Episcopo Eduensi an. 972. *Si perperam egi vel moleſte contra vos ſtatui, ſpes mei recuperandi eſt in vobis, ſicut ſcitis, per miniſterium veſtrum, quia in Quadro eſt Almitas veſtra:* id est, Potestatem habes me a vinculo excommunicationis absoluendi. † *In quadro esse*, quadrare, dicitur de re, quae alteri quadrat. (4) † Quarta pars rei cuiuslibet. Ch. a. 1139. (5) † Ambitus, vicinia, in Ch. Mf. a. 1363.

QVADRVPEDALE, quadrupes. Charta Hugonis Abb. Corbeiensis ann. 1227. e Tabulario eiusdem Monasterii. V. infra *Quadrupedius.*

QVADRVPEDARIA, ὑπὸ ζώων τετραπόδων ἀγωγή, in Glossis apud Martinium, Quadrupedum ope vectura.

QVADRVPEDIVS, *Quadrupedalis*, *Quadrupes*, *inde Quadrupedalitas.* Iohan. de Ianua. QVADRVPEDIA, in Lege Angliorum cit. 17. §. 1. et in

in Antiquit. Fuld. lib. 1. trad. 11. lib. 2. trad. 19.

QVADRVPLARE, *Quadruplicare*, *In quatuor partes explicare vel dividere, vel quádruplex ſive quadruplum facere*, Iohan. de Ianua; *Quadrupliquer*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerman. hodie *Quadrupler*. *Quadruplatus numerus*, leg. 10. Dig. de Gradibus §. 17. Papias: *Quadruplo et Quadruplor idem ſignificat antiquitus*. *Quadruplare* Iuriſconſultis eſt in quadruplum damnare. Vlpianus leg. 14. Dig. §. 1. Quod metus cauſa: *Quadruplabitur omne, quodcunque reſtituí oportet*. Hac notione quidam exponunt illud Plauti: *Neque Quadruplori me volo*, hoc eſt, nolo ad quadruplum ſoluendum adigi, ſi vera eorum opinio. Alii quippe, ac forte melius, exponunt, Nolo *quadruplator*, ſeu delator eſſe, deponentis vim tribuentes huic *quadruplari*, et pronomen *me* redundans exiſtimantes.

QVADRVPLATOR, Latinis delator. *Quadruplatores*, inquit Aſconius in Diuinat. Verrin. p. 26. *delatores erant criminum publicorum: in qua re quartam de proſcriptorum bonis, quos detulerant, aſſequebantur*. Sic dicti vel a *quarta* hac, quam accipiebant, parte, vel a *quadruplo*, quod delati fere ſoluere cogebantur. V. Voſſium in Etymologico et Theſaurum Fabri. Iohanni de Ianua *Quadruplatores* et *Quadruplicatores dicuntur Vſurarii in quadruplum ſua recipientes*. *Quadruplator etiam dicitur Senex vel Contractus, qui duobus pedibus et duobus baculis ſuſtentatus per plateas incedit*. Laurentius in Amalthea: *Quadruplator, Quartarius ſector, delator, accuſator, ſycophanta, cui quarta pars ex bonis damnati. Item Portitor quartarius, quartam partem recipiens portorii*, ex Sidonio lib. 5. Epiſt. 7.

QVADRVPVS, *quadrupodis*, *Adultera et meretrix olim dicta*. Laurentius in Amalthea.

QVADRVS, Italis *Quadro*, Gallis *Quarré*, Quadrum. Annales Mediolan. apud Muratorium to. 16. col. 813. V. *Quadri*. QVADRVS LATVS, quadratus, Gall. *Pierre Quarrée*, in Charta an. 1005. apud Lud. *Laguille* in Probat. Hiſt. Alſaciae pag. 24. col. 2.

QVADRVVIVM, Vide ſupra *Quadriuium*.

QVAERIA, pro *Quaerium*, vt *Quiſpiam*, etc. Iohannes Thwroczius in Chronicis Hungaricis cap. 15. vbi de Rege Attalo.

QVAERERE. (1) Queri, conqueri, lamentari. Vita S. Petri Coeleſtini Papae apud Muratorium to. 3. pag. 623. col. 1. (2) † Corrogare, eleemoſynas poſcere. Ch. Mſ. a. 1332.

QVAESERE, petere. Miracula S. Celſi Epiſcopi Treuir. tom. 3. Febr. pag. 403. *Quaeſere* pro *Quaerere* ab antiquis dictum docet Feſtus ex Ennio.

QVAESITARIVS, *Mendicus, rogator; Quaeſitaria, Mendica, a quaerendo dicta*. Laurentius in Amalthea ex Petronio.

QVAESITIVVS, Cupidus. *Haſtiludiorum et torneamentorum, a mari vsque ad mare, in iuuentute ſemper Quaeſitiuus*, in Geſtis Archiepiſcoporum Treuir. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 387.

QVAESSIA, Capſa, vbi pecunia aſſeruatur, Gall. *Caiſſe*. Charta Lud. de Villars Archiep. Lugdun. pro fundatione Capituli S. Nicetii eiusdem vrbis ann. 1305. Vbi per *Quaeſſiam Fratrum Mistorum* intelligo erogatae ſtipis arculam in eorumdem Fratrum eccleſia collocatam, quam vulgo *Tronc* nuncupamus. V. *Caſſia* et *Caſſa* 4.

† QVAESITOR, qui quod ſuum eſt quaerit et repoſcit, ap. Fauſt. Andrel. poeram Ital.

QVAESTA. (1) QVESTA, QVESTIO, QVESTVS, tributum quod exigitur, *quaeritur*, petitur; ἀπαίτησις, Conſtantino Porph. in Baſilio n. 31. edit. Combefiſii. Charta Stephani Epiſcopi Pariſienſis an. 1124. *Canonici vero annuales Queſtas, quas ab praedictarum Eccleſiarum Sacerdotibus exigere annuatim et habere conſueuerunt, ab eis nec amplius exigent, nec habebunt*. Alia Ludouici VII. Reg. an. 1151. pro Eccleſia Magal. *Inſtitias, albergas, totas, Queſtas, ſine*

ſine aliquas alias iniuſtas exactiones. V. *Trutanus.* QVAESTAE ARCHIDIACONORVM. Synodus Santonenſis an. 1282. cap. 4. de Archidiaconis viſitantibus Eccleſias: *In mane ſine prandio exinde recedentes, Quaeſtas in frumento, vino, auena, vel aliis quibuscunque facere non praeſumant.* V. *Demanda 1.* QVESTAE GENERALES. Charta Guillelmi de Caluiniaco, Domini Caſtri Radulphi, pro habitantibus villam de Caſtelleto ann. 1289. apud Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. pag. 143. V. *Auxilium* et mox *Quiſta.* QVAESTIAE, idem. Charta Petri Regis Arag. an. 1212. tom. 10. Spicil. Acher. p. 179. QVESTIA. Curia Generalis Barcinon. an. 1283. MS. QVISTIA, in Charta an. 1223. in tom. 7. Spicilegii Acheriani p. 265. QVISTA. Charta Raimundi Berengarii Comitis Prouinciae ann. 1235. *Canalcatas, et omnes Quiſtas, tostas, ſeu ademptionem eorundem, quae hactenus erant in praedictis caſtris.* QVESTVS, Gaufredus Voſienſis in Chron. lib. 1. cap. 7. *Non enim volebant ei dare Queſtum, id enim eſt taillada.* V. Iacobum Gothofredum ad l. de mendic. in Cod. Theod. CHESTVS, eadem notione. Charta Ildefonſi Reg. Aragonum an. 1187. QVAESTIO. Charta Radulphi de Balgentiaco an. 1085. QVESTVRA. Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis. (2) Mendicatio, Gallice *Quête.* Concilium Treuir. an. 1310. cap. 85. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 258. QVAESTVS, eadem notione. Concil. Derſuſ. an. 1429. cap. 16. QVAESTA ELEEMOSYNARVM, in Synodo Exonienſi an. 1287. c. 17.

QVESTALES, *queſtae* ſeu tributo obnoxii. Regeſtum Conſtabulariae Burdegal. notatum A. fol. 9. QVAESTABILES, eadem notione. Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1400. apud Rymerum to. 8. p. 127. col. 1. Similia leguntur tom. 10. p. 363. et 364. QVAESTIALES *homines et affenati*, in Charta Petri Regis Caſtellae an. 1366. apud eumdem Rymerum tom. 6. p. 526. col. 1.

QVAESTARE. (1) *Quaeſtum* ſeu tributum exigere, Gall. *Queſter*, in Conſuetudine Niuernenſi cap. 8. art. 4. Conſuetudines Toloſae. (2) Corrogare, ſtipem colligere, in eccleſiis praeſertim, Gallice *Quéter.* Statuta Eccleſiae Trecor. an. 1372. tom. 4. Anecd. Marten. col. 1123. QVESTVARE, eadem notione in Bulla Pauli III. PP. an. 1539. inter Priuilegia Equitum S. Iohannis Hieroſol. p. 98.

QVAESTIARIA, V. infra *Quaeſtuarius* 2.

QVAESTIARII, Gall. *Quéteurs*, V. infra in *Quaeſtor.*

QVAESTIO. (1) Species tributi, V. ſupra in *Quaeſta.* (2) Contentio, vnde *Quaeſtionem habere cum aliquo* ille dicitur, qui cum eo de re quapiam contendit, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 460. V. *Queſtio* 2. (3) † Cruciatus, quo criminis confeſſio a reo quaeritur. Ch. a. 1369.

QVAESTIONALIS RATIO, quaeſtio, res de qua quaeritur, et quae proponitur definienda. Synodus Vermer. an. 853. c. 1.

QVAESTIONALITER, quaerendo, interrogando apud Fulgentium de Voc. ant. n. 16.

QVAESTIONARE, Papiae, *Perquirere, examinare*, quaerere ab aliquo; Galli dicunt, *Queſtionner quelqu'un. Quaeſtionari* dixit Conſtantinus Afric. lib. 3. Pantech. cap. 33. Chronicon Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 652. Interdum Torquere, *Donner la queſtion.* S. Cyprianus Epiſt. 69. *Tot confeſſores Quaeſtionati et torti.*

QVAESTIONARIVS. (1) Carnifex, qui reos cruciat, examinat, vt ab eis veritatem extorqueat. Gall. *Queſtionnaire.* Gloſſ. Graec. Lat. *Βασανιστὴς ὑπηρέτης, Quaeſtionarius.* Alibi: *Ἐξεταστὴς, Exquiſitor, Flagitator, Quaeſtionarius.* Papias: *Quaeſtionarius, Quaeſitor.* Verus Interpres Iuuenalis Sat. 6. *Quaeſtionarii, ſine carnifices.* (2) Idem qui Iudex. Gloſſ. Aelfrici: *Quaeſtionarius:* dema i. iudex. Annales Francorum Fuldenſes an. 852. (3) Qui eleemoſynas pro ſe vel pro aliis petit. Matth. Weſtmonaſterienſis an. 1240. V. *Quaeſtoret*

res et *Quaeſtarii* in *Quaeſta*. QVAESTVARIVS, ead. notione in Concilio Budenſi an. 1279. c. 28. Synodo Pictau. an. 1280. c. 10. (4) *Qui quaeſtu viuit ſicut mercator*, Vgutioni. Melius infra *Quaeſtuarius*.

QVAESTOR, QVESTOR. (1) Gallis *Queſteur*, qui in Eccleſiis inter officiorum diuinorum ſolennia, pro ſe vel pro aliis *Quaeſtum* ſeu eleemoſynas poſcit, in Synodo Baiocenſi an. 1300. cap. 41. V. *Roga* et *Trusanus*. QVAESTIARIVS, eadem notione. Litterae Gilonis Archiep. Senon. an. 1276. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1153. QVAESTVARII, in Statutis Eccl. Leod. an. 1287. tom. 4. Anecd. Marten. col. 858. Adde col. 881. vbi ſemel legitur QVAESTVORES, eadem notione. V. *Quaeſta*. (2) Creditor, qui ab alio rem creditam repetit, *quaerit*. Capitulare Arechis Principis Beneuentani, editum a Camillo Peregrino cap. 10. (3) Qui *quaerit* et ſubminiſtrat alimenta aliaque ad vitam neceſſaria, Gall. *Pourvoïeur*. Statuta Collegii Praemonſtr. Pariſ. an. 1618. apud Lobinellum tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 212. col. 2. (4) Idem apud Imperatores CP. qui apud Reges Galliae *Referendarius* ſeu ſummus *Cancellarius*. Codex Iuſtinianeus lib. 1. tit. 23. n. 7. in Authent. *Vt diuinae iuſſiones ſubſcriptionem habeant gloriosiſſimi Quaeſtoris*. Hinc pro Cancellario ſeu Notario ſumitur in Literis Lotharii Regis, Bibl. Cluniac. col. 313. (5) Patronus. Translatio S. Caſſiani apud Illuſtr. Fontanin. in Append. Antiq. Hortae p. 369. QVAESTOR ECCLESIAE, Aduocatus, Defenſor. Regula Sanctimonialium c. 9. ex Concil. Aquisgran.

QVAESTRIX, *idem quod Quaeſtitrix, vxor quaeſtoris ſecundum Hugutionem*. Ioh. de Ianua. *Queſtreſſe*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. MSS.

QVAESTVARE, mendicare. Marianus in Vita B. Iohannis Bonuiſii, tom. 5. Maii p. 104. V. *Quaeſtare*.

QVAESTVARIVS. (1) Gall. *Queteur*. V. *Quaeſtor* 1. (2) *Qui quaeſtu corporis viuit*, in Gloſſis Iſid. Ioh. de Ianua: *Quaeſtuarius, qui quaeſtu viuit, ſicut mercator; vnde Quaeſtuariae dicuntur meretrices, quae quaeſtu corporis viuunt*. Eadem notione Seneca de Benef. lib. 6. c. 32. Gl. Lat. Gr. πραχτικὴ, *Queſtoria, Quaeſtuaria*, (melius *Quaeſtuaria*) *Actualis ſcientia*.

QVAESTVLA, ſpecies auis, an Querquedula, Gall. *Cercele?* Angelus Rumplerus Hiſtor. Formbac. lib. 3. apud Pezium tom. 1. Anecdot. part. 3. col. 468. *Frequentiores ſunt ſturni, Quaeſtulae, merulae etc.*

QVAESTVORES, V. *Quaeſtor* 1.

QVAESTVRA, V. *Quaeſta*.

QVAESTVS. (1) QVESTVS, quaeſitum, comparatum, cui opponitur terra hereditaria. Catholicum paruum: *Quaeſtus, Conqueſt*. Liber Rameſ. ſub Stephano Rege conſcriptus ſect. 140. V. *Quaeſta*. (2) † Mercatorum ſocietas, qui quaeſtu viuunt, in Litt. Caroli IV. Imp. a. 1355.

† QVAGLIAROLVS, aucupis fiſtula, Ital. *Quagliere*, quia *qualiae* ſibilum imitatur. Stat. Taurin. a. 1360.

QVALEA, QVALIA, QVAQVILIA, ortyx, coturnix, Gallis *Caille*, Italis *Quaglia*. Ioh. de Ianua: *Qualia, quaedam auis, et dicitur a qualis, vel dicitur Qualia a voce, quam facit, ſc. quaquera*. *Qualea*, apud Creſcentium lib. 10. de Agricult. cap. 4. QVALIOTVS, parua *qualia*, Italis *Quaglietta*. *Qualiotos capere*, in Chronico Bergomenſi ad ann. 1402. apud Muratorium tom. 16. col. 904. QVALILATORIVM, Inſtrumentum *cuius ſonus eſt per omnia ſimilis voci qualeae*, (coturnicis) *generis feminae, ad quam ardenter accedunt maſculi*, apud eundem Petrum de Creſcentiis lib. 10. de Agric. cap. 25. vbi perperam editum *quaſi latorium*. Gallicus vetus Interpres *Courtcaillet* vertit.

† QVALEFICATIO, ratio, modus, in Ch. Mſ. a. 1453.

† QVALGELOR, i. q. *Quagliarolus*, in Stat. ant. Florent.

QVALIA, V. *Qualea*.

QVALIAROLIVM, ſpecies retis ad *qualias* capiendas. Statuta Vercell. fol. 69. vo.

QVALIFICARE, certa qualitate donare, Gall. *Qualifier*. Buſchius de refor-

reformatione Monaſteriorum apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 879.

QVALIFICATORES, vbi *Inquiſitio* viget, dicuntur Theologi, qui de *qualitate* propoſitionum delatarum, rationumque, quibus eas defendunt auctores, conſuluntur ab Inquiſitoribus, vt acquam ac definitiuam auditis Conſultorum *qualificationibus*, ferant ſententiam. V. Limborchium lib. 2. Hiſtor. Inquiſit. cap. 4. et lib. 4. cap. 10.

QVALIFICATVS, nobilis, notus, qualitate ſeu conditione commendandus. Gall. *Qualifié*. Bulla Innocentii VIII. PP. an. 1484. in Continuatione Bullarii Rom. p. 289. col. 1.

QVALILATORIVM, V. in *Qualea*.

QVALIOTVS, parua *Qualea*. V. in hac voce.

QVALIS-QVALIS, apud Vlpianum 2. 1. pro Qualiscumque.

† QVALITATIVVS, rei alicuius qualitatem, naturamue conſtituens, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 415.

QVALITATVRA, minor *qualitas*, humilis conditio. Epiſtola Ratherii Veron. ad Ioh. PP. tom. 2. Spicil. Acheriani p. 245.

QVALITER, cum ſuis qualitatibus ſeu proprietatibus. Lex 86. Dig. de verb. ſignif. QVALITER-QVALITER, in Lege 12. §. 3. Dig. de Ratihab. vbi *Qualiter* ſolum habent melioris notae codices, *Qualitercumque* apud Columellam lib. 11. cap. 3. Quoquo modo, quocumque modo, quomodocumque.

QVAM, Siue, Vel, veteri Interpreti S. Irenaei lib. 1. cap. 7. num. 4. et alibi, vbi Graecum ἢ perperam vertit per *Quam*, cum vertere debuiſſet per *ſiue*, *vel*, *aut*.

† QVAMDIV, pro aliquandiu, t. 3. Sept. p. 285.

QVAMTOTIES, perſaepe. Miracula S. Antonii de Padua, to. 2. SS. Iunii p. 721.

QVANDO. Miracula B. Kingae Virg. tom. 5. Iulii p. 758. *Ipſa tantum pedes de Quando in quando per terram trahens, etc.* Hoc eſt, interruptis vicibus, Gall. *de tems en tems*.

QVANDOQVIDEM, pro *Quandoquc*, vſurpat Concilium Duziac. 1. part. 4. cap. 4. extremo.

† QVANETA, anaticula, Gall. *Canette*, in Litt. remiſſ. a. 1355.

QVANTI. (1) Braulio Caeſaraugustanus, in Vita S. Aemiliani cap. 13. *Quem vt vidit, ſciſcitatus eſt a Quantis eſſet obſeſſus.* Phrafis Hiſpanica, vt et Gallica, *Depuis quant*, *A quo tempore*. (2) Pro Quot. Index veterum Canonum, tom. 3. Concil. Hiſpan. pag. 25. col. 1. *Quanti debeant iudicare epiſcopum, preſbyterum vel diaconum.* Paſſim occurrit apud Scriptores mediae Latinitatis.

QVANTIFICARE, magnum efficere. Expoſitio Regulae S. Benedicti in Bibliotheca Heilbronenſi p. 64.

QVANTITAS, abundantia, multitudo, copia, Gall. *Quantité*. Iacobus de Vitriaco lib. 3. Hiſt. Orient. num. 7. apud Marten. to. 3. Anecd. col. 274. *Hortus balſama habens in Quantitate. Quantitas pecuniarum*, Summa pecuniaria, in Charta an. 1338. apud Ludewig. tom. 5. p. 548.

QVANTITATIVE, *non multum*, in Gemma Gemmarum; Philoſophis vero ſcholaſticis idem eſt ac ratione quantitatis, ſiue magnitudinis, aut multitudinis.

QVANTITATVS, idem quod *Quantitas*, numerus. *Quantitatus librarum 50. monetae currentis*, in Statutis Caſtri Redaldi fol. 36. recto.

QVANTITVDO, *pondus*, *quantitas*, apud Barthium in Gloſſario ex Gauterio de bellis Antioch. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS.

† QVANTOCIES, ſaepius, t. 1. Maii, p. 514.

QVANTOCIVS, pro quanto ocyus, quam primum, Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 35. miratur hodie frequentari a multis non ineruditis, et auctorem requirit. Antiquiorem non cognoſcimus vetere Scripturarum interprete, qui vtitur Gen. 45, 19. et Sulpitio Seuero lib. 3. Dialog. cap. 5. vbi: *Diſcede Quantocius, ne me ob iniuriam tuam coeleſtis ira conſumat.*

QVAN-

QVANTO MAGIS pro Quanto minus, Graecorum more, non semel vtitur vetus Interpres S. Irenaei.

† QVANTONVS, angulus, Germ. *Kante*, in Inuent. Mſ. a. 1387.

QVANTVRVS, pro Quam futurus. *Notum facimus vniuerſis tam praeſentibus Quanturis*, in Litteris Iohannis Franc. Regis ann. 1360. tom. 4. Ordinat. Reg. p. 393. Nuda eſt ſcriptoris abbreuiatio.

† QVANTVS, portio quae alicui competit, i. q. *Quota*. Ch. Mſ. a. 1250.

QVAQVILA, QVAQVILIA, Vide *Qualea*.

QVARANTENA, Vide mox *Quarentena*.

QVARANTEIRA, V. *Quarantenum*.

† QVARANTENVM, QVARANTEIRA, quadrageſima pars, in Stat. Auell.

† QVARANTESIMVM, idem, in Ch. a. 1236.

† QVARANTIGA, i. q. *Guarantigia*, auctoritas, in Ch. a. 1297.

† QVARATIVM, vulgo *Carat*, i. q. *Quadriatus*, in Ch. Mſ. a. 1362.

QVARATVS, Gradus bonitatis in auro, Gallice *Carat*. Charta ann. 1327. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 214. Gallicum *Carat* deducunt quidam a κεράτιον, ſpecies ponderis exigui; alii a χαράττιον, denarius tributi: melius, vt videtur, Menagius ab Arabico *Alkarat*, quod eſt genus parui ponderis.

QVARCELLVS, pro *Quarrellus*, V. *Quadrellus* 1.

QVARDA. Statuta criminalia Saonae cap. 17. *Vsque ad carrubeolum S. Andreae, per quem deſcenditur ad Quardam, illo excluſo, et incluſa tota platea, vico, vtraque tota lobia, et tota Eccleſia Magdalenae, et via, qua itur ad mare vsque ad viam, qua itur ad Quardam et fabros, illo etiam excluſo.* An loci proprii nomen?

† QVARDIVM, menſura frumentaria, eadem ac *Quarta* 1. Ch. Mſ. a. 1368.

QVARE pro *Quia*. Lex Alemannor. cap. 93. ex cod. Corbonienſi, apud Steph. Baluzium: *Ad illo alio Quare inde fugiuit*. Vbi alii codd. *quia inde fugiuit*. Hinc Galli *Car* hauſerunt.

† QVAREIA, lapidicina, i. q. *Quareria*. Ch. Mſ. a. 1268.

QVARELLVS. (1) Teli genus, Gall. *Carreau*. V. *Quadrellus* 1. (2) Quadra carnis, Gall. *Quarré*. Statuta antiqua Canonicorum S. Quintini in Viromanduis (apud Hemeraeum p. 115.) V. *Quadrellus* 1. (3) † Atrium quadratum, in Ch. Mſ. a. 1224. (4) † QVARELLVS, QVARRELLVS, puluinus, Gall. *Carreau*. Inuent. Mſ. a. 1363. (5) † Quadratus lapis, Gall. ol. *Quarel*. Ch. Mſ. a. 1313. (6) † Modus agri, Gall. *Quarreau*, in Ch. a. 1332.

QVARENTENA. (1) Quadrageſima, in aliquot Galliae Prouinciis, *la Quarantaine*, vnde effecta vox *Carena*, quam conſule, (a Latino *Quadragena*, non a Teutonico, vt vult Burchardus lib. 19. cap. 5. quod obſeruat Voſſius lib. 3. de vitiis ſermonis c. 40.) QVARANTENA, eadem notione. Vita S. Bonae to. 7. Maii p. 151. *Quarentena* etiam dictum Deſertum, in quo Chriſtus 40. diebus totidemque noctibus ieiunauit, Eugeſipo de Terra S. pag. 119. apud Allatium lib. 5. Symmict. (2) Poenae ac mulctae monachicae ſpecies, quae deſcribitur in Statutis Ordinis Hoſpitalariorum Hieroſolymit. tit. 18. §. 57. *Si vero poſitus fuerit in Quarentena, quadraginta diebus continuis ieiunabit, et quarta ac ſexta feriis dictorum 40. dierum panem et aqua tantum veſtetur, comedens in terra. Qualibet vero quarta et ſexta feriis diſciplinam ſuſcipiet modo ſequenti*, etc. V. *Quadrageſimae poenitentia*, et *Septena*. (3) Modus agri apud Anglos, conſtans 40. perticis, vt eſt in Monaſtico Anglic. to. 1. p. 313. Pertica vero quarentenarum conſtat 20. pedibus, vt eſt in tom. 3. p. 15. et 16. *Et quaelibet virga, vnde Quarantenae menſurabantur, erit 20. pedum.* (4) *Quarensena*, *Quarantena*, ſpatium quoduis 40. dierum. Transactio Simonis de Ioinuilla cum Comitiſſa Campaniae an. 1218. tom. 2. Anecd. Marten. col. 865. *Quarensena*, Gallis *Quarantaine le Roy*, ſpatium 40. dierum, intra quod eorum, qui bella indicendi ius

ius habebant, vel reuera ex qualiber cauſa indicebant, agnati ſeu cognati, impeti non poterant. Id lege ſancitum S. Ludouici ſcribit Butelerius in Summa Rurali tit. 34. quam (non) Philippo Ludouici filio adſcribit Philippus Bellomanerius, Ludouico coaeuus, in Conſuetud. Bellouacenſi MS. cap. 60. (vt hic ſcribit Cangius, ſed Philippo Auguſto, vt probat de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. p. 46. et 47.) Quippe, cum ex vſu apud Gallos recepto, tenerentur agnati bellis agnatorum intereſſe, eosque adiuuare, accidebat plerumque, vt antequam *diffidationum* fama ad eos perueniret, incauti et inſcii impeterentur. Si quis igitur agnatos aggrederetur ante hos 40. dies, loco proditoris habebatur, et ſupremo plectebatur ſupplicio, vti habet idem Bellomanerius. Lewold. a Northof in Chronico Markano ann. 1250. *Quarentena*, ſpatium 40. dierum, quod viduae ex lege conceditur a morte mariti, intra quod dos ei debet aſſignari, vel reſtitui, et donec illa fuerit reſtituta, ali debet de bonis defuncti, et in illius domo manere. Quodſi infra hos 40. dies dos non reſtituitur, vidua *defociari de Quarentena ſua* dicitur in Statuto de Merton an. 20. Henrici III. cap. 1.

QVARENTENVM, tributi ſpecies. Libertates Regni Maioricar. ann. 1248. *Non donetis carnaticum de veſtro beſtiarto vllo tempore, paſſaticum, herbaticum, neque Quarentenum.* Literae Iohannis Francorum regis ann. 1363. tom. 3. Ordinat. p. 626. n. 41. *Item, quod durante tempore dictae proviſionis ceſſent omnia ſubſidia, focagia, capagia, Quarentena, indictiones, equi qui dicuntur de debito, et alia onera.* Sed vereor, ne hic legendum ſit *capagia quarentena*, ſublata virgula, vt intelligantur *capagia*, ſeu pecuniaria ſubſidia, quae *in media Quadrageſima* ſolui conſueuerant, vt dictum eſt ſupra in *Capagium*.

QVARERA, lapidicina, Gall. *Carriere*, Angl. *Quarry*. Charta ann. 1257. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 309. Vide *Quadraria* et *Quarrera*.

QVARERIA, idem quod *Quarera*. Monaſt. Anglic. part. 2. p. 595. col. 2. Vide infra *Quarreria*.

QVARESMENTRANNVS, feria 3. ante diem Cinerum. Gall. *Mardi gras*. Vide *Carementrannus*.

QVARETATA, quantum carro vehi poteſt, Gall. *Charretée*. Proceſſus de B. Petro Luxemb. tom. 1. SS. Iulii p. 587. Vide *Quarrada*.

† QVARGA, onus equi vel aſini, Gall. *Charge*. Ch. Mſ. a. 1378.

† QVARIAGIVM, i. q. *Carrigium* 2, vectura cum carro, in Ch. Mſ. a. 1318.

QVARNELLVS, pinna muri, quae feneſtrae quadratae effigiem praefert, per quam milites iaculantur, Gallis *Carneau*, a *Carne*, vel *Quarne*, quod rem quadratam ſonat; (vel potius a Latino *Crena*:) fruſtra enim a Saxonico etymon accerſit Spelmannus. Will. Britto lib. 7. Philipp. p. 180.

. . . . . *Vbicunque patent Quarnelli ſiue feneſtrae.*

QVERNELLVS. Charta ann. 1292. in Probat. Hiſt. Abbatiae Sangermam. p. LXXI. col. 2.

† QVARQVAR, pro calcar, in Ch. Mſ. a. 1292.

QVARRADA, onus *carri*, quantum carro vehi poteſt. Charta Dagoberti Franc. Regis apud Doublerum Hiſtor. Sandion. p. 656. et Miraeum tom. 1. p. 241. V. *Carrada*.

QVARRARIA, lapidicina, Vide in *Carraria* 2.

QVARRARIVM. (1) Charta Odonis Borelli de Curtalano in Tabulario Eccleſiae Carnotenſis n. 72. *In hoſpitibus et hoſpitaliciis eorum . . . . nihil habeo, nec haeredes mei, nec inſtitiam, nec aliud, niſi medietatem furni, et Quarrarium vnum per annum, et talleiam quarto anno.* Infra: *Quotieſcunque vero ipſi talleiam fecerint, dimidia erit mea: Quarrarium vero ſupradictum non mittam, niſi ſecuro loco, videlicet ad Caſtridunum, vel ad Vendocinum, infra Lidum, etc.* (2) Modus agri, vel vinege, Gall. *Quartier de terre* vel *de vigne*. Charta

Charta Ottonis Regis an. 952. apud D. Calmet. Hiſt. Lothar. tom. 1. col. 361. Vide *Quadrans* et infra *Quarteria*.

† QVARRATVM, carrum, in Ch. a. 1324.

QVARRATVS, Gallice *Quarré*, Quadratus. Inuentarium vtenſilium e Tabulario S. Cornelii Compendienſis.

QVARRELLVS. (1) Teli genus, Gall. *Quarreau*. Vide ſupra *Quadrellus* 1. (2) Quadratum, Gall. *Quarré*. Inuentarium MS. Eccleſiae Noiom. ann. 1419. (3) † Fax quadrata, in Ch. Mſ. a. 1321. (4) Palumbinus, V. *Quarellus*.

QVARRERA, lapidicina. Examinatio terrae Prioris de Burneſtre apud Kennettum in Antiq. Ambroſden. p. 529. V. *Quarera*.

QVARRERIA, idem quod *Quarrera*. Charta an. 1247. e Chartulario S. Martini Pontiſarenſis.

QVARRERIVS, lapicida, Gall. *Carrier*, in Chartulario AB. Sangermanenſi, fol. 21.

QVARRETVM, carrus, ſeu praeſtatio *carri*, Gall. *Charrette*. Charta Archembaldi Domini de Soliaco apud Thomaſſerium in Conſuet. Bitur. p. 714. V. *Carretum* 1.

QVARREVS, idem, vt viderur, quod *Quarrellus*, ſpecies teli, Gall. *Quarreau*. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu ad calcem, pag. CLXVI. V. *Quadrellus* 1.

QVARRIA, ſ. angulus, Gallice *Coin*. Charta an. 1293. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 296. *De Quarria dicti muri ad Quarriam muri domus Morelli Chapeleyn a parte chemini.*

QVARRIAGIVM, praeſtatio carri domino debita, ni legendum ſit *Quartagium*, vt infra. Charta an. 1262. in Regeſto 31. Tabularii regii, V. *Carriagium*.

† QVARRIARIVS, lapidicida, in Ch. a. 1257.

QVARROGIVM, ſ. idem quod mox *Quarruagium*. († Seu potius *Quadrinium*, Gall. ol. *Quarouge*.) Charta ann. 1236. e Tabulario Carruſiae Belli Larici: *Tendit ad Quarrogia, et diſtat a Quarrogiis quatuor cordiis, et ab ipſa ſaya tendit ad planum.*

QVARRVAGIVM, ager cultus *quarruca* ſeu aratro. Donatio an. 1240. Vide *Carrucagium* 2.

QVARRVCA, aratrum. Gall. *Charrue*. Tabularium S. Sergii Andegau. Hinc QVARRVCA, ager proſciſſus *quarruca*, vel tantum terrae, quantum vna *quarruca* coli poteſt. Litterae Philippi Aug. Franc. Regis ann. 1195. apud Lobinellum tom. 3. Hiſt. Pariſ. p. 93. col. 2. V. *Carruca* 3. et *Carrucata*. QVARRVCHA, eadem ſignificatione. Tabularium maioris Monaſterii.

QVARRVCATA, tantum terrae, quantum vna *quarruca* coli poteſt. Charta Willelmi Archiepiſc. Remenſ. ann. 1178. e Tabulario S. Nicaſii eiusdem vrbis. V. *Carrucata*.

QVARRVM, carrus, Gall. *Charrette*. Charta ann. 1145. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. et de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 10. V. *Carrum* in *Carra*.

QVARRVRA, idem quod *Quarrera*, lapidicina, Angl. *Quarry*, Gall. *Quarriere*. Charta Henrici Regis Angl. tom. 4. Hiſt. Harcur. p. 1285. Occurrit etiam apud Rymer. tom. 9. p. 727.

QVARRVVIVM, pro *Quadrivium*. Gall. *Carrefour*, in Litteris Vrbani PP. ann. 1094. apud Valeſium Notit. Gall. pag. 80. col. 2.

QVARTA. (1) Menſura frumentaria. Charta ann. 1248. in Bibliotheca Cluniacenſi p. 1515. De amplitudine huius menſurae conſulendae ſunt adnotationes menſurarum ſuperius editae in voce *Modius*. Bellilocenſis *Quarta* continet ſex *coposos*, et XXIV. *coposi* faciunt *bichetum*. Quibusdam in prouinciis Galliarum haec menſura vocatur *Carte* vel *Quarte*, *Cart*, *Quart*, *Carton*, *Quarton*. V. *Carta* 1., *Quartale*, *Quartallus*, *Quartafola*, *Quartellus* 2. et *Quarteria* 2. *Quarta Salis* in Teſtamento Guigonis Comitis Niuern. an. 1239. tom. 1. Maceriar. Inſulae Barbarae p. 156. V. *Carta* 1. (2) Menſura vinaria, aut alterius potus, Pariſien-

riſienſibus *Quarte*; Germann. ein Quart. Iter Camerarii Scotici cap. 10. §. 5. Belliioci *Quarta* vini conſtat ſex *pintis* ſeu 12. *potis*; Pariſiis vero, et in aliis pluribus locis duas dumtaxat *pintas* continet. *Quarta Olei*, in Belliiocenſi pago ſex *lampadibus*, ſeu 24. libris conſtat: in Lugdunenſi vero 8. *lampadibus*. (3) Menſura, modus agri in Pictonibus, vt auctor eſt Beslius in Comit. Pictau. p. 170. 210. 244. 248. Gall. *Un quarteron de terre*. Capitul. Caroli Magni lib. 5. cap. 151. *Et qui minus Quartae optimae de terra habet ſecundum aeſtimationem ſuae telluris opera faciat*. Huc vtcumque referri poteſt, quod habetur in Codice MS. Abb. Sangerman. fol. 59. col. 3. *Concamianimus ad Evrardum in villare Deſuo jornales V. vnde ſecimus Sigembolt dimid. Quarta*; hoc eſt, ſi bene conjecto, dimidium quadrantem quinque *jornalium*. (4) QVARTA, pro quarto Milliari, vel *Banlenca*. Charta Caroli Comitis Valeſiae et Andegau. ann. 1286. in Tabulario Andegauenſi Camerae Comput. Pariſ. fol. 71. V. *Quinta*. (5) QVARTA, nude, Quarta pars. Statuta Gerardi Abb. S. Theoderici ann. 1233. tom. 1. Anecd. Marten. col. 974. (6) Praeſtationis agrariae ſpecies. Vita S. Agricoli Epiſc. Auenionenſis: *Praedia liberaliter aſſignauit, inſuper conceſſo Quartarum priuilegio, etc.* Necrologium Eccleſiae Ambian. *Prid. Kal. Aug. legauit Eccleſiae Pariſ. 2. arpenta vineae, ſita apud Cuuilliacum . . . in cenſiua et dominio Capituli Pariſ. onerata de redditu, qui vulgariter appellatur Quarta, et tallia*. Fructuum quartam partem in hisce poſtremis locis intelligo, quam tenens domino perſoluebat. Vide *Quartales vineae* in *Quartagium*, *Quarto 7. Quartus 2.* et *Quinta 2. Quartae Eccleſiarum*, ſeu quartae decimarum Eccleſiaſticarum. Chronicon Moſomenſe ann. 1015. Vide *Quarto 8.* QVARTAE, redituum eccleſiae pars quarta, apud Gregorium M. lib. 3. Epiſt. 11. quae ſcilicet aut Epiſcopo, aut Clericis, aut pauperibus, aut fabricae competit. Vide Chartam Ratoldi Epiſcopi Veronenſis apud Vghellum p. 604. (7) Quarta pars bonorum, quam ſponſus dat ſponſae pro nuptiis in Regno Neapolitano. Statuta eiusdem Regni de iure Quartae art. 1. Vide infra *Tertia 5.* (8) QVARTA, nude, idem, quod mox *Quarta funeralis*, ſeu *Quarta Teſtamentorum*, de qua in *Teſtatio*. Chartularium S. Iohannis Angeriaci p. 427. QVARTA CANONICA, FVNERALIS, OBLATIONVM. Concilium Limanum ann. 1591. inter Hiſpanica p. 661. col. 2. *Religioſi, qui ſunt vel fuerint in doctrinis et beneficiis, ſeruabunt conſtitutionem de ſolutione Quartae funeralis, Quartae canonicae, et Quartae oblationum, propterea quod illas debeant, prout de iure debent Epiſcopis*, et vt illas *perſoluant reliqui clerici, qui funguntur iisdem miniſteriis*. Vbi *Quarta canonica* idem eſt, quod in alio eiusdem prouinciae Concilio ann. 1582. ibidem p. 855. dicitur *Canonica portio: Quarta funeralis ac Canonica portio, et Quarta etiam oblationum Epiſcopo a iure conceſſa tam a Capitularibus, quam a caeteris clericis, ſoluatur eo ordine et modo, quem ſacri Canones ſtatuunt*. Eſt autem haec *Canonica portio*, ſeu *Quarta Canonica*, ni fallor, quarta pars redituum, quos percipiebant clerici, vt *Quarta funeralis* quarta pars legatorum defuncti in pios vſus, cuius diſpoſitio erat penes Epiſcopos, vt dicitur in *Teſtatio*; Quarta tandem *oblationum*, quarta pars eorum omnium, quae fideles ſponte offerebant Eccleſiae: quae quartae partes omnes Epiſcopis debentur ex his Conciliis. QVARTA SIGILLI ET BVLLAE, quarta pars emolumentorum ex ſigillo et bulla prouenientium. Teſtamentum Guillelmi D. Montis-peſſulani an. 1202. ex Schedis Peireſcianis ſeu Praſſianis de Mazaugues. (9) QVARTA, pro Charta, in Charta ann. 1078. apud Ioffridum in Nicia p. 104. QVARTVLA, pro *Chartula*, parua charta, in Statutis Synodalibus Nicolai Epiſcopi Andegauenſis an. 1265. cap. 5. an. 1270. cap. 2. (10) QVARTA, f.

Quarta

Quarta pars vinae aut *teſtae*, ſeu perticae, qua notione *Quarta* dicunt Hiſpani. Statuta Saluciarum, Collat. 4. c. 122. *Qui vendiderit ad Quartam mancam ſeu ad teſtam, vel ſtateram ſine balenciis, ſeu ad ſcandalium, vel aliud pondus iniuſtum, ſolvat bezantum florenorum octo.* Italis *Quarta* dicitur minus pondus, quartae ſcilicet partis vnciae. (11) QVARTA VILLAE, vrbis regio, Gallice *Quartier d'une ville*. Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 69.

QVARTADA. Dedicatio Eccleſiae de Baltarga in Comitatu Ceritaniae, Marcae Hiſpan. col. 825. *Et ego Fruia dono praefatae Eccleſiae tres peciolas terrae, quas habeo ad ipſas gardias et vnam ad ipſas Quartadas vineam:* cuius forte quarta pars vindemiae pertinebat ad dominum, tribus aliis tenenti cedentibus, aut vice verſa. Vide *Quarta 6. Quartales vineae* in *Quartagium* et *Quarto 7.*

QVARTADECIMANI, QVARTIDECIMANI ſaepius, et QVARTODECIMANI, Τεσσαρεσκαιδεκατῖται (melius Τεσσαρεσκαιδεκαῖται, et interdum Τετραδῖται, Gallis *Quartodecimans*, quibusdam *Quartodecimains*,) Haeretici (vel potius Schiſmatici) ſic appellati quod in 14. Luna, vt Iudaei, Paſcha celebrarent. Bernaldus Preſbyter de Reconciliatione lapſorum: *Antiochenum Concilium de Paſcha ibi aſſerit iniſtitutum, ne in 14. luna cum Iudaeis celebretur, vt Teſſarescaedecitae* (melius *Teſſarescaedecacitae, vel Teſſarescaidecacitae,*) *id eſt, Quartadecimani faciunt, qui etiam inde nomen ſuae haereſi condiderunt.* Vide Stephanum Eddium in Vita S. Wilfridi cap. 14. 15.

QVARTAGIVM, quarta pars vel vindemiae, vel aliarum rerum, quam ſibi contra ius aſſerebant domini feudales in tenentium ſuorum praediis, agris, vel vineis. Charta Odonis Archiep. Rotomag. an. 1262. apud Sammarthanos. In Tabulario Nantolienſi in Victonibus an. 1434. occurrunt crebrius voces, *Quartatores, Quartare, Quartagium.* Vide *Carro 1. Quarta 6.* et *Quarto 7.* Haud ſatis ſcio, an eadem notione Charta ann. 1226. ex Archiuo S. Albini de Nemore: *Stephanus de Corron, Miles . . . . dedit omnem decimam de Eſtriac . . . et quicquid habebat in Quartagio de Gavre pro anima filii ſui Guillelmi.* QVARTALES VINEAE, quae tenentur ad quartum, ſeu quarum reditus quarta pars cultori cedit, aut proprio poſſeſſori. V. *Quarta 6, Quarto 7. Quartus 2.* et *Quinta 2.* Vetus Charta ann. 959. apud Dominicum de Praerogat. allodiorum p. 119. QVARTAGIVM, cuiusuis rei pars quarta. Charta vetus apud Lobinellum tom. 2. Hiſt. Britann. col. 349.

QVARTAIRADA, vel QVARTAIRATA VINEAE, V. in *Quarteriata.*

QVARTAIRONVM, quarta pars menſurae vel ponderis, Gall. *Quarteron.* Statuta Eccl. Aquenſis MSS. ann. 1259. V. *Cartayronum.*

QVARTALAGIVM, idem quod *Cartelagium*, ſeu ius percipiendi *quartas* vel certas menſuras ex rebus ſiccis venalibus, vel transeuntibus. Charta ann. 1107. ex Archiuo B. M. de Charitate. V. *Carta 1.* et *Quarta 1.*

QVARTALATA, idem, vt videtur, quod *Quartariata*, niſi ſit quarta pars iugeri. *Reliquit tres Quartalatas vineae et tres panalatas terrae*, in Notis obituum et fundationum ad marginem veteris Martyrologii Eccleſiae Aquenſis. V. *Cartelata.*

QVARTALE, QVARTALIS. (1) Menſura Germanica, Alamannis *Viertel*, apud quos quatuor quartales modium efficiunt: apud Anglos vero 32. quartae ſunt in modio, *Quarts* vocant. Iohannes de Garlandia in Synonymis:

Dolia, Quartalium, fundum, clepſedra, lagena.

Ephemerid. Monaſterii S. Galli 5. Id. Mart. *Quae ſoluit 10. Quartalia tritici. Quartale frumenti, aenae*, in Statutis S. Claudii pag. 55. QVARTALE, menſura agraria, iisdem Germanis. Venditio an. 1308. apud Ludewig. tom. 5. pag. 97. *Decimam vnam quindecim manſos vno Quartali minus continentem vendidimus.* Charta ann. 1334. apud Schlegelium de

Nummis antiq. Gothanis: *De duobus Quartalibus menſi.* QVARTALE VINI, quarta pars dolii vinarii, ſi idem ſit, vt probabile eſt, quòd Gallis *Quartaut*. Statuta Eccl. de Romanis inſerta in Litteris Iohannis Franc. Regis an. 1358. tom. 3. Ordinat. p. 275. Regeſtum 87. Chartophylacii Regii. Pluries occurrit ibi, ſemel vero *Quarteirium* eadem, vt videtur, notione: *Facit vnum Quarteirium vini.* Alibi: *Facit domino vnum Quarteyronum vini cenſus.* Rurſum: *Percipiunt 1. cartam, 1. mondinum et 1. manatum nucleorum, XII. denarios, 1. Quarteyronum vini, 1 gallinam* etc. QVARTALE ANNI pro quarta pars, in Chronico Windeſemenſi lib. 2. cap. 14. 29. 43. 48. et in Charta an. 1321. apud Ludewig. to. 1. p. 893. QVARTALE HORAE, quadrans, Gall. *Quart d' heure. Per tria Quartalia horae*, in Vita S. Lidwinae, tom. 2. Aprilis p. 293. QVARTALE MILIARIS, ſeu Milliaris, apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. p. 350. (2) † Menſura lignaria, in Ch. a. 1347.

QVARTALETVS, minor menſura vinaria, quarta pars maioris, vt videtur. Statuta Capituli Dinienſis an. 1460. apud Gaſſendum in Notitia eiusdem Eccl. p. 93.

QVARTALIA TERRAE, ſ. ager capiens tantum ſementis, quantum in vno *quartali* continetur. Engelbertus Maghe in Chronico Bonae Spei p. 7. *Donarunt in eleemoſynam . . . Robertus eius pater quatuor modiatas . . . . mater dimidiam modiatam; Ego quoque Quartalium terrae in eodem territorio.* Erit forte, qui malit interpretari Quartam partem iugeri. V. *Quarteria 1. Quarterium 3. Quarterius 1.*

QVARTALIS VINEA, V. in *Quartagium*.

QVARTALIVM, idem quod *Quartale*, menſura frumentaria. Hiſt. Mediani Monaſterii p. 257.

QVARTALLVM, *ſcnifirum, vel coſinus, vel vas, in quo mortui efferuntur*, ou *Quarteron*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangermen. Infra legitur *Quartellum*. In quibusdam Chartis *Quartallum* idem eſt, quod mox *Quartallus*. V. *Cartallus 1.*

QVARTALLVS, menſura frumentaria. *Quartallus frumenti, avenae*, etc. in Libertatibus oppidi Iſſeronis, apud Guicheonum, et alibi paſſim. V. *Cartallus 2.* et *Quartellus 2.*

QVARTANA, QVARTANARIVS. Michael Scotus lib. 4. Menſae Philoſophicae cap. 36. de quodam Monacho Cartuſienſi: *Semel fuit miſericordia de anguillis, et illa fuit in Quartana: tunc ſernitor, Frater, miſericordia eſt de anguillis, et vos eſtis Quartanarius: Accipiam, inquit, neſcio, quando denuo habiturus ſum de anguillis.*

† QVARTANARIVM, menſura frumentaria, Gall. ol. *Quarteunier*. Ch. Mſ. a. 1310.

QVARTANARIVS, quartane febri laborans, apud Sextum Platon. de Medicina animal. lib. 1. cap. 2. V. *Quartenarius*.

† QVARTANERIVS, dicitur de agro, qui ad quartam partem fructuum tenetur, in Ch. a. 1341.

QVARTANICVS, quartanus. Guillelmus Britto lib. 12. Philippidos:

Invadit febris Regis Quartanica corpus.

QVARTANVM, menſura ſiccorum et liquidorum. Saiſimentum Comitatus Toloſae an. 1271. apud Lafaille in Probat. Annal. Tolot. p. 15.

† QVARTARANCHIA, menſurae frumentariae ſpecies, in Ch. Mſ. a. 1281. V. *Cartarenchia*.

QVARTARE, Italis, in quatuor partes diuidere. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Quartenuir*, Τετραπλοῦν. Quod ad Τετραλογίαν Tragicorum videtur referendum, in vt *Quartari* ſit Quaternis fabulis de palma contendere, ſicut Tragici Poetae ſolebant in Attico theatro. Vide Voſſium lib. 14. de Vitiis ſermonis cap. 18.

QVARTARIA. (1) Idem, vt videtur, quod apud Italos, Quarta ſcilicet pars domino perſolvenda. Tabularium Dinienſe apud Gaſſendum in Notitia Eccl. Din. p. 85. *Bos, progenitus . . . . praepoſiturae conſtans*

ſtans . . . . in Quartaria apud Aquas calidas, et illis partibus; quae conſiſtit in hortolagiis, et aliis obuentionibus; valet communiter VIII. libras Vien. (2) Cucuma, Gallice *Coquemar*, vas aquae calefaciendae. Comp. puteus ann. 1333. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 274. Vide infra *Quartarium 1.* (3) † Ager qui ad quartam partem fructuum tenetur, in Ch. a. 1410.

QVARTARIATA VINEAE, Prouincialibus *Quarteirado de vigne*, modus vineae, diuerſus in variis Prouinciae locis. In Aquenſi territorio 600. *cannis* quadratis conſtat, in Maſſilienſi vero 506. *cannis* et dimidia, alibi pluribus, paucioribusue. Diploma Raimbaldi Archiep. Arelat. an. 1033. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 401. In Chartularii Aptenſ. Eccleſ. Charta ann. 1049. fol. 65. vo. habetur *Quarteirata* = *Quartairada* vero in Bulla S. Victoris Maſſil. armar. Aq. num. 272. *Quarteirada*, in maiori Chartulario eiusdem S. Victoris p. 91.

QVARTARIVM. (1) *Genus menſurae, id eſt vrna.* Papias. Iohannes de Ianua: *Quartarium, menſura, quae quartam partem ſextarii capit: quae etiam Quarteſium dicitur.* Laurentius in Amalthea: *Quartarium, Quarta pars: item, Quartarius, cengii quartam partem continens; Tertiarium, ſeſtarium.* Gloſſae Lat. Gall. Sangermann. *Quartarium, Quarteron.* Maior menſura videtur in Priuilegiis Balduini Flandriae Comitis an. 1116. conceſſis Abbatiae Elnonenſi, apud Miraeum tom. 2. p. 1153. col. 2. *Almanus quasdam ſibi iniuſtas conſuetudines . . . . abdicauit, videlicet ad ambas* (*f. cambas*) *S. Amandi dimidium Quartarium accipias, neque creditionem vllam, vnde damnum aliquod homines Sancti ſuſtineant, habeat.* (2) Modus agri, idem qui *Quarteria 1.* Chronicon Farſenſe to. 2. Muratorii part. 2. col. 536. Vide *Quartarius 3.*

QVARTARIVS. (1) Menſura liquidorum, apud Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 5. *Coepit . . . augeri, ita, vt in vnius horae ſpatio plus, quam vnum ſextarium redderet vaſculum, quod Quartarium non tenebat.* Longe aliter Papias: *Vrna, menſura eſt, quam quidam Quartarium dicunt, quod 4. ſextarios capit.* Laur. in Amalthea: *Quartarius, duo acetabula, ſex hemina dimidia, quarta pars ſextarii.* Eſt etiam menſura ſiccorum, niſi *Quartarium* legendum ſit. Charta ann. 1385. e Chartulario S. Iohannis Angeriaci p. 459. *Abbas debet vinum et vnum Quartarium ſalarum.* (2) Quadra panis, ni fallor, apud Adalardum in Statutis Corbeienſibus lib. 1. cap. 4. quomodo pagenſes Gallici vocant *un Pain de quartier.* Charta ann. 1385. e Chartulario S. Iohannis Angeriaci p. 460. (3) QVARTARIVS vel CARTARIVS, modus agri, *Quartier de terre.* Charta Philippi I. Regis Fr. ann. 1052. to. 13. Spicil. Acher. p. 289. (4) Moneta, quartam aurei ſolidi partem appendens. Lampridius in Alexandro Seuero cap. 39. (5) Qui quartam partem accipit. *Quartarios*, inquit Feſtus, *appellabant antiqui mulliones, quod quartam partem quaeſtus capiebant.* Tum profert locum Lucilii.

QVARTAROLA, menſura frumentaria aut leguminum, apud Veneros, Ital. *Quartarola, miſura come il quarto dello ſtajo.* Sanutus lib. 2. part. 3. cap. 10.

QVARTAROLVS. (1) Venetis, Moneta minutior, *valoris quartae partis vnius denarii*, vt habetur in Chronico Andreae Danduli apud Muratorium tom. 12. col. 372. Vide *Quartus 1.* (2) Idem quod *Quartarola*, vel forte quarta pars librae, Gall. *Quarteron.* Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 16. (3) QVARTAROLVS, QVINTAROLVS REMVS, apud Sanutum lib. 2. part. 4. cap. 11. Italis *Quartarolo* eſt quartus remex ſcamni inter remiges.

QVARTARONVM, CARTARONVM, Gallice *Quarteron*, quarta pars librae. Occurrit in Conſuetud. Toloſae part. 2. V. *Quartinum.*

QVARTARONVS, menſura frumentaria. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 23. vo. V. *Quarteronus.*

QVARTATOR, V. in *Quartagium*.

† QVARTATVM, annuae penſionis pars quarta, in Ch. Mſ. a. 1481.

QVARTAYRO, quarta pars vnciae. Inquiſitio an. 1220. tom. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 93.

QVARTEIRADA, V. *Quarteriata vineae*.

QVARTEIRIVM VINI, V. in *Quartale*.

QVARTELADA, quarta pars iugeri. Obituarium S. Gerardi Lemouic. fol. 22. V. *Cartalata* et *Quarterada*.

QVARTELAGIVM, ſpecies iuris dominici, de quo ſupra dictum eſt in *Carto* 1. V. *Quartagium*.

QVARTELLVM. Iohannes de Ianua: *Quarterium, menſura, quartam partem ſextarii capit, quae etiam Quartellum dicitur. Quartellum etiam dicitur caniſtrum vel cophinus, in quo mortui efferuntur*. V. *Quartallum*.

QVARTELLVS. (1) Teli genus, Gallice *Quarreau*. V. *Quadrellus* 1. (2) Idem, quod *Quartallus*, menſura frumentaria. *Dederunt tres Quartellos frumenti*, in Charta ann. 1151. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 302.

QVARTELOYS. Th. Walſinghamus in Edwardo II. p. 114. *Milites quidam ſuper armaturas cotucas induerunt, vocatas Quarteloys: armigeri vero indumenta bendas habuerunt, etc.* Vide *Cotuca*. Carolus de Aquino in Lex. Milit. a quadrifido colore, quo erant diſtinctae, dictas ſuſpicatur.

QVARTENARIVS, idem qui ſupra *Quartenarius*. Qui quartana febri laborat. Matthaeus Paris ad an. 1239.

QVARTENATA TERRAE, ager reditus vnius *quartonis* frumenti, vel forte, in quo vnus frumenti *quarto* ſeminari poteſt. V. *Cartonata*.

QVARTENERAE PARTES, ſ. quae ſolui debebant pro *Quartagio*; quo de iure dictum eſt [illegible] in *Carto* 1. et *Quarto* 7. Charta ann. 1236. e Chartulario S. Vandregeſili tom. 1. pag. 328. *Ita, quod dictus Abbas debet me acquietare erga praedictum Thomam de duabus partibus Quartenerii, et duabus gallinis, et uno turonenſi annui redditus, quos de dictis domo et proprio tenebar reddere praedicto Thomae.*

QVARTENGIVS, menſura frumentaria. Charta ann. 1241. ex Archiuo Veteris-villae: *Dederunt abbatiae Veteris-villae tres Quartengios frumenti*. Alia ann. 1242. *Dederunt B. Mariae Veteris-villae vnum Quartengium frumenti*.

† QVARTENGVS, menſura frumentaria, eadem quae *Quarta* 1. Ch. a. 1270.

QVARTENVM, quarta pars, Gallice *Quartier*. Ordinatio ann. 1340. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 420.

QVARTERADA, idem, quod *Quarteleda*, quarta pars iugeri. Charta ann. 947. Marcae Hiſpan. col. 861.

QVARTERENGIA, menſurae ſpecies apud Aruernos. Vide locum in *Carterencha*.

QVARTERIA. (1) Modus agri, quantum iugeri partem continens, Gallice *Quartier*. Tabularium Abbatiae Belliloci in Lemouicibus num. 89. *Quarteron* in Conſuetudine Pictauenſi art. 175. 177. vbi *Bordaria* dicitur conficere duos quarterones, et aequiparari terrae ſeu praedio duorum boum, id eſt, quantum duo boues arare poſſunt; quarteronem vero praedio bouis, cuius dimidia pars *Retallium*, ſeu *Retail*, dicta aequiparatur praedio ſemibouis. Ab hac voce, vt obſerua Carolus de Aquino in Lexico [illegible]ari, ſic paſſim appellantur militum tuguria vel contubernia propere communita aduerſus repentinas hoſtium incurſiones. Si ſparſim in tranſitu excitantur, dicuntur Italis *Baracche*, Gallis *Baraques*: ſi conſiſtunt ad longiorem quietem, *Quarteria* vocantur, Italis *Quartieri*, Gallis *Quartiers*, Latinis *Stationes*. (2) QVARTERIA, et QVARTERIVM, menſurae frumentariae ſpecies, omnibus nota. Vide Willelmum de Podio-Laurentii cap. 6. Apud Anglos, vt eſt in Fleta lib. 2. cap. 12. §. 1. *Quarterium frumenti conſtat ex octo buſſellis*. V. *Carteria* et *Quarterius* 3.

QVARTERIAE, praeſtationes huiusmodi *quarteriarum* frumentariarum. Inſtrumentum litis ann. circiter

aiter 1322. tom. 2. Gall. Chriſt. col. 307.

QVARTERIARE, ſontis corpus in quatuor partes diſſecare, Gall. *Ecarteler*. Chronicon Cornelii Zantfliet apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliſſ. col. 397.

QVARTERIATA TERRAE, idem quod *Quarterada*, quarta pars iugeri, in Tabulario Fontis-Ebraldi. *Quarteriatae vinearum* in Charta ann. 1159. in Probat. nouae Hiſtor. Occiran. tom. 2. col. 571. V. *Cartalata*.

QVARTERIO. (1) Idem, vt videtur, quod *Quartagium*. Tabularium Miotis-Monaſterii: *Conuenus Dux Britanniae, filius Alani Comitis, conceſſi monachis Maioris-monaſterii apud Machecol conmorantibus omnes conſuetudines comitales Quarterionis terrae illius, quam monachi habebant apud Fraxinetum, et dimidium Quarterionem in Porfaifauto, hoc eſt, frumentagium ſuum, et bianum, et omnes alias conſuetudines.* V. *Carto* 1. et *Quarta* 7. (2) Menſura frumentaria. Charta ann. 1244. e Tabulario S. Bartholomaei Bethun. *Nouem menqualdos, dimidium, et unum Quarterionem bladi.* Hic eſt quarta pars *mencaldi*: de quo ſupra. V. *Quarteria* 2. *Quarterium* 4. et *Quarterius* 3.

QVARTERIVM. (1) Quarta pars, Gallice *Quartier*. *Quarterium anni*, trimeſtre tempus, quarta pars anni, Gallis *un Quartier*. Matth. Weſtmonaſter. an. 1259. *Quarterium corporis humanii*, nempe ſontis quadrifariam diſſecti, apud Rymer. tom. 4. pag. 364. col. 1. *Scutum de Quarteriis*, ſcutum gentilitium lineis quadripartitum, in Charta ann. 1183. ex Archiuo Veteris-villae. (2) Regio, pars vrbis, Gallice *Quartier*, Ital. *Quartiere*, in Annalibus Genuenſ. apud Murator. tom. 6. col. 272. V. *Quarterius* 2. (3) Quarta pars iugeri, in Litteris ann. 1332. e Chartulario S. Martini Pontiſar. *Tria Quarteria de groa . . . XL. perticas ad paſſagium, VI. arpenta de groua.* (4) Menſura frumentaria, pro cuius capacitate conſulendae adaequationes menſurarum ſupra editae in voce *Modius*. Matth. Paris ad ann. 1203. *Piſtores poterunt ſic vendere, et in quolibet Quarterio lucrari tres denarios.* V. *Quarteria* 2. et *Quarterius* 3. (5) † Pars ſcuti, Gall. *Quartier*, in Ch. Mſ. a. 1393.

QVARTERIVS. (1) Idem quod *Quarterium* 3. Quarta pars iugeri. Charta Petri Pariſ. Epiſc. ann. 1211. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 4. V. *Quarterus*. (2) Regio, pars vrbis. Conſtitutiones Frederici Regis Siciliae c. 116. V. *Quarterium* 2. (3) Menſura frumentaria, eadem cum *Quarteria* 2. Charta ann. 1205. e Tabulario Fontis Danielis. V. *Quarterium* 4.

QVARTERIZATIO, poena reorum laeſae Maieſtatis apud Anglos, quibus capite minutis, eorum corpus in quatuor partes ſecatur, eaeque variis in locis exponuntur. Thomas Walſinghamus in Ricardo II. Vide *Quarteriare*, *Quarterium* 1. et *Quarterizare*.

QVARTERNVS, Gall. *Cayer*. Vide in *Quaternio*.

QVARTERO, quarta pars librae, Gall. *Quarteron*. Proceſſus de B. Petro Luxemb. to. 1. SS. Iulii p. 591. *Quartero terrae*, quarta pars iugeri, in Charta ann. 1177. ex Archiuo abbatiae Buzeii. † Pro quarta parte anni occurrit, in Ch. a. 1373.

QVARTEROLA, quarta pars ſextarii, vt interpretantur Bollandiſtae. Vita S. Zitae, tom. 3. Aprilis pag. 523. Italis *Quartarola* pars eſt quarta modii. Vide ſupra *Quartarola*.

QVARTERONVS. (1) Gall. *Quarteron*, quinque et viginti, quarta pars centenarii numeri. Codex MS. redditiuum Epiſcopatus Autiſſiod. (2) Modus agri, idem ac *Quarteria* 1. Terragium Belliiocii: *Super duabus tertiis partibus cuiusdam terrae continentis quinque Quarteronos.* Infra ſumitur pro menſura frumentaria: *Debere conſitentur dimidium Quarteronum auenae.* In pago Belliiocenſi *Quarteronus* tantum valet, quantum *Bichetus* dimidiatus. Vt aliarum menſurarum, ſic *Quarteroni* varia eſt capacitas diuerſis in locis. V. *Quartaronus*, *Quarteria* 2. *Quarterio* 2. *Quarterium* 4. et *Quarterius* 1.

QVARTERVS. (1) Quarta pars iugeri. Charta ann. 1208. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. p. 100. V. *Quarterias 1.* (2) † Lapis quadratus, in Comput. a. 1450.

† QVARTESIMA, QVARTESIS, praestationis species, quarta pars decimarum, in Ch. a. 1077. QVARTESIVM, in Ch. a. 1180.

QVARTEYRONVM, mensura frumentaria, V. *Carteyronum;* mensura vinaria, V. *Quartale vini.*

QVARTIATA, contr. pro *Quarteriata.* Testament. Guillelmi D. Montispessulani ann. 1146. tom. 4. Spicil. Acher. p. 141.

QVARTIDECIMANI, V. *Quartadecimani.*

QVARTILATVS, in quatuor partes diuisus, ex Gallico *Escartelé*, vox in insignium descriptionibus nota. Henr. de Knyghton ann. 1347. V. *Cornca.*

QVARTINVM, species vasis vinarii. Statuta Massil. lib. 1. cap. 39. §. 3. vbi de mensuris vinariis: *Liceat tamen vnicuique personae habere Quartinum et medium Quartinum secum infra domum suam.* Eadem, vt videtur, notione Statuta Vercell. lib. 4. fol. 57. recto.: *Ferrarius vero pro suo labore habeat a qualibet singulari persona . . . pro quolibet quartarono et medio quartarono, et Quartina et Quartino de ligno, et quarto et Quartina cupo, et medio cupo, et pro qualibet mensura de ferro vel aramo, stera, balantia, et similia denarios sex Pap. et non vltra.*

QVARTIRIZARE, in quatuor partes dilaniare, discindere, quadratim dissecare, Gallis *Ecarteler*, poena laesae Maiestatis. Chronicon Anglicum Thomae Otterbourne pag. 229. V. *Quarterizatio.*

QVARTISCHISMA, vnica voce, Quartum schisma, seu schismata quatuor. apud Martenium tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1067. *Vnde Quartischisma pro trischismate fieret.*

QVARTISINA, pensio quartae partis. Charta Lotharii Imp. in Actis SS. Iunii to. 5. p. 485. V. *Quatisonia.*

QVARTISIVM, quarta pars bonorum, quae vxori a marito ex Lege Longobardorum concedi poterat, in Testamento ann. 1193. apud Murator. delle Antic. Estensi pag. 365. Idem, quod aliis dicitur Morganegiba. Vide in hac voce.

QVARTO. (1) Quarta pars. *Debetur Quarto vnius caponis, et vnus denarius de caponagio*, in Chartulario S. Martini Pontisarensis. V. *Quartanus* 2. (2) Quarta pars librae, Gall. *Quarteron.* Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. tom. 3. SS. Iunii p. LXXIX. (3) Parua mensura, et, nisi fallor, Quarta pars palmi. Reparationes factae in Senescallia Carcassonae ann. 1435. e MS. D. Lancelot. (4) Mensura frumentaria. Charta Guillelmi Bohem. an. 1332. ex Archiuo Marchionis de Flamarens. (5) Mensura vinaria. Antiq. Recogn. Capret. in Regesto *Probus* fol. 32. V. *Quartale vini.* (6) Modus agri, vel vineae, forte continens quartam partem iugeri. Charta Scotiae ann. 1070. ex Schedis Pr. de Marca. (7) Praestatio quartae partis fructuum ex agris, ac praesertim ex vineis prouenientium, modo coacta, modo conuenta, a dominis feudalibus interdum imminuta, aeque commutata in certum vini quantitatem, interdum etiam in certum pecuniae summam. Regestum *Probus* fol. 30. *Albus Bovers tenet de Comite 1. sestar. terrae et participes sui, et debent inde 1. gallinam, et tenent VI. fossoratas vineae ad Quartonem, vnde dominus Comes percipit medietatem, quae potest valere communibus annis 1. somatam vini, et debent talliam.* V. *Complantare.* Vinearum non ita propriis fuit *Quarto*, quin etiam aliquando perceptus fit ex agris arabilibus. Antiqu. Recogn. Albae-ripae in eodem Regesto *Probus* fol. 67. (8) Quarta pars decimarum, vel reddituum ecclesiae. Charta Guillelmi Birerr. Episc. qua Monasterio Gellonensi confirmat Ecclesiam S. Vincentii de Popiano an. 1152. inter Instrum. nouae Gall. Christ. tom. 6. col. 138. V. *Quartae Ecclesiarum* in *Quarta 6.* (9) F. pro *Quarro*, Ductor carri, Gall. *Charretier*, quibusdam Gallo-Flandris *Charron.* Testamentum

mentum Bernardi Comitis Armeniaci ann. 1302. tom. 1. Ampliſſ. Coll. Marten. col. 1409. *Item, leguntur militibus, ſcutiferis, clericis, ſolmentariis, et Quartenibus hoſpitii noſtri, qui in iſto viagio nobiſcum ſunt, pro ſeruitio noſtro laberunt . . . . duo millia libras Tur. dividendas inter praedictos milites, domicellos, clericos, ſolmentarios, Quartenes*, etc.

QVARTODECIMANI, V. *Quartadecimani.*

QVARTOLA, quarta pars, vt videtur. Charta an. 1001. apud Mabillon. lib. 5. de Re Diplom. pag. 446. V. *Quartula 1.*

QVARTONATA *terrae*, agri portio vnius *cartonis* frumenti reditus, vt ſupra Cangius exponit in *Cartonata terrae*, vel forte, in quo vnus *carto* frumenti ſeminari poteſt.

QVARTONERIA *vineae*, quae *quartoni* obnoxia eſt, V. in *Quarto* 7.

QVARTONVS. (1) Menſura frumentaria. Inſtrumentum Comitatus Toloſae ann. 1271. apud Lafaille in Probat. Annal. Toloſ. pag. 18. (2) Quarta pars. venditio Vineae ann. circiter 1048. V. *Quarto 1.* (3) Idem quod *Quarto* 7. Concordia inter Hugonem Archiep. Arelat. et Raymundum Comitem Toloſ. ann. 1224. e Schedis Praeſidis de Mazaugues.

QVARTRONA, modus agri, vt videtur, f. idem quod *Quarteria 1.* Charta an. circiter 1483. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 360. *Habuit vnum Quartronam communae in feodo, ex feoffamento Nicholai filii Nicholai le Cotiler*, etc.

QVARTRONVS, quarta pars librae, Gall. *Quarteron.* Charta Edwardi III. Regis Angl. an. 1328. apud Rymer. tom. 4. pag. 362.

QVARTVCCIA, Tuſcanis, Quarta pars flaſconis ſeu oenophori. Acta B. Guillelmi Erem. Xiolenſis, to. 1. Aprilis pag. 380. *Votum fecit ferendi ad lampadem B. Guillelmi duas Quartuccias olei.*

QVARTVLA. (1) Modus agri, idem, vt videtur, qui Manſus. Charta an. 6. Caroli Reg. apud Mabillonium to. 2. Annal. Benedict. pag. 747. col. 1. V. *Quartola.* (2) Charta, inſtrumentum, ſcriptura. Statuta Regni Neapolitani de iure quartae art. 1. *Dos et quarta, ſeu quarta pars, petì non poſſunt absque inſtrumento dotali, et inſtrumento, quod Neapoli Quartula nuncupatur.* Vocem hanc non a *Charta* ſeu *Chartula* deduco, ſed a *Quarta*, ſeu quarta parte bonorum, quam maritus vxori concedit pro nuptiis. Pro Chartula legitur ſupra in *Quarta 9.*

QVARTVM, quarta pars, etc. Vide mox *Quartus* 2. et infra *Quintum 2.*

QVARTVRVM, Gall. *Quarteron*, Quarta pars, in Charrulario Kemperlegienſi.

QVARTVS. (1) Quadrans, vt videtur, ſeu moneta minutior. Statuta Montis-regalis pag. 23. V. *Quartarolus 1.* (2) Hiſtoria Abbatiae Condomenſis pag. 465. Vbi *Quartus* videtur eſſe modus agri, vt et in Tabulario Abtienſi. Vide *Quartarium, Quarteria 1. Quarterium* 3. et *Quarterius 1.* Nescio an huc pertineat, quod habet Tabularium Eccleſiae Cadurcenſis: *Exit autem de manſo illo vnum prandium in Natali Domini, et 1. aries in Paſcha, et medietas de Quarto, et aliud ſeruitium, quale voluerit. Fecerunt hanc pactionem, vt ſic Vicarius, qui aliam medietatem Quarti poſſidebat*, etc. . . . . *ſi aliquid iniuſte abſtuli de honore S. Stephani de Quarto abſoluo*, etc. Ibidem: *Vna bordaria in valle Sivrano, de qua exeunt per annum 16. denarii, et Quartam partem omnium quartandarum verum.* Ex hoc poſtremo loco colligimus, *Quartum* nihil aliud eſſe, ſaltem in Tabulario Eccleſiae Cadurcenſis, quam *Quartenem* ſeu quartam partem fructuum, quam domini percipiebant e terris, ac potiſſimum ex vineis, quas tenentibus ea conditione colendas concedebant, vt quartam fructuum partem inde rederent. Hanc notionem firmant, Fundatio Prioratus Barbezilli inter Inſtrum. tom. 2. Gall. Chriſt. col. 270. Hinc AD QVARTVM EXCOLERE. Charta Abbatis Moiſſiac. ann. 1212. in Regeſto Carcaſſonenſi QVARTVS pro *Quater*. Recogn. Albae-ripae in Regeſto *Probus* fol. 67.

QVARTVS SCHOLAE, qui, vt est in Ordine Romano, *semper nauseabat Pontifici de cantoribus, adstans ante faciem Pontificis, et nutum eius ad psallendum expectans.* Idem alio loco *Archiparaphonista* nuncupatur, quod *Paraphonistis*, seu Cantoribus praeesset.

† QVARTVTIVM. Ch. a. 1306. to. 4. Cod. Ital. diplom. pag. 463. *De singulis rebus — de quibus Quartutium in ciuitate Neapoli exigitur.* V. *Quartuccia.*

QVARVRA, lapidicina, Gall. *Quarriere.* Charta Henrici Regis Angl. tom. 4. Historiae Harcur. pag. 1468. Supra habetur *Quarrera*, sioque male lem legere

QVASAMENTVS, idem, quod *Casamentum 1.* Feudum, vel praedium, quod a *Casa dominica* pendet. Charta XII. circiter saeculi e Tabulario S. Petri de Cella-froini in pago Engolism.

QVASARE, pro Coaxare, Vide *Quaxare.*

QVASILLARIVS, ψιλοπωλὸς, in Glossis Lat. Gr. Perperam in aliis: *Quastillarius*, φιλυπωλός. Recte in Graeco-Latinis: Κοφινοπωλὸς, *Quasillarius*, Qui *quasillos* facit, seu parvos qualos. Hinc *Quasillaria*, Lanifica, quae lanam in quasillo reponit ad laborem. Petronius cap. 132. *Conuocat omnes Quasillarias familiaeque sordidissimam partem.* Vide Scaligerum ad librum 4. Tibulli, et Martinium in Lexico.

QVASITAS, Ignota vox, et, vt videtur, mendosa. V. in *Vsupelliones.*

QVASQVVM, clamor ranae, V. *Quaxare.*

QVASSARE, irritum facere, abrogare, *Cassare*, *annuller*, in Placito an. 1119. in Probat. nouae Histor. Occitan. col. 411. V. *Cassare* 2.

QVASSVM, fragile, quod quati facile potest. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Quassum*, σαθρὸν, σαθρεύν, lege σαθρόν. Interpres S. Irenaei lib. 4. cap. 32. num. 1.

† QVASSVS, irritus, vanus, tom. 10. Collect. Hist. Franc. p. 369.

QVASTILLARIVS, V. *Quasillarius.*

† QVATA, tormenti genus, in exigenda criminis confessione adhibitum, f. fustuarium, a *quassare.* Ch. a. 1454. t. 3. Hist. Nem. Prob. pag. 286.

† QVATELLVS. (1) Modus agri, f. quarta pars iugeri. Ch. Mf. a. 1341. (2) Mensura annonaria, in Litt. remiss. a. 1352. V. *Quaterius* et *Quarterenus.*

QVATERDENA, quadragesima. Vita S. Petri Coelestini PP. tom. 4. SS. Maii pag. 454.

QVATERIA, pro *Quarteria*, Mensura aridorum. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses an. 1351. ex libro viridi fol. 53. Vide *Quarteria 2.*

QVATERIVM, pro *Quarterium*, Quarta pars. Parum Chartul. S. Victoris Massil. fol. 150.

QVATERNALES, et *ternales* inter nauium armamenta numerantur in Informationibus Ciuitatis Massil. de passagio transmarino e MS. Sangermanensi.

QVATERNALIS *allus*, Argenteae monetae species in Dalphinatu, de qua Humbertus II. in Ordinatione ann. 1342. to. 2. Hist. Dalphin. pag. 420.

QVATERNANVM FEVDVM, Vide *Feuda quaternana* in *Feudum.*

QVATERNARE, V. *Quaternus* in *Quaternio 1.*

QVATERNARIA. (1) Species supellectilis ecclesiae. Agnellus in Vita S. Sergii apud Murator. to. 2. pag. 174. col. 2. *Abstulit reliquias, quas non potuerunt sic citius occultare, ex auro balantias nouem, vascula argentea plurima, cochlearia argentea tractoria, Quaternaria vna, et diuersas alias aureas et argenteas species.* (2) Modus agri. Concordatum Willelmi Abb. S. Remigii Senon. cum Aunulone Domino Castri Sigliniaci, XII. saec. e MS. Pontiniacensi. V. *Quarteria 1.*

† QVATERNARIVS, quartana febri laborans, t. 5. Sept. p. 697. V. *Quartenarius.*

QVATERNATA VESTIS, *quatuor quadrata lateribus, vndique corpus am-*

ambiens. Turnebus lib. 14. Aduerſariorum cap. 19.

QVATERNATIM. (1) Per *quaternos.* Ioh. de Ianua. (2) † Quaterni, in Areſt. a. 1373.

QVATERNATIO, quaternarius humerus, apud veterem Interpretem S. Irenaei lib. 1. cap. 2. et alibi; τετρακτὺς vel τετρὰς ipſi Irenaeo.

QVATERNATVM FEVDVM, V. *Feuda quaternata* in voce *Feudum.*

QVATERNIO. (1) QVATERNVS, QVATERNVNCVLVS, Chartae in unicum compactae, Gall. *Cahier: Cuern*, in Chronico Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 30. Alcuinus Poëmate 7.

Plurima hic Praeſul patrauit ſigna ſtupendus,
Quae nunc in chartis ſcribuntur rite Quadratis.

Eckehardus Iunior de Caſib. S. Galli c. 16. *Miſit . . . . Quaternionem omnem ſaniem Sandrati tenentem.* Vide ibi Goldaſtum. V. *Quinio.* QVATERNIO. Gregorius Tur. lib. 1. cap. 18. *Transmiſitimus librum Canonum, in quo erat Caternio nouus adnexus, habens Canones quaſi Apoſtolicos, etc.* QVATERNIVM dixit Hubertus in Vita S. Gudilae virginis in Prologo. QVATERNVM, Petrus de Vineis lib. 3. Epiſt. 64-66. Occurrunt voces *Quaternum* vel *Quaternus*, apud Marten. to. 2. Anecdot. col. 1585. to. 4. col. 953. 978. 980. QVATERNVS, Iohanni de Ianua, *vbi quatuor quartae* (Chartae) *ſeu octo folia; vnde hic Quaternulus dimin. et Quaternare, Quaternos facere, vel quaternum, vel quaternis diſtinguere, vel ordinare.* CATERNVS, in Statutis Maſſilienſium MSS. QVATERNVLVS. Decreta Synodi Pariſ. an. 1210. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 166. QVATERNVNCVLVS, et QVATERNIVNCVLVS. Hugo Flauiniacenſis in Chronico Virdun. (2) QVATERNIO, qui quartae militaris vel vrbicae centuriae praeeſt, Gallis *Quarteuier.* Walafridus Strabo lib. de Rebus Eccleſ. pag. 35. *Decani, vel Decuriones, Quaterniones, Dumuiri, etc.* Ioh. de Ianua: *Quaternio, qui quatuor milites habet ſub ſe; vnde in Actibus Apoſtolorum cap. 12.* Tradens eum quatuor Quaternionibus militum cuſtodiendum. *Quidam proferunt Quaternio pro Quaterno, ſed falſo.* Hanc ſententiam amplectuntur aliquot interpretes; ſed melius alii numerum intelligunt quorumuis militum quaternarium, vt ſuadet vox τετράδιον, quae legitur in textu Graeco. Id confirmat verſio Syriaca, quae 16. habet milites, non quatuor tantum.

QVATERNITAS, quaternarius numerus, apud Pomponium Laetum et recentiores, praeſertim Scholaſticos theologos.

QVATERNIZARE, in quatuor partes diuidere, Gall. *Ecarteler.* Vide *Quarterizatio.*

QVATERNVM. (1) *Lignum, in quatuor partes ſiſſum*, Petro de Creſcentiis lib. 5. de Agricult. p. 267. (2) QVATERNVM, vel QVATERNVS, Chartae compactae, Gall. *Cahier.* V. in *Quaternio 1.* (3) QVATERNVM FEVDVM, Vide *Feuda quaternata* in voce *Feudum.*

QVATERVIGINTI, Gall. *Quatre-vingt*, Octoginta, apud Thomam Madox, Formul. Angl. pag. 141. et Rymerum to. 3. pag. 326.

QVATILIS, f. Cautus. Bulla Clementis V. PP. an. 1312. qua extinctorum Templi Militum bona et iura transfert ad Milites S. Iohannis Hieroſol. inter horum Priuilegia pag. 105. *De promiſſa et Quatili eorumdem locorum vnione et translatione, etc.*

QVATISONIA, idem, quod ſupra *Quartiſus*, Penſitatio quartae partis. Charta Lotharii Imp. in Actis SS. Iunii tom. 5. pag. 485. *Cum vineis, terris, ſiluis . . . cum ritratibus, tallonariis, Quatiſoniis, et cum omnibus ad praedicta loca pertinentibus.* Pro *ritratibus* videtur legendum *riparibus*, vt in alia ſimili Charta ibidem habetur, vbi etiam pro *tallonariis* melius legitur *teloneis.*

QVATRANS, pro *Quadrans.* Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Quatrans, τριόβολον.*

QVA-

QVATRARIA, lapidicina, V. *Quadraria.*

† QVATRENVS, i. q. *Quatrinus*, in Stat. Ant. Flor.

QVATRICENTVM, quadringenti, Gall. *Quatre cent.* Geſta Manfredi et Conradi Regum apud Muratorium tom. 8. col. 624.

QVATRIDVANVS, *quatuor habens dies.* Ioh. de Ianua. Occurrit Ioan. XI, 39. vbi de Lazaro iam a quatuor diebus vita functo ſermo eſt.

† QVATRIES, quater, in Inquiſ. a. 1268.

QVATRIGA, pro *Quadriga*, in Charta ann. 1231. tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 119.

† QVATRINVS, minutior moneta, ſexageſima pars liraе, Ital. *Quattrino*, to. 7. Iul. p. 642.

QVATRIPERTIRE, idem quod *Quadripertire*, in quatuor partes diuidere. Eluſhamus in Vita Henrici V. Regis Angl. cap. 122.

QVATRIPES, vt Quadrupes, in Miraculis S. Cataldi Epiſc. to. 2. Maii pag. 574.

QVATRIVIOLVM, quadriuium. Charta ann. 1342. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 446. col. 1.

QVATRIVIVM, vt ſupra *Quadriuium*, Quatuor artes liberales. Vita S. Brunonis Epiſc. tom. 4. Iulii pag. 479.

QVATRONCHIA, Menſurae frumentariae ſpecies. *Quatronchia frumenti*, in Charta Hugonis Ducis Burgundiae pro Communia Coicheienſi an. 1253. apud Perardum.

QVATRONVS, vt ſupra *Quarteronus*, Quinque et viginti. Literae a. 1342. apud Rymer. to. 5. pag. 526.

QVATVOR-ANGVLATILIS, quatuor angulis conſtans. Auctor incertus inter Gromaticos.

QVATVORDECIMVS, QVATVORDENARIVS etc. Iohannes de Ianua: *Quatuordenus*, *Quatuordenarius*, *Quatuordecimus*, *Quartusdecimus*; *Quatuordecies*, *Quatuorvicibus.*

QVATVOR-TEMPORA, Vide *Ieiunium vernale.* Auctor Graeciſmi MS.

Dens Crux, Lacia, Cineres Kariſmata dia,
Vt ſit in augarta Quatur ſequens feria.

QVATVOR-VIGINTI, Gallice *Quatre-vingt*, Octoginta, in vet. Ceremoniali MS. B. Mariae Deauratae.

† QVAVDA. (1) Menſura vinaria et annonaria, pro *Cauda*, Gall. *Queue.* Ch. Mſ. a. 1358. (2) Extrema pars rei cuiuslibet. Ch. a. 1205.

† QVAVRIA, i. q. *Quauda?* in Libert. Figiac. a. 1318.

QVAWARFEDA, pro *Cadarfreda*, in MS. Ambroſ. legi monet Murator. to. 1. part. 2. pag. 78. col. 2.

QVAXARE, coaxare. Feſtus: *Quaxare ranae dicuntur, cum voces mittunt.* Ioh. de Ianua: *Quaxum vel Quasquum dicitur ſonus ranarum; vnde Quaxare vel Quaſſare dicuntur ranae, cum voces emittunt, ſecundum Hugutionem.* Supplem. Antiquarii: *Quaſat, ὅταν βατραχος, Cum rana clamat.*

QVEIRRINVS, lapis quadratus. Charta Maſſil. an. 1278.

QVELLE, Φευγέων χαιτων, in Gloſſis Lat. Graec. Melius in Graeco-Latinis *Quiſquilia* et *Quiſquiliae*, et in Codice-Sangerman. *Quiſquiliae*, *ſingulare non habet.*

QVEMINEA, Gall. *Cheminée*, Caminus. Charta ann. 1309. to. 1. Chartular. S. Vandregeſili pag. 924.

QVEMINVM, vel QVERMINVS, iter, via ſtrata, Gall. *Chemin*, Picardis *Quemin.* Chartularium S. Vandregeſili tom. 2. pag. 1415. Vide *Cheminus.*

† QVENNA, vaſculum, menſura vinaria, Gall. ol. *Quenne*, in Ch. Mſ. a. 1382.

† QVENNEYA, alapa, in Litt. remiſſ. a. 1365.

† QVENTALE, diſtrictus, in Ch. Mſ. a. 1372. V. *Quinta.*

QVENVLA, *ſatureia*, apud Schilterum in Gloſſario Teutonico. Videtur eſſe vox Latino-barbara, vt et ſequens

QVERCA, eidem Schiltero, *Chela, Gargulio a gutture nomen traxit, cuius meatus ad os et nares contendit*; ex Rabano de partibus corporis.

QVER-

QVERCIA, quercus, Italis *Quercia*. Charta Rachiſi Regis Longobard. apud Vghellum in Epiſcopis Cluſinis.

† QVERCITVM, quercetum, in Ch. a. 1059.

QVERCVLA, pro *Querula*, in Charta Ludouici Regis Franc. an. 1267. inter Priuilegia Militum S. Iohannis Hieroſol. pag. 32. Vide mox *Querela*.

QVERELA, idem quod Cauſa, actio, lis intentata, in Regiam Maieſt. lib. 1. cap. 8. §. 34. cap. 10. §. 1. cap. 13. §. 3. QVERELAE, vt obſeruat Kennetus in Gloſſario ad calcem Antiq. Ambroſd. quandoque dicta tributa Regi vel domino ſoluta pro obtinenda facultate *querelam* ſeu litem agendi in eius curia; ſaepius vero *querelae* dicuntur mulctae pro communibus delictis, de quibus *querela* eſſe poteſt, impoſitae, quarum immunitas haud raro concedebatur. Charta Henrici II. Regis Angl. in Antiq. laudatis pag. 123. QVERELAE FORINSECAE. Leges Canuti Regis de Foreſtis cap. 9. *Et ſint quieſti . . . ab omnibus armorum oneribus, quod Warſiet Angli dicunt, et forinſecis Querelis.* QVERELAE, preces, gemitus pii. Verſus Eugenii Epiſc. Tolet. to. 1. Annal. Benedict. p. 684.

QVERELABVNDVS, *querulus*, in Vita S. Gregorii PP. to. 2. Martii pag. 209.

QVERELARE, queri. Vgutio: *Querelari, querimoniari, lamentari. Querelaſus, querula plenus.* Papias: *Querelatur, queritat, clamat, teſtatur.* Vetus Interpres Alexandri Tralliani Iatroſophiſtae lib. 2. paſſion. *Et dicebat ſe mordicationem pati in ventre, et capitis dolorem ſe habere Querelabat.* V. *Querulari*, et *Querulus*.

QVERELARI, argui, corripi. Guido lib. 2. Diſcipl. Farf. c. 12.

QVERELATOR, qui queritur, accuſator, actor. Concilium Tulugienſe ann. 1065. can. 8. V. *Querela* et *Querelare*.

QVERELATVS, *perſona, de qua oſtenditur querimonia iuſticiario, ut ſuper hoc exhibeat ius, prout debet*, in Codice Legum Norman. cap. 61. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 263. Occurrit ibidem pag. 67. Vide *Querulatus*.

† QVERELLVS, inſtrumentum terreum ruſticis operibus aptum, f. a. ratri culter vel vomer. Inquiſit. an. 1288.

QVERELOSITAS, querela. Tabularium S. Albini Andegauenſis.

QVERELOSVS, *μεμψίμοιρος*, apud S. Ferreolum in Regula cap. 7. Iurgator. Alius QVERELOSVS, idem valet quod *Querulus*, apud Adelmum lib. de Virginitate cap. 4. et Flodoardum lib. 2. Hiſt. Remenſ. cap. 3. Item *actor*, qui queritur coram iudice. Fori Alcaçonenſes.

QVERENS, actor, qui de alio queritur in iudicio. Charta an. 19. Edwardi filii Edwardi Regis Angl. apud Thomam Madox Formul. Angl. p. 227. V. *Querere*.

† QVERENTANS, pro *querelans*, ap. Oefel. to. 2. p. 236.

QVERERE, queri de aliquo apud iudices, in ius vocare, cauſam dicere, accuſare. Iudicium inter Abbatem Farfenſem et Prebyteros S. Euſtachii apud D. le Blanc in Diſſert. Hiſt. de Monetis pag. 92.

QVERESTARIVS, cantor in Eccleſiis, Angl. *Queriſter*, Gall. *Choriſte*. Teſtament. an. 1440. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 432. V. *Queriſtae*.

† QVERIMONIA, cauſa, actio, lis intentata, in Libert. Perſon. ann. 1207.

QVERIMONIALITER, cum querimonia, in Charta an. 1335. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 508.

QVERIMONIARI, queri, in Vita S. Fructuoſi Epiſcopi Bracarenſis cap. 13.

QVERIMONIVM, idem quod *Querela*, cauſa, lis. Chron. Farfenſe apud Murator. to. 2. part. 2. col. 536.

QVERISTAE. Charta ſeculariſationis Eccleſiae Meneuenſis apud Prynneum in Liberatibus Eccleſ. Anglic. tom. 3. p. 327. *In ſecundo vero gradu ſubtus ſtent Vicarii Diaconi, . . . item in tertio forma queras ut Queriſtae*

rijas praeciptimus collocari. Forte *Chorijstas.* Anglis *Quexiſter* idem eſt, qui Gall. *Choriſte*, ab Anglico *Quire*, Chorus. Vide ſupra *Quereſtarius.*

QVERNA, num ager frumento conſitus, a Teutonico *Kern* vel *Korn*, frumentum, aut locus *quernus*, vel *querneus*, *quercetum?* Tabularium S. Florentii: *Herveus auxit donum ſuum et dedit molendinum cum Querna circumdata aqua.* V. *Cherina* et *Cherno.*

† QVERNELARE, QVERNELLARE, pinnis murum diſtinguere. V. *Quarnellus.*

QVERNELLVS, etc. Vide ſupra in *Quarnellus.*

QVEROLA, f. Turtur, a querulo cantu ſic dicta. V. *Cauha* et *Crocrola.*

QVERPIRE, pro *Guerpire*, Rei alicuius poſſeſſionem dimittere. apud Marten. tom. 1. vett. Scriptor. nouae Collect. part. 2. pag. 38. in 4.

QVERPITIO, Rei poſſeſſae dimiſſio, ibidem pag. 39. V. *Guerpire.*

QVERQVEMANIA, fixio metarum agrorumque diuiſio, V. *Circamanaria.*

† QVERQVETVM, quercetum, in Ch. a. 1207.

QVERRA, idem quod *Guerra*, Bellum, Gall. *Guerre.* Charta Karoli Regis Hungar. an. 1337. apud Steyererum in Commentariis ad calcem Hiſt. Alberti II.

QVERRARIA, lapicidina, Gall. *Carriere.* V. *Quarreria.*

QVERRERARIVS, lapicida, Lapidarius, Gall. *Carrier, tailleur de pierre.* Charta an. 1369. apud Rymer. tom. 6. pag. 619.

QVERSONARIA, naſturtiaria area, Gall. *Creſſonniere.* Vide in *Kerſonaria.*

QVERVLANS, qui *querulatur*, ſeu queritur coram iudice, qui litigat, cauſam agit. Miracula B. Wernheri, tom. 2. Aprilis pag. 726. V. *Querelare.*

QVERVLARI, querulas effundere. Euricius Cordus lib. 13. Epigr. 43. it. Epigr. ap. Serarium lib. 4. Rer. Mogunt. cap. 11. vbi perperam Voſſius de Vitiis ſermon. lib. 4. c. 19. *querelabitur* legit a *Querela*; melius enim *Querulabitur*, a *Querulus* ſecunda correpta, vt verſui congruit.

QVERVLATVS, reus, de quo quis queritur apud iudices. Codex Legum Norman. cap. 9. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 166. V. *Querulus.*

QVERVLE, queſtu, conquerendo. Vita S. Wenwaloei MS.

QVERVLOSE, idem quod *Querule*, apud Ioh. de Ianua, Laur. Byzinium in Diario belli Huſſitici, tom. 6. Reliq. MSS. Ludewigi pag. 129. etc.

QVERVLOSVS, *Querulus pleuus*, Iohanni de Ianua. *Murmuratores Querulosi*, in Epiſtola Iudae v. 16. Alii legunt *Quereloſus.*

QVERVLVS, *perſona illa quae exponit conquerendo iuſticiario querimoniam de ſibi iniuria irrogata*, in Codice Legum Norman. cap. 60. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 262. Ibid. cap. 9. pag. 167. V. *Querelare* et *Querulans.*

QVERVS, pro *Verus.* Charta fundationis Monaſterii S. Michaëlis in Apuniano an. 728. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1.

QVESNETVM, Gall. *Chenaie*, vel vti pronunciant Picardi, *Quenaie*, Quercetum. Charta ann. 1246. ex Chartulario S. Vandregeſili tom. 1. p. 354. † QVESNEVM, in Ch. a. 1234.

QVESTA, QVESTARE, etc. Vide *Quaeſta.*

QVESTELLVS, ciſtella, arcula. Inuentarium Eccleſ. Nouiom. ann. 1419.

QVESTIA, exactio, tributum. Vide *Quaeſtia.*

QVESTIO. (1) Vt *Queſtia*, exactio, V. *Quaeſta.* (2) Querela, queſtus. Vita S. Abundii, tom. 1. Aprilis pag. 94. V. *Querela.*

QVESTIONARE, torquere, V. *Quaeſtionare.*

QVESTOR, variis notionibus. Vide *Quaeſtor.*

QVESTVARE, QVESTVARIVS, QVESTVRA, QVESTVS, Vide in *Quaeſta.*

† QVE-

† QVESTVOSVS, querulus, in Ch. a. 1027.

QVEVAGIVM, *droit de Quevage*, in Consuet. Peron. Idem quod *Cavagium*, Capitis census. V. de Lauriere in Glossario Iuris Gallici, et supra *Capitale* 5.

† QVEVRO, canterius, Gall. *Chevron*, Picard. *Quevron*. Comput. Ms. ann. 1381.

† QVEYTABILIS, tributo *Questa* dicto obnoxius. Ch. a. 1447.

† QVIADA, vas aquarium, Lemouic. *Quiade*. Litt. remiss. a. 1466.

† QVICAVDAINA, QVICAVDANNA, inter instrumenta domestica recensentur, in Pedag. Peron. ann. 1295.

QVICTANTIA, Gall. *Quistance*, V. in *Quietus*.

QVID PRO QVO, IC. Anglis idem est quod συναλλαγμα in contractibus. Cowellus. Notum est *Qui pro quo* Pharmacopolarum. Extat Magnini celebris Medici Mediolanensis Libellus, cui titulus est: *Quid pro quo Apothecariorum*.

QVIDAGIVM, quod domino loci soluitur pro securo transitu. Statuta Eccles. Biterr. to. 4. Anecd. Marten. col. 651. V. *Guidare*.

† QVIDAM, vnus, in Ch. a. 1293.

QVIDDITAS, vel QVIDITAS, Scholasticis, Natura, essentia, quae de re aliqua dicitur, cum quaeritur, Quid est? Chron. Angl. Th. Otterbourne p. 165. V. Goclenii Lexicon Philosophicum.

† QVIDELVS, instrumentum piscatorium, Gall. *Quidel*. Ordinat. ann. 1289.

QVIDENA, f. pro *Quindena*, Pars decima quinta. Bulla Gregorii PP. an. 1235. e Chartulario Monasterii de Insula Dei: *Vigtati solidos monetae super Quidenae Gastinpiae, decimam molendini de Rie*. V. *Quindena* 2.

QVIDITAS. (1) V. *Quidditas*. (2) † Apocha, *Quitantia*, ap. Oesel. to. 2. p. 702.

QVIENAVES. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ouetensis, ann. 781. apud Sandouallium: *Vna regula de ordine S. Benedicti, et quinque Quienaues, et quatuor tapetes, et tres vasis solemnieges, et duodecim cuariales argenteas, et vnum argenteum*. Hic haeret editor.

QVIESCERE, Vide mox in *Quietorium*.

† QVIESTO, acquiesco, ap. Lucifer. Calarit.

QVIETA, cella monastica, vbi quiescunt Monachi. Ethelwlfus de Abbat. Lindesfarn. cap. 10.

QVIETANTIA. (1) Apocha, Gallis *Quittance*. Bulla Pauli IV. PP. tom. 1. Bullarii pag. 681. *Qua praefatae Camerae eatenus soluere quomodolibet obligati erant, generalem Quietantiam fecerit, decernens eos ad illorum solutionem non teneri, nec ad id cogi posse*. Monasticum Anglic. t. 1. p. 279. *Habent omnes libertates, et liberas consuetudines in breui contentas, et Quietantias suas cum foca et saca, et tol et them, etc.* Hic autem proprie *Quietantia* sumitur pro immunitate ab omnibus sordidis muneribus, vel consuetis vexationibus, exactionibus et praestationibus, quae hacce concipi solet formula: *Et sint quieti ab, etc.* ACQVIETANTIA, vox frequens apud Leguleios, Gall. *Quittance*, de qua consule Edwardum Cokum ad Littletonem, Monast. Anglic. tom. 1. p. 196. et Rastallum. QVICTANCIA. Apocha Petri Camerac. Episc. an. 1397. e Bibliotheca Regia. QVITANTIA, QVITANTIA. Charta an. 1484. QVITATIO, QVITTATIO, idem, absolutio a debito. Statuta Montis-regalis pag. 55. QVITTATORIAE LITERAE, eodem intellectu, in Statutis Collegii Corisopitensis ann. 1380. apud Lobinell. tom. 3. Hist. Paris. p. 496. col. 1. QVITTATORIVM INSTRVMENTVM, eodem perinde significatu, in Constitut. Synod. Eccles. Baioc. an. 1515. ad calcem libri Iohannis Abrinc. de Offic. Eccl. p. 4. edit. 1679. *Quittarium instrumentum*, supra in v. *Instrumentum*. (3) QVITANTIA, cessio, dimissio. Chartularium S. Vandregesili to. 1. p. 18. et 19. QVITAS, eodem significatu. Statuta Communis Genuae lib. 1. cap. 9. QVITATIO, QVITTATIO,

TATIO, eadem notione. Chartularium S. Vandregeſili tom. 1. pag. 12. QVIETATIO, eodem intellectu. Charta an. 1286. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictau. MSS. p. 909. (3) QVIPTANCIA, immunitas. Tabularium S. Cypriani Pictau. pag. 35. QVITANTIA, QVITANTIA, eodem ſignificatu. Charta ann. 1239. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 213. QVIPTATIO, eadem notione. Pancarta titulorum monaſterii S. Stephani de Vallibus apud Xantones Ch. 44.

QVIETARE. (1) Dormire, Gallice *Repoſer*. Vetus Scheda Caſinenſis apud Camillum Peregrinum in Hiſt. Longob. lib. 1. pag. 176. (2) *Quieſcere, ſecure quietem inſtituere*, Barthio in Gloſſis ex Hiſt. Palaeſt. *Ibi inuenerunt hortos plenos oleribus et fabis aliisque leguminibus, iam ad praecocitatem maturantibus; ibi Quietauerunt tribus diebus.* (3) Pacificare, ſedare, *Quietum facere*, apud Murator. tom. 2. pag. 238. col. 2. (4) QVIETARE, QVITARE, QVITTARE, QVIPTARE, dimittere, relinquere, cedere, Gall. *Quitter, laiſſer, abandonner, ceder*. Literae an. 1176. tom. 1. Anecdot. Marten. col. 587. *Quicquid in poteſtate eccleſiae de Baſeuilla habebat in dominio . . . . eidem eccleſiae . . . . publice Quitauis et dimiſit.* col. 588. et 589. vbi de eadem re legitur *Quietauis et dimiſit. Donaui et Quitaui*, in Charta an. 1226. tom. 1. Maceriarum Inſulae Barbarae pag. 141. (5) Vgutio, et ex eo Papias et Will. Brito in Vocab. *Quieto, as, quietum facere ponitur pro abſoluere a debito, vel reddere debitum.* Addit Iohannes de Ianua: *Quidam tamen in hac ſignificatione ſubtrahunt e, et dicunt Quitare: quodmagis vulgare eſt quam regulare.* Hinc Gloſſae Lat. Gall. Sangerman. *Quitare, Quitier*. Charta an. 1223. to. 1. Chartul. S. Vandregeſili p. 145. *Monachos de omnibus redditibus et querelis . . . omnino Quietauit.* QVITARE, QVITTARE, eadem notione. Epitome Conſtitutionum Eccl. Valent. tom. 4. Concil. Hiſp. p. 169. QVITATVS, liberatus, abſolutus. Charta an. 1198. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 338. ACQVIETARE, ſoluere. Leges Edwardi Confeſſ. cap. 35. ADQVIETARE. Matthaeus Paris ann. 1267. ACQVIETARE, interdum *quietum* et ſecurum reddere, abſoluere: vox forenſis. Galli dicunt *Acquiter*. Leges Ethelredi Regis Angl. apud Brompton. cap. 10. *Et roget vt mundificet, et Acquietet eum, ſi poſſit.*

QVIETARI, quieſcere, quietum fieri. Miracula B. Ambroſii Senenſis, to. 3. Martii p. 231.

QVIETATIO. (1) Dimiſſio, ceſſio. Charta an. 1176. to. 1. Anecd. Marten. col. 589. V. *Quietare* 4. (2) QVIETATIO, apud Radulfum de Diceto an. 1196. in Charta Ricardi Regis Angliae: *De loquela verſus dominum Regem Francorum, ſcilicet de Quietatione Clericorum et Laicorum, cum eo ſermonem habeatis.* An pacificatio? Nihil eſt in hac Charta, vnde vocis ſignificatio certo dignoſcatur. Vide *Quietare* variis notionibus.

QVIETATVS. (1) Charta Ricardi Regis Angl. ann. 1423. tom. 3. Hiſt. Harcur. pag. 184. *Volumus . . . . quod homines praedicti ſancti Hoſpitalis de Ieruſalem ſint liberi et quieti et de exercitu et de Quietatu.* Sed legendum eſt *equitatu*, vt apud Rymer. to. 10. pag. 314. id eſt, exercitu ſeu expeditione bellica. V. *Hoſtis* 2. (2) V. in *Quietare* 5.

QVIETIM, quiete, pacifice: *Quietim poſſidere*, in Charta Dagoberti Regis Franc. apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 216.

QVIETIVE, idem quod *Quietim*. to. 6. Spicil. Acher. p. 460.

QVIETONVS, primus, vt videtur, inter officiales domus leproſorum. Bulla Iulii II. PP. an. 1506. in continuatione M. Bullarii Rom. part. 4. p. 10. col. 1.

QVIETORIVM, ſepulcrum. Vetus inſcriptio: *Quietorium hoc ſibi vivens paravit.* In aliis, *Requietorium*, eadem notione, 883. 4. 954. 1. 1030. 8. 1094. 8.

QVIE-

QVIETVDO, ἡσυχία, ἡσυχίαν, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Quies, tranquillitas, Gall. *Quietude*. Diploma an. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 522. *Capientes quoque terrarum paci, tranquillitati et Quietudini in poſterum prouidere. Tranquilla Quietudo*, in Chronico Andreae Danduli apud Murator. to. 12. col. 500.

QVIETVS, abſolutus, liber, Gallis *Quitte*. Lex Longobard. lib. 1. tit. 14. §. 8. *Et ſi de vna iudiciaria fuerit, ad dies 12. antequam eat ad exercitum, ſit Quietus, etc.* QVIPTVS, idem. Charta an. 1307. e Chartulario S. Iohannis Angeriac. p. 237. QVITVS, eadem notione, ex Gallico *Quite*. Hiſtoria Archiepiſc. Brement. in Ioanne. QVITTVS, eodem ſignificatu, in veteri Charta apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 228. QVITTIVS, liber. Teſtamentum Beatricis de Alboreya Vicecomit. Narbonae an. 1367. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1526. QVIETVS REDDITVS dicitur, qui in exoneratione aliorum ſeruitiorum, puta operarum, precariarum, etc, manerii domino annuatim ſoluitur; vulgo Anglis *mulz rente*, et *wite rente* nuncupatur, quod in denariis et argento penditur. Spelm. Vide *Blount* in Nomolex. v. *Quit-rent*. QVIETA CLAMANTIA, Anglis *Quite claime*, cum quis renuntiat iuri alicui quiete et pacifice. Radulfus de Dicero an. 1190. *Rex Tancredus dedit Regi Ricardo pro Quieta clamantia rerum omnium, quas petebat, vnciarum auri 20. millia. Quieta clamatio*, eidem ipſo anno. Matth. Pariſ. *Dedit . . . . tot vncias pro Quieta clamantia teſtamenti.* QVIETVM CLAMARE, eadem notione, in mox laudato Chronico col. 859. QVITVM CLAMARE, et *Quitum Clamantia*, in Chartulario Fiſcamnenſi non ſemel. QVITIVM CLAMARE. Diuiſio bonorum terrae vicecomitalis Maſſil. an. 1212. ex Archiuo S. Victoris eiusdem vrbis.

QVILATVM, ſcrupulus auri. Priuilegium Iacobi II. Maioric. Regis an. 1310. laudatum in Actis SS. Iunii to. 5. p. 656.

QVILIBET. (1) Leuis, modicus. Actus Apoſt. 19, 11. *Virtutesque non Quaslibet faciebat Deus per manum Pauli.* In Graeco: Δυνάμεις τε οὐ τὰς τυχούσας ἐποιεῖ ὁ Θεὸς διὰ τῶν χειρῶν Παύλου. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 4. cap. 23. num. 7. *Propter modicas et Quaslibet cauſas magnum et glorioſum corpus Chriſti conſcinduntis et diuidunt.* (2) Quidam. Hariulfus de Miraculis S. Richarii cap. 12.

† QVILLIA, metula luſoria, Gall. *Quille*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1320.

QVINALE, *funis qui ponitur ſupra vetuſtum ad tenendum arborem fortem*, in Gloſſis Franciſci Barberini in *Documenti d'amore* apud Vbaldinum p. 258. v. 17.

QVINALIS, menſura liquidorum, Hiſpanis. Fori Leirenae: *Laborator ſine equo det de vnoquoque bone vnum ſixtarium, medium tritici, et medium ſecundae: poſtquam habuerit quinque Quinales de vino, det vnum quinal.* Charta an. 855. Marcae Hiſp. col. 788.

QVINCTVS, pro *Quintus*, in Annalibus Laurentii Bonincontrii apud Murator. to. 21. col. 16.

QVINDECENNIVM, πεντεκαιδεκαετηρίς, in Gloſſis Lat. Graec. et Graeco-Lat. Spatium quindecim annorum.

† QVINDECIA, i. q. *Quindena 1.* in Ch. a. 1221.

† QVINDECIMVM, pars quinta et decima, in Ch. a. 1149.

QVINDENA. (1) Spatium 15. dierum, Gall. *Quinzaine*. Occurrit in Charta an. 1216. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1127. (2) Pars quinta, ni fallor, niſi idem ſit quod *Quintaua 2.* Charta Milonis Domini Noyeriorum pro fundatione Marciliaci ann. 1239. inter Inſtrum. tom. 4. Gall. Chriſt. col. 100. *Inſuper* (conceſſerunt) *Quindenam in terris et coſtumis dictae villae, annuatim percipiendos cenſus, quos habent in eadem villa.* (3) Riuulus, vt videtur, e maiori riuo deriuatus. Statura Placentiae lib. 5. fol. 58. re-

&c: *Statutum eſt et longo tempore obſervatum, quod omnes qui habeant teſtam ſeu caput terrae vino alicui, poſſint et eis liceat habere et auferre Quindenam de ipſo vino.* Vide *Quintana 6.*

† QVINDENARIVS, qui 14. militibus praeeſt, Gall. *Quinzenier.* Ch. a. 1478.

QVINDENIATIO, V. mox *Quindenitas.*

QVINDENIFORVS, f. cui ſunt quindecim fores ſeu portae. Radulfus Cadom. in Geſtis Tancredi, tom. 3. Anecd. Marten. col. 190.

QVINDENITAS, QVINDENIATIO. Vetus Notitia an. 954. apud Vghellum tom. 5. Ital. ſacrae pag. 1501. *Ille autem talem contentionem fecit nobis, dare quadam et Quindenitatem, interpretes ponere Andream venerabilem Epiſcopum ſanctae Trajectanae, vt vsque in diem tertium haberemus inducias penſandi internos, etc.* Mox: *Manifeſtaſſemus nos vt vere eſſemus ſervi veſtrae Eccleſiae, in qua dicta Quindeniatione permanſimus vsque in diem tertium . . . . et habuimus proinde inter nos conſilium, etc.* Forte pro *indemnitas.*

QVINDENNA, idem quod *Quindena 1.* Spatium 15. dierum. Chronicon Mellic. pag. 415. col. 2. in Regula reform. an. 1451.

QVINDENNIVM, in aula Romana, Datariae, vt vocant, apoſtolicae terminus, qui ſignificat quandam vnius annatae integrae penſionem, ſeu ad minimum ſemi-annatae, quae ſoluitur Datariae de beneficiis vnitis alicui Capitulo ſeu Communitati, quae in manus mortuas tranſierint. Ita Macri fratres in Hierolex. Conſtitutiones Dominicor. pag. 534.

QVINDVPLVM, πεντάπλουν, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Πεντάπλουν, *Quinqueplum, Quinduplum.* Lege *Quincuplum.*

QVINEGIVM, pro *Cynegium*, κυνήγιον, Venatio. Vide *Theatraquinegium.*

QVINGENTARIVS, quinque ſaeculorum, in Translatione S. Auguſtini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 412.

QVINGENTENARII, in Lege Wiſigoth. lib. 2. tit. 1. §. 26. lib. 9. tit. 2. §. 1. 4. Qui quingentis militibus praeerant.

QVINIO, Iohanni de Ianua *dicitur a quinque, ſicut quaternio a quatuor; vnde in Prologo Sophoniae dicit Hieronymus: Hoc ſi verum eſt, Sophoniae prophetae Quinione, vt ita dicam, prophetico et glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt. Haec dicit Hieronymus, quia Sophonias quintus numeratur in generatione ſua, ſed quia Quinio non eſt in frequenti vſu ideo dicit Hieronymus: Vt ita dicam.* Tertull. de Anima cap. 6. *Quinionem enixa filiorum.* Et cap. 46. *Quinio voluminum.* Gloſſae Latino-Graec. et Graec. Lat. *Quinio, πεντάς.* QVINIO, ex Hiſpan. *Quinnon.* Fori Alcaçonenſes aerae 1267. *Et qui furtaret, pectet pro vno nouem, et habeat intentor duos Quiniones, et ſeptem partes ab Epiſcopo.*

QVINIPVLVS, idem quod *Canipulus*, niſi ita legendum ſit. Enſis breuior, cultellus, Gallis *Canif.* Vita B. Geraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 1010.

QVINISEXTA, Gr. πενθέκτη, dicta Synodus Trullana, habita Conſtantinopoli ſub Iuſtiniano Rhinometo, *ὅτι τὸ ὑςέρημα τῆς πέμπτης καὶ τῆς ἕκτης συνόδου ἀνεπλήρωσε, τὴν τῶν ἱερῶν, φημὶ, κανόνων.* Verba ſunt Macarii Ancyrani. De eius auctoritate conſulendus omnino Leo Allatius de Conſenſione vtriusque Eccl. lib. 1. cap. 27.

QVINITAS, numerus quinarius, in Epiſtola Witmundi Archiep. Auerſani, tom. 2. Spicil. Acher. pag. 385.

† QVINIVETVS, cultellus, Gall. *Canif*, ol. *Quenivet.* Ch. a. 1323.

QVINQVAGENARII, in re militari, dicti, qui quinquaginta militibus praeerant, vt Centuriones, qui centum. Will. Tyrius lib. 2. cap. 20. *Centuriones.* QVINQVAGENARII, in re ciuili appellati in municipiis, qui quinquaginta familiis praeerant, vt *Centenarii*, qui centum, *Decani*, qui decem. Cathwlphus in Epiſt. ad Carolum M. *Comites, Centenarios, Quin-*

Quinquagenarios, Decanos, et reliquos munera non accipientes, etc. Denique QVINQVAGENARII in Monaſteriis πεντηκόνταρχοι vocati, auctori Vitae S. Alexandri Acoemeti Abbatis num. 43. qui 50. Monachis praefecti erant.

QVINQVAGENARIVM, ſeries ſacrorum globulorum a quinquies denario numero ſic dicta, Gall. *Chapelet*. Vita B. Lidwinae Virg. to. 2. April. pag. 301.

QVINQVAGENVS, Quinquageſimus, V. *Quadragentenus*.

QVINQVAGERIVS, *quinquagenarius*, qui praeeſt militibus quinquaginta. Radulfus Cadom. in Geſtis Tancredi, tom. 3. Anecd. Marten. col. 142.

QVINQVAGESIES, pro *Quinquagies*, reprobat Borrichius in Cogitationibus ſuis de Lingua Latina pag. 282.

QVINQVAGESIMA. (1) Appellatur, vt eſt in Ordine Romano, *quia decurrit vsque in diem ſanctum Paſchae. Initium autem*, inquit Alcuinus lib. de Diuin. Offic. *finis a ſequenti hebdomada poſt Sexageſimam, ... et finitur die ſancto Paſchae*. (2) QVINQVAGESIMA, quae alias *Penteceſte*, ſpatium ſcilicet 50. dierum a Paſchatis die vsque ad diem ipſum feſtum, quem *Penteceſtes* nomine vulgo indigitant Chriſtiani, vnde et *Quinquageſima Paſchalis* dicitur Rabano de Inſtitut. Cleric. lib. 2. cap. 41. et 34. et Honorio Auguſtod. lib. 3. c. 148. ad diſcrimen alterius *Quinquageſimae*, quae eſt ante Quadrageſimam. *Quinquageſimi dies*, apud Cumeanum Abbatem de Menſura Poenitentiarum cap. 2. Hac praeterea notione *Quinquageſimam* vſurpat Caſſianus lib. 2. de Coenob. inſtit. c. 6. 18. (3) Feſtum ipſum Pentecoſtes. Concilium Aurelian. I. cap. 25. (4) Inſtrumentum fundationis Fratrum Praedicat. Narbonae ann. 1231. inter Inſtrument. Gall. Chriſt. tom. 6. col. 62. *P. Dei gratia Narbonenſis Archiepiſcopus . . . in remiſſione peccatorum noſtrorum et praedeceſſorum noſtrorum dictam terram ad dominium menſae archiepiſcopalis ſpectantem eis ratione Quinquageſimae, quam dare licet nobis, in conſtructione monaſterii iuxta canonicas ſanctiones, laudauimus et quitauimus et libere conceſſimus*. Intelligo Quinquageſimam partem bonorum Archiepiſcopatus.

QVINQVAGESIMVS DECIMVS, pro Sexageſimus, Flodoardo in Chronico ad an. 960.

QVINQVAMDIALIS, V. *Quinquendialis*.

QVINQVANGVLVS, *quinque angulos habens*, apud Io. de Ianua.

QVINQVARE, luſtrare, purgare. Soſipater Cariſius pag. 62. *Quinquatrus a Quinquando, id eſt, luſtrando, quod eo die arma Ancilia luſtrari ſint ſolita*.

† QVINQVARIVS, monetae ſpecies, valoris vt videtur quinque denariorum. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1469.

† QVINQVENELLA, quinquennales induciae debitori a principe indultae, Gall. *Quinquenelle*. Ch. ann. 1374.

QVINQVENDIALIS, quinque dierum. *Quinquendialis mora*, in Vita S. Iacobi Eremit. ſaec. 4. Benedict. part. 2. pag. 149. ſed melius in Onomaſtico ad calcem *Quinquendialis*.

† QVINQVENERIA, quinta pars fructuum, in Cod. reg. 8406.

QVINQVENIVM, QVINQVENVM, ſeu, vt ſupra legitur in *Quarto* 7. *Cinquenium* et *Cinquenum*, Quinta pars fructuum a tenentibus domino ſoluenda. V. *Quarto* 7.

QVINQVENNA PASCHAE, ſpatium 15. dierum Paſchalium, in Chronico Trivetti apud Acherium tom. 8. Spicil. p. 624. V. *Quindena*.

QVINQVENNALE. Odo Epiſcopus Pariſ. in Statutis cap. 6. §. 12. *Nullas Miſſas, quas iniunxeris, celebrer, nec tricenarium, nec annuale, et pro minus nullum tricennale, aut Quinquennale*. V. *Tricenarium*. In Conſuetudine Burbonenſi art. 68. *Quenquennelle*, pro quinquennalibus induciis creditori a principe indultis, vſurpatur.

QVINQVENNALIS, magiſtratus ita dictus, cuius functio quinquennii

erat. Edictum Theodorici Regis cap. 52.

QVINQVEPEDALIS, Quinque pedibus conſtans. Hyginus de Limitibus pag. 212. *Terminus egregius dicitur Quinquepedalis.*

QVINQVEPLEX, πεντάπλους, πενταπλῆ, in Gloſſis Lat. Gr. et Graec. Lat. Quincuplex.

QVINQVEPLVM, πενταπλοῦν, in iisdem Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat.

QVINQVESSIS, Ioanni de Ianua, *Quinque oboli, vel pretium quinque obolorum.* Antonius Auguſtinus ad Feſtum: *Quinqueſſis quinarius ſine victoriatus dictus eſt, quod initio quinque aſſibus aeſtimaretur.* V. Plinium lib. 33. cap. 3. et Priſcianum in Epitome ex Apuleio.

QVINQVETRIS, πέντακλος, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. πέντακλος, *Quinquertias, Quinqueſtris.* Vulcanius emendat, *Quinquertis* vel *Quinquerſio.*

QVINQVIMATVS, *ſpatium quinque annorum*, Ioan. de Ianua, *Quimatus* Plinio.

QVINQVIMVS, QVINQVIMVLVS, *Quinque annorum*, apud eumdem de Ianua.

QVINQVINOCTIVM, *ſpatium quinque noctium*, apud Io. de Ianua.

QVINQVIVIR, Ioanni de Ianua, *Qui habet quinque viros ſub ſe; et hinc Quinquiniratus, eius dignitas, et Quinquinira, vxor quinquiniri, vel mulier quae habet ſub ſe quinque viros.*

QVINTA. (1) Quintum milliare, Bannileuca, Gall. *Quinte.* Occurrunt crebro in Chartis Pictauienſis Comitatus apud Beſlium in Comitib. Pictau. haec verba: *Situs in pago Pictauo, infra Quintam ipſius ciuitatis, in loco, qui dicitur etc.* pag. 223. 225. 361. 384. *Quintum milliare* appellatur pag. 361. *Quinta leuca*, in Charta Ludouici VII. Regis Franc. an. 1180. *Quinta* ciuitatis Engoliſmenſium, in Tabul. S. Eparchii fol. 48. et alibi. *Quinta Andegauiae* rurſum memoratur in Litteris Caroli Comitis Andegau. an. 1253. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 633. Verum neque haec *Quinta*, neque Cenomanenſis, ſi Menagio credimus in Etymologiis Gallicanis, ita vocantur, quod quinque milliaribus circa ciuitatem conſtarent, ſed quod quinque vicos complecterentur, qui iurisdictionis erant Praepoſiti ciuitatis, quemadmodum Septena Bituricenſis ita dicebatur, eiusdem Menagii ſententia, quod eſſet ſeptem vicorum. Hanc ſententiam, vt probet, hunc ex Aſſiſiis Andegauenſibus Conſuetudini Andegau. praemiſſis locum adducit: *La Ville et Quintes d'Angers, le dernier Samedi; leſquelles Quintes ſont cinq: Brain, la Haye-Jouſtain, la Membrole, S. George et la Ville.* Vide Choppinum in Conſuet. Andegau. art. 35. et de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici. (2) Fructuum domino reddendorum a tenente pars quinta. Chronicon Farfenſe apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 542. V. *Complantare*, *Quarto* 7. et infra *Quintum.* Hiſpanis *Quinta* idem eſt, quod Gall. *Ferme, metairie*, Praedium ruſticum.

QVINTADECIMA, redituum ſcilicet, quam *auxilii* vice tenebantur omnes Laici et Beneficiati Regi perſoluere, apud Anglos, quae tamen nec annuatim, nec ſine Parlamentario decreto exigebatur, alias *tallagium*, et *taxa.* Vide Magnam Chartam cap. 37. Henricum Knyghtonem ann. 1219. et Matthaeum Weſtmonaſterienſem an. 1227.

QVINTA-ESSENTIA, Philoſophis Peripateticis, Aether, materia aetherea, qua coelum conſtat, ſic dicta procul dubio ex verſione Apuleii, qui hunc Ariſtotelis locum de Coelo c. 2. Αἰθὴρ, στοιχεῖον ἕτερον τῶν τεττάρων, ἀγήρατόν τε καὶ θεῖον, ſic reddit: *Aether, elementum longe aliud numero Quintum, ordine primum, genere diuinum et inuiolabile.* Vita B. Giraldi de Salis apud Martenium to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 1010. *Sed nec coelum, vel Quinta-eſſentia eius ſe miniſterio ſubtraxit, quando volucres coeli et tales volucres moriturus aſpexit.* Sed nemini vſitatius eſt, quam Chymicis *Quinta-*

tae > *essentiae*, vulgo *Quinte-essence*, vocabulum quo subtantiam indigitant purissimam, atque subtilissimam, quam ex quouis corpore per artem suam extrahunt.

† QVINTALAGIVM, QVINTALGIVM, pensitatio pro *Quintali* f. pondere publico. Ch. a. 1319.

QVINTALE, QVINTALLVS, pondus centum librarum. Rogerus Houedenus in Ricardo I. *Insula quidem de Cuuersu magna est, et fertilis, et reddit singulis annis Imperatori Constantinopolitano 15. Quintallos auri. Quintallus est pondus centum librarum.* Eadem habet Bromptonus. Consuetudo Lemouic. art. 71. *Sciendum est quia de capro, stamno et plumbo, et de terra calaminae et filo lanae, redduntur centum et sex librae pro Quintali, de lana vero et canapo brisato seu trito, coepo, sanguine et filo canapis et lini, redduntur pro Quintali centum et quatuor libras: de aliis vero ponderibus redduntur centum libras tantummodo pro Quintali.* Ita porro Galli appellant pondus maius publicum, ad quod merces grauioris ponderis exiguntur: pro qua pensitatione tributum domino, cuius est, dari solet: vulgo *Quintal.* Charta ann. 1145. in Probationibus nonae Hist. Occitan. to. 2. col. 508.

QVINTANA. (1) Papiae ex Isidoro lib. 15. cap. 2. *Pars plateae, qua carpentum pronchi potest.* Vgutio addit, *quinta pars.* V. *Quintina.* (2) QVINTANA, et QVINTENA, Gall. *Trois de Quintaine.* Quintanam Sanitianus in Antiquit. Cabilon. pag. 411. cum *Banno vini* confundere videtur, seu facultate vinum vendendi, aut non vendendi interdicto, certis et statutis diebus. Charta ann. 1232. apud Petrum Franciscum Chifflerium in Beatrice Cabilonensi Comitissa: *Et placitum vigiriale, et Quintanam Cabiloni, et omnes Iudaeos Cabilonenses, etc.* Vide Glossarium Iuris Gallici v. *Quintaines.* (3) QVINTANA, QVINTENA, decursio equestris ludicra, ad metam hominis armati figuram exhibentem ad vmbilicum, mobilem et versatilem, sinistra clypeum, dextra ensem aut baculum tenentem: quae si aliter quam in pectore lancea percutiatur, statim qui a scopo aberrat, baculo repercutientem figuram sentit. Robertus Monac. lib. 3. Hist. Hieros. pag. 51. Vide Froissartem 4. vol. cap. 63. pag. 187. et quae de hoc ludicro congessimus in Dissert. 7. ad Ioinvillam pag. 182. (4) Ioannes Diaconus in Episcopis Neapol. *Alterum sanctae Stephaniae aureis circumcinxit Quintanis, et multas fecit aereas ibidem cerenas, e quibus scilicet lucernae seriatim dispositae dependerent.* Vbi Carracciolus *Quintanas* annulos interpretatur, ratione mihi incomperta. Vide *Vghellum* to. 6. Italiae sacrae pag. 98. Apud Italos *Quintana* annulum quandoque significat; vnde Florentinis *Correr alla Quintana* idem est, quod Gall. *Courir* vel *Courre la bague*, Ad appensum annulum equo decurrere: quod ludi genus proxime accedit ad illud, de quo mox in *Quintana 3.* Ad similitudinem vero annulorum, qui in decursione appendi funiculo solent, Ioannes Diaconus aureas *Quintanas* vocauit aureos vel inauratos circulos, quibus dictatum memorat altare S. Stephaniae, vt optime explicat Carolus de Aquino in Lexico militari. (5) Modus agri, aripennis, Hispanis *Quinnon.* Plerumque etiam sumitur pro villa, vel aedificio, in Chartis Hispanicis. Charta Hispanica aerae 1050. apud Anton. de Yepez in Annalib. S. Benedicti to. 1. ch. 8. *Et de ipsa villa mortua; quae pergit in directo ad Quintana.* Vita S. Ioannis Erem. to. 2. Iunii p. 261. *Beatus igitur iste Ioannes . . . natione Hispanus, in territorio Burgensi, in rure campestri, Quintana Fortunii nomine, etc.* (6) Compotus ann. 1202. apud D. Brussel to. 2. de Vsu feudorum p. CXCI. col. 1. ad calcem: *Rabellus pro XII. canibus et 1. garcione, a die Sabbati post Quintanam vsque ad diem Martis post Pascha floridum, de XXXII. diebus, IIII. lib. Quintana* est Hebdomada Quinquagesimae, et Sabbatum post

Quintenam, eſt Sabbatum primum Quadrageſimae, ex quo ad diem Martis poſt Paſcha floridum ſeu poſt Dominicam palmarum fluunt dies 32. Rurſum occurrit vox *Quintana* ea notione in eodem Compoto pag. CLXIX. *Dominica de Quintana*, ſeu Quinquageſimae in Charta an. 1200. e Chartulario Domus Dei Pontiſarae. (7) Cloaca, latrina. Statuta Aſtenſia fol. 69. vo. c. 50. V. *Quintanea.*

QVINTANALES. Charta Ermengardis Comitiſſae Ceritanenſis an. 893. in Append. ad Capitul. Regum Franc. num. 127. *Videlicet omnes ſupranominatis manſis, caſis, caſalibus, coopertis, diſcoopertis, Quintanalibus, curtis, curtalibus, etc.* An idem, quod ſupra *Quintana 5?*

QVINTANEA, latrina, cloaca. Statuta Monrs - regalis pag. 212. Vide *Quintana 7.*

QVINTANELLA, f. idem quod *Quintana 5.* Villa, praedium. Charta Aldefonſi Regis Toleti pro Monaſterio Caſae Dei aera 1216. *Confirmo omnem haereditatem, in qua fundatum eſt Monaſterium . . . . Quintanellam circa Cardeniam, Morgillas cum ſuis directuris . . . Quintanellam circa Pediola.*

† QVINTARIA, praeſtationis ſpecies, in Ch. Mſ. a. 1351.

QVINTARIVS, menſurae ſpecies. Chronicon Reicherſpergenſe: *Miſit ei 30. Quintarios de pipere.* Quid vero *Quintarius* apud Vitruuium lib. 3. cap. 1. ſignificet, vide Bernardinum Baldum, et Salmaſium de Modo vſurar. cap. 1. pag. 17. Sunt etiam *Quintarii limites*, apud Agrimenſores, *qui quinque centurias cludunt*, vt habet Hyginus.

QVINTAROLVS REMVS, V. *Quartarola.*

QVINTELLVM, quinta pars quintae partis, Gall. *Requint.* Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 4. *In alienatione mobilium* (Eccleſiae) *ius Quintelli debet eſſe ſalvum.* Vide lib. 4. cap. 11. et *Quintum 3.*

† QVINTELLVS, pondus centum librarum, Gall. *Quintal.* Ch. a. 1308. V. *Quintale.*

QVINTENA, V. ſuperius *Quintena 2.*

QVINTERIVS. (1) Colonus, qui reddit domino fructuum partem quintam, Hiſpan. *Quintero.* Bulla Sixti IV. PP. inter Priuilegia Equitum S. Iohannis Hieroſ. pag. 135. V. *Quintena 2.* (2) † Pars quinta rei cuiusuis, in Ch. a. 1335.

QVINTERNA, Statuta Academiae Viennenſis in Auſtria: *Scholares non vacent magis tabernae, dimicaturae, aut Quinternae, quam Phyſicae aut Logicae ſeu ſacrae Facultati.* Vbi *Quinternam* eruditus Lambecius *citharam*, quam Galli *Guitarre* vocant, interpretatur. Sed cum vox haec *dimicationi*, i. haſtiludio, iungatur, probabilius eſt intelligi aut ſcribi debere *Quinternam.* V. *Quintena 3.* et *Quinternizare.*

† QVINTERNATVS, quinque foliis conſtans, Ital. *Quinternetto.* Conuent. Saonae, a. 1526.

QVINTERNETVM, vt mox *Quinternio.* Miracula S. Goslini Abb. c. 6.

QVINTERNIO, libellus 5. foliorum, vt *quaternio* quatuor, Italis Senenſibus *Quinterno.* Concilium Piſan. II. *Iohannes Burchardus tenens in manibus ſuis 2. Quinterniones, duas, etc. Quinio*, in Actis Purgationis Caeciliani eadem notione: *Obtulit Codices duos, et Quiniones quatuor.*

QVINTERNIZARE, canere inſtrumento muſico, quod vulgo vocant *Quinternam*, apud Voſſium de Vitiis ſerm. lib. 4. c. 18. ex Gemma gemmarum. V. *Quinterna.*

QVINTERNVS, idem quod *Quinternio.* Epiſtola ann. 1410. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1168.

QVINTILE, pro *Quintale*, Pondus maius publicum, de quo ſupra. *Quintile et corda*, in Charta an. 1070. e Regeſto 80. Chartophylacii regii num. 465.

QVINTILLO, f. Silex, Gall. *Caillou*, Ital. *Ciottolo.* († Seu potius i. q. *Quantonus.*) Tabularium Monaſterii S. Andreae Viennenſis: *In alio fron-*

te

se terra ipſo Quintillone et guttula, quae ad aeſtum ſiccat.

QVINTINA. Iſidorus lib. 17. Orig. cap. 7. *Flores malorum (punicorum) a Graecis appellati ſunt Quintinae. Latini Caducum vocant.* Addit Ioannes de Ianua: *Quintana vel Quintina dicitur Quinta pars plateae, qua carpentum progredi poteſt. Quintinae etiam dicuntur flores malorum punicorum, et tunc Graecum eſt.* Martinio legendum videtur *Quitini:* cui a inſeri potuerit. Vide *Quintana 1.*

QVINTVM. (1) QVINTVM, QVINTVS, Tributi ſpecies apud Aragonenſes, Maioricenſes, et Occitanos. Libertates Regni Maioric. per Iacobum Reg. Aragon. an. 1248. MSS. *Pro Quinto . . . lectus, arca, non pignorabuntur, neque veſtes, neque arma perſonae ſuae. Si querimonia facta fuerit de poſſeſſione, vel re immobili, non dabitis caloniam* (calumniam) *neque Quintum.* Infra: *Succumbente actore vel reo decima pro calonia perſolvatur, et non Quintum . . . . ita videlicet, quod reus ſolvat decimam de eo, in quo condemnatus fuerit dare vel ſolvere actori per ſententiam, vel compoſitione, . . . de immobili vero Quintum vel decima pro calonia non ſolvatur.* V. *Monetaticum.* Charta Raimundi Comitis Toloſani an. 1236. ex Regeſto Toloſano pag. 51. 88. *Annuales cenſus, oblias, cum pertinentibus donationibus, quartos, Quintos, et agrarios, et decimas, thaſtas, et primitias, etc.* In alia an. 1243. *Terras cultas et incultas, nemora, barras, prata et paſcua, cenſus, uſus, quartos et Quintos, decimos et agrarios, oblias, et donationes totas, quaeſtas, toltas, et adempriua, albergas, ſucceſſiones, eſcaduca, etc.* Dubium eſt, an in hiſce duabus Chartis poſterioribus aliud ſonet vox *Quintus*, quam fructuum partem quintam ex agris vineiſue domino reddendam a tenentibus, quod ea olim ſaepe fuerit colonorum conditio, vt certam e fructibus terrarum et vinearum, quas excolebant, partem reddere tenerentur, vt alibi iam dictum eſt. Id certe ſignificat vox *Quintum* in Charta Guigonis Comitis Forenſis, pro fundatione Eccleſiae Montis-Briſonis an. 1223. inter Inſtrum. to. 4. nouae Gall. Chriſt. cpl. 28. V. *Quarto 7. Quartus 2.* et *Quartagium.* (2) Quinta pars emolumentorum et commodorum Eccleſiarum ad Aduocatos pertinens. Chronicon Moſomenſe pag. 660. (3) QVINTVM et RETROQVINTVM, practicis Gall. *Quint et requint*, Quinta pars pretii poſſeſſionis venditae, cum altera quinta parte illius primae quintae partis, domino ſoluenda: v. g. pro agro centum libris vendito, domino ſoluuntur pro *Quinto 20.* librae, et pro *retroquinto 4.* pro vtroque ſimul 24. Scheda ann. 1389. tom. 4. Hiſtor. Harcur. pag. 1712. V. *Quintellum*, et *Quintus denarius.* (4) † Pars haereditatis quinta, ſecundo genitis conſtituta. Ch. a. 1419.

QVINTVM FOLIVM, quintus annus adoleſcentis ſiluae. Regeſtum *Olim* ad an. 1300.

QVINTVS. (1) Conuitii ſpecies. V. *Cenſus.* (2) † Quinta fructuum pars, in Ch. a. 1280. V. *Quinta 2.* (3) † Qui ea ratione poſſidet, in Ch. a. 1349.

QVINTVS DENARIVS, quinta pars pretii praedii ſeu rei, quae ab venditore vel emptore dabatur domino pro faculrate diſtractionis, vulgo Gall. *Quint-denier.* M. Paſtorale Eccleſ. Pariſ. an. 1257. V. Gloſſarium Iuris Gallici.

QVINZINA, ex Gallico, *Quinzaine. Quinzinam facere in opere*, eſt operari pro alio ſpatio 15. dierum. Charta an. 937. in Tabulario Auguſtodun. Eccleſiae.

QVIETANCIA, immunitas. Vide in *Quietantia.*

QVIETARE, cedere, dimittere, Gall. *Quiſter, ceder.* V. in *Quietare 4.*

QVIETATIO. (1) Dimiſſio, ceſſio. V. *Quietantia.* (2) Immunitas. Vide ibidem.

QVIETVS, liber, immunis. V. *Quietare* et *Quietus.*

QVIREX, bubalinus thorax, ſeu colli tegmen e corio, Gallice *Collet*, alias *Cuirie*. Teſtamentum Willelmi de Paueli apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 424.

QVIRITARE, *populare*. *Quiritat*, *Populo alloquitur*, apud Ianiſonium in Auctario Gloſſarum Iſidori; hoc eſt *Quiritium*, ſeu populi Romani, opem inclamat. Nam *Quiritare dicitur is*, vt habet Varro lib. 5. de Lingua Lat. *qui Quiritium fidem clamans implorat*. Vel, vt apud Nonium: *Quiritare eſt clamare, tractum ab iis, qui Quirites inuocant*. Sed haec nota. Auctor Philomelae *Quiritare* dixit pro Inſtar verris clamare; *Quirritare* Vgutioni. Vide *Baulare*.

QVIRITARIVS, cui iure Quiritium dominium competit apud Iurisconſultos: huic opponitur *Bonitarius*, qui naturali iure dominus eſt bonorum. Vide Codicem Iuſtinianeum lib. 7. tit. 26. et ibi Gothofredum.

QVIRITES. (1) Bellatores primi ordinis, nobiles, virtute bellica illuſtriores milites. Sugerius in Vita Ludouici VI. Regis Franc. apud Ducheſnium tom. 4. pag. 304. Contraria omnino ratione *Quirites* a Ducibus appellabantur in caſtris Romanis milites ignaui ac defides, quaſi indigni eſſent glorioſo militis nomine, hincque inter plebeios recenſendi. Sic Alexander Seuerus apud Lampridium cap. 53. et 54. (2) Optimates. Teſtamentum apud Mabillonium ad calcem Liturgiae Gallic. pag. 465. *Ita do, ita ligo, ita teſtor, ita vos mihi, Quiritis, teſtimonium perhibetote, citeri, citeroque proximi proximaeque, exheredis mihi eſtote*, etc. Subſcribunt poſt *Mummolus Comes*, *Scupilio Spatarius*, etc.

QVIRITIA VERBA, Roma, quod Romani vulgo *Quirites* vocarentur a Curibus, vrbe Sabinorum, vt omnibus notum eſt. Apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. p. 614.

QVIRPITIO, pro *Gyrpitio*, Abdicatio, dimiſſio rei poſſeſſae. Placitum ann. 968. apud Marrenium tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 322. V. *Guerpire*.

QVISQVE, pro *Quisquam*, non ſemel vtitur S. Auguſtinus.

QVISQVILIOSVS, *plenus quiſquiliis*, Ioanni de Ianua in *Quiſquiliae*.

† QVISQVILLA, coturnix, *Quaquilia* Matth. Syluat. *Quisquila* Arn. Villanou. Acta SS. tom. 3. Aug. p. 370.

QVISSINVS, puluinar, Gall. *Couſſin*. V. *Cuiſſinus*.

QVISTA, QVISTIA, ſpecies exactionis, collecta. V. in *Quaeſta*.

† QVISTABILIS, tributo *quiſtae* dicto obnoxius, in Stat. Carcaſſ. a. 1402. V. *Queytabilis*.

QVISTVM. (1) Vt *Quiſta*, V. in *Caiſta*. (2) Quaeſitum, acquiſitum. Donatio Arnaldi Comitis Carcaſſonae ann. 944. in Probat. tom. 2. nouae Hiſt. Occitanae col. 86.

QVITABRES, vel QVITRABES, vt legitur apud Yepezium tom. 3. in Appendice. Charta Principis Adelgaſtri pro Monaſterio S. Mariae de Obona, aera 828. tom. 3. Conc. Hiſpan. p. 90. *Damus . . . paſſionarium et vna regula de Ordine S. Benedicti, et quinque Quitabres, et quatuor tapetes*. V. *Quienaues*.

QVITANTIA, V. *Quietantia*.

QVITANTIVS, quaſi *quietius*, tranquillius, maiori cum immunitate; in Chartular. S. Vandregeſili.

QVITARE, V. *Quietare*.

QVITATIO. (1) V. *Quietantia*. (2) Stipendium, to. 3. Ius. p. LXXXII.

QVITTATOR, qui cedit, *quittat* f. dimittit, apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 412. V. *Quietare*.

QVITVS, V. *Quietus*.

QVIVM, pro *Quorum*, Metri cauſa. Abbo de Obſidione Lutetiae apud Ducheſnium Hiſt. Norman. p. 38. col. 2

QVOAD, pro Quod attinet ad, barbarum eſſe, licet familiare recentioribus, iam obſeruarunt viri docti.

† QVOADIVVARE, pro *coadiuuare*, conferre, in Ch. a. 1391.

† QVOADVNARE SACRAMENTVM, vna iurare. Ch. a. 1316.

QVOD, neutraliter, pro *Qui* vel *quae*, ſæpe vſurpant ſcriptores inferioris ævi, quomodo Galli *Que*, Itali *Che*. Leo Oſt. lib. 1. cap. 59. ql. 57. *Eccleſiam S. Angeli, Quod tunc ad Arcum Dianae appellabatur.* QVOD EXCVRRIT, plus minuſve, circiter, apud Africanos Patres. Optatus Mileu. lib. 1. QVOD FECIT, vetus formula in deſignandis et adſcribendis menſium diebus. Diploma Chilperici Regis ex Tabulario Corbeienſi ſic claudituſ: *Datum Quod fecit menſe Martio die 10. anno 1. regni noſtri.* Nicetius Epiſcop. Treuirenſis Epiſt. 2. tom. 1. Concil. Gall. Sirmondi p. 323. *Per feſtinitatem S. Martini, Quam videcima die facit Nouember.* QVOD NORVNT FIDELES, de ſacroſancto Euchariſtiae ſacrificio aliquando dictum eſt a Patribus, quibus religio erat tantum myſterium propriis verbis indicare, ne illius cognitio ad paganos promanaret. V. *Norunt fideles.*

QVODDARIVM. Charta Lotharii Regis Francine an. 958. tom. 8. Spicilegii Acheriani p. 358. *Et villam Arbutiolam cum domibus, . . . atque Quoddariam, ſicut Longobardus tenebat ante diem obitus ſui.* Forte *Clauſurium.*

QVODLIBERTVS, pro *Collibertus*, in Charta plenariae ſecuritatis, ſcripta ſub Iuſtinlano, apud Briſſon. lib. 6. Formul. p. 647.

QVODLIBETVM, Scholaſticis, pluribus abhinc ſæculis, de quo in vtramque diſſeritur partem, ex eo dictum, quia, *quod libet*, defenditur. Hinc *Quodlibetariae quaeſtiones* eadem notione. Vide Voſſium lib. 3. de Vitiis ſerm. cap. 40. vbi plerosque Scriptores Scholaſticos laudat, qui *Quodlibeta* ſcripſerunt. Ex hoc Scholaſticorum vocabulo deducunt Gallicum *Qualibet*, dictum mordax, acutum nonnumquam, plerumque triuiale nullisque leporis ſale conditum, ideoque e politioribus colloquiis amandatum, ſicut et *Quodlibetariae quaeſtiones* e ſapiori Theologia, quod curioſitati fere ſeruirent, non vtilitati.

QVORRARE, colligere. Concil. Lugdun. ann. 1527. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 401. Videtur mendum, ac forte legendum *Quoaceruandos* pro *Coarceruandos*, vel potius *Quaeſtandos*. V. *Quaeſtare* in *Quaeſta.*

QVONDAM, non ita pridem, nuper. Epiſtola Eulogii Preſbyteri ad Epiſcopum Pompelonenſem.

† QVONIVS, pro *Conius*, cuneus, figillum ferreum quo nummi cudebantur, Gall. *Coin.* Ch. a. 1390.

QVONIAM, pro Quod, non ſemel legitur apud veterem Interpretem S. Irenaei. Sic etiam Matthaei cap. 2.

† QVONQVA, menſurae frumentariae ſpecies, in Libert. a. 1318. V. *Concha 3.*

QVOQVELVCA, cucullus, Gall. *Coquelucke.* Statuta Eccleſiae Andegauenſ. an. 1423. tom. 4. Anecd. Marten. col. 528. num. 16. V. *Coqueluca.*

† QVOQVESTRIA. Praefat. ad Conſtitut. Frid. II. Imp. *In libro Regum legitur: . . filias veſtras faciet quoqueſtrias et pannificas.* Vbi Vulg. 1 Reg. 8, 13. habet *Focarias.* V. *Focaria.*

QVOQVILLATVS, efformatus ad inſtar conchae, Gall. *Coquille.* Compotus an. 1245. e Biblioth. Regia.

QVOQVILVM, f. Culmen, faſtigium; Occitanis *Concuruche*, a Gallico *Coqueluche*, Cucullus, vt Borellus ſcribit in ſuo Theſauro. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae an. 1435. e MS. D. Lancelot: *Pro ponendo in dicto molendino plures ſoſtes, et vigas, reparando Quoquila dicti molendini, recoperiendo tectum, etc.*

† QVOQVINARIVS, coquus, in Ch. a. 1088.

† QVORRA, ligni ſpecies, f. iunior quercus. Ch. Mſ. a. 1276. V. *Cor 2.*

QVORSVM, quo, in quem locum. Hiſtoria pacificationis inter Rodulfum II. Imper. et Turcas an. 1604. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. p. 305.

QVORSVMLIBET, quodcumque. Vita S. Odae, tom. 2. Aprilis p. 773.

VOSQVE, μέχρι τινος, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Contractum eſt pro *Quouſque*, vt in iisdem Gloſſis legitur: *Quouſque*, μέχρι τινος, μέχρι πότε, ἕως πότε.

VOT, ſinguli. V. in *Quotdiebus*.

VOTA. (1) Quod quisque Principi aut Domino in tributum vel cenſum praeſtare tenetur, Gall. *Quotte*: vnde *Quotiſer*, cenſum imponere, Charta Ricardi II. Reg. Angl. in Monaſtico Angl. tom. 1. p. 538. *Et quod nullae impoſitiones, contributiones, taxae, Quotae, tallagia, vel auxilia ipſis tanquam alienigenis aliquo modo imponantur, etc.* QVOTA DECIMA, quam quisque ſoluere debet de rebus ſuis decimam, proportione ſeruata: eriamnum viget in Epiſcopatu Vincienſi, vt narratur tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 1223. QVOTA LITIS, apud practicos Anglos, auctore Skenaeo, dicitur, quod iudex corruptus ſordidus accipit a litigante ſiue actore, ſiue reo, contra ius Angliae Edwardi I. an. 33. in Statuto de Conſpiratoribus et Ius Ciuile l. 5. C. de Poſtul. l. 15. cap. litem, de Procur. V. *Campipars*. (2) Summa, quantitas, Gallis *Quote*. Gobelinus Perſona in Coſmodromio aetate 6. cap. 81.

VOTARE, in Capita et verſiculos diſtinguere: Galli *Quoter*, pro numeros paginis indere, vulgo dicunt. Henric. de Knyghton an. 1219.

VOTATOR ANNALIVM, Scriptor annalium. Chronicon Iohannis de Whethamſtede p. 467.

VOTATVS, notatus, expreſſus. *Sub anno, die, menſe, indictione et pontifice ſuperius Quotatis*, in Charta ann. 1461. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 1224.

VOTDIEBVS, quotidie, vt *Quotannis*, ſingulis annis: *Quotmenſibus*, ſingulis menſibus, in l. 8. D. de Tranſactionibus, apud Vitruuium lib. 10. cap. 7. etc. *Quotcalendis*, apud Plautum in Sticho. Lecaldus in Miracul. S. Maximini Miciacenſis Abbat. num. 24. *Synaxim Dominicam Quotdiebus perſolvens*. V. Quintilianum lib. 1. c. 13.

QVOTENNIS, Ὀσέτιος, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Ioannes de Ianua: *Quotennis et Quotennus, Quot annorum, et habet quaerere de numero annorum, ad quod debent reſponderi . . . decennis, trecennis*, etc.

QVOTIDIALITER, quotidie, in Actis SS. Aprilis tom. 2. p. 730. vbi de S. Wernhero.

QVOTIDIANA, diſtributio, quae Canonicis fit quotidie. Ordinatio an. 1541. apud Miraeum tom. 2. p. 1057. col. 2.

QVOTIDIANI, ſerui, qui nullo vnquam tempore a ſeruitio vacabant, apud Schannatum Tradit. Fuld. p. 332. ex veteri Polyptycho.

QVOTIDIANISTAE, miniſtri quidam, qui quotidie in Eccleſia deſeruiebant. Ordinatio pro Eccleſia S. Ioannis Gandau. an. 1541. apud Miraeum tom. 2. p. 1057. col. 2.

QVOTINOCTVRNVS, qui fit ſingulis noctibus. Radulfus Cadom. in Geſtis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 126.

† QVOTISARE, cenſum imponere, Gall. *Quotiſer*. Ch. a. 1483.

QVOTVM, culcita, Gall. *Couette* vel *coite*. Locus exſtat in *Ballinus*. V. *Cottum*.

QVO-WARENTO, V. *Breue Quo-warento*.

QWARANDIA, vt *Guarandia*, Auctoritas, defenſio, cautio, Gall. *Garantie*. Litterae an. 1277. apud Tolnerum in Probat. Hiſt. Palat. p. 75.

R.

R. (1) Littera numeralis, quae 80. denotat, vnde verſus:

Octoginta dabit tibi R. *ſi quis eam numerabit.*

Seu vt habet Vgutio:

Octoginta facit numerum, quae dicitur haec R.

Eidem literae ſi linea recta ſuperaddatur, 80. millia ſignificat. (2) R. *in ſuperſcriptione centilenae, rectitudinem vel raſuram non abolitionis, ſed criſpationis regitat.* Notkerus Balbulus Opuſc. *Quid ſingulae literae ſignificent in ſuperſcriptione centilenae.* Vid. A.

RABA, pro *Rapa*. Proceſſus de Vita S. Yuonis, to. 4. Maii p. 550. *Aliquando comedebat Rabas coctas cum farina.* Raphanos intelligunt viri docti; ſed coqui non ſolent Raphani: malim ergo paſtinacas horrenſes intelligere, quas farina conſperſas interdum coqui notum eſt.

† RABACIA, RABASCIA, Occit. *Rabaſſo*, luteola, plantae ſpecies, in Leud. maior. Carceſſ. RABASSA, in Stat. art. parator. pannor. Carcaſſ.

RABANICE Fuldenſem abbatiam gubernaſſe dicitur Sigehardus Abbas, hoc eſt, laudabiliter, more Rabani deceſſoris. V. to. 3. Annal. Benedict. p. 159.

RABANVS. Will. Brito in Vocab. MS. *Aſilus dicitur Rabanus, ſcilicet muſca, quae ſtimulat boues, quam Graeci oeſtrum, ruſtici Rabanum vocant.* † Mendoſe pro Tabanus, αἶσρος.

RABARIA, pro *Raubaria*, furtum, in Literis an. 1350. apud D. Secouſſe to. 4. Ordinat. Reg. p. 40.

RABASCIA, RABASSA, V. *Rabacia*.

RABASSARIA, locus tuberibus abundans, a Prouinciali *Rabaſſo*, Tuber, Gall. *Truffe*, in Charta an. 1430. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues.

† RABATERE, remundere, eludere, Gall. *rabatre*. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1397.

RABATTERE. Laurentius jſt Amalthea: *Rabatto, vltro citroque, ſurſum deorſum deambulo.*

RABDVS, virga, ſcipio, bacillus, Gr. ῥάβδος, in Vita S. Mercurialis Epiſcopi to. 3. Aprilis p. 756.

† RABEA, i. q. *Raba*, in Ch. a. 1310. V. *Rabina*.

† RABES, Norwegis Daemon, t. 2. Iun. p. 834.

† RABESCERE, rabire, rabie agitari, t. 2. Iul. p. 529.

RABIA. (1) Rabies, λύσσα, in Gloſſis Latino-Graecis et Graeco-Latinis. (2) † Inuiſor et rapax, t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 196. V. *Rapina*.

RABIARE, vel RABIRE, rabie affligi, furere. Eaedem Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Rabiat*, λυσσᾷ. Et mox: *Rabio*, λυσσάω.

RABIDICIMBA, vel RABIDIKIMBA, vt vna voce legendum cenſet Voſſius l. 3. de Vitiis ſerm. cap. 42. Cymba velox. Abbo de Obſidione Lutetiae l. 1.

Corripiunt ternas Rabidicimbas ſatis altas.

Plures legunt diuiſis vocibus *Rabidi cimbas*. Voſſium conſule loco citato.

† RABIDITAS, rabies, in Gloſſar. Gall. Lat. Cod. 7684.

RABIDVLVS. V. mox *Rabulus*.

RABIECVLA, *parua Rabies*. Io. de Ianua.

† RABINA, ager *rabis* ſeu napis conſitus, napina, in Ch. Mſ. a. 1073.

RABIOLA. Epiſtola Yuonis Narbonenſis de crudelitate Tartarorum, apud Matth. Paris an. 1243. *Cremonam tandem perueniens, oppidum in Foroiulii celeberrimum, nobiliſſima Paterinorum bibi vina, Rabiolas, et cerasia, et alia illecebroſa comedens, etc.* V. coniecturam Voſſii, qui pro *rabiolis*, ſeu vuis criſpis accipit. Lemouices napum ſeu raphanum vocant *Rabiolam;* ſed hanc inter ciborum delicias numerari non eſt veriſimile.

† RABIOSITAS, rabies, t. 6. Aug. p. 820.

RABIRE, furere. V. ſupra *Rabiare*.

RABITVS. Arnoldus Lubecenſis lib. 3. c. 7. *Dux igitur applicans ad Accaron,*

caron, magnifice ſuſceptus eſt ab Acaronitis, et aſcenſis equis, Rabitis, mulis, quidam etiam aſinis, proceſſerunt ad vrbem Hieroſolymitanum. Nihil hoc loco Henricus Bangertus commentator, vt ſolet in locis difficilioribus ſilere.

RABO, menſurae ſpecies, Vgutioni; huius meminit S. Auguſtinus Ep. 49. quaeſt. 4.

RABOINVS, RABVINVS, monetae ſpecies in regno Hieroſolymitano et Cyprio. Forma colligendi cenſus pro regno Hieroſolymitano apud Willelm. Tyrium l. 22. c. 23.

RABVDVLVS. V. mox in *Rabulus.*

RABVINVS, monetae ſpecies. V. *Raboinus.*

RABVLARE, inſtar rabularum de foro nimia verboſitate ferire aures auditorum, Voſſio l. 4. de Vitiis ſerm. c. 19. ex Gemmae Vocabulario, atque inde, inquit, Belgicum *Rabbelen.*

RABVLATIO, clamor rabulae. *Rabulatio forenſis*, apud Martianum Capellam l. 6.

RABVLATVS, eadem notione. Idem Capella l. 1. *Audini, licet perſtreperent, nullo potuere Rabulatu.*

RABVLVS, *plenus rabie, vnde Rabidulus.* Vgutio. Ioan. de Ianua: *Rabulus, rabidus, rabie plenus, rabiei datus, furore plenus, iratus, inſanus; vnde Rabidulus diminut.*

† RABVZATIO, expolitio. Odor. Raynald. ad a. 1316.

† RACACHARE, RACASSARE, vox monetariorum, aurum et argentum ab aliis metallis ſeparare, Gall. *Rachacier, Rachaſſier.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1327.

RACAMAS, panni pretioſioris ſpecies, Gallis olim nota. Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regis an. 1350. Hinc Hiſpani *Racamar*, Galli *Recamer*, pro eo quod *Broder* dicunt vſurpant, ſeu opere phrygio quidpiam exornare, ſeu auro, ſeu alia materia, quam vocem quidam ab Hebraeo *Racam*, quod eſt acu pingere, ſeu intexere varia fila diuerſorum colorum, inſtar Phrygionum, deducunt.

RACAMATVRA, ornatus veſtis acu pictus, ab Italico *Raccamare*, acu pingere, Gall. *Broder.* Modus viuendi in Concilio Baſileenſi apud Marten. to. 8. Collect. Ampliſſ. col. 244. *Huiusmodi familiarium veſtes non ſint breuiores genu, nec diuerſorum colorum, nec cum ſciſſuris, frepis vel brobaturis ſeu Racamaturis; nec deferant cathenas vel alia ornamenta aurea vel argentea, etc.*

† RACAMATVS, acu pictus, Ital. *Ricamato.* Inuent. Mſ. a. 1295.

RACANA. (1) Papiae *genus veſtis*, ſcilicet veſtis lacera, panniculus, a Gr. ῥάκος, ῥάκη, vel ῥάχη, ducto, vt videtur, etymo. Gloſſ. Gr. MS. Regium cod. 930. ῥάκκος, διεῤῥηγὸς ἱμάτιον. Maxime Monachis tribuitur, qui vilioribus et detritis veſtimentis vti ſolebant. Varie porro haec vox ſcribitur: nam RACANA dicitur Gregorio M. l. 9. Ep. 75. et Ennodio lib. 9. Ep. 17. RACHANA, eidem Gregorio l. 12. Ep. 16. Anaſtaſio Bibl. in verſione Vitae S. Ioann. Eleemoſynarii a Leontio ſcriptae c. 9. num. 52. qui et *Rachamallum* dixit c. 6. num. 34. RACHENA, apud Fortunatum in Vita S. Radegundis c. 44. RACHINA, apud S. Audoënum l. 2. Vitae S. Eligii c. 37. Papias MS. *Rachina, ſtrota lectorum.* Editus habet *Rachana.* (2) Anaſtaſius Biblioth. in S. Silueſtro PP. *Oleum Cyprium libr. centum, papyrum Racanas libras mille.* Muratorius ſcribit *Rucanas*, obſeruato tamen ab aliis legi *Racenas.* Infra: *Poſſeſſio inſula Machabeo praeſtans ſolidos quingentos et decem, papyrum mundum, Racanas quingentas, linum ſaccos trecentos.*

RACASSARE, V. *Racachare.*

RACATARE, redimere, Gall. *Racheter.* Chartularium S. Vandregeſili to. 2. p. 2102.

RACCARE, vel vt quidam legunt, *Rancare*, dicuntur Tigrides Auctori Philomelae verſu 49. ſupra vero in *Raulare* dicuntur *Rechanare.* V. infra *Rancare.*

RACCI, nautis ſcandularii globuli malo affixi ad faciliorem motum antennarum, Gall. *Racages, Racques* et

et *Racquemens*, Belg. *Rak.* Litteræ Edwardi Regis Angl. ann. 1338. apud Rymer.

RACELLVM, ſpecies panni. Inqueſta an. circiter 1217. apud Sponium to. 2. Hiſt. Geneuenſ. p. 415. vbi de huiuſcemodi pannorum confectura: *Racellum fecis per Rodanum deduci, vt venderetur.* V. *Raſcia* 3. *Raſum* 2, et *Raxium.*

RACEMARE, racemorum reliquias colligere, Gall. *Grapiller.* V. locum, in *Rapugnare.*

† RACEMATOR, qui racemat, in Stat. Auenion.

† RACEMVS, pro vinum, quod ex racemis fit, in Ch. Mſ. a. 1402.

RACENIVS, pro *Racemus*, vua, Gall. *Raiſin*, apud Rymerum to. 2. p. 691.

RACENS VINVM, V. in *Recentatum.*

RACETTA. Vita S. Alenae Virg. et Mart. to. 3. Iunii p. 396. *Reliquias . . . in idem feretrum repoſuit, demptis tribus vel quatuor oſſibus paruis Racettae et membrorum.* Spinam dorſi reddit Henſchenius. Idem ſignificat Graecum ῥαχις. Sed aliud ſonat infra vox *Raſeta*, quam vide.

RACHA. (1) Willel. Malmesburg. l. 2. de Geſtis Pontific. *Vt etiam candos Racharum veſtibus eius affigerent*, forte *vaccarum, etc.* (2) Pars pedis. Conſtantinus African. lib. 2. Pantechn. c. 2. *Pedis calcanei diuiſio eſt ſenaria: eſt enim canilla, eſt et calcaneus, et pedis nauicula, et Racha, quae ſic lingua vocatur Arabica, eſt et pecten, ſunt et digiti.* Infra: *Racha 4. habet oſſa, tria poſterius cum nauicula, vetro iuncta oſſibus, etc.* (3) † Praeſtationis ſpecies, niſi legendum ſit *Tacha*, V. *Taſca* 2. Ch. Mſ. a. 1358.

RACHADIVM, V. in *Rachetum.*

RACHANA, RACHANELLA, V. *Racana* 1.

† RACHAPTARE, redimere, Gall. *Racheter*, in Ch. Mſ. a. 1540.

RACHARE, i. q. *Raccare*, V. *Banlare.*

† RACHATAMENTVM, redemptio, Gall. *Rachat*, in Ch. Mſ. a. 1302.

† RACHATATIO, idem, in Pact. a. 1210.

RACHATTA, RACHATVM, V. *Rachetum.*

RACHEMBVRGI. V. mox *Rachimburgii.*

RACHENA, veſtis trita, V. *Racana* 1.

† RACHETARE, redimere, Gall. *Racheter*, in Ch. a. 1285.

RACHETVM, ex Gallico *Rachat*, *Redemptio*, redemptio. Idem porro quod *Releuium*, certa ſcilicet pecuniae quantitas, quam haeres vaſſalli demortui domino praeſtat pro obtinendo feudo paterno, qua illud iterum ab eo emit, ſed rato et definito modico pretio, quod *Rachetum* et *Releuium* appellatur. Necrologium Eccleſiae Pariſienſis Idib. Ian. *Quae 3. manſurae cum pertimentiis Rachetum ſeu releuamen debent, quoties poſſeſſorie mutant.* Atque ita in Conſuetudine Meledunenſi art. 54. *Rachetum* et *releuium* idem eſſe dicuntur, tametſi olim diuerſum: ſiquidem *Redemptio feudi* idem ſit quod *Rachetum.* RACHATVM, eadem notione, in Charta an. 1209. apud Lobinell. to. 2. Hiſt. Britan. col. 331. RACHADIVM, eodem ſignificatu, Chartae Iohannis Ducis Britan. an. 1238. ex Archiuo Caſtri Briſſacenſis. RACHATTA, fem. gen. in Literis an. 1317. apud Rymerum to. 3. p. 648. RASCHATVM. Literae Thomae Comitis Flandriae et Iohannae vxoris eius an. 1237. apud Baluzium to. 7. Miſcell. p. 269. RECHATVM. Charta Philippi Franc. Regis an. 1200. apud Rymer. to. 1. p. 118. RACHETVM, compoſitio, quam reus facit vel ſoluit, vt ſe a poena redimat, *le rachet*, vti loquimur. Statuta prima Roberti I. Regis Scotiae c. 9.

RACHIA, locus coenoſus, Picardis *Raque.* Tabul. S. Dionyſii an. 1230. *Et cornuias de Rachiis et foſſatis*, id eſt in deſiccandis eiusmodi locis coenoſis, et curandis foſſatis. V. *Buhors.*

RACHIMBVRGII, *iudices*, in vett. Gloſſ. Comitis adſeſſores: *Spunſores litis*, Guillimanno lib. 1. Rerum Heluet. p. 80. In Gloſſis Keronis, *Rahcha* eſt *cauſa.* Ita *Rachimburgii* ſunt cauſarum iudices. Alii *Rachimburgios*

burgios dictos volunt quasi *Rechtburgen*, ex Germ. Recht, rectum, et *Berghen*, seruare, seu ex Sax. *Richt*, et *beorgan*, quod idem sonat, quod iudices sint iuris et aequi conseruatores: quam sententiam amplectitur Eccardus in Notis ad Pactum Legis Salicae tit. 53. §. 3. vbi legitur *Rathimburgii*, et *Racineburgii* ex duobus MSS. Guelferbytanis, necnon *Ragimburgii* ex eiusdem Bibliothecae MS. in alio eiusdem Legis Salicae Pactu, quem edidit idem Eccardus, ex MS., tit. 51. habetur *Recyneburgii*. Hermannus Comes Nienarius in Diss. sua de Origine et sedibus priscorum Francorum scribit: *Rachimburgii dicuntur Commissarii, ad componendas lites instituti.* Quod valde probat Vossius in Appendice ad libros de Vitiis serm. p. 809. quia *Rachten* componere significat, *Burgen* vero fideiussores. Coniecturas alias profert Wendelinus. Lex Salica tit. 52. §. 2. RACHEMBVRGI, in Capit. sub Pipino Rege c. 6. RACIMBVRDI, in Formulis Andegau. art. 49. REGENBVRGI, in Antiqu. Fuldens. lib. 2. trad. 38. REGIMBVRGI, in placito ann. 918. in Probat. nouae Hist. Occitanae to. 2. col. 56. RAIMBVRGI. Ademarus Cabanensis.

RACIMARE, RACIMATOR, V. *Racemare* etc.

RACOLAS. Charta an. 1247. e Tabulario Calensi p. 110. *Dicti sex presbiteri S. Georgii percipiant annatim in posterum in die Paschae Racolas vnusquisque quatuor cum quarterio agni.* Genus fortean est panis delicatioris.

RACTATA. Acta S. Raynerii, to. 3. Iunii p. 454. *Hugo medicus habebat filium qui habebat Ractatam in oculo . . . venit cum B. Raynerio in sero, et mane inuenit totam deletam.* Videtur legendum esse *Cataractam.*

RACVS, Βαγχώδης, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Βαγχώδης, *Rancus*, *Racus*.

RADA. (1) Nauis species. Historia Obsidionis Iadrensis an. 1345. lib. 2. c. 7. *Nauim compositurus inaestimabilis pulchritudinis quamdam Radam, quam Italici nuncupant Madiam, seu Castram, in quo erat stabilita quaedam lignea et ingens turris*, etc. (2) Pro *Rheda*. Charta Ludouici Reg. Franc. an. 1122. in Tabulario Monast. S. Dionysii: *Hanc habet consuetudinem, quam vulgo pedagium sine pulueraticum vocant, . . . ita vt de Roda, id est carreta, 2. nummos, de equo 1. etc.* Vbi Doubletus p. 848. 861. edidit *de Rheda.* (3) Raia. V. mox in *Radia.*

RADBODVS, *consilii nuntius* exponitur in Vita S. Radbodi Episcopi Traiect. saec. 5. Benedict. p. 27. scilicet a Belgico *Raedt*, Consilium, et *Bode*, Nuntius.

RADE, litus maris vadosum, Gall. *Rade*. Leges Burgor. Scoticor. c. 26. §. 2.

RADECHENISTRES. Vox in *Domesdei* non semel, sed ignotae originis, inquit Spelmannus fol. 18. ut. Glow. Berthelay . . . *Hic Radecheuistr. arabant, et herciabant ad curiam Domini.* Alibi: *De terra huius manerii tenebant Radechenistres, i. liberi homines.* Videntur iidem, qui Bractono *Radeknights* dicuntur, liberi scilicet homines, qui tamen arabant, herciabant, falcabant, metebant, etc. V. Edw. Cokum ad Littleton. sect. 117. et infra *Radmanni* et *Redknights.*

RADELLVS, ratis, Gall. *Radeau.* Miracula MSS. Vrbani V. PP. V. *Rasellus* et *Rozellus.*

RADIA. (1) Raia, species piscis marini, Gall. *Raie.* Charta Petri Abb. S. Crucis de Talmundo an. 1366. (2) † Virga, linea, Gall. *Raie*, in Litt. remiss. a. 1359.

RADIARE, delere, expungere, Gall. *Raier.* Charta an. 1559. inter Priuilegia Equitum S. Iohannis Hierosol. p. 254.

RADIASCERE, splendere, radiare. Vita S. Guthlaci Erem. tom. 2. Aprilis p. 39.

RADIATVS, segmentis diuersi coloris distinctus pannus: Gall. *Rayé.* Charta Petri Episcopi Parisiensis an. 1218. apud Sammarthanos: *Ecclesiae S. Clodoaldi tunicam, dalmaticam, et tuni-*

tunicam, *albos Radiatos*, *etc.* Forte *albas radiatas*. RADIATI, dicti olim Carmelitae, quod veſtibus *radiatis* vterentur. Vetus Scheda ex Bibliotheca Cottoniana edita initio to. 1. Monaſtici Anglicani.

RADICARE. (1) Pro *Radicari*, radices agere. *Radicans in populo honorificato*, Eccli. 24, 16. Rolandinus Patau. de factis in Marchia Taruiſina, apud Murator. to. 8. col. 269. (2) Pro *Radiare*, ſplendeſcere. Vita B. Giraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliſſ. Collect. col. 1009.

RADICATIO, Εἰσοδιασμὸς, in Gloſſis Lat. Gr. Alias Gr. Lat. Εἰσοδιασμὸς, *Radicatio*, *Redactio*.

RADICATVS, Ῥίζωσις, in Gloſſis Lat. Gr. et Gr. Lat. Adiectiue Columella de Arboribus c. 20. Hinc metaphorice Sidonius l. 7. Ep. 8. *Formido ſemel Radicata*, *etc.* Et lib. 5. Ep. 10. *Fixum eſt Radicatumque pectoribus humanis*, *etc.*

† RADICVLA, virgula, lineola, in Stat. pannif. a. 1317. V. *Radia* 2.

RADIETAS. Ordericus Vitalis lib. 2. p. 422. *Quadriga equorum fuſilis ex auro ſtabat*, *in qua Radietas ſolis aequo fuſilis conſiſtebat*, i. ſolis ſtatua vndique radiata.

RADIFICARE, radices agere. *Radifico*, ῥιζόφιω, in Gloſſis Lat. Gr. et Gr. Lat.

† RADIGO, radix, t. 3. Aug. p. 511.

RADIOLA, rotae radius. Agius in vita S. Hathumodae apud Pezium to. 1. Anecd. part. 3. col. 297.

† RADIOLVM *quidam polipodium vocant*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ.

RADIOLVS, paruus radius, nauicula, Gall. *Navette*, Inſtrumentum textoribus notum. Miracula S. Dionyſii Epiſc. Pariſ. l. 2. c. 36.

RADIOSITAS, claritas, fulgor. *Scientiarum ac experientiae Radioſitas*, apud Schannatum Vindem. Liter. p. 214.

† RADJOVRNARE, iterum in ius vocare, in Comput. a. 1357. Vide *Readjornare*.

† RADIS, apud Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 973. forte pro *Rodis*, ab Ital. *rodere*, comminuere.

RADIVS. (1) Septum ad capiendos piſces. Hiſtoria Monaſterii Andagin. to. 4. Ampliſſ. Collect. Marten. col. 931. (2) Sulcus, Gallis *Raye*, *Rayon*, via carucae in arando, in Flera lib. 2. c. 73. §. 12. 13. 25.

RADIVS VIRILIS, qui *vena* Martiali, Veretrum, apud Caelium Aurelianum l. 3. Acut. c. 14. (3) † AD RADIVM TINAE, ad plenam *tinam* ſeu vas vinarium, in Chartul. S. Victor. Maſſil. (4) † *Inſtrumentum cirurgicorum*, *ſtilus tenia*. Gloſſar. med. Simon. Ianuenſ.

RADIX. (1) RADIX, RADIZES. Teſtamentum Ranimiri Regis Aragon. aerae 1099. in Hiſt. Pinnatenſi l. 2. c. 38. *Similiter de pane et vino de meas laborantias*, *et Radines et totos meos peculiares*, *ſic de illo*, *quod eſt aplicatum*, *quam de illo*, *quod eſt pro applicare*, *medietatem illius habeat filius meus Sanctius*, *etc.* Charta Hiſpanica vetus apud Anton. de Yepez in Chron. Ordinis S. Benedicti to. 3. p. 383. *Et miſit nuncios ad nos ſemel*, *bis et ter*, *vt daremus ei illam Radicem praefati ſenioris*, *et acciperemus mutuum in alio loco*, *et non conſenſimus*. Charta alia Hiſpanica apud Sandoualium in Epiſc. Pampilon. fol. 72. *Eccleſiam B. Mariae ipſius ſedis liberam dedi cum ſuis pertinentiis ac decimis*, *cum ſua Radice*, *et cum omnibus*, *quae ad eam pertinent*. Hiſpanis *Raiz* eſt radix, *bienes* vero *raines*, bona immobilia, praedia. Charta Veremundi Abb. Iraxenſis in Antiq. Nauarrae p. 618. *Senior Lope* . . . . *miſit omnem Radicem ſuam*, *quam habebat in villa*, *quae dicitur Sotes*, *etiam et mezquinos quos ibi habebat ad monaſterium beatae Mariae de Irax*. Morettus vertit *Hazienda* Hiſp. facultates, bona, etc. (2) Genus, progenies. *Quod ſi habuerit de mea Radice et de mea progenie*, apud Morettum Antiq. Nauarrae p. 403. (3) † Torcularis pars quaedam, in Comput. a. 1381.

RADMANNI, qui et *Radchenisteys* Anglis, Liberi tenentes qui arabant, et herciabant ad curiam domini, ſeu falcabant aut metebant, apud Edward.

ward. Cokum ad Littl. sect. 1: et 117. Domesdei in fine *Cestrescire*, tit. Lanc.

RADO. (1) Polyptychus S. Remigii Remensis: *Donat annis singulis in pastione de spelta mod. 1. pull. 2. ova 15. lign. carr. 1. ad scuriam reficiendam Radon. 5. ad foenum vehendum quartam partem de carr.* (2) † Bulla Alex. III. Papae a. 1180. *Pars nemoris Gorsart cum Radonibus suis, terris cultis et incultis* etc.

RADVM, († septum vt videtur ad capiendos pisces, a q. *Radius 1.*) Charta an. 1105. apud Vghellum to. 7. p. 1071. *Potestatem habeat plenariam faciendi furnos. . . Rada in flumine Ausidi, etc.* An *Vada?*

RAEA, pro *Raia*, Gall. *Raye*, piscis marinus. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Raea, βατις.* Et mox: *Raca, βατις, ἰχθύος εἶδος.* Rursum: *Reiva et Reilara, βατις, ἰχθύος εἶδος.*

RAERIA, molendini moles, qua retinentur aquae vel emittuntur, vt opus est ad rotas versandas, Gall. *Ecluse.* Charta an. 1165. apud Hemereum in Augusta Viromand.

RAESGATVS, erasus radula, Gall. *Raclé.* Paruum Chartular. Gemetic. c. 3.

RAFA, Raphanus, Gall. *Raifort*, Rapae genus. Bernardus Monachus in Ord. Cluniac. part. 1 c. 17.

† RAFAL, RAFALLA, vox Hispanica, origine arabica, casa, domus, seu praedium, in Ch. Petri reg. Maioric. a. 1235. V. *Raphalis.*

RAFEGA, RAFFEGA, V. *Rafica.*

RAFEVM, rapa, Gallis *Rave.* Acta Murensis Monasterii p. 137.

† RAFFIVS, harpago, vncus, Ital. *Raffio*, in Stat. ant. Florent.

† RAFFLA, aleae species, Gall. *Raffle*, in Litt. remiss. a. 1362.

RAFFVRNVS, V. mox *Rafurnus.*

RAFICA, RAFICANVM. Charta Stephani VII. PP. apud Catellum p. 773. Sammarthanos in Archiep. Narbonensib. et Labbeum to. 1. Biblioth. p. 805. *Vineas, prata, silvas, atque medietatem silvarum et telonei seu Raficum, atque naufragii, etc.* Labbeus habet hoc loco: *Medietatem salinarum et telonei, seu Rasicani, item naufragii, etc.* Alia Caroli Simplicis Regis Franc. apud eosdem Catellum et Sammarthanos: *Concedimus praeterea medietatem salinarum, telonei, portatici et Raficae, sine naufragii, atque pascuarii, etc.* Occurrunt praeterea eadem verba et inter Instrum. nouae Gall. Christ. tom. 6. col. 10. vbi perperam legitur *Rasita.* Ex quibus verbis videtur posse colligi, *Rafica* fuisse, quod dominus habet in naufragiis, quod Normannis *Warec* dicitur. Occurrunt voces *Rafes, Rasiga, Rafega* vel *Raffega*, sed nullo satis certo verae notionis indicio, in Appendice Marcae Hispan. col. 773. 830. 832. 833. 835. 857. 1067. 1153. 1160. apud Cardinalem de Aguirre to. 3. Conciliorum Hispan. p. 204. col. 1. 2. et alibi.

RAFICII, pondus scripulorum quindecim, Saladino de Ponderibus.

RAFICIVS, RATIFICIVS, mensura frumentaria. Decretum an. 1054. Marcae Hisp. col. 1104.

RAFIMENTA, *interramenta*, apud Papiam et in Glossis antiquis MSS.

RAFINVS, rapae genus, raphanus, Gall. *Raifort.* Charta an. 1155. in Probat. nouae Hist. Occitan. to. 2. col. 555.

RAFITA, pro *Rafica.* Ibi vide.

RAFREDARE, vox Italica, refrigescere, Gall. *Refredir.* Occurrit in Charta Italica an. 1287. in Miraculis S. Ambrosii Senens.

RAFVRNVS, RAFFVRNVS, fornax calcaria, vel tantum calcis, quantum coqui potest vel solet in vna fornace. Extractum computi an. 1336. to. 2. Hist. Dalphin. p. 325. col. 1.

RAGA. Lex 3. Cod. Th. de Habitu, quo vti oportet intra vrbem. *Intra vrbem Romam nemo vel Regis, vel suancis vtatur.* Cum in Lege superiore *braccis* legatur, videtur eadem vox in hac Lege reponenda. Nam quod quidam *rocchis* restituunt, aut *racis*, vt sint Graecum ῥάκη vel ῥῆνα, de qua voce in *Racanę*, neutiquam probauerim: cum habitus et indumenta exotica, ac praesertim Francorum interdicerentur in lege 4. Mair-

Maiores crines, indumenta pellium, etiam in feruis, intra vrbem sacratissimam praecipimus inhiberi. Quae quidem, vt et *braccas*, Francorum propria fuisse, satis constat. † Haud satis attente monet Cangius hic legendum esse *Braccis;* eadem vox esse videtur ac infra diminut. *Ragella.*

RAGACINVS, RAGACZINVS, V. *Ragazinus.*

RAGADIA, fissura, rima, a Graeco ῥαγάς, *ados.* Acta S. Raynerii, to. 3. Iunii p. 461.

RAGALEIA, vel *Ragaleca terrae*, Archiuis Regiis, in arce London. apud Spelmannum, Gallis modus agri, *Raye.* V. *Rega.*

RAGALON, anhelitus hominis animam agentis, Gall. *Râle, Raisment.* Miracula Vrbani V. PP. MSS. e Bibl. S. Victoris Massil.

RAGATIVS, idem qui mox *Ragazinus.* Statuta Placentiae l. 5. fol. 58.

RAGAZINVS, RAGACZINVS, etc. Ital. *Ragazzo*, seruulus, calo, Gall. *Gouiat.* Chronicon Dominici de Gramina, to. 12. Muratorii col. 595. *Hoc itaque deliberato consilio, datis equis eorum Ragazinis, vnusquisque pedes exaginatis gladiis conciuibus ciuitatis mortem minantur.* Legitur *Ragazinus* ibid. col. 599. *Ragacinus* col. 708. vt et in Ioan. Demussis Chronico apud eumd. Murator. eod. to. col. 512. *Ragasius*, in Chronico Mutin. to. 15. eiusd. Muratorii col. 600. *Ragacii et serui*, in Constitut. Frederici Regis Siciliae c. 113. RAGAZVS, eadem notione. Regimina Paduae apud eumd. Murator. to. 8. col. 436.

RAGELLA, vestis, aut panni species. Charta plenariae securitatis Rauennae scripta sub Iustiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. *Mappa valente asprienis filiqua vna, lena vetere vna, Ragella vetere vna, etc.*

RAGIA, alueus, vt videtur, canalis, aquaeductus. Statuta Mediolan. part. 1. c. 245. V. *Ragium* et *Raeria.*

RAGIATVS, idem forte quod *Ragatus*, Radiatus, ex Italico *Raiato*, vel Gallico *Rayé.* Anastasius Biblioth. in S. Hilario PP. 28. et Ioannes Diaconus in Appendice Ordinis Rom. c. 13. *Cum columnis porphyreticis Ragiatis, foratis.* Cuiusmodi sunt, quas *cancellatas* dicunt Galli. Statuta Massil. MSS. an. 1276. *Tunica Ragata cum punchis.*

RAGIMBVRGII, V. supra *Rachimburgii.*

RAGIVM, idem quod *Ragia.* Tabularium Casaurienſe an. 24. Ludou. Imp. F. Lotharii.

RAGLORIVM. Charta Edw. III. Reg. Angl. apud Seldenum de Titulis honor. p. 597. *Cum foreſtis, chaceis, parcis, boſcis, warennis, hundredis, comotis, Ragloriis, ringeldiis, wodewardiis, conſtabulariis, baliuiis, foreſtariis, coronatoriis, etc.* Apud Wallos *Rhaglaw*, ait Spelmannus, *Seneſcallum, Surrogatum, Praefectum, Praepoſitum* sonat.

RAGVNARE, idem quod *Dirationare, Arraiſonner*, mittere in rationem. Vetus Charta apud Vghellum in Epiſcopis Sulmonenſib.

RAHERIA, V. *Raeria.*

† RAIA, striga, sulcus terrae, Gall. *Raye.* Ch. Mſ. circ. a. 1220. V. *Riga 1.*

† RAILLO, RALLO, sagittae species, Gall. *Raillon.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1442.

RAIMATVS, obligatus, ad aliquid praestandum in litigiis, v. g. ius suum probandum, testes producendos, etc. V. *Adramire.*

RAIMBVRGI, V. *Rachimburgii.*

† RAINA, f. pro *Ranina*, vel *Rauia*, eluuies, exundatio, a Gall. *Ravine*, t. 7. Ordinat. reg. Franc. p. 729.

RAINBVRGI, V. supra *Rachimburgii.*

RAISA, RAISOGVELDVM, V. *Reiſa.*

RAITEMAGISTRI, Carolo de Aquino in Lexico militari videtur fuisse gradus honoris in militia *Raitrum.* Famian. Str. Dec. 2. l. 8. *Delegatis duobus, vt ipſi vocant, Raitemagiſtris.*

RALLA, Instrumentum, quo raditur, quasi *Rada*, *Radella*, vnde *Ralla*, inquit Salmasius. Gloss. Gr. Lat. ξυστὴς, *haec Ralla, Rallum, Rallus. Raſorium.* Et mox: ξύστρα, *ſtrigila, ſtrigilis, Rallum, ramus, radula, ſtrigile.*

Confer Latino-Graecas, et adde Gloſſas Iſidori.

RALLIARE, iterum obligare, a Gallico *Relier*, iterum vincire. *Qui noluerint manumitti . . . Ralligentur*, in excerpto veteris Chartae, cuius non eſt copia; verum opinor hic agi de ſeruis manumittendis, qui ſi noluerint manumitti, nouo iugo ſubdendi declarantur.

RALLVS, auis aquatica, Gall. *Ral*. Sunt etiam *Ralli terreſtres, qui dicuntur duces coturnicum*, inquit Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi c. 9. Adde c. 17. V. *Ralla*.

RALVM, *corium*, in Onomaſtico ad calcem to. 1. Sanctorum Maii.

RAMA. (1) Lex Ripuar. tit. 15. *Si quis ingenuus ingenuum Ripuarium interfecerit, et eum cum Rama cooperuerit, etc.* Ita praeferre Codicem Metenſem monet Baluzius, vbi alii *Ramo* habent. V. *Ramale* et *Ramus* 2. Pactus Legis Salicae tit. 44. §. 5. *Si vero eum de hallis aut de Rama ſuper operuerit, etc.* (2) † Ramorum ſeu ramalium collectio, faſcis, Gall. *Raime, Rime*, in Ch. a. 1274. (3) † Piſcationis ſpecies, proiectis in aquam ramalibus, intra quae piſces ſeſe recipere ſolent. Ch. a. 1196. (4) † Pertica, in Ch. a. 1328.

† RAMACIVM, ramale, ramuli, in Comput. a. 1483.

RAMADA, vmbraculum ramis concinnatum, Prouincialibus *Ramade*, Gallis *Feuillée*. Charta an. 1344. e Schedis D. Lancelot. V. *Ramata* 2.

RAMAGII, dicti Friderico II. Imp. l. 2. de Arte venandi c. 30. 43. et alibi: *Falcones ſilueſtres adulti, et qui extra nidum capiuntur cum retibus, laqueis, aut aliis inſtrumentis. Ramales* vocat Thuanus, Galli *Branchus*. Germ. Aeſtling. Vocis etymon indicat Petrus de Creſcentio lib. 10. de Agricult. c. 3. dum ait, *Ramarios* eſſe, *qui de nido egreſſi, de ramo in ramum matrem ſequuntur*. Creſcentii interpreti Italico *Raminghi* dicuntur. V. Guill. Tardif, Lectorem Caroli VIII. Regis, de Falcon. 1. parte c. 15.

RAMAGIVM, facultas data *tenentibus* exſcindendi vel colligendi *ramos* arborum in ſiluis dominorum, ſeu *ramalia*, vnde et *Ramalaticum* dicitur. Charta an. 1104. ex Tabulario S. Maxentii in Pictonibus. V. *Ramalaticum*. Interdum etiam id, quod pro ea facultate domino ſoluendum eſt a tenentibus. Charta an. 1239. apud Thomaſſerium in Biturig. p. 85.

RAMAGIVS CERVVS, Gall. *Cerf ramé* vel *ramagé*, ramoſis cornibus ornatus. V. *Cervus Ramagius* in *Cervus*.

RAMALATICVM, idem quod *Ramagium*, de qua voce ſupra. Verus Notitia apud Perardum in Burgundicis p. 38.

RAMALE, ramus. Papias: *Ramalia, rami arborum, vel frondes*. Will. Brito l. 7. Philippid.

† RAMARE, ramalibus fulcire, Gall. *ramer*, in Chartul. Normann.

† RAMAROLVM, cochlear, rudicula, ab Ital. *Ramaiolo*. Murat. t. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 476.

RAMATA. (1) Piſcationis ſpecies, proiectis in aquam ramalibus, intra quae piſces ſeſe recipere ſolent. Charta Hugonis III. Epiſcopi Niuern. ex Tabul. S. Cyrici Niuern. num. 76. V. *Combri, Remeia*, et *Rameda*. (2) Ramalium vmbraculum, cuius vſus in Proceſſionibus Eccleſiaſticis, dum eae per plateas vrbanas peraguntur. Charta Huberti Epiſcopi Andegau. in libro de Reſtitut. S. Florentii Salmurienſis. Latius accipitur pro quouis vmbraculo ex frondoſis arborum ramis, in Charta Auenionenſi, quae ſic claditur: *Actum Paternis in fortalitia ſubtus Ramata*. V. *Ramada*. (3) † Pergula, in Stat. Auenion.

RAMATGIVM, ornamentum veſtis inſtar rami figuratum. Literae Caroli V. Fr. Regis an. 1367. pro Monſpelienſibus. V. *Ramagium*.

RAMATVM. Charta Stephani Bani Croator. an. 1018. apud Ioann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmatico c. 8. *Et ſi quis (quod abſit) auſus fuerit ſubtrahere ex meis, vel extraneis, moriatur de Ramato, et habeas ſemen ſuper terram, et perſoluat auri libras 30.* hoc eſt ad ramum, vel ad furcam ſuſpendatur. V. *Ramus*.

† RA-

† RAMAZVRAE, purgamenta, fordes, quae ſcopis, Ital. *Ramazza*, congeruntur. Stat. Auellae.

RAMBA, officina coquendae cereuiſiae, Gall. *Braſſerie*. Chronicon Bonaeſpei p. 153. *Quicumque in eadem villa Rambam facere voluerit, faciet, et de vnoquoque braſſino ſoluet vnum ſeſtarium cereuiſiae et vnum ſimiliter de medone*. Videtur omnino legendum *cambam*. V. *Camba 3*.

† RAMBALVS, aſſeris ſpecies, vnde RAMBALARE, aſſeribus munire, in Ch. Mſ. a. 1328.

RAME, vox Italica, Aes, *Aeramen*, vnde origo. Tabularium Caſaurienſe. RAMVM, eadem notione, apud Sanutum l. 2. part. 2. c. 6. et ſeq.

RAMEA. (1) Pro *Ramex*, Gall. *Hernie*. Papias: *Hernia*, *Ranea*, *Ramix*. (2) † Idem quod *Rama 3*. in Stat. a. 1388.

RAMEDA, idem quod *Ramata 1*. Species piſcatus. Charta an. 1098. e Tabulario B. M. de Charitate ad Ligerim.

RAMEIA. (1) Charta Petri D. Marleti an. 1234. apud Ducheſnium in Hiſt. Monmorenciaca p. 407. *In domanio meo ſunt . . . . riparias verſus Crociacum, duo gurgites, et tres Rameiae, quae dom. Robertus de Eſſenuilla tenet de me*. Idem videtur quod *Ramata 1*. V. in hac voce. Charta an. 1214. e Tabulario Portus-Regii: *Ego B. dominus Malleti et ego Matthaeus frater eius, dedimus quandam Rameiam in aqua . . . . faciendam*. V. *Rameda*. (2) † Vmbraculum ex frondoſis arborum ramis, in Ch. a. 1167.

RAMENTOSVS, ramentis plenus. Caelio Aurel. l. 4. Tard. c. 3.

† RAMERAGIVM, praeſtatio pro facultate ramos arborum colligendi, in Ch. Mſ. a. 1357. V. *Ramagium*.

RAMERIA, vt mox *Ramerius*. Inuentarium *Piquet* fol. 24. vo. ex Archiuo Principis de Rohan. Terram incultam intelligo in qua veprès ſunt et aliae huiusmodi arbuſculae.

RAMERIVM. (1) RAMERIVM, RAMORIVM, ramus arboris longior et craſſior, humi ab extremitate ea arte depreſſus cum laqueo annexo, vt facile capiatur fera tranſiens, a que ramo vi elaſtica citiſſime erec tollatur in ſublime, aut ſaltem re neatur. Charta an. 1357. apud I Secouſſe, tom. 4. Ordinat. Reg. 449. (2) † Idem quod *Rameri* ſ. potius ſilua caedua, Gall. ol. *R mier*. Ch. Mſ. a. 1297.

RAMERIVS. Charta an. 1236. in R geſto Toloſano Cametae Compu Pariſ. fol. 51. *Prata et paſcua, n mora et bartas, et alberetas, et R merios, et deueſios, etc. Ramiers* e iamnum Occitani vocant terras i cultas, et animalium paſtioni idonea

RAMETA. Bulla MS. Paſchalis P an. 1106. de Dedicatione B. Mari de Caritate: *Sunt autem termini iſt ab illo loco Ligeris, vbi ſunt Rames Hugonis de Troncongiis, per medi vallis vſque ad boſcum, qui dicit Brolliam, etc.* Occurrit ibi rurſu Siluula forte, a ramis. Idem omn no eſt quod *Rameda*, ſpecies piſcatu

RAMETALIS, idem, vt videtur, quc *Ramerius*. Diploma pro Monaſteri S. Victoris Maſſil. an. circiter 100 apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Co lect. col. 356. *Et ipſe alodis hab terminos in fluuio, quem dicunt W lena* (*Welna* in magno Chartula eiusd. S. Victoris fol. 15.) *Et pe git per ipſum Rametalem, qui eſt tra ipſam ſalam, et pervenit ad ipſa Iliam* (melius, vt puto, MS. ilicen *et pergit ad ipſum podium ſurſum, vadit per ipſam ferram, quae eſt ſ pra ipſam eccleſiam ſubtus Creiſaco.*

RAMHVNT, canis ſpecies, V. *Canis*

RAMICH, eſt pondus ſex *Chira Chiraſt* autem eſt granorum 4. Sal dinus de Ponderibus.

RAMICVLVS, paruus ramus, ram ſculus, in Miraculis S. Iohannis B uerlac. to. 2. Maii p. 180.

RAMIELLVS, in Foris Aragon. li 3. tit. de Riuis: *Libere valeat pe tranſire inſulam, ſoto, vel Ramiell etc.* Gall. *Buiſſon*.

RAMIFICARE, *in ramos quaquaue ſumi diffundere*, apud Goclenium Lexico Philoſ. *Ramificatus* metaph rice pro Oriundus, inſtar rami ſtirpe, ſeu progenie, ortus. Vita Giraldi de Salis, to. 6. Ampli

Collect. Marten. col. 996. V. *Ramagium.*

RAMILIA, ramuli, Gall. *Ramille.* Monaſticum Anglic. to. 1. p. 808. V. ſupra *Ramagium,*

RAMINATIVM. Tabularium Prioratus de Paredo fol. 94. *Nec non et de tertiis et thaſchis, quae exierunt ex eisdem ſilvis et de Ramatico.* V. in hac voce.

RAMIRE, TESTIMONIA, teſtes in iudicio *adramire* ſeu promittere. Placitum ann. 821. apud Mabillonium to. 2. Annal. Benedict. p. 723. col. 1. et Murator. to. 2. part. 2. col. 373. V. *Adramire.*

RAMIROSVS, Ἐντεροκηλήτης, in Gloſſis Lat. Graec. Melius in Graeco-Latinis: Ἐντεροκηλήτης, *Ramicoſus.*

RAMISPALMAE, V. *Dominica Palmarum.*

† RAMIX. (1) *Mentula vel virga virilis,* in Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684. V. *Ramus 1.* (2) *Ernia, rania, nimia,* in vet. Gloſſ. Cod. 7613. V. *Ramea 1.*

RAMMA. Charta an. 17. Philippi Regis apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occit. MSS. p. 389. *Ego Deodatus abbas S. Tiberii dono . . . medietatem de fuſtis quos tu Petrus praeſcriptus et infantes tui plantaueritis et plantare facietis, et medietatem de Ramma,* hoc eſt, ramorum, vt videtur, qui ex ijs *fuſtis* ſeu arboribus excidentur.

† RAMMVM, aes, Ital. *Rame.* Ch. a. 1193.

RAMOSITAS, f. caeſura ramorum, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1197.

RAMOSVS PVLSVS, medicis dicitur, qui primus digitis tangentis apparet alio modo, et reliquis digitis apparet inaequalis, vt ſi appareat vni digitorum velox, alii tardus, vni ſpiſſus, alii ramoſus, vni fortis, alteri debilis, vni inciduus et apertus, alteri deciduus et occultus. Magiſter Egidius de Corbolio lib. de Pulſibus.

† RAMPA, collaris ornatus villoſus, vt videtur. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1399.

† RAMPANS, repens, a Gall. *Rampant.* Lit. Phil. VI. a. 1344.

RAMPEGO, idem quod mox *Rampico,* Ital. *Rampegone.* Chronicon Andreae Danduli ap. Murator. tom. 12. col. 519.

RAMPICO, vncus; vox Italica. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 4. Eiusmodi ſunt lanceae illae Gothicae, de quibus Sidonius lib. 4. Epiſt. 20. *Lanceis vncatis, ſecuribusque miſſilibus dextrae refertae. Rampiones* habet Petrus de Creſcentiis lib. 10. de Agricult. cap. 32.

RAMPINVS, idem quod *Rampico.* Otto Morena in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 49.

† RAMPO, RAMPONVS, vncus, Ital. *Rampo.* Guido de Vigeu. Mſ.

RAMVLARIVS. Gloſſae Graec. Lat. Philoxeni: *A Ramulariis,* ἀπὸ τῶν ἐντεκτεγόντων. Vulcanius ſuſpicatur legendum eſſe *A raunlariis* vel *A rabulariis;* Martinius vero nihil mutandum cenſet, quod ἐπίτροπος procurator ſit, vel tutor, et ὑποτίτροπος, qui vices agit tutoris, quaſi ex eo ramulus.

RAMVM, aeramen. V. in *Rame.*

RAMVS. (1) Virga, membrum virile. Prudentius lib. 1. in Symmachum, de Priapo. (2) Locus cuſtodiae reorum, Truncus, *Stock* Germanis. Goldaſtus. (3) RAMI, dominica, quae *Ramispalmarum* vulgo dicitur. Charta Sancii Nauarrae aerae 1125. apud Sandoullium in Epiſcopis Pampilonenſib. p. 75. (4) AD RAMVM INCROCARE, ad furcam ſuſpendere, in Lege Salica tit. 69. §. 1. V. *Ramatum.* (5) PER RAMVM INVESTIRE, ſeu in poſſeſſionem mittere. V. *Inueſtitura,* et de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici, V. *Rain.* (6) *Genus ſpinarum dicitur, arbor, Gall. Groufeliés,* in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 4120. V. *Rapinus.* (7) † Faſcis lintea, in Strat. Taurin.

RAN. (1) Rapina, Saxonice, et Danice, quae vox occurrit in Legibus Canuti Saxonicis part. 2. cap. 58. Gloſſ. Saxon. poſt Leges Henrici I. Reg. Angliae *Ran, aperta rapina, quae negari non poteſt.* Porro a *Ran* voce aliam *ranſon* ortam opinatur Locce-

Loccenius lib. 2. Antiquit. Suecic. c. 7. qua Galli vtuntur pro pretio redemptionis „ quasi fuerit redemptionis pretium pro raptu: nam *fona* compositionem significat, vt suo loco docemus. Vnde ad pretium libertatis consecutae translata postmodum fuerit. A voce denique *Ran* deducta alia BORAN, depraedatio mansionis, apud Suenonem in Legibus Castrensib. cap. 10. Kanutus Episcopus Wiburgensis lib. 2. Legum Iuticarum c. 44. (2) Pars, apud Armoricos. Tabularium Rothonense: *Nomina partium, quas reddit Ran-grudon, Ran-mesan, Ran-wicor, Ranstrobtegran, Ran-anaugen, Ran-wivrat, etc.* Passim occurrit in hoc Tabulario. V. Lobinelli Glossarium ad calcem Hist. Britanniae. (3) Ioanni de Ianua, *indeclinabile, Ira vel locus irae; vnde etiam euenit quod efficitur rabiosus homo.* Si error non est, ficta videtur ea vox ex prima syllaba vocis *rancor*, tanquam sit ira cordis. V. Martinium in Lexico.

RANA, tumor inflammatus sub lingua, potissimum in pueris. Miracula B. Simonis de Lipnica, tom. 4. Iulii p. 561. V. infra *Ranula.*

† RANATERIVS, qui ranas capit et vendit, in Instrum. a. 1369.

RANCARE, Papias MS. *Stertere, Rancare vulgo dicitur. Est autem flatum per nares emittere et sonare.* Editus habet *Rancare.* (Auctor Philomelae v. 49.

Tigrides indomitae Rancant, rugiuntque leones.

Quidam legunt *Raccare*, vt suo loco dictum est. Itali hac notione dicunt *Rancire.*)

RANCERE, *irasci, indignari; Fetere*, esse rancidum, Io. de Ianua: Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Rancco*, ἐμφατίζω. Participio *Rancens* pro Putrescens vsus est Lucretius:

Vnde cadauera Rancenti iam viscere vermes
Expirant, etc.

V. *Rancor* et Vossium de Vitiis serm. l. 4. cap. 19.

RANCESCERE. Rancidum fieri, apud Arnobium lib. 1. Ennodius lib. 4. metaphorice: *Ranceſcit caritas.*

RANCHONVM, species armorum. Statuta Vercell. fol. 107. vo. *Et intelligantur arma offensibilia, spata, cultellas de galeno, lancea, battonus ferri, balista, archus, giusiarma, fuscia, misericordia, Ranchonum et his similia.*

RANCIDVLVS. Epistola Stephani Presbyteri Africani ad S. Aurarium Episc. Autiss. to. 1. Bibl. Labb. p. 422. *Lingua balbutiens faucium inter Rancidulos cursus, squalido sitis impedita rigore non loquitur, sed stridet:* De stridulo et ingrato vocis sono hic agi palam est. † Leg. forte *Raucidulus.* V. *Raucidus.*

† RANCIDVS, ira et furore plenus, in Comoed. sine nomine. V. *Rancere* et *Rancus.*

RANCILIO. Charta plenariae securitatis data an. 38. Iustiniani Imp. apud Mabill. in Supplem. Diplom. p. 91. *Cuppo vno, Rancilione vno, arcas olearias duas semis nummos XL. arca granaria minore ferro legata valente siliquas aureas duas.* † *Raucilio* edidit Cangius ex Brissonio, V. in hac voce.

† RANCIONARE, RANSIONARE, pecunia redimere, Gall. *Rançonner.* Litt. remiss. Ms. a. 1364.

RANCOR, simultas, odium, ira, Italis *Rancore*, Gall. alias *Rancoeur*, hodie *Rancune.* Tabularium Metropolis Turon. *Conceperat aduersus eum Rancorem propter inobedientiam.* Ita per metaphoram ex *Rancore*, qui proprie est putor ex vetustate et corruptione, vt apud Palladium lib. 1. cap. 20.

RANCORARE, rancorem seu odium in aliquem habere, Italis *Rancorare* vel *Rancurare.* Charta an. 1060. Marcae Hispan. col. 1121.

RANCORDIA, *Rancor, ira:* vnde *Rancordiosus, rancordia plenus.* Vgutio et Io. de Ianua: ex Italico *Rancore*, vel Gallico *Rancoeur.*

RANCOROSVS, eidem de Ianua: *Rancore plenus; Rancors, irascens, vel iratus; vnde Rancorditer, irascibiliter.*

RANCVM, rancidum. V. *Rancus.*

RANCVNA, idem quod *Rancor*, Gall. *Rancune*, ſimultas, odium. Charta an. 1384. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 656. V. *Rancura.*

RANCVNADA. Charta Adefonſi Hiſpaniae Imper. aerae 1188. apud Colmenarezium in Hiſt. Segobienſi cap. 16. §. 9. *Ab illa Cannada ac Geber Zuleima, vſque ad Iuberos, cum illa Rancunada, quae eſt inter Xatama et Fenares etc.* † Idem videtur quod Hiſpanicum *Rancheria*, tugurium, domus ruſtica.

RANCVNIA, idem quod *Rancuna*, vel potius *Rancura.* Transactio Philippi Pulcri Franc. Reg. cum Epiſcopo Viuar. an. 1307. Vereor ne legendum ſit *Rancuria*, vt mox habetur in *Rancura*, ſimili prorſus notione.

RANCVRA, faſtidium, querimonia, († moleſta,) vox Italis nota. Toloſani dicunt *ſe rancurar*, queri de aliquo: ex Latino *rancor:* vnde Galli forte *Rancune.* Charta Adelfonſi Regis Aragon. aerae 1157. apud Michaëlem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. p. 265. *Et qui habuerit Rancuram de aliquo de vobis, et voluerit vos pignorare et prendere, etc.* Hinc forte emendanda eſt Charta an. 1162. in Probat. nouae Hiſt. Occitanicae col. 589. vbi pro *Rancunis ſeu demandamentis* legendum *Rancuris.*

RANCVRARE, Ital. *Rancuricare, Rancurare* et *Rancorare*, *Rancorem* ſeu *Rancuram* habere, vel mouere. Charta ann. circ. 1080. in Probat. nouae Hiſt. Occitanae col. 311. *Petrus Comes interpellauit et Rancurauit de hominibus de Montepeſſulano . . . de ipſas cogocias et de ipſos raptus . . . Iſta omnia ſupraſcripta interpellauit et Rancurauit et Rancuram eis fecit.*

RANCVRIA, idem quod *Rancura.* Charta Curiae Arelat. an. 1283. e MS. D. Brunet fol. 88.

RANCVROSVS, († qui *Rancuram* ſeu querimoniam in iudicio proponit.) Fori Alcaçonenſes aerae 1267. *Et pindret pro 60. ſol. medios ad concilio, medios ad Rancuroſo*, id eſt, parti laeſae.

RANCVS, Τραγὺς, pro *Rancidus*, in Gloſſis Graeco-Lat. (in Latino-Graecis legitur *Rancum*, Τραγύν.) Metaphorice in Vita S. Willibaldi, tom. 2. Iulii p. 508. pro, Rancore, ira ſeu furore plenus.

† RANDA, radula, radius, quo menſurae raduntur, in Stat. Auellae. V. *Randare.*

† RANDAE, RANDI, cancelli, f. ab Hiſp. *Randa*, reticulum. Stat. S. Flori Mſ.

RANDALLVS, ſpecies baculi, lignum teres, Italis *Randello.* Miracula B. Simonis Erem. Auguſt. tom. 2. Aprilis p. 827.

RANDARE, radula eradere, Gall. *racler.* Vox nota menſoribus frumentariis. Statuta Ciuitatis Salucianum collat. 5. c. 127.

RANDVM, *arbitrandum*, in Gloſſis Iſid. Additur in Excerptis Pithoeanis, *forte Rendum, a reor:* quod eſt veriſimillimum.

† RANFVS, morbi genus, Gall. *Crampe.* Guido de Vigeuano Mſ.

RANGEATOR, Anglis *Ranger*, Praefectus ſeu cuſtos ſaltuum, vel ab Anglico *to range*, vagari, quia ipſius eſt ſaltus circuire et perluſtrare, ne quid illicitum in iis fiat; vel a Gallico *Ranger*, ordinare, diſponere, quia res quae ad ſaltus pertinent, diſponit. Charta ann. 1416. apud Rymer. tom. 9. p. 385.

RANGERIVM, f. fibulae clauiculus, Gall. *Ardillon*, alias *Renguillon.* Annales Mediol. apud Murator. tom. 16. col. 808. *Fermalium vnum habens vnam Rangeriam cum cornibus auri, cum ſapphiris II. vno diamante et III. perlis groſſis.*

RANGHOR, idem quod *Rancor*, vel *Rancura.* Chronicon Parmenſe ad ann. 1307. to. 9. Muratorii col. 864.

† RANGIFER, animal boreale, de quo Apollon. Menaben. vbi de Alce et alii. Hiſp. *Rangifero.* Litt. remiſſ. a. 1413.

RANIRE, V. *Banire.*

RANSIONARE, V. *Rancionare.*

† RANSO, RANSONIVM, pretium redemtionis, ipſa redemtio, Gall. *Rançon.* Guido Papa deciſ. 113. V. *Rancionare.*

RANTA, redditus annuus, Gall. *Rente.* Charta an. 1212. ex Archiuo Caſtri Brientii, V. *Renta.*

† RANTVS, raptus. Ch. Mſ. a. 1265.

† RANVCINVS, monetae Italicae ſpecies, in Ch. a. 1116.

† RANVERSATVS, inuerſus, a Gall. *Renverſé.* Inuent. a. 1449.

RANVLA, *tumor eſt phlegmonodes ſub lingua conſiſtens, potiſſimum in pueris, quem Graeci* Βάτραχον *vocant.* Bartholomaeus Caſtellus in Lexico med. p. 423. V. *Rana.*

RANVTIO, *ad Ranutionem imſii*, apud Perardum in Chartis Burgundicis p. 337. perperam pro *Adramitionem juiſſi*, vt iam dictum eſt in *Juiſium.* V. *Adramire.*

RANZIA. Statuta Riperiae cap. 12. *De qualibet falceto ſiue Ranzia pro introitu vel exitu ſex denarii.* Rurſum ibi: *De qualibet ſoma lapidum a Ranziis pro introitu ſoldi quatuor.* Haud ſatis ſcio an *Ranzia* ſit falx ſeu inſtrumentum ad ſcindendum, ita vt *lapides a ranziis* ſint lapides caeſi ſeu politi. In ſcutis gentilitiis *Ranchier* vel *Rangier* noſtris dicitur falx foeniſeca.

RANZO, Italis *Ranzone*, Gall. *Rançon.* Pretium redemptionis, apud Scriptores Italicos paſſim. Vocis etymon indicatur in *Ran t.*

† RAO, miſcellum frumentum, i. q. *Mixtura.* Ch. Mſ. a. 1339. V. *Arao.*

† RAONHARE, reſecare, recidere, Gall. *Rogner.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1327. V. *Ronnare.*

RAPA. (1) RAPA, RAPVS, comitatus portio maior, *laeſti* inſtar, quae plures in ſe continet *hundredos*, ſeu centurias. Omnis autem *Suſſexia* in ſex tantum *rapos* conſumitur. Spelm. Charta ann. 10. Henrici VII. Regis Angliae apud Madox Formul. Anglic. p. 212. (2) † Veſtis, tunica, f. pro *Raupa*, in Ch. a. 1463. (3) † RAPA, RAPPA, ſepes, ſepimentum, vel locus ſentibus et dumis obſitus, i. q. *Rapeium.* Ch. a. 1263.

RAPACIA, Γογγυλίδια, in Gloſſ. Lat. Graec. et Graec. Lat. Vox nota Plinio pro tenuioribus raparum frondibus et cauliculis: qua fortean notione Statuta Vercell. lib. 7. fol. 150. vo. Potius tamen crediderim *Rapacias* hic eſſe Ramenta, Gall. *Raclures*, Ital. *Raſpatura.*

RAPARIVM. (1) Idem, vt videtur, quod mox *Raperia.* Tabularium B. Mariae Piperac. V. *Rapiarius.* (2) † *Locus vbi creſcunt Rapae.* Cathol. V. *Rapiarius.*

RAPEIVM, († locus ſentibus et dumis obſitus.) Lambertus Ardenſis p. 2. *Quia terras et Rapeia et ſiluulas, decimasque et redditus, aliasque poſſeſſiunculas nunc in Ghisnenſi terra poſſideant.* Et pag. 11. *Eo quod in armentis et pecoribus nutriendis totam perſunderet intentionem, terram in parte monticuloſam, et Rapeis et boſculis obſitam, agros etiam paſcuos, gurgitoſam mariſci planitiem . . . cum ſe daturum promiſiſſet*, etc.

† RAPELLATIO, reuocatio, Gall. *Rapel.* Lit. remiſſ. a. 1360.

† RAPELLVM, idem, in Ch. a. 1311.

† RAPERE, manum iniicere, Lit. remiſſ. a. 1399.

RAPERIA. (1) Aediculae ruſticae ſpecies, apud Aruernos. Tabularium S. Flori in Aruernis an. 1265. (2) † Locus vbi creſcunt Rapae, in Stat. Auellae.

RAPETIATVS, pannoſus, Gall. *Rapiecé, Rapetaſſé.* Vita S. Franciſci de Paula to. 1. April. p. 117.

RAPHALIS. Vetus Charta MS. ann. 1250. *Ego Garcia Examinis* (Procurator et tenens locum in Cuiſſa pro D. Infante Petro Portugall.) *dono et ſtabilio per francum et liberum alodium tibi Bern. de Vernet Preſbytero . . . vnum Raphalem, qui vocatur Benyſaid, qui affrontat, etc. ita quod ibi laboretis, et de omnibus bladis inibi habitis, donetis mihi et meis . . . . decimam et Eccleſiae primitiam.* Occurrit ibi pluries. Vox Arabica, *Rahal, Raphal, Rafal, Rafalet*, quae caſam, domum, ſeu praedium, ciuitati vel oppido adiunctum, ſonat.

RAPHANELAEVM, Graec. ῥαφανέλαιον, oleum ex raphani ſemine. Occurrit apud Pelagium de Vita Patrum cap. 4. num. 59.

† RAPIA, ramentum, in Stat. Taurin. a. 1360.

RAPIARIVS, RAPIARIVM, Collectaneum, in quod vndique rapta inferuntur. Ita editor Chronici Windesemensis ad lib. 2. cap. 62. *Raparium* vero est *locus, vbi rapae crescunt*. Ioanni de Ianua.

† RAPICIAE, raparum frondes, caulesue, in Stat. Auellae.

RAPILVS, ῥαφεὺς, *Phrygio, acupictor*, in Supplemento Antiquarii. In Glossis Lat. Graec. et Graec. Lat. habetur *Rapilum*, ῥαφεύς.

RAPINA. (1) Infirmitas in falconibus. Anonymus de Falconibus secundum Aquilam, etc. *Si infirmitate, quae Rapina dicitur, infirmetur, succo artemisiae cibus eius intinguatur*. (2) Raptus, V. *Maxacrium*. RAPINA MORTVI, idem, vt videtur, quod mox *Rapoworfin*, Sepulcri violatio. Consuetud. Furnenses ann. 1240. ex Archiuo S. Audomari. (3) † Pensitationis species, quae ex consuetudine praestatur. Ch. a. 1247.

† RAPINALE, locus pascuus, dumis et sentibus obsitus. Stat. Vallis-Serianae.

† RAPINALIS, i. q. *Arpennalis*, vel *Agripennalis*, in Ch. a. 1202.

RAPINARE, *Rapere*, Barthio in Glossario ex Histor. Palaest. Fulcherii Carnot. *Rapinari, Rapere, praedari: hinc et Rapinator*, apud Goclenium in Lexico Philosophico. V. Vossium de Vitiis sermonis lib. 4. c. 19.

RAPINATOR, raptor, apud Baldricum Nouiom. lib. 1. cap. 10. Vsi etiam aliquot ex veteribus, V. Nonium ex Varrone.

† RAPINVS, Gall. *Grouselier; hoc Rapinum, eius fructus*. Glossar. Lat. Gall. a. 1348.

RAPIVM, Graec. ῥάφιον, Acus. In vetustis Schedis MSS. quae Honorii Scholastici nonnulla *pro clientibus acute dicta factaue* continent. Vide Salmasium ad Vopiscum in Carino cap. 20. et Hofmannum in Lexico.

† RAPIVS, raptor, populator, in Ch. a. 1255. V. *Rabia*.

RAPO, ἅρπαξ, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Ἁρπαξ, *Raptor, rapax, hemero, Rapo*. Legitur apud Nonium ex Varrone.

† RAPOLARE, racemorum reliquias colligere, Ital. *Raspolare*, a *Raspo*, racemus. Stat. Taurin.

RAPORASCO, videsis infra in *Rasco*.

RAPORTARE, V. mox *Rapportare*.

RAPORTATIO, Transcriptio, cessio, Gallice *Transport*. Charta Margaritae Comitissae Flandriae an. 1245. e Tabulario Parthenonis Flinensis prope Orchesium. Ibidem legitur *Reportare*, pro Transcribere, cedere, rem possessam alicui dimittere. V. *Reportatio*.

† RAPORTVS. (1) Relatio, negotii commissi expositio. Ch. ann. 1539. (2) RAPORTVS, RAPORTVM, ius percipiendi medietatem decimae ex agris, i. q. *Reportagium 1*. Ch. Ms. ann. 1327. V. *Reportus 3*. (3) Idem quod *Computus*, in Reg. sct. Camerac.

RAPOWORFIN, sepulcri violatio, vox Longobardica. In Edicto Rotharis Regis Longob. titulus 6. inscribitur de Rapoworfin. V. *Vnegworfin, Marahworfin*, et *Merworphin*.

RAPPA. (1) Ignota vox, V. *Margaillum*. (2) V. *Rapa 3*.

RAPPELLVM, V. *Rapellum*.

RAPPERIA, gladius longior et vilioris pretii, Gallice *Rapiere*. Monstrae factae an. 1511. apud Chassaniam: *Claudius Iernandi habet vnam bonam Rapperiam et vnam dagam*. Ducit Borellus a Graeco ῥαπίζειν, caedere.

RAPPORTARE, RAPORTARE, generatim pro Reportare, referre, Gallis *Rapporter*; Specialius de causae statu ad iudices referre, Practicis Gallicis *Rapporter*. Edictum Caroli VIII. Franc. Regis de fide Instrum. pag. 196.

RAPPORTVM, Relatio, Gall. *Rapport*. Stylus antiquus Parlamenti cap. 12.

RAPPORTVS, litis apud iudices expositio, Gall. *Rapport*. In Charta Caroli Regis Franc. an. 1489. apud Baluz. to. 2. Hist. Aruern. pag. 237.

RAPPVS, RAPVS, pro *Raptus*, Angl. *Rape*, Gallis *Rapt*. Charta Henrici II. Regis Angl. ex Archiuo B. M. de Bononuntio Rotomag. V. *Raptus*.

† RA-

† RAPTACIVM, pro *Ripaticum*, in Bulla Agapiti PP. II. a. 951.

RAPTITARE, Gloſſae Lat. Graec. *Raptito*, ἁφαιρπάζω. Aliae Gr. Lat. ἁφαιρπάζω, *Abripio*, *Eripio*, *Arripio*, *Raptito*.

RAPTORES, latrones publici, *Voleurs de grands chemins*. Vita S. Simonis Comitis Criſpeienſis cap. 11.

RAPTVRA. Gloſſarium Saxonicum Aelfrici: *Raptura*, *rining*, i. lac ſeroſum.

RAPTVS. (1) Vis, violentia. Lex Alamann. tit. 58. §. 1. RAPTVS, *Concubitus illicitus*, Vgutioni et Ioh. de Ianua: Nuptiae occultae, clandeſtinae. Concilium Troſleianum ann. 909. cap. 8. *Eſt praeterea quaedam execrabilis ſpecies rapinae, vel potius ſacrilegii, quam ex ipſo actu ruſtici Raptum vocant.* Infra: *Decernimus, vt nullus occultas nuptias vel Raptum faciat, . . . ſed dotatam, et a parentibus traditam, per benedictionem Sacerdotum accipiat*, etc. RATVS, pro *Raptus*. Charta Willelmi Comitis Pontiui ann. 1203. in Tabular. S. Iudoci. (2) † Rapidus, velox, apud Venant. Fortunat.

RAPVGARE, vuarum reliquias ſublegere, Gall. *Grapiller*, Italice *Racimolare*, *Grappolare*. Statuta Auenion. lib. 3. rubr. 6. art. 4. V. *Rapolare*.

RAPVLATVM, *cibus de rapis*. Io. de Ianua.

RAPVM. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 30. *Statuimus, quod iurati non poſſint, nec debeant aeſtimare blada, arma, Rapa, ſcandolas domorum, lectos . . . dummodo ille, cuius pignus eſt, velit ipſi iurato aliud bonum pignus dare ad aeſtimandum.* An Gladius, Gall. *Rapiere?* V. *Rapperia*.

RAPVS. (1) Chartula plenariae ſecuritatis, ſcripta ſub Iuſtiniano apud Briſſon. lib. 6. Formul. *Olla teſta rupta vna talia valente aſprione, albio valente nummos 30. Rapo valente aſprione, modio valente aſprione*, etc. (2) Pro *Raptus*, V. *Rappus*. (3) Comitatus portio. Vide *Rapa*.

RARA, RARIS, ſemita, ſulcus diſterminans, Gall. *Raye*. Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 54.

RARARE, *rarum facere; interrarare, in medio rarum facere*, Laurentius in Amalthea. Mox addit: *Raro, as, Rarefacio*. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Raro, as*, μανόω.

RARENTER, *rare, raro*, in eadem Amalthea. Occurrit in Vita S. Marculfi, to. 1. Maii pag. 73. et apud nonnullos e veteribus Latinis. Vide Nonium cap. 2. num. 732.

RARERE, *vnde Rareſcere*, Io. de Ianua. Legitur etiam in Gemma Gemmarum. V. Voſſium in Vitiis ſermon. lib. 4. cap. 19.

RARICERE. Gloſſae Iſidori: *Raricent, Patricent*. In Pithoeanis, *Putricent*. Legerem *Rareſcent, Putreſcent*. Colum. l. 5. c. 6. *Operam dabis, ne emortuis arboribus Rareſcat arbuſtum*, i. deficiat ſeu putreſcat.

RARINANTES. Paſchaſius in Epitaphio Walae lib. 1. c. 25. *Licet interdum celſa in petra ſtans, Rarinantes quosque pueros ſuis ad litus hortabatur facetiis comminus venire.* Sic in MS. legi annotat Mabillon. ſaec. 4. Benedict. pag. 485. viderique Paſchaſium alludere ad illud Virgilianum, facto ex duobus vno vocabulo:

Apparent Rari nantes in gurgite vaſto.

RARIOLVS. Gloſſae Pithoeanae, *Arreptitius, Rariolus, Furioſus*. Leg. *Ariolus*. V. *Arreptitius*.

† RARITAS. (1) Mediocritas, paucitas, in Lit. remiſſ. a 1353. (2) Leuitas peccati, in alia a. 1355.

RASA. (1) († Foſſa, Gall. ol. *Raſe* et *Raiſe*.) Charta MS. Iacobi Regis Aragon. an. 1260. *Et affrontat . . . per Raſam boſqui vſque ad campum veſtrum*, etc. V. *Rasa* 2. *Raſcia* 1. et *Faſcia* 1. (2) Menſura frumentaria, in agro Dumbenſi *Ras*: vbi plerumque continet quatuor cupas. Necrologium Abbatiae de Daoulas dioec. Coroſopitenſis. V. *Raſara, Raſeria, Raſum* 1. et *Res*. (3) *Veſtis genus, tunica rudis, aſpera, non mollis*, in Amalthea. (4) † Pertica, menſu-

ra agraria, in Ch. a. 1298. V. *Rascia* 1. et *Rasum* 2. (5) † Piscis species, Ital. *Raccia*. Tract. Mſ. de Pisc.

† RASALLVM. RESALLVM ARENAE, moles arenaria, in Ch. Mſ. a. 1394. V. *Resallum*.

RASAMEN, rasura, *Raclure*. Marcellus Empiricus cap. 1. Laurentius in Amalthea: *Rasamen, Rasum eboris, a raso, frequenter rado.*

† RASAMENTVM, ius quod ex frumentis ad *rasam* mensuralis percipitur. Ch. Mſ. a. 1305.

RASARA. Idem quod *Rasa* 2. vel *Raseria*. Chartularium 1. Monasterii Aquicinct. fol. 29.

RASARE. (1) † Vbi de mensuris liquidorum agitur, quae compleri debent. Stat. Mant. (2) Auctor Mamotrecti ad lib. Iob. cap. 40. *Sorbet terram, i. sorbere videtur Rasando, sine pedibus fodiendo.* Io. de Ianua: *Rasare, frequenter radere.* Charta an. 1209. apud Marren. tom. 1. Collect. Ampliſſ. col. 1091. *Arnaldus de Saga convenis muros de Aristoſt destruere et valla Rasare*, hoc est, diruere, complanare, funditus euertere, vt Gall. *Raser*, vbi agunt de destructione munitionum et aedificiorum. V. Vossium lib. 4. de Vitiis sermonis c. 19.

RASARIVM, V. infra *Raserium*.

† RASATVS CAMPVS, planus, aequatus, Gall. *Ras*. Ch. Mſ. a. 1162.

RASCARE, cum sonitu quodam ac vi exspuere, Picardis *Rasquer*: vox conficta a sono, qui exspuendo fit, vel quod guttur sputum acrius quodammodo radat: est enim Italis *Rachiare*, idem quod *Radere*. Constantin. African. lib. 3. de Morbor. curat. cap. 8. Adde cap. 9.

RASCHATVM, V. supra in *Rachetum*.

RASCIA. (1) Modus agri, vel vineae. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiae fol. 17. *Quidam homines . . . . vendiderunt monachis huius loci 3. Rascias de vinea, quas ad medium plantum tenebant.* Fol. 40. *Vendidit monachis . . . unam Rasciam vineae, etc.* Occurrit alibi non semel. Etiam hodie rustici Dumbenses *Rascau* vel *Rasiere de vigne* appellant modulum vineae longiorem quam latiorem a reliquo vineae paruula via disterminatum. Suspicor *Rascia* dictum fuisse pro *Fascia*, de qua suo loco. (2) Aqua subsidens, locus aquaricus, et lutosus, vulgo *Raque*, Picardis. Charta Philippi Comitis Flandrensis an. 1176. apud Buzelinum lib. 2. Gallosl. cap. 22. V. *Rascare* et *Raschia*. (3) Declarationes Congregationis Casinensis S. Iustinae ad cap. 55. Regulae S. Benedicti: *Chlamydes vero sine de Rascia, sine de panno, sine de feltro, sine secundum consuetudinem Congregationis nostrae, non serico superne contextae, nec Laicorum more bullis fericis antebullatae, etc.* Mox: *Pilei, sine de lana, sine de palea, non sint, vt saeculares utuntur, in turbinem elati, aut acuti, aut etiam serico ornati, sed depressi, plani, et simplici Rascia cooperti, si fuerint cooperiendi.* Idem forte quod *Rasum*. V. in hac voce. † Species panni lanei, vt vult Murat. to. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 1275, e loco vbi fabricabatur, in regno *Rasciae* s. *Seruiae* sic dicti.

† RASCONA, instrumentum rusticum, quo terra *raspatur* s. versatur, ligo. Inquisit. a. 1268.

RASCVS, Liber de Miraculis S. Quintini cap. 11. apud Hemereum: *Vbi et quidam pauper claudus . . . hospitans quoddam ferramentum habebat, quod vulgi Rascum vocant, hocque vasa minuta cauans, victum operando manibus quaerebat.*

RASDOIRA, radula, radius, Gall. *Racloire*, Ital. *Rasiera*. Statuta Seluciarum collat. 4. cap. 117. V. *Rasitoria*.

RASE, († s. fossa ad calcem faciendam, V. *Rasa* 1.) Eigil in Vita S. Sturmii n. 13. *Dirutis innumeris siluis et arboribus, et Rase ad calcem faciendam compositis, etc.* Vbi Browerus Germanis *Rese* cespitem esse ait, quem vulgo *Turbam* vocamus, quo scilicet ignis conficitur.

RASEGA, f. Officina vbi secatur serra, Italis *Rasega*, Gallis *Scie*. Statuta criminalia Riperiae cap. 194. *Ali-*

Aliqua perſona non audeat facere aliquam ordinationem, per quam aliquae perſonae communitatis Riperiae prohibeatur ignis, aqua, molendina, Raſegae, vel alia quaeuis commoditas vel vtilitas tollatur, vel impediatur, ſub poena libr. centum. Chronicon Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 865. *Item combuſta fuit domus, vbi erat Raſega, quae dicebatur eſſe Balantiae de Baxanis, et quae Raſega erat prope turrim de Creſcentiis . . . et ipſam Raſegam et domum dominus Machides quondam domini Alberti Militis de Suardis impegnauerat ſupraſcripto Balantiae, et ideo combuſſerunt.* V. *Reſea.*

† RASELLVM, menſura annonaria, eadem quae *Raſeria*, in Ch. ann. 1314.

RASELLVS, idem quod ſupra *Radellus*, ratis, Gall. *Radeau.* Charta an. 1342. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 442. col. 1. Alia notione mox occurrit in *Raſeria.* V. *Razellus.*

† RASENGA, i. q. *Raſellum*, apud Murat. to. 5. Antiq. Ital. p. 800.

RASEOLA, ſpecies placentae. V. *Ruſeola.*

RASERIA, RASERIVM, menſura annonaria, in tractu praeſertim Morinenſi, vulgo *Raſiere.* Bulla Honorii III. PP. apud Vghell. in Epiſcop. Interamn. tom. 1. *Soluat vnum Raſerium annonae Epiſcopo, etc.* Charta Balduini Comitis Guinenſis an. 1228. *Octo Raſeriae auenae et ſex Raſeriae ordei.* RASARIVM, eadem notione. Monaſtic. Anglic. tom. 2. pag. 417. RASELLVS, eadem pariter notione, in Arreſto an. 1320. pro Tornacenſibus. RASERIA TERRAE, agri portio capiens vnam *raſeriam* ſeminis, tom. 3. nouae Gall. Chriſt. col. 329. ex Inſtrum. an. 1191.

RASETA. (1) Idem quod *Raſeria.* Statuta Monaſterii S. Claudii an. 1448. pag. 61. (2) Matth. Siluaticus: *Pecten, pars manus, quae eſt inter Raſetam et digitos.* V. *Racetta.*

RASIA, f. idem quod Italis *Rancia*, Gall. *Orange*, Malum aureum. Statuta Montis-regalis fol. 310.

† RASIALIS, menſura annonaria, i. q. *Raſeria*, in Ch. a. 1105.

† RASIGNA, RASSIGNA, luſtratio, recenſio, oſtenſio, Ital. *Raſſegna*, in Stat. Mutinae.

RASILIS. Papias: *Ralla, veſtis eſt, quae vulgo Raſilis dicitur.* Eſt autem *ralla* veſtis ſpecies, Plauto nota. Papias: *Raſile, acutum, vel bene raſum.* V. *Interraſilis.*

RASINTVRA, V. *Aſintura.*

† RASIO. (1) Menſura qua molitores ius moliturae percipiunt, apud Coquill. in Conſuet. Niuern. (2) Actio barbam vel capillos radendi. Gloſſ. Gall. Lat. Cod. 7684.

† RASITAS, raritas, in Comput. an. 1492.

RASITORIA, idem quod *Rasdoira*, Gall. *Racloire*, Radius, quo raduntur menſurae frumentariae. Literae Ludouici iun. ann. 1145. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 49. V. *Raſoria* et *Razoira.*

RASOR. (1) Forte qui radebat, ſeu reſecabat aptabatque materiam neceſſariam munitionibus exſtruendis: de quibus loquitur Lambertus Ardenſis apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 600. *Hic et foſſarii cum foſſoriis, ligoniſtae cum ligonibus, picatores cum picis, malleatores cum malleis, nouaculatores ſine Raſores cum raſoriis, paratores, etc.* Alius forte maluerit *Raſores* interpretari eos, qui complanabant ſeu exaequabant loca ſalebroſa, vbi illae munitiones erant exſtruendae. (2) Tonſor, Gall. *Barbier*, in Necrologio Lauresham. inter Vindemias Liter. pag. 23. (3) Nouacula, Gall. *Raſoir.* Petrus Amelius in Ordine Rom. cap. 148.

RASORIA, idem quod *Raſtoria*, Gall. *Racloire*, Ital. *Raſiera.* Statuta Saluciarum, collat. 5. cap. 127. V. *Razoira.*

RASORIVM, in ſupellectile ſcriptoria, in Statutis antiquis Carthuſianorum cap. 16. §. 8. *Scalpellum vnum ad radendum pergamena, nouaculas ſine Raſoria duo, etc.* Vbi *Raſoria* forte ſunt radulae ſeu ſcalpra, inſtrumenta ſcilicet ferrea acuta et curua, quibus incaute ſcripta aut delineata e pergameno vel charta eraduntur, Gallice *Gratoir.* Papias: *Nouа-*

Nouacula, id eſt, Raſorium . . . . Nouacula ferrum ſubtile, quo cartae innouantur. Alias *Raſorium* Nouacula eſt, Gallis *Raſoir*, *Raſorius, cultер* Ciceroni. Gloſſae Lat. Graec. *Raſorium*, ξυστὴς. Aliae Graec. Lat. ξυστὴς, *Ralla*, *rallum*, *rallus*, *Raſorium*, *ſella*, *Raſorius*.

RASPA. (1) Racemus, vua, Ital. *Raſpo*, Gall. *Grappe*. Computus ann. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu pag. CLV. col. 1. ad calcem. V. *Raſpetum*. (2) † Limae ſpecies, radula, Gall. *Rape*, Germ. Raſpel. Ch. a. 1389.

RASPANTES. Theodoricus de Niem lib. 2. de Schiſmate cap. 15. *In eadem ciuitate Peruſina ſunt tres ordines ſeu ſtatus ciuium. Nam quidam ſunt Nobiles, qui dicuntur Beccarini, et poſt eos maiores de populo, qui Raſpantes nuncupantur, et minutus populus.*

RASPARE. (1) Scrutari, vox Italica, pro *Ruſpari*, ἐρευνᾶν. Ioannes de Ianua, et Gloſſ. Lat. Gall. *Ruſpor, inquirere, et eſt gallinarum, quae pedibus eſcam quaerunt.* Gloſſ. Iſidori: *Ruſpantur, perquirunt anxie.* Fridericus II. lib. 1. de Venat. c. 9. *Aliae* (aues) *Raſpando cum pedibus ſub terra, quando non inueniunt eſcam ſuper terram, vt perdices, gallinae, . . . aliae Raſpant cum pedibus et cum roſtro cauando, mordicant ea, quae inueniunt ſuper terram et ſub terra.* Et cap. 35. *Cum iſto namque vngue caput et caetera membra, ad quae poſſunt attingere, Raſpant et ſcalpunt, ex vtroque pede ſcilicet.* Lib. 2. c. 52. *Raſpat autem vbi eſt ciliatura, per duas cauſas, vna eſt, quia vult remouere ligamen ab oculis, etc.* V. Oct. Ferrarium, in *Raſpare*, et ſupra *Alonus*, et infra *Ruſpaticum*. (2) RASPARE NAVES, radere veterem picem iis inhaerentem, radula purgare; Gall. *Graster les vaiſſeaux*, ab Italico *Raſpare*, vel Hiſpanico *Raſpar*, Radere, Gall. *Racler*. Statuta Maſſil. lib. 4. cap. 6. §. 3.

RASPATORIVM. Matth. Siluaticus: *Spatomelle eſt inſtrumentum chirurgicum, quo immittuntur medicinae in vulneribus, et oculis, Raſpatorium ſecundum alios.*

RASPECIA. Vita Ven. Idae Virg. Louanienſis tom. 2. Aprilis, pag. 159. Hic Cl. Editor *Raſpeciam* interpretatur vas plurium doliorum capax, in quo vetuſtiora vina ſic ſeruantur ab oenopolis, etiam per aeſtatem, vt alterationem huiusmodi non patiantur. Sed ex relato longiori contextu palam eſt, *Raſpeciam* nihil aliud eſſe quam vinum mixtis acinis aliisue modis renouatum, Gall. *Répe*; huiuscemodi enim vinum alterationi minus obnoxium eſt, vt hic dicitur de *Raſpecia*. V. mox *Raſpetum*.

RASPETVM, vinum *recentatum*, Gallis *Raſpé*. Charta Henrici Ducis Brabantiae pro Communia Bruxellenſi an. 1229. V. *Recentatum*.

RASPVM, ſpecies exactionis, a *rapere* fortean dicta, quod quaſi coacte, vt fere fit, non ſpontanee ſolueretur. Statura Montis-regalis fol. 54.

RASSA. (1) Quantum vitri quis ferre poteſt. Charta Mauri Abbatis Vallis-ſanctae Dioeceſis Aptenſis ann. 1509. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues; vbi agitur de materia vitrea. Quod autem *Raſſam* olim vocabant vitrarii, hodie *Faix* nuncupant, Onus hominis. (2) Coniuratio, ad illicita quaedam perpetranda conſpiratio vel rebellio. Statuta Maſſil. lib. 1. cap. 1. §. 20. V. *Manipolinum* et *Traſſa*.

RASSARIA, RESSARIA, Grex ouium. Sententia arbitralis inter Aymarum de Pictauia Comitem Valentinenſem et Iacob. Abbat. Monaſterii de Lioncellis an. 1303. ex Schedis D. Brunet. Sed vnde vox *Raſſaria* vel *Reſſaria?* V. *Raſſa* 2. et *Raſſus*.

RASSIGNA, V. *Raſigna*.

RASSIVS, RESSIVS, Caſei ſpecies, in montibus Delphinalibus *Sarras* vel *Sarraſſon*. Contractus an. 1404. 21. Ian. ex Schedis D. Brunet. Pluries repetuntur in hac Charta voces *Raſſius*, *Reſſius*, *Reiſſusve*, ſed ita male exaratae, vt vix, ac ne vix quidem, dici queat quaenam ſit lectio praeferenda: malim *Raſſus* vel *Reſſus*,

ſius, quod melius reſpondeant vocibus *Raſſaria* vel *Reſſaria*; cognata enim videntur haec vocabula et eiusdem originis.

RASSVM, V. infra in *Raſum*.

RASTA, milliare Germanicum, *Raſte*, S. Hieronymus in Ioëlem: *Vnaquaeque gens certa viarum ſpatia ſuis appellat nominibus. Nam et Latini mille paſſus vocant, et Galli leucas, Perſae paraſangas, et Raſtas vniuerſa Germania.* Vetus Agrimenſor: *Miliarius et dimidius apud Gallos leucam facit, habentem paſſus mille quingentos, duae leuuae ſiue milliarii tres apud Germanos vnam Raſtam faciunt.* Beda de Numer. diuiſione: *Duae leuuae, ſeu milliaria tria Raſtam faciunt.* Charta Dagoberti Regis apud Willelm. Hedam, Coccium, et Henſchenium de tribus Dagobertis: *Leucas ſex, quas homines loci illius ſiti dicunt Raſtas tres eſſe.* Hinc emendari debet locus Annalium Benedict. tom. 4. pag. 202. num. 7. vbi *Reſta* pro *Raſta* perperam editum eſt.

RASTACIVS COLOR. Teſtamentum Pauli Maſſil. Epiſc. ann. 1433. ex Archiuo Eccleſ. Maſſil. *Item legamus nepoti noſtro Henrico tunicam noſtram Raſtacii coloris foderatam de martres, cum duobus capuciis eiusdem coloris.*

RASTALLATIVVS SCORPIVS, *qui parvus eſt, et habet caudam retro Raſtallantem*, inquit Conſtantinus Afric. lib. 8. Pantech. cap. 22. id eſt, *raſtelli* inſtar effictam.

† RASTEGA, ſtirps, in Stat. Auenion.

RASTELLAGIVM, praeſtationis ſpecies ex pratis, vel operae, quas in *raſtellando* foeno in dominorum pratis debent Tenentes. Tabularium Prioratus S. Nicaſii Melletenſis fol. 37. RASTRAGIVM, eadem notione. Necrologium Eccleſiae Carnotenſis.

RASTELLANS, V. in *Raſtallatius*.

RASTELLARE FENVM, fenum raſtello congerere, accumulare. Charta ann. 1344. e Schedis D. Lancelot.

RASTELLVM. (1) *Raſtellum et furca*, quibus tenentes domini fenum colligere debent, memorantur in Charta ann. 1193. ex Archiuo Monaſterii S. Vrbani in Campania. V. *Furca* 3. (2) Faliſcae, Gall. *Râtelier*, Ital. *Raſtrello*. Miracula MSS. Vrbani V. PP. (3) Parmae, ſeu ſcuti gentilitii, limbus teſſerarius, Gallis *Lambel*. Charta ann. circiter 1280. ex Archiuo Ducis Sabaudiae Camberiaci. (4) † Trabecula dentata in aedibus ſacris, vbi cerei accenduntur, in Ch. a. 1305. V. *Raſtrum* 3, *Hercia* 2, *Pertica* 6.

RASTELLVS. (1) Clathrus. Statuta Montis-Regalis fol. 274. (2) Cataracta in portis vrbium, Gall. *Herſe*, Ital. *Raſtrello*. Petri Azarii Chronicon apud Muraror. to. 16. col. 381. (3) Ornamentum phrygium raſtelli, vt videtur, figuram exprimens in veſtimentis. Annales Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 809.

RASTER, *δικελλα*, *Bidens*, *Raſtrum*, apud Ianum in Supplemento Antiquarii, ex Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat.

RASTICVCIVM. Catholicon Armoricum: *Czeff*, *Gall. Beſagüe*, *Lat. Bipennis*, *Raſticucium*, *Biſcuta*.

RASTRAGIVM, V. in *Raſtellagium*.

RASTRARE, inueſtigare, V. *Raſtrum* 2.

RASTRVM. (1) Quo tenens domini fenum verſare debet et colligere. V. *Furca* 3. (2) Veſtigium, indagatio, ex Hiſpan. *Raſtro*. Obſeruantiae Regni Arag. lib. 6. de Priuileg. Militum §. 9. (3) Ordo cereorum inſtar raſtri circa altare. Vſus Culturae Cenoman. MSS.

RASTVS, *σκαφιον*, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Gr. Lat. *Σκαφιον*, *Raſtus*, *ſarculum*.

RASVLA. Matth. Siluaticus: *Perniones vel Raſulae ſunt excoriationes, quae fiunt in nimio frigore in calcaneis.* Hinc patet quid ſit *Raſula pedis*, apud Gautherium de Bellis Antiochenis: cuius vocis ſignificationem ignorare ſe fatetur Barthius in Gloſſario apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 399.

RASVLIS VINEAE, vineae modus, portio. Chronicon Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 511. V. *Raſcia* 1.

RASVM, RASVS. (1) Idem quod *Raſeria*, Menſura annonaria, in Regeſto Cenſuum Carnoti fol. 25. et alibi. Charta Radulphi Epiſcopi Andegauenſis a. 1183. pro Abbatia Melinenſi. Charta Parthenonis Genliaci ann. 1252. vbi idem ſunt *Raſum et Sextarium*: in Breſſia vero vnum ſunt *Bichetus* et *Raſum*, vt refert de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici v. *Raz*. V. *Raſa* et *Res*. RASVS. Fleta lib. 2. cap. 12. §. 12: *Raſus alleorum continet 20. ſtones, vt quaelibet ſtonis 25. capita*. In noua Gall. Chriſt. tom. 4. col. 208. dicitur Reinaldus de Tureyo Decanus Lugdun. dediſſe *ſuper bonis a ſe acquiſitis in paroecia S. Geneſ. Vallis* X. *bichetos frumenti, VII. Raſos auenae, etc.* Lugduni et Bellijoci *Raſus* tantum continet quantum *Bichetus*: de quo ſupra. AD RASVM, de menſura raſa et oppoſita cumulatae paſſim legitur in Chartis. Antiquae Recogn. Claromont. in Triuiis Dalph. ex Regeſto Probus. (2) RASVM, vél RASVS, Menſura pannorum, et telarum. Statuta Saluciarum Collat. 4. cap. 117. *Quaelibet autem teſia telae groſſae ſemper ſit Raſorum duodecim*. Et cap. 121. *Qui vendiderit pannum, telam, fruſtaneum, velutum, cendallum, ſeu aliquid ſimile, ad Raſum mancum, ſeu non iuſtum . . . ſoluat . . . . florenos XXIV*. (3) Solum, pauimentum. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae a. 1435. e MS. Cod. D. Lancelot. RASVM AD RASVM, a veteri Gallico *Rez a Rez*, quaſi ſuperficiem legendo. Charta Theobaldi Comitis Campaniae e Chartulario Meldenſi. (4) Ῥάσοι, Graecis Graecobarbaris, Veſtis nouitiorum Monachorum, qui ἐσσοφόροι dicuntur. Vide Balſamon. in Syn. CP. can. 5. Meurſ. in Gloſſ. et Salmaſ. ad Tertull. de Pallio p. 35. S. Althelmus de Laude virg. vbi pro *Raſſo* légendum *raſo*. V. *Raximn*. (5) Alia notione, ſi tamen vera lectio eſt. Chartularium Monaſterii S. Sulpitii Bituric. fol. XI. vo. *In villa quae dicitur Boſcheto, hoc eſt, manſus meus indominicatus, vna cum caſnali, Raſis, domibus, edificiis, etc.* Forte legendum eſt *caſis*. (6) † Menſura vinaria. Ordo eccleſ. Mediol. ann. 1130.

† RASVNARIVS, calceorum refector, in Areſt. a. 1320.

RASVRA. (1) Litura, inductio in ſcriptis, Gall. *Rature*. Charta a. 1399. ex Archiuo B. M. de Bono-nuntio Roromag. (2) Tonſura. Statuta S. Capellae Pariſ. apud Lobinell. tom. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 153. col. 1. (3) Menſura frumentaria, eadem quae *Raſeria*, niſi ſit ita legendum. Chronicon Bonae ſpei pag. 268.

RASVS. (1) Menſura annonaria, V. *Raſum* 1. (2) Menſura pannorum. V. *Raſum* 2. (3) RASVS, adiect. Vox nota. *Raſae literae*, deletae, inductae, in Literis an. 1378. e Regeſto Camerae Comput. Pariſ. In aliis Literis ann. 1363. pro *Raſae* legitur *Abraſae*. *Litterae Raſae et emendatae*, in Charta ann. 1327. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 205. *Raſa veſtis* Clericis interdicitur, vt et *holoſerica, villoſa, damaſcena, et taffetana*, in Synodo Limenſi ann. 1582. tom. 4. Concil. Hiſpan. p. 275. (4) † Radula, hoſtorium, in Ch. an. 1200. (5) † Ramentum. Alex. Iatroſoph.

RATA. (1) Canones Hibern. lib. 31. cap. 20. *Vt foeminae haeredes deut Ratas et ſtipulationes, ne transferatur vera haereditas ad alienos*. Lib. 33. cap. 6. *Omnis venditio tribus confirmetur, id eſt Ratis et ſtipulationibus, et teſtibus, et ſcriptione, in qua ſiunt*. Cap. 5. *De modo, quo reddet debitor ſalutem Ratae*. Eſt igitur *Rata* idem quod *ſtipulatio*, contractus. Gloſſ. Lat. MS. Reg. codic. 1013. *Rata, arbitrata, firma, certa*. (2) Tabular. Eccleſ. S. Stephani Diuion. ch. 67. *Inſuper trado et concedo Eccleſiae S. Stephani Diuion. Ratam publicam per ſiluam, per peſcuam de cunctis hominibus, qui ſuper terram S. Petri ſunt S. Stephani manſerint, quatenus deinceps legitime poſſideant, quod ante arripere non audebant*. Forte legend. *Stratam*. (3)

RA-

RATA, unde, pro Rata pars, portio cuique contingens. Genealogia Comitum Flandriae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 416. Paſſim occurrit vox *Rata* hac notione poſita in veteribus inſtrumentis; ſed Latinis ipſis, ac praeſertim Iurisconſultis nota haec loquendi formula *pro Rata*, id eſt, pro parte cuique contingente. RATA DE BOSCO, portio *boſci*, ſeu ſiluae, vt videtur, niſi forte legendum ſit *haja*, pro *Rata*. Charta an. circit. 1000. e Chartulario Matiſcon. fol. 116.

RATAPANT, mendoſa vox, V. *Catapanus*.

RATARE, Ratum habere, Gallis *Ratifier*, apud Iurisconſultos non ſemel.

RATERIVM, imus carcer, Gall. *Cû de baſſe foſſe*. Charta an. 1302. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 98. col. 2. Occurrit vox Gallica *Ratier* eadem notione apud Paradinum Hiſt. Lugdun. pag. 220.

RATHIMBVRGII, V. ſupra *Rachimburgii*.

RATIADDITIO, perperam pro *Ratihabitio*. Charta ann. 1250. e Chartulario S. Nicaſii Rem.

RATIARIARIVS, pro *Ratiarius*, in veteri inſcriptione apud Gudium CCXXIII, 2. vt *Caligariarius* pro *Caligarius* CCXXV, 4. V. notas p. XII.

RATIARIVS, qui facit *rates*. Lex 30. Dig. de Pignerat. actione.

RATICVLA. (1) RATICVLA et RATICVM, *obolus*, *as*, *ſic dictus*, *quia ſit ſimilis rati*, *ſcilicet ad inſtar ratis cornutus*. Vgutio. (2) Parua ratis, Ioanni de Ianua; *Petite nef*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm.

RATIFICARE, ratum habere, quod actum eſt approbare, confirmare, Gall. *Ratifier*, in Charta ann. 1370. ex Archiuo Prioratus S. Iohannis Toloſ. Ord. Melit.

RATIFICATIO, approbatio, confirmatio, Gallis *Ratification*, in Diplomate an. 1352. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 533. *Ratifficatio*, in Charta an. 1359. apud Menetterium Hiſtor. Lugdun. pag. 127. col. 2.

RATIHABERE, pro *Ratum habere*, confirmare. Acta SS. Aurei et Iuſtinae, to. 3. Iunii pag. 76.

RATIHABITIO, confirmatio, non ſemel in Digeſto et apud recentiores. RATIHABITATIO, eodem intellectu, ſed mendoſe, vt puto, in Decreto Gregorii IX. lib. 3. tit. 31. cap. 11. et 12.

RATIHABITORIAE LITERAE, quibus aliquid ratum fit et confirmatur, in Tractatu ann. 1420. apud Rymerum to. 9. pag. 847. col. 2.

RATILLVM, *Villus in tapetis*, in veteri Gloſſario apud Barthium lib. 27. Aduerſ. cap. 12.

RATIO. (1) Ius, cauſa, iudicium. RATIONIS CONSVLES, iudices, in Statutis Genuenſ. lib. 1. cap. 9. vbi fuſius exponitur eorum iurisdictio. RATIONES EXERCERE, placitare. Charta Lotharii Reg. Franc. ann. 987. apud Mich. Carbonellum in Chronico Hiſpan. fol. 19. IN RATIONES VENIRE, *aduenire*, *ad rationem venire*, *eſſe*, *etc.* Iuri ſtare. Epiſtola Epiſcoporum Franciae ad Ludouicum Regem an. 858. cap. 3. RATIONEM DICERE *in conſpectu Regis*, in Edicto Caroli M. an. 800. apud Baluz. tom. 1. Capitular. col. 352. RATIONES DEDVCERE, in Capitulari de Villis eiusdem Caroli Magni cap. 16. et 57. AD RATIONEM STARE, Formula 117. ap. Lindenbrog. *In Rationes publicas ante illuſtrem virum ... adſtiti*. MITTERE, vel PONERE AD RATIONEM, eſt ad iudicium quemuis prouocare, citare, ſubmonere. Hinc familiaris loquendi Gallis formula: *Mettre quelqu'un à la Raiſon*. Baldricus lib. 3. Chr. Camerac. cap. 45. IN RATIONE ESSE, quod practici dicunt, *Eſtre en cauſe*, in Capitulari 3. an. 813. c. 42. RATIONEM SEQVI. Gregorius Turon. lib. 9. cap. 33. *In iudicium quoque accedentem coëgimus eum*, *in quantum potuimus*, *Rationem ſequi*, i. iudicium. RATIONEM HABERE cum aliquo, Litigare cum aliquo. Vita S. Praeiecti Epiſc. Aruern. IN RATIONEM INTRARE *cum aliquo*, eadem notione. Placitum ann. 878.

878. in Probat. nonae Hist. Occitanae tom. 1. col. 135. RATIONEM FACERE, ius alicui facere, imperiri, Gall. *Faire raison à quelqu'un.* Lex Ripuar. tit. 3. §. 2. *Districtas Rationes facere*, in Epistola Stephani PP. ad Pipinum. RATIONES FACERE, alia prorsus notione. Charta Eirici Comitis pro Monasterio S. Crispini Suession. to. 3. Annal. Benedict. pag. 687. col. 1. *Ipsum mansum tradidi ad nostras Rationes faciendas, vel ornamenta construenda: vt ipse sacerdos die quotidie ministerium pro salute animae meae ad ipsum altare ministret.* Vbi *ad nostras Rationes faciendas* idem fortean est, quod *ad spiritale commodum*, seu *pro remedio animae nostrae*, vt in Chartis passim habetur. RATIONEM PERDERE, causa excidere, et a facultate ius suum persequendi. Decreta S. Ladislai Regis Hungar. lib. 1. cap. 41. IN RATIONE SVA ESSE, in Lege Salica tit. 1. Occupari rebus propriis. Hunc in locum observat Eccardus, haud satis scio an bene, vocabulum *Ratio* Latinum non esse, sed prodire ex Germanico *Rechs*, Ius, legitimum. *De haereditate et de tota illorum ratione se tollat*, tit. 63. id est, eiusce parentelae res ac negotia negligat. *Ratio* hic pro Germanico *Reiss*, Ramus, crassiusculc pronunciato, positum esse asserit mox laudatus Eccardus. RATIONE DOMINICA DIFFERRI, Domini rebus occupari. Pactus Legis Salicae tit. 53. §. 4. RATIONES DOMORVM, ius hospitii, cum quis aliquo diuertitur. Literae Clementis VII. PP. ann. 1382. quibus regnum Adriae tribuit Ludouico Duci Andegau. apud Acher. tom. 10. Spicil. p. 242. (2) Res, ditio, dominium, bona, facultates. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 41. col. 2. *E contra accepit de Ratione S. Germani indominicatum cum casa et aliis castitiis sufficienter, et ecclesiam vnam bene constructam.* Charta an. 25. regni Caroli M. apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictau. pag. 237. *Qualiter cellula, cuius vocabulum est Nobiliacus de Ratione S. Hilarii in loco quieto et valde congruo.* Ch. a. 1234. to. 7. Spicil. Acher. p. 266. *Donamus vobis Caeciliae sanctimoniali ad exstruendum monasterium monachorum, quamdam ecclesiam nostram desertam, cum omnibus iuribus, Rationibus, et pertinentiis suis, etc.* Alia ann. 1313. tom. 8. eiusd. Spicil. pag. 273. *Castrum et terram Mattagrifoni cum omnibus iuribus, Rationibus, hominibus vassallis, casalibus, feudis, sine pertinentiis suis.* (3) Rata portio rerum ad victum necessariarum militibus contingens, aliisue, Gall. *Ration.* Bulla Bonifacii VIII. PP. pro Iacobo II. Rege Aragon. to. 3. Concil. Hispan. pag. 536. (4) † Genus, progenies, Gall. *Race.* Lex Salica tit. 63. (5) † BRACHIVM RATIONIS, mensurae species, f. cubitus rectus. Ch. a. 1192. (6) † Rectitudo apud autores agrarios.

RATIOCINALE, λογικόν. *Ratiocinalia*, λογικά, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. λογικὸν, *Ratiocinale, Rationale.*

RATIOCINARE, RATIOCINARI, litigare, in iure agere. Vet. Notit. apud Beslium p. 149. DERATIONARE, idem, in Chron. Centul. Hariulfi. DISRATIONARE, in Legg. Edwardi Confess. DIRATIONARE, in Regiam Maiest. Vide *Ratio* 1.

RATIOCINATOR, aduocatus, in Ind. vet. Canon. to. 3. Concil. Hisp. V. *Ratio* 1. et *Rationator.*

RATIOCINIVM, ratio, computus. Charta Edwardi VI. Regis Angl. ann. 1547. apud Rymer. to. 15. pag. 145. col. 2. *Absque compoto seu Ratiocinio nobis reddendo seu faciendo.*

RATIONABILE, quod ad aliquem pertinet secundum legem et rationem, legitime et iuste. Charta Henrici Regis Angl. an. 1155. apud D. Brussel ad calcem to. 2. de Feudorum vsu pag. IV.

RATIONABILIS. (1) Qui modum non excedit, medio conueniens, idoneus, Gallice *Raisonnable.* Charta Petri Episcopi Meld. an. 1226. pro Ecclesia de Nantholio. (2) Aequus, iustus, rectus, Gall. *Raisonnable.*

Priui-

Priuilegium Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1219. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 36. (2) RATIONABILIS MAGISTER. Idem qui ſupra *Magiſter rationalis*, Magiſtratus, qui rationibus Principis ſeu aerario praeerat, in quibusdam regnis. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 472.

RATIONABILITER, iuſte, cum ratione, *Raiſonnablement*. Synodus Vernenſis ann. 755. c. 23. Vide Voſſium de Vitiis ſerm. lib. 4. c. 35.

RATIONALE, in veteri Teſtamento, erat ſtola Pontificalis, quae et *Logium* dicebatur: *Pannus* ſcilicet *exiguus*, vt ait Eucherius Lugdun. *ex auro, gemmis, coloribusque variis, qui ſuperhumerali contra pectus Pontificis annectebatur*. Subdit Innocentius III. lib. 1. Myſter. Miſſae cap. 11. *Dictum eſt Rationale indicii, quia ibi erat lapis, in cuius ſplendore Deum ſibi eſſe propitium cognoſcebat. Erat autem Rationale quadrangulum duplex de quatuor coloribus, auroque contextum, habens 12. lapides per ordines quatuor, etc.* Fuit etiam RATIONALE veſtis Epiſcoporum nouae Legis, vel ornamentum: ſed cuiusmodi fuerit, hactenus incertum manet. Menardus ad librum Sacramentorum Gregorii M. ait, eſſe *ornamentum quoddam pectorale, ad ſimilitudinem illius, quo vtebantur olim legales Sacerdotes*. Sed haec nihil declarant. Multus eſt Gretzerus in Obſerват. ad Philippum Eyſtetenſem cap. 16. in diſquirendo, quid ſit Pontificium Rationale nuperum, eoque ferme concedit, vt quidpiam affine Pallio Archiepiſcopali fuiſſe exiſtimet, cuius vſus aliquot Epiſcopis ab ſummis Pontificibus indultus legitur. Sane Ivo Carnotenſis ſerm. 3. vbi de Rationali Sacerdotum veteris Legis, quibusdam tantum Epiſcopis, non omnibus conceſſum innuit: *Hic ornatus ſolius erat Pontificis, ſicut et nunc eſt apud eos, quibus eo vti conceſſum eſt, propter diſtantiam maiorum et minorum Sacerdotum*. Et infra: *Noui quoque Teſtamenti Sacerdotes non omnibus illis vtuntur indumentis, quia nec duobus vtuntur iunicis, nec Rationali, praeter ſolos Pontifices*. Conceſſi peculiari quodam priuilegio ſedibus ipſis, vel perſonis, Rationalis exempla aliquot recitant Scriptores. At omnium Epiſcoporum fuiſſe *Rationale*, videtur innuere Miſſa vetus ex Codice Rotaldi, Abbatis Corbeienſis, de Epiſcopo ſacra facturo die Paſchatis: *Poſtea miniſtretur ea caſula: tandem vero Rationale cohaerens iunctim ſuperhumerali*. Quo ſpectant iſta ex Ivone Carnot. ſerm. 3. *Sunt autem adinuicem concatenata Rationale et humerale, quia cohaerere ſibi inuicem debent ratio et opera*. Mentio eſt praeterea *Rationalis* in Actis Eccleſiae Salzburgenſis apud Caniſium. Ex quibus ſane nihil aliud fuiſſe videtur *Rationale* iſtud Epiſcopale, quam pallium. Ruinartius in ſua Diſſertatione de Pallio Archiepiſcopali tom. 2. Operum poſthum. Mabillonii pag. 452. duplex Pallium diſtinguit, Romanum ſcilicet et Gallicanum. Pallium hoc Gallicanum idem eſſe cenſet cum Rationali: quod poſt Marlotum tom. 2. Metropolis Rem. lib. 3. deſcribit ibid. pag. 454. ex vetori Catalogo ornamentorum pontificalium Remenſis Eccleſiae, vt ex ea deſcriptione poſſit vnusquisque aduertere, quam proxime accedat Rationale ad Pallium noſtrum.

RATIONALIS. (1) RATIONALES, procuratores Principum (nam et ita interdum appellantur) in prouinciis, qui *Prouinciales reditus* exigebant: καθολικοὶ, in Gloſſ. Gr. Lat. Iulius Firmicus lib. 3. cap. 4. *Faciet Procuratores Regum Rationales*. Lampridius in Seuero: *Procuratores, id eſt, Rationales*. Eiusmodi *Rationalium* mentio eſt in veteribus Inſcriptionibus, in vtroque Codice, apud Ammianum, Lactantium de Mortibus perſecut. num. 12. *Rationales* porro in prouinciis bona caduca et vacantia fiſco vindicabant: vnde huc referenda videtur Lex Wiſigoth. lib. 10. tit. 2. §. 5. *Et ſi forte poſſeſſio eſt, vbi repoſitio alicuius ſubſtantiae ſit, ne per Rationales excuſatio fiat, etc.* RATIONALIS, in Eccleſiis Hiſpaniarum quis dicatur, doces

Synodus Toletana ann. 1365. to. 4. Conc. Hiſpan. p. 80. col. 1. *Praecipit Synodus Miſſarum celebrationem et alia opera pia, quae teſtamentis mandantur, ſaltem intra annum vnum poſt teſtamenti publicationem impleri. Quin etiam Curatis omnibus, et rationum eccleſiaſticarum praefectis, quos Rationales vocamus, iubet, vt ſingulis annis Ordinario . . . exponant quantus Miſſarum nondum celebratarum numerus in ipſorum parochiis ſuperſit.* V. *Capſouerint*, et mox *Rationarius*. RATIONALIS MAGISTER, Regis rationibus, ſeu aerario Praefectus. Priuilegium Petri II. Regis Valentiae pro Eccleſiaſticis, tom. 3. Concil. Hiſpan. pag. 616. col. 2. V. *Magiſter rationalis*. (2) † *Rationales*, Medici, quorum princeps Galenus, ſic Celſo in praef. vocantur, qui *Logici* a Coel. Aur. l. 2. Acut. vulgo *Dogmatici*. Celſo enim *Rationalis ars*, diſciplina medicinae. (3) Alia notione V. in *Ratio*.

RATIONALITAS. Vis et facultas ratiocinandi. Tertullianus lib. de Anima cap. 38.

† RATIONAMENTVM, praeſtatio, quae ex iure deberur, in Chartul. Celſin.

RATIONARE. (1) Placitare, in Capitul. 1. Caroli M. V. *Ratio* 1. (2) Rationes edere, computare. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 19. recto. V. infra *Rationator* 1. (3) † Loqui, verba habere, Ital. *Ragionare*, apud Murat. to. 2. Antiq. Ital. med. aeui p. 30.

RATIONARIVS, iuxta vim vocis, idem qui *Ratiocinator* Ciceroni, aliis minus Latinis *Calculator*. Modeſtinus lib. 27. Dig. tit. 1. leg. 15. §. 5. *Rationarii apparitionis armorum magiſtri*, meminit Ammianus lib. 15. et *Rationarii apparitoris*, lib. 18. RATIONARIVS, idem, qui ſupra *Rationalis* in Eccleſiis Hiſpanicis, Oeconomus, († vel potius Eccleſiae portionarius, clericus ſ. ſacerdos, cui aſſignata eſt praebenda portionaria, *Racion* vocata, Hiſp. *Racionero*.) Acta S. Ferdinandi Regis Caſt. tom. 7. Maii p. 370.

RATIONATOR. (1) Ratiocinator, Rationibus praefectus. Statuta damaria Riperiae fol. 13. vo. c. 4. V. *Rationare* 2, (2) Aduocatus, i. q. *Ratiocinator*, in Conc. Burdigal. ann. 1079. V. *Ratio* 1. et *Rationare*.

† RATIONATVS, RAGTIONATVS, computatus, in Ch. a. 845. V. *Rationare* 2.

† RATIONERIVS, rationibus praefectus, Ital. *Ragioniere*, cuius officium RATIONERIATVS. Stat. anc. Florent. V. *Rationator*.

† RATIONISTA, idem, in Strat. Caſimiri III. Reg. Polon.

RATISCVNT, aeſtimauerunt, in Gloſſis Iſid. Legendum, vt in Excerptis: *Rati ſunt, aeſtimauerunt*.

RATISOS, ταρσός, in Gloſſis Lat. Gr. Vulcanius caſtigat, *Ratis*, ὁ ταρσός. In Gloſſis Graec. Lat. habetur, ταρσὸς τῦ πνεῦς, *Planus, Retiſos*.

† RATITVDO, firmitudo, ſolidius, in Conſuet. Norman.

RATO, mus maior, Gall. *Rat*. Vide *Ratus* 1.

RATOR, *Index, Rata, arbitrata, firma, certa*. Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. Ita etiam Gloſſ. Iſid.

† RATORNARE, reficere, reſtituere, Gall. *Ratourner*. Ch. Mſ. a. 1274.

† RATTARE, delere, obliterare, Gall. *Raturer*, ol. *Rater*. Strat. eccl. Tull. V. *Radiare*.

RATTVS. (1) Gallis *Rat*, V. mox *Ratus* 1. (2) † *Pondera ſint ratta, ſicut ſunt in villa Condamii*, in Libert. Florenc. a. 1339. i. e. eiusdem ſint conditionis ac pondera Condomii. V. *Rata* 3.

RATVLA, ſilueſter Giraldus in Topogr. Hibern. diſt. 1. cap. 10. *Ratulae vero raucae et clamoſae innumerae*. Sed videtur legendum *Ranulae*.

RATVM, deliberatum, conſtitutum, Latinis; hinc *Literae de Rato*, in Chronico Andrenſi tom. 9. Spicil. Acher. p. 568. dicuntur illae, in quibus id continetur, quod deliberatum fuit et conſtitutum. V. in *Litera* 2.

RATVRVS, Mus maior. V. *Ratus* 1.

RA-

RATVS. (1) RATTVS, Mus maior, Gall. *Rat*, Germ. Ratte, Ratze, apud Silueſtrum Giraldum in Topogr. Hibern. diſt. 2. cap. 32. RATVRVS, in Gloſſ. Aelfrici, *Raez, id eſt Mus.* RATO, eadem notione. Henric. de Knyghton, ann. 1381. (2) RATVS pro *Rapus*, Vide *Rapus*.

RAVA, genus coloris, V. *Ravus*.

RAVACAVLVS, pro *Rapocaulis*, Caulis ſpecies, quae Gall. *Choux rave*, Germ. Kohlrübe, in Capitulari de villis c. 70.

RAVAGE, deſtructio, ſubuerſio, qua decreto iudicis ob admiſſum crimen deprimitur, ſeu complanatur aedificium, a Gallico *Ravaler*, Deprimere. Priuilegium Iohannis de Caſtellione Comitis Bleſenſis an. 1265. pro Monaſterio S. Iohannis in Valleja Carnot. e Schedis D. Lancelot.

† RAVALLIS, morbi genus, apud Lambert. Norden in Tract. Mſ. de Variolis: *Eſt etiam quaedam ſpecies (variolarum) quae a quibusdam ravallis nominatur, et a quibusdam paſticus, et a quibusdam blateae.*

RAVANNA. Tabularium Foſſatenſe: *Hi ſunt, qui debent annuatim faccos ad reponendum Rauannas et les haurons bladi in grangia dictae Abbatiae.* Per *Rauannas* intelligo ventilationes, ſeu electiones e frumento ventilato, voce a vannus deducta; et pro *haurons* corrigo *hautons*. V. *Haho* et *Hauto*.

RAVBA, RAVPA. (1) Exuuiae, ſpolium, furtum, vel praedatio cuiuslibet ſupellectilis, Germanis *Raub*. Lex Alemann. tit. 49. *Quidquid ſuper eum cum Rauba vel arma tulit, omnia ſunt furtiua componat.* Leges Rotharis Regis Longob. tit. 5. *Si ſpolia ex ipſo mortuo tulerit, id eſt, pro Raub componat ſol.* 80. Formulae Parenſales cap. 26. *Contigit, quod cellarium, vel ſpicarium veſtrum infregi, et exinde annonam, vel aliam Raupam in ſolidos tantos furauit.* Hinc eadem vox pro furto in Chartis Petri Regis Aragonum ann. 1302. apud Guichenonum in Centur. 2. Bibliothec. Sebuſianae cap. 70. *Prudentiae veſtrae receptimus literas, . . . continentes rapinas, Raubas, violentias, aliaque damna irrogata, etc.* Vide Formulas Andegauenſes. c. 29. (2) Veſtis, Gallis *Robe*. De tunica virili. Acta S. Yvonis MSS. *Apparatu Rauborum Perficarum . . . . depoſito, vilem habitum ſumſit.* De muliebri veſtimento in Statutis Genuae lib. 3. cap. 5. *Poſſit vxor viro mortuo habere de bonis viri Raubam nigram, etc.* V. *Roba*. RAVBA, quoduis tegmen, vt exponunt viri docti. Proceſſus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Iulii pag. 590. *Nec poterat pati, nec ſuſtinere, quod Rauba eſſet ſuper dictum tibiam.* RAVBA, ſupellex quaeuis, vt *Roba* ſuo loco. Statuta Maſſil. lib. 3. cap. 28. *Decernimus obſeruandum, quod quilibet autoritate ſua poſſit claudere portas, domus ſuae ſuo, inquilino, omniaque ibi inuecta et illata a dicto inquilino, ſi voluerit, ſibi obligata retinere pro mercede dictae domus ab illo inquilino ſine conuenta . . . . Similiter licet ille retinere Raubam ibi illatam quando forſitan inde recedet, vel exibis, aut recedere volet dictus inquilinus.* RAVBA LECTI, quiuis lecti ornatus, inſtructus, vt ſtragulum, linteum etc. Conſtitutiones Friderici Regis Siciliae cap. 58. RAVBAE AESTIVALES, vel *Hyemales*, veſtes, quibus Dalphini proceres ac familiares ſuos donabant aeſtate vel hyeme. De his fuſius agitur in Ordinatione Humberti II. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 315. V. *Roba*. RAVBAE PAPALES. De iis *raubis* eſſe dicuntur Papae miniſtri, et familiares, quod alias ſuis familiaribus Principes *raubas* diſtribuerent certis anni feſtiuitatibus, vt infra dicitur in *Roba*. Fragmentum libri, cui titulus: *Memorabilia Humberti Pilati*, to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 622. RAVBAE SCVTIFERORVM, de quibus eſſe dicebantur Scutiferi, qui *Raubas* accipere ſolebant ab iis, quorum erant Scutiferi. Teſtamentum Guidonis Cardinalis de Bolonia an. 1372. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 182. AD RAVBAS *ſui corporis aliquem tenere*, Alicui *raubas*, vt miniſtro vel familiari diſtri-

ſtribuere, vt videtur. Pactum ann. 1306. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 125. col. 2.

RAVBARE, furari, praedari, Germ. rauben, quod ipſum ex Latino *Rapere*, inquit Voſſius lib. 2. de Vitiis ſerm. cap. 25. *Dérober* Gallis. Pactus Legis Salicae cap. 20. §. 10. cap. 34. §. 3. *Si quis in via alterum adſalierit, et eum Raubaverit, etc.* Vide *Rauba* 1.

RAVBARIA, furtum, in Conuentionibus inter Carolum I. Comitem Prouinciae, et Arelatenſes an. 1251. art. 22. in Statutis Venetorum ann. 1242. lib. 5. cap. 17. *Raubaria* et *depraedatio*, in Statutis Criminalibus Saonae, in quibus integrum caput 20. eſt *de Raubaria et depredatione reſtituenda et punienda*. In corpore capitis indiſcriminatim ſcribitur *Raubaria* vel *Robaria*. V. *Rauba* 1.

RAVCARE, balbutire, balbum eſſe, aut blaeſum. Gloſſae Lat. Graec. *Rauco*, τραυλίζω. Aliae Graec. Lat. τραυλίζω, *Baluucio*, (Balbutio) *Rauco*. V. *Raucare*.

RAVCARI, Raucum eſſe. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Raucor*, *Raucus ſum*, βραγχῶ. Vide infra *Raucire*.

RAVCEDO, *amputatio vocis*, Iſidoro lib. 4. Orig. c. 7. *vel impuritas*, vt addit Ioh. de Ianua.

RAVCIDVS, RAVCIDVLVS, *aliquantulum Raucus, qui etiam Rauculus dicitur*, eidem de Ianua. *Raucidulus* occurrit apud S. Hieronym. lib. 1. Epiſt. 16.

RAVCILIO. Chartula plenariae ſecuritatis ſub Iuſtiniano, apud Briſſonium lib. 6. Formul. *Falce miſſuria valente ſiliqua aurea vna, capo vno, Raucilione vno, orcas olearias valentes ſiliqua vna ſemis argenteas, etc.* An legendum *Baucilione?* V. *Bauculis* in *Banca* 1.

RAVCIRE, *eſſe vel fieri raucum*, Iohanni de Ianua. Gloſſae Gr. Lat. Βραγχιάζω, *Irraucio*, *Raucio*. Aliae Lat. Graec. *Raucio* βραγχιάζω. Huius meminit Priſcianus lib. 10. ſub finem, vbi illud refert Lucilii.

Raſuro tragicus, qui carmine perdis Oreſte.

V. *Rancari*.

RAVCISONVS, Raucus. *Rauciſonae subae*, in Actis SS. Maii to. 5. vbi de veaer. Ezone. Vox non Lucretio, et Catullo.

RAVCITARE, Raucum vocem edere. *Vocibus Rauciſonis demugitisque conſonoris*, in Actis S. Winebaudi Abb. to. 1. Aprilis pag. 575.

† RAVCITVDO, raucitas, to. 9. Coll. Hiſt. Franc. p. 310.

† RAVDERIVS, RODERIVS, ioculator, ſquillator, a Gall. *Rauder*, ioculari. Iauena. a. 1491.

RAVDVM, ἀνίσγνακον, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Infra: *Rudus*, βῶλος, χῶμα, καὶ χαλικὸς ἀνίσγνακος, καὶ γῆς σαῶς. Feſtus habet: *Rodus vel Raudus ſignificat rem rudem et imperfectam; unde ſaxum quoque Raudus appellant Poetae, vt Attius, etc.* Notum eſt *Rudus* hac ſignificatione.

RAVE, *id eſt naxum*. Papias.

RAVERE, RAVESCERE. Vide *Rauus*.

RAVETA, Napi ſemen, vnde oleum exprimitur, Gallis *Naveſte*, Normannis *Nabette*. Charta ann. 1406. e Tabulario S. Vandregeſili to. 1. pag. 238. V. *Rauitia*.

RAVIARE. (1) Iohanni de Ianua, *Raucum eſſe, vel fieri*; vnde *Rauiatus*, *raucus*, *et Rauiatio*, *raucitas*. Plauto dicitur *Rauire*, ad *rauim* vſque clamare. Hinc in Gloſſis Iſidori: *Rauit, rauie loquitur, vel rauce*, vt emendandum cenſet Voſſius de Vitiis ſermonis lib. 4. cap. 19. ſed a *Rauis* fingi potuit *Rauie*, vt *Rana* vox apud Feſtum. (2) Pro *Rabiare*, vt *Rauioſus*, pro *Rabioſus*. Gloſſae Lat. Graec. *Rauio*, λυσσῶ, *Rauioſus*, λυσσώδης. Aliae Gr. Lat. λυσσῶ, *Rauio*, *furio*. λυσσώδης, *Rauioſus*, *rabidus*, *rabioſus*. V. *Rabiare*.

† RAVIDVS, ſubniger, to. 6. Maii, p. 331.

† RAVINALE, ager *rauinellis* ſ. napis conſitus, in Stat. Taurin. ann. 1360. V. *Rabina*.

RAVISELLVS, V. infra *Rauus*.

RAVI-

RAVITIA, naporum patina vel fossa, ab Italico *Ravicce*, quod idem significat. Chronicon Bermogense ad an. 1393. apud Murator. tom. 16. col. 873. V. *Raneta*.

RAVLHENVS, equus, idem qui infra *Runcinus*. Inuentarium ann. 1380. ex Archiuo S. Victoris Massil.

RAVNATVS, congestus, coagmentatus, ab Italico *Raunare*, cogere, congregare. Ioh. de Buzano in Chronico Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 574.

RAVNCIONARE, pecuniam per vim extorquere, Gall. *Rançonner*. Literae Ricardi II. Reg. Angl. an. 1377. apud Rymer. to. 7. pag. 164. col. 1.

RAVOCA, Rabula, clamosus. Warnerius MS. in Caprum Scortum Poëtam.

RAVPA, vestis, supellex, etc. Vide *Rauba* 2.

RAVSATOR, Raptor, a *Rausus*, de quo mox. Synodus Compostell. an. 1114. can. 19. inter Concil. Hispan. to. 3. pag. 324.

RAVSCIRE, Rauire, ad rauim vsque clamare. Radulfus Cadom. in Gestis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 205. V. *Rauctre*.

RAVSEA, arundo, ex Gallico *Roseau*. Appendix ad Vitam S. Wlphranni Episcopi Senonensis, scriptam a Iona Monacho Fontanellensi, num. 3. *Romanseruntque . . . in medio locorum paluſtrium, quae plena erant longiſſimis Rauſeis virgultis*. Vossius vocem hanc a Germanica *Raus* accersit, pro qua Belgae *Riis* dicunt, quae sarmenta, siue furculos denotat, (lib. 2. de Vitiis sermonis, cap. 16. vbi non legit substantiue *Rauſea*, sed adiectiue *Rauſeum, ſarmentitium*, scilicet *virgultum*, sicque legendum est.)

RAVSELLVS, Occitanis Panis exiguus et oblongus. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae.

RAVSTA PORCI, perna, Gall. *Jambon*, († vel pomis fructum carnis arborum, a Gall. *Rouſtir*, torrere. V. *Roſtum*.) Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratae.

RAVSVS, Raptus. Concilium Coyacense ann. 1050. cap. 8. *Mandamus, vt in Legione et in ſuis terminis, et in Gallecia, et in Aſturiis, et in Portugale tale ſit iudicium ſemper, quale eſt conſtitutum in decretis Adelfonſi Regis pro homicidio, Rauſo, pro ſaione, aut pro omnibus calumniis ſuis*. Hinc patet, quid significet vox *Rossis* vel *Rosse*, quae legitur in Diplomate Adephonsi Regis Hispan. ann. 1094. apud Marten. tom. 1. Collect. Amplissi. col. 548. *Taliter vt non . . . . in iſtas hereditates merino, neque ſaione, neque pro Roſſe, neque pro omecedio, etc.* Restituerem *Rauso*, nisi etiam *Rosse* praeferret Scheda Domni le Fournier ad nos missa. Sed vt vt est de lectione, dubia non est significatio.

RAVVLVS, Aliquantulum *rauus* seu raucus, apud Sidonium lib. 9. Epist. 13. V. *Rauus*.

RAVVM, ἀποκεκομμένον, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. ἀποκεκομμένον, *Rauum, abſciſſum*. A *Rauus*, raucus, *Rauum* hoc esse videtur, quod in iisdem Glossis legatur *Rauis*, κόρυζα, φωνῆς ἀποκοπή, vocis amputatio.

RAVVS. (1) Καρπὸς, in Glossis Latino-Graec. In aliis Graec. Lat. καρπὸς, *Fructus, Frumentum, Rauus, Frugis*. Apud Festum ex Verrio *flaua frumenta, Raua* explicantur. Hinc, vt videtur, *Rauus*, pro frumentum, Gallicis Glossatoribus. (2) RAVVS, *a rapere, Rapax vel fului coloris; vnde inuenitur, Lupa Raua: et in vtraque ſignificatione conuenienter dicitur, Lupa Raua, nam rapix eſt et fului coloris: vnde Raulus, Rauiſellus, ambo dimin. Dicitur Raua, rauae, talis color vel rapacitas, et Rauco, as, eſſe vel fieri Rauum; vnde Rauesco, inchoat. ſecundum Hugutionem et Papiam: et Raua dicitur niger color mixtus fulno*. Ita Iohannes de Ianua. Nota Latinis vox *Rauus* pro colore *inter flauum et caeſium*, vt habet Festus; et *Rauus*, pro rapax, praeter nostrum de Ianua, qui dixerit, noui neminem.

† RAVXONNAE CVSTOS, famulus a supellectili vestiaria, in Testam. a. 1481. V. *Ranbillarius.*

† RAXA, adeps, in Stat. nou. Cuman. RAXINA, in Gloss. Prou. Lat.

RAXIVM, panni species, Italis *Raso.* Ceremoniale Ambrosianum. V. *Rasum.*

RAXOLLIA, morbi genus, V. *Rosillia.*

RAXONERIVS, Aduocatus. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 175. vo. V. *Ratio.*

† RAXVS, mensura pannorum, in Stat. Taurin.

RAYDA, incursio militaris, seu vt hic sumitur, clamor excitans ad iniiciendas manus in aliquem. Sententia lata an. 1334. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 258. col. 2.

RAYE. Charta an. 3. Henrici VI. apud Madox Formul. Anglic. pag. 145. *Ricardus habebit de praefato Willelmo Skrene et haeredibus suis quolibet anno, durante termino praedicto, pannum stragulatum continentem XX. Reyes, et vnam virgam et dimidiam panni coloris.* Anglis *Rey cloth* pannus est rudis, nondum tinctus, vt et Saxonibus *Ray* lana natiui coloris; hic autem species est mensurae, cuius veram longitudinem ignoramus.

RAYMATVS, Coactus ad probandum ius suum, V. in *Adramire.*

† RAYSA, iter, expeditio militaris, a Germ. Reise, ap. Pez. to. 6. Anecd. part. 3. p. 65. V. *Reisa 1.*

RAZ, pannus sericus spissior et rasus, Ital. *Raso*, Gall. *Satin.* Acta B. Ferdinandi Infantis Lusitaniae, tom. 1. pag. 563. *Vnum frontale de Raz.*

RAZA. (1) Idem quod *Raz*, vt videtur. Chronicon Taruisinum apud Murator. tom. 19. col. 803. *Qua quidem cum antenna lignea totum id diuersorium sustentabatur, salois de Raza, et mirabilibus tapetis stratum, et parietibus oblitum aureis, variis cum picturis laboratis cum gemmis, margaritisque et pretiosis lapidibus insignitis.* (2) † Fossa, canalis, alueus, Gall. *Raze*, Germ. ol. Rieß. Ch. an. 1448.

RAZELLVS, Ratis, Gall. *Radeau.* Fundario Monasterii Saletarum an. 1299. tom. 2. Hist. Dalphin., pag. 91. col. 2. V. *Radellus*, et *Rastellus.*

RAZOIRA, idem quod supra *Rasoria*, Radius, quo raduntur mensurae frumentariae, Gall. *Racloire.* Statuta Massil. lib. 3. c. 14. §. 2.

† RAZONEMENTVM, praestatio quae ex iure debetur, vnde RAZONARE, illam exigere. Chartul. Celsin. V. *Rationamentum.*

† RAZVS, mensura annonaria, in Ch. an. 1472. V. *Rasum.*

RAZZA, vox Italica, Genus, Gall. *Race.* Chronicon Taruisinum to. 19. Muratorii col. 821.

† REABBATARE, V. *Realbatare.*

REACCAPITVM. Vide supra *Accapitare*, et infra *Retraccapitum.*

REACCIPERE, Recipere. Chronicon Angl. Thomae Otterbourne p. 261.

REACCROPVM, Struis frumentariae seu annonariae summitas: a Saxon. *Hreac*, *i. strues*, et *Crop*, *summitas.* Ita in cod. Regio Legum MS. apud Spelmannum.

READIORNARE, in ius iterum vocare. Consuetudines Furnenses ann. 1240. ex Archiuo Capituli S. Audomari. V. *Adiornare 1.*

READIVSTARE *mensuras*, *pondera*, iterum iusta facere, ne maiora sint vel minora iterum ad exemplar exigere. Charta pro Burgensibus Sanctae Dioecesis Autissiod. an. 1236. V. *Adiustare* et *Aiustare.*

† READSIGNVM, lustratio, recensio, READSIGNARE, recensere. Stat. ant. Florent. V. *Rasigna.*

READVISVS, qui de re aliqua iterum consuluit, deliberauit, ex Gallico *Aviz*, Consilium, et iterationis particula *Re.* Ch. ann. 1485. apud Gothofredum in Obseruationibus ad Hist. Caroli VIII. p. 497.

READVNARE, iterato coniungere, reconciliare. Synodus Pistensis cap. 4.

READVNATIO, iterata coniunctio. Tertulliano de Resurr. carnis cap. 30.

REAEDIFICAMEN, reparatio in aedificiis, nouorum etiam aedificio-

ram

rum exſtructio. Teſtamentum S. Gennadii Epiſc. Aſturic. to. 3. Concil. Hiſpan. pag. 173. col. 1.

REAESTIMARE, iterum aeſtimare, rei pretium denuo ſtatuere. Cotrectiones Statutorum Cadubrii cap. 131.

REAFORESTARE, Foreſtam, ſeu ſiluam, vaſtatam et in nouales conuerſam iterum ad foreſtam redigere. V. in *Foreſta*.

REAGERE, et REACTIO, in ſchoolis Philoſophorum non damnat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 20. eſt enim, inquit, vox idonea rei quam ſignant. Alias mauult viciſſim agere, reſiſtere agenti in ſe.

REAGGRAVARE, vox fori eccleſiaſtici, Gall. *Reaggraver*, Cenſuras, vel poenas eccleſiaſticas iugere. Hinc

REAGGRAVATIO, Gallis *Reaggrave*, quibusdam *Reaggravation*, Vltima monitio ſeu excommunicationis denuntiatio, ſententia, in Statutis Eccleſiae Aeduenſis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 476. et alibi.

REAGGRAVATVS, is, in quem Reaggrauatio lata eſt, in aliis eiusdem Eccleſiae Statutis anno 1468. apud eumd. Marten. laudato to. col. 516. in Statutis Bertrandi de Turre Epiſc. Tull. ann. 1359. apud Baluzium tom. 2. Hiſtor. Aruern. pag. 862. et alibi.

† REALBATARE, mendoſe pro *Reabbatare*, a Gall. *Rabattre*, minuere, in Ch. a. 1281.

REALENCVM, Regale, ex Hiſpan. *Realengo*. Obſeruantiae Regni Aragon. lib. 9. tit. de Salua Infantionum §. 3.

REALES, ſectae Philoſophorum, qui in *rebus*, non in vocibus, veram poſitam eſſe Philoſophiam aſſerebant. V. *Nominales*.

REALICANA ANTIQVA, ſcripturae ſpecies. V. in voce *Scriptura*.

† REALITAS, res, fundus, in Ch. a. 1120.

REALITER, reipſa, reapſe, reuera, merito, iure. Iohannes Maior Scotus de Geſtis Scotorum lib. 4. cap. 7. Paſſim occurrit apud Philoſophos, vt et vox *Realis*, pro Reipſa exiſtens; ſed id notum eſt omnibus.

REALPINARE, Alpes rurſum pertranſire, in Oratione Legatorum Regis Franciae ad Pium II. PP. in Concilio Mantuano. V. infra *Transalpinare*.

REAMBASSIATOR, Legatus ad eum, qui prius legatum miſerat. Chronicon Dominici de Grauina apud Murator. tom. 22. col. 648. V. *Ambaſciare*.

† REANA, riuulus, Germ. Rhein, in Stat. Taurin.

† REANCIO, pretium redemtionis, Gall. *Rançon*. REANCIONARE, redimere. Lit. remiſſ. ann. 1358. V. *Ranſo*.

REAPORTARE, REAPPORTARE, referre, recenſere, narrare, Gall. *Repporter*. Conuentio an. 1298. to. 1. Chartularii S. Vandregiſili pag. 1186.

† REAPORTVS, rei geſtae relatio ſcripto mandata, Gall. *Rapport*. Comput. a. 1373.

REAPERENSORIAE LITERAE, V. *Recaptinare*.

REAPROPRIARE, in iure Hungarico, Vendicare, rem ſibi propriam facere. Sambucus.

REAPTARE, reficere, reparare. Vita B. Auguſtini Nouelli, tom. 4. Maii pag. 621. Rurſum occurrit fol. 20. vo.

† REASIGNATIO, recenſio, oſtenſio, in Stat. ant. Florent. V. *Readſignum*.

REASSIGNARE, retribuere, aſſignare id, vnde quis reddirum aſſignatum, quem dimittit, recuperet. Charta Capituli S. Timothei Rem. ann. 1254. ex Archiuo S. Nicaſii eiusd. vrbis. Bis occurrit vox *Reaſſignatio* eadem notione in hac Charta.

REASSVMERE, reſumere, in poſſeſſionem redire. Charta an. 14. Henrici VII. Angl. Regis apud Madox Formul. Angl. p. 129. Vox nota Plinio aeque etiamnum Italis in vſu.

REATVS. (1) Lineis diſtinctus, Gall. *Reyé*. Statuta Eccleſiae Anic. a Clemente IV. PP. condita ann. 1267.

apud Marten. tom. 2. Anecdot. col. 485. num. LIV. (2) Crimen, Christianis scriptoribus atque recentioribus Iurisconsultis. Hos castigat Budaeus, applaudente Vossio lib. 1. de Vitiis sermonis cap. 32. vbi *Reatum* exponit per obligationem ad poenam, vt inter *crimen* et *poenam* medius sit *Reatus*. Antiquis proprie habitus erat atque conditio reorum siue accusatorum, vt recte dicitur lib. 2. selectarum de Lingua Latina Obseruationum in hac voce. REATVVM REDEMPTIONES, multae pecuniariae, *Compositiones*. Ordericus Vitalis lib. 4. p. 523. V. *Redimere*.

REAVRARE, iterum inaurare, Gallis *Redorer*. Computus MS. ann. 1239.

REAVTENTICARE, denuo confirmare. Charta Odonis Episc. Camerac. ann. 1112. e Tabulario Corbeiensi. V. *Authenticare* et *Authenticus*.

REAVTVMPNVS. Chartularium Ecclesiae Ambianensis fol. 10. *Nullus alius in granea praedicta habet aliquid iuris praeter Canonicos, excepto quod Maior habet Reautumpnum*. Idem est, quod infra *Rahalte*.

REBA, V. *Repa*.

REBALCA, seu potius *Rebalta*, Italis *Ribalta*, Tolleno, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. c. 33. veteri interpreti Gallico, *Rebalche*.

REBALDI, calones castrenses, homines in castris vilissimi. Chronicon Parmense ad ann. 1247. apud Murator. to. 9. col. 771. V. *Ribaldi*.

REBAND, vitta, taenia, Gall. *Reban*, Angl. *Riband*, vel *Ribbon*. Monasticon Angl. tom. 3. pag. 109. *Vna mitra frictata cum argento et Reband*. Vide *Riband* et mox *Rebonus*.

† REBANNVM, submonitio ad exercitum, Gall. ol. *Rierebau*. Ch. ann. 1475. V. *Retrobannus*.

REBANVS, idem quod mox *Rebaul*. Inuentarium ann. 1379. ex Schedis D. Lancelot.

REBAPTIZANTES, seu, vt Graecizantes enunciant, Anabaptistae, Haeretici sub initia saeculi XVI. primum auditi, ex eo quod paruulorum baptismo respuant, eosque, cum ad prouectiorem aetatem peruenerint, iterum baptizent, sic appellati. De iis passim agunt Scriptores. Alii fuerunt in Ecclesia *Rebaptizantes*, qui haereticos ad catholicam fidem reuertentes, alii qui Catholicos ipsos ad haereticam prauitatem transeuntes, nouo baptismate tingendos esse perperam opinabantur. Nostri non est instituti de iis omnibus sermonem habere: hoc vnum obseruabimus, *Rebaptizare* verbum ita Catholicis omnibus semper odiosum fuisse, vt illud reiicerent vel ipsi *Rebaptizantes*. *Nec autem*, inquiebat S. Cyprianus Epist. 71. ad Quintum, *dicimus eos, qui inde* (ab haeresi) *veniunt, non Rebaptizari apud nos, sed baptizari*. Et epist. 73. ad Iubaianum: *Inuidia quadam quasi Rebaptizandi, baptizare post hostes Dei nefas ducitur*.

† REBATVM, deductio de precio, Gall. *Rabais*. Ch. Mf. a. 1340.

REBBARDVS, Wallonice seu Belgice *Reward*, Magistratui Praepositus in muneribus quibusdam exterioribus, vt sunt disciplinae ciuilis, cura rarum atque publicorum aedificiorum, etc. Differt a *Maiori*, qui proprie primus est inter *Scabinos*, quos spectant iudicia litium, denariorum publicorum dispensatio, etc. Literae Iohannis Regis Fr. ann. 1355. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. pag. 321. *Rebbardus, Scabini, Burgenses et Communitas dictae villae de Siclinio*, etc. V. ibi notam s.

REBECA, fidicula, barbitus, a veteri Gallico *Rebec*. V. locum in *Bandosa*.

REBELLARE, pro *Bellare*, Pugnare, praelium inire, vel rursum bellare. Io. de Ianua: *Rebellio, i. repulsio, vel resistentia: et post factam pacem ad bellum reuersio, belli iteratio*. REBELLARE SE, vt apud Liuium mudum Rebellare, Gall. *Se revolter*, Rebellionem facere. Iacobi Aurise Annales Genuens. ad a. 1282. to. 6. Muratorii col. 576.

REBELLIO, rebellis, ἀποστάτης, in Gloss. Lat. Gr. Abbi: ἀντάρτης, Re-

Rebellio. Marcellinus Comes: *Plures comes, idemque Rebellio*, etc. Regula S. Benedicti c. 62. *Quod si aliter præsumserit, non sacerdos, sed Rebellis judicetur.*

REBELLIOSE, per rebellionem, rebellium more. Charta an. 1359. apud Rymer. to. 15. p. 558. col. 2.

REBELLIS, hostis. Litteræ Johannis Franc. Regis an. 1352. apud D. Secousse to. 4. Ordinat. Reg. p. 126. *Quod successores nostri Francorum Reges, auxilio præstante divino, et fidelibus ministris eiusdem militiæ manus suas sincerius et vberius porrigentes prebentibus adiutrices, in quoscumque Rebelles suos manus voluerunt mittere, victoriam reportarunt.* Gaspar Barthius in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst. *Rebellis, pugnax, belliger.* Baluzius in suis notis ad Capitularia to. 2. col. 1114. emendat Sirmondum, qui *Rebellis* legit tit. 35. c. 8. Capitul. Caroli Calui, vbi legendum est *Rationalis.*

REBELLISARE, V. mox *Rebellizare.*

† REBELLITAS. (1) Rebellio, in Ch. Mf. a. 1240. (2) Seruitii feudalis denegatio; in Pact. a. 1228.

REBELLIZARE, idem quod *Rebellare.* Apparatus bellicus Caroli VIII. Regis Franc. in Italiam, apud Marten. to. 2. Itin. p. 390. Vossius l. 4. de vitiis sermonis c. 20. mauult *Rebellissare*, quod ad instar *Patrissare*, patrem imitari, fictum fuerit pro obloqui et opponere se, vt solent rebelles.

REBELLOSUS, idem qui *Rebellis.* Vita S. Samsonis Dolensis.

REBELLUM, rebellio, V. *Rebellium.*

REBELLUS, seu *Rebulli*, pro *Rebelles*, in Codice MS. Guelferb. scribi annotat Eccardus in suis ad Pactum legis Salicæ obseruationibus p. 179. eodem modo, quo Italicum *Rebello*, et Gallicum *Rebelle* formata sunt.

REBETERE, V. infra *Remidare.*

REBIA, rapa, napus, aut legumen huiusmodi. Statuta Vercell. l. 5. fol. 126. vo.

REBIBERE, pluries bibere, Gallis *Reboire.* Medicina Salernit. edit. 1622. p. 190. Vtitur Theodorus Prisc. de Diæta c. 15.

REBILE, Quinten, in Glossis Lat. Gr. et Graec. Lat. Quod reri seu opinari possis.

REBINARE, terram altera et repetita aratione proscissam terræ rursum proscindere, Gall. *Biner, ou bineter de la seconde fois la terre.* Charta Guillelmi Episc. London. in Hist. Abbatiæ S. Audoeni Rotomag. p. 484. Fleta lib. 2. c. 73. §. 2. 10. 13. - - *carucariis inhibeatur Rebinnare.* c. 76. §. 84.

REBIRE, REBITARE, V. *Revidare.*

REBLANDIMENTUM, blanda domini compellatio, Gall. *Reblandissement.* Manumissio MS. an. 1317.

† REBLANDIRE, dicitur de eo, qui vt in gratiam redeat, blanditur, §. 9. Collect. Hist. Franc. p. 74.

REBOARE, remugire proprie, vnde ad alia, quæ quouis modo resonant, passim transfertur. *Reboans silua*, apud Virgilium l. 3. Georg. *Ad similitudinem cælestis tonitrui amen Reboat*, apud S. Hieronymum in Præfat. Commentarii 2. ad Ep. ad Galatas.

REBOILLIO, V. *Reboillio.*

REBOTARE, denuo obturare, quod apertum est aut fissum iterum obstruere, Gall. *Reboucher.* Statuta Cadubrii l. 2. c. 67.

REBOVTZ, f. robur, quercus. Reparationes factæ in Senescallia Carcasson. ann. 1435. e MS. D. Lancelot: *Pro faciendo et ponendo in dicto molendino vnum belfagne et de bona Rebouts, duas pignes asseratas*, etc.

REBRACHIATORIUM, REBRACHIATUS. Vgutio: *Reticulæ sunt quasi succinctoria, vel redimicula, quæ propriæ Rebrachiatoria appellare possumus.* Respexit ad locum Cassiani de habitu Monach. lib. 1. c. 6. Quidam putant *rebrachiatorium* Monachorum Aegyptiorum idem fuisse quod *scapulare* apud Monachos Occidentales, sicque appellatum volunt, quod supra brachia ponderetur. *Expapillatum brachium*, dixit Plautus in Milite Glor. id est exertum et ad papillam nudatum. Vita S. Eligii lib. 2. c. 34. *Vinis exuvis et Rebrachiatis.* Sed vox videtur orta a braccis, quæ *rebracciatoria* succingebantur. Vnde *rebracciatorium* idem esse dicitur quod *succinctorium.*

REBRASSATAE CALIGAE, succinctae, Gall. *Retroussées*. Statuta S. Capellae Paris. apud Lobinellum to. 2. Hist. Paris. p. 153. col. 2. V. *Rebrachiatorium*.

REBVLETVM, farina crassior a subtiliori secreta, furfur, Gallo-Flandris *Rebulet*, forte diminut. a Gall. *Rebut*, reiectanea. Contractus an. 1297. e Chartulario Fiscanensi. V. infra *Reburetum*.

REBVLLIRE, recandescere, redintegrari, per metaphoram. Bulla Clementis V. PP. an. 1305. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 124. Notione matua, pro ebullire, Apuleius lib. 5. dixit: *Lucerna ferunt oleum Rebulliuit in humerum*. Vetus alibi.

REBVLLVS, V. mox *Reburrus*.

REBVRETVM. Charta an. 1243. in Hist. Montmorenciaca p. 101. *In illo* (furno) *coquere poterit pastillos de obolo, simenellos, et alium parum panem de obolo, et de Reburet, et seonno illius panis ministerii*. Vbi *seonnum* est furfur, Gall. *Son*. V. *Rebuletum*.

REBVRNARE, repolire, Gall. *Rebrunir*. Computus an. 1245. MS. e Bibl. Regia.

REBVRRVS, REBVRSVS, RIBVRRVS, a Gallico *Rebours*, retrorsum, in contrarium, inquit Vossius, l. 2. de vitiis sermonis c. 16. Glossae Lat. Graec. *Reburrus*, ὑπτιάλλος, ἀνεμφίλλαστος. Hinc aliae emendandae, vbi minus recte, *Rebullus*, *etc*. Vetus inscriptio, quam laudat Graevius in Notis ad Glossas Isidori: *T. Flavius Reburrus*. Glossae Isid. *Reburrus*, *hispidus*. Glossae MSS. *Reburrus*, *cirratus*, *vel crispus*. Faustus Manichaeus apud S. Augustinum l. 6. contra eumdem c. 1. *Calumnia est Reburrum, et similia notae hominum non constituere Sacerdotem*. Ita etiam in Notis Tyronis p. 150. Vitae Abbatum Beccensium p. 53. de Guillelmo Crispino p. 53. *In sua primaeva aetate habebat capillos crispos, et rigidos, atque surſum erectos, et, ut ita dicam, Reburſos, ad modum pini ramorum, qui semper tendunt surſum: quare cognominatus est Crispinus, quasi crispus pinus. Quum capillorum reburſionem videremus adhuc in ipsius Girberti genere defendimus*. Quod a pinus similitudine *Crispinus* dici putat hic auctor, ridiculum est. Vt a *Longus*, *Longinus*, ab *Augustus*, *Augustinus*, sic a *Crispus* dicitur *Crispinus*.

REBVRSARE, pecudium e *bursa*, seu crumena, promere, Gall. *Debourser*, alias *Reborser*. Le Roman de Vacce MS.

REBVRRIO, REBVRRVS. V. *Reburrus*.

REBVS, *genus vitis est*, apud Papiam.

RECA, Graece ῥίπη, flagellum. V. in *Reda*.

RECADERE, recidere, redire, vbi de possessionibus quae praefinito tempore ad aliquem redire debent. Charta an. 957. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 953.

RECALCARE. (1) Petrus de Vineis l. 2. Ep. 36. *De vasallis nostris decenter Recalcatis et communitis*. Vbi editor, ad oram, *recalcatis*, *i. de novo tectis*. Malim *Recalfactis*. (2) † Implere, iterum complere, in Compur. a. 1362. (3) RECALCARE, RECALLARE, occare, glebas conterere, in Gloss. Prou. Lat.

RECALCATA MVSTERLA, *id est, repelita*, Gothofredo in Glossario Nomico ad Codicem Theod. Lex 4. eiusd. Cod. tit. 6. l. 16. vbi quidam legunt *recalcatis*. Male, inquit idem Gothofredus in Notis, vbi addit: *Retalcatis*, *iterum calcatis*.

RECALCIRE, sarrire, Gall. *Sarcler*. Miracula S. Zitae, to. 3. Aprilis p. 523.

RECALCVS. (1) Charta an. 873. in Tabulario Ecclesiae Viennensis fol. 16. *Quae habet fines et terminationes de uno latus via publica, de alio latus una cum Recalco terram ad infantes Martanae, etc*. Rursum fol. 36. *In alio latere una cum Ritako habet perticas agripedales 66. et pedes 2. et ipse Retalcus in latis perticas 6. etc*. Fol. 51. *Hae sunt rebus vineae suae, cum Recalco uno, et casam cum caſarico et orile, etc*. Infra: *Iungit ad eam Recalcus, qui habet in longum perticas agripedales 4. etc*. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Vna cum*

anum Recalco perticas 3. ipſe Recalcus habet in lato pedes 16. in alio fronte pedes 3. etc. (2) † Radula, ſcalprum, in Inquiſit. a. 1288.

† RECALECIA, plantae ſpecies, Gall. *Réglisſe*, ol. *Régalisſe*. Leudae maior. Carcaſſ.

RECALIARE, in morbum recidere, a Prouinciali *Recaliyar*, Gall. *Retomber*. Statuta Arelatenſ. MSS. fol. 131.

RECALLARE, V. *Recalcare 3.*

RECALX, Calcitro proprie, translate Reluctans. Commodianus Inſtruct. 38. *Improbi ſemper es dura cervice Recalces.*

RECAMATOR, Phrygio, qui pingit acu, ab Italico *Recamare*, acu pingere. Miracula B. Simonis de Lipnica, to. 4. Iulii p. 547. *Quamobrem maritus ſuus dominus Runeka, arte Recamator, etc.*

RECANNARE, canna ſeu menſura agraria remetiri. Statuta Maſſil. l. 3. c. 31.

RECANTVS, reiteratio cantus. Vetus Ordinarium MS. ad vſum Eccleſiae Ambian. in Sabbato Quatuor Temporum.

RECAPITARE SESE, f. Gradum ſiſtere. Iſidorus Epiſcop. Pacenſis in Chronico aera 769. *Europenſes vero ſolliciti ne per ſemitas delateſcentes aliquas facerent ſimulanter celatas, ſtupefacti in circuitu ſeſe fruſtra Recapitant.*

RECAPITVLANS CYCLVS VICTORI, ſeu Victorii, in Inſcriptione, quae libro primo de Vita B. Ioannis Abb. Reomaenſis a Iona Abbate praefixa eſt, dicitur ſecunda periodus cycli Paſchalis a Victorio, vti notum eſt, excogitati. Annis 532. conſtabat cyclus Victorinus, incipiens anno 28. Chriſti, ac proinde, adiectis iis 28. annis, prima huius cycli periodus definit anno 559. Altera igitur periodus, quam *Recapitulantem cyclum Victori* vocat Ionas, ortum ducebat ab anno 560. V. Mabillonium to. 3. Analect. p. 514. et ſeqq. Aliter intelligitur *Recapitulatio Dionyſii*, vt mox dicetur.

RECAPITVLARE. (1) *Ad initium redigere*, vti interpretatur Tertullianus l. 5. adu. Marc. c. 17. a capite initium reſumere. S. Auguſtinus l. 20. de ciuitate Dei c. 14. Ad hanc notionem proxime accedit Gall. *Recapituler*, Res diſperſe et diffuſe dictas aut ſcriptas ſigillatim cogere, ſummatim repetere, recenſere. Hoc intellectu legimus ad calcem tituli 31. Capitularium Caroli Calui. (2) Arguere, reprehendere. Acta S. Erconwaldi Epiſc. n. 16. to. 3. Aprilis p. 784. V. *Capitulare 6.* in *Capitulum 4.*

RECAPITVLATIO, Ἀνακεφαλαίωσις, ante dictorum ſummaria repetitio. Apud Caſſiodorum c. 24. Diuin. lect. inſcribitur: *Recapitulatio generalis.* RECAPITVLATIO DIONISII, aera quae ducit initium ab Incarnatione Verbi, a Dionyſio exiguo primum adhibita. Charta Osheri Regis apud Hickeſium Diſſert. p. 79. V. ſupra *Recapitulans cyclus Victori*, cui annexa alia notio eſt. RECAPITVLATIO SOLIDORVM, breuis expoſitio varii numeri ſolidorum pro diuerſis delictis ſoluendorum ex Lege Salica, ad calcem huius Legis to. 1. Capitularium col. 323.

RECAPTARE, recipere. Miracula S. Maioli Abbatis to. 2. SS. Maii p. 691. V. *Recaptiuare.*

RECAPTIVARE, recuperare, requirere: Goldaſtus. Sed neſcio, an non potius legendum ſit *Recapture*, ex Gall. *Racheter*. V. *Recaptare.*

RECAPTIVATORIAE LITERAE, in Legibus Hungaricis, quibus vendicamus bona. Tales ſunt *Requiſitoriae*, *Reapprehenſoriae*, *Reincorporatiuae*, *Redintegratiuae*. Sambucus et Albertus Molnarus.

RECATAGIVM, idem quod *Rachatum*, de qua voce ſupra. Charta an. 1402. in Hiſt. Monmorenciaca p. 395.

RECATVM, idem quod ſupra *Rachatum*, redemptio, *Relenium*. Charta Philippi Franc. Regis ann. 1200. to. 3. Hiſt. Harcur. p. 180.

RECAVDARE, exigere, recuperare. Vox Hiſpanica, apud Michaelem del Molino.

RECAVERE, inuicem cauere, vice verſa cauere. Cod. Theod. l. 9. tit. 2. leg. 3.

RECAV-

RECAVSARE, pro *Recuſare*. Aldhelmus de Laude Virgin. c. 40.

RECAVSATIO, in cauſam iterata miſſio. Placitum an. 748. apud Mabillon. l. 6. de Re Diplom. p. 489.

RECAVTVM, apocha, ſeu ſecuritas de ſuſcepta pecunia: *Quittance*. S. Auguſtinus de Cura pro mortuis: Adde Nou. Iuſtiniani 136. et Cuiacium ad tit. Cod. de Apochis publ.

RECAVVS, *conuexus*, in Onomaſtico ad calcem to. 4. SS. Iunii. Alias idem eſt quod Coricauus. Prudentius Pſychom. v. 423.

RECAVZARE, RECONZARE, f. reficere, Ital. *Racconciare*, Gall. *Raccommoder*. Statuta Montis-Regalis p. 269.

† RECCVS, RECHVS, RECVS, alueus, riuus, canalis. Libert. Stagelli, a. 1331.

RECEDERE. (1) Mori, fato fungi, vita excedere. Idatius in Faſtis: *His Coſſ. Honorius Auguſtus Receſſit Veronae*. Et alibi: *His Coſſ. Receſſit apud Mediolanum Theodoſius Auguſtus*. (2) Remouere. Acta S. Franciſcae Rom. to. 2. Martii p. 136*. (3) RECEDERE MALEFACTORES, ſontibus permittere, vt ſui ſint iuris, data ſatisfaciendi cautione. Conſuetudines Furnenſes MS. ex Archiuo S. Audomari.

† RECEDIPIVM, *veſtis paraſitica*, in vet. Gloſſ. V. *Rechedipna*.

RECELARE. (1) Occultare. Onomaſticum ad calcem to. 5. Anecd. Marten. *Super quibuscunque aliis exceſſibus et forefactis . . . hucusque Recelatis . . . vos informetis*. (2) † Dicitur de praeſtatione agraria, quam quis dare renuit. Ch. Mſ. a. 1259.

RECELLA, res parua, V. *Recula*.

RECELLIGERE, recipere, recepture, Gall. *Receler*, ſi vera lectio eſt; nam videtur legendum *Recolligere*. Charta an. 1455. e Tabulario Aniano.

RECELLVLA, res parua, V. *Recula*.

RECENSARE, pro *Recenſere*, numerare, ſcriptum eſſe in Gloſſis MSS. teſtatur Voſſius de Vitiis ſetm. l. 4. c. 20. pro quo reponendum cenſet reipſa *Recenſere*, niſi ſimile ſit ac *Redinſerare*: de quo inferius.

RECENSERE, *recenſſer*, narrare, Gall. *Raconter*. Le Roman de la Roſe MS. *Recenſere*, pro narrare, non eſt Latinis ignotum; ſed non ita Gallis verus *Recenſſer*.

† RECENSIRE, iterare, in Gloſſ. Gall. Lat. Mſ. *Recincerare*.

† RECENSOR, narrator, delator, apud B. de Amor. in ſpeculo facerdot. Mſ.

RECENTARIA, RECENTARIVM. V. mox in *Recentatum vinum*.

RECENTATVM VINVM, vt auctor eſt Alexander Trallianus l. 2. fuit propomatis genus, quod, vt in eo bibendo magis delectarentur Romani, peculiari quadam arte refrigerabant: ſic nuncupatum, vt cenſet Hieron. Mercurialis l. 1. Var. lect. c. 7. quod vinum antiquum muſto, vel lixiuio, vel tortiuo commiſceretur, vel quaſi renouaretur, quomodo plerosque hodie factitare conſpicimus. *Recentare* enim veteres Romanos pro *renouare* dixiſſe conſtat ex Agellio l. 15. c. 25. Neque aliud innuit, ni fallor, *Recentium* vocabulo Auitus Viennenſis Ep. 65. *Caeterum de Recentibus, quia praecipitiis, et meas partes vedo, et multiplices ſuas, vtatur parcidum capacitate procapis, atterat labris phialas, quas circumdet pituitorum denſitate, pro circulis*. Idem Ep. 77. *Iam de cibis taceo: in accipiendis Recentibus maior eſt poena. Muſta depoſcens, aut inediam patior, aut aliquid repuiſſe confingor. Summa importunitate prorago, et tres recentes aliis plus praeſumam. Ipſae enim paterae, quas confictis caſibus frango, quotidiana reparatione decreſcunt*. Vbi Sirmondus *Recentes* appellari ait, *recentatos*, id eſt ad rigorem redacti vini potiones. V. Stuckium l. 3. Antiquit. conuiual. p. 344. Memorat idem Mercurialis l. 2. c. 13. vinum *Picatum* et *Raceum*, atque in populari vocabulo appellari vinum conditum et mixtum, quod Romanis *picatum* dicitur. Solebant enim illi vaſa pice oblinere, reſinamque ipſam vino commiſcere; quod talia vaſa non modo gratum quemdam odorem imperi-

rent,

rent, verum etiam vinum generosum redderent. RECENTARIA, in Glossis Lat. Gr. et Graec. Lat. πεμφόρος. RECENTARIVM praetenea inter vasa et ministeria sacra recensetur. Est autem vas, in quod *recens*, seu *vinum recentatum* infundebatur. Historia Episc. Autisiod. c. 20.

RECENTIA, Initium. Chronicon Metense apud Acher. to. 6. Spicil. p. 661.

RECEPASNAGIVM, quod pro iure porcorum a festo S. Andreae ad Natiuitatem Domini pascendorum Maiori soluitur, non Domino, vt *Passagium*. Sic exponitur haec vox in Professione iuris clientaris Abbati Floriacensi incerto anno praestita a Maiori villae Sousaussoy in foresta seu silua Aurelianensi.

RECEPELLATVRA, vestis species e pellibus, vt opinor. Statuta Placentiae l. 6. fol. 82.

RECEPTA. (1) Medicamenti adhibendi formula, quomodo *Recepte* Galli dicunt. Ioan. Gerson. lib. de laude Script. de Medicis: *Non enim sufficiunt eis libri, quantumlibet et arte compositi; sed oportet variare Receptas*, etc. (2) Pecuniarum coactio, quaestura, Gall. *Recette*. Item Aerarium, in quod conferuntur coactae pecuniae. Decimae Regi Franc. concessae an. 1316. apud Lobinell. to. 2. Histor. Britan. col. 467. *Item LXIX. lib. pro duobus terminis quarsi anni decime ad sex annos concesse, in moneta Brisonica et alia communi, & eam magistri huius Recepte duxerint acceptandam*. Literae Iohannis Franc. Regis an. 1356. apud D. Secousse to. 3. Ordinat. Reg. p. 78. pro incolis Aminioneti: *Receptores dicto Senescallo . . . presentibus Consulibus et Procuratoribus dicte Vniuersitatis . . . compotum et rationem legitimam de Receptis et missis ob hoc factis semel in anno reddere teneantur*. V. infra *Receptus*. (3) Ius pastus. V. *Receptum*. (4) Forte *Oblata* in Parthenonibus. Necrologium MS. Abbatiae S. Petri de Casis: *XXXI. Ianuarii obiit Agnes de Crecies Recepta de Casis*. Pluries occurrit ibi, nullo addito, vnde certa notio possit erui. V. *Receptus* 3. et *Redditus* 1.

RECEPTABILIS, qui admitti potest, idoneus, Gall. *Recevable*. Charta Odonis Ducis Burgund. an. 1293. apud Perardum p. 275.

RECEPTAGVLVM, hospitium, domus, in quam quis se recipit: proprie vero domus munita, castellum. Charta Philippi Augusti an. 1219. it. Ch. a. 1272. apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressiae p. 17. 19. vbi non integra domus, aut munitio quaeuis, sed pars domus munitae seu certa quaedam munitionis species, ac forte turris, videtur esse intelligenda. Ita *Recet* Gallis olim. V. *Receptum*.

† RECEPTALIS, aduena, externus hospitio exceptus, vnde a Burgensi distinguitur. Consuet. S. Mart. de Valle. V. *Recepture*.

RECEPTAMENTVM, receptio, Gall. *Recelement*. Literae Edwardi I. Regis Angl. an. 1303. apud Rymer. to. 2. p. 931.

RECEPTARE, hospitio excipere. Constitutiones Cluniacenses MSS. ex Archiuo B. M. Deauratae. V. *Receptum*.

RECEPTARIVS, exactor, coactor, Gall. *Receveur*. Charta ann. 1365. ex Archiuo Brivatensi.

† RECEPTATOR, RECEPTOR, apud Latinos de loco, in quem quis se recipit, tantum intelligitur; de personis vero quae recipiunt, vsurpatur apud Scriptores medii aeui. Digest. l. 47. tit. 16.

RECEPTIBILIS, qui recipi potest vel debet. S. Augustinus l. 5. de Trinit. c. 13. V. *Receptabilis*.

RECEPTIO. (1) Exactio, coactio, Gall. *Recette*. Literae Philippi Franc. Regis an. 1290. apud Lobinell. to. 3. Hist. Paris. p. 281. V. *Recepta* 2. (2) Ius pastus. V. *Receptum*. (3) Calicis ablutio post sumtionem Corporis et Sanguinis Christi. V. *Superfusio*. (4) RECEPTIO NEMORVM, facultas, vt videtur, succidendorum lignorum in silua regia ad munitionem vrbis necessariorum. Literae Caroli filii Philippi Audacis an. 1324. apud D. Secousse to. 4. Ordinat. p. 38.

38. (5) † Prouentus, reditus, in Ch. a. 1241.

† RECEPTITIA ACTIO, *dos*. Conf. Lexica Iurid. Caluini et Brissonii.

RECEPTOR: (1) Arbiter. Gloſſae Iſidori: *Receptor, Actor concordiae, Medius.* (2) Exactor, coactor, tribunus aerarius, Gallis *Receveur*. Occurrit paſſim. V. *Receptoria*, Voſſium l. 1. de Vitiis ſerm. c. 27. et in Appendice p. 799. (3) Concil. Mexicanum an. 1585. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 313. *Notarii eccleſiaſticorum tribunalium Iuius prouinciae, et tabelliones qui Receptores vocantur, ante ne accipiantur quam Epiſcopis . . . . obedientiam iureiurando promittant. In loco ad audiendum conſeſſus per trés ante meridiem horas trésque alias poſt meridiem ſaltem aſſiſtant; ibique ipſimet per ſe negotia cum iudicibus expediant.* (4) RECEPTOR HORARVM, V. in *Horae*. (5) V. *Receptator*.

RECEPTORIA, coactio, exactio, Gall. *Recette*. Charta Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1295. apud de Lauriere to. 1. Ordinat. p. 327.

RECEPTORIVM. (1) Locus, in quem quis ſe recipit. Papias: *Diuerſorium, Receptorium, Hoſpitale.* Sidonius l. 5. Ep. 17. (2) Conclaue rationarium, Gall. *Comptoir, Bureau de recepte*, vbi ſcilicet pecuniae numerantur et exſoluuntur. Lex 3. Cod. Th. de Palatinis. (3) Idem, vt videtur, quod mox *Receptum*, ius paſtus. Charta Petri Epiſcopi Tullenſis an. 1188. pro Monaſterio S. Apri eiusd. vrbis, apud D. Calmet. in Probat. Hiſt. Lotharingiae to. 2. col. CCCXCVIII.

RECEPTVM. (1) RECEPTVM et RECEPTVS, illud videtur, quod Gallis *Arberguria*, vel *Droits de giſte*, in Chartis appellatur, hoc eſt ius paſtus: nam etiamnum Belgae Gallici vocant *Receptes*, conuiuia, quibus agnati, qui agnatorum nuptiis interfuerunt, eosdem nouos coniuges domi recipiunt, et excipiunt. Chronicon Beſuenſe p. 548. *Monachi vero de hominibus Receptum et placitum reſipientes*. Charta an. 1103. ex Tabular. Clariacenſi: *Dominus et omnino finiuit Deo et B. Petro ad locum Cluniacum vnum Receptum, quem in Connariaco exigebat.* Charta an. 1062. inter Inſtrum. to. 2. Gall. Chriſt. col. 180. *Nihil in eadem abbatia ego . . . retinendo, exceptis his conſuetudinibus, CC. ſolidis . . . vno Recepto Comitis Pictauenſis . . . et inſtitia panis et vini, cum in hanc villam venerit.* Paſſim occurrit vox *Recetum* vel *Recetus*, pro refectione. In Rotulo ſaeculi XII. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archiuo Monaſterii de Caſa Dei prohiſcue legitur eadem notione *Receptas* aut *Recetus*, vt et in Chartulario Canalarienſi dioeceſis Anicienſis; *Receptum* vel *Receptus* in Statutis S. Claudii p. 74. 77. 79. 84. et alibi. Ex iis emendanda procul dubio Bulla Anaſtaſii IV. PP. an. 1153. inter Inſtrum. Eccleſiae Maſſil. to. 1. nouae Gall. Chriſt. p. 112. col. 2. vbi legitur: *Caſtrum Albaniae, et duos Rocetos pro eo in Natale Domini et in Paſcha.* Corrigo *Recetos* ex Transactione an. 1165. mox laudata. Hinc euanescit coniectura Gloſſatoris, qui ſuſpicatur *Rocetos* eſſe *Rochets*, quibus vruntur Epiſcopi, Galli *Rochets*. V. *Coena* et *Procurare*. RECEVTVM, vel RECEVTVS, eadem ſignificatione. Transactio Abbatis S. Victoris Maſſil. cum Epiſcopo Tolon. an. 1144. ex paruo Chartulario eiusd. S. Victoris. RECEPTIO, eadem notione. Tabularium Perſiacenſe ch. 30. apud Perardum p. 42. RECEPTA, eodem etiam, ni fallor, ſignificatu, in veteri Charta apud Perardum in Burgundicis p. 81. RECEPTACVLVM, eodem, vt videtur, intellectu. Primordia Monaſterii Calmoſiacenſis apud Marten. to. 3. Anecd. col. 1164. (2) Via et ratio rei conficiendae, qua ratione vſurpari vulgo ſolet, cum bonum conſilium *bonum receptum*. dicunt, translatione a medicorum pharmacis petita. Capitula Caroli Calui tit. 21. *Iſte meus cariſſimus nepos cum dilectiſſimo fratre meo Hludouico parabolauit, et tale Receptum et conſilium inuenit.* (3) † Ius domini

mini ſafe in caſtrum vaſſalli recipiendi. Ch. Mſ. a. 1153. V. *Receptus* 2.

RECEITVRA, idem quod *Recepta* 2. Pecuniarum aliorumque reddituum coactio, Gall. *Recette*. Fundatio Parthenonis Lonanii an. 1522. apud Miraeum to. 2. p. 1050.

RECEPTVS. (1) Prouentus, reditus, Gall. *Recepte*. Charta G. Ebrodunenſis Epiſcopi an. 1159. apud Petrum Ioſſredum in Epiſcopis Nicaeenſibus. (2) Obligatio vaſſalli, qua tenetur dominum ſuum in ſuo caſtro *recipere*, ſi eo egeat ad bella vel negotia ſua. Fulbertus Carnot. Ep. 6. (3) Laicus, vt videtur, in Monaſterio receptus, ac forteſſis idem qui *Oblatus*: de quo plura dicta ſunt in *Oblati* 2. Literae Caroli Regentis an. 1358. apud D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. p. 318. V. *Receptus* 4. et *Redditus* 1.

RECERCARE, perquirere, Ital. *Ricercare*, Gall. *Rechercher*. Statuta Montis-regalis p. 300.

RECERCATIO, inquiſitio, Gall. *Recherche*, Ital. *Ricercata*. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 89. vo.

RECERCATOR, perquiſitor, indagator, Ital. *Ricercator*, Gall. *Rechercheur*. In Statutis Saluciarum collat. 4. c. 118.

RECERNERE, pro ſecernere, niſi ita legendum ſit. Codex Theod. lib. 15. tit. 1. leg. 38.

RECESSA, receſſus maris. V. *Acceſſa* 1.

† RECESSARE, reddere, tradere, in Ch. a. 1504.

RECESSIM, ἐπὶ πόδα, in Gloſſis Lat. Graec. Gloſſae Graec. Lat. Ἐπὶ πόδα, *Receſſim*, *reperidia*. V. *Reperidia*.

RECESSVS. (1) Regreſſus, digreſſus. *Receſſis ambaſciatoribus*, in Vita S. Vrſulinae Parmenſis num. 28. tom. 1. Aprilis p. 732. (2) Codex deliberationum in *dietis* ſeu conuentibus habitarum, ideo ſic dictus, quod ſcribi ſoleat antequam a conuentibus recedant proceres congregati. Maxime dicitur de Codice deliberationum in *dietis* imperialibus habitarum, vulgo *Receſſus imperii*, Gall. *Recez de l'Empire*. Sententia Sigismundi III. Regis Poloniae pro Curlandiae Ducibus, apud Ludewig tom. 6. Reliq. MSS. p. 227. (3) Reſignatio, vt exponunt viri docti, Gall. *Reſignation*. Vita S. Coeleſtini Papae lib. 3. c. 10.

RECETTA, idem quod *Recepta* 2. Medicamenti compoſitio, Gall. *Recette*, Ital. *Ricetta*. Statuta Ciuitatis Aſtae fol. 75.

RECETVM, RECETVS, V. *Receptum* 1.

RECEVERE. Decretum ad calcem Statutorum Placentiae fol. 116. vo. *Item, quod nullus maſſarius et laborator terrarum poſſit Recuere de poſſeſſ. ſuper quibus eſt, vel erit, niſi prius facto ratione cum domino poſſeſſ. et ſoluto et ſatisfacto*. Legendum eſt *Recedere*, niſi forte quod non puto, *Recuere* aliquando idem ſit quod *Recedere*; *Ricuere* enim, unde fingi potuiſſet *Recuere*, Italis non eſt *Recedere*, ſed *Recipere*, Gall. *Recevoir*.

RECEVTVM, RECEVTVS, V. *Receptum* 1.

RECHACEA, via per quam animalia agunrur in paſcua et inde reducuntur. V. *Chacea*.

RECHAGIARE, aurum vel argentum ab aliis metallis, quae in monetis permiſceri ſolent, ſeparare; metalla illa ex auro vel argento quaſi expellere, Gall. *Chaſſer dehors*, ſeu, vt olim efferebant *Rechocier*, *Rachaſſier*. Literae Philippi Pulcri Franc. Regis ad Seneſcallum Pictauienſem ann. 1308. tom. 1. Ordinat. Reg. p. 451. RECHATARE, eadem notione. Mandatum Curiae Philippi Pulcri an. 1313. to. 1. Ordinat. Reg. p. 529. col. 1.

RECHACIATVS, repulſus, propulſus, Gall. *Rechaſſé*, *Repouſſé*. V. in *Chacea*.

RECHANARE, tigrides dicuntur in *Baulare*. V. *Raccare*. De clamore aſinino voces *Racaigner* et *Recaner* exponuntur a Borello.

RECHAPTARE, redimere, Gall. *Rachepter*, ſeu *Racheter*. Obituarium MS. S. Geraldi Lemouic. fol. 16.

RECHARGIA, mandatum, quo iudex ſuperior formam ſententiae exprimit, iubetque inferiorem iuxta hanc formam pronuntiari. Ita Nomenclator idiotiſmi Leodienſis in voce *Appriſe* ad calcem obſeruationum Meani in Ius ciuile Leodienſium.

Occur-

Occurrit vox *Rechargia* in Hiſtoria Loſſenſi part. 3. p. 164. et 176.

RECHATARE, Vide ſupra in *Rechaciare*.

RECHATVM, redemtio, *Rachat*. V. ſupra *Rachetum*.

RECHEDIPNA, *veſtis paraſitica, pluralister*. Papias. Melius *Trechedipna*, quae, vt indicat vetus Scholiaſtes Iuuenalis, ſunt *veſtes coenatoriae*, ac maxime quae paraſitis in vſu erant, vt obſerunt Voſſius in Etymologico. Eſt ea vox a τρέχειν, currere; et δεῖπνον, Coena, quod iis induti currerent ad coenas. Plura vide apud eumdem Voſſium in laudato Etymologico, et adde Ferrarium de re veſtiaria.

RECHEPTOR, pro *Receptor*, Gallice *Receveur*, coactor, exactor. Literae Caroli primogeniti Iohannis Regis Franc. ann. 1356. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. p. 86.

† RECHETVM, i. q. *Landimium*, in Ch. a. 1320.

RECHINVS, cognominatus Fulco Comes Andegauenſis, ob morum aſperitatem, et moroſitatem. *Rechigner* enim et *rechigner*, dicunt Galli eos qui moroſi ſunt, rudes, vel immites, quam vocem a *Rixa* neſcio an bene deducamus viri docti. *Rech* etiamnum Picardi vocant, quod aſperum eſt, quam vocem vt plurimum vſurpant in pomis aut pyris aſperis. Willelmus Malmesbur. lib. 3. *Fulco, Rechin dictus, quod germani* (Gaufridi) *ſimplicitati crebro infrendens, ad vltimum honore ſpoliatum perpetua cuſtodia coërcuerit. Richinus* dicitur in Notitia anni 1104. apud Sammarthanos in Abbatibus S. Albini Andegau. Orderico Vitali p. 484. et 532. Hinc emendandus videtur Lambertus Ardenſis p. 19. vbi pro *riclino* legendum *richino*, id eſt, cum indignatione, quae vis eſt vocis; Galli dicerent *avec rechignement*.

RECI, *iterum vel retro. Graecum eſt.* Ita Iohannes de Ianua.

RECIDA, f. Retia. Hiſt. MS. Monaſterii Beccenſis p. 596. *Cachiam vnam habeant in propriis boſcis ipſorum ad leporem, vulpem et murilegum, ſine Recidis et arcubus; ita quod in boſcis dicti Willelmi ingreſſum non habeant ad cachiandum, nec etiam in propriis ipſorum ad groſſam beſtiam.*

RECIDARE, recidere. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 71.

RECIDIVA. Epiſtola Troili Epiſcopi Santon. edita a Simondo tom. 1. Concil. Gall. de quodam baptizato: *Tantum recolit quod de linteo caput habuit inuolutum, quod frequenter infirmantibus fieri ſolet, ne caput algeat, et Recidiam incurrat.* Id eſt, ne rurſum in morbum *recidat*. Galli hac notione voce *Retidive* vtuntur, Itali *Recidiva*. Annales Genuenſ. ad an. 1190. apud Murator. tom. 6. col. 364. *Propter quod ciuitas diſcordiae et ſeditiones reſurrectionem habuerint et Recidiuam.*

RECIDIVANTER, recidendo. Vita S. Stanislai Epiſc. tom. 2. SS. Maii p. 263.

RECIDIVARE, recidere, Gall. *Recidiver*. Papias: *Recidiuare, Renocare, poſt lapſum reparare, in infirmitatem iterum cadere.* Ioan. de Ianua: *Recidiuare, Renouare, poſt caſum reparare.* Item: *Recidiuant illi infirmi, qui in conualeſcentia ſunt, et poſſunt cadere in infirmitatem.*

RECIDIVATIO, repetita culpa, Gall. *Recidive*. Menoti Sermones fol. 99.

RECIDIVATVS, reſtitutio, qua quid poſt caſum reſurgit, inſtauratur. Tertull. de Reſurrect. carnis cap. 18. *Scripturae carnis Recidiuatum pollicentur.*

RECIDIVVM, idem quod *Recidiua*, iteratus lapſus. S. Bernardus Epiſt. 130.

RECIDIVVS, qui redit ac reuertitur. *Recidiuus annus*, apud Tertullianum. *Recidiua impietas*, apud Auctorem carminis de Sodoma apud Cyprianum. *Recidiua gloria*, apud Coripum lib. 2. de laudibus Iuſtini. *Recidiui patriae tumultus*, apud Saxonem Grammaticum lib. 11. *Recidiuae febres*, apud Plinium lib. 30. c. 21. Vide Lexicon Martinii.

RECIDIZARE, idem quod *Recidiuare*, vt forte legendum eſt apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1940.

RECIDVA, pro *Recidiua*. Vide *Recidiuus*.

RECI-

RECIDVARE, *saepius cadere*, in Gloſſis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. c. 20. Sic *Reciduus*, *ſaepe cadens*. Nempe *Reciduare* fecerit a *Reciduus*, et hoc a *Recido*, quomodo a *caedo caeduus*, a *paſco paſcuus*, etc. In iisdem Gloſſis etiam *Reciduare* idem eſſe dicitur ac *Reſtaurare*; ſed malim *Recidiuare* hac notione, a *Recidiuus*: de quo paulo ante.

RECINCERARE. Synodus Sodorenſis an. 1239. cap. *de* (pluribus) *Miſſis celebrandis: Caueat Sacerdos cum ipſe Recinceratus manus ſuas, et calicem cum aqua et vino poſt Communionem, ne ſumat ablutionem, ſed reponat illam in vaſe mundo vſque ad finem alterius Miſſae*, etc. Vbi *recincerare* eſt abluere, lauare, qua voce etiamnum in Picardia vtimur. Nam *recincer* dicunt Galli de linteis, quae ex lixiuio in aquam mundam immittuntur, et abluuntur: quod Franci puriores *Rinſer*, Itali *Riſciaquare*. *Recentare* dixit Gn. Mutius apud Agellium lib. 15. c. 25. vnde Itali *reſentare* acceperunt pro *vas aqua eluere*. Vox formata ex Gallico *chinſe*, de qua in voce *camiſile*, quod lineum tenue ſignificat, quod non lixiuio, ſed aqua dumtaxat munda eluitur. (Felicius etymon, mea quidem ſententia, proponitur in *Reſincerare*.)

RECINCTVS. (1) Militiae redditus, cingulo militari rurſum donatus, apud Ammianum lib. 26. Vide Gothofredum Cod. Th. to. 1. p. 143. col. 1. (2) Ambitus, circuitus, Italis *Recinto*. Breuiarium Hiſtoriae Piſanae apud Murator. tom. 6. col. 184.

RECINIVM. (1) Pro *Ratiocinium*, in Concilio Oxonienſi an. 1222. c. 7. niſi ita legendum ſit, quod volunt viri docti. (2) Merenda, V. *Recticinium*.

RECIPERE. (1) Paſtum praebere, V. *Receptum* 1. (2) In alicuius rei poſſeſſionem venire, vel ex ea redditus percipere. Charta Maioris-Monaſterii apud Lobinell. tom. 2. Hiſtor. Britan. col. 228. (3) Quaſi *Reincipere*, repetere. Sic *Recipere matrimonium*, in Lege 3. Codicis Theod. de maternis bonis, matrimonium iterare. Pro ſimplici inchoare, incipere, Iohannes Gaietanus in Ordine Roman. c. 118. apud Mabillon. tom. 2. Muſei Ital. p. 441. (4) RECIPERE IN NOTAM, perſcribere, in commentariolum referre, Gall. *Minuter*. Charta ann. 1329. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 223. col. 1. Vide *Nota* 3. (5) † Probare, acceptum habere, Gall. *Recevoir*, in Stat. a. 1378. (6) † Capere, auferre, furari, in Stat. a. 1347.

RECIPIABILIS, idoneus, conueniens, qui recipi ſeu acceptari poteſt aut debet, Gall. *Receuable*. Charta ann. 1279. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictau. MSS. p. 920. Forte leg. *Receptabilis*, vt infra.

RECIPICE, vel, vt Galli loquuntur, *Recepiſſé*, ſchedula, qua quis agnoſcit ſe aliquid ab alio *recepiſſe*. Statuta Collegii Sagienſis an. 1427. apud Lobinell. tom. 5. Hiſt. Pariſ. p. 698. col. 2.

RECIPROCARE. (1) *Reſpondere*. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. c. 1. (2) Iterare, reperere. Chronicon Senonienſe ad ann. 1002. inter Probat. Hiſt. Lotharingiae tom. 2. col. XIII. (3) RECIPROCARE AD SE, ſibi vendicare, adſciſcere, aſſerere, Gall. *S'approprier*. Chronicon Siciliae apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 21.

RECIPROCICORNIS, cornua habens in ſe reciprocata ſeu reflexa. Tertull. de Pallio c. 1. *Nam et arietem, non quem Laberius Reciprocicornem et lanicutem et teſtitrahum vocat*, etc.

† RECIRCARE, perquirere, inueſtigare, Ital. *Ricercare*. Stat. ant. Florent. V. *Recercare*.

RECIRCVLATA, V. in *Recula*.

RECIRCVLATIO, reflexio quae fit quodam circuitu. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 3. c. 22. num. 4.

RECISA, abolitio, vt videtur, qua quid reciditur ſeu abrogatur. Praeceptum Caroli M. pro Monaſterio S. Martini Turon. an. 782. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 43. *Et quicquid fiſcus conſuetudinis*

nis habuit recipiendi in luminaribus ipſius Sancti, pro noſtra eleemoſyna ad praeſens in Reciſa computetur, id eſt, Reſciſſum et abolitum, ſi vera noſtra interpretatio eſt. Eadem notione, vt puto, accipiendae voces *Reciſum*, *Reciſe* ſeu *Reciſae* in Emunitate Aigliberto Epiſc. Cenoman. conceſſa, apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 210. *Inreciſum* vnica voce pro *in reciſum* legit Mabillonius, nosque ipſi ita ſcripſimus ſupra in voce *Inreciſus*; ſed tota Chartae ſerie diligentius attenta, videtur omnino legendum eſſe *in reciſum* diuiſis vocibus, ita vt ſenſus ſit, Regem reſcindere, abolere ſeu dimittere quicquid fiſcus eius in villa, de qua hic agitur, percipiebat: quod ſatis patet ex poſterioribus verbis: *Praecipientes igitur* etc.

RECISE, breuiter. Vita S. Leonis PP. IX. apud Murator. tom. 3. p. 293. col. 2. *Reciſus tempus*, pro breuiori, dixit Vlpianus.

RECISORIA, *actio reciſa*, in veteri Vocabulario Iuris vtriusque.

RECISVM, V. in *Reciſa*.

RECISVS BANNVS, V. *Reſiſus*.

RECITABVLVM, *vbi recitatur*. Gloſſae Iſidori.

RECITAMEN, pro *Recitatio*, in Praefatione Concilii Engelenhemenſis an. 948.

RECITARE. (1) Pro *Retinere*, ni ita legendum ſit. Conuentio an. IIII. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 379. (2) † Iterum citare, denuo in ius vocare. Gualt. Hemingf.

† RECITATIVE, nominatim, expreſſe, in Ch. a. 1482.

RECITATVS, male pro *Retiatus*. Vide in hac voce.

RECLVM, rete. V. *Retium*.

RECLA, liciatorium. Gloſſarium Graec. Lat. MS. ἀντίον, ἔνθα ὑφαίνουσιν αἱ γυναῖκες, *Inſulum*, *Recla telae*. In edito eſt *inſublum*, (*inſubla*, et *inſubulum*,) tantum. In Notis Tyronis p. 159. occurrit vox *Sororeclatum*.

RECLAMACIO, vox practica, Gall. *Reclamation*, repetitio, reuindicatio. Charta an. 1253. apud Thomam Mardox Formul. Anglic. p. 160. V. *Reclamare* 3.

RECLAMANTES, apud Typographicos dicuntur voces in ima paginae ora exaratae, quae primam ſequentis paginae vocem indicant, Gallis *Reclames*. V. *Maittaire* tom. 1. Annal. Typograph. p. 266.

RECLAMARE. (1) Declarare. Acquietatio pro Rege Angliae ann. 1274. apud Rymer. tom. 2. p. 34. (2) Inuocare, implorare, Gall. *Reclamer*. Vita S. Geruini Abb. Centul. tom. 1. Martii p. 285. col. 1. (3) Vox iuridica, Gall. *Reclamer*, vindicare, repetere. Hinc

RECLAMATIO, repetitio, Gall. *Reclamation*; RECLAMEVM et RECLAMIVM, Gall. *Reclain* vel *Reclame*; RECLAMATOR, actor, repetitor; RECLAMATORIA, Epiſtola ad Principem miſſa ab eo, qui ſe poſſeſſione ſua iniuſte ſpoliatum queritur. V. in *Clamare* 2. et Gloſſarium Iuris Gallici.

RECLARARE, idem quod *Clarefacere*, declarare, notum facere, in Chartis aliquot Italicis apud Vghell. to. 7. Ital. Sacr. p. 410. et alibi non ſemel.

RECLAVATVS, reſartus. Hiſtoria Coenobii Viconienſis c. 9.

RECLAVDERE. (1) Pro *Recludere*. Gloſſae Lat. Graec. *Reclaudere*, ἀνοίγω. *Reclaudo*, ἀνοίγομαι. Aliae Graec. Lat. Ἀνοίγομαι, *patefacio*, *oppando*, *Reclaudo*, *refero*. Ἀνοίγω, *pandere*, *aperire*, *Reclaudere*. (2) Prouincialibus *Reclaure*, vltimum vineam colere, quod fit cum terra verſata atque in tumulos hinc inde digeſta, tandem appropinquante maturitatis tempore complanatur.

RECLAVSA, idem quod *Excluſa*, Locus vbi concluduntur aquae, Gall. *Ecluſe*. Charta an. 933. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 70. V. *Reſclauſa*.

RECLAVSTRVM, ſeptum alicuius loci, Gall. *L'Enclos*. Apud D. de Montfaucon in Diario Italico p. 157.

RECLAVSVS. (1) Dictus Carolus Simplex Rex Franc. quod diu in carcere detentus fuerit, in Charta an. 937. quae ſic claudit: *Actum Blan-*

Blandinienſi coenobio, regnante Ludouico filio Regis Karoli Reclauſi, apud Mireum in Notitia Eccleſiarum Belg. p. 97. (2) Interdum idem eſt qui *Reclauſus*, Monachus ſcilicet *in cella ob gratiam vitae contemplatiuae remotior degens*, vt habetur in Vita ven. Harduini *Reclauſi* Fontanellenſis, in Actis SS. Benedict. ſaec. 4. part. 1. p. 69. et 70. vbi pluries habetur *Reclauſus* hac notione. V. *Incluſi*.

RECLINARE CAPVT AD ALIQVEM. Chronicon Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 590. Eſt alicui rurſum ſubdi, aliquem iterum habere pro domino vel iudice legitimo.

RECLINARIVM, pro *Reclinatorium*. Lecti ſpecies, ἀνακλιτήριον Plutarcho in Romulo: ἀνάκλιτος θρόνος, *Anacliterium*, Spartiano in Vero, vbi Caſaubonus. Sueno in Hiſt. Danica c. 4.

RECLINATIO, *Reclination*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Propenſio, ſecunda voluntas, Gall. *Inclination*. Conc. Tolet. XV. tom. 2. Concil. Hiſpan. p. 721. V. *Reclinis*.

RECLINATORIVM. (1) ἀνακλιτήριον. Papias: *Reclinatorium, fulcrum capitis*. Alibi: *Fulchra, ornamenta lectorum, dicta, quod in his fulcimur, id eſt ſuſtinemur, vel quod thoros fulciant, ſine caput, quae Reclinatoria vulgus appellat*. Ioan. de Ianua: *Reclinatorium, locus aptus ad reclinandum, vel id ſupra quod reclinamus*. Hugo a S. Victore in Speculo Eccleſiae lib. 1. c. 1. *Reclinatoria contemplatiuos deſignant, in quibus Deus ſine offenſa requieſcit*. (2) Abaculus ad arae cornu, Gall. *Credence*, vt recte exponit D. Marquardus Herrgott ad calcem vet. Diſciplinae Monaſt. Bernardus Mon. in Conſuetud. Cluniac. MSS. c. 37. (editis 35. parris 1.) (3) *Ferculum, vel diſcum*, in Gloſſis Arabico-Latinis.

RECLINIS, propenſus, beneuolus. Concilium Tolet. XII. inter Hiſpan. tom. 2. pag. 681. V. *Reclinatio*. Alias idem eſt qui *Reclinatus*, fultus, recumbens, innixus. *Gramine ſtoreo Reclinis*, apud Martialem lib. 9. Epigr. 91. Vtuntur hac notione Statius, Tacitus, Eutropius et alii recentiores. Quidam etiam habent *Reclinus*, *Recliuis* et *Recliuus*.

RECLVSA. (1) Locus vbi concluduntur aquae. V. *Reſcluſa*. (2) Sanctimonialis ab aliis ſegregata et in cella recluſa, vt Deo ſibique vacet tranquillius. Memoratur *Lucia* hoc modo *Recluſa*, in Teſtamento Bartholomaei de Laga apud Madox Formul. Anglic. p. 423. V. *Incluſi*.

RECLVSAGIVM, manſio *Recluſi*, vel *Recluſae*, cella in qua degit. Vita S. Yuonis, tom. 4. Maii p. 547. Vide *Incluſi*.

RECLVSANIA, idem quod *Recluſagium*. Sententia arbitralis MS. inter Abbatem et Conſules de Gimonte ann. 1292.

RECLVSIO, qua quis ad vacandum Deo in cella ſe includit. *Recluſionis lex* memoratur in Vita S. Iohannis Abb. Gorzienſis, ſaec. 5. Benedict. p. 375.

RECLVSIVM, idem quod mox *Recluſorium*. Inſcriptio campanae in Actis SS. Aprilis tom. 3. p. 775. col. 2. vbi de S. Michomere Tornodorenſi: *Vocor Micomeres conuocans ad Recluſium Dei oratores, an. Domini MDXI*. Sicut autem hic *Recluſium* dicitur, ita Gall. ſacellum appellatur *S. Loup le Reclus*: quod viri docti ſumunt ac ſi diceretur, *S. Lupus Recluſorum*. Poſſet intelligi locus vbi ſanctus ipſe Lupus fuerit recluſus.

RECLVSORIVM, *Recluſi* cella. *Recluſoria cellula*, in Vita S. Iohannis Abb. Gorzienſis, ſaec. 5. Benedict. p. 383. *Recluſorii ergaſtulum*, in Hiſtoria Mediani-Monaſterii p. 253. Chronicon Leodienſe ad an. 896. apud Martenium tom. 3. Anecdot. col. 1406. V. *Incluſi*.

RECLVSVM, idem quod *Recluſorium*. Apud Mabillonium tom. 5. Annal. Benedict. p. 631. col. 2.

RECLVSVS. (1) Solitarius in cella incluſus, vt vacet Deo, Gall. *Reclus*. V. *Incluſi*. (2) RECLVSVS, *us*, cella *Recluſi* vel *Recluſae*. Hilarius Anglus in Rythmo de Eua Sanctimoniali, apud Mabillon. tom. 5.

Annal. Benedict. p. 315. ad annum 1093.

† RECLVTARE, legiones ſupplere, Ital. et Hiſp. *Reclutar*, Gall. *Recruter*. Stat. a. 1341.

RECOCTVM. Inquiſitio de Foreſta Aquilinae e Regeſto Philippi Aug. *Cendrerius habet vinum nemus ad faciendum ſuum Recoctum.* Hoc eſt, ſi bene interpretor, habet arbuſta ad cineres conficiendos. Id innuit vox *Cendrerius*.

† RECOBRIVM, recuperatio, ab Hiſp. *Recobro*. Ch. Mſ. a. 1307.

† RECOCHATVS, plures angulos habens, ab Ital. *Cocca*, angulus. Ch. a. 1225.

RECODERE, recuperare, recipere, rem ablatam eripere, Gallice *Recourre*. Conſuetudines Marchiae Dumbarum ann. 1325. art. 8. ex Archiuo Triuoltienſi. V. *Recoſſa* et *Reſcuſſa*.

RECOGNATVS, *filius patris*. Ita Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. et Iſidori, et Papias. Graeuius in Notis ad Gloſſas Iſidori putat legendum eſſe *Recognitus*, quem pater *recognouit*, ſeu, vt meliores Scriptores loquebantur, agnouit et pro filio habuit.

RECOGNITIO. (1) Eſt literarum obligatio inſinuata, ſiue de recordo, teſtimonium perhibens, debitorem ſiue recognitorem, creditori ſiue recognizato, debere talem pecuniae ſummam. Cowellus lib. 3. Inſtit. Iuris Angl. tit. 22. §. 4. Gallis *Reconnoiſſance*. Anglis *Cogniſance*. Vide Nomolexicon Thomae Blount in voce *Recognizance*. Charta Regienſis ann. 1361. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues: *Et pro competenti valore illarum faciatis eis obligationes, Recognitiones et neceſſarias cautelas ſuper pecuniis talhiarum ipſarum.* Alibi *Recognitio* non eſt literarum obligatio, vt explicat Cangius, ſed Inquiſitio per legales homines ſelectos facta, quae *Reconguoiſſant* dicitur in veteri Conſuetudine Normannica c. 92. Lit. Philippi Aug. an. 1208. vel 1209. apud de Lauriere to. 1. Ordinat. Reg. p. 27. et ſeq. Eadem ſignificatione paſſim occurrit vox *Recognitio* in Chartis Normannicis et Anglicis. Charta Communiae Rotomag. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. p. 308. col. 2 et p. 309. col. 1. (2) Charta Radulphi Abb. Fiſcamn. ann. 1211. *Remanent autem domino Regi vſuariis, Recognitiones et Iudaei; ita quod literae vel cartae aliquorum, alicuiusue iſtorum, ſi quid poſtmodum proferremus contra ipſum, vel alius pro nobis, nobis de cetero contra ipſum non valerent:* Vbi *Recognitiones*, vt exponit D. Bruſſel tom. 1. de Feudorum vſu p. 264. idem ſunt quod Cognitiones obligationum, ac generatim actionum quarumcunque e contractibus ciuilibus procedentium. (3) Idem quod *Aduocatio*, qua quis alicui ſe commendat in clientelam. Literae Philippi Fr. Regis ann. 1304. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. p. 344. (4) In pagis Lugdunenſi, Sebuſiano et Dumbenſi, Duplicatio ſeruitii ſeu cenſus a tenentibus domino debita variis temporibus, quae in Chartis ſolent exprimi; nam aliquando *Recognitio* tantum deberur, cum moritur dominus; interdum cum moritur tenementarius, et tenementum tranſit a patre ad filium; alias tantum cum tranſit ad cognatos gradu transuerſo; denique debetur aliquando, ſiue dominus, ſiue tenementarius moriatur. Charta Caſſaniae ann. 1401. Vnde patet *Recognitiones* fuiſſe vigeſimam partem pretii poſſeſſionum *recognoſcibilium*; ſed an haec vigeſima pars fuerit cenſus in aliis Chartis duplicatus, non ſatis liquet. RECOGNOSCIBILIS TERRA, in Charta Villaenouae ann. 1421. et alibi, de qua debentur *Recognitiones*, cum interuenit Domini mutatio vel tenementarii, vt modo dictum eſt. (5) Cenſus annuus domino a tenente ſoluendus. Charrularium S. Vincentii Cenoman. fol. 66. (6) Gratus animus, beneficii memoria, Gallis *Reconnoiſſance*. Bern. de Breydenbach in Itinerario Hieroſol. p. 109. (7) Extremum iudicium. S. Paulinus Epiſt. 10. ad Delphinum num. 3. (8) RECOGNITIONES, apud Foren-

Forenſes Anglos, dicuntur viri *Sacramentales*, ſeu *Iuratores*, quibus recognoſcenda et diſquirenda rei veritas Aſſiſis demandatur: vulgo etiam *Iuratores* dicti. Vide Nomolexicon Thomae Blount et ſupra *Recognitio* 1. RECOGNITORES TABVLARVM REGIARVM, qui eas recognoſcebant, emendabant et ſubſcribebant, plures fuiſſe ſub Regibus Merouеadis et Carlouingis contra Corringium probat Mabillonius lib. 2. de Re Diplom. c. 11. num. 14. (9) † l. q. *Recherum*, *Laudimium*, quippe eo domini ſuperioris iurisdictio agnoſcitur. Ch. a. 1369.

RECOGNOSCEMENTVM, approbatio, conſenſus, vt videtur. Charta an. 1130. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 452.

† RECOGNOSCENTIA, charta, qua quis debitorem ſe rei quae agitur, agnoſcit et confitetur. Tabul. S. Vict. Maſſil.

RECOGNOSCERE, agnoſcere, fateri, declarare, vt Gall. *Reconnoitre*. Charta ann. 1336. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. p. 522. RECOGNOSCERE CORPVS CHRISTI. Conſtitutiones Dioeceſis Valent. to. 3. Concil. Hiſpan. p. 509. col. 1. *Recognoſcat Corpus et non det ei*. Videtur mendum eſſe in hac voce, ac forte legendum *recondat*. RECOGNOSCERE FEVDVM, vel *fidelitatem et hominium*, dicitur Vaſſallus cum ſeſe feudatarium agnoſcit, domino fidelitatem et hominium exhibet, declaratque poſſeſſiones quas ab eo tenet feudatarie, quibusque conditionibus; *Recognitio* vero *feudi*, feudatarii profeſſio eſt et huiuſcemodi declaratio. Homagium an. 1110. in Probat. nouae Hiſt. Occit. to. 2. col. 375. RECOGNOSCERE IN BONO, quidpiam beneficii loco habere, eiusque ſe praebere memorem. Charta ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 336. RECOGNOSCERE SE, culpam agnoſcere, confiteri, ad frugem bonam ſe recipere, Gallis *Se reconnoître*. Capitularia Caroli C. tit. 19. art. 4. V. mox *Recognoxio*.

RECOGNOXIO, pro *Recognitio*, Declaratio, vitioſa temporum ſcriptione. Placitum an. 918. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. to. 2. col. 58.

RECOLAMEN *teſtium*, iterata teſtium interrogatio, quae fieri ſolet in cauſis criminalibus, ad cognoſcendum, num teſtes in ſuis depoſitionibus perſeuerent, Gall. *Recolement*. Decretum ſummae Curiae contra Mareſcallum de Gié an. 1505. ex Archiuo Caſtri Nannet.

RECOLAMENTVM, eadem notione, in Charta Caroli Regis Franc. an. 1446. apud Thomaſſerium, Conſuet. Bituric. p. 808. Non ſemel vtuntur recentiores luriſconſulti. Vide Bleynianum Inſtit. p. 572. et Voſſium lib. 3. de Vitiis ſerm. c. 41. vbi *Recolamenta* generatim definit, quibus recolitur memoria ac renouatur. Tum addit: Si argumentorum ſint ἀτέχνων (artis expertium) pro iis, cum Budaeo in forenſibus, malim *reuocata teſtimonia*: quomodo quis *reuocare teſtes* dicitur, ſi iterum iubeat dicere teſtimonium.

RECOLARE. (1) († Recognoſcere, iterum examinare. Ch. Mſ. a. 1341.) *Recolare teſtes*, eos reuocare atque iterum interrogare, Gall. *Recoler*. Charta Caroli Reg. Fr. an. 1446. iam laudata. Praeter vſum a teſtibus ad alios transfertur hoc verbum, in Declaratione Commiſſariorum Vrbani V. PP. de permutatione facta inter Regem Fr. et Archiepiſcopum Senon. an. 1368. apud Lobinell. tom. 5. Hiſt. Pariſ. p. 661. col. 1. Verbum ductum a latino *Recolere*, quod Ciceroni aliisque proprie eſt repetere, renouare, in memoriam reuocare; vnde olim etiam Galli *Recolet* ſere dixerunt pro Recordari, memoriter recitare, referre: quod tamen Borellus deducit a *Recorer*, Recordari. Vide de Lauriere in Gloſſario Iuris Gallici. (2) † Iterum collocare, t. 10. Collect. Hiſt. Franc. p. 290.

RECOLACIO, renouatio, noua inquiſitio, in qua *recolitur* ſeu in memoriam reuocatur id, quod iam actum eſt, vt confirmetur vel corrigatur. Literae Caroli V. Franc. Regis

gis an. 1365. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. p. 574.

† RECOLECTA, RECOLETA, meſſis, quiuis agrorum fructus, Ital. *Ricolta*. Stat. Auellae.

RECOLERE, idem quod Recolligere, congregare, Gall. *Raſſembler*. Epiſtola Petri de Condeto, tom. 2. Spicil. Acher. p. 563. Sed forte *Recolendis* mendoſa ſcriptio eſt, et legendum *Recolligendis*.

† RECOLITVS, cultus, veneratus, t. 3. Iun. p. 203.

† RECOLLATIO, recognitio, noua inquiſitio, in Ch. a. 1412. V. *Recolare*.

RECOLLECTARE, colligere, percipere. Epiſtola Leonis III. PP. ad Carolum M.

RECOLLECTOR, coactor, exactor. Literae Officialis Rotomag. ann. 1471. ex Archiuo B. M. de Bono-nuntio eiusdem vrbis.

RECOLLECTRIX, receptrix. Vita S. Agnetis de Monte Politiano, to. 2. Aprilis p. 803. col. 1.

RECOLLIGERE. (1) Quomodo *Recueillir* Galli dicunt, Haereditatem recolligere, in Lege Longob. lib. 2. tit. 15. §. 3. 5. *Filiam ad ſe Recolligere*, eod. lib. tit. 12. §. 2. *Recueillir ſa fille en ſa maiſon*, *Pignus Recolligere*, recipere, eodem lib. tit. 21. §. 24. 25. 26. RECOLLIGI dicuntur ſerui, qui fugam ineunt, aut latitant, apud Gregorium M. lib. 8. Epiſt. 4. lib. 10. Ep. 40. (2) Excipere hoſpitio, vel alio modo. Ioannes VIII. PP. Epiſt. 107. *Mihi tempus et locum denuntiate, quo occurrere debeatis ad nos Recolligendum*. (3) Reconciliare, Eccleſiae communioni reſtituere. Capitula Synodorum Orient. inter Concilia Hiſpan. tom. 2. p. 331. (4) Secundo vineam colere, a Prouinciali *Reclaurré*, ſecunda vel vltima vineae cultura. Conuentiones MSS. Archirinci Abb. Montis-maioris cum incolis Correni de cenſibus. V. *Reclaudere* 2.

RECOLORARE, denuo colorem inducere. Vita B. Arnulfi, tom. 5. Iunii p. 616.

RECOMMEMORARE ALIQVEM, in mentem ſeu memoriam alicuius reuocare. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 5. c. 17. num. 4.

RECOMMENDARE, commendare, apud Laurent. Byzinium in Diario belli Huſſitici, tom. 6. Reliqu. MSS. Ludewigi p. 14. Obſerust Voſſius lib. 1. de Vitiis Sermonis c. 23. et lib. 4. c. 20. *Recommendare*, pro *Commendare*, barbarum eſſe; etſi, more Gallico, peruſitatum non plane barbaris. † RECOMMENDARE CASTRVM, eius cuſtodiam alicui committere, in Ch. a. 1216.

† RECOMMENDATIO. (1) Monitum, inuitatio, exhortatio. Ordinar. Mſ. S. Petri Aureae-Vall. (2) Officium vel orationes pro defunctis, in Chartul. epiſc. Pariſ.

RECOMMENDATVS. (1) Qui alterius patrocinio ſeſe commendabat. Charta Innocentii III. PP. an. 1214. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 417. (2) † Amicus, in Lit. a. 1383.

RECOMMENDISIA. (1) Tutela, protectio. Annales Eſtenſes apud Murator. tom. 18. col. 1074. Vide *Commendiſia*. (2) † Seruitium ſeu obſequium quod vaſſallus domino praeſtare debet. Ch. a. 1431.

RECOMMISSVS, commendatus, quaſi *Recommendatus*, Gallice *Recommandé*. Literae Radulphi Rom. Regis an. 1282. apud Rymer. tom. 2. p. 215. *Ipſum vobis habere velitis fauorabiliter Recommiſſum*.

† RECOMMITTERE, commendare. Stat. Mſ. eccl. S. Laur. Rom.

RECOMPENSA, remuneratio, Gall. *Recompenſe*., apud Philippum Eyſtetenſem Epiſcop. in Vita S. Willibaldi c. 7. et in Speculo Saxonico lib. 1. art. 65. §. 3.

RECOMPENSARE, rependere, compenſare, remunerari, Gall. *Recompenſer*. Occurrit in Concilio Toletan. XI. to. 2. Concil. Hiſp. p. 665. et alibi paſſim apud Scriptores Latino-Barbaros. Sed in Vita S. Dunſtani Epiſt. tom. 4. Maii p. 351. ſumitur pro Recogitare, animo reuoluere. Vtramque notionem complectitur Iohannes de Ianua: *Recompenſare, Reddere, perſoluere, remunerare; vel iterum trutinare, aequare*.

RECOM-

RECOMPENSATIO, idem quod *Recompensa*, Remuneratio, Compensatio, apud Mabill. to. 3. Analect. p. 171. et alibi passim.

RECOMPENSATOR, qui mercedem tribuit, remunerator. Concilium Pampilon. ann. 1023. inter Hispanica tom. 3. p. 196. col. 2.

RECOMPENSIVVS, qui remuneratur. Literae Edwardi III. Angl. Reg. Bernardo de Lebreto an. 1327. apud Rymer. tom. 4. p. 281. col. 1.

† RECOMPERARE, redimere, Ital. *Ricomperare*, in Ch. a. 1205.

RECOMPVTARE, in memoriam reuocare. Chron. Watinense apud Marten. to. 3. Anecd. col. 827.

RECONARI, vicissim conari seu moliri, reniti, contra inuadere. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Reconor*, ἀντεπιχειρῶ.

† RECONCANTOR, officialis iudiciarii vel a rationibus species apud Lusitanos. Ch. a. 1451.

RECONCEDERE. (1) Inuicem cedere. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Reconcedo*, ἀντιπαραχωρῶ. (2) † Concessionem iam factam confirmare, in Tabul. Absiensi.

RECONCILIARI dicebantur Poenitentes, cum indicta poenitentiae tempora adimpleuerant: fiebatque eiusmodi reconciliatio *manus impositione*, quae *reconciliatoria* dicitur in Concilio Arausicano can. 3. et Arelat. II. can. 28. Concilium Carthagin. IV. can. 76. *Accipiat poenitentiam, et, si cito creditur moriturus, Reconcilietur per manus impositionem, et infundatur ori eius Eucharistia.* Quo loco Reconciliationem pro Eucharistiae sumtione interpretantur viri docti, licet alii pro absolutione, vt loquimur, sumi hoc loco velint, ex dicto can. 3. et 11. Concilii Arausicani, et Ep. 91. Leonis I. PP. *Absolutissimam Reconciliationem* appellari fatendum tamen illam videri, qua praeter manus impositionem, sumtione diuinae Eucharistiae quis absoluitur, in Concilio Vasensi c. 2.

RECONCILIATIONES inter Ecclesiarum obuentiones recensentur in Charta Galonis Episcopi Parisiensis ann. 1107. in Histor. Priorat. S. Martini. RECONCILIARE SE dicitur seruus, qui pretio dato libertatem impetrat, in Charta veteri apud Ioachimum Vadian. de Monaster. German. p. 83. RECONCILIARI Ecclesia dicitur, cum scelere aliquo violata ac polluta est, vel a Paganis, aut Haereticis obtenta, rursum ab Episcopo consecratur, et aqua benedicta aspergitur. Charta ann. 1097. apud Miraeum tom. 1. p. 167. col. 2. De eiusmodi Ecclesiarum reconciliationibus agunt Ordo Romanus cap. *de Reconciliatione violatae Ecclesiae*, Honorius Augustod. lib. 1. Gemmae animae c. 170. et Durandus lib. 1. Ration. c. 6. n. 38. Interdum etiam *Reconciliari* dicitur Altare restauratum, imo et recens exstructum, etsi nunquam violatum est et pollutum. Gesta Innocentis Cenoman. Episc. apud Mabillon. tom. 3. Analect. p. 75.

† RECONCILIATI, iidem qui *Fratres humiliati*, in Ch. a. 1252.

RECONCILITAS, reconciliatio. Glossae Lat. Gr. et Graec. Lat. *Reconcilitas*, διαλλαγὴ φιλίας.

† RECONCINNATIO, refectio, restitutio, in Ch. Mss. Caroli C.

RECONDITIO, sepultura. Vita S. Hermagorae, tom. 3. Iulii p. 257.

RECONDITORIVM, locus vbi Chartae *reconduntur*, Chartophylacium. Charta Ludouici Pii Imper. an. 832. apud Felibianum Hist. San-Dionysianae p. LV.

RECONDVCERE, iterum conducere: quod plerumque fit ex tacito partium consensu iuxta legem 13. Dig. §. 11. locati conducti. Eadem notione *Reconductio* dixerunt Iurisperiti: quos consule, atque inter alios Matthaeum de Afflictis Decis. Neapol. decis. 365.

RECONFIRMARE, iterato confirmationis sacramentum impertiri. Epistola Innocentii VI. PP. ad Stephanum Rassiae Regem an. 1354. in Bullario Carmel. p. 84. col. 2.

RECONFIRMATIO, iterata confirmatio. Literae Ottonis Burgraui de Wittyn, an. 1276. apud Ludewig. tom. 1. Reliq. MSS. p. 117.

RECONIVNGERE, de integro iungere, denuo coniungere. Capitularia Caroli C. tit. 31. c. 11.

RECONSIGNARE. (1) Iterum signare, notare. Tertullianus de Resurrect. carnis c. 52. (2) Reponere, vel Deponere, vt Gallis *Consigner*. Charta ann. 1314. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. p. 702. *Quae enim visibus seruorum Dei, vt orationibus vacent; visibiliter dispensantur, illuc vbi est desiderium piorum, inuisibiliter Reconsignata reseruantur.* (3) † Reddere, restituere. Magister in Reg.

RECONSILIARE. (1) Consulere. Miracula S. Cunerae, tom. 2. Iunii p. 564. (2) † Recuperare, in Ch. a. 1370.

† RECONSILIARI OCCISVS dici videtur, cum ecclesiasticae sepulturae, praeuia quadam absolutione, illius cadauer traditur.

RECONSVS, *Reconditus a Recondere. Habet duplex praeteritum Recondi et Recondidi, et duplex supinum Reconsum et Reconditum*, apud Iohannem de Ianua. Hinc in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. *Reconsus, Repons ou mucïés.*

RECONTENDERE, sibi aliquid asserere, vindicare contendendo. Placitum Pippini Reg. an. 759. apud Mabillon. Diplom. p. 493. et Felibian. Hist. San-Dionys. p. XXVIII.

RECONTENSIO, iterata contentio in litigiis. Arrestum Parlamenti an. 1531. in Priuilegiis Equitum S. Iohannis Hierosol. p. 253.

RECONVALERE, conualere, conualescere, valetudinem recuperare, *Reualere* Gellio lib. 16. c. 13. *Reualescere*, Ouidio Heroid. lib. 21. v. 231. Statuta criminalia Saonae c. 9.

† RECONVALESCENTIA. (1) Auctoritas, efficacitas, robur, in Arest. a. 1364. (2) Sanitatis amissae recuperatio. Lit. remiss. a. 1341.

RECONVENIRE. (1) Practicis Gall. *Reconvenir*, litis accessionem facere aliquid postulando, de quo nulla primum erat quaestio. Charta ann. 1276. e Chartulario S. Vandregesili to. 1. p. 231. (2) † Iterum conuenire, denuo accusare, in Ch. a. 1384.

RECONVENTIO. (1) Mutua actio, seu petitio, relatio actionis, Gall. *Reconvention*. Occurrit non semel. Sed haec sunt antiquis et recentioribus Iurisconsultis notiora, vt locos referamus. (2) † Recuperatio, ereptio rerum pignoris iure capturum, i. q. *Rescussa*, in Ch. a. 1358.

RECONVERTERE. (1) Idem quod supra *Recommendare*, commendare, Gall. *Recommander*. Epistola Monachi Cluniac. ad Abbatem S. Albani in Chronico Iohannis de Whethamstede p. 438. (2) † Reducere, in Ch. a. 1362.

RECONZARE, Vide supra *Recauzare*.

RECOPERIRE, pro *Recooperire*, iterum operire, tegere, Gall. *Recouvrir*, non semel occurrit in Reparationibus factis in Senescallia Carcassonae an. 1435. e MS. D. Lancelot.

RECOPERTOR, qui tegit, cooperit aedificia, Gall. *Couvreur*, in iisdem Reparationibus bis terue.

RECORDAMEN, memoria. Miracula B. Henrici Baucen. tom. 2. Iunii p. 378.

RECORDAMENTVM, monimentum, in Glossis Isonis Magistri. V. *Recordum*.

RECORDARE. (1) Renouare, Gall. *Renouveller*, vt interpretatur Lobinellus. Charta ann. 1163. apud eumdem Lobinell. tom. 2. Histor. Britan. col. 205. *Haec autem nostra constitutio et confirmatio facta est apud Seingneium in Capitulo, et apud Filgerias Recordata an. ab Incarn. Domini MCLXIII.* Reddere maluerim Recognoscere, confirmare: qua notione eadem vox omnino sumenda videtur in Spicilegio Fontanellensi MS. p. 310. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Recordat*, ἀναμιμνήσκει, in memoriam reuocat. (2) Idem quod mox *Recordari*. Statuta MSS. Ecclesiae Lugdun. cap. *de Recordatione*. Occurrit alia notione in *Recordum*.

RECORDARI. (1) Praelegere; vox in puerorum scholis crebra, Gall. *Recorder*. In Statutis antiquis Cartusiensibus 1. part. cap. 35. inscribitur *de Recordatione et ordine legendi et can-*

cantandi in officio 12. vel 13. lectionum. (2) † Recognoſcere, iterum examinare, in Ch. Mſ. a. 1201.

RECORDATIO, RECORDATOR, V. infra *Recordum.*

RECORDATVS, V. in *Recordare 1.*

RECORDELLVS. Chartam an. 1104. e Tabulario S. Albini Andegauenſ. ſubſcribunt *de familia S. Albini, Rotbertus prepoſitus, Guarinus cellerarius, Rainaldus Recordellus, Rainerius camerarius Abbatis, etc.* Rurſum memoratur *Recordellus* in alia Charta an. 1098. ex eodem Tabulario, Incomperta mihi notione, niſi forte praepoſitus fuerit iis, qui *recordabantur* in hoc monaſterio.

RECORDIVM. (1) Pro *Recordatio. Beneficiorum Recordia* apud Thwroczium in Ladiſlao cap. 29. Pro Commentario Gall. *Memoire*, legitur ap. Martenium. 4. Ampliſſ. Collect. col. 12[illegible] (2) † Arbitrium, iudicium, in Ch. a. 1223.

RECORDVM. (1) Proprie dicitur Inquiſitio iuridica per teſtes de re aliqua dubia, quod qui in ea audiuntur teſtes, dicant ſe *recordari* eorum, de quibus inquiruntur. Chronicon Farfenſe, de teſtibus: *quorum primus ait: Ego ſcio et bene memoror, quoniam tempore Longobardorum, etc. . . . et Recordor ibi Praepoſitos, etc.* Charta an. 1320. apud Baluzium tom. 2. Hiſtor. Aruern. pag. 581. *Per ipſas partes ſtetur omnino Recordo ipſius domini Comitis et ipſius voluntati ac ordinationi.* Iohannis de Trokelowe Annales Edwardi II. Regis Angl. pag. 53. *Comites quidem et Barones reſidui, haec perpendentes, ad partes Glouerniae ſe diuerterunt, et ſicut in Recordo et proceſſu indicti, apud Pontem-fractum contra eos lati, manifeſte recitatur, per omnia ſe habuerunt. Recordationum* varias ſpecies recenſent Iura en Conſuetudines Normanniae c. 103. et ſeqq. *Recordatio eſt rei factae ad memoriam reducta ſeries, et in curia enarrata. Quaedam vero Recordationes ſunt Curiae regiae, quaedam Scaccarii, quaedam Aſſiſiae, quaedam duelli, quaedam viſionis, quaedam paſnagii, aliae maritagii.* RECORDATIO *autem* CVRIAE REGIAE, *eſt Recordatio eorum, quae fiunt coram Domino Rege: quaecunque enim coram ipſo fiunt ſe* (ſine) *altero, a quocunque et iure conſtituto, habent Recordationem: et hanc poteſt facere ſe altero. Et ſi ipſe non velit Recordari, per tres alios Recordatores faciet Recordari, et eius perſona nec ad hanc, nec ad aliam actionem poteſt ſaonnari,* (Gall. *eſtre reprochée.*) *Quaecunque enim coram coram ipſo facta ſunt in iure, ſtatim debent habere robur perpetuae firmitatis.* RECORDATIO SCACCARII *habet fieri ad minus per ſeptem perſonas fide dignas, etc.* RECORDATIO ASSISAE, *eodem modo debet fieri: hoc tamen appoſito, quod Recordatio ſcaccarii, in ſcaccario; Recordatio aſſiſae, in aſſiſa debet teneri.* RECORDATIO DVELLI *per ſeptem Recordatores et ſeruientes iuratos habet fieri, in cuiuscunque curia teneatur.* RECORDATIO VISIONIS *habet fieri per quatuor Milites Recordatores, et ſeruientem, et octo legales homines, praeſtito a ſingulis ſacramento, etc.* RECORDATIO PASNAGII *eodem modo facienda eſt, etc.* Denique RECORDATIO MATRIMONII *eſt eorum, qui ad contractum matrimonii praeſentes fuerunt, et eſt ad minus ſeptem teſtium iuratorum, etc.* Adde cap. 123. 133. RECORDVM praeterea ſignificat actum Curiae ita authenticum, vt probationem contrarii non admittat. Hoc autem talis Curiae actum eſſe debet, quae *Curia de Recordo* appellatur, eiusmodi ſunt regia illa tribunalia apud Weſtmonaſterium, et alia aliquot. Ita Cowellus. Proinde *Recordum* eſt *diffinitiua ſententia:* atque ſic definitur a Skenaeo ad regiam Maieſtatem lib. 3. cap. 24. §. 6. vbi *recordum* et *iudicium* ſynonyma ſunt: nam etſi *recordum* dicatur iudicium ſupremum, et ſententia diffinitiua, a qua ſcilicet non appellatur, quod ſupremi Domini ius eſt: habent tamen inferiores Curiae ius recordi, vel ex gratia et beneficio Principis, vel ex conſenſu partium litigantium, vt eſt in Regiam Maieſt.

ieſt. lib. 3. cap. 23. §. 1. et 3. Quae quidem Curiae *Recordationem tenere* dicuntur, in Charta Communiae Rotomagenſis ann. 1207. RECORDARE *ſuas ſummonitiones*, in Regiam Maieſt. lib. 1. cap. 6. §. 4. coram iudicibus ſcilicet, a quibus approbantur. RECORDATOR, Recordorum cuſtos. Cowello. (2) † Colloquium in quo quis alium interrogat, an rei, cuius controuerſia eſt, recordetur. Reg. feud. Aquit.

RECORPORARE, RECORPORATIVA CVRATIO. Matth. Siluaticus: *Recorporatiua medicina eſt inſpiſſatiua, quae carnem et cutem denſat, confortatque membrum, et temperat complexionem*, Graec. μετασυγκριτικη. Caelius Aurelianus Siccenſis lib. 2. Chronicon c. 1. *Recorporationem curationem, quam Graeci Metaſyncriticam vocant, vtilem approbamus in paſſione conſtitutis.* Idem c. 7. *Adhibendae cucurbitae Recorporatiuae, quas Graeci Metaſyncriticas vocant.* Lib. 3. cap. 2. *Curatione vtemur, quam Recorporatiuam dicere poterimus, a Graecis Metaſyncriticam appellatam. Recorporatio*, apud eumdem in Praefat. lib. 2. et alibi non ſemel. Alexander Iatroſophiſta lib. 2. Paſſion. *Neceſſe eſt ergo vnum ex tribus agi, aut enacuari humores, aut temperari, aut Recorporari.* Vbi Gloſſa ſuperlinearis habet *expelli.* Eſt autem μετασύγκρισις exiguorum meatuum in naturalem ſtatum mutatio: cum enim Methodici exiſtimarent, ex corpuſculis, et meatibus corpora noſtra conſtare, et in exiguorum meatuum ſymmetria ſanitatem, in ametria morbos conſtituerent, redirum ad priſtinam meatuum ſymmetriam μετασύγκρισιν appellabant, quia miſceri ſecernique corpora volebant: medicamenta vero, quae id praeſtarent, μετασυγκριτικά, Latini *Recorporatiua.* Vocem *Recorporare* vſurpat Tertullianus lib. de Anima, et lib. de Reſurrect. carnis.

RECORS, teſtis, qui rei geſtae meminit, Gall. *Record.* Teſtamentum Iohannis Comitis Armeniaci an. 1381. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1514. *Vt huius noſtri praeſentis teſtamenti ſint memores et Recordes, et teſtes, qui praeſentes fuerunt adhibiti et vocati, et rogati per dictum dominum teſtatorem.*

RECOSSA, idem quod infra *Reſcuſſa*, Rei ablatae recuperatio, receptio, ereptio, Gall. *Recouſſe.* Regeſtum Philippi Aug. part. 2. fol. 3. V. *Recodere* et Gloſſarium Iuris Gall. D. de Lauriere in voce *Recouſſe.*

† RECOTERE, diligenter colere, niſi idem ſit ac *Reclandere* 2. Ch. a. 1222.

† RECOTTA, caſei ſpecies, Ital. *Ricotta*, a *ricotto*, recoctus. Ch. ann. 1207.

RECOVARE. Matth. Weſtmonaſt. an. 1216. *Iſtae ſunt terrae, quas Rex Ioannes amiſit, . . . qui nihil horum Recouauit vſque ad diem mortis ſuae.* Sic vtraque editio. Mali[illegible]recouranit, id eſt, recuperauit, a[illegible]llico *Recouurer*; vel *Recourre*, quod Galli dicunt eadem notione. V. *Recodere* et *Reſcuſſe.*

† RECOVVERTVRA, tectum, Gall. *Couverture.* Comput. Mſ. a. 1386.

RECRASTINATIO, mora, quaſi dilatio in craſtinum diem. Gloſſae Lat. Graec. *Recraſtinacio*, μέλλησις. Aliae Graec. Lat. Μέλλησις, *Procraſtinacio, Recraſtinacio, cunctacio, tormentum. Recraſtinationis impatiens*, in Vita S. Leonis IX. PP. tom. 2. Aprilis pag. 651. Quidam e Latinis eadem notione dixerunt *Recraſtinare*; hinc in Gloſſis Lat. Graec. *Recraſtinare, εἰς αὔριον ἀναβάλλεσθαι*, etc.

RECREAMEN, Recreatio, refectio. Iohannes Thwroczius in Chronicis Hungar. in Regina Maria cap. 4. pag. 114.

RECREANDVS, RECREANTIA, RECREANTISA, RECREANTVS. V. in *Recredere.*

RECREARE, (1) Denuo creare: verbum Latinis notum. Chriſtianis de Chriſto dicitur, qui homines peccato mortuos ad juſtitiae vitam ſuo ſanguine reuocauit. Vetus Poëta de S. Babiani Baptiſmate:

Vna-

Vnanimem alloquitur Recreato corde ingalem.

Id eſt, renato per baptiſmum. (2) Renouare. Lex vn. Codicis Theod. de Vectigal. et commiſſis.

RECREATIO. (1) Iterata nouaque creatio, in Barthii Gloſſario ex Hiſtor. Palaeſt. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 322. V. *Renatio*. (2) Animi relaxatio. Statuta Ordin. Praemonſtr. Diſt. 1. cap. 19.

RECREATOR, D. N. I. C. qui nos gratia ſua regenerat. Honorius III. PP. in Epiſtola ad Praelatos Hiberniae, apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 877.

RECREATVS, V. in *Recrediti*.

RECREBITA, f. Silua recreſcens poſtquam caeſa fuit, voce detorta a Gallico *Recroître*, denuo creſcere, renaſci. Chartularium Matiſcon. fol. 79. *Manſum cum pratis, ſiluis, exartis, Recrebitis.*

RECREDATIO, RECREDENTIA, V. mox *Recredere*.

RECREDERE. (1) RECREDERE SE dicebantur ſerui, qui cum ſe ſeruos denegarent, perſpecta tandem veritate vtero obnoxiae conditionis ſe eſſe profitebantur. Formulae veteres apud Bignonium pag. 196. 1. edit. *Et ipſe homo in praeſenti pro colono ad caſam Sancti illius . . . recognouit et Recredidit.* Vetus Notitia apud Sirmond. *Cognoſcentesque rei veritatem atque comprobationem, ſtatim ſe Recrediderunt.* Hac etiam notione vocem hanc vſurpare videntur Annales Francor. Bertiniani an. 787. *Taſſilo venit per ſemetipſum, stadens ſe in manus Domini Regis Caroli in vaſſaticum, et Recredidit ſe, in omnibus ſe peccaſſe, et mala egiſſe, denuo renouans ſacramenta.* RECREDERE etiam vſurpatur non tam pro *reddere*, quod eſt rem praeciſe reſtituere, quam pro dare plegium eam reſtituendi, ſi ita videatur iudici. Geruaſius Abbas Praemonſtrat. Epiſt. 31. *Scitis enim, quod ſecundum Conſuetudines Gallicanas, a quibus ratio non diſcordat, qui alienum capit, et requiſitus, vel non, non reddit praeciſe, vel per plegium non Recredit, manifeſtiſſimus praedo, et fere deterior Raptario reputatur.* Ex quibus licet percipere, cur Scriptores voces has ita coniungant, *reddere vel recredere*: is enim *reddit*, qui rem reſtituit: *recredit*, qui dato vade ſpondet eam ſe redditurum. Ivo Carnot. Epiſt. 275. *Reddet aut Recredet Comitem Niuernenſem.* Saepius etiam eſt i. q. e cuſtodia educere, data cautione de *ſtando iuri*. Litterae Caroli Reg. Fr. a. 1325. *Quibus ſe facturum promittit quatenus Recredentia fiat, per Guigonem Dalphinum. Roberti de Burgundia in carcere eius conſtituti*, tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 206. col. 2. vbi non ſemel occurrit vox *Recredentia* hac notione. *Recredentia de corpore et bonis*, in Chartulario Turenae an. 1334. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 189. RECREDERE DE MVRO, eadem notione. Philippus Limborch. lib. Sentent. Inquiſit. Toloſ. pag. 2. Interdum *Recredere* non eſt tantum Spondere, vade dato, ſe redditurum pignora, ſed ipſas res ablatas reuera Reddere eſt, vt *Recredentia* earumdem rerum reſtitutio. Litterae Legati Rom. a. 1228. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1226. RECREDENTIA, vox practicorum Gallicorum, *Recreance*, In integrum reſtitutio, miſſio in poſſeſſionem, quae alicui iure debetur, adeo vt res ipſa ei dato vade reddatur et reſtituatur, interim maxime dum lis intentata finiatur. Idem fere quod apud Romanos Vindiciae, de quibus haec habet Aſconius ad Verrinam 3. *Lis vindiciarum eſt, cum poſſeſſio rei controuerſae alicui tribuitur a Praetore vſque ad finem iudicii, et quamdiu incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor, et ideo qui rem tenet, ſatisdat aduerſario, nihil ſe in poſſeſſione deterius facturum, de qua iurgium eſt.* Differunt *Vindiciae* a *Recredentiis*, quod illae locum dumtaxat haberent in poſſeſſione fiduciaria rerum controuerſarum: hae vero locum habeant in quibuscumque rebus ablatis vel detentis, quarum reſtitutio et iterata poſ-

poſſeſſio *Recredentia* vocitatur. Regeſtum magnorum dierum Trecenſium ad an. 1289. apud D. Bruſſel de Vſu feudorum p. 921. RECREDATIO, eadem notione. Chartularium S. Vincentii Cenomanenſ. fol. 133. Vox *Recreance* hodie ad res beneficiales reſtringi ſolet, cum nempe duo pluresue competitores idem beneficium ambiunt, vnique illorum poſſeſſio tribuitur a iudicibus Sententia prouiſoria, donec decretoria accedat lite finita. Hanc Sententiam prouiſoriam, illamue poſſeſſionem fiduciariam *Recreance* vocant, eaque notione *Recredentia* dicitur a recentioribus. Bulla Pauli III. PP. an. 1537. inter Inſtrum. t. 4. nouae Gall. Chriſt. col. 118. Occurrit alibi. RECREDERE SE praeterea dicebatur, qui in duello ſeu monomachia a iudice indicta victum ſe profitebatur, et hoſti ſeſe *reddebat*, quae vis eſt vocis *recredere*. Baldricus Nouiomenſis lib. 3. cap. 57. Eiusmodi autem qui ſeſe hoſti tradebant, RECREDITI vulgo, vel *Recreanti* appellati, qui quidem inter infames habebantur, adeo vt maximo probro haberetur obiecta *Recrediti* contumelia. Charta Communiae Ambianenſis an. 1209. *Qui iuratum ſuum Recreditum, traditorem, Vuillot, id eſt Coup appellauerit, 20. ſol. perſolnet.* Apud Ioan. Villaneum lib. 7. cap. 82. *Ricreduto et traditore.* lib. 8. cap. 30. *E quaſi come gente Ricreduta feciono a Genouesi ogni patto, che vollono Chevalier Recreu*, pro ignauo, apud Ioinvillam pag. 38. Quod quidem probroſum adeo cenſuit vocabulum, vt illud deſcribere noluerit Ranulfus de Glanvilla lib. 2. cap. 7. Verbum autem probroſum deſcripſit Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 34. §. 2. *Non ſufficit, quod appellatus cognoſcat ſuiſſe ſocium ſuum vel latronem, vel aliquid ſimile ad Recreantiam, niſi dicat verbum illud odioſum, quod Recreantus ſit.* Quo loco Fleta lib. 1. cap. 38. §. 18. pro *recreantiam* habet *recreantiſam*. Eſt igitur *Recreantus* idem quod *Recreditus*, ex Gallico *Recreant*, pro *Recreu*. Atque inde *Equos Recreatos* dixit Fleta lib. 2. cap. 2. laſſos, fatigatos; quos Villiomarus, ſeu Ioſephus Scaliger in Titium lib. 8. cap. 20. *Recréditos* appellauit, *quaſi*, inquit, *recruduerint*, qua in re falli virum doctiſſimum ex praeallatis ſatis conſtat. Memorantur etiam *Recreanti ſommarii*, in Litteris S. Ludouici an. 1262. *Equi, palefredi et alii Recreandi*, in Litteris Philippi Pulcri an. 1299. *Equi, palefredi et alii Recreanti*, in Litteris Philippi V. an. 1316. quos etiam *Recreants* vocarunt Galli. (2) † Regredi, in Ch. a. 1023.

RECREDVTA, idem quod *Recreditia*. Charta an. 1180. ap. Georgium Pilonum in Hiſtor. Bellunenſi pag. 90. vo. *Et non debeant iam dictae perſonae pacem, nec treuam, nec werram, nec Recreditam ſine communi Conegliani facere.* † Fallitur Cangius, nec vim vocis intellexit, vt et Muratorius in nota ad locum mox laudandum. Adiectiue finitur *Recreditus* vel *Recreditus*, nec non et *Recretalus* aut *Recreuatus*, vitioſa ſcriptione; vnde particulam *nec* ante *Recreduta* apud Pilonum delenda eſſe videtur. *Guerra* itaque *recreduta* ſeu *recredita*, inducias ſignificat, quod datis ex vtraque parte obſidibus fierer, ſic nuncupata. Murat. to. 4. Antiq. Ital. p. 370. V. *Guerra Recredita.*

RECREMARE. Gloſſae Lat. Graec. *Recremo, καίομαι. Recremendum, ἐγκαυσόν.*

RECREMENTVM. (1) Excretum, Columellae, Gallis *Criblure*. Gloſſ. Lat. Graec. *Recrementum, Σύνκαμμα, ἀπόσειμμα.* Gloſſae Graec. Lat. *Σύνκαμμα, ἡ ἐγκαμὶς τοῦ σίτου, Detrimentum, Recrementum, Retrimentum, Intertrimentum.* (2) † Renouatio; dicitur de pilis qui recreſcunt, Ital. *Ricreſcimento.* Acta SS. tom. 7. Iul. p. 267.

†. RECRESCENTES, reditus, prouentus, ap. Theob. Anguilbert. c. 29.

† RECRESCENTIA, ſitua caedua quae recreſcit, in Ch. Mſ. an. 1244. V. *Renenuta 2.*

RECRETATVS, V. *Recreduta* in *Recredere.*

RE-

RECREVVA, militum ſupplementum, legionum appendices, Gall. *Recrue*. Edictum Iohannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. pag. 622.

† RECREZVTVS, V. *Recreduta* in *Recredere*.

RECRIMINATIO, cum litigatores idem crimen inuicem intentant, Graecis ἀντικατηγορία, nam apud Latinos *proprio caret nomine*, ait Fabius lib. 3. cap. 12. Vtuntur non ſemel practici.

RECRISSARE de anatum clamore ſupra dicitur in voce *Boulare*.

RECTA, nude, idem quod *Recta veſtis, quam*, vt habet Iſidorus lib. 19. Orig. c. 22. *ſurſum verſum ſtamtesque texunt*: quo nimirum opere, vt explicat Carolus de Aquino in Lexico Militari, trama ſemper pectine ad ſuperiorem partem ducebatur et trudebatur; quod vocabant *ſurſum verſus* vel in altum rem texere. Vopiſcus in Aureliano Imper. *Primus paragandas veſtes militibus dediſſe dicitur, cum ante nonniſi Rectas purpureas accepiſſent*, hoc eſt Rectas tunicas rubras. V. ibi Salmaſium.

RECTARE, in ius vocare. Vide *Rectum*.

RECTICINIVM. Meſſianus Preſbyter in Vita S. Caeſarii Arelat. *Nam illud dulciſſimum et ſanctiſſimum Recticinium, quis verbis vnquam valebat explicare?* Mox: *Domine, quid tu dicis? quibus ille, Expectate, inquit, ad menſam multum dicendo laſſaſtis, et huc vſque non tacuiſtis, iam paululum reficite, et adiecit: Bene dicitis; ſed quia coenam expediuimus, Reticinium* (ſic) *facturi ſumus, etc.* Aliud videtur a *recta coena* Latinorum, quos ita *Coenam lautam* appellaſſe obſeruat Turnebus lib. 18. Aduerſar. cap. 11. hic enim *Recticinium* videtur dici colloquium, quod poſt coenam inter conuiuas peragitur. Eruditus Mabillonius *Recinium* edidit, vt ſit merenda, et Gall. *Recinez*, ſeu poſtmeridiana refectio. Haec coniectio, quod ſit dimidiata ſolum, alia parte in coenam reiecta, *Reciuium* dicta eſt, ſi credimus eidem Mabillonio to. 1. SS. Benedict. p. 675. a veſte ſeu toga quadrata, quam antiqui *Recinium* vocabant, quaſi *Reiicinium*, quod mediam eius partem in tergum reiicerent. Verum alii melius, vt mihi videtur, a *Ratio* deducunt, quae vox, vt ſupra dictum eſt, aliquando ſignificat Ratam portionem rerum ad victum neceſſariarum; quam opinionem confirmant antiquae voces *Retion*, Merenda, et *Retionner*, Merendam ſumere. † Bollandiſtae vt et Mabillonius *Rectuium* ediderunt, recte quidem, nec minus bene de Merenda interpretati ſunt, quam Galli *Rechinoy*, *Recie* et *Reſſie* appellarunt.

RECTIFICARE, rectum facere. Gloſſ. Lat. Graec. *Rectifacio*, ὀρθοποιῶ. Gloſſ. Graec. Lat. ὀρθοποιῶ, *Rectifacio, recte tracto*. Pro ὀρθοποιῶ, quod proprie ſignificat Diuido, in rectum ſeco: mallem ὀρθόω, (ὀρθοποιέω) quod eſt rectum facio.

RECTIFICARE. (1) Inſtaurare, in priſtinum vel meliorem ſtatum erigere. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad an. 1269. apud Murator. to. 3. col. 1129. (2) Rectum declarare, ratum habere, *Approuver*, vertit Lobinellus. Teſtamentum Gaufridi de Pleſſeio an. 1352. to. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 393. col. 1.

RECTITAS, *iuſtitia, aequitas et veritas*. Gloſſ. Iſid.

RECTITVDO. (1) Idem quod *Rectum*, ius, quod quis in rem aliquam habet. Conſuetudo Lorriaci an. 1187. *Nullus cum aliquo placitabit, niſi cauſa Rectitudinis exequendae et recipiendae*. (2) Ius, *Rectum*, quomodo quis *rectum facere* dicitur, cum iuri ſtat. Chronicon Mauriniacenſe lib. 2. pag. 363. *Rurſus ad Rectitudinem Monachi reuocantur, et quod aliquibus nouum fuit, quatenus ad caput cauſae rediretur, indicatum eſt.* PER DENARIVM RECTITVDINEM FACERE. Charta Berneri Decani Pariſienſ. apud Hemeraeum de Academia Pariſ. (3) Rectus vſus, aequa conſuetudo. Adnuntiatio Ludouici Regis cap. 5. poſt titulum 31. Capitularium Caroli Calui. (4) Tributum, praeſtatio, Gallis *Droiture*.

Char-

Charta an. 950. apud Meurisium in Episcopis Metensibus p. 137.

RECTOLLERE, V. infra *Retollere.*

RECTOR. (1) *Rectores Ecclesiarum*, Praelati, Episcopi, Abbates, parochiarum Presbyteri, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. §. 42. tit. 10. §. 4. in Capitularibus Caroli Mag. lib. 3. tit. 75. etc. Maxime *Rector Ecclesiae* dicitur, qui vulgo *Curio*, seu *Curatus*, vti in Charta Alaman. 43. apud Goldastum, et alibi saepissime, praesertim apud Aremoricos, qui hodieque *Recteurs* vocant, quos Galli *Curez* nuncupant; *Curez* autem appellant ipsi, quos alii *Vicaires* dicunt, nempe Curionum vicarios. Concilium Londin. an. 1237. Hinc RECTORIA, dignitas Curionis, vel Ecclesia parochialis, in Statutis Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 729. RECTORATVS, eadem notione. Synodus Valentina an. 1590. to. 4. Concil. Hisp. pag. 458. (2) *Rectores Apostolici Patrimonii*, dicti ii ex ordine Clericali, qui a summis Pontificibus subinde in Prouincias et Regna mittebantur, qui S. Romanae Ecclesiae Patrimonium curarent, id est, *massas et familias Ecclesiasticas*, de quibus agit Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 17. lib. 12. Epist. 12. 30. RECTORIA, munus Rectoris eiusmodi. Appendix ad Agnelli Pontificale de Patrocinio Archiep. Rauenn. apud Murator. tom. 2. pag. 211. col. 1. (3) Dignitas in Imperio CP. apud Luitprandum lib. 3. cap. 7. Constantin. Porphyrogen. de Administrat. Imper. p. 199. Scylitzem p. 607. 781. Zonaram pag. 48. etc. V. Notas ad Alexiadem pag. 233. et Glossarium mediae Graecitatis in ἐπίκτως. (4) In Prologo Pactus Legis Salicae, idem qui Dux Comesue, siue prouinciae Rector, aut Iudex: *Dicta uerunt Salicam Legem Proceres ipsius gentis, qui tunc temporis apud eamdem erant Rectores.* (5) Praeses in Academiis, Gall. *Recteur.* Quolibet trimestri eligitur in Academia Parisiensi; vnde quatuor *Rectoriae* memorantur a Roberto Goulet in Compendio iurium huius Vniuersitatis fol. 5. *Rectoriae S. Dionysii, Nativitatis Domini, Paschae et S. Iohannis Baptistae. Rector studii*, dicitur in Bulla Alexandri VI. PP. tom. 3. Concil. Hisp. p. 691. RECTORIATVS, dignitas Rectoris in Academiis, Gall. *Rectorat*, apud Robertum Goulet in Compendio iurium Vniuersitatis Paris. fol. 3. verso, etc. (6) Iesuitis dicitur Superior domorum, quas *Collegia* vocant vel *Seminaria:* iis autem *Collegia* sunt domus, in quibus extraneos, *Seminaria* vero, in quibus suos duntaxat sodales docent. Plures aliae sunt monachorum, pauperum, aegrotorum atque peregrinorum domus, in quibus praeses etiam *Rector* appellatur; sed eas omnes et singulas enumerare operosius esset quam vtilius. (7) Titulus honoris apud Venetos, qui tribuitur *Potestati et Capitaneo armorum.* Ma[illegible]ibus *Rector* dicebatur Praeses, cuius erat Ciuitatem *regere, gubernare, defendere et seruare*, vt habetur in Statutis eiusdem Ciuitatis cap. 1. vbi singula Rectoris munia fusius exponuntur. Regimina Paduae ad ann. 1293. apud Muraror. to. 8. col. 387. Latinis noti sunt prouinciarum atque ciuitatum *Rectores*, seu Praesides siue Gubernatores. Hinc RECTORATICVM, munus et officium Rectoris vrbis: apud Falconem Beneventanum in Chr. p. 190. RECTORATVS, munus Rectoris prouinciae, in Literis Clementis VII. PP. ann. 1382. tom. 10. Spicil. Acher. pag. 224. RECTORIA, dignitas Rectoris prouinciae vel vrbis, in Epistola Vrbani IV. PP ann. 1263. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 10. RECTOR CHORI, Cantor. Breuiarium Sarisbur. ann. 1555. asseruatum in Parthenone Benedictinarum Angl. Pontisarae. V. *Cantores.* RECTOR MERCATORVM, qui praeest mercatoribus et cum eorum consulibus iudicat de rebus ad mercaturam pertinentibus. Priuilegia mercatoribus Nemausi concessa per Philippum Franc. Regem ann. 1277. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 671.

671. art. 9. RECTORES SCRINIORVM, iidem qui *Primicerii ſcriniorum*, lib. 6. Cod. Theod. tit. 30. de Palatinis ſacr. larg. leg. 15. RECTOR VILLAE, apud Thomam Madox Formul. Anglic. p. 8. Idem qui Maior, de quo ſupra.

RECTORATICVM, RECTORATVS, RECTORIA, RECTORIATVS, V. *Rector 1. 2. 5.* et 7.

RECTORIVM, carcer *Rectoris*, ſeu iudicis. Iohannes VIII. PP. Epiſt. 303.

† RECTORIZARE, rectoris officio fungi, regere. Murat. to. 4. Antiq. Ital. p. 95.

RECTVM (1) Ius, Gall. *Droit*, Germanis et Belgis *Recht*, Danis *Roett*, Ius, quod quis in rem aliquam habet. Eadmerus lib. De ſimilitudinib. S. Anſelmi cap. 74. Hinc variae formulae apud Practicos, et in veteribus Tabulis. RECTVM CONSENTIRE alicui, vt ius et aequitas dictant cum aliquo agere. Adnuntiatio Caroli Calui in Conuentu apud Argentoratum an. 847. art. 4. RECTVM FACERE, Gallis, *Faire droit*, Iuri ſtare. Charta ann. 1176. in Tabul. Eccl. Carnotenſis n. 92. *Satisfactionem illam, quam ius vel Rectum facere vulgariter appellant, Capitulo praeſtarent.* STARE AD RECTVM, pro *ſtare iuri*, Practicis Gallicis *Eſter a droit*. Rogerus Houedenus pag. 655. RECTO STARE, eodem ſignificatu. Charta Edwardi II. Regis Angl. ann. 1323. apud Rymer. to. 3. pag. 1012. col. 1. ESSE AD RECTVM IN CVRIA DOMINI, eadem notione, in Legibus Henrici I. cap. 43. 55. etc. RECTVM *domino ſuo* VADIARE, ibid. cap. 53. 81. *Per iudicium Recti vadimonium dare*, ibid. cap. 52. REQVIRERE DE RECTO, in ius vocare, ibidem cap. 43. AD RECTVM *aliquem* HABERE, in Legibus Edwardi Confeſſoris cap. 20. et Henrici I. cap. 8. 27. 41. *Ad Rectum alicui habere*, in Probat. nouae Hiſt. Occit. col. 453. RECTVM ROGARE, adire iudicem, et ab eo ius ſibi fieri poſtulare. Leges Inae Regis Weſt-Saxiae cap. 9. RECTVM IVDICIVM PROCLAMARE, eadem notione. Charta an. 5. regnante Carolo Rege, apud Stephanotium to. 3. Antiq. Pictau. MSS. pag. 269. RECTVM RECOGNOSCERE, ius agnoſcere quod quis habet in aliqua re. Tabularium S. Vincentii Cenoman. DE RECTO *per bonos iudices* INQVIRERE, in Legibus Henrici I. cap. 82. DE RECTO *per bonos teſtes* INQVIRERE, cap. 82. RECTVM DENEGARE, ibidem cap. 83. *Vadium Recti denegare*, cap. 52. PLACITA DE RECTO ſeu *de defectu Recti*, in Regiam Maieſtatem lib. 3. cap. 20. V. *Defectus*. RECTVM ADVENIENS FRODI, ius veniendi in poſſeſſionem feodi. Charta an. 1277. e Chartulario S. Vandregeſili tom. 2. pag. 1259. RECTARE, reum ad *rectum* faciendum ſubmonere, in ius vocare, εὐθύνειν Graecis. Charta Henrici III. Regis Angl. apud Seldenum ad Eadmerum. RETARE, RETTARE, pro *Rectare*. Charta Philippi Aug. ann. 1186. in M. Paſtorali Eccleſiae Pariſienſis. lib. 16. ch. 24. REPTARE, eadem notione, Hiſpanis *Reptar*, quod pronuntiatur vt *Retar*, Accuſare, in ius deferre: vnde *Riepto*, accuſatio, in Legibus Alfonſinis parte 7. tit. 3: l. 1. Vſatici Barcinonenſes MSS. cap. 37. V. *Excondicere*. REPTATOR, Hiſp. *Reptador*, Accuſator, delator. Obſeruantiae Regni Aragon. lib. 8. tit. 1. §. 4. ARRETARE, idem quod *Retare*. Forteſcutus de Laudibus Legum Angliae cap. 36. *Arretati de crimine aliquo, qualitercumque magno et enormi, etc.* Hinc Gallic. *Arrêter*, pro Siſtere, detinere, retinere, quod ei, qui in ius appellatur, recedere non liceat, quousque *Rectum fecerit* parti, a qua impeditur. Sed et forte inde etiam vox *Arrêt*, pro iudicio lato in eum, qui *arretatur*, ſeu in ius vocatur. (2) † Tributum quod ex iure exigitur. Stat. Subbat. Carcaſſ. an. 1402.

RECTVRA, vox Agrimenſorum. V. Gloſſarium Rigaltii ad Gromaticos.

RECTVS, dexter, Gall. *droit*. Proceſſus de virtutibus et miraculis Mariae de Malliaco, tom. 3. Martii p. 755.

755. RECTVS HAERES, qui recta linea ab eo descendit, cuius haeres est, in Chronico Andrensi apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 641. RECTA MANVS, auxiliaris, ad ferendam opem expedita. Charta Henrici Imp. ann. 932. apud Miraeum to. 1. pag. 38. col. 2. RECTA MINA, mina, seu mensura frumentaria, quae iusta est, neque maior, neque minor. Tabularium Abbatiae Sangerman. Paris.

RECVBILE ORATORIVM, fulmentum, cui quis precans Deum innititur, Gall. *Prié-Dieu*. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii to. 3. pag. XLVIII.

RECVLA, RECELLA, REICVLA, RESCVLA, parua res, seu parui momenti; *facultatiuncula*. Gloss. Lat. Graec. *Recula*, πραγμάτιον. Aliae Graeco-Lat. πραγμάτιον, *Rerula, operula*. Malim *Recula*. Capitular. lib. 7. cap. 265. *Qui Reculam Ecclesiae petunt a Regibus, et horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt*, etc. In Capitulari an. circ. 744. c. 8. habetur *Reicula: Reicola* verò in Capitulari tertio incerti an. cap. 4. REICOLA, REICVLA. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Et Reicola, quae appellatur Stirpiaco, cum vineolas et mancipia, quae ibi esse noscuntur*. RECELLA. Glossarium Cambronense: *Recella, diminut. a Recula, Recula autem a re*. Regula Magistri cap. 1. RECELLVLA. Lex Burgund. tit. 24. §. 6. RECIRCVLATA, vel RECVLATA, eadem, ni fallor, significatione. Codicillus seu Diuisionale bonorum S. Fulcranni Leueuensis Episc. an. 987. inter Instrum. Gall. Christ. tom. 6. col. 270. *In villa, quam vocant Balnas, mansa tria et vnum appendiarium, et villam quam vocant Clairato, cum ipsa Recirculata, et mansa duo*, etc. Fortean vtraque vox mendosa est, restituique debet *Reicola* vox, aut alia similis, quae fuerit in vsu, nisi tamen legendum sit diuisis vocibus *re circulata*, id est, *re ambiente*, quae sita est in circulo seu ambitu villae. RESCVLA. Salvianus lib. 1. ad Ecclesiam Cathol. *Cur non bona fide datis a Deo vtamur Rescilis?* Editiones aliae habent *Reculis*. Iidorus Pacensis Episc. aera 756. RESCELLA. Pelagius libello 10. n. 18. Glossar. Cambronense *Rescellas., genus indumenti, id est pelles* interpretatur. Ad hanc indumenti notionem referendus est, vt videtur, locus Actorum S. Ottonis, tom. 1. Iulii pag. 426. *Veteribus Rescellis* (id est, inuolucris) *codex exutus, et nouis decoratus indumentis*.

† RECVLARE, RECVLLARE, retrogradi, retroire, Gall. *Reculer*. Litt. remiss. a. 1356.

RECVLCARE, *iterum calcare*, Iohanni de Ianua. Glossae Lat. Gall. Sangerman. *Reculcare, Rechaser*. Columella habet *Recalcare*.

RECVMBERE. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 4. cap. 22. vlt. edit. *Quapropter et Recumbentibus eis* (discipulis suis Christus) *ministrabat esitam, significans eos, qui in terra Recumbebant, quibus venit ministrare vitam*. Ludit Irenaeus in verbo ἀνακλιθῆναι, quod in priori commate accipit pro *discumbere in mensa*; in posteriori vero pro *mortuum iacere*. V. cap. 31.

RECVPERARE. (1) Conualescere, *Recouurer sa santé*. Gesta Regum Franc. cap. 34. Vide *Recuperatio 1*. RECVPERARI, simili notione, *Amissas vires reparare, reficì*, apud Barthium in Glossario, ex Hist. Palaestin. lib. 2. c. 10. 18. (2) Excusare. Acta SS. Aurei et Soc. to. 3. Iunii pag. 51. (3) Reperire. Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis p. 150. (4) RECVPERARE, *in notitiam et memoriam redigere*, apud Barthium in Glossario, ex Raymundi Agilaei Histor. Palaestina. (5) Debitum recipere. Charta ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98. col. 1. V. *Recuperator*. (6) Possessionem gentilitiam redhibere, Redimere possessionem a consanguineo venditam, pretio venditori restituto, Praeticis Gall. *Retraire*. Consuetudo Brageriaci artic. 42. V. *Retractus burgalis*. (7) RECVPERARE SE, recipere se, aufugere. Acta S. Aldebran-

brandi, tom. 1. Maſi p. 159. (8) † Iterare, repetere. Areſt. a. 1352.

RECVPERATIO. (1) Reparatio, reſtitutio. Canones Poenit. apud Acher. tom. III. Spicileg. pag. 111. V. *Recuperare* 1. (2) IC. Anglis eſt proprie euictio alicuius rei per iudicium. Sed ſpecialiter ſignificat fictam quamdam transactionem inter partes iudicialiter factam, ad ſtatus intalliatos, remanentias et reuerſiones tollendas excogitatam. Ita Cowellus.

RECVPERATOR. Gloſſae Graec. Lat. δικαστὴς, *Iudex*, *Recuperator*. Alias *Recuperatores* appellantur, qui cenſum vel tributum per ſe ipſos exigunt, recuperant. Gloſſae Baſil. ἐξισωταὶ, ἀναλήψιοι δι' ἑαυτῶν πραγμάτων. *Recuperatores cenſuum domini*, in Libertatibus Montis-Briſonis an. 1376. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 83. col. 2. V. *Recuperare* 5.

RECVRARE. (1) Corrigere, quaſi iterum curare. Vtitur S. Auguſtinus lib. de Quantitate animae cap. 24. (2) † Expurgare, a Gall. *Recurer*. Ch. Mſ. a. 1501.

RECVRRERE. (1) Vox practica, quae de iis dicitur, qui pignorum aeſtimatorum relatione parum contenti, alios poſtulant, qui maturius iudicent. Hinc ſecundi aeſtimatores *Experts Recuſaires* appellantur. Proceſſus ann. 1459. ex Regeſto *Columba* Camerae Comput. Prouinciae: *Cum poſt inthimationem habeant decem dies ad Recurrendum, ſi voluerint.* (2) Abire, veteri Interpreti S. Irenaei lib. 1. cap. 19. vlt. edit. n. 2. vbi haec verba Daniel. 12. 9. Ἀπότρεχε Δανιήλ, vertit *Recurre Daniel.* (3) RECVRRERE, RECVRSVS, voces monetariorum, de quarum vi ſequentia excerpſimus ex aduerſariis Magni Peireſcii: *Il y a ceſte difference entre Recours et remede: que le Recours eſt une permiſſion de foiblage ſur le poids de l'eſpéce: et le remede eſt une autre permiſſion ſur le poids de marc. Et leſdits remedes commencerent premierement par Recours, et ont continué par remedes, permis enſemblement, juſques environ le temps de Charles VII. depuis lequel juſques à preſent l'on n'a uzé que du remede.* Paſſim occurrunt ſimiles loquendi formulae in Edictis monetalibus, in quibus *Recourre*, *Recuerre* vel *Requerre*, eſt, iuſtum monetae pondus inminuere. Datio ad firmam Monetae Toloſanae a Comite Alphonſo an. 1265. *Iuraverunt inſuper, quod ipſi per ſe vel alios non fondent, nec tribuchabunt, nec Recurrent noſtram monetam ſupradictam; ſed tenebunt et adimplebunt bene et fideliter omnes conuentiones, etc.*

RECVRSVS. (1) Iuſti monetae ponderis acceſſio vel imminutio, Conſtitutionibus regiis permiſſa, qua fit vt nummi eiusdem ſpeciei alii aliis ſint magis minuſue ponderoſi. Ordinatio Humberti II. an. 1340. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 416. col. 1. Differt *Recurſus* a *Remedio*, quod ille nummorum inter ſe compoſitorum maius minuſue pondus ſpectet, hoc vero marcae, vnde certus nummorum numerus conficitur, materiam vel pondus attingat, vt infra dicetur in *Remedium* 3. Sed ſi vox *Remedium* de nummis inter ſe compoſitis dicatur, tum idem ſonat quod *Recurſus*, vt in Ordinatione a. 1343. ibid. p. 418. *Et ſcinduntur ad denariale et ad remedium duorum granorum ponderis de iuſto ad fortem, et duorum granorum de debili ad iuſtum.* V. *Recurrere* 3. Interdum *Recurſus*, Gall. *Recours*, aequum eſt monetae pondus: de quo D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. pag. 94. nota e. (2) Tabularium S. Andreae Viennenſis: *Notum ſit . . . . dediſſe . . . . hoc eſt cymiterium et totum decimum, et oblationes, et primitias, et paſtua ſimiliter donaſſe beſtiis Monachiorum in ſiluis et in plano, totum Recurſum in ſilua lignorum et paſtionum porcorum in eadem ſilua ſine lucro.* Notitia de fundatione Theoloci ann. 1130. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 4. col. 164. *In omnibus etiam ſuis nemoribus ipſorum porcis Recurſum et omnimodos fructus ad eorum pabulum, abſque eo pretio, quod vulgo Pyſuaticum dicitur.* Quibus in locis *Recurſus* aliud nihil videtur quam ius paſcendorum porcorum in ne-

moribus. (3) Vox forenſis, Gall. *Retrait lignager.* Conſuetudines Bellaici, ex Regeſto Inculiſmenſi Camerae Computor. Pariſ. fol. 39. vo. *De domibus aut rebus aliis . . . ſi habeant vendi, quocumque modo poſſideantur, ſi quis fuerit de genere venditoris, primo loco habeat Recurſum ad res illas, et poterit eas retinere, etc.* (4) Perfugium, refugium, Gall. *Recours.* Epiſtola Monachorum Grandimont. ad Innocentium III. PP. an. circiter 1215. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 847. (5) Gallis *Recours*, Praes, cautio, ſponſor; vnde *Avoir recours*, Sponſorem appellare. Statuta Collegii Montis-acuti an. 1402. apud Lobinell. to. 5. Hiſtor. Pariſ. p. 681. col. 1. RECVRSVS IVSTITIAE, Ius ſuperiori domino competens iudicandi eos, quos feudales domini iudicesque inferiores iudicare neglexerunt. Bulla Innocentii IV. an. 1245. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1286. V. *Defectus iuſtitiae.* (6) † Prouocatio ad ſuperiorem iudicem. Lit. a. 1369. (7) † *Recurſum habere*, operam cuiuspiam adhibere. Tract. Mſ. de re milit.

RECVS, V. *Reccus.*

† RECVSA, recuſatio, denegatio. Ch. a. 1358.

† RECVSARE, vineam vltimum colere, i. q. *Reclaudere* 2. Formul. Mſ. Inſtr.

RECVSSA, recuperatio, ereptio pignorum aliarumue rerum iure captarum, Gall. *Recouſſe.* Epiſtola Philippi IV. Franc. Regis ad Eduardum Reg. Angl. an. 1293. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1251. V. *Recodere, Recoſſa, Recuſſio, Reſcuſſa*, et Gloſſarium iuris Gallici in *Recouſſe.*

RECVSSABILIS, mobilis, promtus et expeditus ad recuſſum. V. locos in *Sphaera Italica.*

RECVSSIO, idem quod *Recuſſa.* Conſuetudo Brageriaci art. 67. V. *Recutere.*

RECVTERE. (1) Pignora reſue alias captas recuperare, eripere, Gall. *Recourre.* Conuentio Philip. Franc. Reg. cum Canonicis S. Mederici Pariſ. a. 1273. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 28. col. 1. (2) Retro quatere. S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſ. c. 11.

RECVNEBVRGII, iudices, V. *Rechimburgii.*

REDA. Lex 5. Cod. Th. de Curioſis: *Per ſingulas Redas, id eſt, quas quadrigas et flagella appellant.* Vbi neſcio, an non legendum *Rectas.* Nam apud Graecos recentiores ῥέχτα, *flagellum*, ſonat, vt apud Anonymum in Porphyrog. n. 4. et in Vita S. Nicolai Studitae p. 913. V. Gloſſarium med. Graecit.

REDADOPTARE, rurſum adoptare, in Lege 41. Dig. de Adoptionibus.

REDADVNATIO, iterata coniunctio, apud Tertullianum de Reſurrect. carnis c. 30.

REDAEQVARE, viciſſim adaequare. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Redaequo*, ἀντισῶ.

† REDAGIVM, pro *Rhedagium*, tributum quod pro rhedis tranſeuntibus exigitur. Ch. Mſ. a. 1170.

REDANDRVARE, *Gratiam referre*, in Gloſſis Iſid. et Excerptis Pithoeanis; pro quo Graeuius cenſet legendum *Redandruare, Gradum referre*, vt coniicit ex *Redandruare* apud Feſtum; apud quem ſequitur *Redhoſtere*, (haec vox intercidit) *Gratiam referre.* REDANDRVARE RESPONSVM, reſcribere, apud Robertum *Creyghton* Hiſt. Concilii Florentini p. 7. Proprie *Redandruare*, vel, vt alii legunt, *Redantruare*, eſt eosdem motus ſaltu referre, ab *Antruare* ſeu *Amtruare*, motus edere, vt fiebat in Saliorum exultationibus, vbi praeſul *amtruare* dicitur. V. Scaligerum ad Feſtum, Turnebum Aduerſ. l. 17. c. 8. et l. 25. c. 18. Voſſium in Etymologico v. *Trua*, et Martinium in Lexico.

REDARGVTIO. Sic Boetius transfert Graecum ἔλεγχος, minus probante Voſſio, qui mauult *confutatio, refutatio, reprehenſio.* Hunc conſule in Etymologico p. 43. et l. 3. de Vitiis ſermonis c. 41.

RED-BANA, Saxonibus, Maleficii vel homicidii conſiliarius, ſuaſor. Vide *Dedbanna.*

RED-

REDDA, redditus. Tabularium Rothonenſe. Charta a. 1067. Marcae Hiſpan. col. 1134. Sed vereor ne hic legendum ſit *Ledda*, Tributum pro mercibus pendi ſolitum, vt dictum eſt ſuo loco. V. *Feudum reddibile.*

REDDEBERE, debere reddi. Charta Childeberti III. Reg. Franc. an. 697. apud Felibianum Hiſt. San-Dion. p. XVII. V. *Redebere.*

REDDEBITVM, debitum, quod reddi debet. Formula 1. Andecauenſ. apud Mabillon. to. 4. Analect. p. 234.

REDDEBVTIO, tributum, vectigal. Charta Chlodouei III. Reg. Franc. an. 692. apud Felibian. Hiſtor. San-Dion. p. XII. V. *Redhibere.*

REDDENTES. (1) Ranfridus IC. qui vixit ſub Friderico II. Imp. in Ordine Iudicario, tit. de Villanis: *Sed quid dicemus hodie de villanis noſtris, quorum quidam dicuntur Reddentes, quidam Angarii, quidam Parangarii . . . . Reddentes quidam ſunt, qui nihil aliud faciunt domino, niſi quod reddunt, vel gallinas, vel ſpallas praeſidit, vel porcum, vel agnum, vel libram cerae, vel aliquid tale in Paſcha Domini, vel in Natiuitate. Hos rediuus quidam praeſtant pro praediis, quae habent a dominis, ... quidam praeſtant pro perſonis, etſi nulla praedia habeant a Domino, ſicut vidimus in pluribus; hi nullum aliquid ſeruitium Domino faciunt.* (2) Baptizandi, a reddita Symboli confeſſione ſic appellati. Mabillonius in praefat. ad Acta SS. Benedict. ſaec. 4. part. 2. n. 186. haec laudat ex MS. Pontificali Benigniano de Baptiſmo Sabbati ſancti: *Oratio in Sabbato ſancto Paſchae ad Reddentes. Dicit dominus Papa poſt Piſtengis*, hoc eſt, vt videtur viro erudito, πιστεύω εἰς, quae ſunt prima Symboli Graeci verba. Eadem ex Biblioth. Ottoboniana refert Muratorius to. 2. p. 48. col. 2. niſi quod pro *Piſtengis* habet *Piſteuſis*, forte pro πιστεύεις, Credis? vt interrogari ſolebant baptizandi. V. *Symbolum reddere.*

REDDERE, Lectionem proferre, quomodo diſcipuli magiſtris ſuis a ſe lecta memoriter proferunt. Loquendi formula Gallis etiam familiaris. Gloſſae antiquae MSS. *Reddit, Reſpondit.* V. *Redditus.* REDDERE FEVDVM dicebantur vaſſalli, cum caſtra, quae feodaliter tenebant, dominis capitalibus, & ea requirerent, reddere cogebantur. Charta an. 1112. in Probat nouae Hiſt. Occit. to. 2. col. 383. V. *Feudum reddibile* in *Feudum.* REDDERE SE, aliquo ſe conferre, Gall. *ſe rendre en un lieu.* Mandatum Henrici IV. Reg. Angl. an. 1306. apud Rymer. to. 8. p. 442. col. 1. REDDERE SE DEO AD MONACHVM, V. infra *Redditus.*

REDDIBILIS et REDDIBILITAS vulgo dicuntur de Feudis, quorum caſtra vaſſalli reddere debent dominis capitalibus, cum eis libuerit, vt fuſe ſupra dictum eſt in *Feudum reddibile.* Adde *Reddere feudum* mox in *Reddere.*

REDDIBITIO, pro *Redhibitio*, Reſtitutio, redemtio, Gall. *Redhibition*, in Statutis Montis-Regalis pag. 154.

REDDIDENCIA, tributum, vectigal. Priuilegia a Iohanne Franc. Rege Audomarenſibus conceſſa an. 1361. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. p. 405. Melius legeretur *Redhibentia.* V. *Redhibere.*

REDDIMIVM, ſ. Redditus annuus. Charta Eccleſ. Anicienſis an. 1312.

REDDITA, annuus cenſus, quem tenentes domino reddere vel ſoluere debent ratione tenementorum ſuorum. Chartular. SS. Trinitat. Cadom. fol. 53.

REDDITARII, tenentes *redditae* obnoxii. Charta Iohannis de Toroto Caſtella ex Archiuo S. Medardi Sueſſion. V. *Redditnarius* et *Redituarius.*

REDDITE LITERAS. Formula, quae legitur ad calcem quarumdam Literarum regiarum Balliuis inſcriptarum, qua ſignificatur, ni fallor, vt eas communicent iis, quorum intereſt illas noſſe.

REDDITIO. (1) Idem quod *Redditus*, *Reuenu.* Charta Galteri Meldenſis Epiſc. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. l. 9. ch. 8. V. *Reditus.* (2) Tributum,

vectigal, idem quod infra *Redhibitio*. Charta Ludouici Pii an. 18. eius Imperii, apud Laguille in Probat. Hiſtor. Alſatiae p. 19. col. 2. (3) Idem in rebus feudalibus quod *Reddibilitas feudi*, de qua mox in *Reddibilis* dictum eſt. Charta Dalphini Vienn. an. 1230. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. to. 4. col. 29. V. *Feudum reddibile* in *Feudum*. (4) Explicatio, expoſitio, apud vererem Interpretem S. Irenaei l. 2. c. 24. n. 2. vbi Graecum ἀπόδοσις vertit *redditio*: quod habita loci ratione, reddere debuiſſet *explicatio*, vel *accommodatio*, vt obſeruarunt Billius et Maſſuetus.

† REDDITVALE, prouentus. Ch. Mſ. a. 1324.

REDDITVALIS, ſingulis annis reddendus ſeu exſoluendus. Charta an. 1275. ex Archiuo Cerui-Frigidi. *Reditualis* legitur eadem notione in Charta an. 1275. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 1378.

REDDITVARE, redditus annuos concedere, aſſignare, Gall. *Renter*, quod maxime dicitur de ſacris aedibus, quibus attribuuntur annua vectigalia. Breuis Hiſt. Ordinis Cartuſienſis apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 198. V. *Reditus*.

REDDITVARIVS. (1) Manceps, exactor reddituum ſeu prouentuum. Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1402. apud Rymer. to. 8. p. 238. col. 1. V. *Redditarii* et *Redituarius*. (2) † Qui reditum aliquem ſingulis annis alteri praeſtare debet. Ch. a. 1511. (3) † Cui penſio annua debetur. V. *Rentarius* 2.

REDDITVATVS, dies, cui multi ſunt redditus ſeu prouentus, Gall. *Renté*. Epiſtola an. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1119. V. *Reditus*.

REDDITVS. (1) Monachus, Eremita, qui ſe in Monachum *reddidit*. Galli dicunt, *qui s'eſt rendu Moine*. Tabular. Celſinianenſe. Sed proprie dicebantur *Fratres Laici*, ſeu ſeculares, qui abdicato ſeculo in Monaſteria ſecedebant. Statuta Ordinis *de Sempringham* §. *de Secularibus Rendutis*: *Seculares, qui ſe Reddiderint in domibus noſtris, et omnem proprietatem reliquerint, etc.* In Statutis Ordin. Cartuſienſis crebra eſt mentio eiusmodi *Redditorum*, qui et *Laici* et *Donati* et *Praebendarii* dicuntur, quorum ordo Conuerſorum ordine inferior eſt, adeo vt ſi Conuerſus deliquerit, in ordinem *Redditorum*, regrederetur. V. *Oblati*, *Donati*, *Recepta* et *Receptus*. Fuerunt etiam Redditi in Hoſpitalibus ſeu publicis Valetudinariis, qui voce Gallica *Rendus* vocantur, in Charta an. 1357. tom. 3. Hiſtor. Harcur. p. 299. *Renduti* vero dicuntur in Charta ann. 1335. apud Meneſterium in Probat. Hiſt. Lugdun. p. XXV. col. 1. (2) Prouentus, *Reuenu*. Vide *Redditus*. REDDITVS FEVDI, V. *Reddere feudum* in *Reddere*, et *Feudum reddibile* in *Feudum*. REDDITVS SYNODI, in Charta an. 1045. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. armar. Hiſpan. n. 91. Cenſus Epiſcopo ſoluendus a Clericis, qui ad annuas eius Synodos venire tenebantur. V. infra *Synodus*.

REDEBENTA, idem quod mox *Redebentia*, ſi non ſit ita legendum. Charta Ludouici Hutini an. 1315. in Probat. Hiſt. Ebroic. p. 31.

REDEBENTIA, clientare munus praediatorium, Gall. *Redevance*, vt paſſim legitur in Conſuetudinibus municipalibus in Gloſſario Iuris Gallici laudatis. Charta an. 1278. apud Thomaſſerium in Biturig. p. 109. V. *Redeuancia* et *Redhibere*.

REDEBERE, debere, *redebentiis* obnoxium eſſe. Appendix Marculfi formula 2. Voſſius l. 4. de vitiis ſerm. c. 20. verbum hoc explicat per *Obligari ad reddendum*, eoſque falli arbitratur, qui idem eſſe aiunt ac *Redhibere*. V. *Reddebere*.

† REDEBVTIO, tributum, vectigal, i. q. *Redhibitio*. Chartul. S. Germ. Prat.

REDECIMA, REDECIMATIO, Decimae, ſeu Decima pars decimae, vti appellatur apud S. Rembertum in Vita S. Anſcharii Archiepiſc. Hamburg. n. 61. Charta Milonis Epiſcopi Beluac. ann. 1225. *Decimam decimae ſuae, quod vulgariter Redecimam*

cimum appellatur. Charta alia ap. Perardum in Burgundicis: *Qui decimam Redecimam capiebat. Redecimatio bladi et vini*, in Charta an. 1127. ex Archiuo Prioratus de Firmitate Walcheri. *Redecimatio de decimis*, in Charta an. 1214. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. V. *Prodecima*, *Cario*, *Menagium* et *Miniſterialitas*. REDICIMATIO. Charta an. circiter 1070. apud D. Calmet. in Probat. Hiſt. Lothar. to. 1. col. 470. REDIMATIO. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel ad calcem to. 2. de Feudorum vſu p. CLXXI.

REDEFOSSA, altera foſſa circumdans arcem. Statuta Palauicinia l. 2. c. 70. *Nulla perſona terrigena vel forenſis audeat . . . piſcari . . . in foſſis, Redefoſſis vel ſparafoſſis rochae caſtri.*

† REDELLVS, i. q. *Reddale.* Ch. Mſ. a. 1310.

REDEMIVM, redemptio. Vtitur Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani. V. *Redimiae.*

REDEMPTIO. (1) In bellis priuatis. V. Anonymum de Miraculis S. Vſmari per Flandr. n. 12. (2) Idem quod *Rachatum.* Charta an. 1240. ex Tabular. S. Mauri Foſſat. (3) *Multa grauior, quae pro aeſtimatione capitis ipſius delinquentis impingitur*, *Anglis Ranſom*, Thomae Blount in Nomolexico. Capitul. l. 5. c. 196. (4) Ἀπολύτρωσις, Profanus quidam et ſuperſtitioſus initiationis ritus, quo ſuos conſecrabant Gn[illegible] de quo ritu S. Irenaeus me[illegible] l. 1. cap. 13. vlt. edit. num. 6. c. 21. num. 1. et alibi. REDEMPTIONES ALTARIVM, V. *Altare.* REDEMPTIO ANIMAE, aeterna ſalus. Lex Bajwariorum tit. 1. c. 1. Formula in donationibus piis frequentiſſima. REDEMPTIO CORPORIS DOMINI, Gall. *Rançon*, cuius pretium exſoluere coguntur vaſſalli, cum ab hoſtibus captus eſt dominus capitalis. Charta Eudonis Comitis, Ducis Britan. a. 1153. apud Lobinell. to. 2. Hiſtor. Britan. col. 157. V. *Auxilium* col. 494. REDEMPTIO POENITENTIARVM V. *Poenitentia* in *Poenitentes.*

REDEMPTIONALE: ita inſcribitur in formulis veteribus charta, per quam ſeruus ſeipſum de peculio ſuo, redimit, et dato pretio libertate a domino donatur. Adde Legem Bajwar. c. 15. tit. 7. Legem Friſion. tit. 11. §. 2. et Capit. Caroli M. l. 5. c. 207.

REDEMPTOR CAVSARVM, *quadruplator*, *interceptor alienae litis*, in Vocabulario Suſſannaei.

REDEMPTVS. (1) Pro *Redimitus*, coronatus. Miſſale Gothicum apud Mabillon. de Liturgia Gallic. p. 213. (2) REDEMPTVS TESTIS, qui pecunia emitur, corrumpitur. Capitul. Caroli M. l. 5. c. 401. V. *Redimere.* (3) † Mulcta pecuniaria aut honoraria in iudicio damnatus. Ch. a. 1217. (4) † REDEMPTVS vel REDEMPTVM, quod praeter pretium in emptionibus conceditur. Ch. a. 1200.

REDENCIO, pro *Redemtio*, ex vitioſa temporum ſcriptura, in Charta ann. 1076. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 249.

REDENTITARE, *iterum atque iterum clamare*, in Gloſſario MS. quod laudat Voſſius l. 4. de Vitiis ſerm. c. 20. vbi addit: Quid ſi a *dente* ſit, ac notet remordere, dente viciſſim aliquem petere vel rodere, genuinum in aliquo frangere?

REDEQVITARE, retro equitare, Voſſio ibidem, ſiue ea equitantem via reuerti, qua et ante equo veneris. Fulbertus Carnot. Ep. 21.

† REDERCERE, emendare, corrigere, Gall. *Redreſſer.* Ch. a. 1184.

REDEVAMENTVM, idem quod mox *Redeuancia.* Tabularium Calenſe p. 50.

REDEVANCIA, REDEVANCHIA, obligatio vaſſalli vel tenentis erga dominum capitalem, qua certas res operasue ſingulis annis ei praeſtare tenentur, vectigal, Gall. *Redevance.* Libertates Bellomontis ex MS. Coislineo: *Praedictos homines liberantes ab omni . . . Redeuancia.* V. *Redhibentia* in *Redhibere* et *Redebentia.* REDEVANTIA, eadem notione. Charta an. 1240. ex Archiuo Pontis-Otranni. REDEVENCIA, eo-

dem intellectu, in Literis an. 1275. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 62. REDEVENTIA, in Charta an. 1220. apud Baluzium to. 7. Miſcell. p. 342. REDEVENTIO, eodem ſignificatu, in Chartulario S. Vandregeſilii to. 1. p. 163.

REDHIBERE, *Reddere*, in Gloſſis Iſid. Occurrit non ſemel apud Scriptores, Sidonium l. 9. Ep. 11. et 14. Gregorium M. l. 1. Ep. 44. et 82. etc. Gloſſae Lat. Graec. *Redhibeo* et *Redibeo*, ἀποδίδωμι. REDHIBENTIA, redditus, prouentus, apud Continuatorem Chron. Nangii an. 1334. Charta Philippi Regis Fr. a. 1312. REDIBENTIA, idem quod *Redevancia*, cliencare munus praediatorium, Gall. *Redevance*. Charta an. 1293. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 297. *In aliis vero terris non mouentibus nec exiſtentibus de dicto prioratu, et in quibus ipſa Prioriſſa non habet partem, feodum, coſtumam, nec Redibentiam aliquam, etc.* REDIBENTIA, vectigal, tributum. Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. to. 2. Ordinat. pag. 36. REDIBITA, idem quod *Redhibentia*, Gall. *Redevance*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 21. REDHIBITIO, redditio, apud Symmachum l. 10. Ep. 36. Lex Longob. l. 2. tit. 52. §. 10. REDHIBITIO, ſatisfactio. Miracula S. Bertini ſaec. 3. Benedict. part. 1. p. 129. REDHIBITIO, mulcta. Lex Burgund. tit. 49. §. 4. *Quod ſi .... conuictus fuerit, triplici Redhibitione teneatur obnoxius*, id eſt, triplici compoſitione; ſeu *tripli Redhibitione*, vt *quadruplex Redhibitio* in Lege 10. Cod. Th. de iure fiſci REDHIBITIO, vectigal, tributum, praeſtatio. Charta Caroli Regis Franc. in Chronico Laurishamenſi pag. 60. *Nec ad villas Redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum, quod ad partem fiſci noſtri exinde redhibetur, penitus ingredi iudiciaria poteſtas, aut Miſſi noſtri diſcurrentes non praeſumant.* Ita paſſim in veteribus Chartis ſaeculi VIII. et ſeqq. vnde emendanda Charta an. 813. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. to. 1. col. 97. vbi perperam legitur *Rabinienem* pro *Redibitionem*. Lex Longob. l. 3. tit. 12. §. 1. *Audiuimus, quod iuniores Comitum, vel aliqui miniſtri Reipublicae, ... aliquas Redhibitiones vel collectiones ... a populo exigere ſolent.* Capitularia Caroli C. tit. 6. c. 2. *Nec telonea ... nec alia quaelibet Redibitio, neque a Comite neque a iunioribus aut miniſterialibus eius deinceps ab illis* (Eccleſiis) *vllatenus exigatur.* Charta an. 1248. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Paris. p. 86. *Concedo ... CCXL. arpenta terrae ... in perpetuum tenenda et poſſidenda, libera et quitta abſque aliquo onere cenſuali, coſtuma, ſeruitio et Redibitione*, hoc eſt, clientari munere praediatorio, noſtris *Redevance*: qua notione non ſemel occurrit alibi. V. *Redditio* 2. REDIVITIS, eadem notione, in Praecepto Caroli Simplicis Regis Franc. apud Mabill. to. 3. Annal. Benedict. p. 697. col. 1. REDIBVTIO, redditus, prouentus. Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniae ann. 809. c. 16. REDHIBITVS, inſtauratus, reſtitutus. Interpres S. Irenaei l. 5. c. 4. n. 4. REDIBITOR, ἀνάδοχος, in Gloſſis Lat. Gr. Aliae Graec. Lat. ἀνάδοχος, *Prnes, Redibitor*. Et nos Ἀνάδοχοι, *Vades, rectores*, vel potius *Redibitores*, vti legendum videtur. *Redhibitor*, qui rem venditam recipit, in lege 25. Dig. de euict. rei iud.

† REDIBERIA, debitum, id quod reddi debet. Ch. a. 1470.

† REDIBIARIVS, tributum, vectigal. Ch. Mſ. Caroli M. a. 806.

† REDIBITVS, reditus, prouentus. Chartul. S. Sulpic. Bitur.

REDICA, χάραξ, in Gloſſ. Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. χάραξ, *Sudis*, (vel potius *Sudes*,) *Redica, adminiculum, vallum*. Varro dixit *Ridica*, eadem notione. Hinc emendandae Gloſſae Iſid. vbi: *Retica, Ligna, quibus ligna ſublimantur*; legendum enim *Redica* vel *Ridica*, quod etiam vidit Martinius. *Palus, Redica vineis ſtendendis* in veter. Inſcript. apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 58.

ICARE. (1) Redica fulcire. Gl. Gr. *Redico*, χαρακῶ. Alias Gr. χαρακῶ, *Vallo*, *Sepio*, *Redico*. (2) REDICARE ECCLESIAM, rerum dicare, benedicere, consecrare, in Epistola Nicolai I. PP. quam laudat Ratherius to. 2. Spicil. Acher. p. 244.

DICERE, respondere: vtitur Dicarus Mersebergensis in Chronico.

DICIMATIO, V. superius *Redecima*.

DIENS, pro *Reddens*, nisi ita legendum est. MS. Monasterii Gemmetic. p. 174. et 175.

DIGERE MALVM, emendare, corrigere, pro delicto satisfacere. Jacobus Rex Aragon. in Edicto an. 1228. tom. 8. Spicil. Acher. p. 386. Sed legendum est *Redirigere*, vt infra.

DIGVLOSVS, ridiculus. Glossae Graeco-Lat. γελωδὴς, *Iocosus*, *Ridiculosus*, *Iocularis*. Galfridus de Vino Saluo in Poëtria MS. seu de Coloribus Rhetoricis, (floruit sub Richardo I. Reg. Angl.)

Contra ridiculos si vis insurgere plene,
Surge sub hac specie, landa, sed Rediguloſe,
Argue, sed lepide, etc.

Infra:

In studio videre potest Derediguloſo.

REDIMVLIS, qui redimi potest. Ch. a. 1328.

REDIMATIO. V. in *Redecima*.

REDIMENTIA, vectigal, tributum. Charta an. 1315. to. 1. Histor. Dalphin. p. 31. col. 2.

REDIMENTVM, παραγραφὴ, in Gloss. Lat. Gr. Alias Graeco-Lat. παραγραφὴ, *Redimentum*, *Renimentum*, f. pro *Reniementum*.

REDIMERE, in suas partes allicere, pretio dato corrumpere. Auctor praefationis in libellum precum Marcellini et Faustini. Ciceroni *Redimere sibi amicos*, idem est quod Muneribus amicos sibi comparare. V. *Redemptus testis*. REDIMERE CORIVM, componere de flagello, seu vt loquitur Tullius, *Redimere pretio corigarum metum*. Vide in *Corium*. REDIMERE MANVM, de manu pro delicto ampuanda componere, in Capitulari 5. ann. 803. cap. 13. et lib. 4. Capitul. cap. 23. Titulus 55. Legis Salicae est *de manum ab aeneo Redimenda*, hoc est, de compositione, quam facere debebat is, qui tenebatur se purgare manum in aenum aqua feruenti plenum immittendo. V. *Aquae feruentis iudicium* in *Aqua* et *Redemptio* 3. et mox *Redimere vitam*. REDIMERE SE tenebantur adscriptitii glebae, si vel matrimonia contrahere, vel alio migrare vellent, data scilicet dominis suis certa quantitate pecuniae. Consuetudines Catalaniae inter Dominos et Vassallos MSS. cap. 36. REDIMERE TEMPVS, tergiuersari. Synodus Aurel. ann. circiter 1017. tom. 2. Spicil. Acher. p. 674. *Redimere tempus*, Coloss. 4. 5. est eo bene vti, illud in rebus vtilibus ponendo. REDIMERE TRIDVANAM, de tridui ieiunio componere, in Decretali precum an. 779. lib. 5. Capitul. 207. V. *Biduana*. REDIMERE VITAM, vel, *manum*. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 65. §. 2. V. *Reatuum redemtio*. (2) † Pecuniam nomine redemtionis extorquere, interdum etiam mulcta pecuniaria afficere. Bened. Abb. Petroburg.

REDIMIAE, λύτρα, in Glossis Lat. Graec. et Graec. Lat. Glossae Isid. *Redimiae*, *res a praedonibus redemptae*. V. Graeuium et supra *Redemium*.

REDIMIBILIS, qui redimi potest. Obituarium MS. Eccles. Morin. fol. 25. Ibid. fol. 27. habetur *Redimiles redditus*, mendosa scriptione.

REDIMICVLA, idem quod Latinis *Redimiculum*, Ornamentum capitis mulieris. Legitur apud Mabillon. to. 4. Annal. Benedict. p. 285.

REDIMICVLARE, Redimiculum soluere. Glossae Lat. Graec. *Redimicular*, ἀναλύει δεσμὰ.

REDIMICVLVM PRAEBENDAE reditus annuus praebendae Canonici. Fundatio Collegii Canonicorum Bruxellis ann. 1047. apud Miraeum to. 1. pag. 57.

dem intellectu, in Literis an. 1275. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 62. REDEVENTIA, in Charta an. 1220. apud Baluzium to. 7. Miſcell. p. 342. REDEVENTIO, eodem ſignificatu, in Chartulario S. Vandregeſili to. 1. p. 163.

REDHIBERE, *Reddere*, in Gloſſis Iſid. Occurrit non ſemel apud Scriptores, Sidonium l. 9. Ep. 11. et 14. Gregorium M. l. 1. Ep. 44. et 82. etc. Gloſſae Lat. Graec. *Redhibeo* et *Redibeo*, ἀποδίδωμι. REDHIBENTIA, redditus, prouentus, apud Continuatorem Chron. Nangii an. 1334. Charta Philippi Regis Fr. 2. 1312. REDIBENTIA, idem quod *Redevancia*, clientare munus praediatorium, Gall. *Redevance*. Charta an. 1293. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 297. *In aliis vero terris non mouentibus nec exiſtentibus de dicto prioratu, et in quibus ipſa Prioriſſa non habet partem, feodum, coſtumam, nec Redibentiam aliquam, etc.* REDIBENTIA, vectigal, tributum. Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. to. 2. Ordinat. pag. 36. REDIBITA, idem quod *Redhibentia*, Gall. *Redevance*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 21. REDHIBITIO, redditio, apud Symmachum l. 10. Ep. 36. Lex Longob. l. 2. tit. 52. §. 10. REDHIBITIO, ſatisfactio. Miracula S. Bertini ſaec. 3. Benedict. part. 1. p. 129. REDHIBITIO, mulcta. Lex Burgund. tit. 49. §. 4. *Quod ſi .... conuictus fuerit, triplici Redhibitione teneatur obnoxius*, id eſt, triplici compoſitione; ſeu *tripli Redhibitione*, vt *quadruplex Redhibitio* in Lege 10. Cod. Th. de iure fiſci REDHIBITIO, vectigal, tributum, praeſtatio. Charta Caroli Regis Franc. in Chronico Laurishamenſi pag. 60. *Nec ad villas Redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum, quod ad partem fiſci noſtri exinde redhibetur, penitus ingredi iudiciaria poteſtas, aut Miſſi noſtri diſcurrentes non praeſumant.* Ita paſſim in veteribus Chartis ſaeculi VIII. et ſeqq. vnde emendanda Charta an. 813. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. to. 1. col. 37. vbi perperam legitur *Redibitionem* pro *Redibitionem*. Lex Longob. l. 3. tit. 12. §. 1. *Audiuimus, quod iuniores Comitum, vel aliqui miniſtri Reipublicae, ... aliquas Redhibitiones vel collectiones ... a populo exigere ſolent.* Capitularia Caroli C. tit. 6. c. 2. *Nec telonea ... nec alia quaelibet Redibitio, neque a Comite neque a iunioribus aut miniſterialibus eius deinceps ab illis* (Eccleſis) *vllatenus exigatur.* Charta an. 1248. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 86. *Concedo ... CCXL. arpenta terrae ... in perpetuum tenenda et poſſidenda, libera et quitta abſque aliquo onere cenſuali, coſtuma, ſeruitio et Redibitione*, hoc eſt, clientari munere praediatorio, noſtris *Redevance*: qua notione non ſemel occurrit alibi. V. *Redditio* 2. REDIVITIO, eadem notione, in Praecepto Caroli Simplicis Regis Franc. apud Mabill. to. 3. Annal. Benedict. p. 697. col. 1. REDIBVTIO, redditus, prouentus. Capitulatio Caroli M. de partibus Saxoniae ann. 809. c. 16. REDHIBITVS, inſtauratus, reſtitutus. Interpres S. Irenaei l. 5. c. 14. n. 4. REDIBITOR, ἀναδόχος, in Gloſſis Lat. Gr. Aliae Graec. Lat. ἀναδόχος, *Praes, Redibitor*. Et non Ἀναδόχοι, *Vades, rectores*, vel potius *Redibitores*, vti legendum videtur. *Redhibitor*, qui rem venditam recipit, in lege 25. Dig. de exerc. rei iud.

† REDIBERIA, debitum, id quod reddi debet. Ch. a. 1470.

† REDIBIARIVS, tributum, vectigal. Ch. Mſ. Caroli M. a. 806.

† REDIBITVS, reditus, prouentus. Chartul. S. Sulpic. Bitur.

REDICA, χάραξ, in Gloſſ. Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. χάραξ, *Sudis*, (vel potius *Sudes*,) *Redica, admuniculum, vallum*. Varro dixit *Ridica*, eadem notione. Hinc emendandae Gloſſae Iſid. vbi: *Retica, Ligna, quibus ligna ſublimantur*; legendum enim *Redica* vel *Ridica*, quod etiam vidit Martinius. *Palus, Redica vinuis ſuſtentandis* in veter. Inſcript. apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 58.

REDI

REDICARE. (1) Redica fulcire. Gl. Lat. Gr. *Redico*, χαρακῶ. Aliae Gr. Lat. χαρακῶ, *Vallo*, *Sepio*, *Redico*. (2) REDICARE ECCLESIAM, rerum dicare, benedicere, conſecrare, in Epiſtola Nicolai I. PP. quam laudat Ratherius to. 2. Spicil. Acher. p. 244.

REDICERE, reſpondere: vtitur Ditmarus Merſeburgenſis in Chronico.

REDICIMATIO, V. ſuperius *Redecima*.

REDIENS, pro *Reddens*, niſi ita legendum eſt. MS. Monaſterii Gemmetic. p. 174. et 175.

REDIGERE MALVM, emendare, corrigere, pro delicto ſatisfacere. Iacobus Rex Aragon. in Edicto an. 1228. tom. 8. Spicil. Acher. p. 386. Sed legendum eſt *Redirigere*, vt infra.

REDIGVLOSVS, ridiculus. Gloſſae Graeco-Lat. γελοιώδης, *Iocoſus*, *Ridiculoſus*, *Iocularis*. Galfridus de Vino Saluo in Poëtria MS. ſeu de Coloribus Rhetoricis, (floruit ſub Richardo I. Reg. Angl.)

Contra ridiculos ſi vis inſurgere plene,
Surge ſub hac ſpecie, lauda, ſed Rediguloſe,
Argue, ſed lepide, etc.

Infra:

In ſtudio videre poteſt Derediguloſo.

REDIMVLIS, qui redimi poteſt. Ch. a. 1328.

REDIMATIO. V. in *Redecima*.

REDIMENTIA, vectigal, tributum. Charta an. 1315. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 31. col. 2.

REDIMENTVM, παραχρεοφή, in Gloſſ. Lat. Gr. Aliae Graeco-Lat. παραχρεοφή, *Redimentum*, *Reuimentum*, f. pro *Reuiamentum*.

REDIMERE, in ſuas partes allicere, pretio dato corrumpere. Auctor praefationis in libellum precum Marcellini et Fauſtini. Ciceroni *Redimere ſibi amicos*, idem eſt quod Muneribus amicos ſibi comparare. V. *Redemptus teſtis*. REDIMERE CORIVM, componere de flagello, ſeu vt loquitur Tullius, *Redimere pretio virgarum metum*. Vide in *Corium*. REDIMERE MANVM, de manu pro delicto amputanda componere, in Capitulari 5. ann. 803. cap. 13. et lib. 4. Capitul. cap. 23. Titulus 55. Legis Salicae eſt *de manu ab aeneo Redimenda*, hoc eſt, de compoſitione, quam facere debebat is, qui tenebatur ſe purgare manum in aenum aqua feruenti plenum immittendo. V. *Aquae feruentis iudicium* in *Aqua* et *Redemptio* 3. et mox *Redimere vitam*. REDIMERE SE tenebantur adſcriptitii glebae, ſi vel matrimonia contrahere, vel alio migrare vellent, data ſcilicet dominis ſuis certa quantitate pecuniae. Conſuetudines Catalaniae inter Dominos et Vaſſallos MSS. cap. 36. REDIMERE TEMPVS, tergiuerſari. Synodus Aurel. ann. circiter 1017. tom. 2. Spicil. Acher. p. 674. *Redimere tempus*, Coloſſ. 4. 5. eſt eo bene vti, illud in rebus vtilibus ponendo. REDIMERE TRIDVANAM, de tridui ieiunio componere, in Decretali precum an. 779. lib. 5. Capitul. 207. V. *Biduana*. REDIMERE VITAM, vel, *manum*. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 65. §. 2. V. *Reatuum redemtio*. (2) † Pecuniam nomine redemtionis extorquere, interdum etiam mulcta pecuniaria afficere. Bened. Abb. Petroburg.

REDIMIAE, λύτρα, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Gloſſae Iſid. *Redimiae*, *res a praedonibus redemptae*. V. Graeuium et ſupra *Redemium*.

REDIMIBILIS, qui redimi poteſt. Obituarium MS. Eccleſ. Morin. fol. 25. Ibid. fol. 27. habetur *Redimiles redditus*, mendoſa ſcriptione.

REDIMICVLA, idem quod Latinis *Redimiculum*, Ornamentum capitis mulieris. Legitur apud Mabillon. to. 4. Annal. Benedict. p. 286.

REDIMICVLARE, Redimiculum ſoluere. Gloſſae Lat. Graec. *Redimiculat*, ἀναλύει δέσματα.

REDIMICVLVM PRAEBENDAE, reditus annuus praebendae Canonici. Fundatio Collegii Canonicorum Bruxellis ann. 1047. apud Miraeum to. 1. pag. 57.

REDIMILIS, Vide ſupra in *Redimibilis*.

† REDIMITIO LEVITALIS, ſtola, quae eſt propria diaconorum veſtis, to. 6. Sept. p. 874.

† REDINCIPERE, reaedificare, tom. 10. Collect. Hiſt. Franc. pag. 152.

REDINDVERE, induere, veſtire, Gall. *Revêtir*. Odonis Carmen de varia fortuna Erneſti Bauariae Ducis, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 357.

† REDINFORMARE, ad meliorem ſtatum reuocare. Ch. apud Perard. p. 183.

REDINSERARE. Laurentius in Amalthea poſt Papiam: *Redinſerabit, renouabit. Redinſerare, Iterum inſerere*, in Gloſſis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis, ſerm. cap. 20. vbi ſuſpicatur, ſcribendum *Redinſerere*, vel potius *Redinſertare*, quod *Inſertare* ſit ipſius Maronis.

REDINTEGRANTE, vox frequens in Chartis Caroli Simplicis Regis Francorum, qua ſignificatur annus, quo poſt mortem Odonis regnum redintegrauit, regni partem, Aquitaniam ſcilicet et Burgundiam, quae ab Odone poſſidebatur, recipiendo. Huius redintegrationis annos regni ſui annis publicis in tabulis ſubiicere ſolitus eſt Carolus, vt videre potes apud Miraeum to. 1. pag. 37. tom. 2. pag. 806. Mabillonium to. 3. Annal. Benedict. pag. 302. et Diplom. p. 558. et ſeqq.

REDINTEGRATIVAE LITERAE, eaedem quae *Recaptiuatoriae*, in *Recaptiuare*.

† REDIRE MANDATIS alicuius, in illius obedientiam, mandata prius repudiata exſequi, Ch. a. 1227. apud Cencium.

REDIRIGERE, noxam emendare: *Redreſſer la faute*. Vſatici Barcinonenſes cap. 20. V. *Condirigere*.

REDISELLA, V. *Reticella*.

REDISMVS, idem, vt videtur, quod Redditus, prouentus. V. locum in *Poſa*.

REDISSEISINA, REDISSEISITOR, V. *Saiſire*.

REDITITIO, V. *Redhibitio*, vectigal, tributum, etc. in *Redhibere*.

REDITORIA, Scriptura, in qua continetur decretum de reſtituenda re vſurpata, iusque confirmatur primi ac legitimi poſſeſſoris, ad quem *redire* debet illa res vſurpata. Concilium Cabilon. an. 915. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 71. et 72.

REDITVALIS, Vide ſupra *Relitualis*.

REDITVARE, V. *Redditare*.

REDITVARIVS, REDDITVARIVS (1) Emphyteuta vel alius quiuis vectigali obnoxius, qui certos cenſus annuos domino pendit. Literae Gotheri Praepoſiti Eccleſ. Mogunt. an. 1402. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 986. V. *Redditarii*, *Redlituarius*, et *Reuterius*. (2) Cui vectigal debetur, Gall. *Rentier*. Chronicon S. Benigni tom. 6. Ampl. Collect. Marten. col. 620.

REDITVS, vel REDDITVS, prouentus, fructus ex re aliqua. Ioh. de Ianua: *Reditus dicitur, quia ſingulis annis redeat. Reditus, penſiones, quae ex locatione redeuntur, impropre fructus omnes*. Cuiacio in Paratit. ad tit. D. de Vſufructu. Flet lib. 3. cap. 14. *Reditus dicitur a redeundo, quia retroit, et quotannis redit*. Spartianus in Adriano: *Laborem praeterea vt condita militaria diligenter agnoſceret; Reditus quoque prouinciales diligenter explorauit, vt ſi alicubi quippiam deeſſet, expleret*. Vbi ſcripti codd. *Redditus* interdum habent. Occurrit paſſim apud IC.

REDITVS DVPLICATVS, inflicta lib. 1. cap. 9. §. 6. *Deux annis de revenu d'une terre*. PLENVS REDITVS, cenſus integer, Gallis *Plaine rente*. Lex Veruini an. 1235. art. 2. REDDITVS, eadem notione. *Redditus pecuniarius*, in vet. Inſcript. 408. 1. 414. 2. Occurrit paſſim.

REDDITVS ASSISVS, cenſus e immobilis cenſus, qui domino ſoluitur ex praediis liberis, vnde et *Liber* appellatur, mobili et nativo contrarius: Anglis Practicis, *Rent aſſiſe*, Gallis vero *Rente fonciere*, cui opponitur *Rente volage*. Will. Thorn. ann. 1283. Hodie nativus redditus

etiam ſub aſſiſo aeſtimatur: nec male, cum per tempus praeſcriptionis ita inualuit, vt mutari nequeat, vt ait Spelmannus in voce Aſſiſa. REDITVS SALIS *ad tertiam dimidiam ſartaginem* conceditur Nouientenſi Monaſterio, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1135. in Hiſtoria eiusd. Monaſterii. V. *Salinaria.* REDDITVM FACERE dicitur colonus, ſeu glebae adſcriptus, qui *cenſum de capite* debet. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 18. §. 3.

REDIVENTIA, idem, quod ſuperius *Redeuantia*, Praeſtatio, vectigal, etc. Charta ann. 1250. e Chartulario S. Auiti Aurelian.

REDIVIDARE, pro *Redundare*, male. Charta Roberti Regis Franc. an. 1029. apud Mabillon. de Re Diplom. pag. 582.

REDIVITAS, arduitas, arduus collis aſcenſus. Ch. Mſ. a. 1219.

REDIVITIO, pro *Redhibitio*, V. in *Redhibere.*

REDIVIVVS. Gloſſae MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Canabis Redivina, id eſt quae naſcitur, et non ſeminatur.*

REDIVS, *Verſor*, *Praeco*. Ita Papias MS. et edit.

REDIVVS, pro *Ricinus*, Vide *Ricinoſus.*

REDMANNI, V. *Radmanni.*

REDO, telae craſſioris ſpecies videtur, ſellis equorum inſtruendis aptae. Comput. ann. 1334. Vide *Rechetum.*

REDOANCIA, vectigal, praeſtatio, Gall. *Redevance.* Ch. Caroli com. Augi Mſ. V. *Redonancia.*

REDOCCARE, *ſcindere*, in Gloſſis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 20. Proprie idem quod Iterum Occare; hoc eſt, denuo glebas comminuere et confringere.

REDOCREARE, *item ocreare*, Iohanni de Ianua, hoc eſt ocreas iterum induere. V. *Recalcare 3.*

REDOLINA. Fori Aragonenſes apud Michaelem del Molino pag. 159. *Furasus ſi aliquis fuerit arcam ſine Redolinas de archino publico alicuius ciuitatis, villae, vel loci, vbi ſunt burſae reconditae illorum, qui ſunt inculati in officiis, etc.* V. *Rhedo.*

REDOMARE, repoſcere, recupera Charta Petri Comitis Altiſſiod. incolis Malliaci an. 1229. apud T maſſerium in Conſuetud. Bitu pag. 709.

REDONANCIA, idem quod *R vancia*, ſi tamen non ſit ita leg dum, Gall. *Redevance.* Charta a 1271. to. 1. Chartularii S. Vandi pag. 709.

REDONDELLVS, Ornamentum pitis mulieris orbiculatum, ni lor, a Rotundus, Gallice *Rond*, appellatum. Litterae patentes C li V. Regis Franc. ann. 1367. Monſpelienſibus. V. *Redundellus, l dellus*, et *Rotundellus.*

REDOPERIRE, *aperire*, in Gl MSS. a Voſſio laudatis lib. 4. de tiis ſerm. cap. 20.

REDOPERTVS, apertus, retec S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. num. 61.

REDORARE, rurſum inaurare, C *Redorer.* Computus ann. 124 Bibl. Reg. *Pro pede cuiusdam torcicii et Redorando XVIII. ſ.* lius ſcriberetur *Redaurare.*

REDORIRI, iterum incipere. G ſae Lat. Gr. et Graec. Lat. Ἀνά μαι, *Redorior.*

REDORSARE. (1) Tergo chartae ſcribere, Gall. *Endoſſer.* Statut cunda Roberti I. Regis Scotiae 16. §. 5. V. *Indorſare.* (2) Ioh de Ianua, *Retro et a poſteriori ſum ſcindere; vnde dicitur: E Redorſatus eſt a poſteriori.* Vgu *Equus redorſatus a poſteriori p edorſatus ab anteriori, vnde ſol ci, Troſſulam illam, vel capam catam ſuper equum edorſatum.* ſtola Conradi Hildeshemenſis apud Arnoldum Lubecenſem l c. 19. *In eadem ciuitate* (Neap na) *eſt equus aereus, magicis i ſationibus a Virgilio ſic compoſitu ipſo integro permanente, nullus poſſit Redorſari, cum tamen de naturali ſit illi terrae proprium ante equi illius compoſitionem poſt eiusdem equi quantulamcu corruptionem nullus equus ſine*

fractura posſit equitem aliquandiu vehere.

REDORTA, V. in *Retorta.*

REDOTATVS, moneta nigra minutior in Dalphinatu, prerii duorum paruorum denariorum an. 1342. vt patet ex Ordinatione Humberti II. eod. an. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 420. Ante hunc annum alii fuerunt *Redotati* prerii quatuor denariorum; *denarii* namque *quadruplices* dicti alias *Redotati* memorantur in Computo an. 1336. tom. 1. eiuſd. Hiſt. p. 95. col. 1. Rurſum ibi memorantur *Redotati* col. 2.

REDRA, REDRARE, V. *Riedra.*

REDRECARE, a Gallico *Redreſſer*, corrigere, emendare, idem quod ſupra *Redirigere.* Teſtamentum Raymundi Trencauelli an. 1154. in Probat. nouae Hiſtor. Occitan. tom. 2. col. 650.

REDRESCERE, eadem ſignificatione. Foedus an. 1143. in Probat. nouae Hiſtor. Occitan. tom. 2. col. 500.

REDRESSARE, eodem intellectu. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1405.

REDRIZARE, ab Italico *Ridrezzare*, Gall. *Redreſſer*, quod flexuoſum eſt in rectum reuocare. Statuta Mutinae rubr. 255.

REDVBIAE, reliquiae. Vita S. Boniti Epiſcopi Claromontani cap. 7. num. 34. Gloſſae Iſidori: *Redubias*, *Reliquias.* Papias: *Redubiae*, *indubiae*, *ſpolia ſerpentum*, *exuuiae*, *reliquiae teſtarum.* Hic *indubiae* delendum eſt, vt monet Graeuius. Vide Martinii Lexicon in *Reduuia*, quae proprie ſignificat abſceſſum circa vngues natum, Graecis παρωνυχία. Hinc Gloſſ. Lat. Gr. et Gr. Lat. *Redubia*, παρωνυχία. *Reduuia*, παρωνυχίς.

REDVCERE SE, ſe recipere, Gallis *ſe retirer. Mariſchalcus cum paucis hominibus fugiendo ſe Reduxit ad Tyrum*, lib. 6. Annal. Genuenſ. ad annum 1230. tom. 6. Muratorii col. 467.

REDVCTA, *concaua*, *depreſſa*, in Gloſſis Iſidori. Addit Papias: *Quaſi retro ducta.* Eſt interpretatio verſus Virgiliani lib. 6. Aeneid.

Interea videt Aeneas in ualle Reducta
Seclusum nemus, etc.

REDVCTIO, ſ. moles, via ſtrata, Gall. *Chauſſée.* Synodus Limenſis ann. 1588. tom. 4. Concil. Hiſpan. p. 450. *Quoniam ex defectu viarum et pontium et Reductionum non rari ſequuntur Indorum mortes absque ſacramentis, et quod praecipiseuntur Sacerdotes, et multi Indi ſubmergantur*, etc. REDVCTIO HAERETICORVM, eorum reuerſio ad catholicam fidem, in Epiſtola Martini V. PP. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 406.

REDVCTORIE, breuiter, compendioſe. Oratio de S. Bonauentura n. 3. Iulii p. 826.

REDVCTVS. Charta ann. 1182. apud Hieron. Rubeum in Hiſtoria Rauennat. p. 354. *Promiſit Gerardo Archiepiſcopo S. Rauenn. Eccleſiae manutencre fidelitatem, quam fecerat pro feudo Argenteae, ... et guerram, et pacem, et canalcatam, et Reductum de praedicta parte iuraut.* Vt *pax guerrae*, ita *Reductus* hic oppoſitus videtur *canalcatae*, et proxime accedere ad *Reductum* ſubſequentem. REDVCTVS, locus ſecretus, refugium, aſylus, Gallis *Retraite*, Ital. *Ridotto.* Charta ann. 1379. e Schedis Praefidis de Mazaugues. Vox frequens in re obſidionali, vt obſeruat Thomas de Aquino, qui *Reductus* recte definit munitiunculam excitatas figura quadrata, praecipue in linea ambitus interioris, certis interuallis diſſitas, vt foſſores acceſſum et milites munita habeant loca, quo ſe recipiant, cum arcis obſeſſae praeſidiarii ad interturbanda et diruenda opera praecurrunt. Haec munitiunculas Galli etiam vocarunt *Redoute* a voce *Reductus* hac notione.

REDVLVS, *ſtrues lignorum ardentium*, in Gloſſis Iſid. Conſtantienſis: *Rudus*, *lignorum aceruus ardens.* Vide quae de etymo hariolatur Martinius in Lexico.

REDVNCARE, *curuare*, ſeu reducum facere, in Gloſſis a Voſſio citatis lib. 4. de Vitiis ſermon. capite 20.

REDVN-

REDVNDELLVS, vestis species in *rotundum*, seu in orbem desinens, eadem quae infra *Rotundellus*, nisi sit ita legendum. Statura Eccl. Tutelensis an. 1328. apud Baluzium Hist. Tutel. col. 676. et Marten. tom. 4. Anecd. col. 798. V. *Rondellus*.

REDVPLICARE pro *Conduplicare*, dici vetat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 20. REDVPLICATVS occurrit apud Tertullian. de Patientia c. 14

REDVSIT, pro *Redussit*, a *Redurere*, ni fallor, igne mundare. Agnelli liber pontificalis apud Murator. tom. 2. p. 23. col. 1.

REDVT. Concilium Narbonense anno 1054. c. 20. *Caballarium autem nemo apprehendat, vt Redut faciat, neque faciat, neque subsistentiam eius tollat, nisi tantum per directum.* Forte *Reduci*.

REDVVIAE, V. *Redubiae*.

REEMENDARE, instaurare, reparare, reficere. Praeceptum Caroli C. ann. 862. apud Mabillon. Diplom. p. 336. et Felibian. Hist. San-Dion. p. LXX.

REEMERE, REEMTIO, idem quod *Redimere* et *Redemtio*, de quibus supra in *Rachetum*. Diploma Alberti Imperat. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 439.

REERIGERE, reaedificare. Chronicon Iohannis de Whethamstede p. 327.

† REFACIMENTVM, restauratio damni, Ital. *Rifacimento*. Stat. Senens. a. 1288.

REFACTA, REFACTVRAE, aedificiorum reparationes; instaurationes, in Chartulario Monasterii Gemeticensis notato B. p. 110.

REFANVS, pro *Raphanus*, Gall. *Raifort*. Epistola ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 300.

REFARE, V. *Reffare*.

REFECCIA, ἀπόλεξις χειτῶν, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Rursum in Graec. Lat. Ἀπόληξις χειτῶν, *Reiectio*, supple *iudicum*.

REFECTIO. (1) Somnus, quies, V. *Reficere*. (2) Coena, prandium, cibi sumtio, a *reficere*, cibum sumere, qua voce vtuntur Plinius lib. 18. cap. 7. Celsus lib. 4. c. 6. et alii. *Refectionis* vero vocabulum habet S. Benedictus in Regula c. 24. 25. 35. Apud Marcum Euang. *Refectio*, pro loco, vbi cibus sumitur; vsurpatur, cum Christus dici iubet: *Vbi est Refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem.* Graeca enim habent, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα; Lucas *diuersorium*. V. *Refectio generalis* in *Generale*. (3) Ius procurationis, *Gistum, prandium, coenaticum*, etc. Charta Ecfridi Regis Merciorum ann. 716. in Addit. ad Matth. Paris. (4) Baptismus, quo homo *reficitur*, seu iustitiae, qua decidit, restituitur. S. Paulinus Epist. 32. ad Seuerum num. 2. (5) † Stercoratio, in Ch. Ms. a. 1265.

REFECTORARIA. (1) Officium *Refectorarii*. Inter varia officia claustralia Monasterii Corbeiensis ad calcem Regulae MS. recensentur, *Praepositura, Thesauraria, Celleraria, Cameraria, Refectoraria, Infirmaria, Hospitium, et Eleemosina*. REFECTVARIA, idem, in Bulla Pauli III. PP. an. 1549. to. 1. Maceriarum Insulae Barbarae p. 261. REFECTVRARIA, eodem intellectu. MS. Codex Eccles. Aginn. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MS. p. 532. (2) Monialis, cui *refectorii* cura est in monasteriis sacrarum virginum, apud Buschium de Reform. Monast. to. 2. Scriptor. Brunsuic. Leibnitii p. 888. REFECTORERIA, eadem notione. Charta an. 1403. e Schedis Praesidis de Mazaugues.

REFECTORARIVS, cui Refectorii curandi onus incumbit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 12. REFECTORIVS, idem. Epitaphium an. 1593. apud Felibian. Hist. San-Dion. p. 583. REFECTVARIVS, eadem notione. Statura Monasterii S. Claudii p. 74. REFECTVRARIVS, idem, in Charta ann. 1281. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 24. col. 2. SVBREFECTORARIVS, qui *Refectorario* subest, in Monasteriis. Vide Librum Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 12.

REFE-

755. RECTVS HAERES, qui recta linea ab eo descendit, cuius haeres est, in Chronico Andrensi apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 641. RECTA MANVS, auxiliaris, ad ferendam opem expedita. Charta Henrici Imp. ann. 932. apud Miraeum to. 1. pag. 38. col. 2. RECTA MINA, mina, seu mensura frumentaria, quae iusta est, neque maior, neque minor. Tabularium Abbatiae Sangerman. Paris.

RECVBILE ORATORIVM, fulmentum, cui quis precans Deum innititur, Gall. *Prié-Dieu*. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii to. 3. pag. XLVIII.

RECVLA, RECELLA, REICVLA, RESCVLA, parua res, seu parui momenti; *facultatiuncula*. Gloss. Lat. Graec. *Recula*, *κραγμάτιον*. Aliae Graeco-Lat. *κραγμάτιον*, *Rerula*, *operula*. Malim *Recula*. Capitular. lib. 7. cap. 265. *Qui Reculam Ecclesiae petunt a Regibus, et horrendae cupiditatis impulsu egentium substantiam rapiunt, etc.* In Capitulari an. circ. 744. c. 8. habetur *Reicula: Reicola* verò in Capitulari tertio incerti an. cap. 4. REICOLA, REICVLA. Testamentum Bertichramni Episcopi Cenoman. *Et Reicola, quae appellatur Stirpiaco, cum vineolas et mancipia, quae ibi esse noscuntur.* RECELLA. Glossarium Cambronense: *Recella, diminut. a Recula, Recula autem a re.* Regula Magistri cap. 1. RECELLVLA. Lex Burgund. tit. 24. §. 6. RECIRCVLATA, vel RECVLATA, eadem, ni fallor, significatione. Codicillus seu Diuisionale bonorum S. Fulcranni Leuteuensis Episc. an. 987. inter Instrum. Gall. Christ. tom. 6. col. 270. *In villa, quam vocant Balnas, mansa tria et vnum appendiarium, et villam quam vocant Clairato, cum ipsa Receircumlata, et mansa duo, etc.* Fortean vtraque vox mendosa est, restituique debet *Reicola* vox, aut alia similis, quae fuerit in vsu, nisi tamen legendum sit diuisis vocibus *re circulata*, id est, *re ambiente*, quae sita est in circulo seu ambitu villae. RESCVLA. Salvianus lib. 1. ad Ecclesiam Cathol. *Cur non bona fide datis a Deo vtuntur Resculis?* Editiones aliae habent *Recubis*. Isidorus Pacensis Epist. an. 756. RESCELLA. Pelagius libello 10. n. 18. Glossar. Cambronense *Rescellas*, *genus indumenti*, id est *pelles* interpretatur. Ad hanc indumenti notionem referendus est, ut videtur, locus Actorum S. Ottonis tom. 1. Iulii pag. 426. *Vaccas Rescellis* (id est, inuolucris) *calceatus exutus, et nouis decoratus indutus.*

† RECVLARE, RECVLLARE, retrogradi, retroire, Gall. *Reculer*. Litt. remiss. a. 1356.

RECVLCARE, *iterum calcare*, bis premi de lanua. Glossae Lat. Gall. Germ. *Reculcare*, *Rechaser*. Columella habet *Recalcare*.

RECVMBERE. Vetus Interpres Irenaei lib. 4. cap. 22. vbi de *Quapropter et Recumbentibus* (discipulis suis Christus) *manducare eſcam, significans eos, qui in eum Recumbebant, quibus venit manducare vitam.* Ludit Irenaeus in voce ἀναπεσεῖσθαι, quod in priori casu accipit pro *discumbere* in mensa, in posteriori vero pro *mortuum recumbere*. V. cap. 31.

RECVPERARE. (1) Comparare, *Reconvrer sa santé*. Gesta Regum Franc. cap. 34. Vide *Recuperare*. RECVPERARI, similis notionis, *amissas vires reparare, reſici*, apud Barthium in Glossario, ex Hist. Laestin. lib. 2. c. 10. 18. (2) Exigere. Acta SS. Aurei et Soc. n. 9. Annii pag. 51. (3) Reperire. Acta Francisci de Paula, tom. 1. Aprilis p. 150. (4) RECVPERARE, *notitiam et memoriam redigere*. Barthium in Glossario, ex Rymeri di Agilaei Histor. Palaestina. (5) Habitum recipere. Charta ann. 1. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 1. V. *Recuperator*. (6) Postliminio gentilitiam redhibere, Bona possessionem a consanguineo vendram, pretio venditori restituere. Articis Gall. *Retraire*. Constitutio Brageriaci artic. 42. V. *Recuperatio burſae*. (7) RECVPERARE se, recipere se, aufugere. Acta S.

brandi, tom. 1. Maii p. 159. (8) † literare, repetere. Areſt. a. 1352.

RECVPERATIO. (1) Reparatio, reſtitutio. Canones Poenit. apud Acher. tom. II. Spicileg. pag. 111. V. *Recuperare it* (2) IC. Anglis eſt proprie enictio alicuius rei per iudicium. Sed ſpecialiter ſignificat fictam quamdam transactionem inter partes iudicialiter factam, ad ſtatus mutationes, remanentias et reuerſiones tollendas excogitatam. Ita Covellus.

RECVPERATOR. Gloſſae Graec. Lat. ἀνακτὴς, *Index*, *Recuperator*. Alias *Recuperatores* appellantur, qui ceſſam vel tributum per ſe ipſos exigunt, recuperant. Gloſſae Baſil. ἐξαιρεταὶ, ἀναλήψεις δι' ἑαυτῶν ποιούμενοι. *Recuperatores cenſuum domini*, i. Libertatibus Montis-Briſonis an. 1376. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 83. col. 2. V. *Recuperare* 5.

RECVRARE. (1) Corrigere, quaſi rerum curare. Vtitur S. Auguſtinus lib. de Quantitate animae cap. 4. (2) † Expurgare, a Gall. *Recurer*. Ch. Mſ. a. 1501.

RECVRRERE. (1) Vox practica, quae ſenis dicitur, qui plurimorum aeſtimatorum relationi parum contenti, eos poſtulant, qui maturius iudicent. Hinc ſecundi aeſtimatores *Experts Recuſſaires* appellantur. Proceſſus ann. 1459. ex Regeſto *Columba* Camerae Comput. Prouinciae: *Cum eſt inthimationem habeant decem dies pro Recurrendum, ſi voluerint.* (2) Recurrere, veteri Interpreti S. Irenaei lib. 1. cap. 19. vlt. edit. n. 2. vbi haec verba Daniel. 12. 9. Ἀπέρχου Δανιήλ, vertit *Recurre Daniel.* (3)

RECVRRERE, RECVRSVS, vox monetariorum, de quarum vi ſententia excerpſimus ex aduerſariis magni Peireſcii: *Il y a ceſte difference entre Recours et remede: que le recours eſt une permiſſion de foiblage pour le poids de l'eſpéce: et le remede eſt une autre permiſſion ſur le poids de marc. Et leſdits remedes commencerent premierement par Recours, et depuis continuerent par remedes, permis enſemblement, juſques environ le temps du Roy Charles VII. depuis lequel juſques à preſent l'on n'a uſé que du remede.* Paſſim occurrunt ſimiles loquendi formulae in Edictis monetalibus, in quibus *Recourre*, *Recuerre* vel *Requerre*, eſt, iuſtum monetae pondus imminuere. Datio ad firmam Monetae Toloſanae a Comite Alphonſo an. 1265. *Intraverunt inſuper, quod ipſi per ſe vel alios non fondent, nec tribuchabunt, nec Recurrent noſtram monetam ſupradictam; ſed tenebunt et adimplebunt bene et fideliter omnes conuentiones, etc.*

RECVRSVS. (1) Iuſti monetae ponderis acceſſio vel imminutio, Conſtitutionibus regiis permiſſa, qua fit vt nummi eiusdem ſpeciei alii aliis ſint magis minuſue ponderoſi. Ordinatio Humberti II. an. 1340. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 416. col. 1. Differt *Recurſus* a *Remedio*, quod ille nummorum inter ſe compoſitorum maius minuſue pondus ſpectet, hoc vero marcae, vnde certus nummorum numerus conficitur, materiam vel pondus attingat, vt infra dicetur in *Remedium* 3. Sed ſi vox *Remedium* de nummis inter ſe compoſitis dicatur, tum idem ſonat quod *Recurſus*, vt in Ordinatione a. 1343. ibid. p. 418. *Et ſcinduntur ad denariale et ad remedium duorum granorum ponderis de iuſto ad fortem, et duorum granorum de debili ad iuſtum.* V. *Recurrere* 3. Interdum *Recurſus*, Gall. *Recours*, aequum eſt monetae pondus: de quo D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. pag. 94. nota e: (2) Tabularium S. Andreae Viennenſis: *Notum ſit . . . . dediſſe . . . . hoc eſt cymiterium et totum decimum, et oblationes, et primitias, et paſtua ſimiliter donaſſe beſtiis Monachiorum in ſiluis et in plano, totum Recurſum in ſiluis lignorum et paſtionum porcorum in eadem ſilua ſine lucro.* Notitia de fundatione Theoloci ann. 1130. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 4. col. 164. *In omnibus etiam ſuis nemoribus ipſorum porcis Recurſum et omnimodos fructus ad eorum pabulum, abſque eo pretio, quod vulgo Pyſſuaticum dicitur.* Quibus in locis *Recurſus* aliud nihil videtur quam ius paſcendorum porcorum in ne-

moribus. (3) Vox forenſis, Gall. *Retrait lignager*. Conſuetudines Bellaici, ex Regeſto Inculiſmenſi Camerae Computor. Pariſ. fol. 39. vo. *De domibus aut rebus aliis . . . ſi habeant vendi, quocumque modo poſſideantur, ſi quis fuerit de genere venditoris, primo loco habeat Recurſum ad res illas, et poterit eas retinere*, etc. (4) Perfugium, refugium, Gall. *Recours*. Epiſtola Monachorum Grandimont. ad Innocentium III. PP. an. circiter 1215. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 847. (5) Gallis *Recours*, Praes, cautio, ſponſor; vnde *Avoir recours*, Sponſorem appellare. Statuta Collegii Montis-acuti an. 1402. apud Lobinell. to. 5. Hiſtor. Pariſ. p. 681. col. 1. RECVRSVS IVSTITIAE, Ius ſuperiori domino competens iudicandi eos, quos feudales domini iudices-que inferiores iudicare neglexerunt. Bulla Innocentii IV. an. 1245. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1286. V. *Defectus iuſtitiae*. (6) † Prouocatio ad ſuperiorem iudicem. Lit. a. 1369. (7) † *Recurſum habere*, operam cuiuspiam adhibere. Tract. Mſ. de re milit.

RECVS, V. *Reccus*.

† RECVSA, recuſatio, denegatio. Ch. a. 1358.

† RECVSARE, vineam vltimum colere, i. q. *Reclaudere* 2. Formul. Mſ. Inſtr.

RECVSSA, recuperatio, ereptio pignorum aliarumue rerum iure captarum, Gall. *Reconſſe*. Epiſtola Philippi IV. Franc. Regis ad Eduardum Reg. Angl. an. 1293. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1251. V. *Recodere*, *Recoſſa*, *Recuſſio*, *Reſcuſſa*, et Gloſſarium iuris Gallici in *Recouſſe*.

RECVSSABILIS, mobilis, promtus et expeditus ad recuſſum. V. locos in *Sphaera Italica*.

RECVSSIO, idem quod *Recuſſa*. Conſuetudo Brageriaci art. 67. V. *Recutere*.

RECVTERE. (1) Pignora reſue alias captas recuperare, eripere, Gall. *Recourre*. Conuentio Philip. Franc. Reg. cum Canonicis S. Mederici Pariſ. a. 1273. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 28. col. 1. (2) Retro quatere. S. Auguſtinus lib. 8. Confeſſ. c. 11.

RECYNEBVRGII, iudices, V. *Richimburgii*.

REDA. Lex 5. Cod. Th. de Curioſis: *Per ſingulas Redas, id eſt, quas quadrigas et flagella appellant*. Vbi neſcio, an non legendum *Recas*. Nam apud Graecos recentiores ῥέκας, *flagellum*, ſonat, vt apud Anonymum in Porphyrog. n. 4. et in Vita S. Nicolai Studitae p. 913. V. Gloſſarium med. Graecit.

REDADOPTARE, rurſum adoptare, in Lege 41. Dig. de Adoptionibus.

REDADVNATIO, iterata coniunctio, apud Tertullianum de Reiunct. carnis c. 30.

REDAEQVARE, viciſſim adaequare. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Redaequo*, ἀντισῶ.

† REDAGIVM, pro *Rhedagium*, tributum quod pro rhedis tranſeuntibus exigitur. Ch. Mſ. a. 1170.

REDANDRVARE, *Gratiam* refere, in Gloſſis Iſid. et Excerptis Philoxeni; pro quo Graeuius cenſet legendum *Redandruare*, *Gradum* refere, vt coniicit ex *Redandruare* apud Feſtum; apud quem ſequitur *Redſtare*, (haec vox intercidit) *Gratiam referre*. REDANDRVARE RESPONSVM, reſcribere, apud Ebertum *Creyghton* Hiſt. Concilii Brentini p. 7. Proprie *Redandruare*, vel, vt alii legunt, *Redantruare*, eosdem motus ſaltu referre, ab *Antruare* ſeu *Amtruare*, motus edere, vt fiebat in Saliorum exultationibus, vbi praeſul *amtruare* dicitur. V. Scaligerum ad Feſtum, Turnebum Aduerſ. l. 17. c. 8. et l. 25. c. 18. Voſſium in Etymologico v. *Trua*, et Martinium in Lexico.

REDARGVTIO. Sic Boetius transfert Graecum ἔλεγχος, minus probante Voſſio, qui mauult *confutatio, refutatio, reprehenſio*. Hunc conſule in Etymologico p. 43. et l. 3. de Vitiis ſermonis c. 41.

RED-BANA, Saxonibus Maleficii vel homicidii conſiliarius, ſuaſor. Vide *Dedbanna*.

RED-

EDDA, redditus. Tabularium Rothonense. Charta a. 1067. Marcae Hispan. col. 1134. Sed vereor ne hic legendum sit *Ledda*, Friburum pro mercibus pendi solitum, vt dictum est suo loco. V. *Feudum reddibile.*

EDDEBERE, debere reddi. Charta Childeberti III. Reg. Franc. an. 697. apud Felibianum Hist. San-Dion. p. XVII. V. *Redebere.*

EDDEBETVM, debitum, quod reddi debet. Formula 1. Andecauens. apud Mabillon. to. 4. Analect. p. 234.

EDDEBVTIO, tributum, vectigal. Charta Chlodouei III. Reg. Franc. an. 692. apud Felibian. Histor. San-Dion. p. XII. V. *Redhibere.*

EDENTES. (1) Ranfridus IC. qui vixit sub Friderico II. Imp. in Ordine Iudicario, tit. de Villanis: *Sed quid dicemus hodie de villanis nostris, eorum quidam dicuntur Reddentes, quidam Angarii, quidam Parangarii . . . Reddentes quidam sunt, qui nihil aliud faciunt domino, nisi quod reddunt, vel gallinas, vel spallas porcidis, vel porcum, vel agnum, vel libram cerae, vel aliquid tale in Pascha Domini, vel in Natiuitate. Hos reddituis quidam praestant pro praediis, quae habent a dominis, ... quidam praestant pro personis, etsi nulla praedia habeant a Domino, sicut vimus in pluribus; hi nullum aliquid seruitium Domino faciunt.* (2) Baizandi, a reddita Symboli confessione sic appellati. Mabillonius in praefat. ad Acta SS. Benedict. saec. part. 2. n. 186. haec laudat ex S. Pontificali Benigniano de Baptismo Sabbati sancti: *Oratio in Sabbato sancto Paschae ad Reddentes. Dicit dominus Papa post Pistengis*, c est, vt videtur viro erudito, πίστιν εἰς, quae sunt prima Symboli Graeci verba. Eadem ex Bibliotheca Ottoboniana refert Muratorius 2. p. 48. col. 2. nisi quod pro *Pistengis* habet *Pistensis*, forte pro πίστις, Credis? vt interrogari soleant baptizandi. V. *Symbolum redditum.*

EDERE, Lectionem proferre, quo do discipuli magistris suis a se a memoriter proferunt. Loquendi formula Gallis etiam familiaris. Glossae antiquae MSS. *Reddit, Respondit.* V. *Redditus.* REDDERE FEVDVM dicebantur vassalli, cum castra, quae feodaliter tenebant, dominis capitalibus, si ea requirerent, reddere cogebantur. Charta an. 1112. in Probat nouae Hist. Occit. to. 2. col. 383. V. *Feudum reddibile* in *Feudum.* REDDERE SE, aliquo se conferre, Gall. *se rendre en un lieu.* Mandatum Henrici IV. Reg. Angl. an. 1406. apud Rymer. to. 8. p. 442. col. 1. REDDERE SE DEO AD MONACHVM, V. infra *Redditus.*

REDDIBILIS et REDDIBILITAS vulgo dicuntur de Feudis, quorum castra vassalli reddere debent dominis capitalibus, cum eis libuerit, vt fuse supra dictum est in *Feudum reddibile.* Adde *Reddere feudum* mox in *Reddere.*

REDDIBITIO, pro *Redhibitio*, Restitutio, redemtio, Gall. *Redhibition*, in Statutis Montis-Regalis pag. 154.

REDDIDENCIA, tributum, vectigal. Priuilegia a Iohanne Franc. Rege Audomarensibus concessa an. 1361. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. p. 405. Melius legeretur *Redhibentia.* V. *Redhibere.*

REDDIMIVM, f. Redditus annuus. Charta Eccles. Anicien sis an. 1312.

REDDITA, annuus census, quem tenentes domino reddere vel soluere debent ratione tenementorum suorum. Chartular. SS. Trinitat. Cadom. fol. 53.

REDDITARII, tenentes *redditae* obnoxii. Charta Iohannis de Torota Castella ex Archiuo S. Medardi Sueffion. V. *Redditnarius* et *Redituarius.*

REDDITE LITERAS. Formula, quae legitur ad calcem quarumdam Literarum regiarum Balliuis inscriptarum, qua significatur, ni fallor, vt eas communicent iis, quorum interest illas nosse.

REDDITIO. (1) Idem quod *Redditus*, *Reuenu.* Charta Galteri Meldensis Episc. in M. Pastorali Eccl. Paris. l. 9. ch. 8. V. *Reditus.* (2) Tributum,

vectigal, idem quod infra *Redhibitio*. Charta Ludouici Pii an. 18. eius Imperii, apud Laguille in Probat. Hiſtor. Alſatiae p. 19. col. 2. (3) Idem in rebus feudalibus quod *Reddibilitas feudi*, de qua mox in *Reddibilis* dictum eſt. Charta Dalphini Vienn. an. 1230. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. to. 4. col. 29. V. *Feudum reddibile* in *Feudum*. (4) Explicatio, expoſitio, apud veterem Interpretem S. Irenaei l. 2. c. 24. n. 2. vbi Graecum ἀπόδοσις vertit *redditio*: quod habita loci ratione, reddere debuiſſet *explicatio*, vel *accommodatio*, vt obſeruarunt Billius et Maſſuetus.

† REDDITVALE, prouentus. Ch. Mſ. a. 1324.

REDDITVALIS, ſingulis annis reddendus ſeu exſoluendus. Charta an. 1275. ex Archiuo Cerui-Frigidi. *Reditualis* legitur eadem notione in Charta an. 1275. apud Marten. to. 1. Ampl. Collect. col. 1378.

REDDITVARE, redditus annuos concedere, aſſignare, Gall. *Renter*, quod maxime dicitur de ſacris aedibus, quibus attribuuntur annua vectigalia. Breuis Hiſt. Ordinis Cartuſienſis apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 198. V. *Reditus*.

REDDITVARIVS. (1) Manceps, exactor reddituum ſeu prouentuum. Charta Henrici IV. Regis Angl. an. 1402. apud Rymer. to. 8. p. 238. col. 1. V. *Redditarii* et *Redituarius*. (2) † Qui reditum aliquem ſingulis annis alteri praeſtare debet. Ch. a. 1511. (3) † Cui penſio annua debetur. V. *Rentarius* 2.

REDDITVATVS, diues, cui multi ſunt redditus ſeu prouentus, Gall. *Renté*. Epiſtola an. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampliſſ. Collect. col. 1119. V. *Reditus*.

REDDITVS. (1) Monachus, Eremita, qui ſe in Monachum *reddidit*. Galli dicunt, *qui s'eſt rendu Moine*. Tabular. Celſinianenſe. Sed proprie dicebantur *Fratres Laici*, ſeu ſeculares, qui abdicato ſeculo in Monaſteria ſecedebant. Statuta Ordinis *de Sempringham* §. *de Secularibus Rendutis: Seculares, qui ſe Reddiderint in dominibus noſtris, et omnem proprietatem reliquerint*, etc. In Statutis Ordin. Cartuſienſis crebra eſt mentio eiusmodi *Redditorum*, qui et *Laici* et *Donati* et *Praebendarii* dicuntur, quorum ordo Conuerſorum ordine inferior eſt, adeo vt ſi Conuerſus deliquerit, in ordinem *Redditorum*, regradetur. V. *Oblati*, *Donati*, *Iacepta* et *Receptus*. Fuerunt enim Redditi in Hoſpitalibus ſeu publicis Valetudinariis, qui voce Gallica *Rendus* vocantur, in Charta an. 1317. tom. 3. Hiſtor. Harcur. p. 299. *Reduti* vero dicuntur in Charta an. 1335. apud Meneſterium in Probat. Hiſt. Lugdun. p. XXV. col. 1. (2) Prouentus, *Reuenu*. Vide *Redituus*. REDDITVS FEVDI, V. *Reddere feudum* in *Reddere*, et *Feudum reddibile* in *Feudum*. REDDITVS SYNODI, in Charta an. 1045. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. apud Hiſpan. n. 91. Cenſus Epiſcopo ſubnodus a Clericis, qui ad annuos eas Synodos venire tenebantur. V. infra *Synodus*.

REDEBENTA, idem quod mox *Redebentia*, ſi non ſit ita legendum. Charta Ludouici Hutini an. 1315. in Probat. Hiſt. Ebroic. p. 31.

REDEBENTIA, clientare annus praediatorium, Gall. *Redeuance*, vt paſſim legitur in Conſuetudinibus municipalibus in Gloſſario Iuridico laudatis. Charta an. 1178. apud Thomaſſerium in Biturig. p. 109. V. *Redeuancia* et *Redhibere*.

REDEBERE, debere, *redebentia* obnoxium eſſe. Appendix Marculfi formula 2. Voſſius l. 4. de vitiis ſerm. c. 20. verbum hoc explicat per *Obligari ad reddendum*, eoſque falli arbitratur, qui idem eſſe aiunt ac *Redhibere*. V. *Reddebere*.

† REDEBVTIO, tributum, vectigal, i. q. *Redhibitio*. Chartul. S. Gem. Prat.

REDECIMA, REDECIMATIO, Decimae, ſeu Decima pars decimae, vti appellatur apud S. Remberum in Vita S. Anſcharii Archiepiſc. Hamburg. n. 61. Charta Miſonis Epiſcopi Beluac. ann. 1225. *Decimam decimae ſuae, quod vulgariter Redecimam*

timum appellatur. Charta alia ap. Perardum in Burgundicis: *Qui decimam Redecimam capiebat. Redecimatio bladi et vini*, in Charta an. 1127. ex Archiuo Prioratus de Firmitate Walcheri. *Redecimatio de decimis*, in Charta an. 1214. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. V. *Prodecima*, *Cario*, *Menagium* et *Miniſterialitas*. REDICIMATIO. Charta an. circiter 1070. apud D. Calmet. in Probat. Hiſt. Lothar. to. 1. col. 470. REDIMATIO. Computus an. 1302. apud D. Bruſſel ad calcem to. 2. de Feudorum vſu p. CLXXI.

REDEFOSSA, altera foſſa circumdans arcem. Statuta Palauicinia l. 2. c. 70. *Nulla perſona terrigena vel forenſis audeat . . . piſcari . . . in foſſis, Redefoſſis vel ſparafoſſis rochae caſtri.*

REDELLVS, i. q. *Reddalle*. Ch. Mſ. a. 1310.

REDEMIVM, redemptio. Vtitur Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani. V. *Redimiae*.

REDEMPTIO. (1) In bellis priuatis. V. Anonymum de Miraculis S. Vſmari per Flandr. n. 12. (2) Idem quod *Rachatum*. Charta an. 1240. ex Tabular. S. Mauri Foſſat. (3) *Mulcta grauior, quae pro aeſtimatione capitis ipſius delinquentis impingitur*, *Anglis Ranſom*, Thomae Blount in Nomolexico. Capitul. l. 5. c. 196. (4) Ἀπολύτρωσις, Profanus quidam et ſuperſtitioſus initiationis ritus, quo ſuos conſecrabant Gn[illegible] de quo ritu S. Irenaeus me[illegible] l. 1. cap. 13. vlt. edit. num. 6. c. 21. num. 1. et alibi. REDEMPTIONES ALTARIVM, V. *Altare*. REDEMPTIO ANIMAE, aeterna ſalus. Lex Bajwariorum tit. 1. c. 1. Formula in donationibus piis frequentiſſima. REDEMPTIO CORPORIS DOMINI, Gall. *Ranſon*, cuius pretium exſoluere coguntur vaſſalli, cum ab hoſtibus captus eſt dominus capitalis. Charta Eudonis Comitis, Ducis Britan. a. 1153. apud Lobinell. to. 2. Hiſtor. Britan. col. 157. V. *Auxilium* col. 494. REDEMPTIO POENITENTIARVM V. *Poenitentia* in *Poenitentes*.

REDEMPTIONALE: ita inſcribitur in formulis veteribus charta, per quam ſeruus ſeipſum de peculio ſuo, redimit, et dato pretio libertate a domino donatur. Adde Legem Bajwar. c. 15. tit. 7. Legem Friſion. tit. 11. §. 2. et Capit. Caroli M. l. 5. c. 207.

REDEMPTOR CAVSARVM, *quadruplator*, *interceptor alienae litis*, in Vocabulario Suſſannaei.

REDEMPTVS. (1) Pro *Redimitus*, coronatus. Miſſale Gothicum apud Mabillon. de Liturgia Gallic. p. 213. (2) REDEMPTVS TESTIS, qui pecunia emitur, corrumpitur. Capitul. Caroli M. l. 5. c. 401. V. *Redimere*. (3) † Mulcta pecuniaria aut honoraria in iudicio damnatus. Ch. a. 1217. (4) † REDEMPTVS vel REDEMPTVM, quod praeter pretium in emptionibus conceditur. Ch. a. 1200.

REDENCIO, pro *Redemtio*, ex vitioſa temporum ſcriptura, in Charta ann. 1076. apud Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 249.

REDENTITARE, *iterum atque iterum clamare*, in Gloſſario MS. quod laudat Voſſius l. 4. de Vitiis ſerm. c. 20. vbi addit: Quid ſi a *dente* ſit, ac notet remordere, dente viciſſim aliquem petere vel rodere, genuinum in aliquo frangere?

REDEQVITARE, retro equitare, Voſſio ibidem, ſiue ea equitantem via reuerti, qua et ante equo veneris. Fulbertus Carnot. Ep. 21.

† REDERCERE, emendare, corrigere, Gall. *Redreſſer*. Ch. a. 1184.

REDEVAMENTVM, idem quod mox *Redeuancia*. Tabularium Calenſe p. 50.

REDEVANCIA, REDEVANCHIA, obligatio vaſſalli vel tenentis erga dominum capitalem, qua certas res operasue ſingulis annis ei praeſtare tenentur, vectigal, Gall. *Redevance*. Libertates Bellomontis ex MS. Coiſlineo: *Praedictos homines liberantes ab omni . . . Redeuancia*. V. *Redhibentia* in *Redhibere* et *Redebentia*. REDEVANTIA, eadem notione. Charta an. 1240. ex Archiuo Pontis-Otranni. REDEVENCIA, eo-

dem intellectu, in Literis an. 1275. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 62. REDEVENTIA, in Charta an. 1220. apud Baluzium to. 7. Miſcell. p. 342. REDEVENTIO, eodem ſignificatu, in Chartulario S. Vandregeſili to. 1. p. 163.

REDHIBERE, *Reddere*, in Gloſſis Iſid. Occurrit non ſemel apud Scriptores, Sidonium l. 9. Ep. 11. et 14. Gregorium M. l. 1. Ep. 44. et 82. etc. Gloſſae Lat. Graec. *Redhibeo* et *Redibeo*, ἀποδίδωμι. REDHIBENTIA, redditus, prouentus, apud Continuatorem Chron. Nangii an. 1334. Charta Philippi Regis Fr. 2. 1312. REDIBENTIA, idem quod *Redevancia*, clientare munus praediatorium, Gall. *Redevance*. Charta an. 1293. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. p. 297. *In aliis vero terris non mouentibus nec exiſtentibus de dicto prioratu, et in quibus ipſa Prioriſſa non habet partem, feodum, coſtumam, nec Redibentiam aliquam, etc.* REDIBENTIA, vectigal, tributum. Edictum Philippi VI. Reg. Franc. an. 1329. to. 2. Ordinat. pag. 36. REDIBITA, idem quod *Redhibentia*, Gall. *Redevance*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 21. REDHIBITIO, redditio, apud Symmachum l. 10. Ep. 36. Lex Longob. l. 2. tit. 52. §. 10. REDHIBITIO, ſatisfactio. Miracula S. Bertini ſaec. 3. Benedict. part. 1. p. 129. REDHIBITIO, multa. Lex Burgund. tit. 49. §. 4. *Quod ſi .... conuictus fuerit. triplici Redhibitione teneatur obnoxius*, id eſt, triplici compoſitione; ſeu *tripli Redhibitione*, vt *quadruplex Redhibitio* in Lege 10. Cod. Th. de iure fiſci REDHIBITIO, vectigal, tributum, praeſtatio. Charta Caroli Regis Franc. in Chronico Laurishamenſi pag. 60. *Nec ad vllas Redhibitiones publicas requirendum, nec exactandum, quod ad partem fiſci noſtri exinde redhibetur, penitus ingredi iudiciaria poteſtas, aut Miſſi noſtri diſcurrentes non praeſumant.* Ita paſſim in veteribus Chartis ſaeculi VIII. et ſeqq. vnde emendanda Charta an. 813. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. to. 1. col. 37. vbi perperam legitur *Rediitionem* pro *Redibitionem*. Lex Longob. l. 3. tit. 12. §. 1. *Audiuimus, quod iuniores Comitum, vel aliqui miniſtri Reipublicae, ... aliquas Redhibitiones vel collectiones ... a populo exigere ſolent.* Capitularia Caroli C. tit. 6. c. 2. *Nec telonea ... nec alia quaelibet Redibitio, neque a Comite neque a iunioribus aut miniſterialibus eius deinceps ab illis* (Eccleſiis) *vllatenus exigatur.* Charta an. 1248. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 86. *Concedo ... CCXL. arpenta terrae ... in perpetuum tenenda et poſſidenda, libera et quitta abſque aliquo onere cenſuali, coſtuma, ſeruitio et Redibitione*, hoc eſt, clientari munere praediatorio, noſtris *Redevance*: qua notione non ſemel occurrit alibi. V. *Redditio* 2. REDIVITIO, eadem notione, in Praecepto Caroli Simplicis Regis Franc. apud Mabill. to. 3. Annal. Benedict. p. 697. col. 1. REDIBVTIO, redditus, prouentus. Capitulario Caroli M. de partibus Saxoniae ann. 809. c. 16. REDHIBITVS, inſtauratus, reſtitutus. Interpres S. Irenaei l. 5. c. 14. n. 4. REDIBITOR, ἀναδοχεύς, in Gloſſis Lat. Gr. Aliae Graec. Lat. ἀναδοχεύς, *Praes, Redibitor*. Et mox Ἀναδοχοί, *Vades, rectores*, vel potius *Redibitores*, vti legendum videtur. *Redhibitor*, qui rem venditam recipit, in lege 25. Dig. de excepr. rei iud.

† REDIBERIA, debitum, id quod reddi debet. Ch. a. 1470.

† REDIBIARIVS, tributum, vectigal. Ch. Mſ. Caroli M. a. 806.

† REDIBITVS, reditus, prouentus. Chartul. S. Sulpic. Bitur.

REDICA, χάραξ, in Gloſſ. Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. χάραξ, *Sudis*, (vel potius *Sudes*,) *Redica, adminiculum, vallum*. Varro dixit *Ridica*, eadem notione. Hinc emendandae Gloſſae Iſid. vbi: *Retica, Ligna, quibus ligna ſublimantur*; legendum enim *Redica* vel *Ridica*, quod etiam vidit Martinius. *Palus, Redica vineis ſuſtentandis* in veter. Inſcript. apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 58.

REDP

REDICARE. (1) Redica fulcire. Gl. Lat. Gr. *Redico*, χαράσσω. Aliae Gr. Lat. χαράσσω, *Vallo*, *Sepio*, *Redico*. (2) REDICARE ECCLESIAM, iterum dicare, benedicere, conſecrare, in Epiſtola Nicolai I. PP. quam laudat Ratherius to. 2. Spicil. Acher. p. 244.

REDICERE, reſpondere: vritur Ditmarus Merſeburgenſis in Chronico.

REDICIMATIO, V. ſuperius *Redecima*.

REDIENS, pro *Reddens*, niſi ita legendum eſt. MS. Monaſterii Gemmetic. p. 174. et 175.

REDIGERE MALVM, emendare, corrigere, pro delicto ſatisfacere. Iacobus Rex Aragon. in Edicto an. 1228. tom. 8. Spicil. Acher. p. 386. Sed legendum eſt *Redirigere*, vt infra.

REDIGVLOSVS, ridiculus. Gloſſae Graeco-Lat. γελοιώδης, *Iocoſus*, *Ridiculoſus*, *Iocularis*. Galfridus de Vino Saluo in Poëtria MS. ſeu de Coloribus Rhetoricis, (floruit ſub Richardo I. Reg. Angl.)

Contra ridiculos ſi vis inſurgere plene,
Surge ſub hac ſpecie, lauda, ſed Rediguloſe,
Argue, ſed lepide, etc.

Infra:

In ſtudio videre poteſt Derediguloſo.

† REDIMVLIS, qui redimi poteſt. Ch. a. 1328.

REDIMATIO. V. in *Redecima*.

REDIMENTIA, vectigal, tributum. Charta an. 1315. to. 1. Hiſtor. Dalphin. p. 31. col. 2.

REDIMENTVM, παραγραφή, in Gloſſ. Lat. Gr. Aliae Graeco-Lat. παραγραφή, *Redimentum*, *Reuimentum*, ſ. pro *Reuiamentum*.

REDIMERE, in ſuas partes allicere, pretio dato corrumpere. Auctor praefationis in libellum precum Marcellini et Fauſtini. Ciceroni *Redimere ſibi amicos*, idem eſt quod Muneribus amicos ſibi comparare. V. *Redemptus teſtis*. REDIMERE CORIVM, componere de flagello, ſeu vt loquitur Tullius, *Redimere pretio virgarum metum*. Vide in *Corium*. REDIMERE MANVM, de manu pro delicto amputanda componere, in Capitulari 5. ann. 803. cap. 13. et lib. 4. Capitul. cap. 23. Titulus 55. Legis Salicae eſt *de manu ab aeneo Redimenda*, hoc eſt, de compoſitione, quam facere debebat is, qui tenebatur ſe purgare manum in aenum aqua feruenti plenum immittendo. V. *Aquae feruentis iudicium* in *Aqua* et *Redemptio* 3. et mox *Redimere vitam*. REDIMERE SE tenebantur adſcriptitii glebae, ſi vel matrimonia contrahere, vel alio migrare vellent, data ſcilicet dominis ſuis certa quantitate pecuniae. Conſuetudines Catalaniae inter Dominos et Vaſſallos MSS. cap. 36. REDIMERE TEMPVS, tergiuerſari. Synodus Aurel. ann. circiter 1017. tom. 2. Spicil. Acher. p. 674. *Redimere tempus*, Coloſſ. 4. 5. eſt eo bene vti, illud in rebus vtilibus ponendo. REDIMERE TRIDVANAM, de tridui ieiunio componere, in Decretali precum an. 779. lib. 5. Capitul. 207. V. *Biduana*. REDIMERE VITAM, vel, *manum*. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 65. §. 2. V. *Reatuum redemtio*. (2) † Pecuniam nomine redemtionis extorquere, interdum etiam mulcta pecuniaria afficere. Bened. Abb. Petroburg.

REDIMIAE, λύτρα, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Gloſſae Iſid. *Redimiae*, *res a praedonibus redemptae*. V. Graeuium et ſupra *Redemium*.

REDIMIBILIS, qui redimi poteſt. Obituarium MS. Eccleſ. Morin. fol. 25. Ibid. fol. 27. habetur *Redimiles redditus*, mendoſa ſcriptione.

REDIMICVLA, idem quod Latinis *Redimiculum*, Ornamentum capitis mulieris. Legitur apud Mabillon. to. 4. Annal. Benedict. p. 286.

REDIMICVLARE, Redimiculum ſoluere. Gloſſae Lat. Graec. *Redimiculat*, ἀναλύει δέσματα.

REDIMICVLVM PRAEBENDAE, reditus annuus praebendae Canonici. Fundatio Collegii Canonicorum Bruxellis ann. 1047. apud Miraeum to. 1. pag. 57.

REDIMILIS, Vide ſupra in *Redimibilis*.

† REDIMITIO LEVITALIS, ſtola, quae eſt propria diaconorum veſtis, to. 6. Sept. p. 874.

† REDINCIFERE, reaedificare, tom. 10. Collect. Hiſt. Franc. pag. 152.

REDINDVERE, induere, veſtire, Gall. *Revêtir*. Odonis Carmen de varia fortuna Erneſti Bauariae Ducis, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 357.

† REDINFORMARE, ad meliorem ſtatum reuocare. Ch. apud Perard. p. 183.

REDINSERARE. Laurentius in Amalthea poſt Papiam: *Redinſerabit, renouabit. Redinſerare, Iterum inſerere*, in Gloſſis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 20. vbi ſuſpicatur ſcribendum *Redinſerere*, vel potius *Redinſertare*, quod *Inſertare* ſit ipſius Maronis.

REDINTEGRANTE, vox frequens in Chartis Caroli Simplicis Regis Francorum, qua ſignificatur annus, quo poſt mortem Odonis regnum redintegrauit, regni partem, Aquitaniam ſcilicet et Burgundiam, quae ab Odone poſſidebatur, recipiendo. Huius redintegrationis annos regni ſui annis publicis in tabulis ſubiicere ſolitus eſt Carolus, vt videre pores apud Miraeum to. 1. pag. 37. tom. 2. pag. 806. Mabillonium to. 3. Annal. Benedict. pag. 302. et Diplom. p. 558. et ſeqq.

REDINTEGRATIVAE LITERAE, eaedem quae *Recaptinatoriae*, in *Recaptiuare*.

† REDIRE MANDATIS alicuius, in illius obedientiam, mandata prius repudiata exſequi, Ch. a. 1227. apud Cencium.

REDIRIGERE, noxam emendare: *Redreſſer la faute*. Vſatici Barcinonenſes cap. 20. V. *Condirigere*.

REDISELLA, V. *Reticella*.

REDISMVS, idem, vt videtur, quod Redditus, prouentus. V. locum in *Poſa*.

REDISSEISINA, REDISSEISITOR, V. *Saiſire*.

REDITITIO, V. *Redhibitio*, vectigal, tributum, etc. in *Redhibere*.

REDITORIA, Scriptura, in qua continetur decretum de reſtituenda re vſurpata, iusque confirmatur primi ac legitimi poſſeſſoris, ad quem *rédire* debet illa res vſurpata. Concilium Cabilon. an. 915. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 71. et 72.

REDITVALIS, Vide ſupra *Redditualis*.

REDITVARE, V. *Reddituare*.

REDITVARIVS, REDDITVARIVS. (1) Emphyteuta vel alius quiuis vectigali obnoxius, qui certos cenſus annuos domino pendit. Literae Guntheri Praepoſiti Eccleſ. Mogunt. ann. 1402. tom. 2. Rer. Mogunt. p. 886. V. *Redditarii*, *Reddituarius*, et *Reuterius*. (2) Cui vectigal debetur, Gall. *Rentier*. Chronicon S. Bertini tom. 6. Ampl. Collect. Marten. col. 620.

REDITVS, vel REDDITVS, prouentus, fructus ex re aliqua. Ioh. de Ianua: *Reditus dicitur, quia ſingulis annis redeat. Reditus, penſiones, quae ex locatione rediguntur, impropriè fructus omnes*, Cuiacio in Parat. ad tit. D. de Vſufructu. Fleta lib. 3. cap. 14. *Reditus dicitur a redeundo, quia retroit, et quotannis redit*. Spartianus in Adriano: *Laborabat praeterea vt condita militaria diligenter agnoſceret; Reditus quoque prouinciales diligenter exploraret, vt ſi alicubi quippiam deeſſet, exploret*. Vbi ſcripti codd. *Redditus* interdum habent. Occurrit paſſim apud lC. REDITVS DVPLICATVS, in Fleta lib. 1. cap. 9. §. 6. *Deux années de revenu d'une terre*. PLENVS REDITVS, cenſus integer, Gallis *Pleine rente*. Lex Veruini an. 1233. art. 2. REDDITVS, eadem notione. *Redditus pecuniarius*, in vet. Inſcript. 408. 1. 414. 2. Occurrit paſſim. REDDITVS ASSISVS, certus et immobilis cenſus, qui domino ſoluitur ex praediis liberis, vnde et *Liber* appellatur, mobili et natiuo contrarius: Anglis Practicis, *Rentes aſſiſe*, Gallis vero *Rente fonciere*, cui opponitur *Rente volage*. Will. Thorn. ann. 1283. Hodie natiuus reditus etiam

etiam ſub aſſiſo aeſtimatur: nec male, cum per tempus praeſcriptionis ita inualuit, vt mutari nequeat, vt ait Spelmannus in voce Aſſiſa. REDITVS SALIS *ad tertiam dimidiam ſartaginem* conceditur Nouientenſi Monaſterio, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1135. in Hiſtoria eiusd. Monaſterii. V. *Salinaria.* REDDITVM FACERE dicitur colonus, ſeu glebae adſcriptus, qui *cenſum de capite* debet. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 18. §. 3.

REDIVENTIA, idem, quod ſuperius *Redeuantia*, Praeſtatio, vectigal, etc. Charta ann. 1250. e Chartulario S. Auiti Aurelian.

REDIVIDARE, pro *Redundare*, male. Charta Roberti Regis Franc. an. 1029. apud Mabillon. de Re Diplom. pag. 582.

† REDIVITAS, arduitas, arduus collis aſcenſus. Ch. Mſ. a. 1219.

REDIVITIO, pro *Redhibitio*, V. in *Redhibere.*

REDIVIVVS. Gloſſae MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam: *Canapis Redivina, id eſt quae naſcitur, et non ſeminatur.*

REDIVS, *Verſor*, *Praeco*. Ita Papias MS. et edit.

REDIVVS, pro *Ricinus*, Vide *Ricinoſus.*

REDMANNI, V. *Radmanni.*

† REDO, telae craſſioris ſpecies videtur, ſellis equorum inſtruendis aptae. Comput. ann. 1334. Vide *Rochetum.*

† REDOANCIA, vectigal, praeſtatio, Gall. *Redevance.* Ch. Caroli com. Augi Mſ. V. *Redonancia.*

REDOCCARE, *ſcindere*, in Gloſſis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 20. Proprie idem quod Iterum Occare; hoc eſt, denuo glebas comminuere et confringere.

REDOCREARE, *item ocreare*, Iohanni de Ianua, hoc eſt ocreas iterum induere. V. *Recalcare 3.*

REDOLINA. Fori Aragonenſes apud Michaelem del Molino pag. 159. *Furatus ſi aliquis fuerit arcam ſine Redolinas de archino publico alicuius ciuitatis, villae, vel loci, vbi ſunt burſae reconditae illorum, qui ſunt inſoculati in officiis, etc.* V. *Rhedo.*

REDOMARE, repoſcere, recuperare. Charta Petri Comitis Altiſſiod. pro incolis Malliaci an. 1229. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. pag. 709.

REDONANCIA, idem quod *Redevancia*, ſi tamen non ſit ita legendum, Gall. *Redevance.* Charta ann. 1271. to. 1. Chartularii S. Vandreg. pag. 709.

REDONDELLVS, Ornamentum capitis mulieris orbiculatum, ni fallor, a Rotundus, Gallice *Rond*, ſic appellatum. Litterae patentes Caroli V. Regis Franc. ann. 1367. pro Monſpelienſibus. V. *Redundellus, Rondellus*, et *Rotundellus.*

REDOPERIRE, *aperire*, in Gloſſis MSS. a Voſſio laudatis lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 20.

REDOPERTVS, apertus, retectus. S. Ambroſius lib. 1. Offic. cap. 16. num. 61.

REDORARE, rurſum inaurare, Gall. *Redorer.* Computus ann. 1245. e Bibl. Reg. *Pro pede cuiusdam ciſi torcicii et Redorando XVIII. ſ.* Melius ſcriberetur *Redaurare.*

REDORIRI, iterum incipere. Gloſſae Lat. Gr. et Graec. Lat. Ἀνέχομαι; *Redorior.*

REDORSARE. (1) Tergo chartae inſcribere, Gall. *Endoſſer.* Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiae cap. 16. §. 5. V. *Indorſare.* (2) Iohanni de Ianua, *Retro et a poſteriori dorſum ſcindere; vnde dicitur: Equus Redorſatus eſt a poſteriori.* Vguitio: *Equus redorſatus a poſteriori parte, edorſatus ab anteriori, vnde ſolet dici, Troſſulam illam, vel capam foricatam ſuper equum edorſatum.* Epiſtola Conradi Hildeshemenſis electi apud Arnoldum Lubecenſem lib. 4. c. 19. *In eadem ciuitate* (Neapolitana) *eſt equus aereus, magicis incantationibus a Virgilio ſic compoſitus, vt ipſo integro permanente, nullus equus poſſit Redorſari, cum tamen de vitio naturali ſit illi terrae proprium, vt ante equi illius compoſitionem, et poſt eiusdem equi quantulamcumque corruptionem nullus equus ſine dorſi*

fractura possit equitem aliquandiu vehere.

REDORTA, V. in *Retorta.*

REDOTATVS, moneta nigra minutior in Dalphinatu, pretii duorum paruorum denariorum an. 1342. vt patet ex Ordinatione Humberti II. eod. an. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 420. Ante hunc annum alii fuerunt *Redotati* pretii quatuor denariorum; *denarii* namque *quadruplices dicti alias Redotati* memorantur in Computo an. 1336. tom. 1. eiusd. Hist. p. 95. col. 1. Rursum ibi memorantur *Redotati* col. 2.

REDRA, REDRARE, V. *Riedra.*

REDRECARE, a Gallico *Redresser*, corrigere, emendare, idem quod supra *Redirigere.* Testamentum Raymundi Trencauelli an. 1154. in Probat. nouae Histor. Occitan. tom. 2. col. 650.

REDRESCERE, eadem significatione. Foedus an. 1143. in Probat. nouae Histor. Occitan. tom. 2. col. 500.

REDRESSARE, eodem intellectu. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1405.

REDRIZARE, ab Italico *Ridrezzare*, Gall. *Redresser*, quod flexuosum est in rectum reuocare. Statuta Mutinae rubr. 255.

REDVBIAE, reliquiae. Vita S. Boniti Episcopi Claromontani cap. 7. num. 34. Glossae Isidori: *Redubias*, *Reliquias.* Papias: *Redubiae*, *indubiae*, *spolia serpentum*, *exuuiae*, *reliquiae testarum.* Hic *indubiae* delendum est, vt monet Graeuius. Vide Martinii Lexicon in *Reduuia*, quae proprie significat abscessum circa vngues natum, Graecis παρωνυχία. Hinc Gloss. Lat. Gr. et Gr. Lat. *Redubia*, παρωνυχία. *Reduuia*, παρωνυχὶς.

REDVCERE SE, se recipere, Gallis *se retirer.* *Marischalcus cum paucis hominibus fugiendo se Reduxit ad Tyrum*, lib. 6. Annal. Genuens. ad annum 1230. tom. 6. Muratorii col. 467.

REDVCTA, *concaua*, *depressa*, in Glossis Isidori. Addit Papias: *Quasi retro ducta.* Est interpretatio versus Virgiliani lib. 6. Aeneid.

Interea videt Aeneas in valle Reducta
Seclusum nemus, etc.

REDVCTIO, f. moles, via strata, Gall. *Chaussée.* Synodus Limensis ann. 1588. tom. 4. Concil. Hispan. p. 450. *Quoniam ex defectu viarum et pontium et Reductionum non rare sequuntur Indorum mortes absque sacramentis, et quod praecipitentur Sacerdotes, et multi Indi submergantur*, etc. REDVCTIO HAERETICORVM, eorum reuersio ad catholicam fidem, in Epistola Martini V. PP. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 406.

REDVCTORIE, breuiter, compendiose. Oratio de S. Bonauentura to. 3. Iulii p. 826.

REDVCTVS. Charta ann. 1182. apud Hieron. Rubeum in Historia Rauennat. p. 354. *Promisit Gerardo Archiepiscopo S. Rauenn. Ecclesiae manutenere fidelitatem, quam fecerat pro feudo Argenteae, ... et guerram, et pacem, et canalcatam, et Reductum de praedicta parte iuranit.* Vt *pax guerrae*, ita *Reductus* hic opponi videtur *canalcatae*, et proxime accedere ad *Reductum* subsequentem. REDVCTVS, locus secretus, refugium, asylus, Gallis *Reduit*, Ital. *Ridotto.* Charta ann. 1379. e Schedis Praesidis de Mazaugues. Vox frequens in re obsidionali, vt obseruat Thomas de Aquino, qui *Reductus* recte definit munitiunculas excitatas figura quadrata, praecipue in linea ambitus interioris, certis interuallis dissitas, vt fossores accessum et milites munita habeant loca, quo se recipiant, cum arcis obsessae praesidiarii ad interturbanda et diruenda opera praecurrunt. Hasce munitiunculas Galli etiam vocarunt *Redoute* a voce *Reductus* hac notione.

REDVLVS, *strues lignorum ardentium*, in Glossis Isid. Constantiensis: *Redulus*, *lignorum aceruus ardens.* Vide quae de etymo hariolatur Martinius in Lexico.

REDVNCARE, *curuare*, seu reduncum facere, in Glossis a Vossio citatis lib. 4. de Vitiis sermon. capite 20.

REDVN-

REDVNDELLVS, vestis species in *rotundum*, seu in orbem desinens, eadem quae infra *Rotundellus*, nisi sit ita legendum. Statuta Eccl. Tutelensis an. 1328. apud Baluzium Hist. Tutel. col. 676. et Marten. tom. 4. Anecd. col. 798. V. *Rondellus*.

REDVPLICARE pro *Conduplicare*, dici vetat Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 20. REDVPLICATVS occurrit apud Tertullian. de Patientia c. 14

REDVSIT, pro *Reduxit*, a *Redurere*, ni fallor, igne mundare. Agnelli liber pontificalis apud Murator. tom. 2. p. 23. col. 1.

REDVT. Concilium Narbonense anno 1054. c. 20. *Caballarium autem nemo apprehendat, vt Redut faciat, neque faciat, neque substantiam eius tollat, nisi tantum per directum.* Forte *Reduci*.

REDVVIAE, V. *Redubiae*.

REEMENDARE, instaurare, reparare, reficere. Praeceptum Caroli C. ann. 862. apud Mabillon. Diplom. p. 336. et Felibian. Hist. San-Dion. p. LXX.

REEMERE, REEMTIO, idem quod *Redimere* et *Redemtio*, de quibus supra in *Rachetum*. Diploma Alberti Imperat. ann. 1300. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 439.

REERIGERE, reaedificare. Chronicon Iohannis de Whethamstede p. 327.

† REFACIMENTVM, restauratio damni, Ital. *Rifacimento*. Stat. Senens. a. 1288.

REFACTA, REFACTVRAE, aedificiorum reparationes; instaurationes, in Chartulario Monasterii Gemeticensis notato B. p. 110.

REFANVS, pro *Raphanus*, Gall. *Raifort*. Epistola ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 300.

REFARE, V. *Reffare*.

REFECCIA, ἀπόλεξις χειτῶν, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Rursum in Graec. Lat. Ἀπόληξις χειτῶν, *Reiectio*, supple *iudicum*.

REFECTIO. (1) Somnus, quies, V. *Reficere*. (2) Coena, prandium, cibi sumtio, a *reficere*, cibum sumere, qua voce vtuntur Plinius lib. 18. cap. 7. Celsus lib. 4. c. 6. et alii. *Refectionis* vero vocabulum habet S. Benedictus in Regula c. 24. 25. 35. Apud Marcum Euang. *Refectio*, pro loco, vbi cibus sumitur; vsurpatur, cum Christus dici iubet: *Vbi est Refectio mea, vbi Pascha cum discipulis meis manducem.* Graeca enim habent, ποῦ ἐστι τὸ κατάλυμα; Lucas *diuersorium*. V. *Refectio generalis* in *Generale*. (3) Ius procurationis, *Gistum, prandium, coenaticum*, etc. Charta Ecfridi Regis Merciorum ann. 716. in Addit. ad Matth. Paris. (4) Baptismus, quo homo *reficitur*, seu iustitiae, qua decidit, restituitur. S. Paulinus Epist. 32. ad Seuerum num. 2. (5) † Stercoratio, in Ch. Ms. a. 1265.

REFECTORARIA. (1) Officium *Refectorarii*. Inter varia officia claustralia Monasterii Corbeiensis ad calcem Regulae MS. recensentur, *Praepositura, Thesauraria, Cellararia, Cameraria, Refectoraria, Infirmaria, Hospitium, et Eleemosina*. REFECTVARIA, idem, in Bulla Pauli III. PP. an. 1549. to. 1. Maceriarum Insulae Barbarae p. 261. REFECTVRARIA, eodem intellectu. MS. Codex Eccles. Aginn. apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MS. p. 532. (2) Monialis, cui *refectorii* cura est in monasteriis sacrarum virginum, apud Buschium de Reform. Monast. to. 2. Scriptor. Brunsuic. Leibnitii p. 888. REFECTORERIA, eadem notione. Charta an. 1403. e Schedis Praesidis de Mazaugues.

REFECTORARIVS, cui Refectorii curandi onus incumbit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. c. 12. REFECTORIVS, idem. Epitaphium an. 1593. apud Felibian. Hist. San-Dion. p. 583. REFECTVARIVS, eadem notione. Statuta Monasterii S. Claudii p. 74. REFECTVRARIVS, idem, in Charta ann. 1281. tom. 2. Hist. Dalphin. p. 24. col. 2. SVBREFECTORARIVS, qui *Refectorario* subest, in Monasteriis. Vide Librum Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 12.

REFE-

REFECTORARII PANNI, qui ſunt ad vſum refectorii, Bernardo in Ordine Cluniacenſi part. 1. cap. 7.

REFECTORIALES, vicarii ſeu beneficiati Eccleſiae Saltzburgenſis, qui vice Canonicorum miſſas canunt, caeterasque horas eccleſiaſticas, vt paſſim videre eſt in Eccleſiis cathedralibus et collegiatis, *Refectoriales*, vt videtur, dicti quod communi refectorio vterentur. Chronicon Saltzburg. ad ann. 1461. apud Raimundum Duellium tom. 2. Miſcell. p. 143.

REFECTORIVM. (1) Vgutioni, et Ioan. de Ianua: *Locus, vbi reficiuntur famelici, vel locus, vbi ſimul comeduns fratres vel Monachi. Coenaculum refectionis*, apud Geruaſium Tilleberienſem de Otiis Imper. deciſ. 3. c. 11. Gregorius M. lib. 2. dial. c. 22. REFECTORIVM CANONICORVM apud Chrodegangum in Regula Canonicorum Metenſium c. 21. Concilium Turonenſe III. c. 23. IN AREA REFECTORII, *ſine mappula et menſa comedere*, poenae Monachicae ſpecies, cuius mentio in Statutis Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 766. et alibi ſaepe. REFECTORETVM, idem quod *Refectorium*, in Bulla Benedicti XII. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. (2) Praedium, cuius prouentus communi Canonicorum refectioni deſtinabantur in Eccleſia Lugdunenſi. Statuta eiuſdem Eccl. an. 1251. tom. 9. Spicil. Acher. p. 72.

REFECTVM, idem quod ſupra *Refectio*, coena, prandium. Chartularium Prioratus S. Petri de Dominica fol. 94.

REFECTVRA, inſtauratio, reparatio, *Refectio* apud Vitruuium. Charta an. 1286. tom. 1. Chartul. S. Vandregeſili p. 1113.

REFECTVRARIVS, etc. V. *Refectorarius*.

REFECTVRIVM, pro *Refectorium*, bis habetur in Conſuetudinibus Fuld. S. Sturmii, p. 5. et 6. vet. Diſciplinae Monaſticae.

REFEFFARE, idem quod mox *Refeofare*, in feudum denuo conferre. Gualterus Hemingford. de Geſtis Edwardi I. Regis Angl. ad ann. 1302. p. 198. vbi mendoſe editum *Refeſſare*.

REFENERE, includere, concludere, Gall. *Renfermer*. Charta ann. 1239. e Tabulario Compendienſi.

REFEODVM, idem quod infra *Retrofeudum*, Gall. *Arriere-fief*. Charta Roberti Ducis Burgundiae an. 1282. ex Archiuo S. Benigni Diuion. V. *Feudum*.

REFEOFARE, in feudum denuo conferre, ſeu feudo denuo inueſtire, V. in *Feudum*.

REFERENDARE, in acta referre, ab Italico *Referendare*, referre. Litterae ann. 1651. in Actis SS. Aprilis tom. 3. p. 570.

REFERENDARII, qui ſupplicum preces ad Principem recitant, et mandata Principis iudicibus inſinuant, in Nouella 113. 124. in l. 2. Cod. de Off. eius, qui vic. alic. iudic. Commentator Notitiae Imperii in c. 97. *Qui ſcriniam diſpoſitionem tractabant, Referendarii vocabantur. Hi ſupplicum deſideria aut iudicum conſultationes Principi inſinuabant, et reſponſa data conſulentibus mittebant, quae Mandata dicebantur. Hi pauci erant initio: poſtmodum a Iuſtiniano octodecim; poſtea ad octo redacti. Principum reſponſa, quae ſuper litibus emanabant, Diſpoſitiones vocabantur; expoſitio vero, quam Principi faciebant Referendarii, Relatio appellabatur. Referendariis praefectus erat Comes. Referendarii Spectabiles vocabantur.* REFERENDARIVS, apud Francos primae ſtirpis Reges, dictus ille, cui commiſſa erat annuli regii cura, quique regia diplomata ſubſcribebat. Aimoinus lib. 4. c. 41. REFERENDARIVS, in Eccleſia CP. Dignitas, de qua Anaſtaſius ad VIII. Synod. act. 8.

REFERENDI CVRIAE, qui extra ordinem referebantur a Principe in album Curiae, et Senatoria dignitate donabantur, apud Senatorem lib. 1. Ep. 41. lib. 3. Ep. 33. lib. 4. Ep. 25. l. 6. Ep. 14.

† REFERENS, pro *Referendarius*, amanuenſis, ap. Mabill. in Muſ. Ital. p. 72.

REFE-

REFERERE, pro Referre, Gualterus Hemingford. de Geſtis Edwardi II. Regis Angl. ad ann. 1311. p. 260. *Si autem dubium oriretur in ipſis, quod tunc Refereretur cauſa ad curiam.* Sic legi monet Cl. Editor Hearnius.

REFERMATVS, quaſi *Refirmatus*, Confirmatus, ab Italico *Rifermare*, iterum firmare. Gualuaneus Flammeus apud Muratorium to. 12. col. 1016.

REFERRARE *equum*, equum denuo calceare, Gall. *Referrer*. Statuta Maſſil. lib. 5. c. 52.

REFERRE *ſe*, Gall. *ſ'en rapporter*, aliqua re ſtare. Additiones ad Statuta Collegii Dainuillenſis an. 1383. apud Lobinell. to. 3. Hiſt. Pariſ. p. 514.

REFERTOR, *auctor pulmentorum*, *a refercio*, *cis*, apud Papiam.

REFESSARE, V. *Refeſſare*.

† REFEVDVM, REFFEVDVM, feudum quod per medium tenetur a ſuperiori domino; Gall. *Réfé*, *Reréfé*. Ch. a. 1294. REVFEODVM, idem, in Ch. a. 1254. V. *Rerefeodum*.

REFFARE, rapere, ex Saxon. *reapan*, i. e. rapere, ſpoliare, vnde *Raepan*, rapina. *Rnepan* vero ex *Reap*, veſtis, hinc *robare*, Gall. *rober*, *deſrober*, de eo qui veſtem ſeu *robam* rapit. Lex Salica tit. 29. §. 6. *Si quis meſſem alienam per furtum metere, aut Reffare praeſumpſerit, 500. denarios, qui faciunt ſol. 15. culpabilis iudicetur.* Codex Guelferbyt. MS. praefert *Repare*: quod ferri poteſt a Saxonico *repen*, vellere, pro quo ſuperiores Germani *Renſſen* et *Rauffen* vſurpant, Eccardo teſte in hunc titulum, qui eſt 27. Pactus legis Salicae. Leges Henrici I. Regis Angl. c. 83. *Si quis mortuum Refabit armis aut veſtibus, etc.*

† REFFIANVS, pro *Ruffianus*, leno, ſcortator. Form. Mſ. Cod. 7657.

† REFFORMARE, conſilium mutare. Ch. a. 1459.

REFFORCIATVS, REFFORSARE, V. *Refortiare*.

REFFREDARE, pro *Refrenare*, reprimere, coercere, Ital. *Refrenare*. Statuta Criminalia Saonae c. 21.

† REFFRICARE, refrigerare, reficere. Comput. a. 1380.

† REFFVGARE, recuſare, renuere. Ch. a. 1281.

REFFVNDERE, reſarcire, V. *Refundere*.

REFIBVLARE, quod apud iuniores improbat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. c. 20. et pro quo mauult, fibulam laxare, ſoluere, aut quid ſimile; legitur hac notione apud Martialem lib. 9. Epigr. 28. *Refibulauis faber*.

REFICERE, [illegible] *corpus reficere*, quieſcere, ſomno indulgere. Caſſianus lib. 3. de diurn. Orat. c. 8.

REFASSARE, V. *Refectio*.

† REFICIARE, cibo reficere. Barel. in Sermon.

REFIRMARE. (1) Confirmare. Priuilegium Monaſterii Craſſenſis tom. 1. Annal. Benedict. p. 700. col. 1. (2) Inſtaurare, denuo munire. Litterae ann. 1224. Hiſt. Mediani Monaſt. p. 313. (3) Denuo obdere, occludere, Gall. *Refermer*. Miracula S. Aigulfi c. 6. V. *Firmare 6.* (4) Reficere. Epiſtola Guiberti Abb. Gemblac. ann. circiter 1182. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 609. (5) Magis, vel denuo firmare, conſtabilire, Gall. *Raffermir*. Litterae Ludouici Siciliae Regis ad Carolum IV. Imper. (6) † In officio, quo quis iam functus eſt, denuo conſtituere. Stat. ant. Florent.

REFITERI, *iterum vel retro fateri vel negare*, Iohanni de Ianua; *Regehir on nier*, in Gloſſis Latino-Gall. Sangerm.

REFLATARE, *Reſpirare*, *ſpirare*. Ita Gloſſae MSS. ad Alexandrum Iatroſophiſtam lib. 1. Paſſionum c. 103.

† REFLECTIO, refluxus, fluuii curſus. Ch. fundat. Priorat. de Iugon. REFLEXIO, REFLVXIO, idem.

REFLETVM, RÉFLECTVM, vox foreſtariorum. Inquiſitio de foriſfactis in foreſtis Regis, in Additam. ad Matth. Paris: *Inquirendum eſt etiam, quantum veſtura ſingulorum boſcorum et Reſtetorum praedicto modo valuit, antequam aſſarta illa facta fuerunt.* Eadem habet Fleta lib. 2. c. 41. §. 38. niſi quod *reſtectorum* praefert.

REFLE-

REFLORATIO, *deliberatio*, Papias. F. *Delibatio.*

REFLORITIO dicitur de arboribus, quae fecundo floruerunt, apud Bernard. de Breydenbach Itin. Hierosol. p. 211.

REFLVCTVARE, REFLVCTATIO, V. *Refutare.*

† REFLVTARE, pro *Refutare*, cedere, vnde REFLVTATIO, cessio. Ch. a. 1105.

REFLVXIO MARIS, mora iudiciaria, quae mercatoribus extraneis litigantibus dari solebat. Leges Burgor. Scoticorum c. 134. p. 93. V. *Reflectio.*

REFOCILLANTIA, in Decreto Synodali Lambethensis Concilii ann. 1351. *Ad solatium et Refocillantiam suorum corporum, etc.*

REFOLLARE dicuntur stagna, quorum aquae aggere et obstaculo retentae exundant ruuntque per prata viciniora. Charta ann. 1198. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 324.

† REFOLLVM, locus in quem aquae exundantes stagni aut canalis influunt. Ch. Mf. a. 1306. Gall. *Refoul.*

REFONDARE, V. infra *Refundare.*

REFORCIATVS, REFORCIVM, V. infra *Refortiare.*

† REFORGIARE, reparare, reficere. Ch. Mf. a. 1517.

† REFORMAMENTVM, noua constitutio, sanctio. Stat. synod. Reatina Mf.

REFORMARE. (1) Restituere, reddere. *Reformare debitum*, apud Sidonium lib. 4. Ep. 24. Ita vtuntur Lex 9. Cod. Th. de Desertorib. Lex 15. de Pistorib. eod. Cod. etc. (2) Statuere, sancire. Chronicon Parmense ad ann. 1287. apud Murator. tom. 9. col. 811. V. infra *Reformatio.* REFORMARE RESPONSVM, respondere. Literae Ciuitatis Lubec. ad Henric. Angl. Regem ann. 1403. apud Rymer. tom. 8. p. 288. col. 1.

REFORMARI, reconciliari. Albertus Argentin. p. 125.

REFORMATIO. (1) Constitutio, sanctio, quae disciplinam ciuilem spectat. Chronic. Parmense ad ann. 1308. apud Murator. tom. 9. col. 870. V. *Reformare* 2. (2) REFORMATIONES, inquisitiones Reformatorum in Prouincias missorum, de quibus mox. Literae Philippi VI. Franc. Regis an. 1340. tom. 3. Ordinat. Reg. p. 235. (3) † Assignatio. Leg. Polon. a Priluf. collectae p. 251.

REFORMATOR, iudex in prouinciis abs Rege praeter ordinem missus, qui de omnibus excessibus atque delictis cognoscebat, *proditionis et laesae maiestatis casibus duntaxat exceptis*, vt habetur in Literis Iohannis Fr. Regis ann. 1351. tom. 2. Ordinat. Reg. p. 482. et aliis an. 1353. ibid. p. 521. 522. 525. et 526. Haec praecipua fuere munia Bertrandi Prioris supradicti, Consiliarii Regis, qui *ab eodem Rege* erat *in tota lingua Occitana Reformator generalis destinatus*, vt legitur in Literis ann. 1351. ibid. p. 475. Vide etiam suo loco *Inquisitores.*

REFORTIARE. (1) Denuo vel amplius munire, Ital. *Rifurzare*, Gall. *Renforcer.* Annales Mutin. an. 1241. apud Murator. tom. 11. col. 61. V. *Fortiare.* REFFORSARE, eadem notione. Editum Iohannis Regis Franc. an. 1361. tom. 3. Ordinat. p. 498. REFORTIATA MONETA dicitur illa, quae ad puriorem minusque adulteratam materiam reuocatur; hinc *solidi Reforciatorum*, in Charta an. 1308. in Instrum. Gall. Chr. to. 3. col. 220. V. *Moneta fortis.* REFORCIVM, subsidium, auxiliares copiae, Ital. *Rinforzo*, Gall. *Renfort.* Chronicon Veron. ad ann. 1367. apud Murator. to. 8. col. 658. REFORCIATVS, eadem notione. Securitas data Benedicto XIII. per Cardinales an. 1390. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 645. (2) † Incarcerare. Ch. Mf. a 1225.

REFORTIFICARE, idem quod *Refortiare.* Iacobi de Layto Annales Estenses apud Murator. to. 18. col. 1023.

REFORTIVNCVLA, parua munitio, Vide supra *Fortia* 3.

† REFORTVNA, euentus, discrimen, periculum. Formul. Instr. Mf.

REFOR-

REFORZARE, fortius efficere, firmare, Italis *Riforzare*, Gall. *Renforcer*. Apud Sanutum lib. 2. part. 4. c. 8. V. *Refortiare*.

REFOSSVM, exterior fossa circumdans primam arcis fossam, Ital. *Rifosso*. Petrus Azarius in Chronico tom. 16. Muratorii col. 355. Vide *Fossum*.

REFRACTATIO, oppositio, qua quis alicui refragatur. Hanc vocem substituendam esse opinatur Gothofredus in lege 2. Cod. Theod. de Censitoribus, vbi habetur *Retractatio*. Commentarium consule in hanc legem.

REFRAGABILIS, *cui potest resisti*, Iohanni de Ianua; *à qui l'en puet resister*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm.

REFRAGABILITAS, *Resistance*, in iisdem Glossis, ex eodem Iohanne de Ianua. V. mox *Refragatio*.

REFRAGABILITER, eidem de Ianua, modo, cui contradici possit. Ratherius Veron. lib. 3. Praeloquiorum apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 869. *nil Refragabiliter promittentis*.

REFRAGANEVS, qui refragatur, repugnat. Epistola Arnulfi Lexouiensis Episc. ad S. Thomam Cantuar. tom. 2. Spicil. Acher. p. 489.

REFRAGARE, REFRAGARI, contradicere, repudiare. Lex Ripuar. tit. 59. §. 2. *Et si quis in posterum hoc Refragari vel falsare voluerit*, etc.

REFRAGATIO, contradictio. Vetus Charta in Chron. Reicherspergense. *Nulla debeant à vobis Refragatione turbari*.

REFRAGATOR, qui refragatur, contradicit, aduersatur. Tertull. adu. Gnosticos cap. 1.

REFRAGIVM, refragatio, ἀποψηφισμός. S. Ambrosius enarrat. in Ps. 104.

REFRANGERE, pro *Refringere*. Glossae Lat. Gr. *Refrango*, ἀποκλῶ, ἀπακλάω.

REFRECIARE, vallos reficere, restaurare, Gall. *Reparer les palissades*, a Gallico *Fraiser*, palis cingere, munire. V. *Freciare*.

REFRENDARE, forte referre, Gall. *Rapporter*, Ital. *Refrendare*. († Potius subscribere, signare, ab Hispan. *Refrendar*.) Concilium Mexicanum an. 1585. inter Hispanica tom. 4. p. 318.

REFRESCAMENTVM, commeatus, Gall. *Rafraichissement*, Ital. *Rifrescato*. Chronicon Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 371.

REFRESCARE, Gall. *Rafraichir*, Ital. *Rifrescare*, refrigerare, adaquare. Charta ann. 1223. MS.

REFRETORIVM, mendose, vt videtur, pro *Refectorium*. († Non mendose, sed vitiose ex pronuntiandi ratione, scriptura, ab obsol. Gall. *Refroitour*, refectorium.) Charta Odonis Abb. S. Dionysii ann. 1231. e cod. MS. B. M. de Argentolio.

† REFRICARE, iterare, in Ch. Mss. a. 1397.

‡ REFRIDARE, refrigescere, ab Ital. *Refreddare*. Murat. t. 2. Antiq. Ital. p. 365.

REFRIGERARE, requiescere. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 1. cap. 7. num. 1.

REFRIGERATIVVS, refrigerans. *Spargendo pauimentum herbis Refrigeratiuis*, id est, viridibus, recens collectis et refrigerantibus, in Regula Toribii Archiep. Limae, tom. 4. Concil. Hisp. p. 671.

REFRIGERIVM, locus ad refrigerandum aptus. Psalmus 65, 12. *Transiuimus per ignem et aquam: et eduxisti nos in Refrigerium*. Saepius occurrit in Scripturis, idemque est quod solatium, quies, saturitas.

REFRIGESCENTIA, refrigeratio. Tertull. de Anima cap. 43.

REFRIGIDARIVM, locus aptus captandae refrigerationis. Acta S. Ottonis to. 1. Iulii p. 389.

REFRISCARE, reficere, Gall. *Rafraichir*. Tractatus an. 1428. apud Rymer. to. 10. p. 390. col. 1. V. supra *Refrescare*.

REFRIXIO, refrigeratio, Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Refrixio*, περίψυξις.

REFRONTARE. (1) *A fronte repellere*, Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1053. (2) ‡ Aduersari, contradicere. Ch. Ms. a. 1074.

† REFV-

† REFVDIVM, reditus, emolumentum. Ch. a. 1067. V. *Refugium.*

REFVGA. (1) Qui confugit ad Ecclesiam, in Codice tit. 12. de iis qui ad Eccl. confug. leg. 6. §. 1. V. *Refugium.* (2) Deterror, quomodo miles *refuga* dicitur in lege 21. Cod. Th. de Tironibus. Iso Magister in Glossis ad Prudentium lib. Peristeph. hymn. 1. *Defuga, vel Refuga, vel Perfuga vocatur, qui vnum reliquit, et ad alium confugit.* Auctor Mamotrecti ad 2. Esdrae cap. 2. *Refugae, qui refugit dominium aliorum.* Hinc *Refugae* dicti, qui a vero Dei cultu discedunt. Gloss. Lat. MS. Regium: *Apostata, Refuga.* REFVGANI MONACHI, pro *Refugae*, in Concilio Legionensi an. 1012. c. 3. REFVGANES, REFVGANTES, in Conc. Compostell. ann. 1056. can. 3.

REFVGARE ANIMALIA, feras venando retrudere. V. *Fugare.*

REFVGATA. Gloss. Gr. Lat. *Refugata, ἀποστασία.* Ita habet MS. codex, vbi editus, *Refuga.*

REFVGERE, pro fugere, apud Gregorium Mag. lib. 3. Epist. 6.

REFVGIVM. (1) Asylum, immunitas Ecclesiae. Tabularium Landauense in Monastico Anglic. tom. 3. p. 192. *Cum omni sua libertate, et cum Refugio Ecclesiae sancti Petri de Landauia.* (2) † Idem quod *Refudium*, in Ch. a. 1159. (3) Ius domini sese in castrum vassalli recipiendi, V. in *Receptum.*

REFVLLVS, idem quod *Refollum.* Monasticum Anglic. tom. 2. p. 913. V. *Refollare.*

REFVNDARE, a fundamentis restaurare. Epistola Andreae de Marinis ad Rupertum Rom. Regem, apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1697. *Ita vt affore difficilius pene credideris diffricta reformare posse, quam ad restitutionem vsque Refondare deiecta.* Melius in Onomastico ad calcem tomi 5. *Refundare.*

REFVNDERE, reparare, resarcire, restituere. Literae an. 1403. apud Rymer. tom. 8. p. 287. col. 1. *Refundere* idem est quod fundum reddere, possessionem dimittere. Plinius Paneg. cap. 31. *Refudimus Nilo suas copias*, hoc est, restituimus, reddidimus.

REFVSIO. (1) Effusio, Gall. *Epanchement.* Macrob. lib. 1. Saturn. c. 21. (2) Restitutio. Concordia an. 1290. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 61. *Prepositus et conuentus Ecclesie sepedicte det XV. marcas albi argenti in Refusionem huiusmodi dampnorum Iohanni prelibato.* REFVSIO, apud Rymer. to. 15. p. 102. (3) REFVSIO, in quibusdam Ecclesiis cathedralibus et collegiatis dicitur quidquid ex assignatis sibi possessionibus redditibusue in communem arcam communibus vsibus destinatam, quotannis referre debent earumdem Ecclesiarum Canonici aliique Beneficiati. Constitutio Gregorii X. PP. pro Capitulo Lugdun. inter Statuta eiusd. Eccl. ex MS. Coislin. REFVSORIAE LITTERAE, Sidonio lib. 9. Epist. 10. quibus aliquid refunditur siue liberaliter effunditur, vt interpretantur viri docti. Vide Vossium lib. 5. de Vitiis serm. cap. 41.

REFVTARE. (1) Respuere, reiicere, repellere, aspernari, renuere. Gloss. Lat. MS. Reg. *Refutat, reprobat, renuit, negat.* Vgutio: *Refutare, recusare.* Vetus Interpres S. Irenaei lib. 3. cap. 14. num. 3. *Si autem quis Refutet Lucam, quasi non cognouerit veritatem, manifestus eris proiiciens Euangelium, etc.* REFVTARE TESTEM, in Capitulis ad Legem Salicam tit. 2. cap. 4. Adde Gregor. M. lib. 4. Dial. cap. 11. Rodericum Toler. lib. 6. c. 10. etc. Vruntur etiam Latini Scriptores. Vide Stephanium ad Saxonem Grammat. p. 69. (2) REFVTARE CRIMEN *contra* aliquem, eum criminis rursum arguere, ei crimen denuo impingere, imputare. Literae Iohannis de Thurena de electione Benedicti XIII. Antipapae an. 1429. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1728. (3) Rem dimittere, et in alterius ius transferre. Charta Theobaldi Episc. Parisiens. an. 1148. *Decimam de sancto Brictio, quam diu iniuste tenuerat, vtpote laicus, ad hoc in manus nostras Refutauit, vt eam canonice*

nonice Monachis S. Martini de Campis concedentes traderemus. Alia ann. 1164. apud Ioffredum in Nicia pag. 177. *Dimitto, et perpetua Refutatione Refuto quicquid in Caſtello de Drappo requirebam, etc.* Alia an. 1175. in Hiſtor. Pergamenſi tom. 3. p. 325. *Cum ligno quod in ſuis tenebant manibus . . . Refutauerunt in manu domni Gualae Pergamenſis Epiſcopi totam decimam quam ipſi habebant.* Charta ann. 1899. e Schedis Praeſidis de Mazaugues: *Vt dictum caſtrum praedicta Vniverſitas eidem Excellentiae gratioſe remittere, Refutare et deſemparare deberet.* Quo in loco propriè eſt, rem acceptam reſtituere. Pluries occurrit ibi, vt et vox REFVTATIO, pro Reſtitutio.

REFLVCTVARE, REFLVCTARE pro *Refutare.* Placitum Mathildis Comitiſſae ann. 1073. apud Franciſcum Mariam lib. 3. p. 151. (4) † REFVTARE SE, ſeſe recipere, Gall. *ſe réfugier.* Ch. a. 1210.

REFVTATIO, REFVTANTIA, apocha, Gall. *Quittance.* Charta ann. 1389. apud W. Thorn.

REFVTATORIA BREVIS, ſchedula ſeu charta continens *refutationem*, ſeu rei alicuius dimiſſionem et tranſcriptionem. Placitum ann. 999. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 501.

REFVTATORII LIBELLI, in lege 1. Cod. de Relationibus, et lege 19. Cod. de Appellat. etc. quibus actor vel reus ob iudiciarias formulas male obſeruatas ſententiam iudicis arguit: vnde Accurſius *appellationes* non inſulſe fuiſſe opinatur. Vide Cuiacium lib. 22. Obſeru. c. 33. Iuretum ad Symmach. lib. 2. Epiſt. 30. et Iacobum Gothofr. ad tit. de Appellat. in Cod. Th.

† REFVTATORIVM, libellus quo reus iudicem ſeu teſtem refutat. Chron. Goil. Bardini.

REFVTATVS. *Refutatae carnes*, Statuta Eccl. Nemauſenſis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1064. *Sub poena excommunicationis inhibemus, ne quis Chriſtianorum carnes Refutatas a Iudaeis in macello Chriſtianorum praeſumat vendere, vel alibi infra villam.* Nullo ſatis idoneo fundamento fulta eſt haec excommunicatio, ſi *refutatae carnes* hic idem ſonent quod *reiectae.* Quid enim? Excommunicabitur qui carnes porcinas vendet in macello Chriſtianorum? Quare mendum ineſſe puto in voce *Refutatas*, pro qua lubens legerem *interfectas*, niſi forte, quod tamen vix crediderim, *refutatas* hic idem ſit quod *interfectas.* Interfectas a Iudaeis carnes vendere non ſemel prohibiti ſunt Chriſtiani. Statuta Maſſil. lib. 2. c. 33. *Conſtituimus, vt nullus macellarius vendat in Maſſilia ſcienter carnes hircinas vel caprinas, aut carnes Iudaeas*, etc. V. *Macellare.*

REGA, modus agri, apud Aquitanos. *Rega terrae, vineae*, etc. crebro occurrit in Regeſto Conſtabulariae Burdegal. p. 114. 115. etc. Neſcio an idem ſonet in veteri Charta Cornutiana edita a Sueſſio: *Quae ſepis deſcendas per Regam ad viam canam, ſive ad torum, quae redit vsque ad arcum ſupradictum*, etc. Niſi *rega* idem valeat quod *ruga*, platea. V. *Ragaleia, Riga.*

† REGACANVS, ſeruus, famulus, Ital. *Ragazzino.* Stat. Mant. V. *Raganinus* et *Regatius.*

† REGAGIVM, locus in quem aquae ex vicinis collibus decurrunt, Maſſil. *Regage* et *Ragay.* Ch. a. 1460.

REGAITA, V. *Waitae.*

REGALATORES, V. in *Regalia.*

REGALE, V. *Regalia.*

REGALENGVM, RENGALENGVM, dominium, *Regale, Regalia.* Charta Alfonſi Imperatoris Hiſpaniae aerae 1194. apud Doubletum.

REGALES. (1) Regum filii, Principes ex ſtirpe regia: *Regales perſonae*, Auito Viennenſi Epiſt. 5. Anonymus de Different. vocum: *Inter Regem et Regalem hoc intereſt, quod Regis puer Regalis eſt: Rex, qui regnum regit.* Ammianus lib. 16. *Cui prope aſtans Regalis Hormiſda, cuius e Perſide diſceſſum ſupra monſtrauimus.* Lib. 16. *Hos ſequebantur poteſtate proximi Reges numero quinque, Regalesque decem, et Optimatum ſeries magna.* Vt porro *Regales* Regum, ita *Imperiales* appellari Imperatorum filii, in praeclara Laudum

Formula, quae praefixa legitur Codici Amalarii de Diuin. Offic. (2) Genus acclamationis apud Anglos. Matthaeus Paris in Henrico III. *Et facto congreſſu acclamatum eſt terribiliter, Ad arma, ad arma, hinc Regales, Regales, inde Montis gaudium, Montis gaudium, ſcilicet Regis vtriusque Inſigne.* (3) Interdum Regii Miniſtri, vt apud Thomam Walſinghamum an. 1291. (4) Nummi aurei Francici, Gallice *Royaux*. Vetus Regeſtum: *A 20. Sept. 1330. vsque ad 1. Febr. 1336. fiebant Pariſienſes aurei ponderis 34. et 4. quint. et Regales de 48. et ſemis.* Anno 1457. in Britannia minori, ſub Duce Arturo III. *Regales* valebant 25. ſolidos, vt patet ex Computo huius anni, apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 1205. REGALES CORONATI, monetae aureae Comitum Prouinciae. Charta Roncelini Vicecomitis Maſſilienſis an. 1214. in Tabul. S. Victoris Maſſil. fol. 160. *Regales ſolidi* in Chartis an. 1188. 1190. etc. apud Gueſnaium in Annalibus Maſſilienſibus p. 332. 334. 337. 356. etc. REGALES, moneta aurea Regum Siciliae in Chartis an. 1178. 1180. in Tabulario Caſaur. ſub Willelmo Rege, et apud Vghellum tom. 7. Ital. ſacr. p. 284. 576. 593. REGALES DE AVRO in Dalphinatu, de quibus legimus in Computo an. 1336. tom. 2. Hiſt. Dalphin. p. 272.

REGALIA. (1) Gen. *ae*, ius regium, dignitas regia. Henricus de Knyghton in Richardo II. *Quaerebatur an . . . . . derogaret Regaliae et praerogatiuae Regis.* Infra: *Quaere ab eis quomodo ſunt puniendi qui impedierunt Regem quominus poterat exercere quae ad Regaliam et praerogatiuam ſuam pertinent.* (2) Fiſcus Principis, iura quibus Reges gaudent, *Iura omnia ad fiſcum ſpectantia*, vt eſt apud Thomam Blount in Nomolexico: quod vide. *Fiſcalia regum*, apud Conradum Vſpergenſem ann. 1109. Bruno de Bello Saxonico p. 141. „*Tanta proſtigatio Regalium, vt poſt haec reges noſtrarum partium rapinis potius quam Regalibus ſuſtentandi ſint.* Hinc (3) REGALIA, iura regia, quae ab Imperatoribus vel Regibus interdum Eccleſiaſticis aliisque perſonis conceduntur. Radeuicus lib. 3. c. 41. *Regalia, vectigal monetam, teloneum, pedaticum, portus, Comitatus, et alia ſimilia ſi qua ſunt, communi Mediolanenſium dimittet, et vltra ſe non intromittet.* REGALIA ALTA ET BASSA. Conceſſio *Regalierum* de Soleriis Ludouico de Bellaualle eiusdem loci Domino per Renatum Regem et Comitem Prouinciae 25. Iul. an. 1443. e Schedis Praeſidis de Mazaugues: *Donamus . . . Regalias altas et baſſas, ac omnia et quaecumque ius ad ipſas Regalias quomodocumque ſpectantia.* De *Regaliis maioribus et minoribus* conſulendi ſunt Doctores feudiſtae. (4) Dominium temporale Eccleſiae, vt vocant. *Regalia S. Petri*, apud Gregorium VII. PP. lib. 1. Epiſt. 21. vulgo *Patrimonium S. Petri*, ſeu Sedis Apoſtolicae, quod Imperatorum et Regum beneficiis Eccleſia Romana id poſſideat. *Principatum Romanum et Regalia S. Petri*, Bonifacio IX. PP. apud Fontaninum in Antiquit. Hortae p. 449. *Regalia iura*, Eugenio IV. ibidem p. 466. *Regalia et Patrimonia B. Petri*, apud Petrum Diac. lib. 4. Chron. Caſin. c. 35. 36. 39. (5) REGALIA vocant Galli praedia, quae ad Eccleſias pertinent, iis a Regibus olim conceſſa, vnde *Regalia* dicuntur: quippe, vt ait S. Auguſtinus tract. 6. in Euangel. Iohan. *per iura regum poſſidentur poſſeſſiones.* Et Otto Friſingenſis lib. 2. de Geſtis Friderici c. 11. *Regalia non perſonis, ſed Eccleſiis, perpetualiter a Principibus tradita ſunt.* Walthramus Epiſcopus Naumburgenſis de Inueſtitura Epiſcoporum: *Regalia, id eſt a Regibus et Imperatoribus, Pontificibus Romanis data in fundis et reditibus.* REGALIARIVS, qui regalia vel eorum prouentus Epiſcopatus vacantis percipit vice Principis, cuius ea ſunt. Charta Edmundi Comitis Campaniae ann. 1277. in Tabulario Eccleſiae Meldenſis fol. 78. REGALIATOR, eadem notione. Edictum Philippi Pulcri pro reformatione regni an.

an. 1302. apud de Lauriere to. 1. Ordinat. pag. 359. REGALATOR COMMISSARIVS, eodem intellectu. Literae de Hominio Episcopi Aeduensis e Chartulario eiusd. Ecclesiae. CVSTOS REGALIARVM, qui decedente Episcopo a Rege mittebatur vt colligeret reditus ac prouentus temporalitatis Episcopatus, qui de iure ad Regem pertinent: quousque alius electus consecrationem accepisset. *Custodes, Gardiatores*, seu *Gubernatores Regaliarum Ecclesiarum*, in Edicto Philippi Pulcri an. 1302. art. 3. REGALIA FACERE, Sacramentum fidelitatis, vel hominium pro regalibus Regi praestare. Will. Malmesburiensis lib. 1. de Gestis Pontific. p. 219. (6) Praecipua Imperii insignia, corona, sceptrum, etc. Albertus Argentin. p. 119. *Monstrabantur ibi Sanctuariorum insignia, quae Regum dicuntur, scilicet lancea, clauus, pars crucis Saluatoris, corona, gladius Caroli, et alia per quendam Cistercienſem, etc.* (7) Exactiones vel tributa Regia. Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi to. 2. p. 30. *Nec in quoquam fideles nostros tam Clericos quam Laicos, aut in pernoctationibus vel in steuris, seu Regalibus, seu in qualibet re licet minima molestare debent.* Octauius Ferrarius in Orig. Ital. in v. *Appendicio*, ait Insubres *appendicio* vocare ea quae ad pensionem adduntur, vt oua, pullos, carnem suillam: Venetos vero nobiliore vocabulo *Regalia* appellare. *Regaliae gallinarum, vini et gondolae*, apud Andream Dandulum in Chron. MS. an. 1205. (8) Palatia, τὰ βασίλεια. Freculfus Lexouiensis tom. 2. lib. 5. c. 11. de Theodosio iuniore Imp. *Plerumque ieiunabat, et maxime 4. feria et 6. studio Christianitatis, nec aliter quam Monasterium Regalia videbantur.*

REGALIOLVS, ὁ βασιλεύς, in Glossis Lat. Graec. et Graeco-Lat. Sueronio in Caesare *Regaliolus* auis est, quam alii Galgulum, alii Regulum interpretantur. Glossae Lat. Graec. *Reganilicolus*, vel, vt habetur in Castigationibus *Reganilicosus*, σπινος, vel σπινος, Latinis Fringilla: pro quo Salmasius ad Hist. Aug. p. 301. *Reguleolus*, Vulcanius vero *Reganiolus*, quae postrema lectio Casaubono ad Suetonium non videtur absurda, cum sic dicta sit haec auicula quasi Rex auium. Rursus in Glossis Latino-Graec. *Reganiolus*, βασιλίσκος, ἐρυθρίων. V. Gesnerum et Fabrum in Thesauro.

REGALIOSVS, *Regius, Regalis, Imperialis, etc.* βασιλικὸς, in Gloss. Graec. Lat. vbi male *Reguliosus*, vt et in aliis Lat. Gr.

REGALIS, V. supra *Regales*.

REGALITAS. (1) Idem quod *Regalia 1.* Dignitas regia, in Statutis Roberti II. Regis Scotiae c. 14. 16. Stat. Rob. III. c. 45. *Royauté* Gallis, *Royaltie*, apud Edw. Cokum ad Littletonem sect. 73. Concilium Wintonienſe an. 1021. *Haec sunt Statuta Canuti Regis Anglorum et Danorum, . . . ad laudem et gloriam Dei, et sui Regalitatem, et commune commodum, etc.* (2) Titulus Regum honorarius. Diploma Ludouici Pii Imp. apud Nicol. Zyllesium in S. Maximino p. 13. et Menestrierium in Probat. Hist. Lugdun. col. 249. *Attulit nostrae Regalitati quoddam priuilegium, etc.* (3) REGALITATES, iura regia. Literae Edw. Regis Scotiae an. 1334. apud Rymer. tom. 4. p. 616.

† REGALITER, summo iure. Ch. Ms. a. 1290.

REGALIVM, V. in *Regalia*.

† REGALLONVS, regulus, vox contemptus. Steph. de Infestura Ms.

REGAMMARE, V. *Gamma*.

REGANEVM, f. foenum autumnale, Gall. *Regain*. Charta an. 950. in Probat. nouae Hist. Occitan. tom. 2. col. 95. *In tasis, casalicis, curtis, curtalis, ortis, ortalis, Reganeis vel superreganeis, etc.*

REGARDARE, obseruare, perspicere, contemplari, examinare, a Gallico *Regarder*. Statuta Massil. lib. 1. c. 47. §. 1.

REGARDATOR, Inspector, *Regar*, in Consuetud. Hannoniae cap. 105. art. vlt. Literae Caroli V. Francise Regis an. 1366. apud D. Secousse

tom. 4. Ordinat. Reg. p. 676. V. mox in *Regardum 2.*

REGARDIVM, V. infra *Regnardinm.*

REGARDVM. (1) Merces, remuneratio, compenſatio, Anglis *Reward.* Litterae an. 1443. apud Rymer. tom. II. p. 19. col. 1. V. *Reguardum 2.* REWARDVM, eadem ſignificatione. Literae Edwardi III. Regis Angl. an. 1347. apud eumdem Rymer. tom. 5. p. 543. (2) REGARDVM, REWARDVM FORESTAE, viſitatio foreſtae ab foreſtariis, ne quid detrimenti in iis accidat, vt in Fleta lib. 2. c. 41. §. 1. interdum limites vel ambitus foreſtae, cuius curâ commiſſa erat quibusdam miniſtris, qui eam obambularent, proſpicerentque ne veritae in eo venationes fierent, aut exſcinderentur arbores, qui inde *Regardatores* dicuntur, de quibus mox: vnde qui intra eiusmodi metas venari, vel damnum aliquod in foreſta feciſſe deprehenſus erat, mulctabatur graui mulcta, quae *Regardum foreſtae* etiam dicebatur. Charta Ricardi I. Regis Angl. *Conceſſimus etiam eisdem manerium de Lovers cum omnibus pertinentiis, . . . ſaluis ad opus noſtrum venatione noſtra, et deſtructione foreſtae, ita tamen quod non ſit in Rewardo. Rewardo*, apud D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu p. XIX. V. Nomolexicon Thomae Blount in voce *Regard.* REGARDATORES, qui, vt diximus, circumeunt omnes balliuae foreſtas, vt de transgreſſionibus, aſſartis, vaſtis, et purpreſturis inquirant: Anglis *Regarders.* Charta Iohannis Regis Angl. apud Matth. Paris an. 1215. (3) Conſpectus, vt videtur, a Gallico *Regard*, Adſpectus. († Potius terror, formido; hinc *tenere in regardo*, Gall. *tenir en reſpect.*) Charta an. 1293. to. 1. Hiſt. Dalphin. p. 37. col. 1. (4) Idem quod infra *Reſpectus*, cenſus annuus, praeſtatio. Chartular. SS. Trinitatis Cadom. fol. 63. *Summa Regardorum* CCCCLXXXIV. *tam capones quam gallinae, etc.* V. *Reguardium* et *Reguardum 1.* (5) Arbitrium, ſententia, edictum. Libertates villae de Villereys an. 1253. apud Acher. to. 9. Spicil. col. 193. V. *Reſtardum.*

† REGARDVS, praefectus vrbis, *Maior.* Lit. remiſſ. Mſ. a. 1350.

REGARIVM, iurisdictio et feuda Epiſcoporum Britanniae Minoris a ſumma veruſtate nominantur *Regaires*, quod iam inde a Mauclerco, ſeu Mali Clerici, Ducis ſaeculo ad Regium Galliae Senatum deuoluerentur prouocationes a profanis Anſtitum iuridicis, non ad Ducales Magiſtratus, ex quo hodie etiam regia ſumma Britanniae Curia appellatur immediate a ſententiis Epiſcopalium huiusmodi iudicum temporalium. Chopin. lib. 1. de Sacra Polit. tit. 7. num. 21. Adde Raguellum, et Auguſtinum du Pas in Stemmatib. Armoric. part. 2. p. 454. (nec non Lobinellum in Gloſſario ad calcem Hiſt. Britan.)

† REGATARE, REGATATIO, redimere, redemtio. Inſtr. a. 1384.

REGATERIVS, Ital. *Rigattiere*, Gall. *Regratier*, propola, qui merces minori pretio emtas aliquanto carius diſtrahit. Decretum Saonae an. 1567. ad calcem Statutorum eiusd. Ciuitatis p. 93. V. infra *Regratarii.*

REGATIVS, ſeruus, famulus, Italis *Ragazzo.* Caſtelli de Caſtello Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 899. V. *Ragatius.*

† REGATVS, regimen, in Chartul. Rauennat.

REGAVILIOLVS, REGAVILIOSVS, REGAVSOLVS, V. in *Regaliolus.*

† REGAZOLLVS, ludi genus apud Italos. Stat. crimin. Cumanae. F. idem ac *Regineta.*

REGELATVM, Papiae *Plumbum liquefactum*, quomodo *Regelationes* niues liquefactas vocat Aggenus de Limitibus p. 57.

REGENBVRGII, V. *Rachimburgii.*

REGENDARIVS, vel *Regerendarius*, ita enim legendum contendunt viri docti apud Senatorem lib. II. Epiſt. 29. vbi formula inſcribitur *de Regendario*, qui ſcilicet erat a Regeſtis, et ſcripta regereret, ſeu in codicem referret. V. Pancirolum ad Notitiam Imper. Orient. c. 18.

REGE-

REGENERARE, denuo generare. Verbum frequens apud Scriptores Eccleſiaſticos, cum loquuntur de ſpirituali vita, qua per Chriſtum donamur in Baptiſmate. De verbo ipſo carnem facto dicitur in Miſſali Gothico apud Mabillonium de Liturgia Gallic. p. 191. col. 1.

REGENERATIO, nova generatio ſpiritalis, gratia Baptiſmo nobis conceſſa, in Nouo Teſtamento et apud Auctores Eccleſiaſticos paſſim. V. in *Renacio.*

REGENS. (1) Regni Gubernator, *Regens* apud Francos. Continuator Nangii an. 1316. ait poſt mortem Ludouici Hutini Regis, Philippum Magn. electum a regni Principibus, vt quoad Regina Clementia grauida partum ediciſſet, ſeruaret et regeret regnum Franciae atque etiam Nauarrae, atque in magno eius ſigillo haec verba fuiſſe conſcripta: *Philippus Regis Francorum filius, Franciae et Nauarrae Regens regna.* V. Tillium. (2) Profeſſor, qui docet in Academiis, Gall. *Regent, Profeſſeur.* Occurrit in Literis an. 1330. pro Vniuerſitate Oxonienſi apud Rymer. to. 4. p. 411. col. 1. et p. 413. col. 1. V. *Regere 1.*

† REGENTARE, docere, profiteri, Gall. *Regenter.* Stat. Andegau. a. 1409.

REGENTATVS, munus *Regentis* in collegiis academicis. Capitulum generale PP. Dominicanorum an. 1608. apud Vincentium Mariam in Conſtitut. eorumd. Dominican. part. 1. p. 55.

REGENTIA. (1) Eadem notione, Gall. *Regence*, in Charta an. 1398. (2) † Adminiſtratio officii ad tempus. Ch. a. 1418.

REGERE. (1) Profiteri, docere, *Regentis* officium exercere in ſcholis, Gall. *Regenter.* Chronicon Triuerti ad ann. 1222. (2) Alere, ſuſtentare, vt videtur. Vita B. Acgidii Minoritae, tom. 3. Aprilis p. 223. (3) † Erigere, ſuſtinere, t. 1. Mart. p. 685. (4) † Adducere, cogere, in Ch. a. 1190.

REGERENDARIVS, V. *Regendarius.*

REGESTORIVM, REGESTRARE, etc. V. mox in *Regeſtum.*

REGESTVM, liber in quem *regerunſtur* commentarii quiuis, vel Epiſtolae Summorum Pontificum. Gloſſ. Lat. MS. Reg. *Regeſtum, relatum.* Iſo Magiſter in Gloſſis: *Regeſtum vocatur liber continens memorias aliorum librorum, et epiſtolas in vnum collectas: et dicitur Regeſtum quaſi iterum geſtum. Ioannes Scotus regiſtron dicebat.* REGESTRVM, eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 95. Paſſim occurrit. REGESTVM, Theſaurus, fiſcus, quo *regerunſtur* pecuniae. Prudentius lib. περὶ στεφ. in S. Romano:

Aurum Regeſtum nonne carni acquiritur.

REGESTORIVM, idem quod *Regeſtum*, Theſaurus. Gregorius Turon. lib. 6. c. 11. REGESTORIOLVM, REGESTVRIOLVM, paruum *regeſtum*, arcula, capſa. Teſtamentum Bertichramni Epiſcopi Cenoman. REGISTORIA, officium apud Sanctimoniales, cui *Regeſti*, ſeu theſauri Monaſtici cura comminſſa eſt. S. Caeſarius Arelat. in Reg. ad Virgin. c. 26. REGISTRVM, pro *Regeſtum.* Vgutio: *Regiſtrum, quidam liber de regimine Eccleſiae, ſcilicet ex cuius dictis Eccleſia regitur.* Papias: *Regiſtrum, liber qui rerum geſtarum memoriam continet, vnde dicitur, quaſi rei geſtae ſtatio.* al. *ſtatuio*, vt etiam legit Iohannes de Ianua. Prudentius lib. περὶ στεφ. in S. Romano. REGISTER, eodem ſignificatu, Gallice *Regiſtre.* Statuta Monaſterii S. Claudii p. 64. REGISTRA, fem. gen. Index MS. Beneficiorum Eccl. Conſtant. fol. 44. REGISTRVM, *carda in libro ad inueniendum lectionem*, vt ait Metulinus ad illud Ebrardi Betun. in Graeciſmo c. 12.

Eſſe librum librique ducem dic eſſe Regiſtrum.

REGISTRVM, vel REGESTVM, vox apud Typographos alias in vſu, de qua haec habet Mich. Maittaire in Annal. Typographicis p. 265.

Bibliopegis plurimum proderat Regiſtrum aut Regeſtum; quod etiam ſeries chartarum, et alicubi ſpeculum, Graece Βυτὶς *vocabatur. Illud in libri ſine omnes ſuo ordine, quae ſignaturis ſerviebant, literas, una cum initialibus priorum aliquot in unaquaque ſignatura foliorum vocibus, collectas exhibebat. Quoniam vero id ſaepe in grandioribus voluminibus adeo excreſcebat, vt plures paginas occuparet, viſum eſt in compendium redigere.* Regiſtri nullus hodie vſus eſt, ex quo ad faciliorem librorum compactionem appoſiti ſunt numeri arithmetici in ſuperioribus paginarum oris, additae in imis oris literae, quas *ſignaturas* vocant, cum voce ſequentem paginam indicante, Gall. *Reclame*. V. Andream Chevillier de Origine Typographiae p. 39.

† REGISTRA CAMPANARVM, earum funes, t. 4. Aug. p. 51.

† REGGIVOLVS, repagulum, t. 2. Iul. p. 525.

REGIA. (1) Baſilica. Vita S. Medardi, to. 2. Iunii p. 96. (2) Palatium Epiſcopi. Vita Lietberti Epiſc. Camerac. to. 9. Spicil. Acher. p. 679. (3) Porta aedificii primaria. Ordo Romanus: *Deinde ſubdiaconus . . . exiens ad Regiam Secretarii, dicit, Schola. Reſpondet, Adſum.* Miſſa ex Codice Ratoldi Corbeienſis: *Deus qui triumphantibus pro te Martyribus regiam coeleſtis aulae potentiae dextra pandis.* Pactum Arichis Principis Beneuent. cum Neapolitanis; *Ponit poſt Regiam domus ſuae ipſum fuſtem. Regiae Monaſterii*, apud Paulum Diac.

REGIOLA, eadem quae *Regia*, Porta. Vita S. Rufini Epiſcopi in Sanctuario Capuano: *Deinde Epiſcopus clauſit Regiolas, quae erant ante altare.* Anaſtaſius in Gregorio III. *Faciem altaris et confeſſionem cum Regulis veſtiuit argento.* Vbi Muratorius to. 3. p. 159. ex MSS. Codd. habet in Notis, *cum Regiulis* et *cum Regiolis:* quod vltimum magis placet. Ita *Regiolam* pro *portula* vſurpat Fridericus II. l. 2. de arte venandi c. 36. Hinc emendandus videtur locus Vitae S. Athanaſii Epiſc. Neapol. to. 4. Iulii p. 75. *Faciens ibi marmoreum altare cum Regilis argenteis, ſupra quod velamen coopernit, in quo martyrium S. Ianuarii cinsque ſociorum acupictili opere digeſſit.* Si bene conjecto; legendum eſt *Regiolis*. Editor Cl. *Regilis* ducit a recto *Regilus:* qua voce limbum indicari ſuſpicatur. (4) Cancelli in Eccleſiis, qui vulgo ſeparant chorum ſeu ſanctuarium a naui. I. Gaietanus in Ordine Rom. c. 14. (5) *Regia*, Λεωφόρος, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Λεωφόρος, *Strata, Itinet, Regia.* Λεωφόρος idem eſt quod Λεωφόρος, Via publica.

REGIBILIS, qui facile regitur. *Regibilis miles et morigerus*, apud Ammianum l. 24. c. 3.

REGICVLA, pro *Regiuncula*, vel praedio. Vetus Charta Abbatiae S. Benigni an. 579. apud Perardum in Chartis Burgundicis.

REGIDIVM, *diuinitas*, Papiae.

REGIDOR, Hiſpana vox, Rector, in Synodo Limae an. 1594. to. 4. Concil. Hiſpan. p. 696. col. 1.

REGILLVS. Gloſſ. Saxon. Aelfrici: *Regillus, Vndercyning*, id eſt, *Vicerex.* Gloſſae Iſidori: *Regillus, Regulus.* Gloſſae Lat. Graec. *Regillus, Βασιλικός.* Et mox: *Regillus, Regulus, Βασιλίσκος.*

REGILVS, V. *Regiola* in *Regia* 3.

REGIMBVRGI, V. ſupra in *Rachimburgii.*

REGIMEN ECCLESIASTICVM, dignitas Abbatis, in Geſtis Abbatum Gemblacenſ. to. 6. Spicil. Acher. p. 533.

REGIMENTVM. (1) Regimen, vitae ratio. Conſtantinus Afric. l. 14. Pantechn. c. 1. (2) Regimen, gubernatio. Ammianus l. 25. c. 9. *Excuſſa Regimenta perito rei gerendae ductori, confummando inueni porrexiſti.* Hinc Carolus de Aquino in Lexic. milit. *Regimentum* dici putat certum bellatorum numerum, quem Romani veteres Legionem vocabant, Italis hodie *Regimento*, Gallis *Regiment.*

REGIMONIVM, Papiae *Regimen:* Iſidoro in Gloſſis *Gubernatio.*

REGINA. (1) Regis filia: nam is olim titulus attributus Regum filiabus.

bus. Scribit enim Suidas ex Aristotele, apud Cyprios, Regum filios ἀνακτας appellatos, vt filias ἀνάσσας. Seruius ad haec Virgilii ex 1. Aeneid.

. . . *donec Regina Sacerdos Marte grauis, etc.*

Regina, Regis filia, abusiue ait more Poëtico: vt alibi,

. . . *magnum Reginae miseratus amorem.*

Id est Regis filiae Pasiphaae. Nec Poëtis, quod ille vult, duntaxat id licuit: quod saltem posterioribus seculis obtinuisse constat, praesertim sub prioribus Constantinopolitanis Augustis, quod prae caeteris testatur Claudianus Panegyrico 2. in Stilichonem:

Nam domus haec vtroque petit diademata sexu,
Reginasque parit, Reginarumque maritos.

Marius Mercator to. 2. p. 85. *Pius est Imperator, Reginae Deum amant.* Is etiam in Francia vsus maxime inualuit, vt Regum filiae *Reginae* appellarentur. Nam apud Gregorium Turonensem l. 5. c. 49. Rigunthis filia Chilperici Regis hoc titulo donatur: et Chrodieldis Sanctimonialis, Chariberti Regis filia, apud eumdem Scriptorem l. 10. c. 15. *Reginam se filiam Regis et consobrinam alterius Regis* indigitat. Inferioribus quoque paulo temporibus, atque adeo sub terria Regum stirpe, natas Regum, *Reginas* passim nuncupatas obseruare licet. Odo II. Comes Campaniae *filius Bertae Reginae* dicitur in veteri Notitia apud Ioan. Mabillon. to. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti p. 764. filiae scilicet Conradi I. Regis Burgundiae. *Rosalam* alio nomine *Susannam* dictam, Berengarii III. Regis Italiae filiam, Arnulphi II. Flandriae Comitis vxorem, *Susannam Reginam matrem suam* vocat Balduinus IV. Flandriae perinde Comes, in Charta an. 998. quae descripta legitur in Hist. Guinensi p. 49. (2) Regis vxor. Conuentus apud Andelaum an. 587. *Reginae* nomen non admittebant Saxones Occidentales, sed *Regis coniugem* appellabant. Id vnde ortum, pluribus exsequitur Asserus de Aelfredi rebus gestis p. 3. et ex eo Matth. Westmonasterienſis an. 854. (3) Imperatrix. Charta Ludouici Pii Imper. an. 24. imperii, apud Mabillon. in Actis SS. Benedict. saec. 4. part. 1. p. 223. *Sicut olim a bonae memoriae Ermengarde Regina praedicto monasterio* (Anianenſi) *traditum est.* Haec Ermengardis, quae, vt notum est, erat vxor ipsius Ludouici Pii Imp. *Regina* quoque vocatur ab Eginhardo l. 2. Translationis SS. Mart. Marcellini et Petri: quod etiam refert Mabillonius tomo citato p. 416. V. infra *Rex.*

REGINALIS. (1) Ad Reginam pertinens. *Procuratores Reginales*, id est, Iohannae Reginae Ierusalem et Siciliae, in Charta an. 1343. ex Archiuo Eccl. Massil. *Reginalis sala*, *Reginalis curia*, in Charta Iohannae II. Reginae Neapol. e MS. Colslin. (2) Regius, Regalis, Regem spectans. Literae Bonifacii IX. PP. an. 1396. apud Illustr. Fontaninum Antiquit. Hortae p. 434. *Regali* et *Reginali dignitate* hic vnum et idem significari suadent varia. Sic etiam *Reginales ciuitates*, idem sonant quod Regiae, in Charta Caroli Regis Hungariae an. 1327. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 480. *Regia et Reginalis authoritas*, in Charta Regiensi an. 1361. 24. Ian. *Regia et Reginalis curia*, *Regii et Reginales subditi*, in alia eiusdem vrbis Charta eodem anno 28. Ian. ex Schedis Praes. de Mazaugues.

† REGINALITER, more regio. Matth. Paris ad a. 1252.

REGINATIO, Βασιλεία, in Glossis Lat. Gr. et Gr. Lat. Forte *Regia mansio*, inquit Salmasius ad Plinium p. 475.

REGINETA, species ludi scruporum vel latrunculorum, in quo vincebat ille qui singulas aduersarii partes capiebat; sic autem dicebatur a praecipua ludi parte, vocata *Reginetta*, Gall. *Reinette*. Statuta Massil. lib. 5.

c. 10. *Quilibet poſſit vbique ludere ad ſcacos et ad tabulas et ad Reginetam.* V. Salmaſium ad Vopiſcum in Proculo c. 33. et infra *Rioneta.*

REGIO. (1) Ρεγεών, Pagus, vicus, ſuburbanum. Concilium Calchedon. act. 13. Ταττοῦς καὶ Δωρὶς ἐγγεῶνές εἰσιν ὑπὸ τὴν Νικαίαν. Mox: Καὶ ἡ πρώτερον οὖσα ἐγγεὼν, πάλιν μετὰ ταῦτα ἐγένετο πόλις. (2) Obſeruat Ordo Romanus, *ſeptem fuiſſe Regiones Eccleſiaſtici ordinis Vrbis Romae, et vnamquamque Regionem ſingulos Diaconos Regionarios habuiſſe, et vninſcuiuſque Regionis Acolytos per manum Subdiaconi Regionarii Diacono Regionis ſuae, cauſa officii, ſubditos fuiſſe.* (3) E REGIONE, pro *E contra*, habetur in Vita S. Drauſii Epiſc. Sueſſion. n. 3.

REGIOLA, V. in *Regia* 3.

REGIONARII. (1) Apud Papiam, *ſunt a Pontificibus conſtituti in Schola Notariorum et Subdiaconorum, quos licebat per abſentiam Pontificis in conuentu ſedere Clericorum, et caeteros habere honores.* Honorius I. PP. Ep. 2. *Primogenitum itaque Subdiaconum et Regionarium noſtrae ſedis, Gradenſi Eccleſiae Epiſcopali ordine, cum pallii benedictione direximus conſecrandum. Regionarius primae Sedis*, ap. Aimoinum l. 2. Hiſt. c. 17. *Regionarius Romanae vrbis*, in Vita Ludouici Pii an. 835. Sed cum is titulus *Notariis*, *Diaconis*, *Subdiaconis*, et *Defenſoribus* conueniat, quaerunt viri docti cui harum dignitati nudus *Regionarii* titulus competierit. Vide Baronium an. 598. n. 16. (2) Eiusdem regionis ac prouinciae, in Miraculis S. Eutropii Epiſcopi Santonenſis n. 33. (3) Geometrae, finitores, decempedatores. Frontinus de Colon. p. 357.

REGIRARE, V. *Regyrare.*

REGISOL, REGISOLIVM, Statua in vrbe Papienſi erecta, de qua id ſolum nouimus, quod narrat Gualuaneus Flammeus apud Murator. to. 12. col. 1009. Rurſum memoratur *Regiſol* in Laudibus Papiae to. 11. eiusdem Muratorii col. 83.

REGISTER, REGISTORIA, V. in *Regeſtum.*

REGISTRARE, in *Regiſtrum* et acta referre, paſſim. REGESTRARE, to. 1. Marr. p. 686. V. *Regeſtum.*

REGISTRARIVS, qui ſcripturas aut contractus in acta publica refert, in Prouinc. eccleſ. Cantuar.

REGISTRATIO, in acta relatio, ap. Rymer. to. 2. p. 287. REGESTRATIO, Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 41. art. 2.

REGISTRATOR, Scriba, Notarius, qui in acta refert, vox paſſim obuia.

REGISTRVM, V. in *Regeſtum.*

REGIVLA, V. *Regiolae* in *Regia.*

REGIVM. Lucius III. PP. apud Gregorium l. 3. tit. 38. c. 23. *Quoniam Aduocati Eccleſiarum ius Aduocationis, donationis vel emptionis titulo, aliisque pro ſua voluntate contractibus in alios transferre praeſumunt, fodrum, albergarias, Regium et ſimilia, tanquam a propriis vaſticis exterquentes, etc.* Vbi Gloſſa *Regium*, tributum Regi debitum interpretatur. V. *Regalia.*

REGIVS, praecipuus, primarius. Hac notione *Regium turrim* dixit Ordericus Vitalis lib. 10. quemadmodum *Regias* nude vocabant maiores innues palatiorum et baſilicarum. V. *Regia* 3. Voſſius l. 1. de Vitiis ſerm. c. 33. obſeruat a pleriſque Davidem dici *Regium prophetam* vel *pſalmum*, pro quo mallet *Rex propheta* vel *pſaltes*; quod *Regius* non ſit Rex ipſe, ſed ad Regem pertinens; quare potius Nathan ipſi diceretur *Regius propheta*, etſi non quaſi propheta, quomodo vir Dei erat, ſed quia filius Regis. REGIVS HOMO, fiſcalinus; *Regia femina*, fiſcalina, in Lege Ripuar. tit. 16. §. 2. V. *Homines Regis* in *Homo.* REGIVS MORBVS, lepra veteribus. S. Hieronymus l. 2. adu. Rufinum ſub finem. V. *Morbus Regius.*

REGLOBARI dicitur exercitus diſperſus cum in vnum globum redit, in Barthii Gloſſario, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. p. 339. ex Hiſtoria Palaeſt. Fulcherii Carnotenſis.

REGLVVERE, pro *Reglubere* vel *Deglubere*, Excoriare, pellem detrahere. Gloſſae Lat. Gr. *Reglubo*, ἐκδέρω. Aliae Graec. Lat. Ἐκδέρω, *Decoria,*

corio, deglubo. Item: Ἐκδέρω, *deglubo.* V. *Deglubere.*

† REGMA, epilepſia, to. 6. Iul. pag. 658.

REGMEN, pro *Regimen*, vt *Tegmen* pro *Tegimen.* Walafridus Strabo de SS. Martyr. Hyenſibus, tom. 1. Ian. p. 237.

REGMENTA, ludi ſpecies. V. *Tricharia* in *Tricare.* Legendum eſt *Reginesa*, vt habetur ſupra.

† REGNABILIS, conueniens, congruus, a Gall. *Régnable.* Ch. ann. 1336.

REGNACVLVM, paruum regnum. Chronicon Angl. Th. Otterbourne p. 8.

REGNALIS, regius, regalis. *Regnalis ciuitas*, *Regnalis curia*, *Regnale conſiſtorium*, in Charta ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. p. 578. col. 1.

REGNANS, pro *Imperans*, legitur apud Goldaſtum in Chartis 28. 47. 81. et 86. REGNANTE CHRISTO, Formula notis Chartarum arithmeticis olim ſæpe ſuperaddita, pro ſcriptoris arbitrio, nulla vnquam certa lege, neque occaſio excommunicationis, qua Philippus I. ob Bertae repudium et Bertradam ſuperductam ſemel atque iterum percuſſus eſt, vt quidam ſomniarunt: quod quam a vero abhorreat, tam valide ac manifeſte demonſtrarunt Beslius et Blondellus, vt nemo contra obmutire in poſterum auſurus ſit impune, inquit Mabillonius Diplom. pag. 204. Et certe longe ante hanc excommunicationem, anno ſcilicet 889. habemus Chartam *anno 11. quo mortuus eſt Karolus Imperator, Regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, nobis autem expectante Rege ab ipſo largitore.* Haec apud Baluzium in Notis ad Actum CXXXVIII. tom. 2. Capitul. col. 1535. et ſeq. vbi plura laudat vetera monumenta Philippo I. antiquiora, in quibus exſtat haec formula. Adde Mabillon. Diplom. pag. 199. 201. 422. etc. Verba autem *Regem exſpectante* vel *ſperante*, quae ſaepius *Regnante Chriſto* ſubiunguntur, interregnum ſignificant, non ſemper in toto regno, ſed interdum in peculiari prouincia, in qua Charta condita eſt, nempe quod in ea prouincia nouus Rex necdum pro vero Rego haberetur. V. nouam Hiſtoriam Occitan. to. 2. p. 164. n. 87.

† REGNARE ALICVBI, habitare, verſari. Inquiſit. an. 1268.

REGNARI, regi, ſubeſſe, eſſe ſub imperio. Vetus interpres S. Irenaei l. 4. c. 33. num. 11. vlt. edit.

REGNATIO, regnum, regni adminiſtratio, regimen, apud Cornelium *Zantfliet* in Chronico.

REGNATVS, idem quod *Regnatio.* Ratherius Veron. l. 1. Praeloq. ap. Marten. tom. 9. Ampliſſ. Collect. col. 807.

REGNIAGIVM. Charta Milonis de Granceio Milit. an. 1193. in Tabular. Albae-ripae Dioeceſ. Lingon. *Dedit nobis paſturas ſuas de Verney, ſicut aqua eiusdem villae diuiditur verſum campum, libere et abſque retentione, et quod nos faciamus ibidem Regniagium, id eſt bordam, ſi nobis neceſſe fuerit.*

REGNICOLA, Indigena. Geſta Manfredi et Conradi Regum apud Murator. to. 8. col. 609. *Legem ponit Regnicolis, nonosque ſecretarios . . . ſtatuit.* Obſeruat Voſſius l. 3. de Vitiis ſerm. c. 41. non minus κακόφωνος *Regnicolas* dici quam *Coelicolas*, ſed vſum veterum non admiſiſſe; nollet tamen in verſu ſemper damnari.

REGNIFICARE, in Regem conſtituere. Vtitur Lucifer Calaritanus lib. de Regibus Apoſtaticis.

REGNIFICATOR, qui conſtituit in Regem. Chronicon Romualdi II. Archiep. Salern. apud Murator. to. 7. col. 21.

REGNIGENA, in regno natus, indigena. Charta an. 1355. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 600.

† REGNIS, habena, lorum, Gall. *Rêne.* Ch. Mſ. a. 1312.

REGNVM. (1) Corona regalis. Geſta Conſtantini M. p. 483. *Iuſſit eos ſecum prandere, . . . et ſingula lecta eis ſterni; in vno lecto inſſit ad caput Regnum poni.* Anaſtaſius in Conſtantino PP. de Tiberio Imperatore eumdem Pontificem Conſtantinopoli excipiente: *In die autem qua ſe*

vicissim viderunt, Augustus Christianissimus cum Regno in capite sese prostravit, pedes osculans Pontificis. De corona imperiali intelligendus etiam, ni fallor, idem Anastasius in Theodoro PP. de quodam Mauricio Chartulario aurarta; *quia sibi Regnum imponere voluisset*, seu vt alii emendant, *quia affirmabat eum sibi Regnum imponere velle.* REGNVM, Corona pensilis supra altaria, in aedibus sacris. Anastasius in Leone III. PP. (2) Pro *Imperium*, in Charta 55. et aliis, apud Goldastum. Vicissim *Imperium* pro *Regnum*, in veteri Charta apud Perardum in Burgundicis p. 23. V. Mabillon. Diplom. p. 195. REGNVM, nude per excellentiam dicitur Regnum Neapolitanum apud Iurisconsultos praesertim Italos; hinc apud Gallos *Cheval du Regne*, pro Equo Neapolitano, *Courtier de Naples*. V. Brencmannum in Diss. 1. de Rep. Amalphitana p. 17. et Baile tom. 1. *des Reponses aux Questions d'un Provincial* c. 15. pag. 103. edit. in 8. REGNVM ANGLIAE, quando primum ab exteris nationibus *Regnum* dici coeperit, docet Elmhamus in Vita Henrici V. Reg. Angl. c. 35. (3) Pro Ducatu, seu prouincia Ducis, in Lege Alaman. c. 35. §. 1. Lex Bajwar. tit. 2. c. 10. §. 1. *Si quis filius Ducis tam superbus vel stultus fuerit, vt patrem suum dehonestare voluerit, . . . vel Regnum eius auferre ab eo.* Decreta Tassilonis Ducis Bajwariae apud Canisium et alios: *In anno 22. Regni religiosissimi Ducis Tassilonis Gentis Bajwariorum, etc.* V. *Rex*, Dux, Comes. (4) REGNVM appellatur in Missa Mozarabum vna e partibus hostiae, quam in nouem partes frangit sacerdos sacra faciens. V. Cardinalem Bona l. 1. Rerum Liturgic. c. 11. n. 5. et Mabill. in Append. ad Liturgiam Gallicam p. 449. (5) REGNORVM LIBER, qui vulgo *Regum*, dicitur passim Tertulliano, Cypriano, Augustino, Lucifero Calaritano, et aliis.

† REGOLIVM. (1) Nomen *carrocii* s. currus, in quo vexillum Parmense imponebatur. Murat. t. 9. Script.

(2) Locus concameratus, vt videtur, forte ab Ital. *Rigoglio*, spiraculum. Stat. Taurin. a. 1360.

REGRADARE. (1) E gradu deiicere, cogere descendere. Gloss. Lat. Graec. et Graec. Lat. *Regrado*, καταβιβάζω. (2) † In gradu restituere. Epist. Ms. a. 1077.

REGRADATIO, καταβιβασμὸς, in Glossis Gr. Lat. Poena militaris, ciuilis, et canonica, cum quis a gradu dignitatis deiicitur. S. Hieronym. Ep. 61. c. 5. *Finge aliquem Tribunitiae potestatis sue vitio Regradatum, per singula militiae equestris officia ad tyronis vocabulum, etc.*

† REGRADVM, honorarium, in Ch. Ms. Henr. reg. Angl.

REGRATARIA, interpolatio, mangonium, Gall. *Regraterie*. Charta Richardi II. Regis Angl. ann. 1399. apud Rymer. tom. 8. p. 85. col. 1. *Homicidia, depraedationes, latrocinia, mahemia, extorsiones, oppressiones, Regratariae, ac excessus laboratorum, etc.* REGRATARIA dicta olim platea Parisiis, in Charta ann. 1218. in Tabular. N. D. de Campis Domus sita habetur *in Regrataria iuxta Judaismum.*

REGRATARII, REGRATATORES, qui res emunt, vt possint postea pluris vendere, et aliquid de iusto et solito earum pretio insuper corraderé, vnde vocabuli etymon, quod frustra ab Anglico deducit Skenaeus: Gallis enim *Corradere*, *Regrater* dicitur. *Dardanarii* videntur appellari in lure ciuili: *Vltimi negotiatores*, in l. 6. Cod. de Dignitatibus. Charta Ludouici VII. pro Aurelianensibus an. 1178. *Regratarii non emant victualia infra banlieuam, et vendant Aurelianis.*

† REGRATIAMENTVM, REGRATIATIO, gratiarum actio, in Ch. a. 1436.

REGRATIARE, gratias agere, Gallis olim *Regracier*, apud Thomam Archid. in Hist. Salonitana c. 50. Ital. *Ringraziare*. REGRATIARI, eadem notione, apud Acherium to. 6. Spicil. p. 78. to. 7. p. 297. Muratorium to. 6. col. 171.

RE-

REGRATIATIO, gratiarum actio, in Proceſſu de B. Petro Luxemburg. to. 1. Iul. p. 559.

REGRATIATORIE, cum gratiarum actione, in Bulla Clementis VI. PP. an. 1346. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 532. col. 2.

REGRATIATVS, qui gratias egit, a *Regratiari*, in Charta Officialis Rotomag. an. 1477.

REGRATIO, idem quod *Regratiatio*, niſi ita legendum ſit. Literae a. 1285. apud Rymer. tom. 2. p. 313. *Ad loca unde exeunt beneficiorum flumina, dignis Regrationibus revertantur.*

REGRECIA, idem quod *Regreſſus 1.* Placitum Narbon. a. 862. in Probat. nouae Hiſtor. Occitan. tom. 1. col. 113.

† REGREDI, regerere, reportare, in Comput. a. 1399.

REGREGARE, *Recolligere*, in Gloſſario Barthii, ex Hiſt. Palaeſt. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. to. 3. Reliq. MSS. p. 299.

† REGRESSA, praeſtatio annua, quod ſingulis annis regrediatur. Reg. feud. Aquit.

REGRESSIVM, idem quod *Regreſſus 1.* Charta aerae 944. to. 3. Annal. Bened. p. 696. col. 1.

REGRESSVS. (1) Charta Willelmi Sancii Comitis apud Stephanotium to. 1. Antiquit. Vaſcon. MSS. pag. 481. *Cartem de Brocarez donamus S. Seuero cum exitibus et Regreſſibus, ſicut nos tenemus et poſſidemus.* Alia vetus Charta apud eumdem Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. pag. 329. *Cum manſis, campis, in curtis, hortis, cum exeis et Regreſſibus, cum eccleſia S. Hylarii conſtructa, etc.* Similia paſſim occurrunt in veteribus Inſtrumentis, vbi *Regreſſus* idem ſonat quod *redditus*, prouentus, vt ſatis patet ex Charta ann. 1153. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 544. *Ego Raymundus Trencavelli Biterrenſis Vicecomes dono tibi Rogerio de S. Benedicto, ac tuae poſteritati, meum caſtellum quod vocatur Eiſalabra, videlicet cinctum ſuperiorem cum ſuis exitibus atque Redditibus, ſeu Regreſſibus*, vt in aliis huiuſce formulae locis legitur. V. *Regreſſum* et *Exius*. (2) Idem quod Practicis Gallicis *Recours*, Praes, cautio; hinc *Recurſum habere*, pro Sponſorem appellare. Vlpianus leg. Sed et ſi. §. Item ſi res Dig. tit. 3. de haeredit. petit. *Niſi emptores Regreſſum ad bonae fidei poſſeſſorem habent.* (3) Reditus in poſſeſſionem rei dimiſſae vel amiſſae. Charta Bernardi de S. Walarico apud Kennettum Antiq. Ambroſden. ad ann. 1171. p. 127. *Manerium etiam totum de Wulgariſcote cum omnibus pertinentiis ſuis dedi et conceſſi domino meo Regi . . . . ita quod neque ego neque haeredes mei Regreſſum habeamus vel calumpniam aliquam verſus aliquos de praefato manerio.* In re beneficiali maximo in vſu eſt vox *Regreſſus*, Practicis Gallicis *Regrès*, diciturque de eo qui beneficium eccleſiaſticum alteri tranſmiſit aut cum eo permutauit certis conditionibus; quae ſi non adimpleantur, primus poſſeſſor redire poteſt in poſſeſſionem beneficii tranſcripti aut permutati: quando vero locus ſit regreſſui, a iuris canonici peritis quaerendum eſt. REGRESSVS PER CESSVM *et deceſſum*, in Praeconiſatione Hectoris de Rupeforti in Epiſcopum Tullenſem ex Regeſto Cancellariae Apoſtolicae, Hiſt. Tull. pag. 615. (4) † Reſponſorii pars, quae poſt verſum repetitur, Gall. *Reclame*. Caeremon. vet. Mſ.

† REGRETA, pro *Regraturia*, in Cam. Comput. Pariſ.

REGVA, Riuus. Donatio facta Monaſterio S. Victoris Maſſil. ann. 1043. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 406.

REGVAITA, Cuſtodia, V. in *Waitae*.

REGVARDATOR, idem qui ſupra *Regardator foreſtae* in *Regardum 2.* V. mox locum in *Reguardum 2.*

REGVARDIAE, Excubiae. Statuta Montis-Regalis p. 179. V. *Warda*.

REGVARDIVM, REGARDIVM, idem, vt videtur, quod ſupra *Regardum 4.* Cenſus annuus, praeſtatio. Charta ann. 1235. e Polyptycho Fiſcamnenſi.

REGV-

REGVARDVM. (1) Idem quod *Reguardium*. Hiſtoria Beccenſis MS. pag. 447. n. 2. V. *Regardum* 4. (2) Viſitatio foreſtarum, vel quod inſpectori foreſtarum ſoluitur pro earum viſitatione. Charta Roberti Ducis Normanniae Richardi filii, e Regeſto P. Camerae Comput. Pariſ. V. *Regardum* 2. (3) Forreidem quod infra *Reſpectus*, Mora, dies dilatus. Charta conuentionis Raymundi Comitis Barcinon. cum Ermengaudo Comite Vrgell. ann. 1064. Marcae Hiſpan. col. 1126.

REGVAYTA, Cuſtodia, V. in *Waitae*.

REGVDA. Charta Briuatenſis a. 1376. *Benedictus Amhuni faciat Regudem in hoſpitio Crotae*. Haud ſcio an idem ſit quod *Reguayta*, Cuſtodia.

REGVDES, f. Redditus, prouentus, niſi quis malit idem eſſe quod *Reguardium*, Cenſus annuus. Conſecratio Eccleſiae S. Petri Campi-Rotundi ann. 1169. Marcae Hiſpan. col. 1352. *Praeterea conceſſit dicto monaſterio omnes Regudes, vel qualeſcumque donationes ſiue poſſeſſiones, vel acquiſitiones, quas praefatum monaſterium habet . . . vel deinceps iuſte adquiſierit.*

REGVLA. (1) Canon, exactio, penſitatio. Charta Athanaſii III. Epiſcopi Neapolitani ſub an. 937. (2) *Necrologium*. Hinc *in Regula inſcribi*, idem valet ac in Necrologio, quod in omnibus fere Monaſteriis, maxime Benedictini Ordinis, idem Codex et Martyrologium, et Regulam, et Necrologium contineret, et ex iis quotidie in Capitulo aliquid Monachis praelegeretur: ex Martyrologio, vt oratio ſancti diceretur: ex Regula, vt memoriae mandaretur, ex Necrologio vero, vt pro defunctis hac die tum Monachis, tum aliis in ſocietatem beneficiorum adſcitis oraretur: defunctorum enim et benefactorum nomina referebantur in eum codicem, vt pro iis obituum diebus preces ab omnibus funderentur. Capitulare Aquiſgranenſe an. 817. cap. 69. *Vt ad Capitulum primitus Martyrologium legatur, et dicatur verſus, deinde Regula, aut Homilia quaelibet legatur.* (3) Idem quod *Canon poenitentialis*, in Capitulis Aithonis Epiſcopi Baſileenſis cap. 6. Leo IV. PP. in Epiſt. ad Epiſcopos Britanniae. (4) Pro *Regiola*, vt viderur, mendoſe. V. *Regiola* in *Regia* 5. (5) Monaſterium a Regula monaſtica in eo obſeruanda ſic dictum. Tabularium S. Mariae Andeganenſis. (6) Principium, axioma, vel argumentum ſeu hypotheſis. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 2. cap. 7. num. 2. *Soluta eſt ipſorum, ſecundum ſuam Regulam, maxima blaſphemia.* (7) Oppidum vel vicus et ipſius loci commune, in agro Cadubrii ſeu Cadorino. Statuta eiusd. Cadubrii lib. 1. cap. 16. *Iubemus, quod eligantur ſingulis annis Iurati in Cadubrio . . . vnus pro qualibet Regula, et quaelibet Regula ſuum Iuratum eligere teneatur ſimul cum ſuo et ſuis mericis.* V. *Regulatus* 3. et *Regulatores* in *Regulare*. (8) Verſus, verſiculus. Voces *Reguloe* et *linoae*, recentioribus in vſu, pro *verſu* libri ſeu *verſiculo*, vt Latini loquebantur, prorſus reprobat Voſſius lib. 1. de Vitiis ſermon. cap. 26. (9) REGVLA CANONICA, Norma ſacris canonibus conſentanea. Capitulare 4. an. 806. c. 2. Adde lib. 6. Capitul. cap. 246. REGVLA CANONICORVM, eadem quae Monachorum. Capitulare Aquisgran. an. 816. cap. 3. (10) REGVLA FERREA, in iudicio ferri candentis adhibita, vectis, Gall. *Barre*. Chronicon Mutin. ad an. 1329 [illegible] apud Murator. tom. 11. col. 1191 [illegible] in *Ferrum candens*. (11) † Pro *Regularis*, monaſticae regulae addictus, apud Lamium in Delic. erud. part. 2. pag. 316.

REGVLABILE, *quod regi vel moderari poteſt*, apud Goclenium in Lexico.

REGVLAMENTVM, a Gall. *Reglement*. Bleynianus Inſtit. pag. 140.

REGVLARE. (1) Componere, ordinare, res ad *regulam* et amuſſim exigere, Gall. *regler*. Gloſſae Graec. Lat. κανονίζω, *Regulor*. Coelius Aurelius de Tardis paſſion. *Regulantur vel*

vel diriguntur eorum virtutes, etc. (2) Lineas in charta ducere, exarare, quomodo *Regler du papier* dicunt Galli. Guigo I. in Statutis Cartusianor. cap. 28. §. 2. (3) REGVLARE SE, se tractare, moderari, conformare. Chronicon S. Bertini apud Marten. to. 6. Ampliss. Collect. col. 620.

REGVLARE MONASTERIVM, vbi degunt monachi, ad discrimen monasteriorum vbi degebant clerici seu canonici. Diploma Ludouici Pii an. 827. pro Monasterio Deruensi, apud Mabillon. sæc. 3. Bened. part. 2. p. 630. V. *Monasterium.* REGVLARE OFFICIVM. Ardo in Vita S. Benedicti Anian. num. 57. *At cum alterius diei Regulare expleſſet officium, et Curſum perſolvere vellet, etc.* Mabillonius in Onomastico ad calcem Actorum SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. existimat, *Regulare officium* illud dici, quod ex praescripto Regulae S. Benedicti; *Curſum* vero esse illud, quod ritu Romano recitabat Benedictus ex ipsius Vita.

REGVLARES. (1) Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 96. *Fecit enim et tres Regulares argenteos ſuper rugas, per quas ingrediuntur ad altare, vbi imaginas in frontiſpicio conſtitutae ſunt.* In Hadriano pag. 112. *Fecit etiam ter beatitudo eius imagines ſex ex laminis argenteis inueſtitas; ex quibus tres poſuit ſuper rugas, qui ſunt in introitu Eccleſiae Preſbyterii, vbi et Regularem ex argento inueſtito fecit, et poſuit ſuper eumdem Regularem praefatas tres imagines.* Mox: *In ſuperiori vero ruga, id eſt, in medio preſbyterii faciens alium Regularem ex argento inueſtito, conſtituit ſuper eum reliquas tres imagines, etc.* Ex praedictis Bulengerus, et ex eo Ludouicus *de la Cerda*, *Regulares* fuisse existimat virgas ligneas aut aereas, quibus vela adducebantur aut reducebantur: quae quidem sententia quam a vero absit, ex eo patet, quod Regulares dicantur sustinuisse imagines, arcus et alia ornamenta, et ad eos appensa interdum fuisse vela, quae etiam imagines inibi stantes velarent: tametsi haud omnino proclive sit diuinare, quid fuerint. Id constat, Regulares versus Presbyterium fuisse, quo fere loco *rugae* erant, ita vt ferme eo concesserint, vt Regulares fuisse putem id, quod Graeci κίονια vocant, *Cancellos fuſiles* Leo Ostiensis: cum etiam ad cancellos altaris vela appenderentur. Isidorus lib. 16. cap. 19. et ex eo Papias: *Regulare aes dicitur, quod ab aliis ductile appellatur, quale omne Cyprium eſt. Ductile vero dicitur, quod malleis producatur: ſicut contra fuſile, quia funditur. Regula aeris*, apud Warnefridum de Gestis Longobard. lib. 3. cap. 4. V. nostram Descriptionem Aedis Sophianae num. 70. (2) Apud *Compoſitas*, seu Computi Ecclesiastici conditores, alii sunt *ſolares*, alii *lunares*. *Regularis ſolis*, est numerus inuariabilis datus mensi, qui adiunctus *concurrenti*, declarat, qua feria septimanae quilibet mensis intret, cuius fuerit regularis: Diciturque Regularis a Regula, quia inuariabilis est. Habent porro ortum Regulares a Martio, etc. Haec pluribus exsequuntur *Compoſitae*, ac in primis Fulbertus Carnotensis in Computo, Honorius Augustod. lib. 2. de Imag. mundi cap. 81. 89. Durandus lib. 8. Rational. cap. 5. num. 5. et Iosephus Scaliger de Emendat. temp. lib. 7. pag. 749. et 777. qui obseruat, Regularium doctrinam nunc esse superfluam, cum via ad inueniendum feriae longe expeditior sit per cyclum Romanum, seu per literas dominicales. REGVLARIS LVNARIS, est numerus inuariabilis, datus mensi ad inueniendum Lunam in Kalendis mensium singulorum. V. eumdem Durandum lib. 8. cap. 8. (3) Monachi. Capitulare seu Synodus Vernensis an. 755. cap. 3. Haec ad indicandam vocis antiquitatem; hodie enim notissima est pro quibusuis religiose vitae addictis viris, Gall. *les Reguliers.* REGVLARES CANONICAE, Monasteria. V. *Canonica Regularis* in *Canonicus.* REGVLARES LITTERAE, vel Epistolae. V. *Canonicae Epiſtolae.*

REGV-

† REGVLARE. (1) Regulam monaſticam profiteri. Dial. Creatur. (2) Regula ſeu ſtatuto contineri, in Ch. Mſ. a. 1302.

REGVLARIA. Charta Guillelmi Laudunenſis Epiſcopi, apud Ducheſnium in Probat. Hiſt. Guinenſis pag. 378. *Item terragia Regulariarum et paſturegiorum in territorio de Laual, quando excoluntur.* † Idem videtur quod *Communia* 2, paſcuum commune. V. *Regulariter* 2.

REGVLARIS, V. *Regulares* et *Regulare*. REGVLARIS INSTITVTIO, V. *Canonicus*. REGVLARIS OBSERVATOR *S. Benedicti*, qui ſeruat Regulam S. Benedicti. Amalarius in Supplemento apud Mabillon. to. 2. Analect. pag. 100.

REGVLARISSA, quae obſeruat regulam monaſticam. Buſchius de Reformatione Monaſt. apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunſuic. p. 864.

REGVLARITER. (1) Secundum leges, *regulas* ſeu canones, Vlpiano non ſemel, S. Auguſtino lib. 2. de Doctr. Chriſt. cap. 29. et aliis Scriptoribus eccleſiaſticis paſſim. (2) † Communiter, in Ch. a. 1328.

REGVLARIVS, regularis, monaſticus. Praeceptum Caroli C. in Appendice Marcae Hiſpan. col. 785.

REGVLATOR, rector communiae in Italia, in Ch. an. 1364. V. *Regulare* 1.

REGVLATVS. (1) Regulis ſeu lineis diſtinctus, Gall. *Raïé*. Ordinarium S. Pauli Lugdun. apud Seuertium Hiſt. Lugdun. p. 357. (2) Ad Regulam inſtitutus, ordinatus, Gall. *Reglé*. Epiſtola Abbatis anonymi apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 496. (3) Territorium, diſtrictus, in agro Cadorino. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 73. V. *Regula* 7. et *Regulator*.

† REGVLELLVS, diminut. a *Regulus*, apud Ludewig. to. 9. Reliq. p. 230.

REGVLERIVS, qui ius habet *regulae* ſeu communitatis, in agro Cadorino. V. in *Regula* 7.

REGVLIOSVS, V. *Regulioſus*.

REGVLVS. (1) Filius Regis, Τὸς βασιλέως, in Gloſſ. Graec. Lat. Gloſſae MSS. *Regius puer, Regis filius, vel qui de Rege, vel a Rege derivatus*. Atque ita forte ſunt *Reguli* apud Ammianum lib. 18. quos Reges potentioribus Regibus obnoxios fuiſſe cenſet Henricus Valeſius. (2) REGVLVS, et SVBREGVLVS, ſaepe occurrunt in Conciliis Anglo-Saxonicis, priore voce *Comitem*, altera *Vicecomitem* denotantibus. Tabular. Wigorn. Eccl. *Ego Vthredus Deo donante Regulus Wicciorum conceſſi fratribus Deo ſeruientibus in Monaſterio Wigorniensi, licentia Offae Regis Merciorum, Stoke, etc.* Scripta vero haec donatio an. 770. ita ſubſcribitur: *Offa Rex Merciorum, Mildredus Wicciorum Epiſcopus, Vthredus Regulus, Aldredus Subregulus, fratres*. Et in Charta Offae Regis an. 786. ſubſcribunt *Offa Rex, Vthredus Subregulus Wigorniae ciuitatis*. Ex alia tamen Charta *Subregulus* videtur idem eſſe cum *Comite*: *Aethefred Rex Merciorum cum Comite Subregulo Hwicciorum Osbere*. His igitur locis *Subreguli* videntur, qui hodie *Vicereges*, vel certe potioris fuiſſe dignitatis quam Comites. Gloſſae antiquae MSS. *Regulus, ſecundus a Rege*. Videntur autem *Subreguli* iſti appellati lingua Saxonica *Half-Kineg*, id eſt *Semireges*. V. Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 231. Seldenum de Titulis honor. pag. 603. et infra in *Subregulus*. (3) Serpens idem qui Plinio *Baſilicus*. *Baſiliſci, qui Latine Reguli*, Luitprando lib. 1. Hiſt. c. 5. vbi de variis ſerpentibus. Iſidorus lib. 12. Orig. c. 4. (4) Talus luſorius. Talos ſuos *Vulturios Regulosque* vocabant antiqui, vt docet Coelius Rhodig. lib. 20. cap. 27. *quia pro numeris, ſeu punctis, quibus teſſerae notantur, effigies animalium habebant, aut vulturum aut Regulorum*, vt habet Turnebus lib. 5. Aduerſ. cap. 6. V. Godwinum Anthol. Rom. lib. 2. ſect. 3. cap. 13. (5) † Ager, Gall. *Canton*. Ch. Mſ. an. 1328. V. *Regulatus* 3.

† REGVMANDARE, pro *Recommendare*, exhortari, in Ch. ann. 715.

apud

apud Murat. to. 6. Antiq. Ital. pag. 368.

REGVRGITARE, redundare, Gall. *Regorger*. Geruasius Tilberiensis de Otiis Imper. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 977.

REGVS, riuus, riuulus, Ital. *Rigo*. Donatio facta Ecclesiae Barcinon. an. 944. Marcae Hispan. col. 857. Vide *Reicus*.

REGWADIARE, V. *Renadiare* in *Vadium*.

REGYRARE, in gyrum et orbem reuolui, redire. *In Hispaniam Regyrauit*, Gall. *il alla refaire un tour en Espagne*. Glossae Lat. Graec. *Regyrare*, περιελίττω. Barthius in Glossario ex Hist. Palaest. Roberti Monachi, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 114. *Regirare, equis retro flexis ad suos redire. Girare et Regirare*, de riuulo flexuoso dicitur in Diplomate ann. 1158. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 236.

REGYRATVS. Caesarius lib. 4. cap. 44. *Quam, sicut mihi retulit beatae memoriae domina Elizabeth eiusdem coenobii abbatissa, sorores in lecto suo ponentes, et principium Euangelii S. Iohannis super eam legentes, mane Regyratam*, hoc est in alterum latus conuersam, non innixam super cubitum; vt exponunt Macri fratres in Hierolexico.

REHABERE, Iohanni de Ianua, *iterum habere quod iam habuimus et habere desinimus*. Charta Philippi Aug. an. 1204. e Tabulario Episcopatus Autissiod. *Si contigerit feodum illud et homagium ad Episcopum Autissiodorensem reuerti, nos et heredes nostri procurationes praedictas Rehabebimus, sicut prius*. REHABITIO, recuperatio. Consuetud. Iacobi Regis Siciliae cap. 23.

REHABILITARE, in integrum restituere, Gall. *Rehabiliter*. Robertus Goulet in Compendio iurium Vniuersitatis Paris. fol. 8. vo.

REHABILITATIO, in integrum restitutio, Gall. *Rehabilitation*, in Capitulo generali Ord. Cisterc. ann. 1439. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1597.

REHABITIO, recuperatio. V. *Rehabere*. † REHABITATIO, *Rehabitio*, restitutio, in Ch. Ms. a. 1219.

REHALTO, in Charta Rainaldi Episcopi Nouiomensis an. 1177. V. in *Groinum*. Sunt autem *Rehalto* et *Rehausto*, spicae non omnino trituratae, minora stramina, palese leuiores, quae rastello aut ventilatione a frumento seperantur, Gall. *Hauton* et *Aulton*. Charta Philippi Flandriae Comitis an. 1169. e Tabulario Compendiensi: *Rehaltonem non debet habere nisi nutrisuram porcorum Ecclesiae habuerit*. Literae Curiae Ambian. an. 1244. ex eodem Tabulario: *Arnulphus maior de Herces et uxor eius recognouerunt se vendidisse Abbati et Conuentui Compend. totum cariosum, totum pastum, totum hautonem, totum Rehautonem, etc.* Si quid discriminis est *hautonem* inter et *rehautonem*, ille, si bene opinor, in quibusuis purgamentis rastello vel ventilatione a frumento separatis sirus fuit, hic autem in eo, quod ex huiuscemodi purgamentis vtilius extrahi poterat ad animalium pabulum, puta porcorum, etc. V. *Halto* et *Hauto*.

REHAVTO, V. mox in *Rehalto*.

† REHEMPTIO, redemptionis pretium, REHEMPTIONARE, redimere. Litt. remiss. Ms. a. 1358.

† REHENCIONARE, pecuniam redemptionis nomine extorquere, in Ch. Ms. a. 1363. V. *Rensso*.

REHIBITIO, mendose pro *Redhibitio*, de qua superius, in Chronico Idatii, to. 2. Concil. Hispan. pag. 173.

REHISCERE, contra vel vicissim hiscere. Glossae Lat. Gr. *Rehisco*, ἀντιπροσαγορεύω, ἀντιχαίω, vel ἀντιχαίνω, vt habetur in MS. Sangermann. Glossae Gr. Lat. Ἀντιπροσαγορεύω, *Resaluto, Rehisco*.

REHOSPITARE, hospitia seu aedes restaurare, reficere. V. *Exhospitare* in *Hospes*.

REIA. (1) Modus agri proscissus, ex Gallico *Raye*, seu, vt Picardi efferunt, *Reie*. Tabularium Prioratus Lewensis in Anglia pag. 21. *Omnis Lanceta, omnis Tofiman, et omnis Molman, qui non sedet super Ogeland, debent spargere vnam Reiam de fimo,*

id

id eſt, ſtercorare debet vnam ſtrigam, ſeu verſum, Gallice: *Ils doivent eſpandre du fumier ſur une Raie de terre.* Chartularium Monaſterii Aquicinctenſis fol. 46. *Debet etiam ei monachus ſemel in anno carrucam ſuam accommodare ad quamcunque Reiam voluerit.* V. *Rega.* (2) Linea, ordo, Gall. *Raie.* Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 27.

† REIACERE, i. q. iacere, poſitum eſſe, ap. Murat. to. 1. Antiq. Ital. p. 432.

REIBVS, in MS. Gwelſerbyt. Eccardo teſte, pro *Reipus:* quod vide.

REICERE, pro *Reiicere* ſaepius ſcribitur in veteribus inſtrumentis vitioſa temporum ſcriptione, vel pronuntiatione.

REICOLA, REICVLA, V. *Recula.*

† REICVLVS, paruum rete, in Gloſſar. Gall. Lat. ann. 1352. V. *Retiaculum.*

REICVS, idem quod ſupra *Regus*, Riuus, riuulus. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae an. 1435. e MS. D. Lancelot.

† REIECTVS MARIS, accretio ex *reiectu* maris formata. Ch. Mſ. an. 1285.

† REIGVS, riuus, riuulus. Coll. Hiſt. Franc. to. 9. pag. 243. Vide *Reicus.*

REILARE, Piſcis, Gall. *Raye.* Vide *Raea.*

† REIMBVSOLARE, in *buſſolam* ſ. pyxidem reponere, in Stat. ant. Cumanae.

† REIMPARARE, iterum *emparare*, ſ. inuadere, in Chartul. S. Io. Angeriac.

† REIMPLAGIVM, expletio, completio, Gall. *Remplage.* Areſt. Mſ. a. 1414.

REINCIDENTIA, iteratus, lapſus, prolapſio, Gall. *Rechûte*, *Recidive.* Chronicon B. Mariae Bonae-ſpei p. 336.

REINCIDERE. (1) Recidere, relabi, Gall. *Retomber.* Litterae an. 1219. apud Rymer. tom. 1. pag. 230. col. 2. V. *Reincidentia.* (2) Denuo incidere. Chronicon Siciliae apud Marten. to. 3. Anecd. col. 82.

REINCIPERE, iterum incipere, Gallis *Recommencer*; apud Thomam Walſinghamum in Richardo II. et alibi. Breuiarium Hiſt. Piſanae apud Murator. to. 6. col. 168.

REINCISVS, iterum inciſus. V. *Reincidere 2.*

REINCORPORATIVAE LITERAE, quibus amiſſa bona recuperantur. V. *Recaptiuare.*

† REINCRESCERE, recreſcere, repullulare. Capitulo Caroli C. ann. 873.

REINFEODARE, in Conſuetudine Auguſtae Auſciorum MS. an. 1301. art. 68. dicitur is, qui rem aliquam ſub cenſu annuo poſſeſſam alteri tradit ea conditione, vt eumdem cenſum ſoluat priori domino, cui cenſus ille debebatur. V. *Feodum.*

† REINFIRMARI, morbo rurſum affici, to. 3. Aug. p. 308.

REINGRATIARI, gratias agere, rependere. Translatio S. Thomae Aquinatis, tom. 1. Martii p. 732. Italis *Ringraziare.*

REINHABITARE, iterum habitare. Elogium Iarenſonis Abbatis S. Benigni Diuion. e Necrologio eiusd. Monaſterii.

† REINQVANTARE, iterum auctionari. Ch. Mſ. a. 1501.

REINQVIETARE, idem quod ſimplex *Inquietare*, Perturbare, inquiete agere. Diploma an. 1033. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 401.

REINTEGRARE, redintegrare, inſtaurare, reparare, in priſtinum ſtatum reſtituere. Conuentio an. 1125. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. to. 2. col. 438. REINTEGRARE FEVDVM, V. *Feudum.*

REINTEGRATIO, in integrum reſtitutio, in Literis ann. 1358. apud D. Secouſſe.

REINTHRONIZARE, Epiſcopum aliumue in thronum rurſus inducere, in dignitatis poſſeſſionem iterum mittere. Epiſtola Agapiti PP. ann. 946. apud Marcum Hanſizium tom. 1. Germaniae ſacrae p. 197. V. *Inthroninare.*

REINTRARE, Gallis *Rentrer*, iterum intrare, introire, in poſſeſſionem redi-

redire, apud Iohannem Thwrotzium in Hist. Hungar. ad ann. 1438. cap. 25.

REINTRATIO, iteratus ingressus, introitus, apud eumdem Rymer. to. 5. pag. 262. et 737.

REINTRVDERE, iterum trudere. Constitutio Sixti IV. PP. an. 1479. in Bullario Carmel. p. 360. col. 1.

REINVADERE, iterum invadere, occupare. Bulla Iohan. XV. PP. ann. 988.

† REINVENIRE, reperire, recuperare, in Annal. Bertin.

REINVESTIRE, investire denuo seu in possessionem iterum mittere. Chronicon Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 555. V. *Investire* et *Vestire*.

REINVESTITIO, in possessionem iterata missio, in Literis Eugenii III. pag. 424.

REINVESTITVRA, idem quod simplex *Investitura*, Missio in possessionem. Bulla Leonis IX. PP. pro Canonicis Eccles. Tull. apud P. Benoit Histor. Tull. pag. CXXII. V. in *Investitura*.

REIPVS, REIPHVS, REIPVVS, *Pretium emptionis viduae matrimonii causa*, in Gloss. ad tit. Legis Salicae 46. qui inscribitur de *Reippus*, et in quo agitur de matrimonio viduae. Wendelinus *iteratum matrimonium* vertit, atque *iphus* id ipsum esse quod *Efae*, matrimonium, de qua voce egimus suo loco. *Reipus*, vt recte animaduertit Schilterus, non est ipsum emtionis pretium, sed mulcta pretii non soluti, praeter legem nuptiis celebratis. Alia fuit summa pretii emtionis, alia *Reipi*. In primo matrimonio pretium emtionis erat solidus et denarius; in secundo tres solidi cum denario: poena veto *Reipus* dicta erat 62. solidorum cum semisse. Lex Salica tit. laudato §. 2. *Si vero ista*, quae pro matrimonio cum vidua contrahendo §. 1. statuuntur, *non fecerit, illi, cui Reipus debetur, bis mille quingentis denariis, qui faciunt solidos LXXII. cum dimidio, culpabilis iudicetur*. Sed vnde nata vox? Facile patescit, inquit idem Schilterus. In MS. Regio in inscriptione et indice rubricarum expresse dicitur *Reipuse*, scilicet a *Reip* siue *Raub* et *Busse*, Mulcta ob raptum, vel quasi ob raptum. Wendelino succinit Eccardus, non recte.

REISA. (1) REISA, REYSA, et REISA, iter, ex Teutonico *Reise*, iter, vnde *Reisen*, iter facere: vel ex Saxonico, *Raese*, cursus, impetus, praecipitium: Miracula S. Catharinae Suecicae. *Equum ascendit, . . . et Resam suum sine omni difficultate perfecit.* Maxime vero haec vox vsurpatur pro expeditione, atque adeo excursione militari. Constitutio Friderici I. Imp. ann. 1187. apud Conradum Vspergensem: *Si in Reisa alicuius Domini, cum ipso Domino, cuius est Reisa, aliquis fuerit, qui, vt saepius contingit, incendium fecerit, Dominus ipse, cuius est Raisa, iurabit super Reliquias, quod non fecerit conscientia vel mandato, vel voluntate sua.* Iohan. a Leidis lib. 22. c. 2. *Otto Episcopus Traiectensis de Reisa et profectione Hierosolymitana reuersus, etc.* Ex his emendandum Chronicon Senonense cap. 16. *Vnde contigit Abbatem istius Monasterii claustri Medium Monasterii confluentiis dictorum armatorum ita astrictum, vt ab Imperatore ammonitus armatus in Resam Principis misere nequiret.* Perperam enim editum *Rhedam*. Non ausim indubitanter asserere, retineri non posse *rhedam* hac notione; vt re ipsa retinet Mabillonius in Actis SS. Benedict. saec. 3. part. 2. p. 480. Ab Armorico *Res*, cursus, et *Reda*, currere, *Rheda* dici potuit, vt videtur, pro expeditione militari. RAISA, eadem notione. Charta Conradi Ratisbonensis Episcopi an. 1205. in Metropoli Salisburgensi. to. 1. pag. 232. RAISOGVELDVM, idem quod *Herebannum*, mulcta irrogari solita ei qui in *raisam* seu *reisam*, id est exercitum, non pergit. Ita Auentinus. (2) REISA, Oryza, Gall. *Ris*, Germ. *Reiß*, vt videtur. Charta an. 1342. apud Steyererum in Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae. col. 64. *Sal, ferrum, cascos,*

caſeos, oleum, ficus, Reiſum, amygdala, vuam paſſam, ſpecies, piſces, ceram, vinum, bladum . . . debent vbique per terras noſtras et aquas, ciuitates et villas libere deducere.

REISSIVS, ſpecies caſei, V. *Raſſius.*

† REITERARE. TESTES, iterum illos interrogare, in Litt. remiſſ. a. 1373.

REITERATO, iterum, denuo, lib. 2. Annal. Genuenſ. apud Murator. to. 6. col. 338.

REIVA, piſcis, Gall. *Raye.* V. *Raea.*

REIVDAISATIO. Huius ritus ſic deſcribitur in Regeſto Sentent. Inquiſ. Toloſ. edito per Phil. Limborch. p. 230. *Poſtmodum vero reuerſus eſt ad Indayſmum, fuitque Reindayſatus ſecundum morem et ritum Reindayſationis a Iudeis in talibus fieri conſuetum, apud Vlerdam abraſo capite et abſciſſis capitibus vnguium manuum et pedum vſque ad ſanguinem, et facta immerſione capitis in aqua currenti.*

REIVRARE, denuo iurare. Charta an. 1146. apud D. Calmet. to. 2. Hiſt. Lothar. col. CCCXXVI.

REIVVENESCERE, *Rajouvenir*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. ex Iohanne de Ianua. Hoc verbum improbat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſermon. cap. 21.

REKETZ, Clauſtrum piſcinarium, in Legibus Hungaricis. Albertus Molnarus.

REKII, qui pugnabant aduerſus *Riſios*, de quibus infra in *Riſius.*

REKPENIS, Conſtitut. Roberti Dunelm. Epiſc. an. 1276. cap. 3. apud Thomam Blount in Nomolexico: *Porro huic ſanctioni adiicimus, quod ſi plures liberi proprium habentes, in parentum pariter familia viuant, ad denarios, qui nuncupantur Rekpenis, minime arceantur, cum ſic* (ſ. *ficus*) *communiter intrinſecis alantur a parentibus, ſic in extrinſecis ab eisdem laetentur pariter ſe defendi.* An idem quod *Denarius S. Petri*, de quo ſupra. Sed vereor ne mendum ſit in hoc vocabulo. Vox quidem *Peny* denarium ſolidumue ſignificat apud Anglos; ſed qui ſonet praepoſita vox *Rek*, prorſus ignoro, niſi forte ſit Latinum *Rex*: quo poſito *Rek-peny* idem eſſet quod Denarius Regis, ſeu Regi ſoluendus.

† RELA, vomer, in Leud. maior. Carcaſſ. V. *Relha.*

† RELAGIVM, relatio, to. 5. Sept. p. 118.

RELAMPTARE, relucere, ex Graec. λάμπειν. Viſio Taionis Epiſcopi Caeſaraugustani apud Garſiam Loyſam.

† RELANGA, RELANGIA, RELENGA, RELENGLA, dominium, *Regale*, Flandris vulgo *Reelenghe*; item curia ſuprema, in qua quidquid ad fiſcum pertinet, tractatur, Flandr. *Renenghe.* Ch. Mſ. ann. 1300. RENENGHA, idem, in Ch. Mſ. ann. 1290.

RELARGAGIVM, RELARGVEIVM, Prouincialibus *Relarguié*, quod domino ſolui debet pro iure pecorum in paſcua et ſiluas inducendorum. Charta an. 1403. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Paſcua ſine paſtorgagia ac glandagia et Relarguerias quaecumque . . . vendantur.* In alia eiusdem rei Charta ann. 1501. pro *Relarguería* legitur *Relargagia.*

RELASMA, vox ignota, V. *Ardus.*

† RELASSARE, vox Italica, dimittere, remittere. Stat. crimin. Cumanae.

RELASSVS, ſpatium in ſcripto vacuum, vbi ſcriptura interruiſſa eſt, ab Italico *Rilaſſo*, intermiſſio, Gall. *Relâche.* Statuta Vercell. lib. 7. fol. 220.

RELATARE. (1) Verbum Italicum, Referre, Gall. etiam olim *Relater*, vt in Conſuetud. Burbon. art. 159. Acta B. Guillelmi Erem. Xicleníis, tom. 1. Aprilis pag. 391. *Ipſe Relatans propter ea quae ſuis oculis vidit.* (2) † Regulis ligneis, Gall. *Lates*, inſtruere, Gall. *Relater.* Compos. Mſ.

RELATIO. (1) Intuitus, reſpectus, Paulo ICto leg. 11. Dig. de iuſtit. et iure: *Praetor quoque ius reddere dicitur etiam, cum iuique decernit; Relatione ſcilicet facta, non ad id, quod ipſe Praetor fecit, ſed ad illud, quod Praetorem facere conuenit.* In aliis vero libris iuris ciuilis *Relatio* dici-

dicitur Conſultatio a iudicibus ad Principem miſſa in rebus dubiis, vt videri poteſt lib. 7. Cod. tit. 61. et lib. 11. Cod. Theod. tit. 30. de appellat. et conſult. (2) † Dilatio, mora, in Ch. a. 1361.

RELATIVE, ex alterius relatione, in Vita S. Antonini Martyris ſemel ac iterum.

RELATIVVM, relatio, comparatio. Concil. Tolet. XV. inter Hiſpan. to. 2. p. 722.

RELATIVVS, relationem habens ad alterum, Gall. *Relatif. Homo Relativus eſt ad alterum generis*, apud Arnobium lib. 7.

RELATORES, qui *querelam ad iudices referunt*, in Capitulis Caroli M. lib. 2. cap. 26.

RELATORIAE, apochae, ſeu *Certificationes*, quae nauicularii dabantur, de relatis ac perlatis ſpeciebus, ab iis qui eas ſuſceperant. *Relatoriae traditarum ſpecierum*, in l. 8. Cod. Th. de Nauicular. quae *Securitates* vocantur l. 21. et 26. eodem titulo.

RELATORIVM, relatio, narratio, in Concilio Bracarenſi I. ſub Paſcratio primae ſedis Bracarenſis Epiſcopo ſub an. 411.

RELATVM. (1) Praeceptum, *Ordonnance*. Paſchaſius Radberrus in Epitaphio Walae Abbat. Corbeienſis lib. 1. cap. 26. (2) Charta, ſcriptum, in quo continetur *Relatio*. In Appendice Marculfi formula 46. inſcribitur, *Relatum quod dicitur Apennis*, mox que dicitur *Chartula relationis*. V. *Apennis*.

RELAXARE. (1) Dimittere, indulgere, Gall. *Relâcher*. Capitul. l. 5. c. 369. Sed haec vox Latinis nota non abſimili prorſus notione. (2) † RELAXARE TALIVM, ſiluae caeduae interdictum tollere. V. *Defenſa* 3. Ch. Mſ. a. 1341. (3) Eximere, liberare. Charta an. 1212. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1110. (4) Aluum purgare. Chron. Anonymi Salern. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 212.

RELAXATIO, remiſſio. *Relaxatio praeſcriptionis peremptoriae*, lib. 1. Cod. Theod. tit. 2. leg. 3.

RELAXATOR, qui *relaxat*, emittit. *Relaxator fluentium*, Caelio Aurel. lib. 2. Acut. c. 38.

RELAXVM, nauium ſtatio, vt arbitror, Gall. *Relâche*. Computus an. 1202. apud D. Bruſſel to. 2. de Vſu feudorum ad calcem p. CCVII. *Pro Relaxo et pro nane Gornaci paranda, et pro vinea facienda, et pro quadriga, quae addnxit harneſium apud Feritatem, etc.*

† RELAXVS, obiectaculum ligneum, a Gall. *Relais*. Ch. a. 1219.

RELEGENTER, legendo, relegendo. Notitia an. 850. Marcae Hiſp. col. 783.

RELEGERE LIBERTATEM, eam repetere, recuperare, leg. 2. de liber. cauſa tit. 8. Cod. Th.

RELEGIVM, RELIGIVM, idem quod *Relenium*. Charta Communiae S. Richarii an. 1126. in Regeſto Philippi Aug. Herouallano fol. 135. RELIGIVM IN DISPOSITIONE domini, idem quod *Relenium ad miſericordiam*. Charta Vrſionis Abbatis S. Richarii an. 1185. e Tabulario eiusdem Monaſterii. RELIGIVM AD NVTVM, eadem notione. Charta an. 1239. ex eod. Tabular.

RELENGA, RELENGLA, Vide *Relenga*.

† RELEPORIVS, vnus e famulis, qui ſeruitio archiepiſcopi Mediolanenſis addicti erant, apud Murat. tom. 1. Antiq. Ital. p. 637.

RELERE. Vox *relent* legitur in *Lama* 2. mendoſe omnino pro *vel et*, ſi recte edidit Leibnitius tom. 1. Scriptor. Brunſuic. p. 987.

† RELESEYVM, i. q. *Relaxus*, in Ch. Mſ. a. 1224.

RELETVM. Charta an. 1190. e Chartulario S. Medardi Sueſſion. *Item de bannali venditione vini Prior et Advocatus aequam ſortientur participationem, de qua Advocatus tertiam ſolummodo ſolebat habere partem. Sed Prior habebit venditionem ſi voluerit ad non Reletum, ſine ad Reletum, id eſt, Reech.* Haec Charta reuocatur in Declaratione an. 1320. vbi pro *Reech* legitur *Reſt*; quod ius ſic exponitur ibidem: *Au Prieur de Donchery et au Voué competent et appartiennent*

certain droits Seigneurial nomé et appelé le Ban vin, qui eſt tel; c'eſt à ſcavoir que ledit Prieur de ſon octorité, ſeigneurye, peult et lui eſt loiſible vendre ou faire vendre à détail en la ville de Douchery ſeize muids de vin, de quelque moyſon que ce ſoit, par chacun an. V. *Bannum vini* in *Bannum.*

RELEVAGIVM, V. mox in *Relevare feudum.*

RELEVAMEN. (1) Leuamen, ſolatium. Charta Regienſis ann. 1361. e Schedis Praeſ. de Mazaugues. (2) Idem quod *Relevium.* Charta Balduini Comitis Flandriae ann. 1201. in Tabulario S. Bertini. (3) † Dicitur de corpore alicuius ſancti quod e ſepulcro eleuatur, in Inſcript. ſaec. 13.

RELEVAMENTVM. (1) Vt *Releuamen*, Leuamen, ſolatium. Petrus de Alliaco de neceſſitate reform. in Concilio Conſtant. (2) Idem quod *Relevium*, in re feodali, ſed aliud ſonat in Cancellariis, vbi *Relevamentum appelli*, Gall. *Relief d'appel*, dicitur Diploma experiundae in iure reſtitutionis. Arreſtum Parlamenti Pariſ. an. 1469. e Tabulario Corbeienſi. De *relevatione appellationum* vide Bleynianum Inſtitut. p. 531. et 532. (3) *Relevement*, in Conſuetudine Merenſi tit. 4. art. 31. et alibi, Ius quo is cui fundus ſecundo oppigneratus eſt, alterum cui primo oppigneratus fuerat, e poſſeſſione illius fundi pro cenſu non ſoluto adiudicati disiicit, ei ſoluendo debitum integrum.

RELEVANTES ARTICVLI, legitimi, validi, probantes. Literae Sixti IV. PP. an. 1481. pro Conuentu B. Mariae de Bono-Nuncio Rotomag. ex Archiuo eiusd. Coenobii.

RELEVARE ECCLESIAM, Eccleſiam denuo exſtruere, renouare, reſtaurare, Gall. *Relever*. Diploma Conradi II. Imp. ann. 1140. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 110. RELEVARE FEVDVM, Pragmaticis Gallis, *Relever le fief*, eſt Feudum caducum, vel poſſeſſoris morte in domini ſuperioris ius delapſum, illius conſenſu, et certa et definita exſoluta pecunia haereditario iure adire, poſſidere: ſeu potius in feudi caduci poſſeſſionem a domino mitti. Quippe cum ea primum feudorum fuerit conditio, vt non niſi ad vitam et vſufructuario vtenda a dominis concederentur, quae finita in donatorum ius rurſum redibant, factum poſtea, et vſu tacito introductum, vt illa in haeredes transirent, domino ſuperiore ita conſentiente, et caducam haereditatem in eum transferente, exſoluto certo pretio, quo mediante haeres caducum praedium releuabat. Lambertus Ardenſis p. 176. *Cum igitur Arnoldus Markinienſis terram quae in Miniſterio, ſiue in Caſtellaria Brugenſium, et alia quae in Ardea ex parte vxoris ſuae Adelinae ſibi a Baldzino ſororio ſuo iam mortuo exciderant et contigerant, a iamdicta Flandriae Comitiſſa repoſtularet, et Relevare, vti adhuc moris eſt et conſuetudinis vſus, vellet, etc.* † Pro *Relevare feudum* paſſim occurrit *Revelare.*

† RELEVARIVM, i. q. *Relevium*, in Ch. Mſ. a. 1241.

† RELEVATA, Mulieris purificatio poſt partum et quidquid ex ea obuenit ſacerdoti, Gall. ol. *Relevée*, et *Levailles*; nunc *Relevailles*. Ch. Mſ. an. 1394. V. *Relevatio* 5.

RELEVATIO. (1) Hora, qua monachi e lecto exſurgunt: *Heure de relevée* appellant Galli horam pomeridianam, qua ex *ſomno meridiano* exſurgi ſolet. Miracula S. Aigulfi Abb. Lerin. cap. 6. *Poſtea Relevatio pulſatur, etc.* (2) Reſtitutio in meliorem ſtatum, fortunam. Diploma Gerlaci Archiep. Moguntini ann. 1356. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. p. 514. (3) Graece ἀνάλυσις, proprie Percolatio, expurgatio; metaphorice vero animi *relevatio* ſeu recreatio poſt afflictiones. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 1. c. 14. n. 8. nouae edit. (4) Refectio, ſumtio cibi. Memoriale Viſitatorum Monaſterii Melliic. an. 1451. in Chronico eiusdem Coenobii p. 426. (5) RELEVATIO APPELLATIONVM, Gall. *Relief d'appel*. V. ſupra *Relevamentum* 2. RELEVATIO EXPENSA-

BARVM, earum reſtitutio, compenſatio. Viſitatio Simonis Archiep. Bituric. an. 1285. apud Stephanotium to. 13. Fragm. Hiſt. MSS. p. 389. RELEVATIONES *Feminarum, Mulierum*, Purificationes poſt partum, cum primùm eunt ad Eccleſiam, et quidquid ex his purificationibus obuenit Sacerdotibus, Gall. *Relevailles*. Chartularium Monaſterii S. Sulpitii Bituric. fol. 22. V. *Purificatio* et *Relevata*. RELEVATIO MONETAE, tributum a vaſſallis et tenentibus domino ſolutum vnoquoque triennio, vt monetam non mutaret. *Releuatio monetae, quae tertio anno a nobis exigitur*, in Charta Ludouici Iunioris Reg. Franc. a. 1159. apud D. Bruſſel to. 1. de Feudorum vſu pag. 216. V. *Monetagium*. (6) Idem quod *Releuium*. Tabularium Vindocinenſe ch. 1038.

RELEVATOR, cliens obnoxius *releuio*. Edictum S. Ludouici an. 1235. paulo ante laudatum.

RELEVATVM. (1) Reliquiae ferculorum, quae poſt prandium vel coenam e menſa colliguntur pauperibus diſtribuendae, Occitanis *Relhen*, Gallis *Relief*. Ordinatio Humberti II. an. 1340. to. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 406. col. 1. (2) Idem quod *Releuium*. Charta an. 1221. to. 2. Chartularii S. Vandregeſili p. 1367. (3) † Excerptum, tranſcriptum, apud Gorium in Inſcript.

RELEVATVS, eadem ſignificatione. Idem Chartul. to. 2. p. 2068.

† RELEVATVS, adiect. *Imago relevata*, opus anaglypticum, Gall. *Figure relevée*. Inuent. Mſ.

RELEVEA, pomeridianum tempus, Gall. *Relevée;* hinc Practicis Gall. *à deux heures de Relevée*, hora poſt meridiem ſecunda. Charta Thomae Abb. S. Germani de Pratis a. 1248. e Tabulario Sangerm. *Iarbas culturarum noſtrarum . . . cum equis ſuis et quadrigis per vnum diem vſque ad nonam, vel per duas Releueias . . . . adducere tenebuntur*. V. *Releuatio*.

RELEVEIVM, Gall. *Relief*, *Rachat*. V. in *Releuium*.

RELEVIVM. Cowellus lib. 2. Inſtit. Anglic. tit. 3. §. 17. 19. eſt Seruitus realis ſiue patrimonialis, tam ad feudum militare, quam ſoccagium ſpectans, qua feudatarius tenens per ſeruitium militare, ſiue mas, ſiue foemina, qui dle mortis anteceſſoris ſui iuſtam aetatem compleuit (ille ſcilicet viceſimum primum, haec decimum quartum annum) certam pecuniae ſummam ſoluere tenetur. Qui vero per ſocam, id eſt, per aratrum tenet, quidquid annui reditus domino pendit, tantumdem releuii nomine pendet, etc. Leges Malcolmi II. Regis Scotiae c. 1. *Et ibi omnes Barones conceſſerunt ſibi wardam, et Releuium, de haerede cuiuscunque Baronis defuncti ad ſuſtentationem Domini Regis*. RELEVEIVM, eadem notione. Charta Richardi Regis Angl. an. 1190. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 990. *Cum ſeruitiis et homagiis et Releueiis, et cum omnibus libertatibus et liberis conſuetudinibus ſuis, etc.* RELEVIVM RATIONABILE, et *Legitimum*, dicitur illud quod a lege ſtatutum, vel conſuetudine inductum eſt, vt diſtinguatur ab eo *Releuio*, quod a domini arbitrio pendet, quod *Relief à mercy* vocant. *Rationabile Releuium* legitur in Charta Reg. Angl. apud Kennetum ad an. 1346. Antiquit. Ambroſden. p. 469. *Legitima et iuſta Relenatio*, in Charta Henrici I. Reg. Angl. ann. 1100. et *Antiquum Releuium* appellatur in Charta Magna Henrici III. in Legibus Kanuti Regis c. 97. *Iuſta Relenatio, quae Anglice vocatur Hereget. Ius Releuii*, in Conſtitutionibus Frederici Reg. Siciliae c. 110. *Relenium capitalium dominorum*, in Charta an. 1231. to. 1. Chartul. S. Vandregeſili p. 414. RELEVIVM AD MISERICORDIAM, Gall. *Relief à mercy*, quod domino praeſtatur ab haerede ad rehabendum feudum paternum, ad eius arbitrium, quae quidem praeſtatio ad annuum feudi reditum poſtea redacta eſt. V. Chartam Baronum Pictauienſium an. 1269. apud Galandum de Franco alodio p. 67. RELEVAGIVM, idem

quod *Relenium*. Literae Conuentus S. Michaelis in Periculo maris ann. 1217. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 862.

RELGAGOGIAE, *τῆς ἀποδιξεως*, in Gloss. Lat. Graec. et Graec. Lat. *Religatoriae* Cuiacio. Legendum est cum Vulcanio *Relegatione*, *τῆς ὑποδιαίζεως*.

† RELHA, vomer, Hisp. *Reja*. Ch. Ms. a. 1266.

† RELHO, RILHO, sagittae species, Gall. *Reillon*, Hisp. *Rejon*. Ch. Ms. a. 1416. V. *Raillo*.

† RELHVS, idem, in Lit. remiss. an. 1454.

RELIA, monetae species, vt videtur. Acta consecrationis Ecclesiarum S. Stephani et S. Martini in Riuoferrario, Marcae Hisp. col. 948. *Tertias atque paradas et ad synodum primum Relias tres, et ad alium synodum Relias tres, et omnes redibitiones ecclesiasticas . . . . persolui non differant*. V. infra *Synodaticum*.

† RELIAMENTVM, militum collectio, Gall. *Rallument*. Litt. remiss. a. 1461. V. *Religare* 2.

RELIATICVM, V. *Retiaticum*.

RELIBERARE, iterum *liberare*, seu tradere. Charta ann. 1502. apud Rymer. tom. 13. p. 53. col. 1. V. *Liberare* 2.

RELIBERATIO, Restitutio. Literae Henrici V. Reg. Angl. an. 1416. super iocalibus inuadiatis, apud Rymer. tom. 9. p. 405. col. 2. Vbi *Reliberatio*, si ad aquam refertur, est quasi ipsa aquae restitutio seu reiectus; si vero ad foramen, vnde exit, ipse meatus est, quo aqua reiicitur seu emittitur.

RELICTA, et DERELICTA, vidua. Gloss. Saxon. *Derelicta*, *Laf*, *vel Verlaeten Wif*, id est *vidua*, vel *vidua relicta*. Lupus Ferrar. Ep. 119. *Relicta memorati viri*, *etc.* LICTA, pro *Relicta*, vidua. Vetus Epitaphium in Ecclesia S. Mariae de Sannaci Barensi apud Beatillum l. 1. Hist. Barensis.

RELICTIO, gurpitio, Gall. *Delaissement*. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu f. 45. *Fecit donum et Relictionem de 2. casalibus, quos habebat, etc.*

RELICTVM, legatum, Gall. *Legs*. Sententia arbitralis an. 1221. e Schedis Praef. de Mazaugues.

RELIDERE, repulsare, repercutere. Fortunatus in Epistola praefixa l. 1. Poëmatum: *Sola saepe bombicans barbaros lendos harpa Relidebat*. Rursum vtitur l. 5.

† RELIGAMENTVM, i. q. *Relenium*, in Ch. Ms. a. 1353.

RELIGARE. (1) Soluere, Gall. *Delier*. Iacobus Cardin. in Vita S. Petri Coelestini to. 4. Maii p. 459. Notum est Latinis dici contraria notione, vnde *Religare librum*, Gall. *Relier un livre*, Librum compingere, in Computo MS. Bibl. Reg. a. 1245. *Pro quodam Romano Religando et pro historio de Retrevaux XX. s.* (2) † Dispersos fusosque milites cogere, Gall. *Rallier*, apud Bened. Abb. Petroburg. V. *Reliamentum*.

RELIGATOR LIBRORVM, apud Robertum Goulet in Compendio iurium Vniuersitatis Paris. fol. 11. vo. Concinnator librorum, qui libros compingit, Gall. *Relieur*.

RELIGIO, vita monastica, seu voto, vt vulgo dicunt, religionis adstricta. Saluianus l. 9. ad Eccles. Cathol. *Illud durius ac molestius, quod quidam, vt arbitror, filiorum suorum sub Religionis titulo a Religione dissentiunt, et habitu magis secedunt relinquunt, quam sensu*. RELIGIO, pro *Religiosi*, seu potius *Viri ecclesiastici*. Charta Caroli Reg. Burgund. filii Lotharii Imp. to. 12. Spicil. Acher. RELIGIO DEI, Dei cultus, apud vererem Interpretem S. Irenaei l. 1. c. 16. n. 3. HOMO RELIGIONIS, Religiosus. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. c. 18. † Pro monasterio, religioso ordine legitur, in Ch. a. 1143.

† RELIGIOLA, pro *Regiola*, tom. 5. Aug. p. 820.

RELIGIOSA, Sanctimonialis, apud Gregorium M. l. 7. Ep. 28. *Adeodata ancilla Dei*, mox eadem *Religiosa* dicitur. *Religiosa femina*, in Capitulari Ingilenheim. an. vt coniicitur, 826. c. 4. l. 5.

RELI-

RELIGIOSITAS. (1) Religio, pietas. Miracula S. Walarici, to. 1. Aprilis p. 26. (2) Idem quod *Religio*, Vita Monastica. Additam. ad Leges Ludouici II. Imp. apud Murator. to. 1. part. 1. p. 161. col. 1. (3) Titulus honorarius virorum religiosorum Abbati Farfensi tribuitur in Bulla Paschalis I. PP. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 372.

RELIGIOSVS, voto religionis adstrictus. Saluianus l. 5. de Gubern. Dei. RELIGIOSVS LOCVS, *in quo mortuus sepultus est*, in vet. Vocabulario iuris vtriusque. Et alio in loco: *Res Religiosae sepulchra sunt, in quibus homines sepeliuntur.* RELIGIOSA VESTIMENTA, ecclesiastica, sacra. Ordo Rom. apud Mabillon. tom. 2. Musei Ital. p. 93. n. 8.

RELIGIVM, Gall. *Relief.* Vide *Relegium.*

RELINERE, RELINIRE, quod inunctum est detrahere, deradere. Glossae Lat. Graec. *Relines*, ἀπόχριστις. *Relinis*, ἀπόχρισμα. *Relino*, ἀπόχρισμα. Adde Graeco-Latinas. Pro aperire vsurparunt melioris notae Latini. *Relinere epistolam*, apud Ciceronem; *Reliuere dolia*, apud Terentium.

RELIQVA, Vniuersa, apud veterem Interpretem S. Irenaei l. 1. c. 11. n. 1. vlt. edit. τὰ ὅλα, ipsi Irenaeo. V. *Reliquum.*

† RELIQVARE. (1) Liquare, tom. 2. Aug. p. 179. (2) Relinquere, in Ch. Mf. a. 1273.

RELIQVARI, RELIQVATIO, RELIQVATOR, etc. V. in *Reliquum.*

RELIQVARIVM, *Reliqua*, ἔλλειμμα. Gloss. Graec. Lat. Alibi: Λοιπά, *Reliqua*, *Reliquarum*, *Cetera.* Eadem occurrunt in Glossis Lat. Graec. V. *Reliquum.* Vtitur hac notione S. Augustinus, in postrema editione, quam mire adornent eruditi Benedictini ex infinitis Cod. MSS. to. 1.

RELIQVIAE. (1) Cadauer examine. Spartianus in Adriano: *Antiochia dimissus est ad inspiciendas* (al. excipiendas) *Reliquias Traiani, quas Tatianus, Plotina, et Matridia deferebant.* Ammianus l. 21. extremo: *Eique vehiculo insidenti quod portabat Reliquias, etc.* Apud Florentinum IC. corpus a reliquiis distinguitur, l. monumentum D. de Relig. vt et in antiquis Inscriptionibus. Apud Gruterum 689. 8. . . . *Corpus integrum conditum sarcophago.* In alia 471. 7. *Reliquiae corporis Turquini Crispi, etc.* In priori enim sepulcro corpus integrum sepultum est, in altero cineres corporis exusti. Apud Christianos vero alia sunt *corpora*, alia *reliquiae* Sanctorum: corpora etiam integrae sunt Sanctorum exuuiae; *reliquiae*, corporum pars tantum: quod quidem discrimen agnoscit prae caeteris Gregorius M. l. 2. Dial. c. 38. *Sanctorum reliquias* et imagines, atque adeo Dominicam Crucem interdum inter spinas depositas legimus, si quando viri Ecclesiastici de iniuriis Ecclesiis suis illatis a viris potentibus iustitiam extorquere non poterant, vt omnium in eos odium commouerent, hocque facto ad rerum ablatarum restitutionem eos cogerent. Quod quidem non nuperum, sed a primis Monarchiae Francicae primordiis apud nostros in vsu fuisse satis declarat Greg. Turon. lib. de Glor. Confess. c. 71. COLLATIO RELIQVIARVM, cum scilicet Ecclesiae vicinae suas vicissim reliquias ad statum et definitum locum, cum processionibus deferebant, in pacis et concordiae ac amicitiae symbolum. Miracula S. Adelardi Abbat. Corbeiensis c. 8. (2) Bona nobilia, quae post mortem Episcop aut Praelati *relinquuntur*, quae Domini Regalium vulgo sibi vindicabant. Charta Friderici II. Imper. an. 1220. apud Wilhelmum Hedam.

RELIQVIARE, theca sacrarum reliquiarum, Gall. *Reliquaire.* Necrologium MS. FF. Minorum Siluanect.

RELIQVIARIVM, eadem significatione. Ch. apud Stephanotium to. 5. Fragm. MSS.

† RELIQVIOR, theca reliquiarum, in Ordinar. Mf. S. Petri Aureaevall.

RELIQVIVM. (1) Sacra reliquia. Vita S. Aldebrandi Episc. Forosemp. tom. 1. Maii pag. 160. (2) Acta S.

Regneberti Epiſc. et Marten. tom. 2. Iunii pag. 696. *A fidelibus eſt exinde translatus atque in Eccleſiae templum iuxta Reliquium S. Dei conſtitutus.* Editores adnotant in MS. legi, *iuxta ſancti Dei analogium*; in alio *iuxta elogium analogium*, vbi primum verbum eſt ſuperfluum. Hinc in Onomaſtico *Reliquium, Analogium, pulpitum* reddunt. Si vere *Reliquium* legendum eſt, mallem locum in quo repoſitae erant reliquiae, iuxta vim vocis, interpretari, quam *analogium*.

RELIQVVM, rei vectigalis ac tributariae vox: quod reſtat exſoluendum; Graecis IC. λοιπάς. *Reliqua remittere*, in Panegyrico Flauienſi: *Reliqua concedere*, apud Ammianum lib. 16. *Reliquorum debita requirere*, apud eumd. lib. 31. V. Iuretum ad Symmachum lib. 5. Epiſt. 87. et Iacobum Gothofredum ad Cod. Theodoſ. RELIQVARIVM, codex continens *reliqua*. Gloſſ. Lat. Gr. λοιπαδάριον, ἔκθεσις λοιπάδος, *Reliquarium*. Adde Gloſſas Lat. Graec. et vide *Reliquarium* ſuo ordine. RELIQVARE, reliqua deſcribere. Gloſſae Latino-Graec. et Graec. Lat. *Reliquo*, λοιπογράφω, λοιπάζω. In Gloſſis MSS. habetur *Relinquo*. RELIQVARI, debitorem remanere, leg. 20. Dig. §. 1. de inſtructo vel inſtrum. legato. RELIQVATIO, λοιπογραφία, Reliquorum deſcriptio. Tertull. de Anima, cap. 56. RELIQVATOR, qui debitum omnino non perſoluit, Gall. *Qui demeure en reſte*, apud Paulum IC. leg. 9. §. 2. D. de Publicanis. Senator l. 5. Epiſt. 6. Papias: *Reliquatum metaphoricus dictum liquatum.* RELIQVATRIX, quae debitum non perſoluit. Tertull. de Anima cap. 3.

† RELIQVVS, alter, in Ch. Mſ. a. 1229.

RELITERARE, remandare, literis et alterius epiſtolae reſpondere. Nicolaus Claraevallenſis in Epiſtola to. 2. Miſcell. Baluzii pag. 237. et ſeqq.

RELITERE, *iterum vel retro latere*, apud Iohannem de Ianua in Catholico.

RELLIATICVM. Tabularium S. Petri Voſienſis fol. 31. vo. *Damus et concedimus Relliatge de decimo de la condamina de intus et de foris manſi.* Gallis *Reliage* eſt Vinctum, ſed quid ad hunc locum?

RELLVA. Inuentarium ann. 1379. e Schedis D. Lancelot: *Item due brîde parui valoris; item una Rellua.* An capiſtrum, Gallice. *Licou*, detorta voce a Gallico *Relier*, Iterum vincire?

RELOCARE. (1) Denuo locare. Vipianus l. 23. §. 10. Dig. Locati conducti. (2) In locum ſuum reſtituere, reponere. Epiſt. ann. 1071. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 489. (3) † Collocare, in Ch. a. 1141.

RELOGIVM, horologium, Gall. *Reloge*. Necrologium Parthenonis S. Petri de Caſis.

RELVCENTIA, ſplendor. Vita B. Coletae, to. 1. Martii p. 542.

RELVCERE, reliquum eſſe. Decretum Flauii Regis an. 682. num. 2. Concil. Hiſpan. p. 704. Quidam pro *Reluces* legunt *Reiáces*; quod melius, vt videtur, congruit.

RELVCIDARE, *Relucere*, in Gloſſis membranaceis MSS. quas laudat Voſſius lib. 4. de Vitiis ſermon. cap. 21. vbi tamen obſeruat originem vocis exigere, vt potius ſignet lucem affundere, vel luce conueſtire.

RELVCTA, repugnantia, reluctatio. Acta S. Symeonis Recluſi, to. 1. Iunii pag. 104.

† RELVERE, redimere, repignerare, in Ch. a. 1456.

RELVITIO, reſolutio, apud Raymundum Duellium to. 1. Miſcell. p. 325. Feſtus: *Reluere, Reſoluere, repignerare.*

RELVMINACIO, ἀνταύγεια, in Gloſſ. Lat. Graec. Et mox: *Reluminatio*, ἀνταυγασία. Sic etiam in Gloſſis Graec. Lat.

REMA. (1) Species cantherii vel perticae. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. vo. (2) † Axungiae ſpecies, Gall. *Rimes* et *Rimain*. Ch. Mſ. a. 1327.

REMACEVS, κτεὶς κωφιχὸς, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Codex MS. praefert *Irinaceus*. V. *Erinaceus*.

REMA-

REMADIARE, mederi, corrigere, emendare. Vetus Charta apud Stephanotium to. 3. Antiquit. Picțau. MSS. pag. 206. Melius infra *Remediare*.

† REMAISANCIA, ius in bona derelicta, vel etiam in eorum bona, qui sine haerede decedunt. Ch. Mſ. a. 1307. V. *Remanentia* et *Remansio*.

REMALLARE, in *mallum* seu in ius vocare. *V.* in *Mallum*.

REMALLATIO, in ius vocatio, vel litis inregratio. Charta Lotharii III. apud Mabillon. Diplom. p. 606.

REMANANTVM, quod *remanet*, restat, reliquum, Gall. alias *Remanant*, Anglis etiamnum *Remaining*. Liber niger Scaccarii p. 252. *Willelmus de Perverell dedit michi in franco maritagio quiete cum sorore sua feodum 11. militum; vnde Adam de Periers tenet de me 111. partes 1. militis, et Remanantum dedi Baldewin de Rouceſtre, cum filia mea in maritagium.*

REMANASTVLA. Capitula ad Legem Alamannor. edita a Stephano Baluzio cap. 90. *Si maritus vxorem ſuam dimiſit 40. ſ. ipſe componat, et de mundo ſuo non habeat poteſtatem, et omnia ei reddat, quod ei per legem obtingit. Si reputat aliquid, poteſtatem habeat femina ipſa debet, ſol. 12. ſoluat. De vna Remanaſtula ſua iure, quod ſuperfuerit maritus iuret, aut reddat.* Haec omnino barbara.

REMANCIPARE, denuo sibi vindicare, iterum occupare. Charta Cuononis Abbatis Stabulenſis an. 1124. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 86. Proprie *Remancipare* alienare est, vel in seruitutem iterum asserere: quae posterior notio loco laudato non male posset accommodari. *Remancipatum Gallus Aelius esse ait, quae mancipata sit ab eo, cui in manum conuenerit*, apud Festum.

REMANDARE, Iohanni de Ianua, *iterum vel retro mandare. Remandatum Pyrrho a Senatu est*, apud Eutropium, id est, Renuntiatum: qua notione legitur in Capitularibus Caroli Calui tit. 37. cap. 15. in Literis an. 1294. apud Rymer. tom. 2. p. 662. Sed pro Arcessere sumitur in Vita S. Iulianae tom. 1. eiusd. Aprilis p. 468.

REMANDVCARE, iterum manducare. Synodus Pistensis an. 862.

REMANENTIA. (1) Mansio, habitatio. Charta an. circiter 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 839. (2) Ius, quod habet dominus in suo feudo tenentes suos adstringendi ad perpetuam *residentiam*, ita vt eo inconsulto excedere non possint, quod ius etiam *Reſeandiſia* dicitur. Gesta Abbatum S. Germani Autisiodorensis c. 15. (3) Ius in bona caduca, aut bona ipsa caduca. Charta Theobaldi Comitis Trecensis an. 1190. apud D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu p. 683. (4) REMANENTIA TERRARVM, Cowello est ius terrarum in aliquem collatum, post terminum conductionis, aut alterius tituli, ad annos aut vitam duraturi, finirum. Videtur a Reuersione differre, quia *Reuerſio* fit ad dominum proprie, aut eius haeredes, vnde ius primo deriuatur; *Remanentia* autem ad tertium aliquem, qui neque dominus, neque tenens in praesenti est. Dicitur etiam dari *ad Remanentiam*, (Galli dicunt, *à demeure*) quae datur iure proprio et perpetuo possidenda, in Regiam Maiestatem lib. 2. c. 20. §. 5. c. 22. §. 7. c. 23. §. 1. c. 42. §. 4. et alibi. V. Thomam Blount in Nomolexico v. *Remainder*. (5) † Perpetuitas. *Ad Remanentiam tenere*, inre proprio et perpetuo; in Ch. a. 1221. (6) † Cessatio a lite, a controuersia, in Ch. Mſ. a. 1304.

REMANERE. (1) Mori. Pactus Legis Salicae tit. 19. de incendiis. (2) Deesse, impediri. Processus contra Comitem Lancastriae an. 1322. apud Rymer. tom. 3. p. 940. col. 2. (3) † Abscedere, abesse, Ital. *Rimanere*, in Ch. a. 1245. (4) † Impedire, reprimere, in Ch. a. 1225.

REMANET, nude, vel *Obitus a Remanet*, passim legitur in Obituario Ecclesiae Morinensis, idemque sonat, si recte puto, quod Obitus perpetuus, seu Anniuersarium perpetuo *remanſurum* et quotannis celebran-

lebrandum, vt iam in voce *Obitus* dictum est. V. *Remanentia.*

REMANSA, reliquum, residuum, quod *remanet*, superest. Statuta Vercell. lib. 7. fol. 177. vo. et sp. Reuellum in Vsibus Bressiae p. 266. *Vnaquaeque calciata stagni debet habere de Remansa de retro vnam iactum hercae, qui iactus solet aestimari de largitudine septem pedum cum dimidio.* Vbi *Remansa* est spatiolum terrae pone *calciatam* seu aggerem, vt inde terra capiatur ad reficiendam calciatam, cauitates et foramina claudenda, ne aqua dilabatur.

† REMANSIO, ius in bona vacantia per mortem, aut alio quouis modo. Ch. Mſ. a. 1190.

REMANSOR, idem, vt videtur, qui *Emansor*, miles vagus, erro, negligens, segnis. Arrius Menander leg. 4. Digest. §. 13. de re militari: *Edicta Germanici Caesaris militem desertorem faciebant, qui diu abfuisset, vt is inter Remansores haberetur.* Additur in Pandectis l. 49. tit. 16. *Si miles Remansor, aut negligens fuerum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non credatur ei.*

REMANSVS, remanens, in Actis S. Desiderii, to. 6. Maii p. 245.

REMARDVM FORESTAE, pro *Rewardum*, mendose. Charta Iohannis Angliae Regis inter Priuilegia Equitum S. Iohannis Hierosol. p. 5. V. supra in *Regardum* 2.

REMASANCIA, idem quod *Remanentia.* Regestum magnorum dierum Trecensium fol. 23.

REMASCELLATA, vel *Remascelata, virili virtute*, Papias MS. et editus. (Melius in Glossis Isidori: *Remasculata, virili virtute resumpta.*)

† REMASENCIA. (1) Praestatio quae pro mansione domino feudi soluitur, Gall. *Remaisance.* Ch. Mſ. a. 1259. (2) Ramalium ex arboribus caesis aut euersis reliquiae, in Ch. Mſ. a. 1310.

REMATOPOEA, fictio vocis, a ῥῆμα, vox, vocabulum, et ποιεῖν, fingere, idem quod ὀνοματοποιία. Ioh. de Ianua: *Rematopeya, Verbi confirmatio, vt in verbis fictitiis, quae sunt prolata et inuenta per Rematopeyam, vt tinnitus*, (leg. *tinnitus*, scilicet a similitudine soni;) *vnde Rematopeyus, ad rematopeyam pertinens, vel prolatum vel fictum per rematopeyam.*

† REMBVRSARE, impensam vel pecuniam rependere, Gall. *Rembourser*, in Ch. a. 1536.

REMEABILIS, qui potest remeare, redire. Prudentius Apotheosis versu 1053.

REMEACVLVM, reditus, locus per quem reditur, apud Apuleium lib. 6.

† REMEARE, versare, in Formul. Mſ.

REMEATVS, reditus exulis a Principe concessus, Gallis *Rappel de ban.* Marcianus lib. 48. Dig. tit. 19. leg. 4.

REMEDATIO, remedium, restitutio, restauratio. Charta an. 1031. e maiori Charrulario S. Victoris Massil. vbi mallem *Remediatione.*

REMEDIARE. (1) REMEDIARI, remediis sanare. Gloss. Lat. MS. Regium: *Medetur, medicatur, Remedior, curat.* Gloss. Graec. Lat. Θεραπεύω, *Remedior, medicor, medior.* Vguio: *Remediari, Remedium conferre. Remediabilis*, apud Senecam Epist. 95. Seuerum Epist. 96. *Remedialis* apud Macrob. lib. 7. Saturn. *Remediabiliter prouidere*, in Processu Massilienſium cum Arelatensibus an. 1381. e Regesto 73. Peiresciano vol. 2. (2) † Remittere, diminuere, in Terrear. Castell. d'Ibois.

REMEDIATIO, sanatio. *Torpor signum est Remediationis*, apud Scribonium Compos. 11.

REMEDIATOR, qui medetur. *Remediator valetudinum*, Tertulliano contra Marcion. lib. 4. cap. 8. *Remediator languorum*, ibid. p. 35. REMEDIARIVS, eadem notione. Apud Pezium in Praefatione tom. 1. Anecdot. pag. XIV. memoratur Conradi Prioris Liber inscriptus, *Remediarius pusillanimium ac scrupulorum, etc.*

REMEDIVM. (1) Remissio, vel diminutio tributorum. Saluianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Ecce enim Remedia pridem nonnullis vrbibus data, quid aliud egerunt, quam vt cunctos diuites immanes redderent, miserorum*

rum tributa cumularent, etc. (2) Latina vox, Gall. *Remede. Remedium* e ſepulchris mortuorum conquirere, ad morborum ſcilicet magicas ſanationes, cum ad id oſſa mortuorum conquirerent. Lex Wiſigoth. *Si quis mortui ſarcofagum abſtulerit, dum ſibi vult habere Remedium, etc.* V. Lindenbrogium ad Ammianum pag. 86. (3) Monetariis Gall. *Remede*, defectus in marcis auri vel argenti, vnde nummi cuduntur, ſtatutis regiis permiſſus. Duplex eſt, vnum *ligae, ponderis* alterum: *Remedium ligae* eſt Commixtio certae quantitatis metalli adulterini cum auro vel argento, *Remedium* vero *ponderis* eſt illius diminutio. Vtrumque legitimum habetur, ſi legibus Principis conſentiat; ſecus, ſi diſſentiat. Computus an. 1139. tom. 1. Hiſt. Dalph. p. 95. col. 2. V. *Recurſus* ſuo loco et Henricum Poullain in Tractatu de Moneris p. 201. et ſeqq. vbi probat *Remedio* iam vſos fuiſſe Monetarios an. 1253. (4) REMEDIVM ANIMÆ, Expiatio, qua pro delictis Deo fit ſatis. *Pro Remedio animae*, formula frequentior in teſtamentis et donationibus piis, quam vt neceſſarium ſit rem exemplis confirmari. REMEDIVM APOSTOLICVM, coniugium, quod iuxta Apoſtolum 1 Corinth. cap. 7. incontinentiae remedium eſt. Sulpitius Seuerus in Epiſtola ad ſororem ſuam, apud Baluzium tom. 1. Miſcell. p. 342. REMEDIVM IVRIS, appellatio a ſententia iudicis inferioris ad ſuperiorem. Cod. Theod. leg. 15. tit. 30. de appellat. et conſultat.

REMELINVM. Teſtamentum Iacobi Regis Aragon. an. 1272. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1142. *Aſſignamus . . . . omnes reditus noſtros civitatis Caeſarauguſtanae cum ſalinis et caſtello et de villa, et de Remelinis.* Hanc vocem inter exoticas refert laudatus Editor in Onomaſtico ad calcem tomi 5. Anecd. ſed nomen loci eſt, vt patet ex eod. Teſtamento paulo aliter edito apud Acher. tom. 9. Spicil. p. 249. vbi legitur: *Cum ſalinis de Caſtellario et de Pola et de Remelinis.*

REMELIORARE, corrigere, reficere, reſtituere. Iohannes Thwroczius in Chronicis Hungaricis cap. 31. in Stephano Rege.

REMELIORATIO, emendatio. Vita S. Eulogii Mart. to. 2. Martii p. 96.

† REMEMBRANTIA, rei, factiue ſimulacrum, repraeſentatio, a vet. Gall. *Ramenbrer*, in memoriam reuocare. Ch. Mſ. a. 1364.

REMEMBRANTIVM, Anniuerſarium pro defuncto celebratum. Inſtrumentum an. 1406. inſertum in Bulla Benedicti XIII. Antipapae p. 229. col. 1. Continuationis Bullarii Rom. Bis terue recurrit in eodem Inſtrumento. Ducitur ab Italico *Rimembrare*, Gallis alias *Remembrer*, reminiſci, recordari: vnde *Rimembranza* Italis, Gall. *Remembrance*, recordatio, repraeſentatio: quod nomen tribuerunt Anniuerſario, vtpote defuncti memoriae conſecrato. V. *Rememoratio.*

REMEMINISSE, reminiſci, recordari. *Ne Rememineritis priorum*, Tertulliano lib. 4. aduerſ. Marcion. cap. 1.

REMEMORARE, REMEMORARI, reminiſci, recordari, in memoriam reuocare. Occurrit 3 Reg. 17. 18. Pſ. 77. 35. et apud Tertull. lib. 4. adu. Marcion. c. 43.

REMEMORATIO, recordatio, Pſalm. 37. 1. et 69. 1. *Rememoratio vitiorum*, apud Iohannem Sarisber. lib. 8. Policrat. cap. 6. V. ſupra *Remembrantium.*

REMEMORATOR, Anglis *Remembrancer*, Monitor. *Rememoratores ſcaccarii*, apud Thomam Blount in Nomolexico, quod conſule in v. *Remembrancers.*

REMEMORATORIVM, Charta, quam vulgo *Notitiam* vocant. V. *Breue rememoratorium.*

REMENARE, vox agricolarum Italicorum. V. *Retertiare.*

REMENDARE, emendare, corrigere. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Remendo*, ἀνορθόω. V. Voſſium lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 21. vbi obſeruat ab *Emendare ἀνωλόγως* dicendum fore *Reemendare.*

REMENDATOR, Italis *Rimendatore*, qui reconcinnat, reſarcit, Gallice *Raccom-*

Ravaudeur, Veteramentarius. *Nera vxor Turcii Remendatoris*, in Miraculis B. Ambrosii Senensis, tom. 3. Martii p. 218.

REMENTARIVM, ἐμπορολεῖον, in Glossis Lat. Graec. in MS. Sangerman. *Rimentarium*. Glossae Graec. Lat. Ῥῶπος, ὁ παντοίος φόρτος, ἐμπορηλεῖον, *Rementarium*. Posset etiam legi, vt obseruatur in Castigationibus ἐμπορολεῖον, vel ἐμποπωλεῖον, *Veteramentarium*.

REMENTVS, Αναμνησεὶς, in Glossis Lat. Graec. quomodo etiam Galli *Ramenteu* dicunt eadem notione, vnde *Ramantevoir*, reminisci, in memoriam et in *mentem* reducere.

† REMERCATVS, i. q. *Rachetum* et *Relevium*, in Ch. Goscelmi de Aineolo.

REMERGERE, iterum emergere, renasci. Capitularia Caroli Calui tit. 45. cap. 1.

REMERIRE, pro *Remereri*. Formulae veteres Baluzianae for. 3. V. *Mererc*.

REMERTA, Italis *Rimessa*, germen, furculus, Gall. *Jet*, *Rejetton*. Statuta Altensia collat. 13. cap. 18.

† REMESSA, silua caedua, quae recrescit. Ch. Ms. a. 1341.

REMFORSATVS, firmior, a Gallico *Renforcé*. Inuentarium MS. Ecclesiae Nouiom. an. 1419.

REMICVLA, V. *Rescula* in *Recula*.

REMIGIVM. (1) Idem, vt videtur, quod infra *Ripaticum*, tributum in ripis exsoluendum. Charta Amauri Comitis Montis-fortis an. 1239. e Tabulario Corbeiensi. (2) † Gubernaculum, in Glossar. Lat. Gall. Cod. 7692.

† REMIGIVS, remex, remigator, in Constit. Ms. Caroli Reg. Sicil.

REMILICINES, *Removatrices*, in Glossis Isid. Legendum est *Remiligines* ex Festo, quem vide.

† REMILITATVS, desertor, in Ch. a. 1342.

REMILLVS, *Repandus*, in Glossis Isid. Rursum: *Remillo*, *repando*, *prominulo*, vel potius *prominulo*, vt emendat Graeuius. Festus habet: *Remillum dicitur quasi repandum*. *Remillum* a remi similitudine repandum diei videtur Perotto, cui concinit Martinius, quod remus in aqua repandus et reflexus videatur: de quo quaerit Cicero 4. Academ.

REMINICVLVM, cingulum, quo ensis adstringitur. Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Geraldi cap. 16. Forte *Reniculum*, a *renibus*: vt *Renale* eadem notione. Malim *Redimiculum*. V. *Lumbare*.

REMINISCERE, in memoriam reuocare, Gallice *Ramentevoir*; in Concilio Clouesshouensi an. 747. cap. 8. Glossae Lat. Graec. *Reminisco*, ὑπομιμνήσκω, *admoneo*, *moneo*, *commiscor*, *praemoneo*. Verbum ἐπιμιμνήσκεσθαι per *Reminisci* reddit vetus Interpres Irenaei lib. 1. cap. 3. quod proprie ibi sonat mentionem facere.

REMIPES, cui remi sunt pro pedibus. *Remipedes lumbi*, apud Ausonium in Mosella v. 201. *Remipedes anates*, Epist. 3. v. 13.

REMIRE, remeare, redire. Charta Caroli V. Francine Regis an. 1366. pro Vniuersit. Paris. apud D. Secousse tom. 4. Ordinat. Reg. p. 711.

REMISCENARIVS, qui remisse seu lenta voce canit, vt coniecto. Codex MS. Ecclesiae Vienn. apud Marten. de antiqua Eccl. Discipl. in diuinis offic. p. 386. *Vnde surgentibus illis, Archiepiscopus osculetur altare, et subdiaconus Remiscinarius ascendat ad ambonem, et incipiat lenta voce et fine titulo, et legat in modum lectionis*, etc. Ex Ordinario eiusd. Eccl. MS. ibidem laudato p. 129. *Decanus tertium lectionem cantet, qua finita, Subdiaconus Remissiarius canetet tertium responsorium*. Sed hic quoque legendum est *Remisciniarius*, si vera est coniectura, ducta voce a ficto *Remiscinium*, remissus cantus.

† REMISORIVM, hospitium, proprie cella eremitae. Instr. a. 1152. V. *Reclusorium*.

REMISSA. (1) Remissio. S. Cyprianus Epist. 59. (2) Ordo Romanus to. 2. Musei Ital. pag. 5. *Pontifex autem pergit ad stationem. Feria secunda ad Remissa simpliciter*. Ita Codex S. Galli; Colbertinus habet *ad Remissa simul*; Editi: *ad missam similiter*. Locus obscurus ipsi Mabillonio,

nio, et forte corruptus. (3) † Mulcta, vt videtur, ob negligentiam pergendi in expeditionem. Ch. a. 1194.

REMISSARIA. Tributi species. Charta Childeberti Regis Francor. ex Tabulario S. Sergii Andegauensis apud Sammarthanos: *Ad nostram accessit praesentiam, et Clementiae regni nostri suggessit, quod de curtibus praedictae S. Basilicae, quae nominantur . . . annis singulis inferendam solidos sex inferendales, et alios sex de Remissaria auri pagensis inferendo in fisci ditiones reddebant.*

REMISSIO. (1) REMISSIO *est causae commissae ad committentem facta missio; item quandoque significat idem quod indulgentia*, in vet. Vocabulario iuris vtriusque. Varie sumitur a Iurisconsultis, qui possunt consuli. (2) † Traditio, transmissio, Gall. *Remise*. Ch. Ms. a. 1294. (3) † Miseratio, in Testam. a. 1319.

REMISSITIVS FINIS, f. Compositio, qua litigantes sibi inuicem remittunt, seu indulgent, quod primum exigebant. Sententia arbitralis inter Archiepiscopum, Capitulum Arelat. et Monasterium S. Caesarii an. 1231. ex Schedis Praesidis de Mazaugues: *Vt . . . sit perpetuo inter partes pax et finis Remissitius.* V. *Finis* 1. et *Remanentia*.

REMISSIVA, nude, vel *Remissiua Epistola*, qua rescribitur ei, qui primum scripsit. Apud Marten. to. 3. Anecdot. col. 69. Chronici Siciliae caput 80. inscribitur *de Remissiua Regis Roberti ad Catalanos*, atque re ipsa continet responsionem integram eiusd. Roberti Regis Calabriae ad Barchinonenses; caput vero 81. ibid. col. 71. inscribitur *de obiectione facta per Fredericum* (Regem Siciliae) *aduersus Remissiuam praedictam. Scribimus Remissiuam epistolam sub hac forma, etc.* in Charta ann. 1275. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 265.

† REMISSIVVS. *Remissiua . . . vnctio*, sanctum oleum, t. 1. Ang. p. 268.

REMISSORIALES LITTERAE, quibus de re aliqua inquisitio, examen vel iudicium ad aliquos remittitur. Relatio pro canonizatione S. Isidori Agricolae, tom. 3. Maii p. 546.

REMISSVM. Regestum Castri Lidi fol. 39. *Pelicon factum, ob. Penna facta, ob. Ointum, ob. Sartago Remissi, ob. Centum ferri, 1. den. etc.*

REMISSVS. (1) Angl. *Remiss*; Ignauus, imbellis, segnis, iners. Literae Edwardi II. Angl. Regis apud Rymer. tom. 4. pag. 296. col. 2. (2) Commendatus, i. q. *Recommissus*. Stat. Ms. eccl. Brioc.

REMISVS, repositus, in locum suum restitutus, a Gallico *Remis*, si vera lectio est. Charta Guidonis Flandriae Comitis an. 1227. e Tabulario S. Bartholom. Bet[illegible]. *Item habebunt et debent habere eidem dictus Praepositus et Capitulum thelonia, faragia, cambagia et omnes emendas . . . metarum abstractarum sine Remissarum, absque mesleya.* Sed videtur legendum, vt in alio eiusd. aut similis Chartae exemplari, vbi habetur, *metarum abstractarum sine remuetarum absque mesleya.* V. *Remittere* 2.

† REMITENTIA, retardatio, dilatio, Gall. *Remise*. Ch. Ms. a. 1390.

REMITORES, remiges, in Historia Obsidionis Iadrensis lib. 1. c. 37.

REMITTERE. (1) Dimittere, sinere, pro Graeco ἀφιέναι, ἀπολύειν. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 1. cap. 8. n. 3. (2) Collocare, reponere, Gallis *Remettre*. Acta S. Franciscae Rom. tom. 2. Martii p. 110. V. *Remissus*.

† REMIVLGVS, pro Remulcus, Ital. *Rimorchio*. Murat. t. 20. p. 398.

REMIX, Ἐρέτης, κωπηλάτης, in Glossis Lat. Graec. Alias Graec. Lat. Ἐρέτης, *Remix*. Κωπηλάτης, *Remigis, Remix, Remex*.

REMO, vox Italica. Remus, Gallis *Rame, Aviron*. Literae encyclicae Honorii III. PP. an. 1212. apud Fridericum Schannat Vindem. Liter. p. 201.

REMO-ROTH, S. Hieronymo, iidem qui aliis *Serabaitae*. V. in hac voce.

REMOGVDAE, turbae, motus, Gallice *Remuemens*. Charta an. circiter 1124. ap. Probat. Hist. Occitan. tom. 2. col. 486.

REMOL-

REMOLTA, idem quod *Molta*, seu pensitatio quam a vassallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis suis. Charta Deodati Abbat. S. Tiberii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. p. 389.

REMONDARE, mundum efficere, purgare, Italis *Rimondare*, in Statutis Mutinae p. 4.

REMONERE, iterum monere, vel ἁπλῶς commonere. Apuleius lib. 5. Metamorph.

REMONSTRANTES in Belgio dicti Arminiani haeretici, qui libellum supplicem *Remonstrantia* dictum, adversus Caluinistarum Synodum Dordracensem, supremis Hollandiae Ordinibus exhibuerunt ann. 1610. de quibus consulendi Historici.

REMONSTRANTIA, Hierotheca videndas exponens sacras Reliquias. Vita S. Iohannis Gualberti, tom. 3. Iulii p. 341. V. *Monstrantia*.

† REMONSTRARE, exhibere, exponere, in Comput. a. 1482.

REMONSTRATIO, consilium, monitum, Gall. *Remonstrance*. Menoti Sermones fol. 176.

REMONTARE, iterum ascendere, a Gallico *Remonter*. Receptio Caroli VII. Franc. Regis an. 1438. tom. 1. Fragm. MSS. Stephanoti.

† REMORA, pronunciatione Longobardica pro *Remo*, remus, in Ch. a. 971.

REMORARE, pro *Remorari*. Glossae Lat. Graec. *Remoro*, παρέλκω, βραδύνω, ἐπέχω. Aliae Graec. Lat. Παρέλκω, *Moro*, *Remoro*, *protraho*, *detrecto*. REMORATOR, Παρελκύστης, in iisdem Glossis. Vtitur Martianus Capella lib. 1. p. 19. REMORATRIX, βραδύτις, παρελκύστρια, in iisdem Glossis. In MS. Regio legitur παρελκύστρια.

REMORARII, qui praeturam defugiunt, remorantur; apud Gothofredum ad legem 21. Cod. Theod. tit. 4. de Praetor. et Quaestor.

REMORATOR, V. in *Remorare*.

REMORATRICES, V. supra *Remilices* et *Remorare*.

REMORBESCERE, in morbum recidere, apud Goclenium in Lexico Phil. Vtitur Ennius apud Festum.

REMORSIO, a Gallico *Remors*, Conscientiae stimulus, angor, morsus animi. Statuta Cisterc. ann. 1246. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1386.

REMORSVS. (1) Idem quod *Remorsio*. Processus contra Willelmum de Hildenissem an. 1411. apud Baluzium tom. 2. Miscell. p. 294. (2) † REMORSVS CANDELARVM, candelae emunctae, Gall. *Remors*. Ch. Ms. a. 1321. V. *Morsus*.

REMOVERE. (1) Reuocare, reducere. TESTAMENTVM REMOVERE, iniustum declarare, in Cod. Theod. leg. 2. tit. 19. de inoffic. testam. (2) † Eripere, Lit. remiss. Ms. a. 1345.

REMOVIBILIS, qui loco suo seu officio potest remoueri, in Charta ann. 1453. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 52.

† REMPLAGIVM, accessio, additamentum. Ch. Ms. a. 1308.

REMVAGIVM, practicis Gallicis olim *Remuage*, Pretium quod domino soluitur pro mutatione praedii, cum alteri ceditur. Charta Guillelmi Episcopi Cabillon. an. 1297. inter Instrum. nouae Gall. Christ. tom. 4. col. 253. *Terrarii dicterum locorum . . . de pecunia et de lauda, seu Remuagio, pro venditionibus contingentibus debitis, quarum demorum dictis Canonicis . . . solvere tenebuntur.* V. *Muta* 2.

REMVLCVLARE, pro Remulcare. Glossae Lat. Graec. *Remulculo*, καλῶ. Leg. καλῶ, vel κελεύω, vt in Glossis Graec. Lat.

REMVLTVM, *funis, quo navis deligata trahitur vice remi; vnde Remulcare, navem trahere, vel navem Remulco trahere*, Ioh. de Ianua et ex eo Glossatori Lat. Gall. Sangerm. MS. Sed legendum est *Remulcus* et *Remulcare*, vt apud Latinos.

REMVM, mendosa vox, V. in *Rhemo*.

REMVNDARE, mundare, ramos resecare, Ital. *Rimondare*. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 71. vo.

REMVNERARE, pro simplici Munerare, munus offerre, donare. Notitia an. 1068. apud Illustr. Fontenum

num ad calcem Antiq. Hortae pag. 397.

REMVNERATIO. (1) Eucharistia. Vita S. Nili Confessoris apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 903. V. *Munus* 1. (2) REMVNERATIONES SACRAE, id est, *Sacrae largitiones*, in leg. 20. de Palatinis, et leg. 41. de Appellat. Cod. Theod. In vet. Inscript. 449. 7. Petronius Maximus dicitur *sacrarum Remunerationum Comes. Comites privatarum Remunerationum*, in leg. 2. eod. Cod. de Commeatu. *Munerationes sacrae*, apud Symmachum lib. 10. Epist. 43. REMVNERATIONES BENEFACTORVM, Preces ad Deum pro benefactoribus. Guido lib. 1. Disciplin. Farfensis cap. 3.

REMVTARE, mutare. Concordia Berthae cum Monasterio S. Vincentii in Gestis Aldrici Episcopi Cenoman. apud Baluz. tom. 3. Miscell. p. 169.

REN, si Iohanni de Ianua fides est, *a renibus dicitur, quod a renibus ritui obscoeni et coenosi deriuunt, etc.* Singulari numero *Ren*, pro *Renes*, apud antiquos non legi obseruat Vossius lib. 3. de Vitiis serm. c. 42. nec tamen improbat, cum bina sint viscera, si dextrum sinistrumque renem quis distinguat, vbi sic postulat argumentum.

RENA. (1) Papias: *Opium, crema vitium appellatur, quoniam apud Renas nascitur: est autem succus lassar herbae.* Locus pessime corruptus, qui sic emendari debet ex Isidoro lib. 17. Orig. cap. 9. *Laser herba . . . Opium Cyrenaicum appellatum, quoniam et apud Cyrenas nascitur.* (2) † Vox Italica, arena. Tract. Ms. de re milit.

† RENABILIS, i. q. *Regnabilis*, mediocris, in Ch. a. 1337.

RENACIO, παλιγγενεσία, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. παλιγγενεσία, *Regeneracio, Recrescio, Renacio, Recreatio.*

† RENACIVM, regeneratio, in Ch. a. 1347.

RENALE, *vena circa renes; Renalis, ad renes pertinens*, Iohanni de Ianua. V. *Lumbare.*

RENASCIBILITAS, regeneratio baptismalis. S. Augustinus Quaest. vet. et nou. Testam. 115. *Renascibilitas* magis proprie diceretur Potentia renascendi: quod obseruat Martinius.

† RENATVM, mensura frumentaria apud Britones, Gall. *Rinot.* Ch. a. 1248.

RENCARIVS. V. Ordinationem Hospitii S. Ludouici Regis Franc. an. 1261. in Notis Cangii ad Ioinuillam p. 112.

RENCHERIATVS, nimium de se bene existimans, ficta voce a Gallico *Rencheri.* Menoti Sermones fol. 128. vbi *Rencheriata* est de muliere.

RENCOR, idem quod *Rancor*, de quo supra, simultas, odium. *Rencore, odio et mala voluntate cessantibus*, in Literis an. 1356. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. p. 112.

RENCVRIA, idem quod supra *Rancura*, querimonia. Sententia arbitralis an. 1302. e Schedis D. Brunet.

RENDA. (1) Caput baltei. Vita S. Alexii Confess. tom. 4. Iulii p. 256. *Deinde tradidit ei annulum suum aureum et Rendam, id est, Caput baltei, quo cingebatur, inuolutum in pranideo et purpureo sudario.* In Ms. Valicensi male pro *Renda* legitur *Senda.* Alia Vita metrice scripta MS.

Dixit, et aurato digito mox exspoliato
Aurum cum Renda pro pignore tradit habenda.

V. *Rinca.* (2) Census, reditus annuus, praestatio vectigalis, Gallice *Rente*, ab Aremorico *Rens*, quod idem significat, vt vult Lobinellus; vel a ficta voce *Rendita* pro *Reddita*, vt opinatur Menagius. Charta vetus apud eumdem Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 73. *Mandauit per Thedek sacerdotem ad monachos Rosonenses vt orarent pro eo, et dedit eis Rouhoshan . . . sine censu et sine Renda, et sine opere, et sine loch-caballis vlli homini.* V. *Rendea* et *Rensa.* (3) † Territorium, intra quod *Rendas* s. reditus quis habet. Ch. a. 1237.

RENDABLES, idem quod *Reddibiles*, quod dicitur de feudis, quorum castra vassalli reddere debent domino supe-

ſuperiori, cum ei libuerit. Charta Guillelmi de Baffia, apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 116. V. *Feudum reddibile* in *Feudum*.

ENDACIVM, († idem videtur ac *Renda* 2.) Viſitatio Monaſterii S. Amantii Ruthen. an. 1347. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Ordinamus quod cum ſicut* (f. *ſint*) *Rendacia et nouenae in eccleſia S. Amantii, etc.* Mendum ineſſe ſuſpicor in hac voce.

ENDALIS, idem quod infra *Rendualis*. Charta an. 1270. apud Stephanotium Antiq. Santon. MSS. p. 270. *Conceſſimus dictis Priori et Conuentui* (S. Eutropii) *centum ſolidos Rendales, habendos et percipiendos ab eisdem ſuper vendis, etc.*

ENDEA, ex Gall. *Rente*. *Cens et Rente*, in Conſuetudinibus municipalibus. Tabularium Celſinianenſe: *Hac tamen conuenientia, vt cenſum terrae et Rendeas, ſeu ſeruitium ſecundum aliorum conſuetudinem in pace reddant.* V. *Renda* 2.

ENDERE, Gall. *Rendre*, reddere. Pactus Legis Salicae tit. 52. edit. Eccardi ex MS. p. 133.

RENDERIA, praedium ruſticum, ex quo *reudae* percipiuntur. Bulla Ioann. XXII. M.

NDERIVS, Emphyteota, conductor vel quiuis tenens vectigali obnoxius, idem qui ſupra *Redituarius*, Prouincialibus *Rendié* et *Rentié*. Capitulum generale MS. S. Victoris Maſſil. ann. 1426. *Arrendamenta omnium prioratuum et redditiuum ſint ad extinctum candelae, et plus vltra* (f. *vltimo*) *offerenti adiudicentur . . . . tempore quo Renderii illa exſoluunt.*

NDEVACCA, († f. paſcuum vel ilua caedua.) Statuta Mutinae fol. 36. vo. rubr. 195. *Cum ſit quod propter bella, quae vſque adhuc inualuerunt, terrae, prata, nemora et Rendevaccae poſita in diſtrictu Cęſenae . . . laeſae ſero Nauigii perdita ſint, et de nihil redacta pro aquarum ſuperabundantia, et cum homines propter eorum paucitatem et paupertatem, qui teneantur ipſa calumnia facere, in quorum diſtrictu ſunt, non poſſint dictas aquas ſolare, etc.*

RENDIS, *requies otioſa*, in Gloſſis Iſid. Graeuius putat legendum: *Reſides, requieſcentes, otioſi.* Papias: *Reſides, otioſi, pigri.*

RENDVA, idem quod *Renda* 2. *Rendea*. Charta ann. 1070. apud Baluz. tom. 2. Hiſtor. Aruern. p. 47. *Rendas vero et dona quae huic monaſterio dedi . . . firmiter teneantur.*

RENDVALIS, pecunia quaeuis, quae exſoluitur quotannis, Gallice *de Rente*. Vita Vrbani V. PP. p. 195. *In cuius euidentia expreſſe recuſari ordinauit per patrem ſuum 600. libras Rendnales, quas Rex Franciae ſibi dederat ob ſui fauorem.* Charta an. 1270. in Hiſt. Epiſc. Cadurcenſium num. 127. *Quod ipſe det et refundat dicto Domino Epiſcopo . . . quingentos ſolidos Cadurcenſes Rendnales, etc.* Curia generalis Catalaniae in villa Montiſſoni an. 1363. *Mille ſolid. Rendalium ſeu annualium.* Ita *ſolidos annuales* habet Charta an. 1151. apud Guichenonum in Probat. Hiſt. Sebaudiae pag. 41. Tabular. Daloneſis Abbat. fol. 46. *Duos ſextarios frumenti Rendnales annuatim.* Ex quo poſtremo loco patet, vocem *Rendnalis*, non de pecunia ſolum, ſed etiam de alia quauis re quotannis exſoluenda, prout locus poſtulat, eſſe intelligendam.

RENDVALITER DEBITVS, ſingulis annis ſolvendus. Charta ann. 1324. ex Schedis Marchionis de Flamarens.

RENDVS, RENDVTVS, V. *Redditus* 1.

RENEARE, eiurare, denegare, Gall. *Renier*. Conſuetudo Marchiae Dumbarum art. 17. V. *Renegare*.

RENEGARE, idem quod *Renegare Abiuramus et Renegamus penitus omnem haereſim*, apud Limberch. Sentent. Inquiſit. Toloſ. pag. 295. Vruntur quidam e recentioribus, quos omnino culpat Voſſius de Vitiis ſerm. lib. 4. cap. 21.

RENEGATVS, qui religionem ſuam eiuratuit. Charta Iacobi II. Regis Aragon. pro Iudaeis an. 1242. *Prohibemus, ne aliqui de Iudaiſmo vel pago-*

gaueniſſuo ad fidem noſtram catholicam conuerſo praeſumat aliquis . . . improperare conditionem ſuam, dicendo, vel vocando eum Renegat, vel Tornadie, vel conſimile verbum.

RENEGELD, f. Tributum pecuniarium, ab Anglico *Ren* vel *Ren*, rapina, quod, exactioni pecuniariae conuenire poteſt, et *Geld*, argentum, pecunia. Rotulus an. 14. Henrici VII. Regis Angl. apud Thomam Blount in Nomolexico: *Per Renegeld Iohannes Stanley Ar. clamat habere de qualibet bovata terrae infra feodum de Aldford i. d. exceptis dominicis terris et terris in feodo praedicto infra hundred. de Macclefeld.*

RENELENVS. Vett. Schedae Thuaneae apud Mabillonium tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti p. 102. *Hoc eſt caſula Renelena 1. ſagia fuſca 1. caligas albas 4. ſagia de haira 1. calcias ſilvinas paria 1. calcias Renelenas paria 1. etc. Venelenas* legit ipſe Cangius in *Calcia 1.* V. *Venelennus.*

RENELLA, pro *Renella.* V. in hac voce.

RENENGHA, V. *Relanga.*

RENENSIS FLORENVS, moneta *Florenus* dicta Palatini Rheni, in Charta an. 1408. apud Rymer. tom. 8. p. 528. col. 1. et in Libello ſupplici ann. 1600. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 5. col. 423. V. *Florenus.*

RENFORTIVM, ex Gallico *Renfort*, idem quod corroboratio, vel, vt ita dicam, fortificatio. Ita *Renfortium eſgardii*, vel *ſgardii*, in Statutis Ordinis Hoſpitel. Hieroſol. tit. 8. §. 1. eſt iudicum duplicatus numerus: nam *eſgardium*, iudicium ſonat. V. tit. 19. §. 10.

RENGA, balteus militaris. V. *Rinca.*

RENGALENGVM, V. *Regalengum.*

RENGIA, balteus militaris. V. *Rinca.*

† RENGIARE, ordinare, diſponere, a Gall. *Ranger.* Ch. Mſ. a. 1275.

RENGVM, vel RENGVS, a Gallico *Rang*, ordo, ſeries. Conuentio Domini et incolarum Caſtri-noui an. 1461.

RENITIOSVS, πΦειτιxὸς, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Ne-*Tom. V.*

Φειτιxὸς, Renoſus, Rienoſus, Renitioſus, qui renibus laborat.

RENNALES, V. *Andamius.*

RENO. (1) Brachii pars, etc. V. in *Tremum.* (2) Veſtis ſpecies, V. *Rheno.*

RENODVRA. Bracton. l. 3. tr. 2. cap. 24. §. 2. *Si os frangatur, quod facile perpendi poterit per Renoduram.* Fabris lignariis *Renure* eſt quaedam linea caua ducta in aſſeribus, quod *regnet*, ſeu proténdatur vbique in longum.

RENONVS, riuulus, canaliculus, alueolus, in Charta Breſſienſi an. 1497. e Schedis D. Aubret.

RENOSVS, V. *Renitioſus.*

RENOTATIO, annotatio, animaduerſio. Oratio Egicae Regis ad Patres Concilii XV. Toletan. an. 688. inter Hiſpanica tom. 2. p. 721.

RENOVALE, f. tributum ex agris noualibus pendendum. Charta Friderici Comitis Ferretenſis an. 1225. apud Steyererum in Commentariis ad Hiſtor. Alberti II. Ducis Auſtriae col. 207. *Abbates Lucellen[illegible]nec ſecus atque nos veri haeredes, atque in omnibus participes eſſe debeant, in iure videlicet relevandi decimas, primitias et Renovalia de terris acquiſitis et acquirendis in dicto dominio noſtro.*

RENOVARI, refici, cibum ſumere. Memoriale Poteſtatum Regienſ. ad annum 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1091.

† RENOVATIVVS, qui renouat. Io. de Cardalhaco in Serm.

RENOVELLARE, renouare. Optatus Mileuit. aduerſ. Parmenianum: *Cum haec fierent, Donatus vltro prior ad Carthaginem rediit. Hoc audito Caecilianus ad ſuam plebem properanit. Hoc modo iterum Renouellatae ſunt partes.* Sermo eſt de recrudeſcente Carthagine ſchiſmate Donati. Et ſub finem lib. 7. *Inter ipſa principia ſaeculorum, dum hominum eſſet Renouellata nativitas.* Vbi *Renouellatus* idem tantum ſonat, quod Nouus, recens. Hoc etiam verbo vſus eſt Columella cap. 6. de arboribus: *Vinea factis ſulcis optime ſternitur atque ita Renouellatur*, id eſt,

Reuiuiſcit, integratur. Vt a *nouus renouale*, ſic a *nouellus renouellare* factum eſt.

† RENQVIRAMENTVM, pretii augmentum, in Ch. a. 1340.

† RENSO, redemptio, et pecuniae huius nominis iniuſta exactio, in Lit. remiſſ. a. 1362. V. *Ranſo*.

RENTA, idem quod *Renda*, reditus, cenſus annuus, Gall. *Rente*. Codex MS. reddituum Epiſcoparus Autiſſiod. ſub finem ſaeculi XIII. Gallicum *Rente* interdum accipitur pro ſpeciali ac determinato cenſu dominico, vt diſcimus ex Libro anniuerſariorum et cenſuum Monaſterii S. Germani Pariſ. ſign. B. fol. 200.

RENTAGIVM, praeſtationis vel cenſus ſeruilis genus, a Gallico *Rente, Rentage*. Literae Humberti II. quibus laqueminum et Perrinum Vauterii nobilitat an. 1346. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 538. col. 1. *Abſoluentes et liberantes vos et quemlibet veſtrum ac etiam liberos veſtros omnes et ſingulos . . . praeſentes et futuros . . . ab omni tallia, cumplinta, coruata, gayta, exchalgayta, focagio, cornagio, Rentagio et alio quouis vſagio, etc.*

RENTALE, reditus, prouentus, Gallis *Rente, Rentage*, vel potius Codex cenſualis, Gall. *Rentier*, in Conſuet. Britan. art. 74. 77. et 78. Iter Camerarii Scotici cap. 3. *Deinde petatur Rentale burgi, per quod firmae perticatarum terrae leuentur, vel leuari debeant, tam de terris vaſtis, quam aedificatis.*

† RENTARIVS. (1) Qui praeſtationem annuam debet, Gall. *Rentier*, in Chartul. Latiniac. (2) Cui penſio annua debetur, Gall. *Rentier*, in Areſt. a. 1371.

RENVITAE, dicti monachi vagi, alias Sarabaïtae, quaſi renuentes iugum monaſticae diſciplinae. Gloſſae vereres apud Menardum: *Renuitae, qui refutant Abbatem habere.* V. Iſidorum lib. 2. de Eccleſ. Offic. cap. 15. Odonem Cluniac. lib. 3. collat. cap. 23. et Haëftenum lib. 3. Diſquiſ. Monaſt. tract. 3. Diſquiſ. 2.

RENVMERARE, referre, narrare, Gall. *Raconter*. Hiſtoria Monaſterii Andagin. apud Marten. tom. 4. Ampliſſim. Collect. col. 935.

† RENVNCIA, ceſſio, abdicatio, in Ch. a. 1288.

† RENVNCIATIO PRAECEPTORVM, chartarum recenſio ad earum confirmationem, to. 9. Coll. Hiſt. Fr. p. 511.

RENVNTIARE, iubere valere, nuntium remittere, dimittere, abdicare. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 1. cap. 8. num. 3. *Permitte autem mihi ire et Renunciare domeſticis.* In Graeco vt et Lucae 9, 61. ἀποτάξασθαι. Chronicon Parmenſe ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 801. *Guielminus duxit in vxorem quamdam dominam . . . et Renuntiauit comunicatum Parmae, quem habebat.* Et ad an. 1295. col. 832. *Gotius de Foro capitaneus populi Parmae Renuntiauit ipſum regimen et capitaneatum.* Hac notione dixit Quintilianus, *Renuntiare cunctis officiis*, Gall. *Renoncer. Subiectionem atque fidelitatem eidem Renunciare coacti ſumus*, in Charta an. 1523. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. p. 333.

RENVNTIATORIAE LITTERAE, quibus quis rem aliquam abdicat, dimittit, in Diplomate an. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 525. V. mox *Renuntium*.

RENVNTIVM, renuntiatio, Gallis *Renonciation*, cum ſcilicet rem aliquam abdicamus, aut in ea ius nullum nos habere profitemur. Apud Leonem Oſtienſem Titulus c. 35. lib. 2. ſic inſcribitur: *Placitum, ſeu Renuntium Ducum Capenatorum de confiniis Monaſterii huius.* In ipſo textu *Renuntiatio* dicitur. Auctor eſt Angelus de Nuce, in Notis ad eundem Leonem Oſtienſem, Petrum Diaconum Caſinenſem compilaſſe Regeſtum in ſex partirum claſſes, in Priuilegia, Praecepta, Oblationes, Libellos, *Renuntios*, et Sacramenta, quibus vniuerſa huius Monaſterii monumenta comprehendi putauit. Exſtat illud Caſini. Quo loco *Renuntii* ſunt Chartae et Diplomata, quibus ii, qui ius ſe habere contendebant in res Monaſterii, ei renuntiant. Charta an. 967. apud Bolzanium

zium in Appendice to. 2. Capitul. col. 1539. *Neque per praeceptum domni Imperatoris, nec per iudicatum, nec per Renuntium, neq; per vllum ſcriptum mominis, etc.*

RENVNTIVS, internuncius. *Nuntii, Renuntiique corrupti*, leg. 1. Cod. Theod. tit. 7. de Nuptiis. Occurrit apud Plautum.

RENVSIATOR. Thomas Blount in Nomolexico: *Et ſunt communes latrones et Renuſiatores hominum.* An Raptor, voce partim ducta ab Anglico *Ran* vel *Ren*, Raptus?

REORDINARE, reſtituere in priſtinum ordinem ſeu locum. Chronicon Farfenſe apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 572.

REORDINATIO, iterata ordinatio, Scriptoribus Eccleſiaſticis, Gall. *Reordination.* Codex Canonum Eccleſ. Afric. c. 48: V. *Ordo 3.*

REORIA, ἡ τρίτη τῶν ἀγάμων ποδοσροφία, in Gloſſis Lat. Gr. Legendum eſt, vt in Caſtigationibus: *Repotia, ἡ τρίτη τῶν γάμων ποδοσροφία.* Feſtus: *Repotia, poſtridie nuptias apud nonum maritum cenatur, quia quaſi reficitur potatio.* V. ibi Scaligerum, Cuiacium lib. 6. Obſerv. c. 39. et infra *Riperidia.*

REORTA, pro Rota, vt coniecto. († Eſt lorum virgeum, torilis ex virgultis laqueus, Gall. ol. *Reorte*, vnde REORTARIVS, qui eiusmodi vincula complicat.) Charta an. 1159. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 2. col. 65. *Sed et vicinum nemus . . . Monachus conceſſit . . . ad faciendum aratrum, totum lignum, quod in eo eſt neceſſarium, Reortas videlicet et huiusmodi, quibus aratrum trahitur.*

REORTARIVS, f. qui facit *reortas*, ſeu rotas, faber lignarius, Gallis *Charron. Hugo Reortarius* memoratur in Chartulario Dunenſi, nullo addito, vnde vera vocis ſignificatio certius innoteſcat.

REPA. (1) REPA, CREPA, feretri operculum, vmbraculum, ciborium. S. Audoenus lib. 1. de Vita S. Eligii cap. 32. *Fecit quoque Repam in loco anterioris tumuli.* Lib. 2. cap. 39. perperam *Crepa* appellatur: *Iuſſit praeterea et Crepam ex auro atque argento mirifice fabricare, quam ſupra Confeſſoris membra deponere deberet.* REBA, in Chronico Epiſcoporum Metenſium: *Hic fabricare iuſſit cum adiutorio Pippini Regis Rebam S. Stephani Mart. et altare ipſius, et cancellos.* V. *Ciborium, Reparium, Requies.* (2) † Forte pro *Reva*? vectigal quod pro mercibus allatis ſoluitur. Ch. Mſ. a. 1163.

REPACIFICARE, reconciliare, ad pacem et concordiam reducere. Vita S. Caroli Flandriae Comitis, tom. 1. Martii p. 211.

REPACVLVM, paſcuum, ni mauis eſſe pro *Repagulum*, Locus tutus, quaſi *repagulis* clauſus. *Quemadmodum nos feciſti de ſacro fonte procedere puros; ita nos iubeas in aeterna Repacula cum Sanctorum coetibus ſociari perpetuus*, apud Mabillon. Liturg. Gallic. p. 228.

REPAGINARE, denuo ſociare, compingere. V. Petrum Chryſologum ſerm. 62.

† REPAIRII, nundinae, in Ch. Mſ. a. 1319. V. *Reparium.*

REPAIRIVM, V. mox in *Reparium.*

REPARACVLVM, obiectaculum, obſtaculum, ab Italico, ni fallor, *Riparo*, Gall. *Rempart, Barriere.* Iacobi de Delayto Annales Eſtenſes apud Murator. tom. 18. col. 941.

REPARAMEN, Ἐπιστύλιον, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Idem eſt quod ſequens

REPARAMENTVM, reparatio, reſtauratio. Conſuetudines Bragerienſi art. 121.

REPARARE. (1) Redire, Gall. *Repairer* et *Reparer*, alias, nunc *Retourner, Revenir.* Leges Burgorum c. 9. *Cum venerit ad aetatem, vel Reparauerit domum, vel e carcere liberatus fuerit, etc.* (2) Edictum Caroli Regentis an. 1358. tom. 3. Ordinat. p. 338. *Mandantes et tenore preſentium committentes Seneſcallo Carcaſſone . . . numerum focorum moderatorum, qui per informacionem diligentem in predicta Seneſcallia, in libris et papiris theſaurarie regie Carcaſſone Reparari, regiſtrari et deſcribi.* Huius *reparari* veram notionem

ignorare ſe fatetur Cl. Editor; mihi idem videtur quod *reſtitui* ſeu iterum deſcribi in libris laudatae theſaurariae. (3) REPARARE dicebantur in Academia Pariſ. Scholares, cum lectiones primum auditas poſtea repetebant in Scholis: qui exercitationi hora peculiaris aſſignata erat. Statuta Collegii Montiſacuri an. 1502. apud Lobinell. tom. 5. Hiſt. Pariſ. p. 728. Vocis originem Lobinellus ducit ab Hiſpano *Reparar*, attendere, ad aliquid animum reuocare, reflectere. REPARATIO, ibidem, repetitio lectionum diſputationumue prius auditarum.

REPARATORIVM, propugnaculum, munitio, defenſio, ſ. ab Italico *Riparo*, Gall. *Rempart*. Epiſtola de obſidione vrbis Rhodi an. 1480. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 292. V. *Reparum* 2.

REPARATVRA, reparatio, reſtauratio. Computus ann. 1336. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 274.

REPARE, vellere, V. in *Reffare*.

† REPARERE, cohabitare, coire, a *Reparium*, cohabitatio. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1378.

REPARIARE VELA, renauigare. Solinus cap. 33. *Hoc Arabiae ſat eſt, hinc ad Peluſium Repariemus. Parare vela* dicuntur nauigantes, qui *paribus* et aequis velis ſecundo flatu curſum tenent; vnde *Repariare*, Retro dare curſum, vt habet Hofmannus in Lexico.

REPARIASSARE *dicuntur ii, quos poenitet inſtituti, aut a conuentis diſcedunt*, in Amalthea et Lexicis iuridicis.

REPARIVM, receptaculum, domus munita, locus munitus, ex Gall. *Repaire*, Itali *Riparo* dicunt. V. Acharifium. Charta donationis partis caſtri Meliandri per Ebonem Vicecomitem Ventadorienſem Henrico D. Suliaci an. 1325. *Quidquid habet in caſtro, ſeu Reparo de caſtro Milhan.* Alia: *Ratione caſtri, Repparii, ſeu fortalitii de Trenchales, et Repparii ſeu fortalitii de la Broſſa . . . in Vicecomitatu Lemouicenſi, etc.* an. 1282. Alia Gerardi de Maſgoubau domicelli Lemouic. an. 1301. *Repairium ſine arberjamentum. Maneria ſeu Repparia*, in Charta Guidonis Epiſcopi Lingon. an. 1275. ex Archiuo S. Benigni Diuion. *Haec ſunt nomina villarum, maneriorum ſeu Reparium vicariae Tholoſae*, in Conſuetudinibus MSS. Tolof. e Bibl. D. Abbatis de Crozat. *Repairium de S. Eulalia prope Exaudonium*, in Charta an. 1441. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 1097. Partitio bonorum ann. 1324. apud Thomaſſerium in Conſuetud. Bituric. p. 725. *Radulphus et Maria habebant caſtrum ſeu Repperium de Renayo, cum domibus, viridariis et aedificiis ad ipſum caſtrum pertinentibus.* Teſtamentum Bertrandi de Turre an. 1328. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 707. *Bertrandum filium meum . . . . heredem inſtituo in domo mea ſeu Repayrio meo de Colthogol cum ſuis aedificiis, fortaliciis, etc.*

REPARVM. (1) Tela groſſior. Proceſſus de Vita S. Yuonis num. 21. tom. 4. Maii p. 547. *Super cilicium autem vel ſemper, vel per interualla geſtabat camiſiam de tela groſſiſſima, appellata Reparo; Gallice* ſcilicet, vt habetur in Inquiſitione MS. pro canonizatione ipſius S. Yuonis. (2) Italis *Riparo*, Gallis *Rempart*, Munitio. Bern. de Breydenbach Itiner. Hieroſol. p. 262. V. *Reparatorium* et *Reparium*.

REPASCERE, pro ſimplici Paſcere. Charta Caroli Simplicis an. 914. apud Miraeum tom. 2. p. 806. *Nec in manſiones, neque in annonas, vel pratis audeat caballos ſuos Repaſcere.* S. Paulinus Epiſt. 44. ad Aprum et Amandam: *Quid igitur agam, a quo mihi tribui, vel commodari petam vel ſupellectilem, qua poſſim digne ambitu triclinium diuitis aemulari; vel impendia, quibus poſſim diuitem pauper Repaſcere.* Hoc eſt conuiuio excipere illum, a quo exceptus ſum.

REPASSAGIVM, reditus, Gall. *Retour*. Literae an. 1340. apud Rymer. tom. 5. p. 190 Aliae ann. 1397. apud eumdem Rymer. tom. 8.

† RE-

† REPASSARE. (1) Redire, t. 2. Aug. p. 688. (2) Reducere, in Ch. a. 1368.

REPASTICVS, V. mox in *Repaſtus*.

† REPASTILE, ager paſcuus, in Terrear. a. 1511.

REPASTVM, idem quod mox *Repaſtus*, Ordinationes ann. 1580. apud Rymer. tom. 7. p. [illegible].

REPASTVS, idem quod *Paſtus*, refectio, prandium, coena: Gallis etiamnum *Repas*. Formula 37. ex Baluzianis: *Nullum ibidem praeſumant exercere dominatum, non ad manſionaticos aut Repaſtos exigendo, non ad miniſteria deſcribendo, etc.* Teſtamentum Widradi Abbatis Flauiniacenſis an. 1. Theodorici Regis (apud Mabillon. ſaec. 3. SS. Benedict. part. 1. p. 686.) *Nullum praeſumant exercere dominatum, non ad manſionaticos, aut Repaſtus exigendo, etc.* In poſteriori eiusd. Widradi Teſtamento ibid. p. 689 legitur, *Non ad manſiaticos aut Repaſticos exigendo.* V. *Paſtus*.

REPATICVM, V. infra *Ripaticum*.

REPATRIARE, redire in patriam. Gloſſ. Iſidori: *Repatriat, ad patriam redit.*

REPATRIATIO, reditus in patriam, apud Sugerium in Vita Ludouici Groſſi perioche 9.

† REPAVA, modus agri, in Recognit. feud. a. 1351.

† REPAVETARE, pauire, in Comput. Mſ.

† REPAVSAMENTVM, ius ducendi animalia in ſiluam domini ad paſcendum. Ch. Mſ. a. 1821. V. mox

REPAVSARE. (1) Nutrire, alere. Caſſianus Collat. 18. cap. 14. *Haec . . . non obſcuris orta maioribus . . . veniens ad beatae memoriae epiſcopum Athanaſium, precabatur, vt aliquam ſibi alendam viduam daret . . . et vt petitionem eius verbis ipſius exprimamus: Da mihi, inquit, aliquam de ſororibus quam Repauſem.* Et poſt pauca: *Roganerum, inquit, vt mihi dari praeciperes, quam ego Reficerem.* Vbi *Repauſare* et *Reficere* idem ſonant, vt ſatis patet. Notio haec, vt videtur, ducta eſt a Graeco ἀναπαύειν, *Reficere, Refocillare.* (2) Quieſcere, *pauſam* facere, Gall. *Repoſer*. Iohannes Thwroczius in Chron. Hungar. cap. 56. V. *Pauſa*. REPOSARE, eadem notione. Chronicon Dominici de Grauina apud Murator. tom. 12. col. 618. (3) Quietem dare. Vita S. Baſiliſci n. 13. tom. 1. Martii p. 239.

REPAVSATIO. (1) Quies, ſomnus, Gall. *Repos*. S. Wilhelmi Conſuet. Hirſaug. lib. 1. c. 97. (2) † Sepulcrum, i. q. *Pauſatorium*, *Repoſitorium*. Collect. Hiſt Fr. t. 6. p. 322.

REPAYRIVM, V. ſupra in *Reparium*.

REPECIARE, veteri veſti ſegmenta aſſuere, Gall. *Rapiecer*, a *Petia*, quod vide. Regula S. Franciſci cap. 2.

REPEDABILIS, retrogradus. Fortunatus lib. 1.

† REPEDARE, recalcitrare, in Gloſſ. Gall. Lat. Mſ.

† REPEDIARE, repedare, reuerti, t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 75.

REPEDIATVRA CALLIGARVM, ſ. Interpolatio tibialium, qua noui *pedes* reconcinnantur. Statuta Placentiae lib. 6. fol. 81. *Item de Repediatura duarum calligarum ab homine cum ſuo reppo ſartoris albo et endego, ſt. den.* V. ſupra *Pediare*.

REPEDITARE, Iohanni de Ianua, frequenter repedare; *Regiber du pié*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. MSS.

REPELLITVDO, impedimentum, obſtaculum. Charta an. 5. Ludouici Imper. apud Meichelbeck tom. 2. Hiſtor. Friſing. p. 206.

REPELLVS, ſpecies ludi. Statuta Montis-regalis p. 178. *Aliquis non ludat . . . . ad tmcillos, vel ad burinas, vel ad alium ludum vetitum . . . praeterquam ad Repellum, in quo Repello quis poſſit ludere uſque ad ſolidos quatuor pro expendendo in vno loco.*

REPELTA, *lapis excelſus*, in Gloſſis Iſidorianis.

REPENDIVM, remuneratio, compenſatio; beneficium quod rependitur. Petrus Diac. l. 4. Chron. Caſin. c. 44. *Quaſi adeptae ſalutis Rependio, B. Benedicto perpetuum ſe reddidit ſeruum.*

REPENSA, idem quod mox *Rependium*. Diploma Iohannis Regis Bo-

hemiae ann. 1338. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. p. 637.

REPENSATIO, compenſatio. *Repenſatio viciſſitudinis*, apud Salvianum lib. 4.

REPENSATRIX, quae repenſat, rependit, compenſat, Martiano Capellae lib. 9.

REPENSIO. (1) Idem quod *Repenſatio*, Compenſatio. Vita S. Ildefonſi Epiſc. tom. 2. Concil. Hiſp. p. 571. (2) † Vltio, vindicta, t. 9. Collect. Hiſt. Franc. p. 120.

REPENSITATIO, memoria, commemoratio. Paſſio SS. Perpetuae et Felicitatis, to. 1. Martii p. 633. *Vt lectione eorum quaſi Repenſitatione rerum et Deus honoretur et homo confortetur.*

REPENSIVA, remuneratio, compenſatio. Literae Edwardi III. Regis Angl. an. 1339. apud Rymer. to. 5. pag. 125.

REPENTALIA, poenitentia, ex Gallico *Repentaille*. Ita autem appellarunt Galli mulctam, qua mulctabatur is, qui a pacto matrimonio recedebat, quae non modo parti alteri ſoluebatur; ſed et Praelatis ipſis Eccleſiae. Conſtitutio Odonis Legati, lata in Concilio Prouinciali Syriae an. 1254. V. *Repentalitia*.

REPENTALITER, repente. *Repentaliter . . . . ſomno excutitur*, in Vita S. Macarii Antioch. tom. 1. Aprilis p. 884.

REPENTALITIA, idem quod *Repentalia*. Statuta Eccleſiae Conſtant. apud Marten. to. 4. Anecdot. col. 821. et tom. 1. vett. Scriptor. part. 1. p. 283. edit. in 4.

REPENTIDAE, Gallis *Repenties*, flagitioſae mulieres ad meliorem vitam conuerſae et in coenobio concluſae. Teſtamentum Beatricis de Alboreya Vicecomitiſſae Narbon. an. 1367. apud Marten. to. 1. Anecdot. col. 1525. V. *Repentitae*.

† REPENTIA, locus in quem aquae a molendino influunt, Gall. *Repentie*, in Ch. Mſ. a. 1190.

REPENTIM, ἐξαπίνης, ἄφνω, ἀθρόως, in Gloſſis Lat. Graec. Et mox: *Repentina*, αἰφνίδιος, ἄφνω. Caſtigationes, *Repentim, ſummatim*, ἀθρόως. *Repente*, ex MS. Sangermanenſi.

REPENTINAE FERIAE, feſtae, vt videtur, quae non ſolent celebrari, ſed quae repentino quodam pietatis motu coluntur certis de cauſis non ſemper recurrentibus. Statuta Mutinae fol. 77. rubr. 373. *Et poſſit cogноſci* (de [illegible]no facto) *et definiri, ſecundum formam dicti ſtatuti, qualibet die feriata vel non feriata, et non obſtantibus aliquibus feriis ſolemnibus vel Repentinis, niſi eſſent feriae ſolemnes introductae ad reverentiam et honorem Dei.* V. *Feriae* 2.

REPENTITAE, eaedem quae *Repentidae*. Charta Iohannis Archiep. Arelat. an. 1255. inter Inſtrum. Gall. Chriſt. tom. 6. col. 202.

REPERCVSSIO ARBORVM, idem, vt videtur, quod *Ramagium*, ſeu facultas exſcindendi vel colligendi ramos arborum in ſiluis. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 71.

REPERIDIA, ἐπὶ πέδα, ἢ μετὰ τὴν ἡμίεραν πεδοσροφίν, in Gloſſ. Lat. Graec. Legendum vt in Caſtigationibus, *Repotia*: et pro ἐπὶ πέδα, ἐπίβδα, quo vtitur Pindarus. V. *Reoria* et *Receſſim*: quo in poſteriori loco ex prauo ἐπὶ πέδα factum eſt aeque prauum *Receſſim*, *Reperidia*, quaſi haec duo eſſent ſynonyma. Adde ſi vis Martinium in *Reperidia*.

REPERTORIVM, Iuriſconſultis idem quod *Inuentarium*, Gallis *Repertoire. Inventaire. Tutor, qui Repertorium non fecit, quod vulgo inventarium appellatur*, lib. 26. Dig. 7. leg. 7. §. 1.

REPERTVRA, inuentio theſauri. Charta Henrici Imp. an. 932. pro Monaſt. Bronienſi, apud Miraeum in Cod. Donat. piar. cap. 30. et Barthol. Fizen in Hiſtor. Leod. p. 233. V. *Theſaurus et Wreccum*.

REPETACIARE, a Gallico *Repetaſſer*, aſſutis pannulis reſarcire. Sententi. Inquiſit. Toloſ. apud Limborch. p. 329. V. *Peciatus*, *Petacia* et *Repeciare*.

REPETARE, idem quod *Repetere*. Charta Henrici Reg. Angl. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. Fr. p. 642. num. 47. vbi *duellum* ſumitur

tur pro ipſa duelli ſponſione, quae repeti ſeu iterari debebat.

REPETENTIA, ἐπαναίλημψις. *Repetitio*, ἐπαναίλημψις (melius). *Repetitio*, ἐπαναίλημψις καὶ απαίτησις, ἐπιτροπιασμὸς, in Gloſſ. Lat. Graec. Adde Gloſſas Graec. Lat. Pro *recordatio* vtitur Lucretius lib. 3.

† REPETERE. (1) *Teſtes repetere*, illos iterum interrogare, in Stat. Mutin. (2) *Repetere* in vniuerſitate Toloſana dicebantur noui doctores, qui auditas iam quaeſtiones theologicas publice ſcholaribus proponebant ſoluendas. Stat. eiusd. Vniu. a. 1366.

REPETIATVS, Gallice *Repiecé*, *Repetaſſé*. Vita S. Pilingotti, tom. 1. Iunii p. 151. V. *Repeciare*.

REPEYSATA, paſtus, a Gall. *Repaître*, paſcere. Computus ann. 1327. et 1328. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. p. 216. V. *Reppayſura*.

† REPEZZARE, veteri veſti ſegmenta aſſuere, ab Ital. *Pezza*, fruſtum, t. 3. Sept. p. 665.

REPIA, ἡμικὸν, in Gloſſis Lat. Graec. et Gr. Lat. in quibus etiam: ἡμικὸν, *Rara*. Putat Martinius legendum *Repia* pro *Repia*, et *Rica* pro *Rara*, ἡμίκρανον vero rectum cenſet. Heſychius: ἡμικρανον, ἡμιπλινθον, ἡμίκρανα, ἡμικεφάλιον, συαγὼνες τὸ ἡμισυ. Itaque illic intelligit veſtem, quae caput ex dimidio operit et ſic genes. Ita caeſitium, inquit, a caeſione, vt ἡμίκρανον a κεφὴ. Sic *Rica* eſt ipſum capitis operimentum. Haec ille. V. *Repa*.

REPIDA. Anaſtaſius in Nicolao I. p. 210. *Similiter calicem de auro ex lapidibus circumdatum, et in circuitu pendentes hyacinthos in filo aureo, et Repidis duobus in typo pauonum cum ſtutis et diuerſis lapidibus pretioſis hyacinthis albis, qui penſant*, etc.

REPIGNERARE. (1) *Pignus recipere*. Papiae. Feſtus: *Reluere*, *Solnere*, *Repignerare*. Vlpianus lib. 13. Dig. tit. 6. leg. 5. §. 12. *Rem tibi dadi, vt creditori tuo pignori dares, dediſti: non Repigneras, vt mihi reddas*. V. *Pignus*. (2) Pignori dare. Conuentio ann. 1193. e Tabulario Monaſterii S. Vrbani.

REPILARE, *iterum pilare*, ſeu tundere, Iohanni de Ianua; *Repiler*, in Gloſſis Latino-Gall. Sangermanenſibus.

REPLANDERE, V. mox *Replandere*.

REPLANTARE, iterum plantare, defigere, Gall. *Replanter*. Viſitatio caſtrorum Dalphini an. 1347. tom. 1. Hiſtor. Dalphin. pag. 67. col. 1. *Palicium reficere*, *Replantare*, *morenare et refreciare facias*.

REPLASMARE, reformare, regenerare. Vetus Interpres S. Irenaei lib. 3. cap. 18. num. 1. noue edit.

REPLATVM, f. idem quod *Complantum*, ager iure vſufructuario ad plantandas vineas certis conditionibus datus. Inuentarium Epiſcoparus Claromont. fol. VIIIXX. XV.

REPLAVDERE, repulſare. Gloſſae Lat. Gr. *Replando*, ἀντικρούω. Perperam in Graeco-Latinis: Αντικρούω, *Replando*.

REPLEGIARE, REPLEGIABILIS, V. *Plegius*.

† REPLEMENTVM, abundantia, copia, in Memor. G. Cam. Comput. Pariſ.

† REPLEVINA, cautio ad redimendum aliquid captum, fideiuſſio. Ch. a. 1282.

† REPLEVIRE, fideiubere. Ch. Mſ. a. 1314. V. *Plegius*.

REPLICA. (1) *Analabum*, *armilauſa*, *ſcapulare monachorum*, *reſticulae dae*, *a replicando dicta*: Laurentio in Amalthea, et in Martinii Lexico: quod conſule. V. *Analabus*. (2) Practicis Gallicis *Replique*, iterata defenſio, refutatio, reſponſio. Charta Caroli Regis Fr. an. 1489. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. p. 237. V. *Replicatio*.

REPLICARE. (1) Gall. *Repliquer*, refutare, iterare reſponſum, praeſertim in litigando. Charta an. 1235. ex Schedis Praefidis de Mazaugues. V. *Replicatio*. (2) REPLICARE AD SERVITVTEM, in Edicto Rotharis Regis Longob. tit. 88. §. 4. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 18. §. 3. *Replicare ad ſeruitium*, eod. libro tit. 12. §. 2. *Ad Palatium Replicare*, de ancilla Palatii, tit. 9. §. 3. Vetus iudicatum in libro 2. Chronici S.

Vincentii de Vulturno p. 690. *Vt omnes ſerui, qui ſubtracti erant . . . qui ad eius placitum venire noluiſſent, poteſtatiue eos apprehenderet, et in ipſo ſeruitio eos Replicaret, cum famulis, et filiis, et rebus*, etc. Infra: *Vel in ipſius praeſentia ſic eos Replicaret in ſeruitio de ipſo Monaſterio, etc. Ad ſeruitium repetere*, in Legibus Wiſigoth. tit. 7. §. 4. (3) † Repetere, iterare. Ceremon. Rom. Ml.

REPLICATIO. (1) In vereri Vocabulario, *eſt exceptionis factae exclusio; et ſic eſt quaedam exceptio competens actori contra exceptionem rei, et iſtam ſemper opponit actor: et contra Replicationem actoris datur duplicatio rei; et iterum contra duplicationem rei datur actori triplicatio: et ſic in infinitum extendere licet.* Sed haec ſunt Iurisconſultis familiaria. Gloſſae Lat. Gr. *Replicacio, ἀντιπαραγραφή.* Aliae Graeco-Lat. Αντιπαραγραφή, *Replicacio, proſcripcio, Replicatio, perſcriptio.* REPLICATIO BENEFICII, remuneratio, compenſatio. Diploma an. 1322. apud Ludewig. to. 6. Reliq. MSS. p. 470. (2) † Repetitio, in Stat. Com. Venaiſſ. V. *Replicare* 3.

REPLICATURA, Αναδίπλωσις, in Gloſſis Lat. Gr. et Graec. Lat. *Reduplicatio*, figura Grammat.

REPLISUM, plicatura, Gall. *Repli.* Ad calcem extracti ex Regeſtis Parlamenti Pariſ. pro Balliuo Atrebat. ann. 1381. habetur: *Et erat ſignatum ſuper Repliſum, Per indicium Curiae. Jouvenet et Sulli.*

REPLORARE. Geſta Treuirenſium Archiepiſc. apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 243. *Incredibili lamentatione lugebat Luciferum iniuſto de coelo extruſum, quem volebat denuo Replorare in coelum.* Vix dubito quin mendum ſit in hac voce, pro qua forte reſtituendum eſt *reportare* † Leg. videtur *relocare.*

REPLUENS. Gloſſae Iſidori: *Repluentibus, exabundantibus.* Legendum eſt, *Refluentibus, exundantibus*, vt quidam volunt: et certe *Repluere* proprie foret rurſum pluere; quia vero, inquit Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 21. ſi iterum iteruumque pluat, redundent aquae, dicitur *Repluentibus, exabundantibus*, vt apud Papiam: *Repluis, abundas.*

REPLUM, *ſpecies muliebris*, in Gloſſis Iſid Suſpicatur Vulcanius legendum eſſe: *Peplum, ſpecies veſtis muliebris.* Voſſius lib. 3. de Vitiis ſerm. cap. 42. *Peplum, veſtis muliebris.* Martinius retinet *Replum*, quod ordo alphabeticus ibi ſit obſeruatus, *Replumque* ſit operimentum, quod veſti accommodari potuit. Deinde, vt *Ruicinium a Reicio*, ſic *Replum a repello* ex eadem cauſa dici potuit. Emendat ipſe: *Replum, Veſtis mulieris.*

REPODIARE, REPODIATIO, Vide *Podium*

REPOENITENS, poenitens, dolens, Gallis *Repentant.* *Repoenitetucem ſuſcipe tuae, Domine*, in vereri Antiphonario Eccl. S. Petri in Vincino, Edit. Thomaſii Romae an. 1686. col. CXV.

REPOFOCILIVM, V. *Retrofocilium.*

REPONDERARE. (1) Tantumdem pendere, aequare, Gall. *Contrepeſer.* Epiſtola Soldani Aegyptii in Chronico Iohannis de Wheathamſtede p. 409. (2) Rependere. Sidonius lib. 1. Epiſt. 4.

REPORTAGIVM. (1) Modium decimae, Gall. *Reportage.* Charta Theodorici Epiſc. Ambian. an. 1150. *Mater Eccleſia Ambianenſis ex antiquo dignitatis ſuae priuilegio obtinet medietatem decimae, quae vulgo dicitur Reportagium.* Charta G. Abbatis S. Florentii Salmurienſis ann. 1246. ex Tabulario S. Dionyſii: *Ratione cuiusdam conſuetudinis, quae Reportagium ſiue Carruagium vulgariter nuncupatur.* Ita in alia Decani Pariſ. eiusd. anni *Carruagium* habetur; et melius, ni fallor, *Carrucagium*, in alia mox laudanda e M. Paſtorali Eccleſ. Pariſ. Charta an. 1246. in M. Paſtorali Eccl. Pariſ. lib. 23. ch. 95. *In locis illis duntaxat, quos coloni decimariae ſiue territorii noſtri in eorum decimaria excolebant ratione cuiusdam conſuetudinis, quae Reportagium ſiue Carrucagium vulgariter nuncupatur.* Locum habebat *Reportagium*,

gium, cum ab hominibus seu colonis vnius Ecclesiae agri excolebantur in vicino alterius Ecclesiae seu paroeciae territorio: tunc enim medietatem decimae frugum ex iis agris nascentium percipere solebat prior Ecclesia, etiamsi nullum aliunde ius, nullam aliam in ea paroecia decimam habere consueuisset; hinc inter Ecclesias de *Reportagiis* dissidia. Huius rei testis est Charta E. Prioris S. Martini de Campis ann. 1243. in Tabulario Sangermanensi. (2) Dictum, sententia, arbitrium, Gallice *Rapport*. Charta Libertatum Villae Maceriarum an. 1233.

REPORTAMEN, actio reportandi proprie, relatio. Epistola Abbatis S. Albini apud Iohannem de Whethamstede in Chronico p. 440.

REPORTARE. (1) Causam iudicandam referre, Gall. *Reporter;* hinc REPORTATOR, Gallis *Rapporteur*, Relator causae iudicandae. Lobinellus to. 4. Hist. Paris. pag. 525. plura refert Arresta Parlamenti sic terminata: *Reportatum per* N. vel N. *Reportavit*, et in Regestis eiusdem Parlamenti passim; N. *Reportator*. Iuxta primam huiusce supremi Senatus institutionem duplicis erant generis Consiliarii. Alii iudicabant tantum, nunquam *reportabant;* alii *reportabant* solum, non iudicabant: quod discrimen sustulit Philippus VI. Edicto an. 1344. tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 224. n. 9. vbi: *Que sous Rapporteurs . . . . car sous deivent estre Rapporteur et Jugeurs.* (2) Transcribere, cadere, dimittere. Charta Henrici II. Ducis Lotharingiae ann. 1243. apud Miraeum tom. 1. pag. 116. *Nouerit Vniuersitas vestra, quod Gosuinus Miles, dictus Bock, totum feodum, quod de nobis tenebat in territorio de Heimicsem, in pratis, aquis, piscariis . . . ad opus Abbatis et Conuentus de Loco S. Bernardi . . . qui ab ipso Gosuino praefatum feodum, titulo emptionis, iuste acquisierunt, in manus nostras quasi veri domini et superioris ipsius feodi Repentauit, atque iusto modo werpiuit, nihil sibi iuris, nihil suis heredibus in dicto feodo, ad praesens vel in posterum, reseruando.* Hoc feudum Monasterio venditum, dicitur in manus superioris domini *Reportatum* seu dimissum, quod nemini feudum renenti licitum fuerit illud alienare sine licentia domini feudalis. V. *Raportatio.* (3) † Restituere, emendare. Assis. apud Cadomum an. 1234. (4) † REPORTARE SE, Gall. *se raporter*, deferre, in Memor. D. Cam. Comput. Paris.

REPORTATIO. (1) Transcriptio, cessio, rei possessae dimissio, Gallis *Transport*. Cornelii Zantfliet Chronicon apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 414. V. *Raportatio.* (2) REPORTATIONES, commentationes, adnotationes. Testamentum Guillermi de Turre Canonici Claromont. an. 1315. apud Baluzium to. 2. Hist. Aruern. pag. 539.

REPORTATOR, Gall. *Raporteur*, Relator causae iudicandae. Vide *Reportare 1.*

† REPORTATVRA, actio reportandi aliquid eo, vnde fuerat allatum, in Stat. Taurin. an. 1360.

† REPORTORIVM SALIS, salinum, in Litt. remiss. a. 1362.

REPORTVNVS. Gloss. Graeco-Lat. σχίτλιος, *Importunus*, *Reportunus*. Adde Latino-Graecas.

REPORTVS. (1) Italis *Riporto*, Relatio, actio reportantis aliquid eo, vnde fuerat allatum. Statuta Auenion. lib. 1. rubr. 25. art. 2. REPORTVM, in Arest. a. 1400. (2) † Relatio, renunciatio, Gall. *Report*, in Ch. Ms. a. 1319. (3) † Ius percipiendi medietatem decimae ex agris, quos homines alterius paroeciae colunt, Gall. *Rapport*. Arest. Ms. an. 1354. V. *Reportagium 1.*

REPOSARE. (1) Quiescere, Gallis *Repoſer*. Vide in *Repausare 2.* (2) Desistere, cessare, in Sent. a. 1500.

REPOSCERE, Latinis notum pro Reperere. De magistro, qui discipulos dictata reddere iubet, dixit Terentianus Maurus de Carmine Anacreontio Choriambico: *Tu genus hoc memento reddere, cum Reposcam.*

REPOSCONES, *flagitatores, qui continuo conuitio debitum reposcunt*, Lau-

rentio in Amalthea. Ammianus lib. 22. ſub finem: *Homines autem Aegyptii plerique . . . ſunt . . . Repoſcones acerrimi.* Vox eſt non inelegans, iudice Voſſio lib. 3. de Vitiis ſerm. cap. 42. ſed dici non poteſt, num Lucillius, vel alius veterum, vſurpet; an demum inuenta, Latinitate collabente.

REPOSITARIVS, idem quod *Repoſitarius*, Theſaurarius. V. *Salmedina* in *Zaualmedina*.

REPOSITIO. (1) Quies, Gall. *Repos. Monaſterium B. Mariae de bona Repoſitione in oppido S. Saluii*, vulgo *Notre Dame de bon Repos*, apud Stephanotium to. 1. Antiq. Benedict. in Vaſconia MSS. p. 286. (2) Locus vbi quid reponitur. Palladius lib. 1. de Re Ruſtica c. 32. (3) † Deditio, in Ch. Mſ. a. 1489. (4) † Dilatio in re iudiciaria, in Stat. Caſimiri a. 1447.

REPOSITORIVM. (1) Diſcus maior, in quo variae ſimul lances componebantur ac reponebantur, ad menſam, apud Plinium, Petronium, eumdemque in Fragmentis pag. 9. 11. 31. 46. quod *Compoſtile* vocat Ennodius Epigr. 22. (2) Id omne in quo aliquid reponitur. Perpetuus Turon. Epiſc. ſaec. 5. in ſuo Teſtamento legat *Amalario preſbytero capſulam communem vnam de ſerico, item periſterium et columbam ad Repoſitorium;* id eſt, columbam ad reponendam ſacroſanctam Euchariſtiam, vt probat Mabillonius lib. 1. de Liturgia Gallic. cap. 9. n. 13. Breuiarium diuiſionis theſaurorum Caroli M. a. 811. *Harum diuiſionum . . . vnaquaeque ab altera ſequeſtrata, ſeiunctim in ſuo Repoſitorio cum ſuperſcriptione ciuitatis ad quam perferenda eſt, recondita iacet.* Vide mox *Repoſitum* 1. VASA REPOSTORIA, in quibus quid reponitur. Papias: *Vaſa Repoſtoria, arca, gazophylacium, cibatum, loculus, ſcrinia, etc.* Vide Salmaſium in Obſeruationibus ad Ius Atticum et Romanum pag. 451.

REPOSTORIVM SANCTIVS, Aerarium, vel potius Cimeliarchium, apud Capitolinum in Antonino Philoſ. Gloſſae Baſilicae: ἀναθηματοφυλάκιον, παρεθηκαρεῖον.

REPOSITVM. (1) Fiſcus, in Teſtam. Sancii I. Reg. Portug. a. 1217. Inde REPOSTARIVS, theſaurarius, in Ch. a. 1316. (2) Secretior camera. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii tom. 3. pag. XI. *Per officiales Repoſiti bene ſint illa inuncta eorum officiis, quae ad ſeruitia palatii dirigunntur.* Et pag. XL. *In noſtro Repoſito ſint duae perſonae, quae excubatores nominentur; ipſi enim tam cameras noſtras quam palatia ſcobare et mundare teneantur.* (3) Sepulcrum. Bulla Leonis IX. PP. in Actis SS. Iunii to. 3. pag. 671. V. *Repoſitorium.*

REPOSITVRA, repoſitio, ſeu actio reponendi. Vita B. Notkeri Balboli, to. 1. Aprilis pag. 582.

REPOSITVS, ſecretus, arcanus. Will. Malmesburienſis lib. 4. Hiſtor. Angl. cap. 2. *Illud Repoſitius praeponitur non ita vulgabatur, etc.*

REPOSTARIVS, Theſaurarius, V. *Repoſitum* 1.

† REPOSTERO, tapetis ſeu panni ſpecies, to. 5. Sept. p. 736.

REPOSTORIA VASA, Vide *Repoſtorium.*

REPOTIA, vox Latinis nota, quam quidam e recentioribus tranſtulerunt ad conuiuia, quae in nonnullis religioſis Ordinibus celebrantur recurrente profeſſionis die, anno praeſertim quinquageſimo, quem *Iubilaeum* vocant. Statuta Erneſti Bauari Archiep. Colon. ann. 1605. in Inſtrum. tomi 2. nouae Gall. Chriſt. col. 162. *Nec in eſculentis aut poculentis noui aliqui in monaſteriis ſumptus fiant, vllane Repotia aut anniuerſaria profeſſionis conuiuia.*

REPPARIVM, REPPERIVM, Vide *Reparium.*

REPPAYSVTA, idem quod ſupra *Repeyſata*, Paſtus, a Francico *Repaiſtre*, Paſcere. Computus Iohannis Humberti ſub Guigone Dalph. an. 1328. ex Schedis D. Lancelot.

REPPVS, Italis *Reſſo*, Gallis *Fil*, Filum. Statuta Placentiae lib. 6. fol. 80. vo.

RE-

REPRAESALIAE, Ius recipiendi, quod cuipiam per vim ablatum fuerit, a voce Gallica *Reprendre;* Gall. *Repreſailles*, Italis *Rappreſaglia* et *Ripreſaglia*. Alias originationes affert Voſſius lib. 3. de Vitiis ſerm. cap. 42. quem, ſi opus eſt, conſule. Auctor Breuiloqui: *Repraeſalia eſt poteſtas pignerandi contra quemlibet de terra debitoris data creditori pro iniuriis et damnis.* Idem: *Repraeſaliae dicuntur, quando aliquis oriundus de una terra ſpoliatur, vel damnificatur ab alio oriundo ab alia terra, vel etiam ſi non debitum ſoluerit ei: tunc enim datur poteſtas iſti ſpoliato, quod ei ſatisfaciat contra quemlibet in terra illa, unde eſt ſpoliator vel debitor.* Ἀνδεάληψις Graecis, Latinis *Clarigatio*, de quibus vocibus multa congeſſit Salmaſius de modo vſurarum pag. 554. et ſeqq. Vide voces *Marcha* col. 283. *Pignoramia* et *Reprenſaliae*.

† REPRAESENTALIA, idem in Stat. an. 1358.

REPRAESENTANEVS, qui repraeſentat, exhibet. *Repraeſentaneae poteſtatis reſpectu aliquid facere*, apud Tertullianum Apolog. cap. 27.

REPRAESENTARE, exhibere, ſiſtere aliquem. Lex Ripuariorum tit. 31. §. 2. *Quod ſi eum Repraeſentauerit, ſale damnum incurrat, quale, etc. Repraeſentare ſe*, apud Gregorium Mon. in Chronico Farfenſi, tom. 2. Muratorii part. 2. col. 636. Occurrit non ſemel apud Scriptores aeui inferioris. *V. Praeſentare.*

REPRAESENTATIO. (1) Corporis forma, ſpecies. Vita B. Coletae, to. 1. Martii pag. 591. *Inuencula pulchrae Repraeſentationis et dulciſſimae modeſtiae. Morum paternorum Repraeſentatio*, id eſt, Imago, imitatio, in Epiſtola S. Odilonis Abb. to. 3. Conc. Hiſpan. pag. 187. *Repraeſentatio paſſionis et mortis Chriſti* in tragoediis, in Regiminibus Paduae, apud Muratorium tom. 8. col. 375. (2) † Honorarius tumulus, Gall. *Repréſentation*, in Obituar. eccleſ. Lingon.

REPRAESENTATIVVS, qui repraeſentat, oſtendit, exhibet. Epiſtola Iohannis de Monſteriolo apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1417.

REPRAESENTATOR, qui repraeſentat, exhibet, imago eſt. *Filius Repraeſentator Patris.* Tertulliano adu. Praxeam cap 24.

† REPRAESSALAE, i. q. *Repraeſaliae*, in Stat. a. 1359.

REPRAESTARE, Praeſtare, exhibere, tradere. Paulus IC. lib. 19. Dig. tit. 1. leg. 17. Rurſum occurrit eadem notione l. 36. tit. 1. leg. 22. ſed alta ſuperius in *Praeſtare*.

REPREHENSIBILITER, male, peſſeperam, ſic vt reprehendi mereatur. Rufinus in Apologia pro Origene.

REPRENSALIAE, idem quod *Repraeſaliae*, Gall. *Repreſailles*. Statuta Eccleſiarum Cadurc. Ruthen. et Turel. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 744. REPREYSALLIAE, eadem ſignificatione. Ch. an. 1339. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 482. col. 2.

REPRESSIVVS, qui vim habet reprimendi. Petrus Bleſenſis Epiſt. 44.

† REPRETIARE, aeſtimare, pretium imponere. Ch. Mſ. a. 1313.

REPREYSALLIAE, Vide in *Reprenſaliae*.

† REPRIMARE, priorem ſtatum reſtituere, i. q. *repriorare*, to. 6. Aug. p. 482.

REPRIORARE, ad priorem, ſeu priſtinum ſtatum reducere. Aluarus in Vita S. Eulogii Preſbyt. et Mart. num. 10.

REPRISA, deductio ex prouentibus alicuius praedii, pro ſoluendis penſitationibus, quibus obnoxium eſſe poteſt, quacumque ex cauſa. Charta an. 1289. apud Kennettum Antiquit. Ambroſden. pag. 314. *Capitale meſſuagium valet per annum cum toto incluſa 11. ſol. et non plus, ſalua Repriſa domorum et aliarum officinarum.* V. Thomam Blount in Nomolexico v. *Repriſes*.

REPRISALIAE, *Repriſals*, vel *Repriſels*, vt habet Thomas Blount in Nomolexico, Gall. *Repreſailles*, idem quod *Repraeſaliae*, de quibus ſupra.

† REPRISIA. (1) Penſio annua, in Stat. ord. Ciſterc. an. 1308. (2) Recupe-

cuperatio, capti liberatio. Inuent. a. 1482.

† REPRISIO FEVDI, homagium ſ. ſeruitium feudale, quo praeſtito vaſſallus feudum recipit; inde REPRISIRE, illud praeſtare. Ch. Mſ. an. 1297.

REPROBABILIS, reprobandus, reiiciendus, apud ver. Irenaei interpretem lib. 4. c. 33. n. 1. nouae edit. et Iohannem Sariſber. lib. 7. Policratici cap. 20.

† REPROBARE, exprobrare, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1357.

REPROBATICVS, idem quod *Reprobabilis*. Gloſſae Lat. Gr. *Reprobaticus*, ἀποδοκιμαστός. Adde Graeco-Latinas.

REPROBATIO. (1) Reiectio, Hebr. 7, 18. *Reprobatio quidem fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatem.* (2) † Vox forenſis, refutatio, in Areſt. ann. 1342.

† REPROBATORIVM, idem, in Chr. Guil. Bardini a. 1310.

REPROBATRIX, quae reprobat. *Diſciplina Reprobatrix ſuperbiae*, Tertulliano lib. 4. adu. Marcion. cap. 36.

† REPROBE, iniurioſe, in Litt. remiſſ. an. 1363.

† REPROBRIVM, opprobrium, dedecus, in Litt. remiſſ. a. 1361.

REPROBVS, reiectus, reprobatus. Gloſſ. Lat. Graec. et Graec. Lat. *Reprobus*, ἀδόκιμος. Paſſim occurrit in Scripturis ſacris et apud Scriptores Eccleſiaſticos.

REPROCA, ἐπιβδα, ἡ μετὰ τὴν ἐορτήν, in Gloſſis Lat. Graec. et Gr. Lat. Vulcanius emendat *Reposia*, vel *Reciproca*. Martinius ſuſpicatur retinendum eſſe *Reproca*, quaſi *repetita*, vt *reprocari*, pro *reciprocari*.

† REPROCHARE, obiurgare, crimen imponere, in Ch. Mſ. a. 1347.

REPROMISSA, dos, quae mulieri repromittitur, noſtris *Repriſe et conventions*. Statuta Venetor. an. 1242. lib. 1. cap. 31.

REPROMITTERE *fidelitatem*, in Capitulari a. an. 805. cap. 9. et lib. 3. Capitul. cap. 8.

REPROPITIANTE *diuina clementia*. Formula frequens in Chartis Ludouici Pii Imper. poſtquam a filiis regno deiectus, annis ſcilicet 833. et 834. illud rurſum reaſſumpſit, cum in iis, quae id temporis praecedebant, ſeſe *diuina ordinante prouidentia Imperatorem Auguſtum* inſcriberet. Id porro paſſim obſeruare eſt in iis potiſſimum diplomatibus, quae deſcribuntur in Vita Aldrici Epiſcopi Cenomanenſis num. 9. 10. et 11. quae data ſunt an. 18. Imperii, indict. 10. et 11. prioremque formulam praeferunt: et num. 12. 33. 34. 37. 39. 40. etc. quae data ſunt an. 23. et ſeqq.

REPROPITIARE, placare, propitiare. Tertullianus lib. 1. ad Nationes cap. 17. *Neque imagines Caeſarum Repropitiando, hoſtes populi nuncupamur.*

REPROPITIATVS, iterum propitius factus, pacatus, in Chronico Reichenſperg. an. 1177.

REPROVARE, pro *Reprobare*, quomodo *Reprouer* dicunt Galli, in Legibus Luithprandi Regis Longobardorum tit. 5. §. 1.

REPSVDERE. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Repſudit*, ἐπιτροπιάζει. Martinio videtur legendum eſſe *Reincidit*, in febrem ſcilicet, quod quidam e recentioribus dixerint ἐπιτροπιάζειν, pro ὑποτροπιάζειν, Recurrere.

REPTARE, REPTATOR, etc. V. in *Rectum*. (2) † Increpare, exprobrare, in Litt. remiſſ. a. 1381.

REPTEMPTVS, pro *Retentus*, detentus. Iudicium an. 821. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 1. col. 56.

REPTI. Papias: *Renones ſunt volumina intorquorum ex pectore vſque ad umbilicum, atque tortis villis adeo hiſpida, vt imbrem reſpuant, quos vulgo Reptos vocant, eo quod longitudo villorum quaſi reptet.* Ex Iſidoro lib. 19. Orig. cap. 23. vbi addicur ex Saluſtio: *Germani inteſtum renonibus corpus tegunt.* Tum Iſidorus: *Diſti autem Renones a Rheno Germaniae flumine, vbi iis frequenter vtuntur.* Haec vtcunque probant *Repti* et *Reptos*, intelligi poſſe de huius-

iusmodi *Reptis*, vtpote in vſu apud Moguntinos Rheni incolas. Neſcio, an huc pertineat, quod habet Epiſtola Ethelberti Regis ad Bonifacium Archiepiſc. Moguntinum, 40. *Reuerentiae veſtrae direxit deuotio mea... nonnulla munuſcula, id eſt caucum argenteum intus deauratum, penſantem libras tres et ſemis, et duo Repta.* Ibidem Epiſt. 77. *Miſimus vobis parua xenia, id eſt Reptem ruptilem vnam, etc.*

REPTIVIDA PROLES. Mabillon. ſaec. 3. Bened. part. 2. pag. 125. ex Herkemperto et Leone Marſicano locum hunc refert: *Ille quidem* (Ratchiſus Rex Langobardorum) *cum filiis ad B. Benedicti coenobium profectus eſt, vbi ſub artiſſima vitae diſtrictione vitam finiuit: vxor vero eius Taxia nomine cum Reptiuida prole ſua ſimiliter mutato habitu, etc.* Hic haeret vir oculatiſſimus. An nomen proprium virginis?

REPVBERARE, iterum vegetari. Sebaſtianus Perufinus in Vita B. Columbae Reatinae, tom. 5. Maii pag. 345*. *Contuebatur demum mater ipſa . . . refloridam carnem Repuberaſſe et omnia membra repleri.* Haud ita abſimili notione Columella lib. 2. cap. 8. *Senectus nec reuireſcere nec Repubeſcere poteſt.*

REPVBLICARE, idem quod ſimplex Publicare. Litterae Henrici IV. Regis Angl. ann. 1412. apud Rymer. to. 8. pag. 768. col. 1.

REPVDIVM, renunciatio, iuris ſui ceſſio. Geſta Guidonis Epiſc. Cenoman. apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 342.

REPVERESCERE, pro *Repueraſcere*, vt eſt apud Tullium de Senectute cap. vlt. Gloſſae Lat. Gr. *Repuereſco*, πάλιν παῖς γίνομαι. Mox ante melius: *Repueraſco*, ἀναπαιδεύομαι.

REPVGNACVLVM, *carcer equorum*, βαλβὶς, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat.

† REPVGNATIO, clarigatio, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1361.

REPVGNATOR, qui repugnat, obſiſtit. *Quaſi Repugnatore ceſſante*, apud Bedam lib. 1. Hiſt. cap. 17.

† REPVLSA, rebellio, defectio, Gall. *Revolte*. Ch. Mſ. a. 1360.

REPVLSATVS, Repulſus. Vita S. Francae, tom. 1. Aprilis p. 384.

REPVLSIO, pro *Repulſa*, minus probum videtur Voſſio lib. 3. de Vitiis ſerm. c. 42. Legitur apud Valerium Maximum.

REPVLSORIVM. Hegeſippus de Excidio vrbis Hieroſol. lib. 3. cap. 5. de Antiochia: *Perſarum quondam caput, nunc Repulſorium*, i. munimentum, quo arcentur Perſae a finibus Romanorum. S. Ambroſius in Pſalmum 118. *Verbum enim Dei Repulſorium taediorum eſt, quo ſomnus animae, ſopor mentis excluditur.*

REPVLSORIVS. *Repulſoriae cohortes*, quae diſpoſitae ſunt ad hoſtium incurſiones repellendas, apud Ammianum lib. 24. cap. 4. edit. Valeſii.

† REPVM, filum, in Comput. anni 1380. V. *Reppus*.

REPVNCTARE, iterum *punctare*, ſeu punctis diſtinguere. V. *Punctare*.

REPVRGIVM, *Purgatio*, κάθαρσις, in Gloſſ. Graec. Lat. MS. Editum *Repurgatio* habet. Occurrit in Lege 1. Cod. Th. de Aquaeductu.

REPVTANTES, Vide mox *Reputatio* 2.

REPVTARE, numerare. Diploma Rudolphi Epiſc. Louantin. Legati Sedis Apoſt. an. 1469. apud Ludewig. to. 6. pag. 77.

REPVTATIO. (1) Exiſtimatio, fama, Gall. *Réputation*. Hiſtoria Cartuſienſis apud Marten. to. 6. Ampliſſ. Collect. col. 153. ad an. 1082. (2) Lamentatio mulierum, quae ſuis cantibus luctuoſis in funeribus omnes ad lamentandum excitabant, hinc *Reputatrices* et *Reputantes* dictae, quod defunctorum geſta *reputarent* ſeu enarrarent: de quibus iam ſupra dictum eſt, in voce *Constatrices*. Conſtitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 101. *Quoniam Reputationes* (Reputationes) *cantus et ſoni, qui propter defunctos celebrantur, animos aſtantium conuertunt in luctum, et monent eos quodammodo ad iniuriam Creatoris, prohibemus Reputationes funeribus adeſſe, vel aliae mulieres,*

ves, quae earum vsuntur ministerio, nec in domibus seu Ecclesiis, vel sepulturis, vel alio quocumque loco, nec pulsentur circa funebria guideme, vel timpana, vel alia solita instrumenta, quae ars magis ad gaudium, quam ad tristitiam adinuenit, poena vnciarum auri quatuor. mulctandis iis, qui eas admiserint circa hoc, et ipsis Reputatricibus similiter: quae Reputatrices, si poenam soluere propter paupertatem non possint, ne poenalis prohibitio eludatur, fustibus caedantur per ciuitatem et terram, vbi prohibita tentauerunt. (3) Idem quod *Respectus*, Gallis *Respit*, Mora, dilatio. Canones Hibern. lib. 33. cap. 4. *Sine Reputatione reddat debitum*, id est, nulla interiecta mora aut dilatione. In Fragm. S. Hilarii pag. 55. *Reputamini et quiescitis*, id est, *differtis.*

REPVTATORIVS, cuius magna *reputatio* seu fama est, Gallis *de Réputation*. Methodos reformationis Ordinis S. Benedicti in Austria, in Chronico Mellicensi pag. 310. col. 1.

REQVESTA. (1) Libellus supplex, Gall. *Requeste*. Vnde *Camerae Requestarum*, in Parlamentis; *Gentes, vel Magistri Requestarum Hospitii Regis*, Gall. *Maitre des Requêtes de l'Hôtel du Roi*, qui olim in aula commorabantur, vt libellos supplices reciperent Regi offerendos. Horum hodie munus exercent libellorum supplicum Magistri, quos nude *Maitres des Requêtes* appellant. De *Requestis Palatii* seu *Camerae Requestarum* in Parlamentis, et de *Requestis Hospitii* scripsit Pasquier lib. 1. des Recherches c. 3. De *Requestis ciuilibus, personalibus* et *hypothecariis*, Raguellus et de Lauriere in Glossario Iuris Gallici et alii passim Iurisconsulti. Interdum vox *Requesta*, non libellum supplicem, sed nudam petitionem significat, vt in Charta Philippi Franc. Regis an. 1279. apud Rymer. to. 2. pag. 135. *Ad Requestum Regis Franciae.* Sic alibi non semel. (2) Species iuris dominici, seu praestationis. Pactum initum M. Maio ann. 1220. inter Abbatem S. Vedasti Atrebat. et oppida Montis in Puella, Aventius, etc. *Li relief, les Requestes, li vendages des terres mouuentes sans seulement à l'Abbé, et li Abbes a en ces viles ses forages, ses cambages, son soulier, etc.* Hoc ipsum ius est, aut omnino simile, *Requestus* dictum to. 3. nouae Gall. Christ. col. 105. quod obeunte quolibet Abbate Crispinensi in Hannonia Dominis temporalibus de Quievrechin debebatur, quodque reciudi procurauit Petrus II. Aimericus eiusdem Coenobii Abbas designatus a. 1597. ex quo patet speciem fuisse *relevii* vel *rachati*: de quibus suis locis.

REQVESTVS. (1) Idem quod *Requesta 1.* Libellus supplex, postulatio. Exstat apud Rymerum tom. 7. pag. 455. (2) Species *relevii*. Vide supra *Requesta 2.* (3) Inquisitio, requisitio, Gallice *Enquête*. V. *Requisitum.*

REQVIARE, quietum reddere, reprimere. Glossae Lat. Graec. *Requie, κατάπαυε.* Aliae Graec. Lat. *Καταπαύω, Requio, compesco.*

REQVIES. (1) Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis num. 20. *Super sepulchrum vero beati Martyris Bonifacii auro argentoque compositum composuit arcum, quam solemnis Requiem appellare, quam, vt tunc moris erat, pulchro opere condidit, quae vsque hodie super tumulum ipsius Christi Martyris cum altari aureo perseuerat.* Vbi forte legendum *Repam*. V. *Repa*. Retinendum esse *Requiem*, suadere videtur Chronicon Laureshamense inter Vindemias Liter. Frederici Schannat pag. 37. Kalend. Octobris: *Richbodonis Archiepiscopi et Abbatis. Hic primus clastrum nostrum muris circumdauit, et dormitorium cum Ecclesia triplici ansepsam fundauit, concellis hinc inde circa Requiem auro et argento mirificauit, pauimentumque sublimauit coram altari decorauit.* Neque mendum in mox laudato Eigilis loco suspicatur Mabillonius saec. 3. Benedict. part. 2. p. 282. imo et eo fonte deriuatum ipsi videtur Gallicum vocabulum *Poisle*, quasi dicas *Pausationem* seu *Requiem*, ad significandas honorarias vmbellas, quae

Magna-

Magnatum tumulis imponuntur. Et quidem, inquit, veri ſimillimum eſt, ciboria, repas, fredas antiquorum, ſeu aediculas quatuor columnis nixas, nonnunquam ex panno aureo aliisque id genus textis compoſitas fuiſſe: quo ſpectat Bedae lib. 3. cap. 11. vbi de S. Oſwaldi Regis Merciorum agens reliquiis, *vexillum*, inquit, *eius ſuper tumbam auro et purpura compoſitum apposuerunt.* V. *Ciborium.* (2) REQVIEM, Miſſa pro defunctis, cuius introitus eſt *Requiem aeternam*, etc. Poëta infimi aeui MS. (3) Altare Charta Waldonis Epiſc. Friſing. apud Meichelbeck to. 2. Hiſt. Friſing. pag. 427 Obſeruat Cl. Editor hunc loquendi modum Boiis ſimplicioribus eriamnum eſſe vſitatum, *Hier raſtet S. Martin.* (4) In Concilio Mexicano an. 1585. cap. 7. et 8. to. 4. Concil. Hiſpan. pag. 406. et ſeq. dicuntur feriae Canonicis aliisue Beneficiatis conceſſae, quibus iis licet per certum anni tempus ab officiis diuinis abeſſe, vt ſuis negotiis operam dent, vel animum reficiant liberali oblectatione, Gallis vulgo *Vacances.* (5) REQVIES SOLIS, Occaſus. Statuta Gildae Scoticae cap. 14. *Nec portet dicta bona empta de naui ante ortum ſolis; ſed ab ortu ſolis uſque ad declinationem ſine Requiem ſolis.*

REQVIES DOMINICI CORPORIS, V. *Sabbatum.*

REQVIETIO. Flodoardus lib. 4. Hiſt. Rem. cap. 52. *Suorum corporum gratam perciperent Requietionem.* V. mox *Requietorium.*

REQVIETORIVM, tumulus, ſepulcrum: *Sedes Requietionis*, apud Hugonem Flauiniac. in Chronico pag. 93. *Locus Requietionis*, in Vita S. Anſtrudis cap. 36. Ita apud Flodoardum lib. 4. cap. 52. *Corporis Requietio.* Vetus Inſcriptio: *P. Scantius Philetus fecit ſibi et Scante Nice lib. Requietorium.* Alia: *Requietorium amici bene facere ſemper ſtudioſus.*

REQVILITIA, Glycyrriza, Gall. *Reglisse*, Ital. *Regolitia* et *Rigolitia.* Statuta Riperiae fol. 3. vo. cap. 12.

REQVIRENTIA, requiſitio, Gall. *Recherche.* Vita B. Caroli Boni Comitis Flandriae, tom. 1. Martii pag. 193.

REQVIRERE. (1) Aliquem aggredi, quomodo Galli dicunt, *Demander quelque chôſe à quelqu'un.* Vſatici Barcinonenſes MSS. cap. 64. (2) In ſacris Scripturis, Vlciſci, vindicare, rationem repoſcere, repetere. Gen. 9. 5. (3) Inuiſere. Homilia Gennadii libris adiecta ab Elmenhorſtio pag. 52. (4) † REQVIRERE VENDAGIVM, praedium ab agnato venditum redimere, in Ch. Mſ. a. 1225. (5) † REQVIRERE ANTIPHONAM, dicitur cuſtos chori, cum a cantore licentiam petit illam alicui canonico praecinendi. Cerem. vet. eccl. Carnot.

REQVIRIMENTVM, aggreſſio, ni fallor, a *Requirere 1.* Sententia Vicecomitiſſae Carcaſſon. ann. circiter 1080. e Bibl. Colbertina. Hiſpanis *Requerimiento* eſt Inquiſitio, requiſitio.

REQVISITI, magiſtri precum, Bonfinio: *Referendarii*, qui preces et poſtulata referebant ad Principem. Magiſter Rogerius de Deſtructione Hungariae c. 6.

REQVISITIO. (1) Exactio, tributum quod requiritur ſeu exigitur. Praeceptum Chlotarii Franciae Regis an. 537. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 4. col. 127. V. *Quaeſta.* REQVISITIONVM CAMERA, eadem quae *Requeſtarum*, apud Thomam Blount in Nomolexico v. *Requeſts.* V. *Requeſta 1.* (2) REQVISITIO TERRARVM, poſtulatio qua quis acquiſitae poſſeſſionis inueſtituram a domino feudali requirit. Sent. arbitr. an. 1214.

REQVISITORIAE LITERAE. V. ſupra *Receptimatoriae literae.*

REQVISTVM, requiſitio, Gallis *Requeſte*, vel potius *Enqueſte*, Inquiſitio. Vetus Notitia Iudicati apud Perardum in Burgund. pag. 33. In MS. habetur *fecerunt Requeſtum*, quod magis placet, a recto *Requeſtus.* V. in hac voce.

RERA, Ἡμίκοτον, in Gloſſis Latin. Graec. et Graec. Latin. Martinius

rinius emendat, *Rica*, ἡμιχιτον, niſi corruptum eſt ex *oraria*, quibus ſcilicet os obuelabatur. Lucil. Sat. lib. 2. iungit:

Ricini aurati, ricae, oraria, mitrae.

V. *Repa* et *Repia*.

RERAGIVM, reliqua, vetera nomina non ſolutarum penſionum, Gall. *Arrerages*. Teſtamentum Iohannis de Luxemburgo et vxoris eius a. 1373. apud Acherium to. 9. Spicil. p. 287. V. *Areragium*.

RERREGARDA, ius cuſtodiae competens homini ligio aut vaſſallo nomine domini ſui ſuperioris. Inquiſitiones factae in loco Oyſentii tom. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 20. V. Commentationes Cl. Hiſtoriographi ibid. p. 7. et infra voces *Retrogarda* 2. et *Warda*.

† RERIDECIMA, i. q. *Redecima*, in Ch. a. 1070.

RERVLA, res parua, V. *Recula*.

RES. (1) Menſurae ſpecies, eadem quae *Sextarium*. Adaequationes menſurarum e MS. Sangerman. fol. VII. 1. *ſextar.* (apud S. Quintinum) *facit* 1. *Res*. Et mox infra: XVI. *ſextar.* (Peronae) *vel* XVI. *Res faciunt modium*. Hinc emendandum paulo poſt: II. *maincos* (Caluiaci ſeu Calniaci) *vel* II. *Res faciunt ſextarium*. Legendum enim, *vel* I. *Res etc.* In nonnullis Belgii locis *Ré* vel *Rez* etiamnum vocant menſuram continentem duos modios ſeu *boiſſellos* ibidem *melles* nuncupatos. V. *Raſa* 2. *Raſeria*, *Ruſum* 1. et mox *Reſa*. (2) RES RELIGIOSAE, ſepulcra. V. *Religioſus locus* in *Religio*. RES SOLI, *eſt Res immobilis*, in veteri Gloſſario iuris vtriusque.

RESA. (1) Menſurae frumentariae ſpecies, ſ. eadem quae mox *Res*. Tabularium Abſienſe: *Quibus adhuc largitus eſt vnam Reſam auenae, et dimidiam gallinam, quam habebat de terra, etc.* Idem videtur quod *Reſeria*, de qua voce ſupra. V. *Reiſa*. (2) Idem quod infra *Rieſa*, Terra *reſes*, relicta, inculta. Charta Raynaldi Rem. Archiepiſc. ann. 1132. inter Monumenta ſacrae antiq. to. 2. p. 12. *Quidquid infra praeſcriptas metas omnimodis continetur, in ſylua, terra, aqua, gratis et Reſa, ſicut libere tenebant . . . . gratanter Eccleſiae de Glaud conceſſerunt.*

RESACERDOTARE, ſacerdotem ſeu epiſcopum reſtituere, in Praefatione D. Dionyſii Sammarthani ad to. 1. nouae Gall. Chriſt. et in admonitione ad calcem eiusd. tomi.

RESAICIRE, in alicuius rei poſſeſſionem iterum mittere, reſtituere. Epiſtola S. Anſelmi Cantuar. Archiep. ad Henricum Angl. Regem lib. 3. Epiſt. 109. *De Archiepiſcopatu meo me Reſarciuiſtis*. Legendum eſt *Reſaiciuiſtis*, vt vult Voſſius lib 2. de Vitiis ſerm. cap. 25. quod malim; altera tamen lectio ferri poteſt, et eodem redit.

RESAISIRE, iterum *ſaiſire*, occupare, Gall. *Reſaiſir*. V. *Reſſaiſiare* et *Saiſire*.

RESAISITIO, reſtitutio, redirus in poſſeſſionem. Vita S. Anſelmi Cantuar. to. 2. Aprilis p. 935.

RESAISITVRA, eadem ſignificatione, in Charta Lugdun. an. 1298.

RESAISITVS CREDITOR, qui per *ſaiſimiam* hypothecam, quam habebat in bonis debitoris, mutauit in ius dominii et inueſtiturae bonorum eius. Ita Nomenclator idiotiſmi Leodienſis ad calcem Obſeruat. Caroli Meani in Ius ciuile Leodienſium.

RESALE, ſpecies menſurae frumentariae, ſ. eadem quae *Reſa*. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. de Praepoſitis: *Percipit adhuc ſuper qualibet decima, communem valorem quadraginta Reſalium excedente, duo Reſalia bladi frumenti; ſi ſubtus quadraginta, vnum*. V. *Raſeria*.

† RESALLIRE, reſilire, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1355.

RESALLVM, V. *Raſallum*.

RESALVARE, ſaluam rem praeſtare, *Garentir*. Placitum an. 877. in Tabulario Caſaurienſi.

RESARCIARE, pro Reſarcire, reſtituere. Aduiſamenta Curiae Eccl. Brioc. MSS.

RESARCINACIO, Ὑποραφή, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Ὑποραφή, *Plicatura*, *Reſarcinacio*, *Subſutio*.

† RE-

† RESAVDARE, iterum ferrumine agglutinare, Gall. *Reſouder*. Comput. Mſ. a. 1469. Hinc RESAVLDATIO, ferruminatio, in Ch. ann. 1532.

RESAXIRE, idem quod *Reſaiſire*, rem alias poſſeſſam recuperare. Chronicon Senon. cap. 21. ad annum 1202.

RESAYSIARE, idem quod *Reſaiſire* et *Reſaxire*. Formulare Angl. Thomae Madox pag. 259.

RESCACTVM, Gall. *Rachat*. V. *Reſcattum*.

RESCALDARE, ab Italico *Riſcaldare*, Gall. *Rechauffer*, rurſum calefacere. Johannis de Bazano Chronicon Mutin. apud Murator. tom. 15. col. 597.

† RESCAPTVM, redemptio, i. q. *Rachetum* et *Releuium*, in Ch. Mſ. an. 1229.

RESCATTVM, RESCACTVM, ab Italico *Riſcatto*, Gall. *Rachat*, Redemtio. Chronicon Dominici de Grauina, apud Murator. tom. 12. col. 597.

RESCELLA, parua res, V. *Recula*.

† RESCELLVS, libri inuolucrum, t. 1. Iul. p. 426.

RESCISIO. Literae Hugonis Archiep. Rotomag. ad Ademarum Abb. S. Tyberii an. 1134. in Probat. nouae Hiſt. Occitaniae tom. 2. col. 475. *Hanc Reſciſionem, eodem R. Agathenſi Epiſcopo atteſtante ſic factam, nos, et nobiſcum ſic aſſidentes ſupranominati Archiepiſcopi et Apoſtolicae ſedis Legati et Epiſcopi, et quamplures autentici et religioſi viri approbamus, etc.* Sed omnino legendum videtur *Reſtitutionem*; hic enim agitur de *reſtitutione Eccleſiae de Beciano B. Tyberii Monaſterio adiudicata* in Concilio Montispeſſulano eiusdem anni, quod hiſce Literis praemittitur ibidem col. 474.

RESCLAVSA. Concilium Auenionenſe an. 1326. can. 11. *Molendina, piſcarias, paſquerias, ſine Reſclauſas, etc.* Ita editio Gaſſendi, non *Recluſas*, vt noua editio Conciliorum. Charta an. 1158. apud Stephanotium to. 8. Fragm. MSS. p. 59. *Con-*

cedimus praefatae canonicae (Narbonenſi) *decimam omnium piſcium, quos noſtri homines . . . apprehenderint . . . in aqualibus molendinorum ipſius pontis, ſine in ipſa Reſclauſa epiſcopali, nec non et in mari ſine in ſtagnis, ſeu in fluminibus atque paludibus.* Recognitio an. 1263. ex Schedis Praeſidis de Mazaugues: *Recognoſco me . . . ad feudum francum et liberum tenere . . . Reſclauſam, quae dicitur Eual et paſſagium de Berbegal, etc.* Saepius occurrit in Transactione an. 1515. ex iisdem Schedis; vbique pro loco vbi concluduntur aquae, Prouincialibus *Reſclava*, Gallis *Ecluſe*. V. *Excluſa*.

RESCLOSARIA, idem quod *Reſclauſa*. Charta an. 1160. Marcae Hiſp. col. 1329.

RESCLVM, f. Fenum autumnale, Gall. *Regain*. Concordia Roberti Abb. de Monberolf cum Conſtantino de Condamina, apud Baluzium Hiſtor. Tutel. col. 435. *In prato paſcuam unius equi vſque medio Madio et Reſclum ipſius, panicium et rabas de terra de Aquina, et gineſtos cum fulgeria, etc.*

RESCONSA, RESCOSSA, etc. Vide *Reſcuſſa*.

RESCRIBENDARII, Laurentio in Amalthea, *Qui taxant ſcribarum mercedes*, ex Hugone. *Summiſtae Apoſtolici, qui diſſerunt, quid a ſecretariis oporteat regiſtrari*, ex Scribanio.

RESCRIPTIO, idem quod mox *Reſcriptum*. Lex 8. libri 1. Dig. tit. 18. Alias *Reſcriptio*, noſtris *Reſcription*, Mandatum eſt ſcriptum, quo quis villico ſuo, vel publicano, aut debitori, abſentiue negotiorum procuratori mandat, vt certam pecuniae ſummam numeret huiuscemodi ſchedae latori.

RESCRIPTOR, qui ſcribit Imperatorum *reſcripta*, ſi recte puto. De Exilio S. Martini PP. apud Anaſtaſium in Collectaneis pag. 97.

RESCRIPTVM, ſcriptum, quo ſummi Pontifices aut Imperatores reſpondent conſulentibus, Gall. *Reſcrit*. Vlpianus lib. 49. Dig. leg. 1. §. 1. *Quaeſitum eſt an aduerſus Re-*

ſcriptum Principis prouocari poſſit, forte ſi quis Praeſes prouinciae, vel ſuis alius conſuluerit, et ad conſultationem eius fuerit Reſcriptum . . . de qua re exſtat Reſcriptum diui Pii . . . . quo oſtenditur prouocari oportere, etc. Vſurparunt Tacitus et alii recentiores. Romanorum Pontificum *Reſcripta* ſpecies ſunt *Bullarum* vel *Monitoriorum*, quae vulgo hiſce verbis incipiunt: *Significauit nobis dilectus filius, etc.*

RESCVERE, adiuuare, ſeruare, liberare, Angl. *to Reſcue*, Gall. alias *Reſtorre*. Literae Henrici IV. Regis Angl. an. 1412. apud Rymer. to. 8. pag. 723. col. 1.

RESCVLA, res parui momenti, Vide *Recula*.

RESCVLPERE, reducere, antiquam formam quaſi ſculpendo reuocare, renouare. Tertullianus de Ieiunio cap. 5.

† RESCVRERE, redundare, in Ch. a. 1291.

RESCVSITVS, V. mox in *Reſcuſſa*.

RESCVSSA, RESCVSSIO, RESCVSSVS, recuperatio, *Reſcouſſe*, quod qui rem recuperat, poſt eum *recurrat*, qui hanc aufert. Matthaeus Paris in Reſponſionibus Mag. Laurentii de S. Albano pro Comite Cantiae. RESCOSSA, eadem notione. Charta Briuatenſis an. 1365. *Riſcoſſa* dicunt Iruli eodem ſignificatu. V. ſupra *Recuſſa*. RECOVSSA, eodem intellectu. Memoriale Camerae Comput. Pariſ. an. 1362. fol. 54. RESCVSSVS, Anglicis practicis eſt tumultuoſa et violenta ereptio *areſtati*, ſeu capti, e manibus eius, qui licite eumdem cepit, aut *areſtauit*: apud Cowellum lib. 2. Inſtit. Iur. Angl. tit. 18. §. 14. et Raſtallum verbo *Reſcous*. Will. Thorn. an. 1332. RESCVSSVS, ſeu *Reſcous*, Littletoni ſect. 237. vna eſt ex tribus cauſis diſſaiſinae *de Rente ſeruice*: vbi ſic deſcribitur: *Reſcous eſt, quant le Seignior en la terre tenus de lui deſtreine pur ſa rens arere, ſi le diſtres de lui ſoit Reſcous: ou ſi le Seignior viens ſur la terre, et voile diſtreiner, et le tenant, ou antel home ne lui voile ſuffer, etc.* V. Nomolexicon Thomae Blount in voce *Reſcous*.

RESCVSSOR, qui facit *reſcuſſum*, in eodem Thomae Blount Nomolexico. RESCVSSA, RESCOVSSA, aggreſſio, violentia, vis alicui illata, ſic dicta, quod recuperationes non ſine vi aliqua fiant. Regeſtum Magnorum dierum Trecenſ. a. 1285. fol. 24. RESCONSA, perperam pro *Reſcouſa* vel *Reſcouſſa*. Literae Philippi Franciae Regis ann. 1290. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1234. RESCOSTARIA, eadem notione. Statutum Toloſanum an. 1207. ap. Catellum pag. 230. RESCVSSIRE, idem quod *Reſcuere*, ſuccurrere, liberare. Literae Edwardi II. Regis Angl. an. 1314. RESCVSITVS, recuperatus. Literae Caroli Regentis an. 1359. apud D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. pag. 396. RESCVTERE, aliquam rem per *Reſcuſſam* recuperare, eripere. Charta Bernardi de Turre an. 1308. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 781. V. *Recodere*.

RESEA, RESIA, officina, vbi ferra deſecatur. Statuta Montis-regalis p. 319. V. *Raſega* et *Reſſia*.

RESEANTIA, RESEANTISA, V. *Reſidentes*.

RESEARE, RESIARE, ferra deſecare, Ital. *Reſegare*, Gall. *Scier; Reſiatio*, Deſectio; *Reſeator*, Deſector, Gall. *Scieur*. Eadem Statuta ibidem.

RESECRARE, Iohanni de Ianua, *Sacrare, vel execrare, vel exulare, vel liberare, dimittere*. Pro Religioue ſoluere Cornelius Nepos: *Iidem illi Eumolpidae ac Ceryces Reſecrare ſunt coacti, qui eum denouerant*. Pro Iterum obſecrare, denuo petere, Plautus: *Obſecro te, Reſecro, operam da hanc mihi fidelem*.

RESEDERE, agnoſcere, confiteri. Placitum Caroli M. an. 775. apud Mabillonium Diplomat. pag. 499. et Felibian. Hiſt. San-Dionyſ. pag. XXXVI. *recognouit et Reſededit*.

† RESEDIVM, RESIDIVM, ſedes, habitatio, manſio, Ital. *Riſedio*. Ch. a. 1239.

RESEGALE, arſenicum rubrum, ab arſenico communi, quod album eſt, diſtinctum, vulgo *Riſagallum*, Ital. *Riſal-*

Risalgaio, Gall. *Realgal.* Vita S. Francae num. 62. tom. 3. Aprilis pag. 396.

RESELLA, res parua. Gocelinus in Translatione S. Auguſtini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 415. Vide ſupra *Recula.*

† RESELLVS. (1) Menſura annonaria, eadem quae *Reſale.* Reg. S. Iuſti ex Cam. Comput. Pariſ. (2) Retis ſpecies, Gall. *Filet*, ol. *Raſeau.* Areſt. Mſ. a. 1351.

RESELVLA. Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 8. *Accidit autem hyeme per ora, cruraque populi peſtilens morbus, in tantum ſaeuiens, vt multi perirent: indeque ad Damiatae incolas pertranſiit. Studet proinde Soldanus ſuccurrere ciuitati: et primo quidem nocte per fluuium transmittebat Reſelulas leues conſutas in coriis, et ceratis, etc.* Perperam pro *Reſcellulas.* Vide *Recula.*

RESERTVS, pro *Reſeratus* licentia poetica. Anonymus de Laudibus Berengarii Aug. apud Murator. to. 2. pag. 398. col. 1.

RESERVATARIVS, clericus, cui Romanus Pontifex indulſit *reſeruationis* literas in re beneficiali. Pius V. PP. in Correctionibus Concilii Valentini ann. 1565. tom. 4. Concil. Hiſp. pag. 89. col. 2.

RESERVATIO, in materia beneficiali, Gall. *Reſervation*, Reſcriptum ſeu Mandatum ſummi Pontificis, quo certorum beneficiorum, cum vacauerint, collationem ſibi reſeruat faciendam cui voluerit, aliis legitimis collatoribus excluſis. Haec Mandata noſtris vulgo dicuntur *Ambitioſa Curiae Romanae Reſcripta.* Locum non habent in Galliis. Chron. Archiep. Vpſalienſium pag. 197. *Iſte D. Ioannes Karoli non habuit ius in ea* (Canonia), *quia reſeruata fuit in curia, et vigore illius Reſeruationis impetrauit eam.* Mox: *Quo mortuo obtinuit hanc praebendam etiam per Reſeruationem D. Henricus dictus Biſcop.* V. *Mandatum* 5.

RESERVATORIVM. (1) Cella penaria, vbi quidquid ad menſam neceſſarium eſt, reponitur, Gallis *Dépenſe.* Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. tom. 3. SS. Iunii pag. XX. (2) Sacrorum corporalium theca, vt videtur, Gall. *Bourſe.* Geſta Gaufredi Epiſcopi Cenoman. apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 390.

RESERVVM. (1) Exceptio, Gall. *Reſerve.* Placitum an. 1053. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 221. (2) Reconditum, ſepoſitum, Gall. *en reſerve.* Donatio ann. 1195. apud Miraeum to. 1. pag. 108. col. 2.

RESGARDVM, idem quod ſupra *Regardum* 5. Arbitrium, ſententia, edictum. Charta Dalphini Comitis Claromont. an. 1229. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 250.

RESIA. Charta an. 1400. in Statutis Perufiae pag. 23. *Item de et pro franchimento burgi Perufiae. Item de et pro cenſu gaſtaldiae. Item de et pro fictis hortorum et fuſſinarum. Item de et pro Reſiis et decanis Perufiae et vallis eiusdem.* V. *Reſea.*

RESIANS, commorans, habitans in loco, ab Anglico *Reſiant*, Gallice *Reſſeant*, *Reſident.* Literae pro mercatoribus Venetiarum an. 1507. apud Rymer. tom. 13. pag. 164. col. 1. V. *Reſidentes.*

RESIARE, RESIATIO, V. *Reſea.*

RESIDENS. (1) RESIDENTES IN TERRA *Dominica*, Homines liberi dicebantur, tam qui *proprium* non habebant, quam qui *proprium* habebant. Atque ii quidem propter res alterius ad teſtimonium non recipiebantur, licet *coniuratores* eſſe poſſent, quia liberi erant: iſti vero ad teſtimonium recipiebantur, quia proprium habebant, in Capitularibus Caroli Magni lib. 5. cap. 150. (2) Tenens aut vaſſallus, qui ex debito *reſidet* in praedio domini ſui, ita vt ab eo recedere ei non liceat: alias *Hoſpes*, et *Eſtagiarius* dictus: in Conſuetudinibus municipalibus, *Homme levant et couchant:* in Conſuetudine vero Normanniae art 188. *Reſeant du fief.* At in veteri, cap. 60. *Reſeans*, exponuntur *Homagiasi*, in edit. Latina. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43. 55.

RESIDENTIA. (1) RESIDENTIA, RESEANTISIA, ius domini feudalis, quo vaſſallum, ſeu tenentem,

cogere poteſt, vt intra feudi ſui terminos, habitet, aut manſionem habeat. *Reſſeantiſe*, in Conſuetud. Perticenſi. Litterae Philippi Aug. Franc. Regis an. 1200. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 24. et 25. RESIDENTIA, pro eo quod *Stagium* alii vocant. Regeſtum Conſtabulariae Burdegal. fol. 24. *Nomina Nobilium, qui tenentur facere Reſidentiam in Caſtro de Thalamone annis ſingulis, de deuerio videlicet: Helias Achardi per tres menſes ſequentes et continuos, etc.* RESEANTISIA. Charta Renaldi de Boſco in Hiſtor. Monaſterii S. Audoeni Rotomag. *Nullus, quia in haya Gonnor per nos Reſeantiſiam fecerit . . . . poteſt habere quietantiam herbagii, etc.* Fleta lib. 2. c. 67. §. 6. *Teſtatum fuit, quod domicilium habuit et Reſeantiſam apud talem locum.* RESEANTISA, interdum ſumitur pro ipſa domo reſidentis; vt *hoſtiſia* pro domo hoſpitis. Tabularium Leproſariae Pontis-Audomari: *Tenet 4. acras terrae et vnam Reſſeantiſam, vnde reddit 5. ſolid.* INFIRMITAS DE RESEANTISA, quod aliis *malum lecti* dicitur, in Regiam Maieſtatem lib. 1. cap. 8. §. 3. et apud Bractonum lib. 5. tr. 2. c. 4. §. 1. RESEANCIA, ex Gallico *Reſeance*. Charta ann. 1316. apud Will. Thorn. *Quod omnes reſidentes, qui Reſeancias proprias nunc tenent infra procinctum manerii praedicti, etc.* Adde eumdem pag. 2035. Charta Richardi de Lamberville e Tabulario Gemetic. cap. 361. *Varantizandum ab omni aida et Reſeantia et amonta.* (3) RESIDENTIA CANONICORVM, de qua complures Chartas collegit Iacob. Peritus poſt Poenitentiale Theodori pag. 442. et ſeqq. Adde Baluzium tom. 2. Miſcell. pag. 233. 434. et to. 5. pag. 266. RESIDENTIA PRAELATORVM in ſuis Dioeceſibus commendatur in Concilio Tridentino ſeſſione 6. cap. 1. et ſeſſ. 24. cap. 1. de Reformatione. (4) Bulla Innocentii VIII. PP an. 1484. in Continuatione M. Bullarii Rom. p. 290. col. 1. *Item ordinarius, quod nullus de collegio praeſumat ipſum chorum intrare, dum in eodem pſallitur, niſi prius fecerit primam Reſidentiam, quae prima Reſidentia ſit ante finem verſiculi primi Pſalmi, videlicet de* Gloria Patri *uſque ad* Amen.

RESIDENTIARIVS, Angl. *Reſidentiary*, qui reſidet ſeu aſſidue commoratur: hinc *Reſidentiarii* Canonici, iidem qui aliis *Reſidentes*, vel *Manſionarii*, qui aſſidue praeſentes ſunt in Eccleſiis, quibus deſeruiunt, hac in re diſtincti a Canonicis *Foraneis*, qui non reſident ſeu abſentes ſunt. Literae Edwardi III. Regis Angl. an. 1371. de abuſibus Eccleſiae S. Pauli Londin. apud Rymerum to. 6. pag. 678. col. 1. V. *Canonici forenſes, Foraneitas et Manſionarii.*

RESIDERATIO, pro *Reſiduatio*: quod vide.

RESIDERE. (1) Negligere. Radbodus Nouiom. Epiſc. in Vita S. Medardi, tom. 2. Iunii p. 93. (2) Inutile, deſertum manere, in Codice Theodoſ. lib. 6. tit. 2. leg. 13. *Reſidere in debitis*, Reliquari, eod. lib. 6. tit. 3. leg. vlt. lib. 8. tit. 8. leg. 9. *Reſidere in debitum*, (ſic legendum eſt diuiſis vocibus.) eadem notione lib. 11. eiusd. Cod. tit. 1. leg. 27.

RESIDIVARE, pro *Recidiuare*, de quo in *Recidiua*, Recidere, Gall. *Recidiver*. Vita Innocentii III. PP. apud Murator. tom. 3. pag. 484. col. 1.

RESIDIVM. (1) Quod pro iure *reſidentiae* domino ſoluitur a *reſidentibus*. Additamenta ad Leges Ludouici II. art. 32. apud Murator. tom. 1. part. 2. p. 162. col. 1. Malim *Reſidium* quam *Reſiduum*. V. ſupra *Reſidentia*. (2) † Sedes, habitatio, V. *Reſedium*.

RESIDVATIO. Gloſſ. Graec. Lat. ἀνακαθίζομαι, *Redeo*. Ἀνακάθισις, *Reſiduacio*. Hinc emendandi lanus Laurenb. in Supplemento Antiq. vbi perperam ἀνακάθιμα, et Martinius in Lexico, vbi peius, *Reſideratio*.

† RESIDVITATES, reliquiae, to. 2. Mart. p. 325.

RESIDVVM, V. *Reſidium*.

RESI-

RESIDVVS, pro *Refidens*. Hincmarus Remenſis Epiſt. 7. ex Labbeanis.

RESIGILLARE, denuo ſigillare, ſigillo munire. Charta an. 1119. ex Archiuo Abbatiae S. Mariae Andegau. vulgo *Le Roncerai*.

RESIGNACVLVM, ſigillum, ſignaculum. Tertull. lib. 2. adu. Marcion. c. 10. ex hoc Ezechiel. 28. 12. loco: *Tu ſignaculum ſimilitudinis, plenus ſapientia et decore*, habet: *Tu es Reſignaculum ſimilitudinis, qui ſcilicet integritatem imaginis et ſimilitudinis reſignaueris.*

RESIGNARE. (1) Sigillare, ſigillo munire, ni fallor. Charta Pipini Reg. Franciae ann. 765. apud Miraeum tom. 1. pag. 765. col. 2. Vereor tamen ne ſit legendum *Recognouit* pro *Reſignauit*; ſic enim legi ſolet in Chartis eius aeui, vt videre eſt in voce *Referendarius*. (2) RESIGNARE ALICVI REI, illam miſſam facere, dimittere, abdicare. Literae Blangiacenſium ad Fiſcamnenſes an. 1193. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 655. (3) Rem poſſeſſam alicui tranſcribere, concedere, reſtituere. Charta Rodulphi Archiep. Rem. an. 1112. e Tabulario S. Nicaſii eiusdem vrbis: *Dictam eccleſiam .... in manus noſtras Reſignauit.* Sed hae voces RESIGNARE, RESIGNATIO, hodie nullibi ſaepius occurrunt quam in re beneficiaria, vnde etiam *Reſigner un benefice*. Duplicem autem diſtinguunt beneficii reſignationem; *puram et ſimplicem* vnam, alteram *in fauorem*. Illa ſimplex eſt beneficii eccleſiaſtici abdicatio, qua fit, vt Collator beneficium conferre poſſit ei, cui voluerit. Cum haec reſignatio nuda dimiſſio ſit, tantae antiquitatis eſt, quantae abdicatio, neque vllius indiget conſenſu, niſi Ordinarii. *Reſignatio in fauorem* dicta, qua *Reſignans* clerico ſingulari, quem *Reſignatarium* vocant, beneficium tranſcribit, recentior eſt, vix in vſu a ducentis annis ſatis approbato. Cum pacti vel ſimoniae ſpeciem prae ſe ferat, primum a multis improbata eſt, ſed tandem approbata fuit, modo fiat per manus Romani Pontificis, qui pro ſua auctoritate, confirmat huiusmodi tranſcriptiones. Haec obiter de rebus notis, quod earum voces noſtri fint inſtituti. V. *Reſignatio*.

RESIGNATOR, ἀποσφραγιστής, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. qui *reſignat*, aperit, ſoluit.

RESIGNATRIX, quae *reſignat*, aperit. Tertullian. de Habitu mulier. cap. 1. *Eva arboris illius Reſignatrix.*

† RESILICIVM, actio reſiliendi, in Lit. remiſſ. Mſ. a. 1377.

RESILIRE, practicis Gallicis *Réſilir*, Renuntiare pactionem. *A conditione et pacto Reſilire*, apud Aſconium Pedianum. *A conuentione Reſilire*, in Literis Iohannis Regis Angl. a. 1212. apud Rymer. to. 1. pag. 163 *Emptori Reſilit venditor meliore conditione oblata*, leg. 9. Dig. de in diem addictione, ex Vlpiano.

RESIMPLICATVS, reduplicatus. Caelius Aurel. lib. 1. de Chronicis Paſſionibus: *Linteolum aqua tingentes partibus Reſimplicatum apponunt.*

† RESINA, aqua reſes, limus. Murat. to. 1. Antiq. Ital. med. aeui, p. 185. Pro pluuia foetida legitur ibidem p. 258.

RESINATIO, pro *Reſignatio*, Muneris aut beneficii abdicatio, Gall. *Reſignation*. Charta ann. 1276. e Chartulario S. Fiacrii fol. 23. Vide *Reſignare* 3.

RESINCERARE, abluere, Gall. *Rinſer*, vel, vt alii ſcribunt, *Rincer*, Angl. *to Rinſe*. Rubricae Eccleſ. Sarisberienſis MSS. *Reſinceret Sacerdos manus ſuas, ne aliquae reliquiae Corporis et Sanguinis remaneant in digitis*. Sermo eſt, vt ſatis patet, de ablutione digitorum in Miſſa poſt ſumptionem Corporis Domini, vt in alio loco quem laudat Menagius in Etymol. Gall. v. *Rincer*. *Reſinceret calicem*, ex Miſſali eiusdem Eccleſiae Pariſiis edito ann. 1351. *Reſincerare* eſt quaſi, ſincerum denuo facere, nec aliunde quaerendum eſt etymon. Horatius lib. 1. Epiſt. 2. verſu 54.

Sincerum eſt niſi vas, quodcumque infundis, aceſcit.

V. *Recincerare*.

RESINOSVS, reſes. V. in *Bromoſus*. Alias *Reſinoſus* eſt reſina plenus, vt apud Plinium et Columellam.

† RESIPIRE, reſipiſcere, conualeſcere, to. 2. Sept. p. 463.

RESIPISSE, pro Reſipuiſſe, dixit vetus Interpres S. Irenaei, lib. 1. cap. 30. vlt. edit.

RESISTENTIA, Gall. *Reſiſtence*, aduerſus conatus. Paſſim occurrit apud Scriptores infimae Latinitatis.

RESISVS BANNVS, *quod in lingua Theodiſca Scaſtlegi, id eſt, armorum depoſitio, vocatur*, in Capitulari Wormat. an. 829. cap. 13. Additione 4. cap. 114. et in Edito Piſtenſi p. 864. cap. 33. ex editione Baluzii, qui in Notis teſtatur ſic in omnibus MSS. legi, vbi in editis habetur *Reciſus*. Appendix Marculfi formula 5. *In quadraginta noctes in proximo mallo poſt bannum Reſiſum hoc debeat coniurare.*

RESMERCIARE, denuo locare, ſcilicet argentum annuo vectigali. Conſtitut. Eccl. Valentinae to. 4. Concil. Hiſpan. p. 169.

RESOCIARE, diſperſos ac fugitiuos cogere. Galfridus Monemutenſis lib. 1. cap. 19.

RESOLIDARE PLAGA dicitur, cum ſanatur et ſolidatur, in Legibus Rotharis apud Murator. to. 1. part. 2. pag. 22. col. 1. † RESOLIDARE, recreare, confirmare, to. 7. Collect. hiſt. Fr. p. 559.

RESOLVBILIS, qui reſolui poteſt. Prudentio Apoth. v 511. Cath. v. 149.

RESOLVTE, licenter. Tertullianus lib. 1. ad Nationes cap. 19.

RESOLVTIO, mors quo corpus reſoluitur, 2. ad Timoth. 4. 6.

RESOLVTOR, qui decernit, conſtituit, Gall. *Qui reſoud, qui regle.* Epiſtola Halinardi Abbat. S. Benigni Diuion. ad Iohannem XIX. Papam, apud Mabillonium to. 4. Annal. Benedict. p. 728. col. 2.

RESOLVTORICINIVM, Iohanni de Ianua, *Acus pectoralis, ſeu firmaculum, quo camiſia ſuper pectus firmatur, vel quo pallium adſtringitur; vel inſtrumentum quo crines diſcernuntur, Martialis in Gerula: Reſolutoricinioque flammarum inſtar. Quidam tamen legunt pro duabus partibus, ſcilicet Reſoluto et Ricinio: et eſt ricinio idem quod dicimus eſſe Reſolutoricinio; quod quamuis verum ſit, tamen pro vna parte melius legitur Reſolutoricinio, ſi quis conſideret copulationis vim et ordinem.* Puder haec referre, quae fruſtra quaeſieris apud Martialem.

RESOLVTORIE, audacter, fidenti animo, Gall. *Reſolument.* Menotus Serm. fol. 132. vo.

† RESOLVTVS, vita ſolutus, mortuus, in Stat. eccl. Tull. Mſ. Vide *Reſolutio.*

RESONA, reſonatio, echo, ἠχώ, in Gloſſ. Lat. Graec. Ἀντιλαλιὰ Graecis hodiernis. *Reſonantia tympanorum*, apud Thwroczium in Attila. *Reſonantia fiſtularum*, apud Marten. to. 4. Ampliſſ. Collect. col. 393.

RESONARE, idem ac *Sonare*, quod vide ſuo loco: Dici, referri. Notitia iudicati an. 843. tom. 3. Concil. Hiſpan. pag. 142. col. 2. *Nomina* (teſtium) *in ſuas conditiones Reſonant*, id eſt, cum ſuis conditionibus relata ſunt. Donatio ann. 806. in Probat. nouae Hiſtoriae Occitan tom. 1. col. 34. *Hunc alodem ſuperius Reſonatum adquiſiuit dominus Willelmus Karolo et Ludouico Imperatoribus.*

RESOR, pro *Reſtor*, vel potius *Reſtio*, qui *reſtes* facit. V. *Reſticularius* in *Reſtis 1.*

RESORTIRE. (1) Ab Anglico *to Reſort*, Confluere, conuenire, congregari. Charta Henrici VII. Regis Angl. an. 1507. apud Rymer. to. 13. pag. 164. col. 1. (2) RESORTIRE, RESORTISARE, Gallis *Reſſortir*, in aliquod tribunal conuenire. V. infra *Reſſortire.*

RESORTIRI ALICVI, redire, reuerti ad aliquem iure *ſortis* ſeu ſucceſſionis. Petitio ann. 1292. apud Rymer. to. 2. pag. 576. col. 2. V. mox *Reſortum 1.*

† RESORTITVM CVRIAE, ſuprema iurisdictio. Ch. Mſ. a. 1275.

RESORTIVM, pro *Reſortium*, copiae auxiliares, Gall. *Renforts.* Literae Dalphini Vienn. ann. 1340. tom. 1. Hiſt. Dalph. pag. 53. col. 2. edit. Geneu.

Geneu. et pag. 57. col. 1. edit. Pariſ. V. ſupra *Reforcium.*

RESORTVM. (1) Reuerſio *ſortis* ſeu haereditatis ad aliquem, ad quem iure pertinet. Petitio ann. 1292. ap. Rymer. to. 2. pag. 575. V. *Reſortiri.* (2) Diſtrictus iudicis, Gall. *Reſſort.* V. *Reſſortum.*

† RESOSARE, radere. Ch. Mſ. ann. 1339.

† RESPARSIO, effuſio. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1359.

† RESPECTABILIS, cui reuerentia debetur, Gall. *Reſpectable*, in Ch. a. 1478.

RESPECTARE, differre. Vide *Reſpectus 4.*

RESPECTATOR, V. mox in *Reſpector 1.*

RESPECTIO, reſpectus, ratio, Gall. *Egard. Nullius habita Reſpeccione periculi*, apud Gualterum Hemingford. de Geſtis Edwardi III. Angl. Regis pag. 288. V. alia notione in *Reſpectus* 1. et 2.

RESPECTIVE, comparate, Gall. *Reſpectivement;* mutuo, viciſſim. Vulgare eſt recentioribus, antiquis inauditum.

RESPECTIVVS. (1) Qui refertur ad alium, Gall. *Reſpectif.* Epiſtola Innocentii III. PP. to. 2. Concil. Hiſpan. pag. 635. V. *Reſpectualis.* (2) Circumſpectus, conſideratus, Gall. *Circonſpect.* Acta B. Oſannae tom. 3. Iunii p. 670.

RESPECTOR. (1) RESPECTOR, RESPECTATOR. Anaſtaſius in Sergio PP. *Praedictus vero Paſchalis non poſt multum tempus, et ab officio Archidiaconatus pro aliquibus incantationibus et lucis, quos colebat, vel ſortibus, quas cum aliis Reſpectoribus tractabat, Dei beatique Petri Apoſtolorum Principis interueniente iudicio priuatus eſt.* Codd. alii praeferunt *cum aliis Reſpectatoribus ſuis.* Quo loco *Reſpectatores* videntur eſſe aruſpices, ſeu extorum vel etiam aſtrorum *inſpectores.* (2) Praefectus vrbis, vel prouinciae, qui Belgis *Rewart*, in Charta ann. 1256. apud Haraeum in Caſtellanis Inſulenſibus pag. 14. (3) Inſpector, cuius eſt inſpicere, ne qua fraus fiat in aliqua re. *Reſpectores ponderum et aliarum menſurarum dicti loci*, in Literis Caroli V. Franciae Regis an. 1366. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 676. V. *Reſpectus 1.*

RESPECTVALIS, qui *obſeruantiam* erga aliquem praeſtat, Gall. *Reſpectueux.* Vita S. Attractae Virg. num. 13. Exſtat apud Lindenbrogium 58. formula Adoptionis, cum hoc titulo: *Traditio Reſpectualis, ſiue Epiſtola, qualiter extraneus in locum filiorum adoptetur.* Exſtat ſimilis apud Marculfum l. 2. form. 13. cum hoc titulo: *Si quis extraneum hominem in loco filiorum adoptet.* Vbi *Reſpectualis* videtur eſſe *traditio reſpectiua*, vt Galli dicunt, cum adoptans omnia ſua bona adoptiuo tradat, viciſſim adoptiuus victum et veſtitum adoptanti tribuat.

RESPECTVARE, RESPECTVATIO. V. infra *Reſpectus 4.*

RESPECTVM, dilatio, *Reſpit.* V. *Reſpectus 4.*

RESPECTVS. (1) Viſitatio, diuinae ſcilicet gratiae aut vltionis, benedictionis in vitam aeternam, maledictionis in gehennam. Sapientia Salomonis cap. 3. de Sanctis: *Et in tempore eris Reſpectus illorum*, vbi Graeca habent καὶ ἐν καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἐκλάμψουσι. RESPECTIO, eadem notione. Sap. 3. 13. (2) Agri vel praedii, de quo litigatur, inſpectio, *Reſpectio*, Gallis ſeu Normannis *Monſtrée*, aliis *Veuë.* Verus Notitia Iudicati ann. 868. apud Perardum in Burgundicis pag. 148. V. *Viſio.* (3) RESPECTVS, cenſus annuus, praeſtatio annua. Charta Angelranni Comitis Pontiui, apud Hariulfum lib. 4. cap. 21. *Ea ſcilicet ratione, vt nullus ſuorum ſucceſſorum amplius vllos Reſpectus, vel paruas vel magnas conſuetudines ab eo expeteret. Synodalis Reſpectus*, qui vulgo *Synodaticum*, in alia Charta, eod. cap. Charta alia Adalberonis Epiſcopi Virdunenſis ex Tabulario S. Vitoni: *Libera fieret deinceps ab omni Reſpectu et ſeruitio, etc.* RESPECTIO, idem quod *Reſpectus*, cenſus. Tabularium S. Amandi apud Haraeum in Caſtella-

nis Insulensibus pag. 178. et apud Martenium tom. 1. Collect. Ampliss. col. 362. ex Donatione ann. 1002. REGARDVM dicitur in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano f. 96. V. *Regardum 4.* suo loco. (4) RESPECTVS, RESPECTVM, mora, dies dilatus, prorogatio diei, Gallis *Respit.* Capitulare 3. Ludouici Pii an. 819. cap. 1. *Et si Comes infra supradictarum noctium numerum mallum suum non habuerit, ipsum spatium usque ad mallum Comitis extendatur, et deinde detur ei spatium ad Respectum ad septem noctes.* RESPEYTVS, eadem notione. Confoederationes inter Archiepiscopum Vienn. et Annam Dalphin. an. 1291. to. 2. Hist. Dalph. p. 43. SALVVM RESPECTVM, seu *Sauf respit* vocant Practici Gallici prorogationem, quam dominus vassallo concedit ad praestandum hominium: ita in Consuet. Britanniae art. 252. 267. Charta an. 1383. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 636. *Ad requestam dicte nobilis Iohanne de Radefiis, D. Iohannem Roaut Militem ponit in suo Salvo respectu et sufferentia de homagio usque ad festum Natinitatis S. J. B. Sauf respit de hommage jusques à un an*, in Regesto an. 1457. ibidem col. 1202. RESPECTARE, differre, *Respectum* seu moram dare, tempus prorogare, *Donner du respit. Respiter*, apud Villharduinum num. 32. 246. Leges Ethelredi Regis apud Habam cap. 7. RESPECTVARE, eadem notione. Quoniam Attachiamenta cap. 90. §. 2. RESPICERE, eodem significatu. Charta an. 1254. e Regesto *Olim.* RESPECTVATIO, mora, dilatio. Leges Burgorum Scoticor. cap. 29. §. 1. (5) RESPECTVS FORESTAE, V. *Regardum 2.* et *Sufferentia 3.* (6 RESPECTVS SVCCESSIONIS, ius succedendi seu partem haereditatis obtinendi. Charta Iohannis Ducis Stesiae ann. 1330. apud Ludewig. to. 5. Reliqu. MSS. pag. 553. (7) † Terror, formido, ne bellum aut quid mali accidat, i. q. *Regardum 3.* Instr. ann. 1381. (8) † Nomen, ius in Ch. Ms. Henrici Archiep. Senon.

RESPERSVS APPELLATIONE *Tribuni Plebis*, id est, dictus seu vocatus Tribunus Plebis, lib. 12. Cod. Theod. tit. 1. leg. 74.

RESPEYTVS, Gall. *Répit.* V. *Respectus 4.*

RESPICERE. (1) Differre, V. in *Respectus 4.* († Nequaquam, ibi enim iudicare, decernere sonat.) (2) RESPICERE AD DEI CVLTVM, ad Religionem Christianam conuerti. Lex 1. Cod. Theod. lib. 16. tit. 8. (3) † RESPICERE ALIQVEM MVNERE, respectum suum erga aliquem munere profiteri. Petrus Cantor l. 1. Summae Ms.

RESPICIARE, vox Practicorum, quae idem, sonat quod *Considerare*, seu *Esgarder*, vt Galli efferebant, Sententiam pronunciare, iudicare cum cognitione causae. Henr. de Knyghton an. 1331. V. *Expletare* in *Expletum 1.*

RESPIRACVLVM, respiratio. Claudianus Mamertus lib. 2. cap. 12. *Redactae paululum Respiraculo pausae vires.*

RESPIRAMENTVM, Ovidio *Respiramen. Laxamentum et Respiramentum*, apud S. Augustinum lib. 7. Confess. cap. 7.

† RESPIRATIO, relaxatio, qua quis respirare potest. Leg. Portug. sub Alphons. Reg.

RESPIRIVM, ἀναπνοή, in Gloss. Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Ἀναπνοή, *Spiritus, Halitus, Respirium.*

RESPLENDENTIA, splendor, fulgor. S. Augustinus Epist. 155. nouae Edit. alias 52. ad Macedonium: *Sic ut luculentis ingeniis non desit Resplendentia veritatis.*

RESPONCELLVS. V. mox in *Responsorium.*

RESPONCVM, RESPONCVS. V. *Responsum 2.*

RESPONDERE. (1) Pro alio spondere, Gallis *Respondre pour quelqu'un.* Capitula Caroli M. lib. 3. cap. 44. *Nemini liceat seruum suum propter damnum ab illo cuilibet inlatum dimittere, sed iuxta qualitatem damni dominus pro illo Respondeat, vel eum in compositionem, aut ad poenam petitori offerat.* (2) Praestare, solucre.

Di-

Diploma Conradi II. Imper. ann. 1027. apud Illuſtr. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortae p. 389. *Inſuper concedimus, vt nullus homo audeat Reſpondere mallaturam aduocato eius.* (3) † Reddere, Hiſp. *Reſponder.* Ch. Mſ. a. 1303. (4) † RESPONDERE ERGA, crimen impoſitum diluere. Ch. a. 1228.

† RESPONDERIVS, fideiuſſorius. Stat. a. 1399.

† RESPONSABILIS PETITIO, actio iuridica, cui *reſponderi* debet. Areſt. a. 1351.

RESPONSALIS. (1) Gall. *Reſpondant*, qui pro alio ſpondet. *Reſponſable*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. MSS. Charta Hugonis Epiſcopi Lingon. ann. 1221. in Tabular. Camp. Thuani fol. 171. (2) Nuntius: interdum et Apocriſiarius, et qui *Reſponſa* ſeu negotia Eccleſiaſtica peragebat. *Theodorus Reſponſalis venerabilis Eccleſiae Carthaginis*, in Conſtitut. Iuſtiniani de Africana Eccleſia. Anaſtaſius in S. Vitaliano PP. *Hic direxit Reſponſales ſuos cum Synodica iuxta conſuetudinem in Regiam vrbem apud piiſſimos Principes.* V. *Apocriſiarius*, *Reſponſum.* (3) Procurator, qui pro alio in iure reſpondet, *qui in ſe ſuſcipit iudicium*, ait Fleta lib. 6. cap. 10. §. 18. Regiam Maieſtat. l. 1. cap. 21. de *Eſſoniis*, §. 4. *Tunc ad quartum diem veniat, vel certum Reſponſalem mittat.* Vbi Skenaeus, i. *Procuratorem, qui pro eo reſpondeat. Reſponſales* etiam vocabantur apud Ciſtercienſes ii, qui Abbatum morbo detentorum vices acturi in Capitularia generalia dirigebantur. Statuta eiusdem Ordinis ann. 1276. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1452. (4) Epiſtola, qua alicui reſpondetur ſuper ſcriptis in alia epiſtola, vel literis. Ita apud Petrum de Vineis lib. 5. Epiſt. 29. 30. 122. 125. (5) † Alterius ſponſione firmatus. Lit. Caroli VI. a. 1418.

RESPONSAMEN, reſponſum, in Miraculis SS. Aurei et Iuſtinae, tom. 3. Iunii pag. 70.

RESPONSARIVS, Reſponſalis, Apocriſiarius, apud Liberatum Diac. cap. 23. Diurn. Roman. pag. 40.

RESPONSATICVM. Capitulare Sicardi Principis Beneuentani ann. 836. cap. 14. *De tertiatoribus vero hoc ſtetit, vt nulla nona eis a parte Reipublicae imponatur, excepta antiqua conſuetudine, hoc eſt, Reſponſaticum ſolum, et angarias, et calcarias.* Et mox: *Nulla alia nona imponatur a parte Reipublicae ad eos, qui ſe diuiduut, niſi tantummodo Reſponſaticum et angarias ſupra ſcriptas.* Cap. 31. *Vt ſingula caſtella non tollant Reſponſaticum, niſi de locis ſibi pertinentibus.* V. mox *Reſponſio.*

RESPONSIO. (1) Sponſio, fideiuſſio, Gall. *Caution.* Priuilegia Dalphinatus an. 1349. tom. 2. Hiſt. Dalph. p. 538. et tom. 5. Ordinat. Reg. pag. 45. num. 27. (2) Gall. *Reſponſion*, vox in vſu in Ordinibus Militaribus S. Iohannis Ieroſolymitan. S. Lazari, etc. qua ſignificant annuam penſionem a quoliber Equite totius Ordinis Procuratori ſoluendam. Charta fundationis Monaſterii Belliloci ann. 1259. *Vnam marcham ſterlingorum argenti ad opus dictae domus S. Iohannis Iheroſolymitani annis ſingulis et non amplius percipiatis et habeatis ibidem pro Reſponſione in ſubſidium Terrae ſanctae.* Harumce *Reſponſionum* inſtar *Reſponſiones* etiam vocat Paulus III. Papa penſitationes, quas e reddibus ſuis in communem vſum refundere debebant Canonici aliique Eccleſiae Inſulae Barbarae Beneficiati, vt diſcimus ex Bulla eiuſdem Papae ann. 1549. pro ſaecularisatione ipſius Monaſterii tom. 1. Maceriarum eiuſdem p. 264. (3) † Conſenſus. Iac. Gothofred. in Leg. L. Cod. Theod.

RESPONSIS, indulgentia, venia, remiſſio. Leges et Conſuetudines Furnenſes MSS. ex Archiuo Capituli S. Audomari.

RESPONSIVA, Epiſtola qua quis reſpondet alteri. Epiſtola Edw. III. Regis Angl. ad Carolum IV. Imp. an. 1347. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. p. 466.

RESPONSIVNCVLVM, RESPONSONARIVM, V. mox in *Reſponſorium.*

RESPONSOR, praes, sponsor, Gall. *Répondant*. Litterae Petri Cabilon. Episc. ad Ludouicum VII. Regem Franc. inter Instrum. nouae Gall. Christ. tom. 4. col. 242.

RESPONSORIVM, RESPONSORIVS CANTVS, cantus ecclesiastici species, sic dictus, inquit Isidorus lib. 1. de Eccl. offic. cap. 8. et l. 6. Orig. cap. 19. RESPONSORIA et RESPONSORIVM, promiscue dicitur in Statutis antiquis Cartusiensibus 1. part. cap. 28. §. 14. RESPONSORIOLVM, breue responsorium. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 718. RESPONSIVNCVLVM, in Statutis antiquis Cartusiens. 1. part. cap. 36. §. 19. c. 38. §. 4. et alibi. RESPONCELLVS, eadem notione, in antiquo Ceremoniali MS. B. Mariae Deauratae. V. *Responçum* in *Responsum* 2. RESPONSORIA, Papiae *sunt, quae Iurisconsulti respondere dicuntur consulentibus*. RESPONSORIALE, liber ecclesiasticus, continens responsoria, Amalario in Prologo de Ordine Antiphonarii; qui RESPONSONARIVM Durando lib. 6. Ration. cap. 1. num. 24. Necrologium Parthenonis S. Petri de Casis.

RESPONSVM. (1) Negotium, maxime illud, quod foris peragitur, de quo Domino *Responsum* datur. Liberatus Diac. cap. 16. *Gennadius quidem ibi remansit, vt cum aliis Responsa faceret Episcopi*. Regula S. Benedicti cap. 31. *Fratres, qui pro quouis Responso proficiscuntur*. V. Alexandrum II. PP. Ep. 12. etc. ADRESPONSVM, vnica voce, Apocrisiarius, Responsalis, qui negotia alicuius curat, et de iis *responsa* dat, qui mittitur *ad responsum dandum* de negotiis, pro quibus mittitur. Ita porro dicti, qui a Magistro militum deputabantur in Prouincias, vt de militibus, qui in iis degebant, eum admonerent, et *responsa* inquirenti darent. Iulianus Antecessor Constit. 17. de Praetore Pisidiae: *Habeat autem et carrucam argenteam, et securim, et fasces, et Adresponsum propter milites*. A RESPONSIS, eadem notione. Papias in *Magister: Qui dat responsa regalia*. Ioan. de Ianua: *Aresponsis, indeclinabile: qui dat responsa principis*. (2) Idem quod *Responsorium*. V. *Graduale*. Nonnihil discriminis est inter *Responsum*, seu *Responsorium*, et *Graduale*. Hoc peculiare *Responsorium* est, quod in gradibus, siue iuxta pulpiti gradus, canitur; illud vero, quod Matutinis aliisue horis canonicis, vbi voluerit clerus, cantari consueuit. RESPONÇVM vel RESPONÇVS, eadem notione. Ceremoniale MS. B. Mariae Deauratae. (3) Idem quod supra *Repositorium*, nisi ita legendum est, sportella aliudue genus vasis, in quo aliquid reponitur. Pelagius libello 10. num. 18. (4) † SAL DE PRIMO RESPONSO, s. quod primum venditur. Ch. an. 1242.

RESPVBLICA, fiscus regius. Leges Caroli Magni cap. 123. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 109. col. 1. *Similiter et de rebus, quae ad Rempublicam pertinent, si Comes, aut Ministerialis Reipublicae cuiquam concesserit, pro infidelitate componetur*. Eodem vocabulo eademque significatione passim vtuntur eorum temporum Scriptores.

RESSA, *quod apud nos dici potest visibilis aut laudabilis tentatio*. Papias.

RESSAISIARE, RESSAISIRE, Gall. *Resaisir*, iterum comprehendere, occupare, recuperare, in possessionem restituere. Codex Legum Normannicarum apud Ludewig. tom. 7. Reliqu. MSS. p. 326. V. *Resaisire*, *Resaysiare* et *Saisire*.

† RESSARCHIA, perquisitio, inquisitio, Gall. *Recherche*. Chron. Nem. ad a. 1490.

† RESSARE, ferra secare, inde RESSATOR, desector. Litt. remiss. Mss. a. 1415.

† RESSARIRE, pro *Ressasire*, in possessionem restituere. Lit. Phil. Pulc. a. 1294.

† RESSAYRE, idem, in Litt. remiss. a. 1378. Hinc

† RESSAYZIMENTVM, restitutio. Comput. a. 1400.

† RES-

† RESSEGA, RESSEGVA, officina vbi ſerra deſecatur, i. q. *Reſea*. Ch. Mſ. a. 1391.

† RESSEGARE, ſerra deſecare. Ch. Mſ. a. 1376. V. *Reſſare*.

† RESSELARE, furem aut furtum recipere, occultare, pro *Recelare*. Comp. a. 1357.

† RESSERCIO, reſtauratio, reſtitutio. Ch. Mſ. a. 1392.

RESSERIA, grex ouium, V. *Raſſeria*.

RESSIA, f. idem quod *Reſta*. Teſtamentum Aimonis de Sabaudia D. Villaeſi anchae an. 1398. apud Guichenonum: *Donauit . . . . quandam Reſſiam, quam ipſe Dominus Aymo conſtrui fecit ſuper Bealeria Sauiliani in Aycalibus dicti loci.*

RESSIDENTIA, aſſidua commoratio, Gall. *Reſidence*, Ital. *Reſidenza*. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 71. V. *Reſidentia*.

RESSIVS, ſpecies caſei, V. *Raſſius*.

RESSORTIRE. (1) RESSORTIRE, RESORTIRE, Practicis Gallicis *Reſſortir*, habere ius appellationis ad ſuperius tribunal. Confirmatio pacis initae an. 1334. inter Humbertum Dalphinum et Aymonem Comitem Sabaudiae, to. 2. Hiſt. Dalph. p. 351. col. 2. *Acto etiam et expreſſe conuento inter ipſos dominos, quod nullos ipſorum dominorum vel ſucceſſ. et haered. ſuorum in dictis feudis vel eorum aliquo valeat aliqualiter Reſſorsire*, hoc eſt, ſi bene interpretor, ius habere *reſſorti* ſeu ſupremam iurisdictionem. Hic ſermo eſt de feudis quae Dalphinus a Comite Sabaudiae, viciſſimque Comes Sabaudiae a Dalphino tenebat. In hiſce feudis vetantur *reſſortire*, hoc eſt, ſupremam iurisdictionem exercere, quia feudorum conditio haec eſt, vt feudalis Dominus in iis ſuprema iurisdictione potiatur, a qua lege hic recedere vetantur principes ſibi inuicem feudatarii. RESSORTIRI, eodem ſignificatu. Literae Ludouici XI. Franc. Regis, an. 1474. in Priuilegio Equitum Ordinis S. Iohannis Ieroſol. pag. 21. RESSORTISSARE, RESSORTIZARE, RESORTISARE, eadem notione. Litterae Ioannis Franciae Regis primogeniti an. 1358. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. p. 296. *Reſſortizant ſintque in poſſeſſione et ſaiſina Reſſortizandi coram dicto Baillino . . . Senonenſi, etc.* (2) † Reſilire. Litt. remiſſ. Mſ. a. 1352.

† RESSORTIVVM REMEDIVM, ius appellationis ad ſuperiorem iudicem. Lit. a. 1369.

RESSORTVM, quicquid intra *ſortes* continetur, ſeu iurisdictionis terminos: diſtrictus iudicis, Gall *Reſſort*. Stylus Curiae Parlamenti cap. 3. *Nec ſeneſchallis, nec de ipſorum Reſſorto*. V. Caſanouam lib. 1. de Franco allodio cap. 9. Paſſim occurrit pro quouis cuiuscumque iudicis diſtrictu, non raro etiam pro ſuprema iurisdictione, ſupremo tribunali, vbi maiores cauſae diiudicandae, ad quod a minoribus tribunalibus prouocatur, et a quo non poteſt prouocari, Gallis etiam *Reſſort*. Charta Edw. I. Regis Angl. ann. 1296. apud Rymer. tom. 2. p. 713. col. 1. *Et etiam quòd Seneſcallo Vaſconiae et aliis miniſtris noſtris, ne de iudicils maioris et curiae Baionae, niſi per viam appellationis et Reſſorti, ſe aliquatenus intromitterent . . . . inhiberemus.* RESORTVS, eadem notione. Literae Edw. II. Regis Angl. ann. 1315. apud Rymer. tom. 3. p. 508. col. 1.

† RESSVERE, exſiccare. Ch. a. 1235.

RESTA. (1) Gall. *Reſtes*, *Debets*, reliqua rationum. Charta an. 1354. tom. 1. Hiſt. Dalph. p. 216. col. 1. *Dominus Comes cupiens ſoluere Reſtam et arreragia, etc.* V. *Reſtum*. (2) Pro *Raſta*, V. in hac voce. (3) Agger, moles aquis continendis. Bernardus Theſaurarius de Acquiſitione Terrae Sanctae c. 206. apud Murator. to. 7. col. 843. *In vniuerſa ſiquidem Aegypti terra conſtructae ſunt Reſtae ſine cluſae, quae aquam Nili retinent, quum ſuo more ſuccreſcit.* (4) Miracula S. Iohannis Gualberti, tom. 3. Iulii pag. 388. *Ex Senarum ciuitate adoleſcentem acrem et fortem, catena etiam ligatum et innexum; nam funium Reſta laceraſſet, cum affines nobiliſſimi viri, multis comitantibus, traherent, etc.*

Viri

Viri docti ſuſpicantur idem eſſe quod Textura; ſed forte melius legeretur *reſtes*. V. mox *Reſtis*. (5) † Iactura, deceſſio, in Ch. a. 1490.

RESTABILIMENTVM, a Gall. *Rétabliſſement*, reſtitutio. Areſtum Parlamenti ann. 1393. 14. Febr. e Tabulario Corbeienſi.

RESTABILIRE, iterum ſtabilire, reſtituere, redintegrare. Gall. *Rétablir*. Charta an. 1383. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 1593.

RESTABLITIO, idem quod *Reſtabilimentum*, reſtitutio. Regeſtum Parlamenti an. 1348. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 425.

RESTAGNATIO, exundatio, redundatio, Gallice *Debordement*, *Regorgement*; item Moles aquis oppoſita. Vox nota Plinio prima ſignificatione. Priuilegium Alberti Magdeburg. Archiep. an. 1225. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. pag. 24.

RESTAGNATVS, exundans, redundans. Ermenricus Monachus Augienſis de Grammatica, apud Mabillon. to. 4. Analect. p. 330.

† RESTALAGIVM, RESTELAGIVM, i. q. *Raſtellagium*, in Ch. a. 1221.

RESTANCIAE COMPVTORVM, rationum reliqua, Gall. *Reſtes*, *debets*, in Memoriali Camerae Comput. Pariſ. menſis Septembris an. 1364. fol. 80. V. *Reſta* 1.

RESTARE. (1) Siſtere, conſiſtere, perſtare, permanere, durare. Pactus Legis Salicae tit. 17. §. 5. *Si quis hominem, qui . . . dirigere habet praeceptum Regis, et . . . . aliquis extra ordinationem Regis Reſtare eum facit, aut adſalire eum praeſumpſerit, etc.* Fulcherius Carnotenſis lib. 1. Hiſtor. Hieroſol. cap. 13. *Quo, frater, fugis? Reſta, ne timeas.* (2) † Detinere, i. q. *Arreſtare* 1. Ch. Mſ. a. 1331. (3) † Supereſſe, reliquum eſſe. Ch. Mſ. a. 1364.

RESTAVRA, idem quod infra *Reſtaurum*. Concordia an. 1378. apud Schilterum in Gloſſario Teutonico v. *Reſtaver-Zinſen*. In Sententia ann. 1401. ibid. laudata, de eadem re habetur *Reſtaurum oblationum*.

RESTAVRAMENTVM, inſtauratio, reparatio, aedium ſarta tecta. Chronicon Monaſterii S. Launomari de Magenciaco ad ann. 1077. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. MSS.

RESTAVRARE. (1) Bulla Nicolai II. PP. ann. 1061. apud Hickeſium Gramm. Anglo-Saxon. p. 177. *Nullus Rex, Dux, Marchio . . . praeſumat . . . . hanc tui epiſcopatus confirmationem in aliquo laedere, vel minuere, aut Reſtaurare*, hoc eſt, infringere, aliudue ſimile agere; ſed vereor ne mendum ſit in hac voce, quae non occurrit in aliis ſimilibus loquendi formulis, et cuius notio, ſi reſponderet verbo, contraria omnino videretur; nam *Reſtaurare* pro *Inſtaurare* dixerunt Tacitus lib. 3. et 4. Iuſtinus lib. 2. Vlpianus leg. 4. fin. Dig. ad Leg. Iul. de adult. quod tamen verbum vti barbarum reſpuit Scaliger ſenior, Cardanumque eo ſaepius vtentem redarguit Exercit. 195. quod non *Reſtar* ſed *Inſtar* dicatur. Seruius ad Virgilium Aeneid. 2. *Inſtar autem eſt ad ſimilitudinem; vnde non Reſtaurata, ſed Inſtaurata dicuntur aedificia ad antiquam ſimilitudinem facta.* Sed haec Seruii non impedierunt quominus verbum *Reſtaurare* paſſim vſurparent recentiores. V. Voſſium lib. 4. de Vitiis ſermon. cap. 21. (2) † Reſiſtere, refragari. Ch. a. 1231.

RESTAVRATIO, inſtauratio; item compenſatio. Vetus Interpres S. Irenaei Graecam vocem ἀνακεφάλαιωσις *Reſtauratio* vertit lib. 1. cap. 21. num. 3. vlt. edit. *Reſtauratio ſeruitutis*, Iuſiano lege 7. Dig. de Fundo dotali. V. mox *Reſtaurum*.

RESTAVRATOR, aliis *Inſtaurator*, Gallis *Reſtaurateur*, qui *reſtaurat*, reſtituit, redintegrat. Occurrit apud Sponium p. 27. Miſcell. et alibi apud recentiores.

RESTAVRATVM, iuſculum ſalubre et delicatum, Gall. *Reſtaurant*. Miracula MSS. Vrbani V. PP.

† RESTAVRATVS, *Saluus reſtauratus*, literae quibus a cuiuslibet damni reſtauratione quis abſolvitur. Ch. a. 1269.

RESTAV-

RESTAVRVM. (1) Reſtauratio damni, *Riſtoro* Italis. Rollandinus in Summa Notariae cap. 3. *Quam* (lanam) *confeſſi et contenti fuerunt ſe ex cauſa emptionis pro tali, qualis eſt ſine vllo Reſtauro, habuiſſe et recepiſſe, etc.* Concordia ann. 1238. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. pag. 58. *Fratres renunciauerunt omni Reſtauro dampnorum.* V. *Reſtaura.* STAVRVM, eadem notione, in Charta an. 1211. apud Georg. Philonum in Hiſt. Bellunenſi pag. 106. *Et de illa re illis euicta Staurum praeſtare .... debet.* (2) Aretium 11. Ian. 1322. *Cum .... certas haereditates Guillelmo Vicedomino de Carnoto vendidiſſet, ac pro dictis haereditatibus .... certum Reſtaurum ſeu abonamentum in quadam littera Ambian. balliuiae facta ſuper hoc contentum fuiſſet, etc.*

RESTELAGIVM, V. *Reſtalagium.*

† RESTELLVS, cataracta in portis vrbium, Gall. ol. *Retel.* Monum. Eccleſ. Aquilei. Append. p. 49. V. *Raſtellus.*

RESTER, f. Canterius, tignum, Angl. *Rafter*, Gall. *Chevron*, *ſolive.* Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 22. *Et de 200. Reſters de gavel-tymber de redditu, quilibet de longitudine 13. ped. de quibus prouenient de tenemento de Barewaſeſyle 100. et de tenemento de Moninden 100.*

RESTICVLA, RESTICVLARIVS, V. *Reſtis 1.*

† RESTIPVLATIO, ius colligendi ſtipulas ex agris. Chartul. S. Ioann. Angeriac.

† RESTIPVLVS, ager cultus de nouo, in quo remanent ſtipulae ex demeſſis frugibus. Ch. a. 1197.

RESTIS. (1) Faſciculus rerum quarumpiam, maxime piſcium, reſte colligatus. Vita S. Ioannis Eleemoſynarii cap. 19. *Mille Reſtes ficcatorum piſcium, qui Menomenae dicuntur. Reſta* Italis eſt alliorum vel ceparum fertum. V. Martialem lib. 2. Epigr. 32. V. *Reſtum 2.* RESTIS, RESTICVLVS LINI, faſciculus reſte ligatus. Helmoldus lib. 1. cap. 12. *De quolibet aratro menſura grani, et quadraginta Reſticuli lini, et 12. nummi puri argenti.* Cap. 14. *De quolibet ſcilicet aratro, quod duobus bobus aut vno conſtat equo, menſura grani, et 40. Reſtes lini, et 12. nummi probatae monetae.* V. *Ligaſſa.* Quid vero *reſtis* dicatur in capite alii, vide apud Plinium et Marbodaeum lib. 1. de Virtutibus herbarum c. 5. RESTICVLA, eodem ſignificatu, apud Eccardum de Orig. familiae Habsburgo-Auſtriacae col. 224. *Arat et ſecat foenum, et metit ſepitque, et pullos dat et lini Reſticulas.* RESTICVLARIVS, *Reſtio*, σχοινοπλόκος, in Gloſſ. Gr. Lat. MSS. Editae habent *Reſticularis.* In iisdem Gloſſis MSS. *Reſtor*, *Reſticularis*, σχοινάς. Editae *Reſor*, σχοινάς. Item: *Reſtio*, σχοινοτρόφος, in Gloſſis Lat. Gr. Fronto: *Reſtiarius, qui facit reſtes, Reſtio, qui vendit.* RESTICVLI FERREI, virgae ferreae leuiores. Paſſio S. Quintini Martyris: *Sanctum Quintinum torqueri in tantum trocleis praecepit, vt membra eius a ſuis iuncturis ſoluerentur: Reſticulis inſuper ferreis eum caedi, et oleum candens et picem, et adipem feruentiſſimam dorſo eius infſit infundi.* (2) Menſura agraria, de qua ſic Ioan. Mariana lib. de Ponder. et menſuris cap. 21. *Canna ab Italis accepta, palmorum 10. Reſtis palmorum 33. Octoginta Reſtes leucam faciunt. Porro reductis palmis ad pedes, Reſtes 800. continent pedes 19800. nimirum 400. paſſus fere.* (3) † Follis in Ch. Henr. V. Imp. a. 1187.

RESTITVERE, recuperare, recipere. Priuilegia a Iohanne Franc. Rege Iudaeis conceſſa an. 1360. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 479. *Et ſi aliquis dictorum officiariorum contrarium facere conetur vel attemptet, eisdem per dictos Iudeos vel Iudeas ipſorum vel gentes impune volumus non pareri: quinymo eisdem concedimus vt ad* (a) *dictis bona ſua capere preſumentibus, poſſint dicta bona Reſtituere ab eisdem ſine emenda* Puto legendum *Reſcuere*, vt ſupra legitur hac notione.

RESTITVS, perperam pro *Veſtitus*, cultus, ager conſitus, in quo fructus inſunt. († Aut vt *reſtibilis*, pro

pro cultus.) Charta an. 1083. apud D. Calmet in Probat. Hist. Lotharing. tom. I. col. 481.

RESTITVTIO, mandatum Principis aut Magistratus scriptum, quo alicui restituitur possessio rei ablatae: cui mandato saepius expresse nuncium remittit, qui rem aliquam alienat. Conuentio an. 1030. apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 344. RESTITVTIO TEMPORALIVM dicitur illa, quae fit abs Regibus, cum scilicet Praelatis recens electis et institutis restituunt praedia ecclesiastica, quae praelatura per obitum vacante possident iure *regaliae*. Kennettus Antiq. Ambrosden. pag. 330. ad ann. 1297. V. Thomam Blount in Nomolex. Anglic.

RESTITVTOR, qui resistit. Charta Roberti Franc. Regis ann. 999. apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 825.

RESTOBLAGIVM, idem quod *Estoblagium*, de quo suo loco, onus, vt videtur, colligendi vel pensitandi stipulas post peractam messem, a Gallico *Estouble*, aliis *Esteule*, Prouincialibus *Restouble*, stipula remanens in agris peracta messe, forrassis a Latino *Restiblis* de agro dictus, vt Paulus habet in Epitome Festi, *qui biennio continuo feritur farreo spico, id est aristato; quod ne fiat, solent, qui praedia locant, excipere.* V. locum in *Manducalis*.

RESTOLIENCVS. Tabularium Abbatiae Conchensis in Ruthenis, Charta 226. *Tres solidos denarios Lemouicanos, et 8. denarios Obliencos, et dimidium modium de ciuada, etc.* At in Charta 341. *Hoc est solidis in octo quatuor Lemouicanos, et de quatuor de Otonencos.* Et Charta 443. *Et 4. denarios pro carrigio, et quatuor Restolienços et medietatem de meo manso, etc. . . . . et vnum panem, et sex ad messes, et sex ad calendas, et duos de carrigio, et duos Restoliencos, etc.* Ita varie haec vox scribitur in hoc Tabulario, cuius apographum duntaxat legimus. Omnino praetulerim *Otonencos* vel *Ottonenchos*, qui iidem sint quod Denarii seu solidi *de Otone*, ab Ottone M. Imper. sic appellati, vt supra dictum est in *Oto*.

RESTOLLARE, retardare, impedire, in Decretis Hungaricis. V. *Resultare*.

RESTOR, V. *Restiçularius* in *Restis* 2.

RESTORACIA. Charta ann. 1293. e Chartulario S. Vandregesili tom. I. p. 805. *De orto qui fuit Nicolai de Comba sito iuxta glaiolias suas; de quadam Restoracia sita apud Candebeguet.* An praedium omni suo *instauro* seu agraria supellectile instructum? V. *Instaurum*.

RESTRICAE, *funes in aucupio*, apud Laurentium in Amalthea.

† RESTRINGITOR, comes assiduus, qui alicui adhaeret, ab Ital. *Ristringere*. Ch. Mf. a. 1290.

RESTRVERE, restituere, iterum exstruere, instaurare. Tertullianus Apolog. cap. 6. *Licet aras Restruxeritis.*

RESTVCHIA, stipula remanens in agris peracta messe, Gallis plerisque *Esteule*, frequentius *Chaume*, aliis *Restouble*, Prouincialibus *Estouble*. Statuta Caroli Siciliae Regis et Comitis Prouinciae apud Saraynam p. 300. *De non mittendo ignem in Restuchiis camporum.* Et mox: *Occasione comburendi eorum Restuchias ad seminandum.* RESTVCIVM, eadem notione. Chronicon Dominici de Grauina apud Murator. to. 12. col. 686. V. *Estoblagia* et *Restoblagium*.

RESTVM. (1) Reliquuum, residuum, Gall. *Reste*. Litterae Henrici VII. Regis Angl. ann. 1499. apud Rymer. tom. 12. p. 734. col. 2. V. *Resta* 1. (2) Idem quod supra *Restis* 1. Fasciculus, manipulus, Gall. *Botte*, et vbi de cepis agitur *Glans*. Charta MS. pro Communia Balneoli ann. 1208. *Sanuata ceparum vnum Restum soluet.*

RESTVVS. Charta ann. 1214. ex Archiuo Castri Vitrei: *Petrus Dux Britanniae de assensu Aelidis Comitissae Britanniae vxoris meae, dedi Simoni Aucherio fideli seruienti meo les Restuus de Torigné, prata, terras, sicut ei Foucaudus seruiens meus bonauit.* An saltus, siluae? an potius idem quod *Restuchia?*

RESVL-

RESVLCARE, *dividere*, in Gloſſis Arabico-Lat. vox, vt videtur, agricolarum, qui contrarios ſulcos in arando efficiunt.

RESVLTARE. (1) Reſiſtere, repugnare, ἀντείνειν. Papias: *Reſultat, contradicit.* Gregor. Turon. lib. 10. cap. 15. *Sed nos Reſultare coepimus, dicentes, quod non accederemus ad hunc locum.* Haud ita diſſimili notione lex 89. Cod. Theod. tit. 1. de Decurionibus: *Omnes omnino, quos paterna obſequia municipes fecerunt, Reſultandi curiae nexibus, quaelibet auorum atque maiorum ſtemmata referant, licentiam penitus amittant*, id eſt, a curia reſiliendi, eam declinandi, eiue ſeſe ſubtrahendi. Lex 181. eiuſdem tituli: *Si quis ſuum decurionem vindicare voluerit, ſi iudicis deſit copia, in eumdem manus iniectione conceſſa, ſciet ad examen cognitoris Reſultantem eſſe deducendum*, id eſt reſilientem. (2) *Similitudinem referre*, in Gloſſis Vindocinenſibus Pricaei ad Apologiam Apuleii, quem conſule pag. 39. (3) Naſci, oriri, euenire, Gall. *Reſulter.* Bulla Innocentii VI. PP. ad Carolum Imperat. an. 1356. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 15.

RESVLTATIO, aduerſus conatus. Charta an. 4. Caroli Regis apud Stephanot. to. 3. Antiq. Pictau. MSS. p. 275. V. *Reſultare* 1.

RESVLTIO, idem quod *Reſultatio*, ſi non ita legendum eſt. Diploma Ludouici Pii Imper. ann. 814. apud Marten. tom. 2. Ampliſſ. Collect. col. 24.

RESVLTVS, actio reſiliendi a pacto et conditione. Charta Odonis Ducis Burgundiae apud Perardum in Burgundicis p. 338.

RESVMERE, vires recipere. Commodianus Inſtr. 71. *Mitte nummos, et vnde ſe Reſumere poſſit.* Galli dicunt, *ſe reprendre.*

RESVMMONIARE, iterum *ſubmonere*, citare. *Reſummonitio*, iterata monitio. V. *Submonere.*

RESVMPTIVVS CYCLVS, V. *Cyclus.*

RESVPINVS, pro negligenti et diſſoluto, in lege 23, Dig. de Probationibus. Hanc vocem vſurpauit Martialis pro eo, qui procumbit facie in coelum verſa, lib. 9. Epigr. 44.

Quaeque tulit, ſpectat Reſupino ſidera vultu.

RESVPLETVS, reſumtus, receptus. Chronicon Eſtenſe ad annum 1238. apud Murator. tom. 15. col. 308.

RESVRGENDVS, reſurrecturus, a verbo Scriptoribus eccleſiaſticis notiſſimo *Reſurgere*, a mortuis excitari, Gall. *Reſuſciter.* Concilium Toletan. XV. inter Hiſpanica tom. 2. p. 723. *Cum non ſine animabus ſuis Reſurgenda ſint corpora.*

RESVRRECTIO. (1) Reditus ad vitam, Gall. *Reſurrection*, paſſim apud Scriptores Eccleſiaſticos, praeſertim vbi de glorioſo Chriſti reditu loquuntur, propter ſingularem eius excellentiam. RESVRRECTIO DOMINICA, quaeuis dies Dominica. Translatio S. Genulfi an. circiter 870. apud Mabill. ſaec. 4. Benedict. part. 2. p. 235. num. 38. De Dominica, non de Paſchali die, pariter intelligendus eſt Auctor Vitae S. Romarici Abb. ſaec. 2. Benedict. p. 419. num. 12. cum ait: *Nam et hoc ei* (S. Romarico, qui obiit menſe Decembri) *ſpeciale Dominus tribuit munus, vt die qua ipſe triumphans ex inferis remeauit, vir ſanctus ſolutus membris ad praemia capienda egreſſus fuiſſet.* V. *Dominica Reſurrectio* in *Dominica.* (2) Septima e nouem partibus hoſtiae conſecratae in Miſſa Muſarabica. V. *Hoſtia.* (3) Etiam dicitur in bellis et diſſidiis, cum veluti ſopita reuiuiſcunt magisque concaleſcunt. Ottoboni Annales Genuenſes ad ann. 1188. apud Murator. tom. 6. col. 358.

RESVSCITARE, iterum ſuſcitare. *Reſuſcitare ſopitam iram*, Ouidio ſib. 8. Metamorph. *Reſuſcitare querelam*, in Charta ann. 1153. e Chronico Reicherſpergenſi. Mortuum ad vitam reuocare: qua notione *Reſuſcitare* dicunt Scriptores Eccleſiaſtici. Hinc

RESVSCITATIO, mortui ad vitam reuocatio. Tertullian. de Reſurrect. cap. 30.

RESV-

RESVSCITATOR, qui denuo ſuſcitat, aut mortuum reuocat ad vitam. Tertull. de Reſurrectione cap. 57.

RETA. (1) Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 39. §. 2. *De veſtibus autem maſculorum conſtituimus, vt non accipiant* (ſartores) *niſi iuſto modo qui ſequitur, videlicet de clamide hominis cum penna et frenio, vel Reta, vel profilo u. ſol.* Sed ex ſubſequentibus patet legendum eſſe *Veta*, quod idem eſt, ni fallor, quod Latinis vitta. V. *Veta* ſuo loco. (2) Ital. *Rete*, rete capiendis piſcibus. Charta an. 1136. apud Murator delle Antic. Eſtenſi p. 287. Quid *Retae* fuerint Gellio, dicitur in *Retarius*.

RETACERE, reticere. Capitulare 1. an. 802. cap. 2.

RETACIARE, verbum, vt coniecto, detortum a Gallico *Rechaſſer*, repellere, abigere. Charta an. 1045. apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 66. *Et ſi contingat, quod aliqua aueria de praedictis octo bobus et duobus iumentis praedicti domini Iohannis, vel ſucceſſorum ſuorum, in praedictis duobus clauſis, defectu clauſurae, aliquo tempore intrauerint et abſque wardo facto, ſine grauamine et imparcatione Retaciantur.* Alia incerti anni ibid. pag. 310. *Et ſi contigat, quod aueria praedicti Galfridi, vel haeredum ſuorum tranſierint aliquo tempore infra praefata clauſa, pro defectu clauſurae, bono modo Retacientur ſine imparcatione.* Gualterus Hemingford. de Geſtis Edw. I. Regis Angl. pag. 48. *Retaciati ſunt a multitudine magna velut oues in ouile.* Rurſum occurrit ibidem p. 23. Forte melius legeretur *Recaciare*.

RETAGLIATOR, qui particulatim diuendit, diſtrahit, ab Italico *Ritagliare*, per partes ſcindere, aut ſingulas res pecunia populo vendere, Gallis *Vendre en détail*. Statuta Montis-regalis p. 180. V. mox *Retaiare*.

RETAIARE, particulatim diuendere, Ital. *Ritagliare*. Statuta datiaria Riperiae fol. 9. vo. cap. 16. Gallis *Retailler* eſt reſcindere, reſecare, vt Italis *Ritagliare* proprie; vnde eodem verbo vſi ſunt pro particulatim diſtrahere, quod res fruſtatim ſcindant, qui ſingulatim vendunt. Hac vtraque notione *Retail* dicunt Angli. V. Th. Blount in Nomolexico v. *Retail* et mox *Retallia*.

RETALIARE, talionem reddere, *Rendre la pareille*. Sigebertus de translatione S. Luciae.

RETALLIA, idem quod *Ritaglio* Italis: quibus *vendere a Ritaglio* eſt *vendere a minuto et a pezzi tagliati*, Galli dicunt *en détail*. Iohannes Villaneus lib. 7. cap. 13. *Ciò i ſono mercatanti à Ritaglio de' panni Florentini.* Sed an id *retallia* omnino ſonet in Charta Roberti Comitis Drocarum ann. 1180. apud Ducheſnium in Hiſt. Drocenſi pag. 237. non auſim affirmare: *Bannos noſtros de vino ad hoc reſtrinximus, quod vno menſe inter Natale Domini et initium Quadrageſimae, et alio menſe inter Paſcha et Natiuitatem Beati Ioannis, bannum noſtrum, ita etiam quod vinum non emamus, vt ipſum bannum vendamus, tertium etiam accinorum Retalliam conceſſimus non fieri.* Forte pro *iterata tallia*. V. *Retaiare*.

RETARDARE. (1) Impedire, cauillationibus implicare, negotium faceſſere, pro Graeco ἀναβάλλειν, vel ἐπέχειν. Verus Interpres S. Irenaei lib. 5. cap. 9. num. 1. (2) *Reſilire, mutare propoſitum*, Gaſpari Barthio in Gloſſario apud Ludewig. to. 3. Reliqu. MSS. pag. 91. ex Hiſtoria Palaeſtina. (3) † Recuperare, i. q. *Reſconare*. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1353.

RETARE, pro *Reri*, putare. Flodoardus lib. 1. Hiſt. Rem. c. 20. de Viſione Herigarii: *Item cen prius, ille viſum Retans, mane neglexit perficere iuſſionem.* V. *Rettare*.

RETARI, irretiri. Charta Philippi Reg. Franc. in Chartis Ducum Norman. et Regum Franc. p. 1063. V. mox *Retarius*.

RETARIVS, qui a *retis* purgat fluuina. Vetus Inſcriptio: *Negotiator et Retarius Britannicianus.* Sunt autem *Retae* Gellio lib. 11. cap. 17. arbores, rami, virgulta, iunci, aliaque his ſimilia, in ripis fluminum aut in ipſo alueo, a *retibus* ſic dicta, quod nauibus impedimento ſint, easque praetereuntes retineant et quaſi

irre-

irretiant; hinc Edictum Praetoris apud eumdem Gellium loco laudato: *Qui flumina Retanda publice redempta habent, etc.*

RETAVLE, ornatus altaris toreuticus, quo tabella ſacra ſolet includi, Gallis *Retable.* Inuentarium capellarum S. Victoris Maſſil. ann. 1377. ex Archiuo eiuſdem Monaſterii. V. mox *Retaulus.*

RETAVLVS, idem quod *Retaule.* Viſitatio ann. 1416. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. *Item reperit deſuper altari imagines depictas B. Mariae cum duobus Retaulis deſuper yſtoriatis.* Necrologium Abbatiae S. Petri de Caſis 12. Ianuarii: *Katerina de Langiaco dedit Eccleſiae S. Petri quandam caſulam de camelot rubeum, et quandam Retaulum de Innocentibus ad honorem SS. Innocentium.* V. *Reyretaule* et *Rotabulum.*

RETE, ornamentum ſericum ad inſtar retis contextum. Acta S. Deodati, tom. 3. Iunii p. 871.

RETEGERE, rurſus operire, tegere, Gall. *Recouurir.* Computus ann. 1202. apud D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu pag. CXLI. *Expenſa: De domibus Retegendis XII. ſol.* Vtuntur Latini pro Aperire.

RETEMPTVS, pro Retentus, pluries ſcribitur in Charta ann. 1252. apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 388.

RETENEMENTVM. Charta Ricardi I. Reg. Angl. apud Rad. de Diceto ann. 1197. *Sine aliquo Retenemento eorum, quae ad molendina pertinent, vel ad molturam, etc.* D. Bruſſel tom. 2. de Feudorum vſu pag. XIX. praefert *Retinemento.* Vitae Abbatum S. Albani: *Omnia mea . . . ſine aliquo Retenemento do et concedo*, i. nihil mihi retinendo. RETENIMENTVM, RETINEMENTVM. Chartularium S. Illidii Claromont. fol. XX. XIX. verſo. RETINAMENTVM. Charta an. 1113. apud Mabillon. to. 3. Analect. p. 473. RETINIMENTVM, eodem intellectu. Charta ann. 1127. in Probat. Hiſtor. Occitan. to. 2. col. 444. RETINENTIA, eadem notione. Donatio ann. 1080. in Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 6. col. 23. V. *Retenta, Retentatio 2. Retenus* et *Retinaculum.*

RETENEZO, idem quod infra *Retentio 4.* Paſcuum, in quo herbam foenumue ſecari veritum eſt, vt vberior ſit paſtus animalium. Transactio Florentii de Caſtellano Domini de Maſalguis cum incolis eiusdem loci ann. 1438. 20. Aprilis ex Schedis Praeſidis de Mazaugues.

RETENIMENTVM, V. *Retenementum.*

RETENS. Terragium Belliioci: *Pro in ipſa platea conſtruendo et confici faciendo excluſam et Retentem aquae ad ſeruiendum molendino.* Legendum puto *Retinentem*, eggerem aquis retinendis, licet nulla ſit in autographo abbreuiationis notula.

† RETENSIO, poſſeſſio, vſura. Ch. a. 1231.

RETENTA. Charta Raimundi Comitis Toloſatum an. circiter 1095. inter Inſtr. nouae Gall. Chriſt. tom. 2. col. 330. *Hanc terram cum omnibus eius redditibus . . . concedo et largior praedicto Dei Genitricis altari, abſque omni Retenta, et abſque omni vſu mei vel meorum parentum.* Hoc eſt, abſque vlla exceptione, nihil prorſus inde mihi retinendo. V. *Retenementum, Retentatio 2.* et *Retentus.*

RETENTARE. (1) Retinere. Codex Theod. lib. 11. tit. 1. leg. 12. *Si militares viri aliquos ex his penes ſe Retentant, etc.* Et lib. 7. tit. 18. leg. 14. *Occultatoresque eorum* (deſertorum) *ad ſubeundam poenam, quae Dini genitoris noſtri conſtituta eſt legibus, volumus Retentari, teneri, ſeruari.* V. mox *Retentatio 1.* et *Retentator.* (2) Eligere, inſtituere. Codex Theod. lib. 3. tit. 17. leg. 3. (3) Excludere, ſubmouere vel interdicere. Codex Theod. lib. 10. tit. 10. leg. 21.

RETENTATIO. (1) Poſſeſſio, ſeu adminiſtratio, tom. 3. Concil. Hiſpan. pag. 81. et tom. 6. Miſcell. Baluzii pag. 3. *Aſcitus autem in pontificatum nono glorioſi Receſuinthi Principis anno, nouem annis et duobus fere menſibus clarus habitus fuit*

vitae meritis et Retentatione reginimis. V. *Rerentare 1.* (2) Retentio, actio, qua quis aliquid ſibi retinet ſeu reſeruat. Charta ann. 1202. e Chartulario Cluniacenſi. V. *Retenementum, Retenta* et *Retentus.*

RETENTATOR, qui res alterius retinet, detinet, in leg. 2. 3. Cod. Theod. Vnde vi. V. ſupra *Retentare 1.*

RETENTIO. (1) Copiarum militarium coactio, quas Princeps ad ſuum, vti dicimus, ſeruitium *retinet*, Gallis *Retenuë*. Henricus de Knyghton ann. 1347. V. *Retinentia.* (2) Vox Practicorum, *Proteſtatio.* Stabilimenta S. Ludouici lib. 2. cap. 20. (3) Practicis, retractus, qui duplex eſt, feodalis, et agnatorum. Nam praedium a vaſſallo venditum poteſt dominus, reddito et exſoluto condicto pretio, ſibi retinere, ita etiam agnati, praedia auita praeſertim, ab agnatis diſtracta. (4) Paſcuum, in quo herbam foenumue ſecari vetitum eſt, vt vberior ſit animalium paſtus. Transactio Honorii Domini de Maſalguis cum incolis eiusdem loci 8. Aug. an. 1490. ex Archiuo Praefidis de Mazaugues. V. *Reteneno* et *Defenſa 3.* (5) Tributum quoduis, vt videtur. Charta Aimerici de Narbona ann. 1176. in Inſtr. nouae Gall. Chriſt. col. 46. *Conuenio etiam et pliuio, quod monaſterium* (Fontis frigidi) *iam dictum, et ea quae ad ipſum vllo modo pertinent, manuteneam et defendam pro poſſe meo et ſenſu, ſicut mea propria, et ſine cenſu et vſatico, et ſine omni Retentione.* Hoc eſt, nullum mihi *retinendo* ſeu exigendo tributum pro defenſione mea; niſi forte *ſine omni Retentione* idem ſonent quod *abſque vlla excepsione* quaecumque monaſterii ſunt defendam. V. *Retinementum.* Homagium Comiti Armania i praeſtitum an. 1418. *Item plus in praedicto loco habet et percipit feuda agraria, rendas, oblias, veſtas, laudimia, inueſtiones, Retentiones, etc.* (6) Relectio, reparatio, in Ch. Mſ. Phil. Pulc. a. 1312.

RETENTVRA, idem quod *Retentio 5.* († vel etiam i. q. *Racheturn, Retinum.*) Homagium mox laudatum ann. 1418.

RETENTVS, actio qua quis aliquid ſibi retinet ac reſeruat. Dotatio Monaſterii S. Mariae de Ouarra ann. 813. tom. 3. Concil. Hiſpan. p. 125. col. 2. V. *Retenementum, Retenta,* et *Retentatio 2.*

RETENVTA. (1) Actio qua quis ſibi retinet ſeu reſeruat ius aliquid faciendi. Edictum Iohannis Fr. Regis ann. 1363. de Iudiciis, apud D. Secouſſe tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 652. num. 5. (2) † Copiae militares, quas princeps ad ſua ſtipendia ſeruitiaque *retinet*, praefidium, Gall. ol. *Retenue.* Litt. remiſſ. Mſ. a. 1391.

RETERE. Diploma Childerici II. Reg. Franc. in Hiſtoria Mediani Monaſterii pag. 13. et to. 3. SS. Iunii pag. 212. *Nos homines illos, qui commanent in Menifenſibem et Ouenheim, quantumcumque ad parti ſiſco noſtro Retebant, tam freda quam reliquas functiones Valedio abbate ad monaſteriolo Conſtuentis, hoc plene et integra voluntate viſi ſumus conceſſiſſe.* Vbi *Retebant* fortean eſt pro *Redebant*, redibant, obueniebant; ſed vt vt legendum eſt, ex ſimilibus Inſtrumentis liquet, haec verba, *ad parti ſiſto noſtro retebant*, reddi poſſe, *ad partem ſiſci noſtri pertinebant.*

RETERIIARE, terrio, vt *Binare* iterum, agrum arare. Rollandinus in ſumma Notariae cap. 5.

RETHARIAE *tabernae.* Caper de verbis dubiis: *Cetheriae tabernae, quae nunc Retharine non recte dicuntur.*

RETHIBERE, pro *Redhibere*, reddere, ſoluere, apud Gothofredum in Gloſſario Nomico Codicis Theodoſiani.

† RETHINGA. Ch. Mſ. Henr. II. reg. Angl. *Fiat autem vſus de franco plegio ſic videlicet, quod pax noſtra teneatur, et quod Rethinga integra ſit, ſicut eſſe conſueuit.* RETINGRA ibi habet Reg. S. Iuſti in Cam. Comput. Pariſ. vnde RETINGA male edidit Bruſſel t. 2. de vſu feudor. p. VI. V. infra *Retinga.*

RETEVM,

RETHVM, rete, laqueus, caſſis, Gallice *Rets*. Charta Philippi Comitis Bolon. ann. 1232. ex Archiuo Camerae-fontis.

RETIA, ſpecies clathri certo lucernarum aut cereorum numero inſtructi in Eccleſiis. Papias: *Fara, vaſa ſunt luminatoria, quae nos Retia dicimus, diuerſo modo formata.* Additio ad Ordinem Rom. apud Mabillon. tom. 2. Muſei Ital. p. 154. *Sed dominus Pontifex accipit XX. ſol. in nocturnis ſtationibus, quando accenduntur Retia, et in diurnis quando accenduntur candelae.* Laurentius in Amalthea: *Retia, ae, Retiaculum, parvum rete, et gradus parvus altaris*, ex Vocabulario Eccleſiaſtico. V. *Pharus*.

RETIACVLVM, *ſicut et Reticulum, parvum rete*, Iohanni de Ianua. Anaſtaſius Biblioth. in Praefat. ad Octauam Synodum.

RETIARIVS, *ad rete pertinens, vel decipiens, vel qui retia facit*, Iohanni de Ianua. Gloſſ. Lat. Gr. *Retiarius*, λινοῦχος, δικτυοπλόκος, δικτυοφόρος, δικτυβόλος. Adde Gloſſas Graec. Lat. in his vocibus. *Retiarii* Latinis dicti Gladiatores a reti, quod ſub ſcuto geſtabant, vt mirmillones, contra quos pugnabant, inuoluerent.

RETIATICVM, f. tributum pro retibus in ſilua tendendis exſolutum. Charta Rodulfi Reg. Fr. e Tabulario Maioris-monaſterii: *Nec telonium, aut inferendas, aut rotaticum, vel ripaticum, ſive portaticum, ſeu etiam excluſaticum, vel nauticum, vel Retiaticum, aut herbaticum . . . exigere praeſumat.* V. infra *Venaticum*. † Leg. forte *Reliaticum*, ita vt ſit tributum pro facultate *religandi* naues ad palos.

RETIATORES, *qui retia facere ſciunt*, in Capitulari de Villis cap. 45. V. *Retiarius*.

RETIATVS. Regino in Inquiſitione Epiſcopor. cap. 10. *Videndum etiam quos alii libri ibi ſint, et an bene ſint Retiati.* Ita Codex Pariſinus praefert, cum alii, vt et Hincmarus, *recitati;* quod nihil eſt, vt recte monet vir doctiſſimus Baluzius, qui *Retiatos* putat libros dici, quaſi *retibus* ac neruis compactos. Quid ſi *reliati*, vel *religati* legatur, quomodo nos libros bene compactos appellamus?

RETICA, pro *Redica*. Vide in hac voce.

† RETICELLA, vox Italica, i. q. *Retiolum*, in Inuent. a. 1349.

RETICERE. Statuta Ordinis S. Gilberti de Sempringham p. 783. *Nullus praeſumat omnino aliquem vivum vel mortuum, in conſortium Sanctimonialium ſuſcipere, vel eas ſine aſſenſu earum vt ſuſcipiant compellere: Suſcepti vel ſuſceptae pecuniam foris retinere vel Reticere. Reticere dico, ſi vel terra vel animalia dantur pro vino vel defuncto funere.*

† RETICINVM, reticulum, Ital. *Reticino*. Tract. Mſ. de re milit. et mach. bell.

RETICVLA, pro *Reticulum*, Ital. *Reticella*. Chronicon Atinenſe apud Murator. tom. 7. col. 904. Vide *Retiolum*.

RETICVS IGNIS. Anaſtaſius Bibl. in Coeleſtino PP. *Hic dedicauit Baſilicam Iuliae, in qua obtulit poſt ignem Reticum patenam argenteam penſantem libras ij.* Obſeruat Bencinus, in Codice Flor. Bibl. S. Marci pro *Reticum* legi *Geticum:* quod, inquit, videtur indicare poſt cladem Vrbi illatam an. 410. a *Getis*, ſeu Gothis ſub Alarico. Huic coniecturae non parum fauet, quod idem Auctor ſcribit in Leone: *His renouauit poſt cladem Vandalicam omnia miniſteria ſacra argentea per omnes Titulos conflata.*

RETIFEX, qui facit retia, iuxta vim vocis; iuxta rem, Piſcator. Miſſale Gothicum apud Mabill. de Liturgia Gallic. pag. 220.

† RETILARE, *aperire, demonſtrare*, in ver. Gloſſ. Cod. reg. 7613.

RETIMENTVM, receptus, receptaculum, Hiſpanis *Retraimiento*. Charta Iacobi Regis Aragonum ann. 1128. apud Ioan. Dametum in Hiſtor. Regni Balearici pag. 204.

RETINA. (1) Ρητίνα, in Gloſſis Latino-Graec. Aliae Graec. Lat. Ρητίνα, *Retina*, et Ρητίνη, *Reſina*. (2) Virgilio *Retinaculum* lib. 1. Georg.

Habena, Ital. *Redine*, vnde Gallis *Resne*. Anonymi Salernit. Chronicon cap. 68. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 224.

RETINACVLVM, actio qua quis aliquid excipit, ſibi retinet ſeu reſeruat. Charta an. 1123. e Tabulario Abſienſi. V. *Retenementum*, *Retenta*, *Retentatio* 2. et *Retentus*.

RETINAMENTVM, idem quod *Retinaculum*. Vide in *Retenementum*.

RETINAX, retinendi ſtudioſus, apud Symmachum lib. 1. Epiſt. 47.

RETINEMENTVM, idem quod *Retinaculum*, V. in *Retenementum*.

RETINENTIA. (1) Gall. *Retenuë*. *Eſſe de alicuius Retinentia*, dicitur, qui alicuius obſequio addictus eſt, familiaris, domeſticus. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiae cap. 34. §. 2. V. *Retentio* et *Retenementum*. (2) † Idem ac *Retenuta* 2. Stat. Mſ. a. 1322. (3) † Ius quod habet quis in rem aliquam. Ch. a. 1162.

RETINERE. (1) RETINERE HOMINEM ALTERIVS, olim vetitum omnino, quod tenentes ita glebae adſtringerentur, vt a dominorum ſeruitio eos abſtrahere cuiquam non liceret. Charta anni 1221. (2) † Sarta tecta aedium tueri, aedificia reficere, Gall. *Entretenir*, ol. *Retenir*. Ch. Mſ. a. 1270. (3) † Teſtari, affirmare, Gall. *Souſtenir*. Chartul. Campan. Mſ. (4) † Aliquem in dignitate, quam obtinet, tueri, conſeruare, Chronic. Pontif. Leon. Vrbeuet.

RETINGA, f. quies, ceſſatio, ab Anglico *Reſting*, quod idem ſignificat. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. apud D. Bruſſel tom. 2. de Vſu feudorum ad calcem p. VI. *Fiat autem vſus de francho plegio, ſicuti videlicet quod pax noſtra teneatur, et quod Retinga ſic integra ſit, vt eſſe conſueuit.* V. *Rethinga*.

RETINGRA, V. *Rethinga*.

RETINIMENTVM, V. ſupra *Retenementum*.

† RETINNIRE, ad litteras vel ad interrogationem alicuius reſpondere. Epiſt. ap. Baron. ad a. 417.

RETIOLVM, diminut. a *Reté*, muliebre capitis tegumentum. Gloſſae Latino-Graec. et Graec. Lat. *Retiolum*, κεφαλοδέσμιον. Iohannes de Ianua: *Retiolum, illud quod colligit comas, ſic dictum, quia quaſi parvum rete, vel quia retinet crines, ne effundantur.* V. *Retiaculum*, *Reticula* et *Riſile*. S. Auguſtinus Ep. 109. de Sanctimonialibus. *Reticulum* dicitur Trebellio in Quieto: *Viri in auro et argento, mulieres in Reticulis et dextrocheriis.*

RETIRE, *a rete*, *Reti capere*, Iohanni de Ianua; *prendre à reſt*, *enlacier*, *empeſtrer*, in Gloſſis Latino-Gall. Sangerman. MSS. Hinc Irretire, etc.

RETISCA, γήρη, in Gloſſis Lat. Gr. Recte Vulcanius corrigit, *Retis*, σαγήνη. Gloſſae Graec. Lat. Σαγήνη, *Verriculum*, *Regia*, *Tragum*.

RETIVM, rete. Gloſſae Latino-Graec. *Retium*, Κυνηγετικὸν δίκτυον, λίνον κυνηγετικὸν, δίκτυον κυνηγετικόν. Alias adde Gr. Lat. Perperam in Supplemento Antiquarii, *Recium*.

RETOLLERE, RETVLLERE, rurſum tollere, auferre, capere. Chronicon Farfenſe apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 614. Ch. an. 1011. ap. eumd. Murator. delle Antic. Eſtenſi p. 195. *Retolli vel ſuberogi quefierimus.* Infra pag. 200. legitur eadem notione *Reſtolli* et *ſuperogi*.

RETONDVTVS, tonſus, retonſus, vel f. Retuſus, a Retundere, quod idem ſit ac Gall. *Fouler*, Laneos pannos polire et dealbare. Charta Guillelmi de Burgo Officialis Lugdun. an. 1322. in Maceriis Inſulae Barbarae to. 1. pag. 202.

RETONSOR, qui retondet pannos aut pelles, vt videtur, in veteri Catalogo MS. Sodalium B. Mariae Deauratae. RETONSOR MONETAE, V. *Tonſores*.

RETONSVRA, V. *Fundator* et *Tonſores*.

RETONTVS, rotundus, Ital. *Rotondo*. Vita B. Henrici Bauceneenſis, tom. 2. Iunii p. 373.

† RETOPASNAGIVM, f. pro *Retropaſnagium*, cenſus vel tributum pro glandatione. Reg. S. Iuſti ex Cam. Comput. Pariſ. V. *Paſſio*.

RETORNAIRE SE, ſeſe convertere, Gall. *Se Retourner*, redire. Confirmatio pacis inter Reges Francine et An-

Angliae an. 1279. apud Rymer. tom. 2. p. 136. V. mox *Retornare 1.*

RETORNARE. (1) Redire, Gall. *Retourner.* Vocem Austrum seu Hungarorum fuisse indicat Theophylactus Simocatta lib. 2. cap. 15. Ita vocem τόρνα, pro *faciem verte*, ab iisdem vsurpatam auctor est Theophanes an. 5. Mauricii: vnde patet a Germanis seu Francis in Galliam inuectam. Catholicon Armoricum: *Retorn*, *Gall. Retourner*, *revertere. Returnar*, in Foedere Regum Lotharii et Caroli, apud Nithardum. Capitula Caroli C. tit. 19. cap. 14. *Quia quantum Deus vos salvaverit, et vos vos ipsos salvaveritis, et sani cum illo fuitis, et sanus sit vobiscum ille, sicut debet, non cum venerit Retornetis.* (2) Inuertere, quomodo *Retourner* dicunt Galli. Passio S. Pontii n. 19. (3) Hospitio excipere. Conuentiones an. 1288. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 44. col. 1. (4) RETORNARE et RETORNATIO, voces Practicorum Angliae: est autem *Retornatio*, Spelmanno, Responsio Vicecomitum, aliorumque ministrorum, per quam Curiae redduntur certiores, quid in exsecutione ipsorum breuium sit effectum. Atque ita vocem *Returnare* vsurpat non semel Fleta l. 2. c. 64. §. 20. 21. 22. c. 67. §. 6. 7. 8. etc. Charta Edwardi I. Regis apud W. Thorn. Alias dicitur RETORNVM BREVIS, eiusdem scilicet *certificatorium* Curiae, vnde manauit, factum, Cowello. Matthaeus Westmonaster. ann. 1278. RETORNATVM, idem quod *Returnum.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiae cap. 16. 4. (5) RETORNARE AVERIA, in Statuto 2. Westmonasterienſi ann. 13. Edwardi I. cap. 2. et apud Bractonum lib. 3. tract. 2. c. 37. §. 1. et 8. Reddere, restituere. Hinc *Retornum aueriorum*, hac formula Breuis: *Tibi praecepimus, quod eidem N. auera praedicta sine dilatione Retornari facias.* (6) † RETORNARE, RETORNATIONEM FACERE, compensare, supplere. Ch. a. 1241. (7) † Auertere, Gall. *Retourner*, *Detourner.* Litt. remiss. Mc. a. 1467. (8) † Immutare, in Lit. a. 1372. (9) † Pretium emtionis soluere, Gall. *Retourner.* Lit. remiss. a. 1402.

RETORNATIVA CAVDA, pulsus quidam apud Medicos. V. in *Cauda.*

RETORNATVM, RETORNVM BREVIVM, V. in *Retornare 4.*

RETORNVM, vel RETORNVS, pignus, hypotheca. Donatio ann. 1125. in Probat. nouae Hist. Occitan. tom. 2. col. 430.

RETORNVS. (1) Redditus, emolumentum *rediens* ad aliquem. Charta an. 1098. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. MSS. pag. 164. V. *Regressa.* (2) Pulsatio campanae, qua clerici conuocantur ad Horas canonicas in Ecclesia decantandas. Statuta MSS. Ecclesiae Lugdun. (3) † RETORNVS CVRIAE, ad proprium iudicem remissio, Gall. *Retour de Cour*, *Renvoi.* Ch. Ms. a. 1322.

RETORTA. (1) Superior virga, qua sepes continetur, ac vincitur, Gall. *Riorte*, alias *Rotte*, vt etiamnum Andegauenses vocant vimineum vinculum, Lobinello teste in Glossario ad calcem Histor. Britan. Italis *Ritorta. Retortae*, *quibus sepes continentur*, in Lege Salica tit. 36. §. 1. *Retortae*, *vnde sepis continetur*, in Lege Ripuar. tit. 43. *In trinio cum Retorta in pede sepeliri*, in eadem Lege tit. 72. §. 1. Vita S. Lantfranci Episc. tom. 4. Iunii p. 627. *In os etiam, ne clamare posset, Retortam ligneam cordamque retro ligantes et fortiter exturquentes abierunt.* Ex his emendanda, ni fallor, Charta ann. 1287. in Miraculis S. Ambrosii Senens. *Vouis . . . . quod ad eius sepulturam portaret vnam aximam, et omni anno iret ad eius altare cum Ritonta in gula.* Legendum enim *Ritorta*, Galli dicerent, *la hard au col.* Olim, vt et apud Hibernos, eiusmodi vimineo vinculo strangulatos patibulis affixos constat. REDORTA. Hugo Francigena de Exordio Saluanienſis Monasterii num. 5. apud Baluzium tom. 3. Miscell. pag. 210. Virgas, quibus lignorum fasces liguntur, aut boues ad aratrum deuinciunr, etiamnum *Redortes* vocant Occitani.

citani. TORTA, pro *Retorta*, legitur in Conſtitutionibus Sicul. l. 3. tit. 38. §. 1. (2) Semita, vox Hiſpanica. Charta Alfonſi Regis Portugalliae in Monarch. Luſitan. tom. 3. pag. 294. *Deinde ad illam Retortam de Vauga, et ſicut deſcendit per ipſum fluuium, etc.*

RETRACTA MARIS, quidquid agri relinquitur mari regrediente. Charta an. 1205. apud Lobinell. tom. 2. Hiſt. Britan. col. 289.

RETRACTARE. (1) Idem quod ſimplex Tractare. Cod. lib. 10. tit. 23. leg. 3. *Retractare*, pro *Detrectare*, dixerunt eiusdem aetatis Scriptores, vt Salmaſius pluribus probat ad Spartianum in Hadriano cap. 12. RETRACTARE SECVM, meditari, cogitare. Vita MS. S. Wenwaloei fol. 17. (2) † Repetere, retrahere, in Ch. a. 1214.

† RETRACTIO, redemptio alicuius fundi diſtracti, pretio emtori reddito, Gall. *Retrait*. Ch. a. 1265.

RETRACTATOR, apud Tertullianum de Ieiunio cap. 15. vt legit Forbenius, pro quo Rigaltius habet *Detrectator*, quod, vt videtur, ſenſus poſtulat; ſed vt *Retractare* pro *Detrectare* dixerunt antiqui, ita *Retractator* pro *Detrectator* dicere potuit Tertullianus. V. *Retractare*.

RETRACTATVS. (1) Idem quod Latinis *Retractatio*. Tertullianus Apolog. cap. 4. (2) † Contractus, pactio, conuentum. Ch. a. 1337.

RETRACTIO, abrogatio, abolitio. Concilium Carthag. ann. 525. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 8. Forte legendum eſt *Retractatio*. RETRACTIO BVRSAE, idem quod mox *Retractus burſae*. Charta Richardi de Breteville e Chartulario S. Vandregeſili tom. 1. pag. 678.

† RETRACTOR PER BVRSAM, qui iure agnationis fundum ab agnato venditum redimit, pretio emptori reſtituto. Ch. Mſ. a. 1272. V. *Retrahere*.

† RETRACTVM, mulcta, Practicis Gall. *Retraite*. Ch. Mſ. a. 1446.

RETRACTVS. (1) Gall. *Retraite*, receptus, receptaculum. Epiſtola Caroli VIII. Regis Franc. apud Acherium to. 7. Spicil. p. 202. *Cui (Meldenſi ciuitati) terra ſubeſt admodum frugifera, et alimoniae opportuna, ac commodum receptaculum, et ſecurus vtique Retractus fuit, et olim quibusdam praedeceſſoribus noſtris in aduerſitatibus ſuis refugium et tutamen validiſſimum.* Statuta Collegii Narbon. ann. 1379. apud Lobinellum tom. 5. Hiſtor. Pariſ. p. 667. col. 1. num. 15. *Item pecunie legatorum, donatorum, nouorum introitnum, locagiorum camerarum ... ſeruentur fideliter ... in vna ſecum camera, quae, ſi fieri poteſt, habeat Retractum duorum hoſtiorum vel duarum ſerarum, ſub vno coffro ſex clauium, quarum vnam ſemper cuſtodiat Prouiſor, etc.* Hic arculam intelligo maiori arca incluſam, in qua pecunia ſeruabatur. *Retractus* Tertulliano adu. Gnoſticos cap. 1. idem eſt quod apud Vitruuium *Retractio*; Gallis vero *Retrais* alias forica erat. (2) RETRACTVS BVRSAE, redemptio praedii ab agnato diſtracti, pretio emptori reddito, vulgo *Retrais lignager*, Practicis Gallicis. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regeſto Tabularii Regii num. 101. V. *Retrahere* 2. (3) † Seceſſus. Memor. H. Cam. Comput. Pariſ. (4) † Locus ſtagno inferior, in quem illius aquae interdum effluunt. Ch. Mſ. a. 1307. (5) RETRACTVS CVRIAE, V. in *Retornus*.

RETRADERE, reddere, reſtituere. Vlpianus leg. 9. §. 7. Dig. Quod metus cauſa.

RETRADICTIO. Index MS. beneficiorum Eccleſiae Conſtantienſis fol. 89. verſo: *Canonicus quilibet futurus et recipiendus in dicta Eccleſia infra tres annos a tempore receptionis ſuae vnam capam ſericam valoris et pretii decem librarum Turon. Eccleſiae praedictae perſoluat et demittat, ſeu decem libras Turon. propter hoc accipiendas in caſu Retradictionis et dilationis.* Legendum omnino videtur *Retardationis*.

RETRAHERE. (1) Recedere, *ſe retirer*. Ordericus Vitalis lib. 9. p. 753. *Audito Retrahendi lituo*; Galli dicerent: *La trompette ayant ſonné la Retra-*

Retraits. (2) Practicis Gallicis *Retraire*, redimere praedium ab agnato venditum pretio emtori restituto. Statuta Bragaraci art. 39. V. *Retractus burfae*, etc.

RETRANCIDERE, retradere, restituere. Anastasius Bibl. in Vita Nicolai I. PP. apud Murator. tom. 3. p. 255. col. 1.

† RETRANSIRE, iterum transire, redire. Artst. a. 1341.

RETRANSITIVVS, reciprocus; in Vita venerabilis Idae, tom. 2. Aprilis p. 172.

† RETRANSMITTERE, remittere. Chartul. S. Ioann. Angeriac.

RETREDES, f. Canalis, detorto vocabulo a voce *Restices*, quae, vt habet Festus, *significat aquam eo nomine, quae est supra viam Ardeatinam inter lapidem secundum et tertium, qua irrigantur horti.* Charta Foresii ann. 1417. *Iuxta pratum Ioannis Asterii, quod quoddam Retredes dividit.*

† RETRERA, redemtio alicuius fundi distracti, Gall. *Retrait.* Ch. Mf. a. 1278. V. *Retractatio.*

RETRIBVTIO. (1) Merces, salarium, in Bibliis sacris passim. Glossae Lat. Graec. *Retributio*, ἀνταπόδοσις. Adde Graec. Lat. (2) Tributum, vectigal. Appendix Marculfi formula 44. Eadem recurrunt ibidem; vereor tamen ne vtrobique legendum sit *Redhibitiones* vel *Redibitiones*, quod in huiuscemodi formulis legantur quam saepissime. V. *Redhibitio* in *Redhibere.*

RETRIBVTOR, qui retribuit, remunerat; *Rendeur*, *Guerredonneur*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Literae an. 1281. apud Rymerum to. 2. p. 179.

† RETRIBVTORIVS, *retributione* seu mercede dignus, in Lit. a. 1402.

RETRINGERE SE, sese recipere. Iacobi Auriae Annales Genuenf. lib. 10. ad an. 1283. apud Murator. tom. 6. col. 582.

RETRIOR, vox ficta a *Retro*, et vsurpata veteri Iuuenalis Interpreti. Repudiat Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 42.

RETRO. (1) Vox aliis praeposita, rem praeteritam significat. Vt *Retroprincipes*, qui prius regnauere, apud Lampridium in Seuero, et in Cod. Theod. non semel. *Stipendia Retrodebita*, quae antea debebantur, apud Capitolinum in Pertinace: ὀπισθοτελῆσαι, Theophani anno 9. Nicephori: *Redhibitiones annorum praeteritorum*, in Hist. Misc. *Retro sanctiones latae*, in l. 16. Cod. Theod. de Medicis. Ita etiam S. Hieronym. Epist. 129. et alii. (2) Capitulare 3. ann. 810. cap. 2. *Et non sibi faciant socios inferioris ordinis homines, qui semper inde Retro res qualescunque tractare volunt; sed illos sibi faciant, qui ad effectum vnamquamque rem deduci cupiunt.* Cum dilatione, quasi retrocedentes. (3) A RETRO ESSE, EXISTERE, Gallis *être en arriere*, Vlpiano *Reliquari*, ad diem non soluisse. Charta ann. 21. Richardi II. Regis Angl. apud Thomam Madox Formul. Anglic. p. 141. † RETRO ESSE, redire, reuerti. Feuda Norman. In Ch. Mf. a. 1238. idem est ac peius esse. (4) † RETRO, abhinc, ex illo tempore, in Ch. a. 1212.

RETROACCAPITVM, RETROACAPVT, etc. in Prouincia Occitaniae et Aquitaniae, Tributum fundi domino et directo, quoties mutatio fit, ab emphyteotis exsoluendum. Saisimentum Comitatus Tolosani ann. 1270. apud Lafaille in Probat. Annalium Tolos. tom. 1. p. 36. *Asseruerunt, quod infra dictas confrontationes sunt castra et villae infra scriptae propriae domino Regi, in toto vel in parte citra Tarnum; scilicet castrum de Rochamara, quod nunc tenet dominus Bertrandus Vicecomes de Bruniquel, ex dono domini comitis Tolosae, vt dicitur. Item, castrum de Mirapice pro duodecima parte et residuum feudum; scilicet quod medietas tenetur ab ipso in feudum, et debet inde habere pro Retroaccapite noui domini medietatem XL. solidorum Turonensium et homagium.* Adde Chartam Amalrici Prioris B. Mariae Deauratae an. 1464. vbi videbis *Retroaccapitum* non solum solui mutato domino (quod vult Rocheflauinus,) vt supra dictum in *Accaptare*, sed etiam mutato emphyteota. Exstat haec Charta

apud Stephanotium tom. 1. Antiq. Occitan. MSS. pag. 526. *Retroaccapitura* legitur loco ſuperius laudato in *Retenſura*. V. *Accapſare*, *Recognitio* 4. et *Relenium*.

† RETROACTIO, pro *Retractio*, in Ch. Mſ. a. 1263.

RETROACTVS. (1) Praeteritus. *Retroacta tempora*, in Hiſtoria Cortuſiorum, apud Murator. to. 12. col. 894. (2) † Subſt. idem quod *Retroactio*, in Areſt. an. 1405.

† RETROAGERE, abrogare, reſcindere. Ch. Mſ. a. 1191.

RETROALTARE, paramentum altaris poſterius. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii tom. 3. pag. LXXII. Vide ibi notam *h*. et ſupra *Poſtalare*.

RETROBANNVS, idem quod *Herebannum*, ſubmonitio ad exercitum. Codex Legum Normann. cap. 25. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 203. *Retrobanniuum dici ſolet, quando Princeps Normanniae ad impetum hoſtium repellendum, in expeditionem aliquam profectus, per Normanniam baniri faciebat.* Feoda Normanniae: *Habet 10. Milites in banleuca Lexouienſi, qui remanent ad cuſtodiendum ciuitatem, donec Retrobannus ſummoneatur, et tunc ibunt cum propriis expenſis Epiſcopi.* RETROBANDVM, in Chronico Rotomagenſi an. 1339. V. *Herebannum*, *Hoſtis*, *Bannire*.

RETROCAMERA, poſterius cubiculum. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. inter Acta SS. Iunii to. 3. pag. XXXI.

† RETROCEDENS, praecedens. Tract. Mſ. de re milit.

RETROCENSIVM, terra cenſibus ſeu penſitationibus ſecundariis obnoxia. Edictum Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1291. apud de Laurière to. 1. Ordinat. pag. 323.

RETROCHORVS. Ita ſacella, quae ſunt poſt chorum, S. Virgini fere ſemper dicata, appellant Monachi Benedictini. Vnde S. Mariae nomine donantur apud Adalhardum Abbatem in Capitulis cap. 46.

RETROCIVM, mendoſe pro *Retrobecium*, vt videtur, poſterius *becium*, ſeu canalis, riuus, de quo vide in *Bedum*.

RETROCLAMOR, petitio, poſtulatio a iudice, Gall. *Reclain*. Literae an. 1351. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 106.

RETROCLAMVM, idem quod *Retroclamor*, Gall. *Reclain*. Vide in *Clamum*.

RETROCOLE. Notitia Eccleſiae Toloſanae: *Et pro hoc feno dederunt illorum domino Praepoſito 5. ſos acapteionis, et in vno quoque anno vnum prandium optimum cum ſex Miſtibus; et in hoc feno dedit illis totam ſiglicem, et totum milium, et bolgium, et decimum de ſexterato, boiuium, et retrodecimum, et Retrocole, totoque folagio, et ſenoſcalcium, etc.*

RETROCOMITATVS, Anglis *Riercounte*, Gall. *Arrierecomté*, minor comitialis conſeſſus. Flera lib. 2. cap. 67. num. 18.

† RETROCVRIA, i. q. *Retrocurtis*, in Ch. Mſ. a. 1252.

† RETROCVRSVS, pars ſuperior aluei aquae molendini. Lit. remiſſ. a. 1376. V. *Bialeria*.

RETROCVRTIS, area poſtica, Gall. *Arrierecour*. Diuiſio terrae vicecomitalis Maſſil. an. 1212. ex Schedis D. le Fournier.

RETROCVSTODIA, idem quod mox *Retrogarda*. V. *Antegarda*.

RETRODECIMA, idem quod mox *Retrodecimum*. Concilium Terraconenſe an. circiter 1330. apud Marten. to. 4. Anecd. col. 317. V. *Curia*, *Decima decimae*, et *Redecima*.

RETRODECIMVM, quaſi *Arrierediſme*, forte idem quod *Redecima*, ſeu Decima decimae. Prima Curia Generalis Cataloniae Iacobi Regis Aragon. an. 1291. V. *Retrocole* et *Retrodecima*.

RETRODOMINVS, dominus ſuperior, qui non eſt proximus, vt in feudis dominus feudalis, a quo pendet feudum, non feudatarius qui illud tenet. Inqueſta an. 1440. ex Schedis D. Aubret: *Id vidis obſervari inter Retrodominos Abbates Caſſaniae*. V. *Dominus* 6.

RETRODORSALE, aulaeum retro ſeu pone dorſum ſedentis appenſum.

Leges

Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. in Actis SS. Iunii to. 3. pag. LVII. Vide *Dorſale* et *Bancale* in *Bancus*.

RETROEXCVBIAE, poſteriores excubiae. Literae patentes ann. 1471. apud Guichenonum in Probat. Hiſt. Breſſiae pag. 32.

RETROFEODATVS, qui poſſidet *retrofeodum*. Literae Iohannis Franc. Regis an. 1355. apud D. Secouſſe to. 4. Ordinat. Reg. pag. 721.

RETROFEODVM, idem quod mox *Retrofeudum*, in Charta ann. 1317. apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Britan. col. 472.

RETROFEVALE, eadem ſignificatione qua *Retrofeudum*. Charta a. 1147. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 518. Forte legi poſſet *Retrofevalis* et intelligi *Feudarius*, qui tenet *Retrofeudum*.

† RETROFEVDARE, RETROFFEVDARE, in *Retrofeudum* conferre, V. in *Feudum*.

RETROFEVDVM, Gallis *Arriereſief*, feudum, quod per medium tenetur a ſuperiori domino, vt eſt in Conſuetudine Cenoman. artic. 9. et aliis: Gall. *Riereſief*, in Charta an. 1289. apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Britan. col. 430. *Rereſief*, in Conſuetud. Aurelian. cap. 1. art. 67. Dunenſi art. 15. 21. Solenſi tit. 18. art. 1. Montargenſi cap. 1. art. 44. 67. Paſſim occurrit.

† RETROFIDANTIA, praeſtatio quae in reiterandis fideiuſſionibus domino penſitabatur. Libert. Brianc. a. 1343. V. *Fidantia* et *Fidencia*.

† RETROFLECTERE, reflectere, retrahere, recolligere, ap. Murat. to. 20. Script. p. 75.

RETROFOCILIVM, REPOFOCILIVM, vel RETROFOSTFICILIVM, vel REPOFOCINIVM, *illud quod tegis ignem in nocte, vel quod retro ponitur: quaſi ciliuum foci, ſuper quod a poſteriori parte foci ligna ponuntur, quod vulgo Lander dicitur, et dicitur a repono, et focus, et cilium:* Vguitio et Io. de Ianua. Gloſſ. Lat. Gall. *Repoſocilium, ce qui couure le feu de nuit, ou ce qui eſt mis derriere.* Idem videtur quod *Retropoſocinium*, in Tabulario Fiſcanenſi fol. 88. et 89. *Vnum quadrigatum nemoris ad Natale pro Retropoſocinio.*

RETRONTARE, apparatus ſeu ornamentum altaris. V. *Frontale*.

† RETROGACHIVM, vigiles, qui cuſtodias luſtrant, Gall. *Patrouille*. Stat. an. 1381.

RETROGARDA. (1) Extrema acies, Gallis *Arrieregarde*. Geſta Ludouici VII. Regis Franc. cap. 20. *Retrogardam fecit Imperator cum ſuis Theutonicis.* Vtitur eriam Nangius in Chron. an. 1214. V. *Antegarda*, *Protutela* et *Retroguardia*. (2) Nomen dignitatis vel officii. Tabularium Gratianopolitanae Eccleſiae ſub Hugone Epiſcopo fol. 27. *Et Comes miſit homines ſuos, ſcilicet Ioannem de Podio, et Benedictum Botelarium ſuum, et Petrum Chalueſium miniſtralem ſuum, et Bernardum Retrogardam ſuum de Gratianopoli, id eſt, Bernardum Ruſerium, etc.* Occurrit rurſum pag. 29. Hic *Retrogarda* hominem ligium aut vaſſallum ſignificat, qui domini ſui ſuperioris nomine ius habebat tutelae et cuſtodiae: quod ius eadem nomenclatura donatur in Regeſto *Probus* fol. 223. vbi de Monte Bonodi: *Dicunt iurati Mallenus et Gauterius . . . quod tenent miſtralium et Retrogardam de Comite, et debent placitum ad miſericordiam.* V. *Revegarda*.

† RETROGRACIDARE, retrogradi, conſilium mutare. Monum. Eccleſ. Aquil. Append. p. 35.

RETROGRADARE, retrogradi. Martianus Capella lib. 8. *Eas Retrogradare facit.* RETROGRADARI, *Retro ire, gradi retro*, Iohanni de Ianua; *Reculer, aller arriere*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Epiſtola Gunzonis ad Augienſes ann. 969. apud Marten. tom. 1. Ampliſſ. Collect. col. 309.

RETROGRADATIO, regreſſus, receſſus, Martiano Capellae lib. 8.

RETROGRADE, a tergo, pone. Caſpar Barthius in Gloſſario apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS. pag. 68. ex Gunterio Cancellario.

RETROGRADVS. (1) Qui graditur poſt, eidem Barthio ibidem, ex Gui-

berto Abbate lib. 4. cap. 4. *Mercurius Retrogradus*, hoc eſt, Retroiens, retrogradiens, apud Plinium lib. 2. cap. 17. *Saturnus Retrogradus*, Sidonio lib. 8. Epiſt. 11. Idem Plinius lib. 2. cap. 15. de Planetis: *Retrogradiuntur ad ſolem.* Hinc Iohannes de Ianua: *Planeta eſt quandoque Retrogradus, quandoque proceſſiuus, quandoque ſtationarius: et malus vicioſus ſimiliter eſt quandoque Retrogradus, quandoque proceſſiuus, quandoque ſtationarius.* Hinc, ni fallor, emendandus Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Taruiſina lib. 12. cap. 2. apud Murator. tom. 8. col. 344. *Eratque Retrogradus Iupiter in libra directus.* Legendum enim videtur *Retrogradus.* (2) Qui reſiſtit et obedire detrectat. Radulphus Ardentius Homil. 109. in Euang. *Multi ſunt hodie, qui ad finem* (fidem) *vocati ſunt, nec per eam digne ambulant, dum bene operando non proficiunt, ſed magis Retrogradi ſunt, et cum Deum ore confiteantur, factis negant.* Laurentius in Amalthea: *Retrogradae mentes, contumaces.*

RETROGVARDIA, extrema acies, apud Italos, Gall. *Arrieregarde.* Sicardi Cremon. Epiſcop. Chronicon apud Muratorium tom. 7. col. 614. V. *Retrogarda.*

RETROGVARDVS, V. *Retrogradus.*

RETROIVVM, regreſſus, receſſus, iterata diſceſſio. Epiſtola Cardinalium Regi Franciae de reconciliatione Graecorum in Concilio Lugduu. an. 1274. apud Marten. tom. 7. Collect. Ampl. col. 217.

† RETROMANVS, auerſa manus, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1352.

† RETROMVRVS, murus poſt murum. Stat. ann. 1381. Vide *Promurium.*

RETRONEVS, qui retro eſt. Radulfus Cadom. in Geſtis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 152.

RETRONVBERE, auerſa venere coire. Ouidius:

Parua vehetur equo.

Liber Poenitentialis Gregorii II. PP. *Si quis vir cum vxore ſua Retrompſerit, corripiendus eſt, ne faciat, et in ſemetipſo poeniteat.* Vide ſupra *Nubere.*

RETROPLEGIA, Vide ſupra in *Plegius.*

RETROPOFOCINIVM, etc. V. *Retrofocilium.*

† RETROPONERE, reponere, in Ch. a. 1221.

RETROQVINTVM, quinta pars quintae partis pretii rei venditae domino ſoluenda, Gallice *Requint.* Vide *Quintum 3.*

RETRORSIOR, contumacior, a *Retrorſus*, Retro conuerſus, refractarius: quo poſitiuo vſi ſunt Plinius lib. 26. cap. 9. et Apuleius lib. 2. Metamorph. Tertullianus Apolog. cap. 19. *Retrorſiores primoribus veſtris ſapientibus.*

RETROSCIARE, retrogradi, retrotre, regredi. Obertus Cancellarius lib. 2. Annal. Genuenſ. apud Murator. to. 6. col. 304.

† RETROSCRIPTIO, ſubſcriptio, in Stat. comit. Venaiſſ.

RETROSVADVS. Radulfus Cadom. de Geſtis Tancredi apud Marten. to. 3. Anecd. col. 131.

Ac Turci nec nulla quidem, nec multa rependunt
Vulnera, ſpes quoniam ferreae neſcia calcis,
Tota Retroſuadae de verbere pendet habenae.

Ibidem col. 169.

Calcibus vrget equos, Retroſuadis vrget habenis,
Horrificis vrget clamoribus, et ſtimulandi
Qualibet arte: fugax acies incumbit in armos.

Retroſuadas, vt videtur, vocat habenas, quod iis veluti *ſuadetur* ſeu regitur equus, et vrgetur, ſiue vt accedat, ſiue vt retrogradiatur.

RETROTABVLARIVM, ornamentum altaris poſt tabulam. Leges Palatinae Iacobi II. Regis Maioric. inter Acta SS. Iunii tom. 3. pag. LXXII. col. 1. V. *Poſtabula.*

†RE-

† RETROTABVLVM, idem, in Inuent. a. 1294.

† RETROTENSIO, regreſſus, receſſus, apud Ludew. to. 9. Reliq. p. 369.

† RETROTIGERIVM, ſporta doſſuaria, in Gloſſ. Gall. Latin. Cod. 7684.

RETROVASSALLVS, Gall. *Arriere-vaſſal*, Vaſſallus vaſſalli ſeu translatitius cliens, qui tenet *retrofeudum*. Litterae Iohannis Franc. Regis ann. 1356. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. p. 352.

† RETROVASSOR, idem in Ch. an. 1447.

† RETROVENDA, quod praeter *vendam* a feuda acquirentibus ſoluebatur. Ch. Mſ. Henr. V. reg. Angl.

RETROVENTA, ius quod ſibi comperere aſſerebat maior ſeu villicus, in *ventis* ſeu praeſtationibus domino debitis a vaſſallo vel ſubdito pro facultate praedii vendendi ſeu diſtrahendi, quod *ventas* ipſe reciperet pro domino; quemadmodum *retrodecimam* ſeu *decimam decimae* non raro percipiebat, quod colligeret decimam domini. V. *Cario*. Charta Officialis Aurelian. ann. 1246. V. *Venda* et *Superuenda*.

RETROVERSVM, retrorſum, Gallis *à reculons*, *à rebours*. *Equitare aſinum vel bouem Retroverſum cum canda in manibus*, in Correctionibus Statutorum Cadubrii cap. 85. de Lenonibus et eorum poena.

† RETROVERTERE, redire, reuerti. Litt. Caroli V. an. 1369. V. *Retrotenſio*.

RETROVICARIA, diſtrictus RETROVICARII ſeu *Subuicarii*, illius ſcilicet, qui *Vicarii* abſentis in aliquo territorio ſibi praefinito vices agit. Charta an. 1147. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 518.

† RETRVNCARE, pro *truncare*, to. 5. Sept. p. 533.

RETRVRSVS, Plinio *Retrorſus*, Retro conuerſus. Vita MS. S. Winwaloei e Bibl. Landeuenecenſi.

RETRVSIO, incluſio. Concilium Tolet. XI. inter Hiſpanica tom. 2. pag. 665. Vide *Retruſi* ſupra in voce *Incluſi*.

RETRVSVS, homo ſolitarius, monachus *recluſus*, Gall. *Reclus*. Vide *Incluſi*.

RETTARE, RETTATVS, V. in *Retum* 1.

† RETVLENS, referens, narrans, to. 4. Sept. p. 8.

RETVLLERE, RETVLTVS, V. *Retollere*.

† RETVM, rete, in Libert. Petrae aſſiſ. an. 1341.

RETVMBA. Conſuetudines Monaſterii de Regula, ſeu *de la Reole*, apud Labbeum: *De Retumbis et cyſis vitreis, de caepis, et aliis, etc.*

RETVNDVS, f. pro *Rotundus*. Spicilegium MS. Fontanell. pag. 202. *Pſalmodiam non multum protrahamus, ſed Retunda et viua voce cantemus*. Gallis *Chanter rondement*, eſt ſimpliciter canere, non nimium protrahendo.

RETVRNVM, miſſa ſolemnis pro defuncto prioribus poſt obitum diebus decantata. Teſtamentum Armandi Rorgue Canonici Anicienſis ann. 1348. *Item volo quod tertia die poſt obitum meum fiat vnum Returnum in Eccleſia*. Vide alio ſignificatu in *Retornare* 4.

† RETVRNVS. (1) Cautio, praes, Gall. *Recours*. Ch. Mſ. an. 1173. V. *Returnum*. (2) *Pedum*, *paſtoris baculus*, in Gloſſ. Prouinc. Lat. Cod. 7657.

RETVTELA, ducatus extremae aciei. Locos vide in *Protutela*.

REV, *Radix*, Iohanni de Ianua; *vnde*, inquit, *Reubarbarum*. Vide in hac voce.

REVA. (1) Vectigal, quod pro mercibus ex regionibus exteris allatis penditur: Gall. *Droit de Rêve et de haut paſſage*. Statuta MSS. Montiſpeſſulani art. 117. *Nemo pro re propria exigat, vel accipiat, vel ab vxore ſeu familia ſua exigatur, vel accipietur nomine Reuae, aut Reuiam aliquo modo teneantur dare habitatores Montiſpeſſulani*. Statutum Iohannis Franc. Regis an. 1360. de ſtipendiis Parlamenti Pariſ. apud D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. p. 482. *Super receptam Tholoſae mille libras Parienſes*;

ſes; ſuper Renum et receptum Matiſconenſem, mille quingentas libras Pariſienſes. De vocabuli etymo et ſignificatione ſic cenſeo, idem valere, quod *Roga*, *quaeſtus*, *demanda*, et ſimilia, quae paſſim in hoc Gloſſario occurrunt, hoc eſt vectigal, quod principi, precario, vt ita dicam, penſitabatur. Gall. enim *Rogare* olim *Ruever* et *Reuver* dicebant. (2) Forte Ripa, Ital. *Riva*, Gall. *Rive*. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae an. 1435. e MS. D. Lancelot: *Pro duabus vignis Reue Narbonne, qualibet longitudine ſex cannarum cum dimidia . . . VI. l. II. ſ. III. d. Pro duabus vignis Reue de Narbonna, continente qualibet ſeptem cannas ex longitudine pro faciendo ab ipſis poſtes Carcaſſonae . . . VII. lib. 15. ſol.*

REVACATIO. Bulla Pii IV. PP. in Priuilegiis Equitum S. Iohannis Ieroſol. pag. 172. *Et quod in illorum Reuocationibus, modificationibus, ſuſpenſionibus, reſtitutionibus, et ad ius commune reductionibus per Leonem praedeceſſorem, etc.* Sed videtur legendum eſſe *Renocationibus*.

REVADERE, pro ſimplici Vadere. Lex Alamann. tit. 84.

REVADIARE, *Vadium* ſeu vadimonium, vel pignus dare, vadis inſtar debitorem ſe agnoſcere. Flodoardus in Praeceptione Caroli Regis lib. 3. cap. 4. Plura vide in *Vadium*.

REVALIDATIO, confirmatio, iterata declaratio rem aliquam eſſe validam. *Gratiae expectatiuae earumque Reualidationes, extenſiones*, in Bulla Leonis X. PP. ann. 1518. apud D. Calmet in Probat. Hiſt. Lothar. to. 3. col. CCCLXX.

† REVALIOSVS, f. *Ribaldus* in Acceſſ. ad Hiſt. Caſſin. part. 1. p. 328. V. *Rinaldis*.

REVANIA, REVANNA, f. Purgamenta frumenti ventilabro diſcreta, quae proiici ſolent volatilibus comedenda. Chartularium V. S. Vedaſti Atrebat. p. 265. *Debemus eis ſingulis ebdomadis vnum meucoldum de Reuaniis coſtae noſtrae, ſcilicet ſingulis molendinis vnum boiſtellum.* Litterae Officialis Pariſ. an. 1251. e Tabulario noſtro Sangermanenſi: *Reclamabant ſuper molendino S. Germani plenam minam bladi tale quale molendinum ipſum increbatur qualibet ſeptimana, immo et Reuannas et perroſum molturae molendini praedicti, vt dicebant, quia minam bladi, Reuannas et perroſum dictus defunctus percipiebat.* Voces fictae a Gallico *Van*, Ventilabrum.

REVARDVM FORESTAE, V. *Regardum 2.*

† REVARE, percipere, in Ch. ann. 1292.

REVEARBARVM, pro *Rhabarbarum*, Plantae genus; Gallice *Rhubarbe*, Ital. *Reubarbaro*. Statuta ciuitatis Aſtae de intratis portarum: *Reubarbarum ſoluat pro qualibet libra pondereis libras 2.* Iohannes de Ianua *Reubarbarum* dici ait *quaſi radix barbara a Reu*, Radix, et *barbarum*; ſed alii *Rhabarbarum* appellant a fluuio Moſcouiae *Rha* olim dicto, nunc *Wolga*, iuxta quem creſcit haec planta.

REVECTIO, reductio. *Deueſtio et Reueſtio frumenti in molendinis*, in Charta Adelberti Archiep. Mogunt. an. 1135. to. 2. Rerum Mogunt. pag. 583.

REVEDVTVS, mendoſe pro *Recreditus*, V. *Guerra recredita*.

REVELAMEN, idem quod *Revelatio 1. Sine Reuelamine*, apud Zenonem Veronenſem.

REVELANCIA, *ἐυλάβειαι*, in Gloſſis Lat. Graec. Melius in Graeco-Latinis: *Ευλάβεια, Reuerencia, verecundia, religio, metus.*

REVELARE. (1) Gall. *Reveler*, Retegere, pateſacere, in ſacris Scripturis paſſim. Tertullianus Apolog. c. 7. *Tempus omnia Reuelat.* (2) Pro *Relenare*, V. in *Relenare feudum.*

REVELATIO. (1) Gall. *Revelation*, arcani pateſactio, indicium, in Bibliis ſacris paſſim. Gloſſae Lat. Graec. *Reuelacio, ἐπιφάνεια, τὸ φανὲν ποτε, ἀποκάλυψις.* (2) Meditatio, attentio, conſideratio, circumſpectio. Litterae Iohannis Franc. Regis an. 1354. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 314. (3) REVELATIO, non ſemel peperam pro *Relenatio*, Gallis *Relief*. Vide ſupra

ſupra *Relenium* in *Relenare fundum*. (4) Exemptio ſacri corporis e tumulo et eiusdem elatio. Translatio corporis S. Geminiani Mutinenſium Epiſcopi an. 1106. apud Murator. to. 6. col. 90. Mallem legere *Releuationem*, ſi vox illa *Renelatio* ſimili notione non legeretur in Charta Hugonis Ducis Burgundiae an. 1171. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. to. 4. col. 91.

REVELATOR, qui *revelat*, retegit. Tertullianus lib. 4. adu. Marcion. cap. 25. *Nec Renelator ipſe erit, qui abſconditor non fuit.*

REVELATORIVS, ſpectans *revelationem* ſeu patefactionem. Tertullianus de Anima cap. 47. *Prophetica, Renelatoria, aedificatoria.*

REVELHARE, e ſomno excitare, Gall. *Reveiller*. Regeſtum Belloquadrae et Nemuſi an. 1317. e Camera Computorum.

REVELI, ludi nocturni, Vide *Renelles*.

REVELLA, Gall. *Ruelle*. V. *Ruella*.

REVELLARE, pro *Rebellare*, deficere, in Commemoratorio an. circiter 780. apud Martenium to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 41. in Formulis Marculfi lib. 2. form. 41. et alibi paſſim. Sic etiam *Reveler* pro *Rebeller*, ſeu, vt modo loquuntur, *Revolter*, in Hiſtoria Guillelmi Tyrii continuata apud eumdem Marten. to. 5. eiusdem Ampliſſ. Collect. col. 669. V. infra *Reuello*.

REVELLATIO, rebellio. Charta Theodorici II. Franc. Regis an. 678. apud Felibianum Hiſt. San-Dionyſ. pag. IX.

REVELLES, REVELLI, REVELI, ab Anglico *Revels*, Ludi nocturni, quales vulgo ſunt choreae, cateruae perſonatae, etc. Literae Henrici VIII. Regis Angl. an. 1545. apud Rymer. tom. 15. pag. 62. *Dedimus . . . eidem Thomae officium magiſtri iocorum, Renelorum et maſcorum omnium et ſingulorum noſtrorum, vulgariter nuncupatorum Revells et Masks, ipſumque Thomam Cawerden magiſtrum iocorum, Renelorum et maſcorum noſtrorum facimus.* Aline an. 1560. *De officio magiſtri iocorum, Renellium et maſcarum*, ibidem pag. 565. *Dedimus . . . officium magiſtri iocorum, Revellorum et maſcarum, communiter vocatorum Revelles et Maſques, ipſumque Thomam magiſtrum iocorum, Renelorum et maſcorum praedictorum facimus.* V. *Renellus* alia notione.

† REVELLIO, idem, in Ch. Mſ. Henr. V. Reg. Angl. V. *Reuellare*.

REVELLIVM, eadem ſignificatione. *Ipſe in ipſo Renellio vixit*, in laudato mox Commemoratorio an. circiter 780. col. 41.

REVELLO, pro *Rebellio*, ſeu Rebellis. Marculfus lib. 1. form. 32. V. *Reuellare*.

REVELLVS, occulti criminis denuntiatio, declaratio, *renelatio*, Gallis etiam *Revelation*. Statuta Cadubrii lib. 1. cap. 11. V. *Renelles*.

REVENCIO, redditus, *Reuenu*. V. *Reuentio*.

† REVENDARIA, *Reuenderia*, taberna vbi res minoris pretii venduntur. Stat. Mſ. S. Flori. V. *Reuendere*.

REVENDAROLIVS, REVENDAROLIA, propola, qui vel quae reuendit. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 76. recto.

REVENDERE. (1) Emptum vendere, Gall. *Revendre*. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Renendo*, μεταπωλῶ. Charta Philippi Franc. Regis an. 1218. tom. 4. Hiſt. Harcur. pag. 2174. (2) † Probe vlciſci, Gall. *Vendre cher*, in Ch. Mſ. a. 1343.

† REVENDICVLVS, i. q. *Renenditor* in Stat. Mant.

REVENDITIO, venditio rei emptae, ei, qui primum vendiderat. Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 1. §. 44.

REVENDITOR, propola, Gall. *Revendeur*. Statuta Arelat. MSS. art. 42. *Ne quis piſcator vel Renenditor audeat ſalare piſces. Renenditor piſcium*, ibidem art. 174.

REVENDITORIA, ipſa ars *reuendendi*, vel mulier quae *reuendit* ſeu res minoris momenti diſtrahit, Gall. *Revendeuſe*. Codex redituum Epiſcopatus Autiſſiod. art. de *Reuenditoribus*.

REVENDITRIX, Gall. *Revendeuſe*, quae res minoris pretii diuendit, in Statutis Maſſil.

REVENDITVRA, eadem notione, in Charta an. 1486. ex Schedis D. le Fournier.

REVENIENTIA, reditus, vt Ciceroni *Revenire*, redire. Charta ann. 1149. in Probat. nouae Hiſtor. Occitan. tom. 2. col. 525.

REVENNEA, redditus, prouentus, a Gallico *Revenu*, vt videtur. Charta ann. 1281. apud Thomaſſerium Conſuetud. Bituric. pag. 731.

REVENTARE. (1) Regyrare. Anonymus Salernitanus parte 4. (2) † Auctionem facere. Comput. ann. 1372.

REVENTIO, reditus, prouentus, Gall. *Revenu*, Angl. *Revenue*. Mandatum an. 1401. apud Rymer. to. 8. pag. 228. col. 2.

REVENTVS. (1) Idem quod *Reuentio*. Chronicon Iohannis Whethamſtedii pag. 381. (2) Reditus, regreſſus. Oratio an. 1378. apud Marten. to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 1502.

REVENVA, a Gallico *Revenu*, Reditus, prouentus. Charta Iohannis Boherii an. 1389. apud Baluzium to. 2. Hiſtor. Aruern. pag. 405.

REVENVTA. (1) Prouentus, reditus, Gall. *Revenu*. Regeſtum Parlamenti an. 1379. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 163. *Vectigal ſiue Renenuta, Reuenutae ſiue redditus*, in Literis an. 1514. apud Rymer. to. 13. pag. 460. col. 1. Occurrit alibi. V. *Reuenua*, *Reuentio* et *Reuennea*. † Silua caedua, quae recreſcit, Gall. *Revenue*. Ch. Mſ. an. 1267.

REVENVTVM, idem quod *Reuenuta*. Inſtrumentum an. 1522. apud Lobinellum tom. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 581. col. 2.

REVERBERARE DICTA, ea repellere, refutare, iis credere nolle. Guibertus Abb. lib. 5. Geſtorum Dei per Francos cap. 4. *Populus autem hominis dicta Reuerberans, mendacii ſimile quid putabant.*

REVERENDARIA, perperam niſi me fallo, pro *Reuendaria*, Taberna propolae, a Gallico *Revendre*, Propolae artem exercere. Statuta MSS. Augerii II. Epiſc. Conferan. a. 1280. V. *Reuenditoria*.

REVERENDISSIMVS, admodum reuerendus, lib. 1. Codicis Iuſtin. tit. 55. leg. 8. et in Inſcriptione Chriſtiana apud Fabrettum p. 145. Paſſim vtuntur recentiores, pro quo Voſſius lib. 1. de Vitiis ſerm. cap. 21. mallet *imprimis reuerendus*, & ſinerer conſuetudo.

REVERENDOSVS, Reuerendus, venerandus. Diploma Caroli Calui an. 862. apud Martenium to. 1. Ampliſſ. Collect. col. 166.

† REVERENDVS, titulus honorarius, etiam mulieribus conceſſus. Ch. Mſ. a. 1299.

REVERENTIA. (1) Titulus honorarius apud S. Hieronymum Epiſt. 70. 79. 92. et alibi, hodie inter Religioſos et Monachos paſſim receptus. Hunc honoris titulum ſibi ipſe tribuit Carolus Caluus in Charta an. 851. e Tabulario S. Albini Andegau. *Vt autem haec Reuerentiae noſtrae auctoritas in Chriſti nomine meliorem obtineat vigorem . . . . de annulo noſtro ſubter ſigillare iuſſimus.* REVERENTIAE, Gall. *Reverences*, Salutationis impenſa officia. Odo de Diogilo lib. 3. pag. 35. REVERENTIA DIVINA, vera religio, Chriſtiana, Catholica. Codex Theod. lib. 16. tit. 5. leg. 56. CVLTVS DIVINAE REVERENTIAE, Clericatus. Codex Theod. lib. 12. tit. 1. leg. 49. (2) † Praeſtationis ſpecies videtur, vel i. e. quod Praerogatiua. Ch. Mſ. a. 1223. (3) † Suprema Iurisdictio, ſupremum tribunal, in Ch. a. 1295.

REVERENTISSIME *depoſcere*, ſumma cum reuerentia poſtulare, hh. 6. Codicis Theodoſiani tit. 4. de Praetoribus leg. 21.

REVERENTISSIMVS, pro *Reuerendiſſimus. Zanellus Preſbyter Reuerentiſſimus et prudentiſſimus*. apud Anonymum, to. 3. Conc. Hiſpan. pag. 174.

† REVERIVS, *Reuae* percipiendae praepoſitus, publicanus. Ch. ann. 1363.

REVERNIIS. Exſtat in Archiuo S. Victoris Maſſil. armar. Forojul. num. 38.

38. Literae Mariae Reginae Ieruſalem et Siciliae an. 1389. *directae Officialibus regiis nec non gabellotis, arrendatoribus et credenſeriis regiae gabellae et domus; ſtagnorum, caſtri, arcarum, Reuerniis et tractae ac impoſitionis, etc.* Vbi non video quid ſit *Reuernits*, niſi forte ſit vox corrupta a *Reuenuta*, aliaue ſimili, quae redditum ſignificet, aut legendum ſit *Reuarum*. V. *Reua* 1.

† REVERNITVRA, iteratus limitus, Gall. *Reverniſſure*, in Comput. Mſ. an. 1397.

REVERSALE, REVERSALES LITERAE, generatim dicuntur Epiſtolae quibus quis alterius literis reſpondet, vt videre eſt in *Reſponſali* an. 1472. apud Ludewig. rom. 5. Reliq. MSS. pag. 196. et in *Reſponſalibus literis* Caroli IV. Imperat. ad Edwardum III. Angliae Regem ann. 1349. ibidem pag. 462. Maxime vero *Reuerſales* nude vel *Reuerſales literae* vocantur Scripta quibus ii, qui munus aliquod ſuſcipiunt, vel in rei alicuius poſſeſſionem mittuntur, declarant ſe ſeruaturos conditiones conſuetas vel conuentas. Literae Iohannis Epiſc. Argentin. ann. 1585. inter Inſtrum. nouae Gall. Chriſt. tom. 5. col. 504. *Reuerſales* in Alſatia maxime vocantur literae Praefecti Agenoenſis. Harum formulas videre potes apud Ludouicum Laguille Hiſt. Alſatiae part. 2. pag. 212. et inter Probationes pag. 72. 136. 137. 138. 163. et 166. V. *Reuerſum*.

REVERSARE. (1) Reducere, reportare vel denuo collocare. Acta S. Martialis Epiſcop. tom. 5. SS. Iunii pag. 566. REVERSARE SE, ſeſe conuertere, Gall. *Se retourner*. Vita B. Gerardeſchae tom. 7. SS. Maii pag. 168. (2) † Vertere, vertendo explorare, in Stat. a. 1357.

REVERSATIO ARMORVM, inſignium gentilitiorum inuerſio, quae fieri ſolebat in degradatione nobilium felonise damnatorum, quo de more iam ſupra dictum eſt in *Arma reverſata*. Inſtrumentum an. 1419. apud Rymer. to. 9. pag. 743. col. 1.

REVERSATVS. (1) Gall. *Renverſé*. Concilium Londinenſe anno 1342. cap. 2. de Clericis. V. *Arma reuerſata*. REVERSATVS PANIS, ſubcinericius panis inter coquendum verſatus, ne partim crudus remaneat, vna tantum parte cocta. Iſidorus lib. 20. Orig. cap. 2. *Panis ſubcinericius, cinere coctus et Reuerſatus*, ex hoc, ni fallor, Oſeae cap. 7. v. 8. *Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non Reuerſatur*. Graecis ἐγκρυφίας, οὐ μετασρεφόμενος. (2) † Reductus, retortus, in Litt. remiſſ. a. 1393.

REVERSE, ſupine. Vita B. Coletae, to. 1. Martii pag. 588.

REVERSIO *Terrarum*, etc. ſi late ſumatur, eſt proxima ſucceſſio poſt obitum eius, qui praeſenter poſſidet: ſed ſi proprie, ſignificat reditionem, quaſi, aut circunductionem ad feoffatorem, aut eius haeredes propter delictum feoffati, aut haeredum defectum. Ita Cowellus lib. 2. tit. 7. §. 18. lib. 2. tit. 40. §. 31.

REVERSVM, reſponſum. Memoriale an. 1401. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1657. V. *Reuerſale*.

REVERSVS, reductus, retortus, Gall. *Retroufſé*. Statuta Eccleſiae Andegau. an. 1423. apud Martenium tom. 4. Anecdot. col. 528.

REVERTALIA. Statuta Vercell. lib. 3. fol. 95. verſo: *In primis ſtatutum eſt, quod nulla perſona, communa, collegium vel vniuerſitas audeat vel preſumat, palam vel priuatim, mittere ſeu portare aut portari facere aliquod donum vel aliquid loco doni ad aliquas nuptias, canalias vel Reuertalias . . . et intelligatur donum prohibitum eſſe miſſum, quod mitteret per quindecim dies ante et quindecim poſt ipſas nuptias, canalias et Reuertalias, et quilibet poſſit accuſare, et habeat medietatem pene.*

REVERTERE. (1) Pro *Reuerti*, vt *Morere* pro *Mori*, pluries occurrit in Teſtamento Guillelmi V. Domini Montiſpeſſulani an. 1121. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. col. 415. et alibi. (2) † Reducere, in Compur. a. 1373.

† RE-

† REVERTI, reportare, in Comput. an. 1334.

REVESTIARIVM ECCLESIAE. (1) In libro Feudorum Epiſcoparus Lingonenſis ſub an. 1168. fol. 45. quomodo etiam *Secretaria*, ſeu *Sacriſtias* Eccleſiarum dicimus. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 45. vbi *Reueſtiarium* et *Veſtiarium* idem ſonant. Alia, ni fallor, ſignificatione *Reueſtiarium* legitur in Epiſtola an. circiter 1294. ad Nicolaum IV. PP. apud Marten. to. 1. Anecd. col. 1261. *Canonicae ſaeculares ibidem* (in Eccleſia S. Aldegundis Melbodienſis) *praebendas obtinentes Eccleſiae ſuae . . . . licet de quibusdam prouentibus praebendarum ſuarum, illis videlicet qui ad Reueſtiarium ſpectant, vt inibi vulgo dicitur, pertinent, ac de quotidianis etiam diſtributionibus ſuis et aliis decimam ſoluerint et ſoluunt pacifice, etc.* Vbi per *Reueſtiarium* intelligo id quod Galli *Veſtiaire* dicunt, quicquid videlicet neceſſarium eſt ad veſtimenta harumce Canonicarum. V. *Veſtiarium*. (2) † Supellex veſtiaria, in Comput. a. 1450.

† REVESTIBVLVM, i. q. *Reueſtiarium* 1. in Ch. an. 1388.

REVESTICORIVM, idem quod *Reveſtiarium*. Inſtrumentum an. 1341. apud Rymer. to. 5. pag. 259. Legendum eſt vt infra *Reueſtitorium*.

REVESTIMENTVM. (1) In Summa rurali *Reveſtiſſement*, donum mutuum et aequale inter coniuges, de quo conſulendae Conſuetudines Cameracenſis tit. 7. art. 9. 19. tit. 9. tit. 20. art. 5. Valencenar. art. 77. 82. 102. Tornacenſis art. 8. 9. 10. 11. 12. 13. etc. In Conſuetudine Lotharingiae art. 126. *Reveſtiſſement de lignes* dicitur ius, quo bona propria per ſucceſſionem tranſeunt ad proximiores conſanguineos ex ea *linea*, vnde bona illa exierunt. Vide Fabertum in hunc articulum 126. (2) Cenſus ſpecies. Tabularium Foſſatenſe: *Videlicet pro quolibet modio vini vendito 1. denar. et pro Reueſtimentis, 2. ſolid.* (3) † Iterata miſſio in poſſeſſionem, V. in *Veſtire*.

REVESTIRE. (1) Iterum *veſtire*, in poſſeſſionem rurſum mittere eum, qui ab eo exutus fuerat. Leges Wiſigoth. l. 12. tit. 1. leg. 3. *Quas celſitudo noſtra vna cum filiis, per huius noſtrae legis edictum, et teſtimonio nobilitatis priſtinae vti, et rebus, quas per auctoritatis priſtinae vigorem perceperint, decernimus Reueſtiri.* Adde legem 27. V. *Veſtire*. REVESTIRE TERRAS, agros aliquandiu inculros iterum colere. Inſtrumentum incerti anni apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Britann. col. 241. Vide *Veſtitus* in *Veſtire*. REVESTIRI, veſtibus ſacris ad officium diuinum indui, Gallis *Se reveſtir*. Codex MS. S. Quintini de Monte ſaeculi XI. circiterue ad calcem Regulae. REVESTITIO, iterata miſſio in poſſeſſionem, in Traditionibus Fuldenſib. lib. 2. tradit. 152. REVESTIO, ſimplex miſſio in poſſeſſionem. Charta fundationis Monaſterii S. Mauri Foſſat. an. 638. per Clodoueum Regem Franc apud Lobinellum tom. 3. Hiſt. Pariſ. pag. 20. Forte melius legeretur *Reueſtitio*. † In Chartul. Floriac. pro iure occurrit quod pro inueſtitura ſeu miſſione in poſſeſſionem ſoluitur. (2) Veſtibus iterum induere, to. 5. Collect. Hiſt. Franc. p. 116.

REVESTITORIVM *Eccleſiae*, idem quod *Reueſtiarium*. Acta S. Franciſci de Paula, to. 1. Aprilis pag. 155. V. *Reueſticorium*.

REVESTITVRA, idem quod *Inueſtitura*, traditio, miſſio in poſſeſſionem. Literae Willelmi Gaufredi Ducis Aquitan. an. 1077. apud Stephanorium tom. 4. Antiq. Pictau. MSS. pag. 564. Vide *Inueſtitura* et *Reueſtire*.

REVESTITVS PRESBYTERI. Charta Manaſſis Epiſc. Aurelian. an. 1179. *Eccleſiam ſanctorum . . . . Gervaſii et Protaſii liberam, praeter refectionem quae debetur Canonicis S. Crucis, et Reueſtitum Preſbiteri in die Dominico, et de ipſo Preſbytero iuſtitiam.* An cenſus pro *inueſtitura*, de quo infra dicitur in *Veſtitura*? Me id affirmare vetant haec verba *in die Dominico*. An enim veriſimile

eſt

est censum quotannis duntaxat solui solitum, quolibet die Dominico soluendum hic decerni? Quocirca fere crediderim *Reneſtitum Preſbyteri* hic esse obligationem, qua Presbyter seu Curio sacris vestibus *Reneſtitus* seu indutus, singulis diebus Dominicis, officio diuino seu illius parti, in Ecclesia cathedrali S. Crucis, in subiectionis signum, interesse tenebatur. Forte lux vberior accessisset, si licuisset Chartam, vnde hic locus excerptus est, integram consulere. V. *Reneſtiri.*

REVESTORIVM, idem quod supra *Reneſtiarium*, Gallis *Sacriſtie*. Gesta Guillelmi Maioris Andegau. Episc. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 303.

REVESTRATI CALCEI. Concilium Lugdun. an. 1449. apud Mesten. to. 4. Anecd. col. 377. *Sacerdotes et in ſacris ordinibus conſtituti, ſiue ſaeculares, ſiue regulares ... non deferant calceos Reneſtratos, etc.* Sed puto legendum esse *feneſtratos*; alibi enim, vt supra dictum est in voce *Calceus*, Monachi vetantur deferre *calceos feneſtratos*, hoc est certa ratione incisos et apertos.

† REVEVDA, restitutio, restauratio damni, i. q. *Reſtaurum*, vnde legendum videtur *Recreuda*. Hist. Occit. Probat. to. 3. p. 511.

REVEZOLIVM. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 72. verso: *Teneatur fornarius facere et habere leuatum pulchrum et mundum, videlicet ad panem frumenti leuatum puri frumenti, et ad panem ſiliginis pure ſiliginis; recipiendo a caſnariis tantumdem paſte ad penſam et non plus ... in quo leuato non ſit aliquid Reuenalii.* Et lib. 7. fol. 183. recto: *Item, fecerunt fieri panes XIX. de Reuenolio, qui fuerunt penſati vnsias ducentum triginta tres.* An furfur? V. *Rebuletum.*

REVFEODVM, V. *Refeudum.*

REVGIA, modus agri. Monasticum Anglicanum to. 1. p. 515. *De dono Rogeri del Eſtre vnam Reugiam terrae in Gernemuth.* Ideum videtur quod *Rega*. V. in hac voce.

† REVIARE, i. q. *Reuidare*, in Comput. an. 1479.

REVIDARE, *reuerti, redire, repedare*, in Glossis Isidori. Graecius dicit vltimum verbum *repedare* substituendum esse primo: *Repedare, reuerti, redire.* Vide Festum in *Repedare.* Vulcanius legit: *Rebitere*, vel *Rebitare*, pro *Reuidare*, hancque lectionem praefert Vossius lib. 4. de Vitiis serm. cap. 21. Vide Nonium in *Betere.* Scaliger ad Festum in *Remans* retinet *Reuidare.* In Glossis Lat. Graec. *Rebio*, παραγρέφω. Ita et in Graeco-Latinis. Alibi in Latino-Graecis: *Reuitare*, περιπάμψαι. Perperam in Graeco-Latinis: *Reuitare.* Ianus Gebhardus existimat scribendum esse *Reuiare*, vt apud Lucretium *Trauiare*, transire: quam Gebhardi sententiam confirmant Glossae Sangermen. MSS. vbi legitur: Παραγρέφω, *Reuio.* V. *Radimentum.*

REVIDERE, inspicere, examinare. Statuta Vercell. lib. 1. fol. 16. vo. Verbum haud ignotum. Plauto iterum videre, Gallis *Revoir.* Sic Truc. 2. 2. 65. *Nunc ad horam Reuidebo.* Simili ratione Fortunatus lib. 10.

Vt cito felices vos Reuidere queam.

REVIGERE VIRES SVAS, recolligere, augere, nouas acquirere. Historia Cortusiorum lib. 2. apud Murator. tom. 12. col. 794.

REVIGESCERE, reuirescere. Iuuencus Historiae Euangelicae lib. 2.

REVIGORARE, vigori restituere. Miracula S. Gengulfi, to. 2. Maii pag. 651.

REVIMENTVM, pro *Reuiamentum*, vt videtur. V. *Redimentum* et *Reuidare.*

REVINCERE, rem ablatam, vel de qua litigium est, sibi asserere, repetere, recuperare, Gall. *Revendiquer.* Chronicon Farfense apud Murator. to. 2. part. 2. col. 376.

REVINCIBILIS, qui reuinci potest et confutari. Tertullianus de Resurrectione carnis c. 63. *Materiae litteris ſacris Reuincibilis.*

REVINDICARE, Gallis *ſe Revenger.* Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 32.

REVISIO. (1) Leguleiis, Recognitio rei iudicatae, Gall. *Reviſion.* Vide Voſſium de Vitiis ſerm. lib. 3. capit. 42. (2) † Militum recenſio, in Lit. an. 1419.

† REVISITARE, iterum examinare, in Lit. an. 1482.

REVISORIA OPERA recenſentur inter exactiones, quas de *familia vel de poſſeſſionibus Eccleſiae* Maſonis Monaſterii exigi vetat Ludouicus Pius Imp. Charta, quam exhibet Ludouicus Leguille in Probat. Hiſtoriae Alſatiae pag. 15.

† REVITA, dies anauus quo officium defunctorum pro defuncto peragitur. Ch. Mſ. an. 1310.

REVITARE, redire, reuerti. V. *Reuidare.*

REVIVERE, *iterum viuere*, Iohanni de Ianua; *Revivre*, in Gloſſis Latino-Gall. Sangerm. MSS. S. Paulinus in Poemate de obitu Celſi pueri.

REVIVIFICARI, Reuiuiſcere. *Redanimatus* et *Reuiuificatus Deo*, apud Tertullianum de Reſurrect. carnis cap. 19.

REVLANDA. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 46. verſo: *Hugo 40. ſol. pro una lucenabre 3. den. pro homine 1. ob. et pro Reulandi. 2. den.* An vox ducta a veteri Gallico *Reu*, Roga, exactio, praeſtatio, et Anglico *Land*, Terra, ita vt *Reulanda* ſit praeſtatio pro terra ſeu agro, quem tenuerit Hugo? Sed haec diuinando. V. *Reua* et *Roga.*

REVMA, REVMARICVS, etc. Vide *Rheuma.*

REVNIRE, iterum adiungere, coniungere, Gall. *Réunir.* Priuilegium Ottonis Archiep. Magdeburg. ann. 1332. apud Ludewig. to. 5. Reliq. MSS. pag. 15. *Renocamus praedictam conceſſionem ſeu commiſſionem, et officialatui noſtre curie Reunimus.*

† REVOAMENTVM, praeſtatio pro tutela. Ch. Mſ. a. 1242. Vide *Adoamentum.*

† REVOCANTIA, reſciſio, abrogatio, Gall. *Revocation.* Ch. Mſ. ann. 1269.

REVOCARE. (1) Reddere. Geſta Purgationis Felicis p. 87. edit. Baluziannae, vbi de libris Chriſtianorum: *Itaque fac literas, quia adueſti ſunt, ut Renocent illos.* MISSAM REVOCARE, reddere expletam, quomodo *reddere Symbolum* dicebantur baptizandi, qui illud memoriae commendarum recitabant. Fortunatus in Vita S. Germani Pariſ. cap. 60. REVOCARE SE, egredi, *ſe retirer.* Concilium Arauſicanum I. c. 20. de Catechumenis. (2) † Repellere. Lit. remiſſ. an. 1397.

REVODIVS. Chartularium Matiſconenſe fol. 172. *Ego Girardus dono Ratlano Reuodios duos.*

† REVODVM, i. q. *Laudimium* vel *Rolenium.* Ch. Mſ. an. 1287.

REVOLA, Papiae *Calumniator, calumnioſus*, rabula. V. *Reuola.*

† REVOLARE, explicare, to. 1. Ian. p. 119.

REVOLVERE. (1) Leges Grimoaldi Reg. Longob. tit. 1. §. 1. *Si ſeruus aut ancilla . . . per 30. annos dominis ſuis ſeruiſſet, et per ſuperbiam, aut iniuſta patrocinia ſe Reuoluere de dominio ſuo proprio, et per pugnam vindicare voluerit.* In Lege Longob. lib. 2. tit. 36. §. 3. abeſt vox *Reuoluere.* (2) Explicare. Verus interpres S. Irenaei lib. 1. c. 10. n. 3.

REVOLVTIO, replicatio, voluutio, ambitus. S. Auguſtinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 12. *Poſt multas per diuerſa corpora Reuolutiones.* Et lib. 12. de Trinit. cap. vlt. *Quibus caret eſt de Reuolutionibus animarum opinionem firmare.*

REVPONTICVS. Vide locum in *Piſticus.*

REVRNARIVS, fenerator, Gall. *Vſurier.* Statuta Montiſpeſſul. a. 1204. e Codice MS. Colbert. num. 4936.

† REVSSETVS, coloris rufei f. rufei, Gall. *Roux.* Teſtam. Mſ. ann. 1372.

REVVS, pro *rerus*, ni fallor, in Capitulis ad Legem Alamannor. cap. 6. edit. Baluzianae: *Si quis in Reua plagatus fuerit, in pectus, aut in latus, ſoluat ſol. 12.* Cap. 7. *Si quis in latus alium transuerberaverit, ſic vt in Reua plagatus non ſit, ſoluat ſol. 6.* † Melius forteſſis legeretur *Rena*, qua voce ſignificarentur renes.

REWA-

REWADIARE, dare vadimonium, pignus, fideiussionem. Vide in *Vadium*.

REWARDVM, V. supra *Regardum*.

REX. (1) Imperator. Concilium Arelat. an. 813. can. *Vt omnes pro Rege ac liberis eius Deum orent.* Vbi contextus: *Vt pro excellentissimo atque glorioſissimo domino noſtro Carolo Rege . . . Miſſarum ſollemnia . . . . exſolvere decreuimus.* Carolus tum Imperator erat, et *Imperatoris* nomine re ipsa donatur in Praefatione eiusdem Concilii. Passim etiam Einhardus in libris de Translatione et Miraculis SS. Marcellini et Petri Ludouicum Pium Imperatorem *Regem* vocat. V. *Regina* 3. (2) REGES, Filii regum dicti. Exstat formula 39. Marculfi lib. 1. cum hoc titulo: *Vt pro natiuitate Regis, ingenui relaxentur.* Ipse vero Epistola Regis nomine concipitur, qui natum sibi filium denuntiat. Apud Gregorium M. lib. 3. Dial. cap. 31. *Hermenegildus Rex Leuuigildi Regis filius* dicitur. Haud absimili ratione Caesar, de Ptolemaei Regis Aegyptiorum filiis, qui de regno inuicem contendebant, agens lib. 3. de Bello Gall. cap. 107. *Interim controuerſias Regum ad Populum Romanum et ad ſe, quod eſſet Conſul, pertinere exiſtimans*, etc. Et cap. 109. *Cum maxime vellet pro communi amico atque arbitro controuerſias Regum componere.* V. in *Regina* 1. (3) REX REGVM, dictus non semel Rex Franciae a Scriptoribus, a Matthaeo Parisio praesertim, *Terreſtrium Rex Regum*, ab Anna Comnena, βασιλεὺς τῶν βασιλέων, et aliis, vt obseruatum a nobis in Dissert. 27. ad Ioinvillam: quibus accedit Nicolaus de Braia in Gestis Ludouici VIII. de Philippo Augusto. Sic etiam olim, ob potentiam et amplitudinem imperii, Regis Regum titulo decorabantur Persarum et postea Parthorum Reges, vt videre est apud Cornelium Nepotem. (4) REGIS titulum, non *Reginae*, concessum ab Hungaris Mariae Hungaricae, Ludouici Regis primogenitae, antequam Sigismundo Luxemburgico nuberet, obseruat Carolinus: *Elisabeth Regina vxorque dicti Regis Ludouici, vna cum Maria filia eius, regimen Hungariae gubernabat, quae quidem Maria appellabatur Rex Hungariae.* Paulus de Paulo in Memoriali an. 1382. *Maria filia ſenior antedicti Regis in ciuitate praedicta coronata fuit in Regem.* Eadem *Rex femineus* dicitur Thwroczio cap. 4. At postquam Sigismundo coniugi titulum regium impertita est, *Regina*, non *Rex*, appellari coepit, vt constat ex illius literis, quae exstant apud Iohannem Lucium lib. 5. de Regno Dalmatico cap. 2. Narrat Henricus Huntindonensis lib. 5. Histor. Edelfledem Merciae Dominam *tantae potentiae fuiſſe, vt a quibusdam non ſolum Domina vel Regina, ſed etiam Rex vocaretur, ad laudem et excellentiam mirificationis ſuae.* Sospiter Charisius lib. 1. Institut. Grammat. *Rex communi genere dicitur, primum ab etymologia Rex, vt regens, deinde quod ſunt quaedam verba, quae ex ſe trium generum nomina creant, ... nam Reginae nullo modo recipiendum, niſi reciperemus et reginum.* Ouidii antiquus interpres in Ibim: *Tyrannus eſt communis generis; nam Theodoſii Grammatici eſt Regula, quod nomina profeſſionem aut dignitatem ſignificantia, ſunt communis generis, vt hic et haec Dux: hic et haec Philoſophus.* Vide Casaubonum ad Trebellium Pollionem pag. 484. (5) REGIO titulus datus etiam interdum minoribus aliquot primariis Ministris, vt Heraldis primariis seu faecialibus, quos etiamnum *Reges armorum* vocant, *Miniſtellis, Inglatoribus*, ac *Ribaldis*, de quibus singulis, suis locis agimus: praeterea *Mercatorum* Praefectis, apud Tillium, *Arcariorum* et *Arbaleſtariorum* Capitaneis in singulis ciuitatibus, et *Spineti* Regibus apud Insulenses, de quibus Buzelinus lib. 3. Gallo-Fland. cap. 23. Ita *Rex Alustariorum*, in Necrologio Ecclesiae Meduntensis, Idib. Augusti: *Hic ob. Nicolaus Rex Alustariorum, pro quo habemus annuatim 2. pariſ. ſuper domum Falconis de Becco.* REX LVDORVM, in Charta an. 1209. apud

Thomaſſerium in Conſuet. Bituric. p. 712. (6) Dux, Comes. Chronicon Epiſcoporum Metenſium apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 652. *Goericus ſanctus, qui et Abbo dictus eſt, huic ſancto XXX. Epiſcopus Metenſis ſucceſſit. Hic primo Rex Aquitanorum fuerat, poſtque Ponſifex factus opibus plurimis ditauit Eccleſiam.* (7) Apparitor, in Eccleſiis Anicienſi et Viuarienſi, vulgo *le Roi* vel *le Roi de l'Egliſe*, Gallice *Bedeau*. Charta Eccl. Anicenſis an. 1312. *Secuntur illa quae ſoluuntur in tracta: I. Theſaurario Eccleſiae VIII. liv. Piſtori II. ſol. Regi XXXVII. ſol. VI. den.* Sic autem dicitur quod virgam gerat ad inſtar ſceptri et alios vecumque regat praeeundo, indutus veſte talari. (8) REGES, in quibusdam Eccleſiis, dicti Canonici aliique non infimae dignitatis Preſbyteri, qui ſacro Epiphaniae die Reges ſeu Magos Chriſtum adorantes repraeſentarent: quo de more Innocentius VIII. in Bulla an. 1488. pro Eccleſia Geneuenſi, in Continuatione M. Bullarii Rom. pag. 291. col. 1. (9) *Chriſto Regnante et Regem expectante*, Formula adſcripta quibusdam Diplomatibus, poſt mortem Caroli Simplicis, de qua dictum eſt in *Regnans*. (10) † Idem qui Iudex vel Praepoſitus, vnde illius vxor *Regina*, et eius diſtrictus *Regnum* dicebatur. Ch. a. 1183. apud Murat. to. 2. Antiq. pag. 1153. (11) † Idem quod *Regalengum*, dominium, reditus quiuis, in Ch. an. 1129. to. 2. Hiſt. Occit. Prob. pag. 447.

REXA. Charta Fernandi Comitis Caſtellae aerae 972. apud Anton. de Yepez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1. pag. 31. *Iſtae praedictae per omnes domus domui one vna Rexa de ferro.* Infra: *Bricia cum ſuis villis ad ſuam alfonem pertinentibus, per omnes domus domui duae* (ſupra *one*) *vna Rexa de ferro.*

REXANVS SOLIDVS, ſpecies monetae. Memoriale Poteſtatum Regienſium ad an. 1271. apud Muratorium to. 8. col. 1132. *Spelta vendebatur II. ſolidos imperiales et dimidium pro communi ſeſtario, et primatim X. ſolidos Rexanos.* Ibid. col. 1133. *Et libra groſſa olei olivae duos ſolidos imperiales, et XIV. ficus ſiccae 1. Rexanum . . . . et XIV. amigdalae 1. Rexanum.*

† REYNEANNARE, *bannire* ſeu interdicto rurſum prohibere. Ch. Mſ. a. 1315.

† REYNA, vox Hiſpan. Regina, in Ch. a. 1222.

† REYRAGIVM, reliqua, vetera nomina non ſolutarum penſionum, Gall. *Arrerages*. Ch. Mſ. a. 1256.

REY-RETAVLE, idem quod ſupra *Retable*, Ornatus retrouicus, Gall. *Retable*. Teſtamentum a. 1367. apud Marten. to. 1. Aneed. col. 1523.

REYSA, iter, etc. V. *Reiſa*.

† REYSSIA, officina vbi ferra deſcacur, i. q. *Reſſiga*. Ch. Mſ. an. 1445. V. *Seyta*.

REYSSIATVS, ferra deſectus, Gallis *Scié*. Extractum Computi an. 1321. tom. 2. Hiſt. Dalphin. pag. 159. col. 1. V. *Reſſa*.

† REZA, pro *Regia*, porta aedificii primaria, in Stat. Mutin. a. 1317.

REZAILH, ſpecies retis ad capiendos piſces. Vide locum in *Batuda*. Hodie *Raiſeau* Gallis eſt Rete venatorium.

REZETVS, azylus, locus refugii, vt arbitror, ab Italico *Ricetto*, Gall. *Retraite*. († Proprie certa pars domus munitae, ac ſ. turris, V. *Recpeacnhim*.) Caſtelli de Caſtello Chronicon Bergom. apud Murator. tom. 16. col. 947.

RHADA, ῥάδυγες, in Gloſſis Lat. Graec. Legendum Rheda, vt patet ex Gloſſis Graec. Lat. vbi Ῥάδυγες, *Par. ſingulariter tantum declinatur*, *Rheda*. V. infra *Rheda*.

RHAGAS, ruptura generatim, peculiarius Medicis ani fiſſura, a Graeco ῥαγάς. §. Auguſtinus Ep. 149. edit. 1576. *Nec ambulare enim, nec ſtare, nec ſedere poſſum, Rhagadis vel exochadis dolore et tumore.* Iſidorus lib. 4. Orig. cap. 7. *Rhagades dicuntur eo quod fiſſurae ſint rugis collectae circa orificium: haec et Haemorroides a ſanguinis fluore dictae; Graeci enim ſanguinem αἷμα dicunt.*

RHAI-

RHAINVS AGER, *in quo iacta primum feruntur semina, cruentaque primum fruges sunt*, in Vocabulario Suſſannaei. Vox, vt videtur a Graeco ῥαίνειν, aſpergere, irrorare.

RHAMALLVS, locus, vt videtur, ſuperne ramis tectus. V. *Hamallus*.

RHAMNICVLVS, ramuſculus. Concilium Foroiuliense ann. 791.

RHANNE, coitus ſuum, vt exponit Eccardus in Pactum Legis Salicae tit. 2. §. 1. vel Coloſtrum, ſeu lac quod paulo poſt partum mulgetur, Germanice *Rhen*, vt vult Voſſius l. 2. de Vitiis ſerm. cap. 9: V. *Hannae*. RHANNSCHALA, RHANNECHALTEO, eodem tit. Compoſitio pro porcello lumbis ablato. Eccardum conſule.

RHAPHIVS, ſeu *Rufus*, lupus cervarius, Gallis. Plinius lib. 8. c. 19. *Pompei Magni ludi oſtenderunt Ghanum, quem Galli Rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis*. Idem cap. 22. *Lupum cervarium* vocat. De lupis cervariis copioſe egit Vlitius ad Grattii Cynegeticon.

RHAVISMA, colaphus, alapa, Graecis ῥάϊσμα. Lex 6. Cod. lib. 8. tit. 49. de emancipationibus. Quidam interpretantur virgas ſeu baculos, quos refutat Cuiacius in hanc legem.

RHEDA. (1) Gallorum propria fuit, Gloſſae MSS. Reg. ἁμάξιον, τὸ φορεῖον, καὶ ἁμάξιον, *plaustrum vehiculum*. Quintilianus lib. 1. *Plurima Gallica valuerunt; vt Rheda, Petoritum quaque, quorum altero Cicero semper, altero Horatius vtitur*. Fortunatus lib. 3. Poëm. 20.

Curriculi genus eſt, memorat quod Gallia Rhedam,
Molliter incedens orbita ſulcat humum.
Exiliens duplici biiugo volat axe citato,
Atque monet rapidas iuncta quadriga rotas.

Vide Caſaubonum ad Suetonium. *Rhedae curſuales*, quarum vſus erat in Curſu publico, in lege 9. Cod. Th. de Legatis. De iis plura Iacobus Gothofred. in Paratit. ad tit. Cod. Th. de Curſu publico. (2) Expeditio militaris, ſi tamen vera lectio eſt. V. *Reiſa* 1.

† RHEDARII DENARII, V. *Denarius*.

RHEDO, mundus ſeu ornatus muliebris. Lex Anglorum et Werinorum cap. 7. §. 3. *Qui ornamenta muliebria, quod Rhedo dicunt, furto abſtulerit, etc.* Gloſſae Latino-Theotiſcae: *Scef raida, torneuma*. Et *hausgeraeta*, mobilia, ſiue ornamenta domus etiamnum Germani vocant. Lindenbrogius. Vide Martinium in Lexico, Voſſium lib. 2. de Vitiis ſerm. cap. 16. et ſuo loco *Redalina*.

† RHEIGIA, *Rhedae* ſ. carri onus. Areſt. a. 1299.

† RHEMA, ſ. pro *Rheuma*, arthritis, t. 6. Iul. p. 663.

RHENO, RENO, pellicium, veſtis ex pellibus confecta, quae humeros et latera tegebat. Gloſſae veteres: *Rheno eſt pellicium, vel veſtis facta de pellibus, pendensque ad umbilicum*. Ita Magiſter in Gloſſis: *Vocamus etiam maſtrugas Renones, quae ruſtice Crutina vocatur*. V. *Cruſina*. Ioannes de Garlandia in Synonymis:

Veſtes quae fiunt de ſolis pellibus, hae ſunt:
Pellicium, Rheno, quibus Andromeda ſociatur.

Ita enim legendum, pro *Renum*. Varro lib. 4. de Lingua Latina Gallicum vocabulum eſſe ait: Iſidorus vero lib. 19. cap. 28. Germanicum. Sauaro a *Rhenanis*, ſeu Rheni accolis dictum putat. Loccenius lib. 2. Antiq. Suecicar. cap. 20. a voce Gothica *Ren*, adhuc Suedis vſitata, qua animal illud appellant, quod alias *Rangiferum* vulgo dicunt, a cornuum ramis *Ranſen*, de quo agit Olaus Magnus lib. 17. cap. 28. Voſſius in Addit. ad libros de Vitiis ſermonis p. 797. a ἔριφος, agnus; vnde infert *Rhenones* pelliceas fuiſſe veſtes, primitus e pellibus agninis, poſtea etiam aliorum animalium: alius forte maluerit ab Armorico *Renn*, crinis, pilus craſſior et longior. Vide Cluuerium de Germania Antiqua. *Rhenonis Gallici* meminit Caeſar lib. 6. de Bello Gallico, vt

et Saluſtius. Sed et ex poſterioris ævi Scriptoribus vocem vſurpauit Sidonius lib. 4. Epiſt. 20. V. *Repti.*

RHETORICABILIS RATIO, rhetoricus ſeu facundus dicendi modus. Dudo de Ducibus Normanniæ apud Ducheſnium pag. 88.

RHETORICARI, Græcis ῥητορίζειν, rhetorum more loqui. Tertullianus de Reſurrect. Carnis cap. 5. RHETORICARE eadem notione dixit Naeuius apud Nonium: *Age nunc, quando Rhetoricaſti? Reſponde quod te rogo.*

RHETORII, hæretici in Aegypto ſic dicti a quodam *Rhetorio*, qui omnes laudabat hæreſes, dicens *omnes bene ſentire et neminem ex iis errare*, vti narrat Philaſtrius Cæſal. Hær. c. 44. Quod S. Auguſtinus dicit ita abſurdum eſſe et nimium mirabilis venietis, vt ipſi ei incredibile videatur, Hær. 72. Vide Stockmanni Lexicon.

RHETRA, Græcis ῥήτρα, dicendi locus vel vices; item dictio, oraculum; vt Plutarchus Lycurgum leges ſuas ῥήτρας appellaſſe narrat tanquam χρησμὰς τινας. Ammianus lib. 16. cap. 5. V. Valeſium in hunc locum.

RHEVMA, fluctus, ex Græco ῥεῦμα. Veteres Gloſſæ: *Fluenta*, ῥεύματα. S. Ambroſius l. 5. Hexaem. cap. 10. RHEVMA, æſtus maris reciprocus. Gloſſarium Saxonicum Aelfrici: *Reuma*, *ebbe*, vel *Gyle-Streám*, id eſt fluminis inundatio. Gloſſæ Iſidori: *Rheuma*, *effuſio maris, quando acceſſione maris in foſſis colligitur.* Gloſſ. aliæ MSS. *Reuma*, *revolutio gurgitis. Rheuma*, pro ipſo mari. Victor Tunnenſis: *Amantius Præpoſitus . . . occiditur, et in Rheuma iactatur.* Et infra: *Hypatius . . . . nocte cum Pompeio occiditur, et in Rheuma iacitur.*

RHEVMARICVS, *plenus rheumate*: ita Gloſſa ad hos verſus ex Poëta MS. infimi ævi ex Bibl. Thuana cod. 525.

Paſio, Remaricus, pulſus, lapſus, et hircus.

RHEVMATICVS, humidus. Translatio S. Apollinaris, to. 5. Iulii p. 384. *Quia locus valde Rheumaticus fuit, in quo ſupra terram ciſta ſubtus, de quibus omnes dolebamus. Rheumaticus* Plinio, vt Græcis ῥευματικὸς, qui fluxione laborat, vel obnoxius fluxioni. Hinc locus *Rheumaticus* dicitur locus humidus, quod fluxionibus obnoxii ſint, qui habitant in locis humidis.

RHEVMATIDIARE. Papias: *Artuici, quibus fauces Reumatidiant.* In codex edit. et MS. Vgutio et Iohannes de Ianua præferunt *Reumatizant.* Theodorus Priſcianus lib. 1. cap. 22. *Si oculi Rheumatidiauerint, his vini et carnium percites indicanda eſt.* Dioſcoridi, ὀφθαλμοὶ ῥευματιζόντες vel ῥευματιζόμενοι.

RHEVMATIZARE, Ῥευματίζειν, rheumate, fluxione, vel rheumatismo laborare. Horatianus lib. 1. Rer. medic. cap. 10. *Rheumatizatus*, affectus *rheumate* ſeu fluxione. Vita S. Procopii, com. 2. Iulii pag. 145.

RHIGOSOSII, *qui inalgeſcunt perpetuo*, in Vocabulario Suſſexnenſi, ſed perperam. Legendum *Rhigoſoſii*, a Græco ῥιγοῶσιν, perpetuo frigentes.

RHINDALEA, *ludus, ubi equites curvando in terram rem proiiciunt*, in Conſtitutionibus Frederici Regis Siciliæ cap. 78.

RHINE, corrupta vox a Græco ῥίνημα, ramentum, ſcobs. Vide locum in *Savage.*

RHIPE, *momentum, vel iſtus, vel oculi motus*, Suſſexnenſis in Vocabulario ex hoc Apoſtoli loco 1. Corinth. 15. 52. *In momento, in iſtu oculi, etc.* vbi Græcum præfert, ἐν ἀτόμῳ, ἐν ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ. Ceterum ῥιπὴ Græcis dicitur impetus rei proiectæ, iactus ſeu iactus teli miſſi vel fulminis, incitamentum, impetus; nuſpiam autem momentum quod ſenſit Suſſexnenſis ex loco citato.

RHODINVS COLOR, Ῥόδινον, roſeus. Gloſſ. Græco-Lat. Ῥόδινον, *roſeum.* Anaſtaſius in Gregorio IV. PP. *Vela de Rodino quatuor, quæ ſacrum altare circumdant.* LEVCORHODINVS, roſeus dilutior, in Charta Donationis ſacræ Eccleſiæ Carnotinæ, edita a Sumaſio.

RHO-

RHODOMELINVS, color partim luteus, partim roſaceus. Eadem Charta: *Maſortem tramoſericum Rhodomelinum aquilatum.* V. *Melinus.*

† RHOMBVS. Tract. Mſ. de Piſcibus, cap. 89. *Rhombus, quem Itali omnes et Maſſilienſes Rhombo, noſtri Romb, Galli Turbot, Normanni Bertonneau appellant.*

RHONCHARE, rhonchos edere, Gall. *Ronfler. Ronchenter ſubulci*, Sidonio lib. 1. Epiſt. 6. V. *Runcare 2.*

RHONCHISONVS, qui rhonchos ſonat, edit, eidem Sidonio Carmine 3. v. 8.

RHONDIS, animalis genus. Paulus Venetus lib. 3. cap. 48. *Regio varia producens animalia, vt ſunt Rhondes, Armelini, Erculini, etc.*

RHOPALVM, Graec. ῥόπαλον, clava, virga, baculus. Vita S. Timothei Epiſc. tom. 2. Ianuarii p. 566.

RHOTHVS, male pro *Rothus:* quod vide.

RHVMA, pro *Runa*, runici characteres, de quibus dictum eſt in voce *Abrunnae.*

† RHYTHMIMACHIA, pro *Rithmimachia*, modulatio, ſ. Rythmorum inter ſe congreſſus. Pez. t. 6. Anecd. P. 2. p. 55.

RHYTHMIZARE, *modulari*, in Gloſſis MSS. a Voſſio laudatis lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 22. a Graeco ῥυθμίζειν. Hac notione in gemma gemmarum legitur *Rythmari. Rythminare*, pro apte diſponere, ordinare, vt et *Rythminatio*, pro Concinnus ordo, apta diſpoſitio, dixit vetus Interpres S. Irenaei lib. 2. cap. 15. num. 3. vlt. edit. vbi notas conſule.

RIAGNVS, riuus, riuulus. Statuta Mutinae fol. 11. vo. rubr. 57. Vide voces ſubſequentes et infra *Rigus.*

RIAGO, riuus, riuulus. V. in *Rigus.*

RIALE, riuus, riuulus, Prouincialibus *Rian*, Gallis *Ruiſſeau.* Charta ann. 1058. ex Archiuo S. Victoris Maſſil. Vide mox *Riaria* et infra *Rigus.*

RIANA, idem quod mox *Riagnus, Riale, Riaria* et infra *Rigus*, riuus, riuulus. Statuta Montisregalis p. 214.

RIANETA, ſpecies ludi ſcruporum, latrunculorum, de quo iam in *Regineta* dictum eſt. Statuta Vercell. lib. 4. fol. 84. recto.

RIANVS, idem quod *Riagnus*, riuus, riuulus. Conuentiones Ciuitatis Saonae ann. 1532. p. 37.

RIARIA, riuus, fluuius, *Riparia*, Gallis *Riviere.* Charta Petri Regni Maioricarum Domini ann. 1232. V. *Riagnus* et voces proxime ſubſequentes.

RIATVS, idem, vt puto, quod ſupra *Radiatus*, Gall. *Rayé*, pannus lineis varii coloris diſtinctus. Teſtamentum Euerardi Comitis ann. 837. apud Miraeum tom. 1. pag. 21. col. 1. Vereor tamen ne pro *Riatum* legendum ſit, vt mox habetur, *Variatum*, reſciſſa male ſyllaba *va.*

RIBA, ripa, littus, Ital. *Riva*, Gallis *Rive.* Statuta Maſſil. lib. 6. c. 45.

RIBAGIVM, a *Riba*, vt *Riagium* a *Riua*, et *Ripagium* a *Ripa*, Gallice *Rivage*, ripa, littus, ora; item, Tributum in ripis ſoluendum, vt infra *Ripaticum.* Charta ann. 1174. ex paruo Chartulario S. Victoris Maſſil. fol. 177. RIBATGIVM, eadem notione. Charta an. 1294. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. p. 520. RIBAIARAGIVM. Charta Occitanica ann. 1311. ex 47. Regeſto Tabularii regii num. 130.

RIBALDA, RIBALDAGIA, V. *Ribaldi.*

RIBALDI, velites, *Enfans perdus*, milites, qui prima praelia tentabant: quibus accidit, quod Tyrannis apud Graecos, et Latronibus apud Latinos, vt qui ſua inſtitutione probi eſſent Principes militesque, in deteriorem poſtea acceptionem et famam abierint, inquit Carolus de Aquino in Lexico Militari poſt Stephanum Paſquerium. Vide R. P. Danielem lib. 3. Hiſt. Militiae Francicae cap. 7. Rigordus ann. 1189. *Dum Rex circumquaque immunita ciuitatis conſideraret, Ribaldi ipſius, qui primos impetus in expugnandis munitionibus facere conſueuerunt, eo vidente, in ipſam ciuitatem impetum fecerunt.* Codex MS. apud Stephanotium tom. 1. Fragm. Hiſt. *Anno 1214. dominus Epiſcopus Lemouic. Aymericus cum Abbatibus S. Martialis, S. Auguſtini*

et S. Martini venerunt a Boniac, ubi erat exercitus, tractaturi de pace; et tunc Ribaudi dicti exercitus in ipsum D. Episcopum et Abbates et socios irruerunt, et Priorem Fratrum Praedicat. qui cum illo venerat, egregie verberauerunt, quod de aliis fecissent, nisi fugissent. Anonymus de Gestis Friderici II. Imper. *Et subito fugistentes, Ribaldos sine numero vulnerant.* Descriptio victoriae Caroli Siciliae Regis p. 847. *Ribaldi pedites, etc.* Ioan. Villaneus lib. 11. c. 139. *I Ribaldi et i Ragunzzi del hoste.* Inde RIBALDI inter vilissimos hominum habiti, quorum vita nullius erat momenti, ex calonibus fere semper delecti, cum er ii calonum in castris vices perfaepe agerent, impedimenta curarent, caeteraque viliora obsequia impenderent. Vt igitur id hominum genus ex caneonibus potissimum conflatum erat, vsurpata deinde *Ribaldorum* vox pro hominibus vilissimis, abiectis, perditis, scortatoribus, etc. cuiusmodi passim depinguntur a Scriptoribus. Guillelmus Neubrig. lib. 5. cap. 2. *Cum quibusdam perditis ex illo hominum genere, quos Ribaldos vocant, ingressus sacris aedibus ignem immisit.* Willelmus Armoricus ann. 1202. *Inermes Ribaldos et alios, qui solent sequi exercitum propter onera deportanda.* Matth. Paris ann. 1214. *Ribaldi et viles personae.* Anno 1251. *Fures, exules, fugitivi, excommunicati, quos omnes Ribaldos Francia vulgariter consuevit appellare.* RIBALDI etiamnum Gallis Libidinosi ac Scorratores dicuntur, quod scilicet *Ribaldi* pro hominibus perditis, et scorta publica sectantibus haberentur: seu quod instituta in Regum aula *Ribaldorum* cohors, de qua mox agemus, in eiusmodi caneones, vel in scorta publica, quae Regium comitatum sectabantur, inquirerent, atque adeo cum lupanaria ingrederentur, ad capiendas meretrices, ipsasmet sibi conciliarent, et lenonum vices agerent. Gloss. Lat. Gall. *Zelotypia, Ribaudie. Zelotypus, Jaloux, ou Riboux. Lena, Ribalda, vel conciliatrix stupri.* Angli Lenones *a bawd* vocant, et obscoenas meretriciasque confabulationes *Bawdry* et *Ribaldry.* Io. de S. Victore l. de Aduersitate prosperitatis cap. 2. *Et enim velut meretrix difformiter formosa, et pulchra turpiter, quae labricos et infames quosque parasitos utque Ribaldos ad sumus amorem sui pulchritudinem allicit.* Concilium Parisiense ann. 1212. cap. 16. *Ne .. conventiones Ribaldorum ibi recipiant.* Concilium Nimociense an. 1298. cap. 4. *Vxores, quae dimissis propriis viris adhaerens suis adulatoribus aut Ribaldis. Clerici Ribaldi*, in Concilio Senonensi an. 923. sub Galtero Archiep. cap. 13. in Concilio Rotomag. an. 1231. apud Marten. tom. 4. Anecdot. col. 177. et pag. 243. edit. in 4to, vbi pro *Ribaldi* legitur *Ribaudi.* Apud Petrum Mariam Campum in Histor. Eccles. Placentinae, in Regesto 2. part. num. 160. habetur *renuntia, facta per D. Gregorium PP. X. de consuetudine, quod solis Ribaldis dabatur eleemosyna in domo Papae, in festo Carnisprivii, qua finitis idem D. Gregorius PP. quod eiusmodi eleemosyna erogaretur pauperibus aliis communiter, et ipsis Ribaldis ad domum Papae, in festo Carnisprivii sequentis circa horam vesperam.* Videntur ii intelligi, quos Galli *Vagabonds* dicunt. REX RIBALDORVM, dictus Minister in comitatu Regio, cuius munus erat, in crimina, quae in eo perpetrabantur, inquirere, ac de iis decernere et iudicare: cuius quidem officii nomenclatura defit regnante Carolo VI. sub quo, qui *Rex Ribaldorum* antea dicebatur, *Praepositus Hospitii Regis* postmodum appellatus est. Ita quidem Tillius, quod alii in dubium vocant, ac praesertim Miraeus in Tractatu de Praepositio Hospitii, quem consule, si lubet. Id constat, eiusmodi Ministrum Regium iam notum sub Philippo Augusto. Nomina Prisonum in Bello Bouinensi ann. 1214. *Rogerus de Wafalia. Hunc habuit Rex Ribaldorum, quia dicebat se esse fornientem.* Exhinc *Regis Ribaldorum* mentio passim occurrit in veteribus

Tabu-

Tabulis, vbi etiam de eius officio ac iuribus agitur. Computum Hospitii ann. 1312. *Praepositus Regis Ribaldorum, qui duxit 4. valletos, qui vulnerauerant, etc.* Quod vero ad iurisdictionem Regis Ribaldorum in scorta publica spectat, exstat in hanc rem insigne satis momentum in Regesto Chart. signat. 117. ann. 1380. num. 176. quod hisce verbis concipitur: *Remissio pro Petro et Stefano Calce fratribus, ac Cola dicti Petri vxore, de terra Belliioci, exponentibus, quod Antonius de Sagiaco se gerens pro Ribaldo, et se dicens de ordine seu de statu Goliardorum, seu Buffonum, et ad causam huiusmodi super qualibet muliere vxorata adulterante, sibi competere et posse exigere quinque solidos, et pro eisdem dictam talem mulierem de suo tripede pignorare, de talique et alio vili questu, quem sub vmbra ribaldiae, goliardiae, seu buffoniae huiusmodi a simplicibus mulieribus licet probis, ac in tabernis, quas frequentabat, et alias inhoneste petebat et procurabat sibi dari, vinebat, die quadam venit ad Colam praedictam, et ei contra veritatem imponens, quod ipsa cum alio quam viro accubuerat: petiit ab ea quinque solidos hac occasione sibi dari, aliaquin pro eis ipsam pignoraret de suo tripede, vt dicebat. Anno 1380. mense Aprili post Pascha.* De vocis *Ribaud* etymo multa multi dixere. Quidam a *Baud*, Anglico, Leno: Acarisius, a *Raubare*, vel a *Rebellis*, deducunt. Henschenius ad Vitam S. Richardi Episcopi Cicestrensis a Germanico *Rue*, otium, vel *Raub*, praeda. Vide Oct. Ferrarium in Originibus Italicis. Carolo de Aquino certum est, vt eruditi viri verbis vtar, vocem esse originis Latinae a verbo *Rapto*, ex quo verbum *Raobare*, atque adeo *Robare* et postea *Robbare* apud Latino-barbaros: praesertim, inquit, cum admodum frequenter *Ribaldi* apud Etruscos dicantur *Rubaldi*, nimirum a *Raubando* vel *Rubbando*, hoc est, furta et latrocinia exercendo. Chronicon Mutinense apud Muratorium tom. 15. col. 600. *Theutonici, sine compagna, quarum caput et dux erat Dux Guarnerius et Marescallus, et fuerunt numero tria millia quingentae barbutae et mille meretrices, ragazii et Rubaldi satis venerunt in districtu Mutinae, et castra metati sunt in villa Colombarii.*

† RIBALDIFVGVM, hora matutina, quae sono campanae indicatur; sic fortasse dicta, quod luce aduenientе pulsaretur, quo *Ribaldi* seu ganeones in sua receptacula confugiunt. Necrol. Rotomag. Ms.

RIBALDISARE, ribaldorum more viuere. Rulrzingus in Historia Monasterii Hilgenthal. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsuic. p. 386.

RIBAND, vitta, taenia, Gallis *Ruban*, Angl. *Ribaud* et *Ribbon*. Monasticum Anglic. tom. 3. p. 109. Supra legitur *Rebaud*.

RIBANS, eadem significatione. Consilium Ciuitatis Massiliensis an. 1381.

RIBANVS, eadem notione. Consilium aliud Massil. inedit. anni, ex Schedis D. le Fournier.

RIBASSIVM, excelsa ripa, Prouincialibus *Ribas*. Charta ann. 1509. ex Schedis Praesidis de Mazeugues. 2

RIBATICVM, tributum in ripis exsoluendum. V. *Ripaticum* 2.

RIBATICVS, idem quod infra *Ripatia*, ripa, litus. Charta an. 25. Caroli Franc. Regis, apud Stephanotium to. 3. Antiq. Benedict. Pictau. p. 342. V. *Ribagium* et *Ripaticum* 1.

† RIBAVDELRIVS, currus species falcibus armati, ap. Ludewig. to. 11. Reliq. p. 111.

RIBAVDEQVINVS, species tormenti bellici, Gall. *Ribaudequin*. Miracula B. Petri Alamandi Archiep. Arelat. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Histor. MSS. p. 309.

RIBAVDI, Vide supra *Ribaldi*.

† RIBAYRAGIVM, i. q. *Ribatgium*, in Ch. a. 1409.

RIBERA. (1) Idem quod infra *Riuera*, riuus, fluuius, Gall. *Riviere*. Charta an. 1067. Marcae Hispan. col. 1133. et in Probat. nouae Histor. Occitan. tom. 2. col. 257. V. *Riparia*. (2) † Ripa, in Chartul. S. Vict. Massil. V. *Riparia*.

RIBERIA, RIBERYALIA, V. *Riparia.*

RIBVARIVS, V. *Ripuarius.*

RIBVLVS, riuulus. Vide in *Rigus.*

RIBVS, riuus, Gall. *Raiſſeau* ap. Mabillon. tom. 2. Annal. Benedict. p. 250. ad an. 780.

† RICALCARE, vineam vltimo colere, i. q. *Recuſare.* Acta Mſ. a. 1281.

RICAMVM, opus acu pictum, Italis *Ricamo*, Gall. *Broderie.* Translatio S. Antonini, tom. 1. SS. Maii pag. 768.

RICCIVS, RICCVS, V. *Ricci homines.*

RICELLVS, ſpecies panni pretioſi. Rollandinus in Chronico lib. 1. cap. 13. *Fuit etiam caſtrum talibus munitionibus vndique praemunitum, ſcilicet varis, et grifeis, et cendatis, purpuris, ſamitis, et Ricellis, ſcarletis, baldachinis, et armerinis.*

† RICHARDI, mercatores Itali, in Ch. Mſ. a. 1281.

RICHER-HOMINES, RICHI HOMINES. Vide mox *Rici homines.*

RICHINVS, V. ſupra *Rechinus.*

RICHTRONES, iudices, ſeu, vt habet Ludewigus in Indice, Aſſeſſores iudicis, ſcilicet a Germanico *Richter*, Iudex, praetor, etc. Leges Friderici Imp. ann. 1156. pro Wormatia, apud laudatum Ludewig. to. 2. Reliq. MSS. p. 195.

RICI HOMINES, id eſt *diuites*, ita dicti praecipuae nobilitatis Proceres apud Aragonenſes, quos alii vulgo *Barones* vocant, de quibus pluribus egit Cangius ad Ioinuillam pag. 51. vbi docuit, eadem ferme nomenclatura Gallos donaſſe Barones ipſos, quos *Riches hommes* vulgo vocabant. Conſtat porro, vocem *Rico* apud Hiſpanos, vt *Riik* apud Germanos, et *Riche* apud Gallos, ortam a Septentrionalibus populis, quibus familiarem fuiſſe oſtendunt plane virorum apud illos illuſtrium nomina, quae in *ric* deſinunt, vt *Theodericus*, *Alaricus* etc. de cuius tamen vi non vna eſt ſententia. Videtur enim *fortem* interpretari Fortunatus lib. 8. Poëm. 1.

Chilperice potens, ſi interpres barbarus adſit
Adiutor fortis, hoc quoque nomen habes.

Alii *diuitem*, vt Philippus Eyſtetenſis in Vita S. Willibaldi cap. 11. *O beate Richarde, qui valde dives Latina lingua interpretaris.* Conradus Vſpergenſis anno 1252. de Friderico I. Imper. *Cum ex nominis ſui interpretatione Pacis dives vocitaretur.* Vide Schilteri Gloſſarium Teutonicum v. *Ric.*

† RICIARE. (1) Inſerere. Stat. Synod. eccl. Tornac. (2) Vox paſſerum, V. in *Baulare.*

RICINOSVS, Φθειράριος, ἐπὶ πλέον ζῴου, in Gloſſis Lat. Gr. et Gr. Lat. In his mox additur: Φθειράριος, *Peduculoſus. Ricinus*, vnde *Ricinoſus*, eſt vermiculus ſeu pediculus animalibus variis infeſtus: pro quo, vt obiter moneam, multi *Redinus* male legerunt apud Columellam lib. 6. cap. 2. *Vt Redini, qui plerumque feminibus inhaerent, eximantur.* Legendum enim *Ricini*, vt Voſſius obſeruat lib. 1. de Vitiis ſerm. cap. 8.

RICIVM. Fragmentum Petronii: *In alio pediculum vides, in te Ricium non vides.* f. *Vitium*, vel *Ricinum.* † Leg. haud dubie *Ricinum.*

RICLINVM, V. *Rechinus.*

† RICOMPRAMENTVM, vox Italica, redemtio, recuperatio, in Ch. a. 1205.

RICOPIARE, apud Italos, iterum exſcribere, Gall. *Recopier.* In Actis SS. Aprilis tom. 3. p. 984.

RICORDA, tributi ſpecies, de quo in *Corda* 2. Concordia an. 1241. apud Acherium tom. 10. Spicil. pag. 181.

RICORDVM, Italis *Ricordo*, memorialis liber, commentarius. Acta R. Torelli Puppienſis, tom. 2. Muratorii p. 500.

RICREDVTVS, V. *Recreditus.*

RICTARE dicuntur Leopardi iuxta Spartianum in Geta cap. 5. *Leopardi Rictus, elephanti barritus.*

RICTARIVS, Vide *Ruta* in *Rumpere.*

RICTINARES, *Monſtres.* Ita habent Gloſſae Graec. Lat. MSS. vbi edimus, *hoc*

hæc vasa, singulare non habet. Infra: *μίτρα, Ricula.*

RICVLA, *mitra virginalis capitis*, in Gloſſis Arabico-Lat. Turpilius apud Nonium: *Interea aſpexi virginem injectam in capite Riculam indutam oſtrinam. Eſt* autem *Ricula* diminutivum a *Rica*, flammeum virgineum, apud Varronem lib. 4. de Lingua Lat. et apud Feſtum. Hinc emendandus Iſidorus lib. 19. Orig. cap. 31. vbi male: *Rigula*, pro *Ricula*, *eſt mitra virginalis capitis.*

RICVLVS. Ioan. Bromptonus in Ricardo I. *Camelorum vero et dromedariorum onera portantium ad 4700. numerus æſtimabatur. Multitudo vero Riculorum et aſinorum, onerariorum ſub numero leuiter non cadebant.* Quidam emendant *curriculorum*; malim *vehiculorum.*

RICVS HOMO, V. *Rici homines.*

RIDELLVS, cortina, ex Gallico *Rideau.* Monaſticum Anglic. tom. 3. part. 2.

RIDICVLARI, deridere. Gloſſæ Lat. Græc. et Græc. Lat. *Ridiculare, καταγέλασον.*

RIDICVLARIS, pro ridiculus, iocoſus, improbat Voſſius lib. 3. de Vitiis ſerm. cap. 43.

RIDICVLARIVS, ridiculus. Gellius lib. 4. cap. 20. *Ridicularia fundere*, dixit Cato apud Macrobium Saturn. 3. cap. 14.

RIDICVLOSE, iocoſe. Vita S. Bardonis Archiep. Mogunt. ſæc. 6. Benedict. part. 2. pag. 8.

RIDICVLOSVS, ridiculus, apud Arnobium lib. 5. S. Hieronymus lib. 3. adu. Rufinum cap. 4. *Ridiculoſus* a *Ridiculus* diſtinguit: *Non Ridiculoſa, ut ſcribis*, inquit, *ſed ridicula mihi forte res accidit.* Superlativo *Ridiculoſiſſimus* vſus eſt Plautus Scich. act. 2. ſc. 2. v. 64. Riſum deberet, qui in ſeria vteretur oratione, iudice Voſſio lib. 1. de Vitiis ſerm. cap. 17.

RIEDRA, REDRA, REDRARE, voces fori Aragonici. Fori Oſcæ ann. 1247. ſub Iacobo I. Rege Aragon. *Etiam qui interrogat, ſecundum Forum, poteſt demandare fidantiam ad demandaporem de Riedra, vt namquam magis ſe reclamet ad chauſum, quantum ad illum demandatum, quam tunc facis.* Fol. 11. *Et poſtea qui conquæritur, debet dare fidantiam de Redra, qui Redret conquærentem. Dare fidantiam de Redra, vel Riedra*, in Foris Aragon. fol. 95. v. edit. 1624. *Fidantia tam inris quam de Riedra*, fol. 147. vo. Occurrit non ſemel.

RIEFLARE, per vim auferre, rapere, ex Saxonico *Rieſian*, ſpoliare, rapere, *raubare*, Gall. *Dérober.* Hinc Anglis *Rifling*, populario, Gall. *Raſle*, direptio. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 57.

RIENOSVS, V. *Renitioſus.*

RIESA, Gall. *Rieu*, *terres non labourées*: quaſi *Reſides terræ*, vt quidam cenſent; at Conſuetudo Herliacenſis art. 4. indicat ita dictas quaſi *reiectas* et derelictas, *terres abandonnées*, dum eas vocat *terres demeurées à rejets. Agri deſerti*, in lege 12. Cod. Th. de Ann. et trib. *Centuriæ deſertæ*, in leg. 10. eodem. *Deſerta et ſqualida loca*, in leg. 2. et 12. eod. Cod. de Indulg. debit. *Inutiles, deſectini*, in leg. 3. eod. Cod. de Exaction. Apud Aggenum de Limitib. agror. dicuntur *Relicta loca*, quæ ſiue iniquitate locorum aſſignari nequiuerunt, ſiue ex voluntate conditoris, hoc eſt, menſoris relicta, limites minime acceperunt: vel denique quæ vis aquæ obtinuit. Quæ quidem loca plerumque proximi poſſeſſores inuadunt, et opportunitate loci irritati agrum obtinent, etc. Charta Hugonis de Montcornet anni 1222. in Tabulario Fuſniacenſi: *Paſturare poterunt per omnia nemora mea, exceptis quibusdam locis, quæ vulgo dicuntur Rieſes . . . . In prædictis vero Rieſis paſturare non poterunt.* Ibidem: *In Rieſis meis dedi et conceſſi annuatim eisdem decem carratas feni.*

RIFFLETVM. Monaſticum Anglic. tom. 1. p. 326. *Et totum terrum Warini de Wacy, quam mater mea eis ante dederat, et meſſuagium eius, cum duobus Riffletis circumiacentibus.* V. *Refletum.*

RIFFLVRA, leuis plaga in cute, ex Gallico *Riffure*: illud vero forte ex *Rieffare*, de quo ſupra, rapere, ita

vt *Riffura* ſit eorum, quibus caro leuiter *rapiatur*, ac vellitur. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 23. §. 2. *Vtrum ibi ſit plaga vel Riffura*, ad hoc quod procedat duellum. Cap. 24. §. 2. *Ruffura* ſcribitur, et in Fleta lib. 1. cap. 41. §. 3.

RIFFO, monetae ſpecies, in Charta an. 1195. apud Nicol. Chorjerium, qua quidem Girardus vendit Eccleſiae Viennenſi, quidquid poſſidebat Viennae *centum Riffonibus, datis inde ſeptem libris*: vnde colligit idem Chorjerius, centum *Riffones* ſeptem libras confeciſſe. Forte fuit Monetа Monaſterii S. Ruffi Valentiae canarum, ita vt legendum fuerit *Ruffonibus*.

RIFORMA, vox Italica, Reformatio, Gallice *Reforme*, ſeuerioris diſciplinae reſtitutio in coetibus Religioſis. Proceſſus de B. Iacobo Bitectenſi, tom. 3. Aprilis p. 528.

RIGA. (1) Striga, ſulcus terrae, ager ſulcatus, Gall. *Raye*, vel *Raye de terre*, vox formare forte a *Rigor*, de qua infra, id eſt, limes rectus, vel quicquid in rectum aratur. In Gloſſis MSS. *Areola* exponitur *Riga hortorum*. Ita porro videtur vſurpare Concilium Duziacenſe I. part. 4. c. 5. *Nec vnam Rigam de terra, nec vllum habebas mancipium proprium*. Vita S. Berthae Abbat. Mart. num. 7. *Coepit terram fodere, et in modum ſulci Rigam facere*. Charta Bartholomaei Laudunenſ. Epiſc. ann. 1117. Hiſt. Codiac. p. 136. *Vnam carrucam terrae ad omnes Rigas domuit*. Iis in locis, in quibus quolibet triennio per annum requieſcunt agri, ſolum integrum in tres portiones circiter aequales diuiditur. In vna frumentum hyemale ſeritur, in altera Martium, tertia requieſcit. Has portiones *Rigas* appellat Bartholomaeus loco citato, vt Galli *Reyes* etiamnum appellant. Hac, vt puto, notione Codex MS. Irminonis Abb. Sangermen. fol. 45. verſo col. 2. *Arant dimidiam Rigam*. Vide *Roya*. RIGAS FACERE. Idem Codex MS. fol. 46. recto col. 2. *Oſarius colonus . . . tenet manſum 1. habet de terra arabili bun. XXXV. facit inde Rigas et curuadas abbatiae et praepoſitiles*. Eodem fol. verſo col. 2. *Criciacus colonus . . . . habet de terra arabili bun. XII. ſoluit ad hoſtem multones II. de ſpelta modios V. facit integram Rigam*. Et fol. 41. recto col. 1. . . . *Habent de terra arabili bun. XII. de prato arp. 1. ſoluunt ſimiliter et faciunt duas Rigas ſupra*. Vbi *Rigas facere* idem eſt, vt videtur, quod Arare. RIGIS, eger ſtrigatus, Angl. *Rig* vel *Ridge*. Spelmannus in voce *Riga*: *Terram quam e pluribus ſulcis in aggerem congerunt aratores, ita vt ſicca ſedes frumentis habeatur, Romani Strigem, atque inde agros ſtrigatos, nos a Rig vocamus*. Thomas Blount in Nomolexico: *Anno 20. Eliae. teſte Iacobo Dyer Mil. vnam acram terrae arabil. continen. quinque perticas terrae, Anglice Ridgel*. (2) RIGA in veſtibus, linea, Gall. *Raye*. Concil. Florentin. part. 2. p. 906. vlt. edit. *Cappa coeleſtini coloris Rigis albis purpureisue per transuerſum . . . . variata*. Concil. Salzburgenſe an. 1420. cap. 6. *Pallia deferant, ſappulis manicas ſtrictas, vt tunc mouere ſe multipliciter plicatas ſeu Rigatas, aut alias laicales habentibus*. (3) RIGA, pro agrario, aut tributo ex agris, videtur vſurpari a Marculfo lib. 2. form. 36. *Ita vt ab hac de ipſo iure haereditario . . . in ſuum ruuter-poteſtatem, et nullam ſuuciſionem, aut redibus terrae, vel paſcuarium . . . non debeatis, niſi tantum, ſi ita vult, Riga*. Vetus Formula apud Bignonium: *In ea ratione, vt Riga exinde in cultura dominica arare et ſecondere faciam*. Item: *In ea ratione, vt Riga et alios redibus terrae perſoluam*. (4) Linea, ſulcus literarum, Theutonibus *Rige*, vel *Reige*; ſeries, ordo. Guiberti lib. 1. de Vita ſua cap. 22. de ſalmine: *Dextrorſum enim per arcum, cui percuſſa imago ſuberat, ſtemma humbum in caemento arcus deſcendendo lapicam nigredinis Rigam facit*. Vide Ferrarium in *Riga*, et infra *Rigus*. RIGARE, Italis, Lineas ducere, Gall. *Rayer*, pro quo interdum ſcribitur *Regar*. RIGNA, ſtria, linea, lmi.

Ital. *Riga*. Acta S. Franciſcæ Rom. tom. 2. Martii p. 166. (5) † Rex, t. 7. Collect. Hiſt. Franc. p. 576.

RIGABELLVM, inſtrumentum muſicum, cuius vſus erat in aedibus ſacris, antequam organa Italis omnino familiaria eſſent. Vide Sanſouinum in Deſcriptione Venetiarum 2. edit. pag. 179.

RIGAGO, RIGATVS, riuus. V. *Rigus*.

† RIGARIA, f. pro *Riparia*, tributum quod ad ripas penſitatur, in Ch. a. 1272.

RIGATOR, qui rigat, humore conſpergit. *O ſtatum Rigatorem*, Tertulliano adu. Valentin. c. 15. *Plantator et Rigator*, S. Auguſtino Epiſtola 112.

RIGATORIVM, *vas aquae luſtralis ante aedes primatas*, apud Laurentium in Amalthea.

RIGATVS. (1) Riuulus, Vide in *Rigus*. (2) Lineis diſtinctus, V. *Riga* 2. (3) † Idem quod *Rugatus*, in Ch. a. 1230.

† RIGERE, connectere, vel forte pro erigere, in Ch. a. 1058. apud Murat. t. 1. Antiq. p. 190.

RIGHA, linea, ſtria, V. in *Riga* 4.

RIGIDVS, ſplendidus, nitens, ſi recte legitur in Gloſſis Lat. Graec. et Gr. Lat. *Rigida*, λάμπουσα.

RIGINVS, pro Ricinus. Gloſſae Lat. Gr. *Riginus*, κρότων. Aliae Graec. Lat. Κρότων, φθεὶρ, *Ricinus, Riginus*. Et alibi: φθεὶς *Pediculus*; φθεὶς, ἤγουν κρότων, *Ricinus*.

RIGIS, ager ſtrigatus, V. in *Riga* 1.

RIGLVS, V. *Figlus*.

RIGMATICE, metrice. Chronicon S. Bertini apud Martenium tom. 6. Collect. Ampliſſ. col. 627. *Dicta vero ipſa de Latino in Gallicum Rigmatice dictamus*.

RIGOLA, riuulus. *Iuxta Rigolas caſtri Villae-nouae*, in Charta ann. 1467. e Schedis D. Aubret. V. infra *Rigus*.

† RIGOLAMENTVM, oblectamentum, Ital. *Rigoglio*, faſtus, ſuperbia. Lit. remiſſ. Mſ. a. 1352.

RIGOR, Graecis εὐθυωρία, Frontino et Agrimenſoribus appellatur, *quicquid in agro menſori operis cenſa ad finem rectum fuerit: quicquid vero ad horum imitationem in forma ſcribitur, linea*. Idem Frontinus: *Rigor eſt, quicquid inter duo ſigna, vel in medio lineae rectum perſpicitur*. Vetus inſcriptio 711. 3. *Huic cedat in Rigorem maceriae et furcarum, et ara in qua fur cepem*.

RIGORA, riuulus, riuus. Vide mox *Rigus*.

RIGOROSE, rigide, ſummo iure, ſecundum iuris rigorem. Statuta Monaſterii S. Claudii p. 44.

RIGOROSITAS, ſeueritas, auſteritas. Chronicon Philippi de Lignamine apud Murator. to. 9. col. 265.

RIGOROSVS, plenus rigoris, apud Scholaſticos. Vſus eſt Carolus VIII. Franc. Rex in Edicto de Reſcripto, pag. 162.

RIGVLA, *terra fœcunda, opima, fertilis*, apud Papiam. Martinius emendat *Rigua*. Alia notione legitur in *Ricula*.

RIGVLAGO, RIGVLARIS, V. *Rigus*.

RIGVLITIA, Italis *Rigolitia*, Gall. *Regliſſe*, Glycyrriza, in Statutis Ciuitatis Aſtae, vbi *de intratis portarum*.

† RIGVLVS, ſtriga, ſulcus terrae. Ch. a. 1118.

RIGVOLES, idem quod mox *Rigus*, *Rigulus*, riuulus. Charta an. 1283. apud Baluzium tom. 2. Hiſtor. Aruern. p. 528.

RIGVS, RIGVLVS, riuus, riuulus, Gall. *Rigole*, Ital. *Rigo*. Lexicon Cambro-Britannicum: *Rhigol, foſſa, ſulcus*. Charta an. 832. in Appendice Marcae Hiſpan. col. 769. *Inde vadit ipſe terminus per Rigo Ferrario uſque ad ipſo Palaciolo*, etc. Hinc *Rigora*, enunciatione Longobardica, apud Leonem Oſtienſem lib. 3. cap. 19. vt *Riuora* apud Gromaticos, pro *Rigus*, et *Riuus*. Vide *Rio*. RIGAGO, RINGAGO, eadem notione. Tabularium Caſauriense. RIGVLAGO, eodem ſignificatu. Chronicon Farfenſe col. 530. RIGVLARIS, rurſus eodem intellectu. Idem Chronicon Farfenſe col. 484. RIAGO, eadem pariter notione. Charta Caroli M. Imper. in Chronico S. Vincentii de Vulturno p. 677. *Rinum vel Riaginem*, in Chr. Farf.

Farf. apud Murator. to. 2. part. 2. col. 442. RIGATVS. Charta Vrracae Reginae Hiſpaniae ann. 1116. apud Sandouallium. RIBVLVS, pro *Riuulus*, non ſemel occurrit ibid.

† RIGVVS, *riguo* ſ. riuo irrigatus. Charrul. S. Vict. Maſſil.

RILEVVM, anaglyphum, ſculpturae genus exſtans, eminens, Ital. *Rilevo*, Gallice *Relief*. Acta S. Iacobi Philippi, tom. 6. Maii pag. 175. *Et poſuit imaginem ſuam de Rileuo in vna feneſtra in ſacello.*

RILHO, V. *Relho*.

† RILLONVS, ſagittae ſpecies, i. q. *Relho*, in Litt. remiſſ. Mſ. a. 1474.

RIMA. (1) ſ. Locus cauus, aut iter cauum, et quaſi fiſſum, a *Rima*, Latinis et Italis, Fiſſura. Chronicon Farfenſe apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 602. *Inde tranſit per pedem montis vſque gualdum S. Mariae de Sanctis; deinde in viam antiquam, a qua incipis aſcenſus, et poſt aſcenſum incipit deſcenſus per vallem Lupam vſque in Crucem; inde per Rimam, quae Currus dicitur, vſque in flumen Rianum.* (2) † RIMA, *tis*, a Gr. ῥῆμα, ſermo, t. 5. Sept. p. 555.

RIMADA, *Rythmus*, Italis *Rima*, Gall. *Rime*, apud Laurentium in Amalthea.

RIMARE, pro Rimari. Gloſſae Lat. Graec. *Rimo*, ἀνερευνῶ. Et Graec. Lat. Ἀνερευνῶ, *Rimo*, ſcrutor.

RIMARIVS. S. Columbanus Epiſt. 5. *Et S. Hieronymus in ſuo hoc idem de Paſcha opus collaudauit catalogo, de hac tamen aetate vituperando diſputet, qui contra Gallicanos Rimarios de Paſcha, vt ait, errantes horrendum intulis ſententiam, dicens, etc.* Gall. *Rimeurs* vulgo vocant poëtaſtros; ſed an ea hic ſit notio, non definio. Italis *Rimario* liber eſt de rhythmis ſeu de vocibus exitus ſimiles habentibus, Gallis *Rimes*. V. *Rigmatica*.

RIMATIM, rimando, diligenter inquirendo. Martianus Capella lib. 2.

RIMATOR, qui rimatur, diligenter inquirit. Arnobius l. 5.

RIMATVS, paſſiua notione, diligenter inquiſitus. Sidonius lib. 7. Epiſt. 2. *Diligenter, quae ad ſocrum pertinuerant, Rimatis conuaſatisque.*

† RIMELLA, dimin. a Rima, in Gloſſar. Prou. Lat. Cod. 7657.

RIMENDATOR, Italis, Sartor, ſarcinator, quaſi *Recmendator* veterum veſtium, Gall. *Revaudeur*. Miracula S. Zitae, tom. 3. Aprilis p. 516. *Bonauentura Rimendator pannorum.*

RIMENTARIVM, Vide ſupra *Rementarium*.

RIMENTARIVS, Ἀρωματοπώλης, in Gloſſis Lat. Graec. Alias Graec. Lat. Ἀρωματοπώλης, *Odorarius*, *Rimentarius*. Melius in Caſtigationibus e MSS. *Pimentarius*, ſeu *Pigmentarius*.

† RIMETTITOR, officium in monete Florentina; Ital. *Rimettere* eſt rationes reddere. Manni t. 4. Obſerua. hiſt. p. 77.

RIMIDIA, *crepido*, in Gloſſis Iſidori. Excerpta Pithoeana: *Rinidia*, *trepido*. Vtrum praeſtat? Hic ſilet Graeuius.

RIMIRARI, rimari. Statuta Mutinae pag. 110.

RIMOR, *a Rima*, *Scrutinium*, Iohanni de Ianua; *Enſarchemens*, *Scrutines*, in Gloſſario Latino-Gallico Sangermanenſi MS.

† RIMVS, Rythmus, in Stat. a. 1198.

RINAS, *nares vel naſſe*, in Gloſſis Iſidori. Recte monet Graeuius ſcribendum eſſe *Nares* pro *Nanes*, a Graeco ῥὶς, Naſus; vnde ῥῖνες, Nares.

RINATRIX, *ſerpens*, *venenо aquam inficiens*, in Gloſſis Arabico-Lat. vbi perperam *Rixatrix*. Papias: *Rinatrix*, *ſerpens aquam veneno inficiens: in quocumque enim fonte fuerit, ſuum ibi immiſcet venenum.* V. *Natrix*.

RINCA, RINGA, Baltheus militaris, cingulum militare. Ius Feudale Saxonum cap. 33. §. 5. *Antequam naſ ſellas accedas ad dominum, gladium, cultellum, et calcaria . . . deponat, quia ſi in his ſe neglexerit, rens eſt poenae, annulos et fibulas, et omnia ferrea, Rincas et barras, propter opinionem ſtultorum.* RINGA. Bracton. lib. 1. cap. 8. §. 2. *Quando eos accingunt gladiis, id eſt, Ringis gladio-*

gladiorum. Idem §. 3. *Ringæ enim dicuntur, quod rotæ girent et circumdant, vnde dicitur: Accingere gladio tuo, etc. Et Ringæ cinguntur rotæ talium, vt custodiant se ab incessu luxuriæ, etc.* MS. Spelmanni habet vbique *Renga.* Etymon porro vocis attigit Bractonus, dum ait *Ringas* dictas, quod *rotæ girent et circumdent;* a *Ringus* quippe vel *Hringus,* i. circulus, deducitur. Vide *Hringus.* RENGIA, eadem significatione. Charta an. 1302. e Regesto *Olim.* Mox recurrit ibidem.

RINCHIESTA, V. *Richiesta.*

RINCVES. Vetus Ceremoniale MS. B. Mariæ Deauratæ. *In festo B. Luce Euangelistæ dominus* (Prior) *tenetur dare predicto Conuentui quatuor Rincues sine Tessones, et diuidantur. Tessones* Occitanis sunt Porcelli. Idem omnino videntur esse *Rincues;* sed vnde vox illa ducta est? An a *Rhanne,* Coitus suum? V. *Hranne.*

RINGA, cingulum militare. V. *Rinca.*

RINGELDVM, V. *Reglarium.*

RINGHIERA, vox Italica, Suggestum, locus vnde sermo fit ad populum. Sozomenus Pistorienſis ad ann. 1394. apud Murator. tom. 16. col. 1160.

RINGRATIARE, Italis, Gratias agere, referre. Acta S. Franciscæ Rom. to. 2. Martii p. 111°.

RINGVS, Castrum Anaribus. Vide *Hringus.*

RINTA. Charta an. 1081. pro Monasterio S. M. Pinarolenſi: *Dono et offero . . . sedimoninm vnum cum Rinta, cum area, quæ ibi extat, et campo infimal tenenti.* Alia ann. 1098. *Tam in feminibus, Rintis, filiis, cum areis, in quibus extant.* V. Probat. Hist. Sabaud. p. 19. 20. 27.

RIO, riuus, fluuius, apud Hispanos et Italos. Scriptura Principis Adelgastri an. 780. to. 3. Concil. Hispan. pag. 89. *Per conterquellos et inde ad illo Rio de Riuilla, etc.*

RIOLVS, riuulus. Priuilegium Monasterii Riuipull. an. 888. to. 3. Concil. Hisp. pag. 165. col. 2. V. *Rio.*

† RIOTARE, Ital. *Riottare,* rixari, contendere, in Ch. a. 1389.

† RIOTOSVS, rixosus, in Ch. an. 1353.

RIOTTA, illicitum factum per tres ad minus perpetratum, vt est verberatio alterius, violenta possessionis arreptio, aut aliquid huiusmodi. V. Cowellum lib. 4. tit. 18. §. 50. et Rastallum, nec non Thomam Blount in Nomolex. v. *Riot.* Statuta Collegii Corisopitensis an. 1380. apud Lobinellum tom. 3. Hist. Paris. p. 504. col. 2. *Item, omnes et singuli scholares præditi inter se ad inuicem . . . . ab omnibus contentionibus, rixis, iurgiis, conuitiis, Riotis et quibuscumque illicitis et inhonestis verbis.* Galli etiamnum *Riotes,* vt Itali *Rioste,* appellant eiusmodi rixas.

RIPA. (1) Italis, Petra, rupes. Miracula B. Ambrosii Senensis, tom. 3. Martii pag. 206. *Cum luderet cum quadam domina extra ciuitatem, ab ipsa impulsa cecidit per quandam Ripam, ex cuius casu fuit tam fortiter in brachio læsa, etc.* Hic intelligi potest Decliuitas collis saxosi. Vita S. Petri Parentii, tom. 5. Maii pag. 97. *Dicens lapidicinam, in qua laborabat, esse in proximo ruituram . . . post paucissimos ictus factos in lapides, super hunc Ripa. ruit.* (2) Fluuius, Gall. *Riviere.* Literæ Philippi Pulcri Franc. Regis e MS. DD. Dagueſſeau Franciæ Cancellarii: *Vsque ad Ripam d'Eyſe,* id est, vsque ad fluuium Oeſiæ, Gallis *d'Oiſe.* V. *Riparia.* (3) Idem quod *Ripaticum,* de quo infra. Charta Gregorii V. PP. apud Vghellum to. 2. pag. 349. *Donamus tibi tuæque Eccleſiæ diſtrictum Ranenn. vrbis, Ripam integram, monetam, teloneum, mercatum, muros, et omnes portas ciuitatis.*

RIPAGIVM, V. *Ripaticum.*

RIPALE, RIPPALE, idem, vt videtur, quod infra *Ripaticum.* Ch. an. 1124. apud Sponium to. 2. Hist. Geneu. pag. 5.

RIPANARE, aucupari. Charta ann. circiter 1217. apud Sponium tom. 2. Hist. Geneu. pag. 417.

RIPANI, V. *Ripuarii.*

RIPARE, 1s, idem quod mox *Riparia.* Priuilegium Lotharii II. Imp. in Actis SS. Iunii to. 5. pag. 485. *Cum terris,*

terris, vineis, pratis, pascuis, mutationibus, aquis, aquarumque decursibus, paludibus, molendinis, Piparibus, portubus, ripis, teloneis, quartisinis, decimis, etc. Hinc emendendum puto alium eiusdem Chartae locum, vbi legitur: *Cum vineis, terris, siluis, campis, pratis, pascuis, paludibus, pontibus . . . cum Ritratibus, tallonariis, etc.* Pro *Ritratibus* legendum videtur *Riparibus*, nisi forte legendum sit *Instratibus*, vt suspicatur Cl. Editor.

RIPARIA. (1) Fluuius, ex Gallico *Riviere*. Charta Ioannis Regis Angliae pro Liberratibus Angl. ann. 1215. V. infra *Riperia*. RIPPARIA, eadem notione. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1350. (2) RIPARIA, RIPERA, ripa, littus maris vel fluuii: vnde dicta *La Riviere de Gennes*, *La Riviera di Genoa*, Ioan. Villaneo lib. 1. cap. 43. Bonifacius VIII. PP. in Bulla ann. 1301. apud Waddingum: *Tam in ciuitate Ianuensi, quam in eius prouincia, Riparia, et districtu, etc.* Will. de Baldenzel in Itinerario Terrae Sanctae: *Prope ciuitatem, quae Naulum dicitur in Ripariis Ianuae situatam, prospere perueni.* RIPERA. Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 1. *Quorum* (portuum) *res sunt in terris et Riperis sub domino Tartarorum, qui in Persia dominantur.* RIBERIA, in Charta Guidonis Regis Hierosol. an. 1190. in Annalibus Massil. pag. 336. RIBEYRALIA. Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalonensib. pag. 196. (3) † Ager ad ripam fluuii i. riuuli, in quo cannabis seritur. Ch. Ms. a. 1474. (4) † Sepimentum, quo ager clauditur et circumscribitur. Ch. Ms. a. 1197.

RIPARIENSES, et RIPENSES, qui in *ripa* per cuneos, et auxilia constituti erant, quorum minor dignitas erat, quam *Comitatenſium*, quibus et opponuntur. V. Iacobum Gothofredum ad legem vlt. Cod. Theod. de Re militari.

RIPARIOLVS, βασιλίσκος, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Latin. *Basiliscos, Regulus, vllus, Ripariolus, Regulus.*

RIPARIVM, idem quod mox *Ripaticum*. Charta an. 1343. ex Archiuo Ecclesiae Massil.

RIPARIVS, RIPPARIVS, qui *Ripaticum* exigit. Statuta Venetorum an. 1242. lib. 5. cap. 4. *Faciat publice in banno stridari per Gastadores, vel Ripparium, aut ministerialem curiae, etc.* Adde lib. 3. cap. 24. V. *Guissa*, *Ripaticum*. RIPARII Cowello dicuntur, qui a littore maris pisces deferunt in omnem Angliae partem, Anglis *Ripiers*. A *Ripa* nomen deducit, quod piscium commercia penes eos sint, qui ad fluuiorum *ripas* et maris littora potissimum sunt. Spelmannus vero ab Angl. *Reip*, fiscella, qua in deuehendis piscibus vtuntur. *Ripariorum* istorum meminit Camdenus in Sussex, pag. 237. 3. edit. Alias in Glossis Lat. Graec. *Riparius* exponitur ἐχθροφύλαξ, custos riparum, *Rinarius* in MS. Sangermanensi. RIPARII, in Charta Ludouici Pii apud Vghellum tom. 4. pag. 789. dicuntur, qui *Ripaticum* exigunt. Locum vide in hac voce.

RIPATICVM. (1) Idem quod *Riparia*, ripa, littus fluminis. Tabularium Maioris-monasterii. V. *Ribaticus*. (2) *Tributum, quod accipitur in ripis*, Vgutioni: scilicet pro ripis, seu apgeribus, cuiusmodi sunt *Torfinæ* Ligeris, continendis, vel *euendis*, vt loquitur Siculus Flaccus pag. 15. vel pro mercibus, quae exponuntur in ripis: vel denique pro faculture ripas terendi ad subuehendas nauiculas. Charta Caroli M. apud Will. Hedam in Albrico Episc. Traiectensi: *Et cum ea Ripaticum illum super Lekia et Iselam.* Adde M. Chronicum Belg. pag. 47. Charta eiusdem Caroli M. pro Ecclesia Veronensi apud Vghellum: *Naualia telonia, quae Ripatica vocant.* Alia eiusdem Regis tom. 5. pag. 1561. *Sex etiam per Padum, sursum vel deorsum nauigando Ripaticum tollendo, etc.* RIPATICVM, idem quod *Ripaticum*. Charta Pippini Regis apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Pictau. MSS. pag. 406. RIVATICVS, in Chartis Caroli Simplicis, et Ioan. XV. PP. apud Vassorium in Historia Nou-

uiomenſi pag. 680. 734. RIBATICVM, in Chartis Arragonenſibus apud Ioannem Dametum in Hiſt. Regni Balearici pag. 203. 207. 266. RIBATICVS. Charta Eboli Comitis Pictau. ann. 25. Caroli Regis, apud Stephanotium to. 3. Antiquit. Pictau. MSS. pag. 342. RIPAGIVM, RIVAGIVM, ex Gallico *Rivage*, quomodo haec praeſtatio vocatur. In Tabulario Monaſterii Deip. Santonenſis. RIPPACATGIVM, eodem ſignificatu. Homagium Comiti Armaniaci praeſtitum an. 1418. e Schedis D. Le Fourmer. RIVAGIVM, eadem notione. Charta Richardi Regis Angl. an. 1192. apud Marten. to. 1. Anecdot. col. 647. RIPARIVS, cui *Ripaticum* competit, vel qui illud colligit. Charta a. 1205. in Bullario Cafinenſi to. 2. pag 238.

RIPATOR. Radulfus de Dicero et Matth. Paris an. 1191. *Iuxta ſonitum illius inſtrumenti, quod a Ripatoribus vocatur Tabur, ſubito cercella quaedam alarum remigio pernicioſiter exoluit.* Vbi Somnerus *meſſorem* interpretatur, a Saxonico *Rippere*, et Anglico a *Ripper*, vel *Reaper*, quod idem ſonat; niſi, inquit, quis malit *raptorem* intelligendum, qui Saxon. *Reafere*. Sed cum haec acta narret Radulfus ad ripam maris, videntur *Ripatores* iidem qui *Riparii*, de quibus ſupra, qui in maris vel fluuiorum ripis manent.

RIPATORIVM, ripa, ad quam appellitur, in Charta an. 1236. vbi et *arripatorium* dicitur.

† RIPATVS, i. q. *Ripaticum* 2. in Ch. an. 1136.

RIPAYRAGIVM, idem quod *Ripaticum*. Charta an. 1366. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 346.

RIPELAGIVM, idem quod *Ripaticum*. Charta an. 1410. e Schedis Praeſidis de Mazaugues.

RIPENSES, V. *Riparienſes*.

RIPERIA. (1) Riuus, fluuius, Gallis *Riviere*. Conuentio Commendatoris de Montefrino cum Raymundo *Pelat* et fratribus ann. 1241. (2) Ripa, littus, ora, Gall. *Rive*, *Rivage*. Charta an. 1387. ex Archiuo Communis Maſſil. RIPPERIA, ora, margo, vicinia inſtar ripae in longum prorenſa. Charta an. 1315. to. 1. Hiſtor. Dalph. pag. 30. col. 2.

RIPERIVM, idem, vt videtur, quod *Ripaticum*. Recognitio an. 1290. to. 1. Hiſt. Dalphin. pag. 21. col. 1. V. *Riparia* et *Riperia*.

RIPHE, Iohanni de Ianua, *Impetus: vnde Ripheus, impetuoſus: vnde quidam montes dicti ſunt Riphei ab impetu grandinum et ventorum*. Graecum eſt ῥιφὴ ſeu ῥιπή. V. *Rhipe*.

RIPILIO, piſcium reliquiae. V. *Spinaſicus*.

RIPPA, idem quod *Ripaticum*. Conuentiones Ciuitatis Saonae an. 1526. pag. 10. V. *Ripa* 3.

RIPPACATGIVM, V. in *Ripaticum*.

RIPPAGIVM, RIPPATGIVM, V. *Ripagium* in *Ripaticum*.

† RIPPALE, ſepimentum, ex quacunque materia confectum. Stat. an. 1352.

RIPPARIA, fluuius vel ripa. V. *Riparia*.

RIPPARIVS, V. *Riparius*.

RIPPERIA, riuus vel ripa. V. *Riperia*.

RIPTARIVM, *miſſile iaculum*, apud Laurentium in Amalthea ex Mauricio.

RIPVARII, RIBVARII, dicti, qui ad Rheni ripas, cis fluuium, non circa, vti vult Audigerius, conſederant, maxime qui ad Rheni, Scaldis, et Moſae, Hollandi ſcilicet, Luxemburgenſes, Cheldrenſes, Iuliacenſes, etc vti obſeruatum ab Iſaaco Pontano lib. 2. Orig. Franc. pag. 174. et aliis. Longe enim probabilior ea ſententia, quam Chiffletii in Vindiciis Hiſpanicis pag. 44. qui ab ignobili fluuio *Rura* dictos ſcripſit: tametſi Frodoardus in Chronico an. 923. *Ruram* fluuium in *pago Ribuario* ſtatuit. Sed et Browerus in Proparaſceue Annal. Treuir. pag. 68. 95. 1. edit. ait, repertam inſcriptionem veterem Caraduni, quod hodie *Caerden* vocant, viculo ad Moſellae ripam ſiniſtram, haud procul Monaſterio, ex qua *Ripenos*, horum fluuiorum accolas, ſub Romanis dictos colligit: VC. l. GENIO. VICANO.

NO. OMNIBVS. OB. MEMORIAM. RIPANORVM. MARIANVS. RIPANVS. Vt vt fit, iidem videntur qui *Riparioli* apud Iornandem de Rebus Geticis pag. 118. et Francis aequiparantur in Lege Ripuar. tit. 22. Horum regio, *Pagus Ripuarius*, *Prouincia Ripuaria*, appellatur in eadem Lege tit. 31. §. 3. 5. *Ripuaria*, nude in Annal. Franc. Fuld. ann. 881. *Traiectum et pagum Hasbannicum, totamque Ripuariam, etc.* Adde Eginhardi Annales ann. 782. et Reginonem an. 891. *Regio Ribuariorum*, apud Wipponem in Conrado Salico pag. 429.

RIQVIZA, diuitiae, Gall. *Richeſſe*. Gloſſarium S. Andreae Auenion. MS. ſaec. XIII. *Opulencia, id eſt, Riquiza*. V. *Rici homines*.

RIS. (1) Pro *Res*. Formulae Andegau. art. 18. apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 245. *Dum tu Ris meas rededisti*. (2) Vox Gallica, Oryza. Statuta reformationis Monaſterii S. Claudii ann. 1448. pag. 83. RISA, eadem ſignificatione, Angl. *Rice*. Literae an. 1380. apud Rymer. to. 7. p. 233. col. 1. RISIA, eodem intellectu. Literae an. 1358. ap. eundem Rymer. to. 6. pag. 78. col. 1. V. *Riſus 1.* RISCATTVS, redemtio, ex Italico *Riſcatto*, redemrio, recuperatio. Decreta pro Eccleſia Mediolanenſi an. 1067.

† RISCHIVM, i. q. *Riſcus 1.* Stat. Senenſ. a. 1288.

† RISCLAVSVM, ſeptum, ſeu quidquid in limites continetur, in Ch. an. 937.

RISCVS. (1) ſeu RISICVS, periculum, alea, diſcrimen, Gall. *Riſque*, Ital. *Riſchio*, Hiſpan. *Rieſgo*, Graecis recentioribus ῥίζικον. Statuta Maſſil. lib. 3. cap. 5. Statuta Genuenſia lib. 1, cap. 4. *Haec omnia Riſico et periculo haereditatis et haeredum*. Incertum eſt huius vocis etymon. Vide, ſi vis, Menagium in Dictionario Etymolog. Gallic. Skinnerum in Anglicano v. *Riſgo* et Cangium noſtrum in Gloſſario mediae Graecitatis v. ῥίζικον. RISIGVS, eadem ſignificatione. Statuta Maſſil. lib. 3. cap. 25. (2) † Latebra, locus ſecretus et occultus, to. 5. Iun. p. 447. (3) † Ager incultus et paſcuus, Gall. *Rieu*. Ch. Mſ. a. 1225.

RISILE, forte quod Galli *Reseau* dicunt, *Reticulum*, quo feminae capillos continebant, de quo in *Retiolum*. Miracula S. Walburgis virg. tom. 2. *Riſile, quo ſuper aurem orale confixerat, caſu perdidit accidente* Mabillonio ſaec. 3. Benedict. part. 2. pag. 297. nota c. *Riſile* vel *Reſile* videtur eſſe acus oblongior, qualem hodie vſque geſtant, inquit, mulieres Remenſes ad caput ſcalpendum et crines diſcriminandos; *arali*, id eſt, capitis tegumento, infigi ſolita.

RISILOQVIVM, ſermo ridiculus, qui riſum moueat. Vtitur Tertull. de Poenit. cap. 10.

RISINA. Chronicon Colmarienſe 1. part. an. 1271. *Fui in Vrania ſolo Gordiani et Epimachi, cecidit Riſina magna prope villam Alsorf, et ſecum duxit lapidem, qui habebat 12. pedes in latitudine, etc.* Pluuia, ni fallor, vehementior, vel torrens aquae, Gallis *Ravine*. V. *Reſina*.

RISIVM, oryza, Gall. *Ris*, Ital. *Riſo*. Statuta Genuae lib. 4. cap. 58. V. *Ris 2.* et *Riſus 1.*

RISIVS, Germanis *Rieſe*, Gigas. *Riſios* vocabant homines proceros ac robuſtos, qui ſiluas et montes incolebant latrocinandi gratia: contra quos inuocati *Rekii* auxilio afflictis fuere; inde, quod vocantibus inseruirent, *degen* dicti, hoc eſt, ſerui et miniſtri. Ita Marrinius in Lexico, de rebus patriis conſulendus.

RISMA, Italis, viginti chartae ſcapi, Gallis *Rame*. Statuta Ciuitatis Aſtae de intratis portarum: *Papirus ponatur et ſoluat pro qualibet Riſma ut ſupra, et ponatur Riſma una de magnis pro duabus paruis Riſmis*. Rurſum occurrit in Conuentionibus Ciuitatis Saonae an. 1526. Vox ducta, ſi credimus Borello, ab illa quadrata compage lineis cupreis compoſita, in qua papyrus conficitur, quam Itali *Rame* vocant ab *Aeramen*; ſi Menagio, a Germanico *Riem*, vinculum, ligamen; vel Latino *Scapus*, via longiori, vt videre potes in Originationibus Ital. v. *Riſma*.

RISPA, modus agri, vel potius ora ipſius agri, a Latino *Ripa*. Tabularium Prioratus de Paredo in Ducatu Burgundiae fol. 61. *Dedit in hoc loco, in villa, quae dicitur Tolfol, vnam vercheriam, et Riſpam, quae eſt in fronte eiusdem vercheriae, illam partem, quam Archimbaldus ſenior ſuus tenuit.* Fol. 63. *Manſum vnum cum ſua conſuetudine, et omnibus ad ſe pertinentiis, videlicet terris cultis et incultis, vineis, pratis, paſcuis, Riſpis, conſuetudine in ſiluis, exitibus et regreſſibus, etc.*

RISPALIA, idem, vt videtur, quod *Riſpa*. Charta verus Seminarii Bituric. *Ego Euſtadiola . . . dono atque transfundo Eccleſiam in honore B. Dei Genitricis, omniumque Apoſtolorum et S. Licinine conſecratam ſuper fluuium Teli ſitam, et omnia ei pertinentia, videlicet liberos et liberas, ſeruos et ancillas, farinarios, prata, vineas, Riſpalias, terram arabilem, et omnia, quae mihi in his omnibus iure debentur.* Vide *Riparia* et *Riperia*.

† RISSA, vox Italica, rixa, in Inuent. an. 1271.

RISSALITI. Barberinus in *Documenti d'amore:*

Or conuien, ch' io ti porga
D'alcuna gente, ch' à nomi Riſſaliti.

Interpretatio Latina praefert *Noui homines.*

RISSARE, erigere, Italis *Rizzare*, Gall. *Dreſſer*. Miracula S. Zitae, to. 3. April. pag. 513.

RISTA, nude, vel potius *Riſta tela*, ſpecies telae, media inter craſſiorem et ſubtiliorem. Statuta Montis regalis pag. 277. V. *Cerilus*.

RISTIS. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Epiſcopi ſaec. 3. Benedict. part. 1. pag. 189.

Dixit, et actutum lictorum torua vorago
Obſtitit, et raptum tenebroſo vinxit in antro.
Qualem te, Paſtor: laetum triſtemne fatebor?
Laetabere quidem te Chriſti poſt fore Riſten;
Flebus damna gregis paſtorum verbere laeſi.

Hic haeremus poſt Mabillonium.

RISVS. (1) Italis *Riſo*, Gall. *Ris*, Oryza. Informationes Ciuitatis Maſſil. pro paſſagio tranſmarino e MS. Sangerm. V. ſupra *Ris* 2. (2) Rixa, in Ch. a. 1216.

† RITANA, riuus, incile, in Stat. Auellae.

RITBATGIVM, ripa, vel tributum in ripis exſolutum. Charta an. 1284. apud Baluz. to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 133. V. *Ribagium* et *Ripaticum*.

RITE, *perſaepe, frequenter*, in Gaſparis Barthii Gloſſario ex Hiſtoria Palaeſt. Fulcherii Carnot. apud Ludewig. to. 3. Reliqu. MSS. pag. 34.

RITECA, Chirotheca, per aphaereſim. Statuta MSS. Cardinalis Triuultii an. 1521. pro Monaſterio S. Victoris Maſſil.

† RITHMACHIA, pro *Rythmachia*, concinnitas, apud Iohann. Sarisber.

† RITHMIMACHIA, V. *Rhythmimachia*.

RITONTA, pro *Ritorta*. V. *Retorta*.

† RITORTA, vox Ital. tortilis ex virgultis laqueus, in Ch. a. 1196.

RITRATVS, V. ſupra in *Ripare*.

RITTANA, incile, elix, ſulcus aquarius, Gall. *Rigole*. Statuta Montis-Regalis pag. 210.

RITTERI, Germanis, *Ritters*, *Milites*, Gallis *Chevaliers*, Equeſtri cingulo donati. Auentinus lib. 7. Annal. Bojor. pag. 465. RVTERI, eadem notione. Chronicon Windeſemenſe lib. 2. cap. 60. *Non Miſſam Ruterorum, ſed bene deuotorum a fratribus ſuis exegit.* Galli dicunt, *une Meſſe à la cavaliere*. V. *Rutheri* in *Rumpere*.

RITTIRATA, receptus, receptaculum, Italis *Ritirata*, Gall. *Retraite*. Obſidio Varadinenſis a. 1539. apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 333.

RITVM, *Latrocinium*. Papias MS. et editus.

RITVS, idem quod *Conſuetudo*, ſeu praeſtatio. Vetus Charta MS. circa an. 1077.

RIVA, ripa, littus, Gallis *Rive*, *Rivage*. Literae an. 1613. apud Lobinellum tom. 4. Hiſt. Pariſ. pag. 47. V. *Ripa*.

RIVAGIVM, ripa, littus, a Gall. *Rivage*. Charta Alani Vicecomitis de Rohan, apud Lobinellum tom. 2. Hiſtor. Britan. col. 158. V. *Ripagium*.

RIVALE. (1) Rete paruum et ſpiſſum, quod duobus annexum baculis, quos piſcator manibus tenet apertum, et per aquam ducit, atque prope ripam cum piſcibus claudit. Petrus de Creſcentiis L. 10. de Agricult. cap. 37. (2) Idem quod *Riua*, Ripa, littus, margo, Ital. *Rivale*. Conſuetudines Toloſae rubrica de terminis meſſegariae.

RIVALGARIVM, idem, vt videtur, quod *Rinale*. Statuta Placentiae lib. 4. fol. 38. recto. Et lib. 5. fol. 59.

RIVALIS, qui fluit inſtar riui. Paſſio S. Baudelii Mart. tom. 5. Maii pag. 196.

† RIVALLERIVM, ripa. Ch. Mſ. a. 1336.

† RIVALLIS, idem videtur qui *Ribaldus*, nebulo, in Inuent. a. 1271. V. *Renalioſus*.

RIVALLO, rebellis. Vita S. Turiani Epiſc. to. 3. Iulii pag. 622.

† RIVALLVS, RIVALVS, riuus, riuulus, in Ch. Mſ. a. 1394. V. *Rinale* 2.

RIVALTVS, ſeu RIVOALTVS; ita appellatur apud Scriptores Venetos oſtium fluuiuis, vbi hodie aedificata ampliſſima Venetiarum ciuitas, quo loco erant quaedam inſulae anguſtiores, parum inter ſe durantes, quas placidiſſimi amnium meatus, ſinuoſo ambitu in mare decurrentium, pelagi aeſtu alternante, diſcriminabant. Ipſi loco poſtea *Riualti* nomen manſit, inquit Sabellicus in Hiſtor. Venet. decade 1. lib. 1. e riuis ſcilicet altioribus, qui exundans in fluuium pelagus continebant. Chronicon MS. Andreae Danduli an. 809.

RIVARE, claui mucronem retundere, Gall. *River*, Ital. *Ribadire*. Charta an. 1307. e Regeſto *Olim*.

RIVARI, inſtar riui fluere. Vita S. Guthlaci, to. 2. Aprilis pag. 38.

RIVARIA. (1) Ζύλη, in Gloſſis Latino-Graec. Aliae Graec. Lat. Ζύλη, *Pelix*, *Pellex*, *Rinaria*, *Poelex*. (2) Fluuius, Gall. *Riviere*. Capitulare de Villis cap. 62. *Quid de hortis, quid de apibus, quid de Rinariis, quid de cortis, quid de pellibus, etc.* Deſcriptio cenſuum et reddituum Monaſterii de Criſenone. *Habemus .... in Paleta vineam et boſcum et penarium: haec omnia habuimus in pace ſuper Rinariam Chorae.* Charta an. 1276. e Chartulario S. Vandregeſili tom. 1. pag. 788. *Maſagium ſitum apud Candebeguet in parrochia S. Vandreg. intra Rinariam de Candebeguet ex una parte, etc.* V. *Riparia*, *Ripria* et *Rinera*.

RIVARIVS, cuſtos ripae, V. *Riparius*.

RIVATICVM, vel RIVATICVS, ripa, littus, ora, Gall. *Rivage*. Chartularium S. Sulpitii Bituric. In voce *Ripaticum* habetur *Rinaticus* pro Tributo in ripis ſoluto. Ibi vide.

RIVATIM, ad inſtar riui. Macrobius lib. 7. Saturn. cap. 12.

† RIVELLVS, vox monetariorum, auri vel argenti maſſula. Lit. Remiſ. a. 1353.

RIVERA, RIVERIA, riuus, fluuius, Gallis *Riviere*. Matth. Paris an. 1199.

RIVETA, f. pro *Rinera*, mendoſe, Gall. *Riviere*. V. locum in *Vivat*.

RIVETVS, margo veſtimentis affutus ornamenti gratia, ab Hiſpanico *Rivete*, Ora, margo. Conſilium Maſſil. ſub finem, vt videtur, XIII. ſaeculi: *Item quod nulla domina de cetero portet in ſuis roubis aliquos perfils ſine Rinetum in ſimibus earum roubarum prope pedes de erminis, variis, de ſendato ſen ſerica.*

RIVIDIA, V. *Rimidia*.

RIVIFINALIS. Siculus Flaccus de Condit. Agr. Goeſii pag. 12. *Per omnem tractum Rinifinalem*, id eſt, cuius finis eſt riuus.

RIVIGA, riuulus, vel ripa, *Rivage*. Vita S. Guthlaci num. 14.

RIVINVS, riualis. Gloſſae Graec. Lat. Ἀντίζηλος, *Emulus*, *Rinianus*. Aliae Lat. Graec. *Rinianus*, ἀντίζηλος. Vſus eſt Plautus ſine quis alius Aſinariae verſu 6.

Ri-

Rinimus amens ob praepetem mulierem.

RIVISINVS. Arnoldus Lubecenſis lib. 2. cap. 35. *Noniſtis, aio, me in hac expeditione omnia mea inſumpſiſſe, equos Militum, Rinſinoſque ſeruorum perdidiſſe, etc.* Sed legendum videtur *Rencinos*, vel *Rancinos*. V. in hac voce.

RIVLVS, riuulus. Praeceptum Ludouici Tranſmarini pro Monaſterio Riuipullenſi an. 938. Marcae Hiſpan. col. 850.

RIVM, vel RIVS, V. in *Papauer.*

RIVOALTVS, V. ſupra *Rinaltus.*

RIVOLVOLVS, riuulus. Charta Caroli Imper. apud Meichelbeck. tom. 2. Hiſt. Friſing. p. 85. V. mox *Rivolus.*

RIVOLVS, riuulus. Charta an. 828. apud Meichelbeck. tom. 2. Hiſtor. Friſing. pag. 273. V. ſupra *Rinlus.*

RIVORA, pro *Rini*, enunciatione Longobardica. Marcus Baro Agrimenſor de Geometria pag. 241. *Caſa, quae per G. nomen habet, tortas fines habentis in monte poſita tria Rivora ſignificat in triſinio vineam poſitam.* Quod hic *Rivorum* dicitur, videtur *Rinus* dici pag. ſeq. *Habentem ſuper ſe Rinum, etc.* Pag. 243. *Ideo hoc acra triſinium facit, in montemque campoſinis rotundas habentem, et culta per mediam tria Rivora diſcindit, etc.* Ita p. 244. *Et caſa in plano loco poſita ſub ſe Rinum diſcindit, etc.* Mox: *Proximum ſe Rinum delatus, alium Ribum quatuor Rivora habentem in finibus ſuis, etc.*

RIVOSVS, ῥιθρώδης, ῥοιακώδης, in Gloſſis Lat. Graec. Alias adde Graeco-Latinas.

RIVS, riuus, Hiſpanis *Rio. Rio percurrente*, in Chartulario Matiſconenſi fol. 93. V. *Papauer.*

† RIVVLATIO, riuulus, ap. Oefel. to. 2. Script. rer. Boic. pag. 47.

RIVVM, ῥίθρον, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Ῥίθρον, *Rinum, rivus, alneum, flumen.*

RIXIGVS, idem quod ſupra *Riſcus*, vel *Riſicus*, Periculum, alea, Gall. *Riſque.* Statuta Placentiae lib. 1. fol. 2.

RIXIVS, Saccharo conditum vel coctum. Academici Cruſcani: *Riccio, ſorta di cottura di Zucchero.* Modus exigendi gabellam ponderis Saonae: *Item pro . . . amigdole ſine cortice, datalis, ſapono, ceppo, plumbo, ſartaro, Rixio, mele, trementina, fichibus in ſportis . . . denar. ſex.*

RIXOARDVS. Fragmentum Helinandi Monachi Frigidi montis ſaec. XII. apud S. Antoninum part. 3. tit. 18. cap. 5. §. 5. *O quam convenienter Rixendis, vt dicitur, appellata eſt illa captiua. O mulier quae te captiuum trahis; ipſa enim eſt diabolus, qui dicitur Rixoaldus, quia ſemper rixam alit.*

RIXOSITAS, RIXVOSITAS, Iohanni de Ianua; *Tencru*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangerm. MSS.

RIXVS, caſtanea ſuo calice contenta, Italis *Riccia.* Modus exigendi gabellam pedagii in Ciuitate Saonae.

RIZIVS, Echinus ſeu calix caſtaneae, Ital. *Riccio.* Vita S. Francae, to. 3. April. p. 393.

ROAGIVM. (1) V. *Rotaticum.* (2) † ROAGIVM BLADI, ius quod pro menſura ad radium aequata exigitur, in Ch. Mſ. a. 1222.

ROALIA. B. Odoricus de Foroiulio in Peregrinat. ſua cap. 2. *Et apertis ſepulchris ſuſcepi oſſa eorum humiliter et deuote, et pulchris Roaliis inuoluta corpora, in Indiam . . . portaui.* Sed legendum *Toaliis.* V. in hac voce.

ROARBARIA, furtum, ſubreptio, ſpoliatio, idem quod infra *Robaria*, niſi ita legendum ſit. Literae Philippi VI. Franc. Regis an. 1333. apud D. Secouſſe to. 3. Ordinat. Reg. p. 239.

ROARIA, plates, vicus, Gall. *Rue.* Statura Vercell. lib. 7. fol. 150.

ROATA, angiportum, i. q. *Roaria*, Gall. *Ruelle.* Statuta Montis-regalis pag. 23. *Item ſtatuerunt, quod pro quocunque areſto ſeu gagio, aut praecepto fiendo de caetero per familiares curiae ſuae, aliquem eorum in platea maiori dictae ciuitatis, ſeu Roatis eiusdem plateae, etc.*

ROATICVM. V. *Rotaticum.*

ROBA. (1) Veſtis, tunica, Gallis *Robe.* Quoniam Attachiamenta cap. 21. §. 2. *Exceptis veſtibus ſuis in Robas*

ſciſſis et formatis. Matthaeus Paris an. 1245. *Et Robis caremus hiemalibus.* Et ad an. 1248. *Dedit ei veſtes pretioſiſſimas, quas Robas vulgariter appellamus, de eſcarleto praeelecto, cum pellibus et furruriis variis ciſmorum. Robarum ſciſor*, Gallis *Tailleur*, in Miraculis D. Caroli Bleſenſis an. circiter 1372. apud Lobinellum to. 2. Hiſtor. Britann. col. 561.

ROBAE praeſertim dictae veſtes, quibus Reges ac Principes Palatinos proceres ac familiares donabant; in praecipuis anni ſolemnitatibus: quas ob id *feſtiua indumenta* vocant Matthaeus Weſtmonaſt. et Matthaeus Paris an 1201. idem Paris an. 1208. 1214. 1232. *Nouas Robas*, a. 1243. Idem an. 1134. *Contigit igitur vna dierum feſtiuorum, cum Rex nouam Robam de ſcarleto ſumens, aſſuetus de eodem panno, quoties et ille ſumpſerat, fratri ſuo reuerenter transmittere, etc.* Charta S. Ludouici Regis an. 1259. apud Morinum in Hiſtoria Vaſtinenſi: *Caeterum 60. ſolidos Pariſienſes, quos percipere conſueuit Capellanus capellae praedictae pro Roba annuatim in praepositura Moreti. etc.* V. *Liberatio* in *Liberare* 2. Quaedam ex hiſce *Robis* vocantur *Robae lingiae*, Gallis *Robes linges*. Computus an. 1239. e Bibliotheca regia: *Pro Roba lingia domini Alfonſi LXIIII. ſ. pro Roba lingia Regis IIII. l. XVIII. ſ. pro duobus partibus pannorum lingiorum Regis VII. l. XII. den.* Qui igitur *Robas* accipiebant ab aliquo, de eius familia cenſebantur. Statuta ſecunda Roberti I. Regis Scotiae cap. 34. §. 2. *Repelluntur etiam ab acquieſcatione, inquiſitione, probatione et aſſiſa . . . . Dominus, Ballius, nec aliquis gerens Robas Domini, etc.* V. *Rauboe Papales* in *Raub.* (2) Quaeuis ſuppellex, quomodo Itali hanc vocem vſurpant. Chronicon Foſſae nouae an. 1186. *Fregit ſecuritatem Babuco et terrae Puſanae, et abſtulit omnem Robbam, et animalia omnia, quae in Babuco et in terra Puſanae inuenit.* Matthaeus Weſtmonaſter. an. 1248. *Culpatus eſt inſuper, quod quicquid in eſculentis, potibus, et Robis expendit, rapis violenter, etc.*

ROBALLVM, vel *Robellus*. Codex legum Normann. cap. 17. apud Ludewig. tom. 7. Reliqu. MSS. pag. 117. *Videlicet aurum, argentum, ſeu in vaſis maſſa, quam in moneta francos, ſtrantes, lanes, ebur, Roballum, lapides pretioſos.* An *Robinus*, Carbunculus, Gall. *Rubis?* An vox mendoſa pro *Corallum?*

ROBALTA, receptaculum, vt videtur, ſeu locus in quo *Robe* ſiue ſupellex reconditur. Chronicon Eſtenſe ad an. 1337. apud Murator. tom. 15. col. 400.

ROBANDVM, eiusdem originis vox, vt videtur, qua *robae* ſeu ſupellectilis peculiare genus indicatur, mihi tamen incompertum. Hiſtoria Miſcella lib. 18. apud Murator. to. 1. part. 1. pag. 130. col. 1. *Inuenerunt itaque populi Rom. in palatiis eius apud Damaſtager trecenta Robanda, quae per diuerſa ceperunt tempora; inuenerunt etiam ſpecies, quae remanſerant, multas, aloen ſcilicet multum, et ligna aloes magna . . . et ſericum copioſum, ac piper, et calbaſias camſias multas, etc.*

ROBARE, ROBBARE, furari, praedari, *Derober*, quaſi *Robam* auferre; *Rubare*, Italis. Edictum Iacobi Regis Aragoniae de pace et treuga ann. 1228. *Item ſtatuimus, quod nullus homo capiat per ſe vel per alium, nec Robet, nec Robari faciat alicui hominem, etc.* DISROBARE, apud Anonymum de geſtis Friderici II. Imper. pag. 757. et Perrum de Vineis, Gallis *Defrober*. V. *Derobare* ſuo loco. RVBARE, eadem notione, apud Italos. Chronicon Parmenſe ad ann. 872. apud Muratorium to. 9.

ROBARIA. (1) Vel ROBORIA, ROBERIA, definitur a Cowello lib. 4. tit. 18. §. 25. bonorum alicuius ab ipſius perſona, vel ipſo ſaltem praeſente et inuito, ſublatio. *Roberie*, in veteri Conſuetudine Normanniae cap. 71. *Ruberia*, Italis. Gloſſ. Lat. Gall. *Praeda*, *Roberie*: *Praedator*, *Robeur*. Occurrit vox *Roberia* hac notione, in Legibus Inae Regis Weſtſaxiae cap. 11. *Roberia*, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiae cap. 11. §. 1. (2) † Theſaurus, fiſcus,

ſcus, ab Ital. *Roba*, res mobilis. in Ch. a. 1340.

† ROBARIVS, qui *robas* ſ. veſtes facit, in Ch. a. 1318.

ROBAROLLVS, an Sarcinator, Gall. *Tailleur*, qui facit *robas* ſeu veſtes? An qui vendit *robas* ſiue merces, Gall. *Mercier*, Miſcellarum minutarumque mercium propola, ab Italico *Roba*, ſupellex quaeuis, merces? An iidem qui *Pellizarii?* Statuta Placentiae lib. 4. fol. 45. recto: *Conſules ſeu paraticus pellizariorum ſeu Robarollorum non poſſint eos nec aliquem compellere ad iurandum in paratico pellizariorum ſeu Robarollorum ad ſolnendum paratici Robarollorum.*

ROBATOR, ROBERATOR, latro, fur, *Rauber* Germanis. Charta Ranulphi Comitis Ceſtriae tom. 1. Monaſt. Anglic. Codex Legum Norman. cap. 12. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 176. RVBATOR, idem, Italis *Rubatore*. Bartholomaeus Scriba apud Murator. to. 6. col. 499. ROBBATOR, apud Bracton. l. 3.

ROBBA, ROBBATOR. V. *Roba*, et *Robator*.

ROBELLA, eruum, Italis *Robiglia*, Gall. *Ers*, Legumen ſatis notum. Iohan. Demuſſis Chronicon Placent. ad annum 1369. apud Murator. to. 16. col. 510.

ROBERIA, ſpoliatio, V. *Robaria*.

ROBICO, pro *Robigo*, Gall. *Rouille*, ſegetum morbus, quo ſpicae torrentur. Gloſſae Lat. Graec. *Robico*, *βρῶσις*, *ἡ σῆψις*. Mox: *Robigo*, *σῆς*, *ἡ σῆψις*. Adde Graeco-Latinas.

ROBINA, canalis per quem deriuatur aqua fluuii in loca, in quibus neceſſaria eſt, Occitanis *Robine*. († Interdum etiam nauibus vehendis aptus.) Plures ſunt huiuſcemodi canales in agro Arelatenſi e Rhodano defluentes. Statuta Arelat. MSS. art. 150. An a *Rubur*, *Robinae* ſeu *Rubinae* dictae ſunt; quia rubis et ſentibus referri ſunt huiuſcemodi canales? Eradicandis hiſce rubis deſtinantur apud Arelatenſes ruſtici, quos *Veſpiatres* vocant. An vero a *Robinis* dicti ſunt canaliculi, quos *Robinets* nuncupamus? Huius vocis originem ignorare ſe fatetur Menagius in Etymol. Gallicis. RVBINA, eadem notione. Charta an. 1143. apud Stephanotium tom. 10. Fragm. Hiſt. MSS. pag. 302.

ROBINIARIVS, qui curam habet *robinarum*. Literae Caroli V. Franc. Regis an. 1366. apud D. Secouſſe tom. 4. Ordinat. Reg. pag. 676. art. 7.

ROBINVS, carbunculus, *Rubis*. Vide *Rubinus*.

† ROBOILLIVM, *id eſt lana de pellibus adaptatis*, in Stat. Pannif. an. 1317. REBOILLIO, ibid. V. *Borrelio*.

ROBOR, gen. maſcul. pro *Robur*, quercus duriſſima. Leges Rotharis apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 4. col. 2. *Si quis Roboreum aut cerrum ſeu quercum . . . . inciderit, componat pro arbore tremiſſes duos.* Codex Cathedr. Mutin. praefert: *Si quis Rubore, aut cerrum ſeu quercum, etc.* Eſtenſis vero: *De arbore Robore, cerro ſeu quercu, etc.* ROBOR, metaphorice, Firmitas, robur. Charta an. 20. Chilperici Regis Francor. apud Mabillonium to. 3. Analect. pag. 103.

ROBORA, aetas legitima, *maioritas*, cum ſcilicet ad *robur* peruenit minor. Teſtamentum Alfonſi II. Regis Portugall. aerae 1208. apud Brandaonum to. 4. Monarch. pag. 270.

ROBORABILIS, validus, fortis. Andreas Suenonis lib. 3. Legum Scaniae cap. 2.

† ROBORAMEN, munimen, robur, auctoritas, in Ch. a. 1229.

ROBORANTER, modo qui roboret et confirmet. Charta Ludouici Regis Franc. ann. 896. e Tabulario Eccl. Aptenſis.

ROBORARIVM, locus ſeptus tabulis roboreis. Aul. Gellius lib. 2. cap. 20.

ROBORATIO, confirmatio. Literae Edwardi II. Regis Angl. an. 1307. apud Rymerum tom. 3. pag. 22. col. 2.

ROBORETVM, quercetum, apud Vghellum to. 1. part. 2. pag. 236. In Charta alia apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica pag. 367. *Cum . . .*

silvis, castaneis, Roboreis, ac stellariis, etc. Legendum forte *Roboretis.* V. *Rover.*

ROBOREVS, cui robur ineſt, robuſtus. Erchempertus in Hiſt. Longob. cap. 54.

ROBORIA, ſpoliatio. V. *Robaria.*

ROBOROSA PASSIO dicitur, *quae animal rigidum facit ad ſimilitudinem ligni.* Vegetius lib. 3. Artis veterin. cap. 24.

ROBRICA, pro *Rubrica*, minium. Gloſſae Graec. Lat. Μίλτος, *Rubrica*, *Robrica*, *Minium.* V. infra *Rubrica.*

ROBVR ARBORIS, truncus. Oratio Pii II. PP. an. 1459.

ROBVRDOLIVM. Tabularium Vindocinenſe fol. 190. *In Roburdolio carceris, vbi captus detinebatur.* An *le guichet*, Portula?

† ROBVRGA, certa diſtributio in eccleſia Rotomagenſi, quae forte a fundatore nomen habet. Necrol. eccleſ. Rotomag. V. *Lampreda* et *Renodum.*

† ROBVS, goſſypium, in Leud. maior. Carcaſſ.

ROBVSTAS, robur, fortitudo. Iohannes Longinus in Vita S. Stanislai Epiſc. tom. 2. Maii pag. 830. † ROBVSTAS FLVMINIS, rapiditas, violentia, in Ch. Mſ. a. 1332.

ROBVSTE, neruoſe. Vulgare eſt recentioribus, antiquis incognitum.

† ROBVSTIRE, robur acquirere, ap. Bertr. de Geſt. Toloſ.

ROBVSTITAS, robur, firmitas, vis, vires, virtus, facultas, apud Iuniores paſſim reperitur, nullibi apud Veteres.

ROCA. (1) Petra, rupes, Gallis *Roche*; item Arx in rupe exſtructa, vt mox *Rocca.* Praeceptum Caroli Calui ann. 840. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 30. V. *Rocha* 1. (2) † ROCA, ROCHA, manſio, cella in rupe exciſa, Gall. *Roche.* Ch. ann. 1189.

† ROCACIVM, i. q. *Roca* 2, in Inuent. an. 1255.

ROCASSIVM, ROCASSVM, rupes, Gallice *Roche*, Prouincialibus *Ronchas* vel *Rouquas.* In Charta ann. 1486. e Schedis D. Le Fournier. ROCHASSIVM, eadem ſignificatione. Sententia arbitralis an. 1303. e Schedis D. Brunet.

ROCATVS, coloris *rocae* ſeu rupis, vt videtur, idem forte qui marmoreus. Catalogus an. 1300. apud Hemereum in Auguſta Viromand. pag. 364.

ROCCA, ROCHA, caſtellum vel praeſidium in *rupe*, ſeu cliuo exſtructum, Italis *Rocca.* Auctor Mamotrecti 2. Reg. *Arx, dicitur Rocca.* Annales Fr. an. 767. Murator. tom. 19 col. 817. *In hoc tamen verius proverbium comprobatur: Nullum caſtrum eſſe, id quae aſellus auro onuſtus non poſſit accedere.* Adde Laudes Papiae, n. 11. eiusd. Muratorii col. 38. ROCCHA LIGNAMINIS, munitio, vt videtur, e ligno conſtructa. Chronic. Petri Azarii apud Murator. n. 16. col. 522. *In capite vero veriusque partis* (pontis admodum ſpatioſi) *erant pontes leuatorii, et fugelae Rocchae ligñaminis valde fortis.*

ROCCVS. (1) ROCCVS, ROCVS, ROCHVS, HROCVS, vox Germanica Rock, ſignificans ſupremam veſtem, ἐπενδύτην. *De Roccis et Sagis*, item *Roccus Martrinus et Lutrinus*, in Capitulari triplici Caroli Magni an. 808. cap. 5. Monachus S. Galli, ſeu Notkerus lib. 2. de Carolo Magno cap. 27. *Carolus habebat pelliceum berbycinum, non multum emptis pretii, quam erat Roccus ille S. Martini, quo pectus ambitus, multi brachiis Deo ſacrificium obtuliſſe aſſpulatione diuina comprobatur.* Helgaudus in Roberto Rege ann. 1029. *Exuens ſe veſtimento purpureo, quod lingua ruſtica dicitur Rocus:* ROOCVS, apud Hariulfum l. 3. c. 3. ROLRVS, apud Mabillonium tom. 4 Annal. Benedict. pag. 287. ROQVVS, in Teſtamento Riculfi Epiſcop. Helenenſis a. 915. ROCHVS, in Charta Heccardi Comitis Auguſtod. ap. Perardum pag. 26. Ῥῶχος Graeci recentiores dicunt. RVCVS, pro *Rocus*, vel *Roccus*, interdum reperiri teſtis eſt Voſſius lib. 2. de Vitiis ſermon. cap. 16. quod conſule. ROCHETVM, ita hodie vocant veſtem lina-

lineam Epiſcoporum et Abbatum propriam, cum manicis ſtrictioribus, quaſi paruum *Roccum*. Lindwodus ad Prouinciale Eccl. Cantuar. lib. 3. tit. 27. ROCCHETVM. Coronatio Bonifacii VIII. PP. apud Muratorium tom. 3. pag. 649. col. 2. ROQVETVM. Concilium Arand. an. 1473. inter Hiſpanica tom. 3. pag. 674. ROCHETVM, Canonicorum regularium veſtis linea. Chronicon Windeſemenſe lib. 1. cap. 23. ROCHETA PVERORVM CHORI memorantur in Indice MS. Beneficiorum Eccleſiae Conſtant. fol. 66 verſo. ROCHET, in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 739. ROKETVM ROMANVM. V. *Superpellicium*. (2) Nomen ſcaci, quem alii *Turrim* vocant, Itali *Rocco*. Vide locum in *Scaci*.

ROCRA, piſcis genus, Gall. *Roſſe*, Geſnero *Rutilus*. Chronicon Trudonenſe tom. 7. Spicilegii Acher. p. 509. Alia notione mox occurrit in *Rocha* 1.

ROCERIVM. Charta Maioris Monaſterii, to. 2. Hiſt. Britan. col. 237. *Dominus Abbas B. reddidit Heruco cognomento Trop a de netz terram, quam dominus Garinus dedit S. Martino, quando factus erat manachus, videlicet medietatem Rocerii tali pacto, vt per ſingulos annos ſoluat monachis quatuor ſolidos.* Lobinellus in Gloſſario ſcribit *Rocherium*, redditque *Rocher*, Rupes. Haud ſatis ſcio an bene. Suſpicor eſſe nomen proprium, a rupe tamen ita nuncupatum. V. *Rocherium*.

ROCETVS, pro *Recetus*. Vide *Receptum* 1.

ROCHA. (1) Rupes, Gall. *Roche*. Diodorus Euchyon. lib. 1. Polychemiae cap. 17. *Cerae, ſtuaris, colophoniae, aluminis Rochae, etc.* Gallis *Alun de Roche*, alumen rupis, Anglis *Roche alum*, qua ſignificatione ſumenda videtur vox *Rocea* in Literis Edwardi IV. Regis Angl. an. 1476. apud Rymer. to. 12. pag. 28. col. 1. *Tam ad ſufficiens cariagium pro conductione feretri praecariſſimi patris noſtri Richardi Ducis Eborum pro ſepultura ſua ordinati, quam ad cerpentarios, iunctores, pictores, candelatores, qui in hac parte neceſſarii fuerint et opportuni, ac ceram, Roceam et ſilum, vbicumque inueniri poterunt.* V. *Rocca* et *Rochus*. (2) Alia notione, († forte ceſpes.) Tabularium Abſienſe fol. 187. *Conceſſimus quaddam foſſatum per mareſium, . . . per quod buſcam et Rocham et quaecque neceſſaria de mareſio traherent. Rocham* hic intelligo iuncum tenuiſſimum et ad inſtar gladioli vtrimque ſecantem, quem *Roſche* vocant Normanni, et vnde ſedilia contexunt elegantiſſima. (3) V. *Roca* 3.

ROCHASSIVM, rupes, *Roche*. V. *Rocaſſium*.

† ROCHERIA, caſtellum in rupe, in Ch. Mſ. a. 1410.

ROCHERIVM, (ager incultus et lapidoſus.) Vetus Charta in Hiſt. Monaſt. S. Nicolai Andegau. *Inſuper nobis donauit aliud Rocherium maius ante portam curtilis noſtri, etc.* Occurrit ibi ſemel ac iterum. V. in *Rocerium* et *Roquerium*.

ROCHETA vel ROCHETVS, tubulus miſſilis et ignitus, Ital. *Rochetto*, Venetis *Rachetta*, Gall. *Fuſée*. Raſinus de Careſinis in Chronico MS. an. 1379. *Burgum S. Laurentii expugnant et occupant, igne immiſſo cum Rochetis ad domos paleatas.*

ROCHETTA, parua *Rocca*, paruum caſtellum ſeu praeſidium in rupe poſitum. Annales Genuenſes apud Muratorium to. 6. col. 305. V. *Rocca*.

ROCHETVM, ROCHVS, ſupparum lineum, Gall. *Rochet*. V. in *Roccus*.

† ROCHIGANI, qui *rocham* ſeu caſtellum habitant et defendunt. Tract. Mſ. de re milit.

ROCHVS, rupes, Gall. *Roche*, *Rocher*. Proceſſus ad canonizationem S. Franciſci de Paula, tom. 1. April. pag. 120. V. ſupra *Rocha* 1.

ROCINVS, equus minor. Vide *Runcinus*.

ROCKA, arx in rupe poſita. Vide *Rocca*.

ROCTA, ROTA, ROTTA, Inſtrumentum Muſicum. Sanutus l. 2. part. 4. c. 21. *Et aliqua alia genera dulcia muſicorum, vt ſunt violae, cytharae, et Roctae.* ROTA, Conſtantinus

Africanus lib. I. de Morbor. curat. c. 16. *Dulcis ſonitus ſiat de Muſicorum generibus, ſicut campanula, vidula, Rota, et ſimilibus.* Neſcio, an id organum intelligat Eckehardus iunior de Caſibus S. Galli cap. 3. extremo: *Quae autem Titulo dictauerat, ſingularis et agnoſcibilis melodiae ſunt: quia per pſalterium, ſeu per Rotam, qua potentior ipſe erat, pneumata inuenta dulciora ſunt, etc.* V. tamen Eckehardum Decanum de Vita Notkeri cap. 17. ROTTA, Epiſt. 89. inter illas, quae Bonifacii Moguntini Archiep. nomine editae ſunt: *Delectat me quoque Cythariſtam habere, qui poſſit citharizare in citharа, quam nos appellamus Rottae, quia citharam habet.* Notkerus in Symbolum Athanaſii apud Schilterum in v. *Rotta: Sciendum eſt, inquit, quod antiquum Pſalterium inſtrumentum decachordum vtique erat, in hac videlicet deltae literae figura multipliciter myſtica. Sed poſtquam illud ſymphoniaci quidam et ludicratores, vt quidam ait, ad ſuum opus traxerant, formam vtique eius et figuram commoditati ſuae habilem fecerant, et plures chordas annectentes et nomine barbarico Rottam appellantes, myſticam illam Trinitatis formam transmutando.*

ROCVS, ſupparum lineum, V. *Roccus.*

RODA. (1) Anglis, Quarta pars acrae, quae et *Farding deale*, ſeu *Farundel* dicitur, iuxta Cowellum ex Anglico *Rodd*, pertica. Continet autem *acra*, ſecundum ſtadii longitudinem 40. rodas, ſeu perticas; in latitudine tantum quatuor: Perinde etiam Roda terrae 40. perticas in longitudine, vnam vero ſolummodo in latitudine. Si autem excreuerit *Rodae* latitudo, contractior fit illius longitudo; ita tamen vt in omni ſuperficie, neque plus neque minus quam 40. perticas complectatur; ita *acra* vltra citraue 160. Occurrit paſſim. (2) RODA, ROTA, trabs arcuata ad proram, *Rode* nautis maris mediterranei. Informationes Ciuitatis Maſſil. de paſſagio transmarino e MS. Sangermanenſi. (3) RODA, pro *Rota*, Gall. *Roue*. Reparationes factae in Seneſcallia Carcaſſonae ann. 1435. e MS. D. Lancelot. (4) † Menſura ligneria, eadem vt videtur ac *Carrada*. Necrol. Caſal. Mſ. (5) Piſcis genus, idem qui *Rodius*. V. *Citula.*

RODATICVM, V. infra *Rotaticum.*

† RODELLA, aleae ſpecies, in Ch. Mſ. a. 1245.

RODERE. Iob. 30. 3. *Egeſtate et fame ſteriles, qui Rodebant rem ſolitudine, ſqualentes calamitate et miſeria.* In quae verba Pater Vavaſſeur: *Hebraeus Ghorecim, Fugientes; LXX. φεύγοντες. Ex quo coniectura eſt vocem hanc veteris Interpretis* Rodebant, *eſſe* errabant, circumibant; *atque a noſtro ſermone vernaculo nihil differre, qui eſt* Vagari, *Roder.* V. *Rodis.*

† RODERIVS. (1) Adiect. rotalis, qui habet rotas, V. *Molendinum roderium.* (2) Iaculator, V. *Rodarius.*

† RODESINVS, denticulata molendinae rotula, Hiſpan. *Rodezna.* Stat. Vallis-Ser.

RODETVS, denticulata molendinae rotula ad verſandas molas accommodata, Gall. *Ronet*, in Ch. a. 1435.

† RODIARIVM, i. q. *Rodium*, in Ch. a. 1196.

RODIGINVS, V. Statuta Mediolanenſia I. part. cap. 329.

RODINVS, roſei coloris. V. *Rhodinus.*

RODIS, f. ambitus, circuitus. *Sint homines ſint in Rode caſtri*, in Statutis Foroiul. an. 1233. ex Archivo S. Victoris Maſſil. Gallis *Roder* et Vagari, circumcurſare; quod verbum a *Rotare* deducit Menagius. V. *Rodere.*

† RODIVM, terra arabilis ſeu arata proſciſſa. Ch. a. 1196.

RODIVS, *genus piſcis, cuius ſanguis valet ad tinguendum veſtes*, in veteri Vocab. ſuris vtriusque.

RODOMELLVM, *vinum vel confectio ex ſucco roſae et melle*, Iohanni de Ianua.

RODOMENSES, monetae Archiepiſcoporum Rotomagenſium, apud Ordericum Vital. pag. 468. 495. 583. 505.

505. et Alexandrum Abbatem Celesinum lib. 3. Rer. a Rogerio Sicil. Rege gestar. cap. 8. lib. 4. cap. 1.

RODONDELLVS, vel ROTVNDELLVS, vestis species, eadem, quae mox *Rodundellus*. V. supra *Cloca 3*.

† RODORIVS, RODORVS, rodulus, Gall. *Rodoir*, arbuscula, cuius foliis ad colorem nigrum vtuntur tinctores. Ch. a. 1256.

RODVLLVS, pro *Rondellus*, vestis species in orbem desinens, tom. 2. Hist. Dalph. pag. 334. col. 2.

RODVM. V. *Rhethus*.

RODVNDELLVS, vestis genus in *rotundum* seu orbem desinens, idem quod infra *Rotundellus*. Bulla Benedicti XII. PP. pro Monachis Benedictinis cap. 23. V. *Cloca 3*.

RODVRARIVS, V. *Reduralius*.

ROEDA, f. idem quod *Rheda*, expeditio militaris. Statuta Perusiae in Pedemontio pag. 63. *Si quis non obseruauit praeceptum sibi factum de eundo ad custodiam vel aliam Roedam, soluat pro banno denarios duodecim.*

ROELLA, rotula, Gallice *Rouelle*. Inuentarium Ecclesiae Nouiom. a. 1419.

ROERIA, riuus, vel riuulus, canalis. Tabularium Abbiae.

ROFIA, V. *Rufia*.

ROFIOLVS, placentae species, quae maioribus dumtaxat solennitatibus extra Quadragesimam monachis ministrabantur in Monasterio Solemniacensi; vnde coniicere licet *Rofiolos* adipe condiros fuisse aut confectos ex ouis, quae non comedebantur tempore Quadragesimali aut maioribus ieiuniis. Consuetudines MSS. solemnitatum huius Coenobii. V. *Rufeola*.

ROGA. (1) Precatio, preces. Codex Carolinus Epist. 88. V. *Rogus*. (2) Donatiuum, honorarium, quod Proceribus et Magistratibus, atque adeo etiam populo, ab Augustis, vel Clero a Summis Pontificibus *erogari* solet: vnde vocis etymon. Hist. Miscella p. 770. edit. Canisii, de Tiberio II. *Duxit Anastasiam vxorem suam, et coronauit eam Augustam, et iactauit Rogam multam.* ROGA, stipendium, seu honorarium quod Magistratibus quotannis ab Imperatore erogabatur, quomodo vocem hanc vsurpari ab Anna Comnena docuit Cangius in Notis ad Alexiadem p. 269. Adde Pachymerem lib. 1. cap. 23. lib. 4. cap. 14. Eiusmodi autem donativa, de quibus hisce allatis locis Anastasius, septimana Passionis Clericis Patriarchae, scribit Balsamon, quemadmodum Imperatores officialibus suis, erogasse tradit Luitprandus lib. 6. cap. 5. Olim vero fiebant maxime Kalendis, et Imperatorum et Imperialium vrbium natalitiis, vt est apud Nicephorum Call. lib. 10. cap. 23. vbi per Kalendas, Ianuarias intelligit, quae *dies largitionum* dicuntur in Lege Landabile Cod. de Aduocatis diuers. Iudic. Atque ab iis largitionibus mensem Ianuarium μῆνα χρυσοχίτωνα appellari a Paulo Silentiario, a Cangio obseruatum est in Descriptione aedis Sophianae num. 22. Senator l. 6. Epist. 7. in formula Comitiuae sacrarum largitionum: *Supplicum per te fortunas erigimus, Kalendis Ianuariis affatim dona largimur, et laetitia publica militia tua est.* ROGAE praeterea nomine donarum stipendium, quod militibus erogatur. Glossae Graeco-Lat. *Ρόγα, stipendium. Milites ἐπὶ Roga Imperatoris, De Roga Imperatoris*, apud Robertum Monachum lib. 2. Histor. Hierosol. Anastasius in Deusdedit PP. *Et data Roga militibus, pax facta est in tota Italia.* (3) *Eleemosyna*, in Gloss. Lat. Graec. et Isidori. Will. Brito in Vocabulario MS. *Roga dicitur Eleemosyna, quod in Vita B. Ioannis Eleemosynarii inuenies.* (4) Exactio, praestatio sub nomine precationis. Consuetudo Lorriaci ann. 1187. *Nullus, nec nos, nec alius hominibus de Lorriaco taliam, nec oblationem, neque Rogam faciat.* Tabularium Charitatis: *Drogo .... donat .... de Roga sua Mintriaci.* In confirmatione Ludouici Francorum Regis ann. 1177. legitur *de Rogatione sua*. V. in *Rogatio*. ROGA COACTA, V. *Matuum coactum*. (5) Nauis species. Philippus Mouskes in Historia Francorum MS.

Roges, et busses, et vissiers.

Aliud

Aliud porro ſonat *Roge* in Charta ann. 1374. in Tabular. Epiſcopat. Ambian. *Jean le Grand, qui fut trouvé mort ſur les Roges de la forſtereſſe, etc.* (6) Forte pro *Roca*, Gall. *Roche*; rupes. Notitia an. 832. in Appendice Marcae Hiſpan. col. 769. *Et inde vadit ipſe terminus per rigo Ferrario . . . et vadit in garg Cabalar et uſque ad ipſam Rogam, quod eſt ſuper caſtro Corbi.* V. *Roca*, *Rocca* et *Rocha* 1.

ROGADIA, precatio. *Per Rogadium aliquid ab aliquo petere*, in Statutis Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 48.

ROGALIA. Graecis Ῥογάλια, Libri, ſeu Acroſticha, in quibus non tantum virorum nomina, ordine quo procedere deberent, pro cuiusque officii dignitate, dum vocarentur, et eorum nomina a Nomenclatore ederentur, vt eſt apud Luithprandum lib. 6. cap. 5. ſed quantitas erism *rogae*, ſeu donatiui, quod *Preſbyterium* Anaſtaſio dicitur, deſcripta, vt ſciret vnusquisque quid accipere deberet, cum eiusmodi *rogae* a Patriarcha vel ab Imperatore diſtribuebantur. Ita Cangius in Gloſſario mediae Graecitatis et Suicerus in Theſauro Eccleſiaſtico. Perperam Meurſius et Martinius ἐογάλια dicunt eſſe dies, quibus *rogae* ab Imperatore et Patriarcha clero populoue donabantur.

ROGAMEN, preces, petitio, rogatio. Gloſſae Lat. Graec. *Rogamen*, δέησις. Annales Genuenſes Oberti Stanconi lib. 9. apud Murator. to. 6. col. 567.

ROGAMENTVM, πτῦσις, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. πτῦσις, *Interrogamentum*, *Rogamentum*, *Interrogatio*. Vſus eſt Apuleius.

† ROGANA, veſtis ſpecies, fortaſſis pro *Togana*, in Teſtam. a. 1197.

ROGARE. (1) Cogere. Liber 3. Capitularium cap. 72. *De non cogendo bibere in hoſte: Vt in hoſte nemo parem ſuum, vel quemlibet alterum hominem, bibere Roget.* Ita in omnibus veteribus exemplaribus legi monet Baluzius in Notis, vno Riuipullenſi excepto, in quo legitur *cogat*. Additio 4. c. 17. *Nec omnino a quoquam reſpondere Rogetur, antequam integerrime omnia, quae per ſuggeſtiones inimicorum ſuorum amiſerat, poteſtati eius ab honorabili Concilio redintegrentur, et Praeſul primo ſuo ſtatui priſtino reddatur . . . nam hoc ſummopere cauendum eſt, ne antequam omnia haec ſint, Conſtus reſpondeat.* Sibi inuicem reſpondent *Rogetur* et *Conſtus*. (2) † Inuitare, in Stat. Vniuerſ. Toloſ.

ROGARII, Ἀγοραβολιταί, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Legendum eſt *Rorarii*, vt eſt apud Feſtum, ad quem Scaligerum conſule.

ROGARIVS, Νεκροκάπης, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Νεκροκάπης, *Rogarius*, *Buſtuarius*, *Vſtor*, ſcilicet a *Rogus*, Pyra.

ROGATA. (1) Rogatio, preces. Literae Edwardi III. Regis Angl. ad Carolum IV. Imp. apud Ludewig. tom. 5. Reliqu. MSS. p. 468. (2) Idem quod *Roga* 4. Exactio ſub nomine precationis. Charta Theobaldi Comitis Campaniae ann. 1233.

ROGATA CHARTA, V. in *Charta*.

ROGATARIVS, *petitor*, *diſtributor*, *poſtulatitius*, Papiae, Iſidoro, et in Gloſſ. MS. Regio. Ratherius Veronenſis in Qualitatis coniectura pag. 207. *Loricam Galienti medici recordari omnibus ſuadere non ceſſat, fraudem atque perfidiam Rogatariorum, dimittas Epiſcoporum in iis redaſtas meriso regium, etc.* Idem videntur qui *Erogatarii*. V. in hac voce.

ROGATIO. (1) Idem quod *Roga* 4. Cenſus, exactio. Charta Fulconis Abbatis Corbeienſis ann. 1055. ex Tabulario eiusdem Monaſterii: *Super haec omnia neque poſtum accipiet, neque Rogationem faciet in tota Abbatia.* Charta Caroli Comitis Flandriae ann. 1193. *Nullam Rogationem in ea habere debet Baldainus vel ſui de his, quae pertinent ad Merkebecam.* Charta Communiae Britulienſis in Picardia an. 1224. *Ab omni talia, tolta, imprunteamento, Rogationibus in perpetuum quitaamus penitus et immunes.* (2) ROGATIONES, ſupplicationes, Proceſſiones Eccleſiaſticae. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 6. *Rogationes illas*

las inſtituit, vt media Quadrageſima pſallendo ad Baſilicam Beati Iuliani Martyris itinere pedeſtri venirent. Infra: *Rogationes illae, quae quotannis vbique in Paſchate fiunt. Rogationes et maiores et minores*, in Epiſt. Zachariae PP. ad Anglos: *Vt Rogationum dies et minorum et maiorum non omittantur.* V. *Litaniae.* ROGATIONES, ſeu tres dies Rogationum, qui celebrantur ante Aſcenſionem Domini, iuxta morem Eccleſiae Gallicanae, conſtituit S. Mamertus Viennenſis Epiſcopus, ob incurſionem ſcilicet malarum beſtiarum, quae tunc temporis grauiſſime afficiebant populum Dei. Haec Alcuinus lib. de Offic. diuin. Belethus cap. 122. et ex eo Durandus lib. 6. Ration. cap. 102. num. 4. ait Rogationes *Litaniam minorem* appellari, ad diſcrimen Gregorianae, quae *Maior* dicitur, *quia a minori: ſcilicet a ſimplici Epiſcopo, et in minori loco, ſcilicet Vienna, inuenta eſt.* (3) ROGATIONES, notae, ſeu inſtrumenta, a Notariis confecta. V. *Charta rogata.*

ROGATIVVS, qui rogat vt charta ſcribatur de re aliqua et a teſtibus ſubſcribatur, in Inſtrumento de reſtitutione ciuitatis Tuſculanae facta Alexandro III. PP. *Signum manu Rainonis, iuſſu chartae Rogatiuus.* V. *Charta rogata.*

ROGATOR. (1) Executor teſtamenti. V. *Erogator.* (2) ROGATORES, Senatores, Conſiliarii ſeu Aſſeſſores Ducis Venetiarum, vt videtur. Chronicon Andreae Danduli apud Muratorium tom. 12. col. 422.

ROGATORIAE LITTERAE, quae ad ſummum Pontificem vel Metropolitanum a Clero et plebe mittuntur, vt electum conſecrent Epiſcopum. Alcuinus lib. de Diu. offic.

† ROGATORIVM, preces, petitio, rogatio, in Ch. Rauennat.

† ROGATVM. (1) Idem, in Ch. a. 1298. (2) Libellus quo quis ad alicuius petitionem in ius vocatur, in Litt. remiſſ. a. 1367. (3) Cornutum, ſeruitium manuale, quod quaſi precario, vel potius praeuia ſubmonitione exigebatur. Ch. a. 1218.

ROGATVRA. Gloſſ. Graec. Lat. Ἀσπασμὸς, *Salutatio, Amplexus, Rogatura.*

ROGATVS. (1) Vel ROGATVM, idem quod *Roga 4.* Exactio ſub nomine rogationis. Conuentio Abbatis S. Vrbani cum Hugone de Villers ann. 1193. ex Archiuo eiusdem Monaſterii. V. *Rogata* et *Rogatio.* (2) ROGATVS ſaepiſſime legitur in veteribus inſtrumentis, dicitur de Notario, qui illa inſtrumenta ſcribere *Rogatus* iuſſusue eſt, nec non de teſtibus, qui *Rogati* ſubſcribunt. V. *Charta rogata* et *Rogatus.*

ROGIA. (1) Idem quod *Roga 4.* ſeu *Rogatus*, Exactio, etc. Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1371. V. *Rogatum 3.* (2) Rubia, Ital. *Roggia*, Gallis *Garance.* Statuta Ciuitatis Aſtae, vbi de *instratis* porta rum: *Roga ad tingendum ſolues pro quolibet rubo lib. 6.*

ROGIDIA, idem quod *Roga, Rogatio*, exactio ſub nomine precationis. Charta ann. 1377.

ROGIFICVM MVNVS, f. munus quod quaſi rogando exigebatur, idem quod *Roga 4. Rogatio* et *Rogia 1.* V. locum in *Munus eccleſiaſticum.*

ROGILLA, mappula, mantile, manutergium, Gallice *Eſſui-main.* Statuta Collegii Theſaurarii apud Lobinellum to. 2. Hiſt. Pariſ. p. 288. col. 1. *Quod vnam mappam cum Rogilla pro magna menſa aulae in introitu veſtro fornetis domui, inſequendo morem ſociorum dudum obſeruatum.* Sed procul dubio legendum eſt *Togilla.* V. *Toacula.*

ROGITATVS, idem qui *Rogatus*, ad calcem Chartarum, vbi qui eas ſcripſit frequenter dicitur *Rogatus* ſcripſiſſe, vt teſtes *Rogati* ſubſcripſiſſe leguntur. *Girardus Monachus Rogitatus ſcriptitaſſe* dicitur Donationem factam Abbatiae S. Aegidii *Idibus Februarii regnante Aienrico*, hoc eſt, ann. 1038. e Schedis Praefidis de Mazaugues. V. *Charta rogata* et mox *Rogitus.*

ROGI-

ROGITVS, Inſtrumentum Notarii publici, Italis *Rogato* et *Rogito*, ſic dictum quod Notarii illud ſcribere *rogarentur*. Miracula B. Gregorii Verucul. to. 1. Maii p. 536. num. 7. V. *Charta rogata*. Saepius autem *Rogitus* dicitur pro *Rogatus*, ſiue de Notario qui Chartam *Rogatus* ſcripſit, ſiue de teſtibus, qui etiam *Rogati* ſubſcribunt. Charta S. Willelmi Gellon. anno, vt creditur, 804. [illegible]. 6. Maii p. 820. col. 2. *In nomine Domini ego Gallarus Rogitus ſcripſi.* ROITVS, eadem ſignificatione. Charta an. 2. Caroli Imp. e Chartulario Eccleſiae Aptenſis fol. 115. *Caſtellanus Diaconus Raitus ſcripſit et ſubſcripſit.* Rurſum occurrit ſemel ibidem.

ROGIVS, f. riuus, riuulus fluuiusue. Cambium ann. 872. apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 937. *Et concambieuimus tibi domno Ludowico terram foris ipſa inſula de Caſaure iuxta ipſum Roginm de ipſa piſteria, quae nobis pertinet ad partem epiſcopii S. Maximi, hoc eſt per menſuram modii vnius.* V. *Rogus* 3.

ROGNONES, ROGNONI, renes, Gallice *Rognons*, Ital. *Rognone*. Statura Ciuitatis Aſtae collat. 7. cap. 1. V. *Roihones*.

ROGNOSVS, inciſus, V. *Litera rognoſa*.

ROGO, ſecale, German. *Roggen* vel *Rocken*. Regeſtum Prumienſe apud Leibnitium in Collect. Etymol. tom. 1. pag. 485. *Soluit vnusquisque . . . duos modios de Rogone.*

ROGVS. (1) Preces, deprecatio. Ioannes Diaconus Neapolit. in Chronico Epiſcoporum Neapolitanorum: *Iſte vero Andreas per Rogum huius electi leuauit Tiberium Epiſcopum de lacu miſeriae.* ROGVS DEI, precatio, Litaniae, *Kyrie eleiſon*. Paſſim in Regula Magiſtri cap. 33. 34. 35. 37. 39. (2) Idem quod *Roga*, hoc eſt donatiuum, ſcilicet Epulum, ſi vere coniectat Mabillonius tom. 3. Annal. Benedict. pag. 133. n. 61. Ignotus Caſinenſis in Hiſtoria Longobardorum cap. 30. *Mos etenim eſt apud Monachos vtrorumque coenobiorum . . . . diebus S. Quadrageſimae viciſſim ſibi Rogum exhiberi caritatis gratia.* (3) Charta fundationis Abbatiae Belloſanenſis ab Hugone de Gornaco ann. 1198. in 50. Regeſto Philippi Pulcri Regis Fr. Tabularii Regii n. 60. *Dedi eis particulam nemoris mei a Tronqueria ad viam, quae venit per ante Rogu de buſco Erembodi, ſicut diuiſiones demonſtrant.* Notum eſt *Rogum* Lannis fuiſſe ſtruem lignorum ad cremanda cadauera, ſic dictum, quod dii Manes, vt ſomniabant, ea combuſtione rogarentur. Hinc tranſiuit vox ad quamlibet lignorum congeriem, vt in loco laudato, ſi bene interpretor, et in Charta, quam laudat Thomas Blount in Nomolexico Anglicano v. *Rogus: Mandatum eſt conſtabulario caſtri de Diuis et cuſtodi foreſtae de Cippeham, quod fieri faciat vnum Rogum in foreſta predicta ad operationes caſtri praedicti, prout melius videris expedire.* (4) † Focus, ignis, in Ch. a. 1204.

ROHAGIVM. (1) V. *Rothorium*. (2) † Idem quod *Rocigium* in Ch. a. 1145.

ROHANLVM, f. Cryſtallum, Gallice *Criſtal de roche*. Iura et Conſuetudines Ducatus Normanniae cap. 17. de Veriſco: *Dux Normanniae ſibi retinet . . . ebur, Rohanlum, lapides pretioſos; l' ivire et le Rochal et les pierres precieuſes*, in editione Gallica.

ROHIARE CANNABVM, canabim macerare, Gall. *Rouir*. V. locum in *Rothorium*.

† ROJA. (1) Via, iter, Ital. *Rua*, in Monum. eccleſ. Aquil. (2) Rubia, Ital. *Roggia*, in St. a. 1466.

ROIATVS, lineis diſtinctus, Gall. *Raié*. Inuentarium Eccleſiae Nouiom. ann. 1419. V. *Riga* 2.

ROIDA, pro *Rheda*, ni fallor, de quo ſupra. Statura Saluciae collat. 1. c. 8. *Statutum eſt, quod Poteſtas non debeat recipere ab aliqua perſona de Saluciis aliqua munera aut ſeruitia, vel aliquod carregium ſine Roidem magnae aeſtimationis.* Hic intelligo praeſtationem rhedae ſeu vecturae. V. ſupra *Carregium* in *Carreda*.

† ROIGNARE, praecidere, Gall. *Rogner*, in Lit. a. 1356.

† RO-

† ROIGNATVRA, circumciſura, in Lit. a. 1457.

† ROIGNIA, radix, truncus, in Ch. a. 1369.

ROIHONES, renes, Gall. *Rognons*. Statuta Maſſil. lib. 2. cap. 23. de Macellariis §. 3. *Decernentes ſimiliter, quod nulla pinguedo ſine tela pinguedinis ſuproponatur in renibus ſive Romkonibus intus vel extra, etc.* Melius in MSS. *Roihonibus*. V. *Rognones*.

† ROILLA, truncus arboris, Gall. *Roille*, in Comput. a. 1471.

† ROISAGIVM, praeſtationis ſpecies, f. quae penſitabatur pro facultate ſubigendi cannabim in *Roiſſa*. Ch. Mſ. a. 1250.

ROISNATVS, mutilatus, mutilus, a Gallico *Rogné*, reciſus. Leges Balduini Flandriae Comit. an. 1200. apud Marten. tom. 1. Anecdot. col. 767. num. 14.

ROISOLA, ROISSOLA, placentae genus ſic dictae a colore ſubrubido. Charta ann. 1209. e Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 52. *Et de tribus charitatibus, quas ipſe Galterius annuatim habebit de monachis, ſcilicet panem, vinum et Roiſſolas, ipſe easdem Roiſſolas dedit eis in eleemoſinam et quitanit.* In alio exemplari legitur *Royſſola*. V. *Reſola* et *Ruſeola*.

† ROISSIA, locus vbi aqua diluitur, maceratur et ſubigitur cannabis, Gall. *Roiſe*, Germ. Röſſe. Ch. Mſ. a. 1374.

ROITVS, pro *Rogitus*. V. in hac voce.

ROKETVM, ROKKVS, V. in *Roccus*.

ROKVS, ſecunda dignitas poſt Soldanum, apud Turcos. V. Matth. Paris ann. 1250. p. 527.

ROLIATICVM, ſpecies vectigalis. Praeceptum Caroli Calui pro Maiori-monaſterio, apud Mabillon. tom. 2. Annal. Benedict. p. 746. col. 2. *Nec teloneum, aut inferendas, aut rotaticum, aut ripaticum, ſeu portaticum, ſive etiam excluſaticum, aut mantaticum, vel Roliaticum, aut herbaticum requirendum, ne villas retributiones . . . exigere praeſumat.* † Ex eadem Charta editum ſupra *Retiaticum*; vtrumque emendandum videtur atque legendum *Reliaticum*.

† ROLLA, verſatile tympanum apud moniales, in Ch. a. 1486.

ROLLIFER, ROLLIGER, V. in *Rotulus*.

ROLLONES, gradus lignei, Gall. *Roulons*, *Echellons*, V. locum in *Retorta*.

ROLLVS, Gallice *Rolle*. V. *Rotulus*.

ROMAEVS, Graecus, ex quo Conſtantinus Magnus Romanum imperium tranſtulit Conſtantinopolim, inquit Iacobus Spon Itinerarii to. 2. pag. 76. Tum obſeruat Graecos etiamnum dicere, iuxta pronunciationem hodiernam, *Imé Romaeos*, hoc eſt, Graecus ſum, et *Milo Romaika*, loquor Graece. Quibus appoſite ſubiicit ex Sennerto Medico Germano, plures eſſe in Medicina compoſitiones, ſeu confectiones, quas *Romaines* Galli dicunt, quasque rectius *Grecques* vocarent, vt *Philonium Romanum*, et caetera quae Graecis, non Latinis, accepta ſunt referenda. ROMEVS, pro *Romaeus*, Graecus. Litterae Henrici VII. Angl. Regis ann. 1492. apud Rymer. tom. 12. p. 470. col. 1. V. *Romeus* infra.

† ROMAGIVM, ad S. Petrum Romae pia peregrinatio, Ital. *Romeaggio*, in Teſtam. a. 1450.

† ROMANA, trutinae ſpecies, Gall. *Romaine*, in Lit. remiſſ. a. 1408.

ROMANA LEX, V. ſupra *Lex*. ROMANA LINGVA, V. mox *Romanus*. ROMANA SCRIPTVRA, V. *Scriptura*.

† ROMANALITER, vulgari idiomate, in Ch. a. 1310. ROMANILITER, ibidem.

ROMANATVS, nummus aureus Romani Diogenis Imp. CP. imagine ſignatus. Chronicon Farfenſe apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 626. *Quod ſi haec omnia non obſeruauerint, componant auri optimi Romanatos mille.*

ROMANCIVM, ROMANE, V. *Romanus*.

ROMANIA, Romanum Imperium, apud Poſſidium in Vita S. Auguſtini cap. 30. et alios Scriptores, laudatos a Caſaubono ad Lampridium. ROMANIA et RVMANIA, praeterea

terea dictum Imperium Orientale, ſeu Byzantinum. Iornandes in Geticis cap. 23. *Weſegothi tandem communi placito Legatos ad Romaniam direxere ad Valentinianum Imperatorem.* ROMANIA, et RVMENIA, appellata etiam ea Aſiae pars, quae Graecis Byzantinis parebat, alterius partis reſpectu, quam inuaſerant Turci, quae *Turcia* dicebatur, vt docuimus ad Villharduinum num. 46. ROMANIA, quae hodie *Romandiola*, in Chronico Farfenſi p. 657. et alibi apud Otronem Morenam in Hiſt. Rerum Laudenſium p. 21. 62. 102. ROMANIAE denique nomine interdum appellantur eae Galliae partes, quae Romanis parebant, aut paruerant, reſpectu Britanniae Armoricae, in Vita S. Samſonis Epiſcopi Dolenſis in Praefat. lib. 1. num. 2. et lib. eod. cap. 60. et 61.

ROMANICE. V. poſt in *Romanus.*

ROMANINVS, monetae ſpecies, in Extrauag. Iohannis XXII. de Sentent. excommunic. V. *Romanatus*, *Romeſina* et mox

ROMANISCI DENARII, moneta argentea forte ſic dicta, quod Romani Diogenis Imp. imagine ſignata eſſet. Chronicon Farfenſe apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 398. *Ad annualiter perſoluendum argenti ſolidorum CC. denarios Romaniſcos expendibiles.* V. *Romanatus.*

ROMANITAS. V. mox in *Romanus.*

† ROMANITICVS, nummus aureus Romani Diogenis Imp. CP. imagine ſignatus. Ch. a. 1150. ap. Pez. t. 6. Anecd. Part. 1. p. 359.

ROMANIZARE. (1) *Tormentare, cruciare, affligere, trucidare*, Vguttionſ et Iohanni de Ianua; a ſaeuitia Romanorum in Martyres, vel gentes deuictas, inquit Voſſius lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 22. (2) † Fabulas ſeu hiſtorias lingua vulgari ſcribere vel narrare, in Gloſſ. Lat. Gall. Cod. 7692.

† ROMANSALIS LINGVA, vulgaris Francica in Ch. Mſ. a. 1331.

† ROMANSIVS, vulgaris, in Inuent. a. 1476.

ROMANVS. (1) *Romani* olim dicti, qui alias *Chriſtiani*, vel etiam *Catholici.* Lucifer Calaritanus de non parcendo in Deum delinq. pag. 281. *Itaque cum non eſſe verum Dei Filium dicitis, ... nos vero Romani dicimus vnius ſubſtantiae cum patre illum eſſe.* Ita etiam vſurpant Theodoſius iunior in Epiſt. ad Acacium Epiſcopum Berrhoenſem in Synodo Epheſina, et Victor Vitenſis lib. 1. de Perſecut. Vandal. Sed et haeretici ita Catholicos per contuitum indigitabant. Gregorius Turon. lib. 1. Mirac. cap. 25. *Romanos enim vocitant homines noſtrae religionis.* (2) ROMANI, veteres Prouinciarum incolae, qui Romanis olim parebant, ſic appellati reſpectu *Barbarum*, qui has inuaſerant, vt pluribus docuimus in v. *Barbarus.* Vita S. Canuti, to. 3. Iulii p. 132. (3) LINGVA ROMANA, quam gentibus domitis cum iugo ipſo Romani impoſuerunt, ait S. Auguſtinus lib. 17. de Ciuitate Dei cap. 7. maxime vero ita Galli vulgarem, et qua hodie vtimur, appellarunt, quod a Romana puriore ortum habeat. Dudo l. 3. de Moribus Norman. *Romanae ciuitas Romana potius quam Daciſci vitur eloquentia.* Statuta Synodalia Odonis Pariſienſis Epiſc. *Et ſi nunqueris diſcrete et modo debito baptizaſſe, et formam verborum in Romano integre protuliſſe, approbet ſuſum.* Albericus in Chronico an. 1177. *Multos libros et maxime Vitas Sanctorum, et Actus Apoſtolorum, de Latino vertit in Romanum.* ROMANITAS, lingua Romana ſeu Francica. Lambertus Ardenſis. ROMANS, vulgari Francorum idiomate. Liber vſuum Ordinis Ciſtercienſis cap. 93. ROMANICE, eodem intellectu. Bernardi Mon. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 47. ROMANVS, nude, vel *Romanum verbum*, lingua Francica communis. Statuta Eccleſiae Nannetenſ. apud Marten. tom. 4 Anecd. col. 931. num. 3. (4) Liber *Romane*, ſeu lingua vulgari Francica ſcriptus, quomodo Galli fabuloſas Hiſtorias vernacule conſcriptas etiamnum *Romans* dicunt. Lamber-

tus Ardenſis: *Librum, quem ab agnominatione ſuae proprietatis Silentium, ſive Romanum de Silentio nominavit.* Computus an. 1245. e Bibl. Regia: *Pro quodam Romano religando et pro hiſtorio de Retrevanx XX. ſ.* ROMANCIVS, eadem ſignificatione. Literae Iohannis Regis Bohemiae apud Baluzium tom. I. Miſcell. pag. 168. ROMANCIVM, Gallica lingua vulgaris. Sententiae Inquiſitionis Toloſ. pag. 300. et 309. ROMANTIVM, idem. Conſtitutiones MSS. Pontii Epiſc. Conferan. an. 1364. ROMANCIVM etiam appellant Hiſpani vulgare ſuum idioma, quod vt et Gallicum ac Italicum, a *Romano* ſeu Latino ſumſit originem. Fruſtra enim Biuarius in Notis ad Chronicon Maximi pag. 313. et 332. contendit, Hiſpanos ſic ſuam linguam appellaſſe, quod eam ita indigitarint Gothi Ariani, a Religione Romana, quam profitebantur. Iacobus I. Rex Aragon. in Conſtitutionibus Cataloniae MSS. *Statuimus, ne aliquis libros veteris, vel noui Teſtamenti in Romancio habeat.*

ROMARIA, Papiss: *Tremuta, Romaria.*

ROMARIVS, ſ. pro Romanus. Synodus Compoſtell. an. 1114. can. 23. *Mercatores Romarii et peregrini non pignorentur; et qui ſoliter egerit, duplet quae tulerit, et ſit excommunicatus.*

✝ ROMARVM, Roſmarinum, Gall. *Romarin*, in Ch. Mſ. ante 1305.

ROMEIVS, idem qui infra *Romeus.* Sententia arbitralis inter Abbatem et Conſules de Gimonte an. 1298.

✝ ROMENGVERIA, dumus, vepres, Gall. ol. *Ronces.* Ch. Mſ. an. 1332.

ROMENSIS, Romanus. *Papa Romenſis*, in Officio Mozarabum de S. Pelagio, tom. 5. Iunii pag. 222. *Miſſa cotidiana Romenſis*, id eſt, ex Ordine Romano ſeu Gregoriano, vt explicat Mabillonius lib. 5. de Liturgia Gallic. pag. 300. col. 2.

ROMEPENI, alias *Pening*, i. denarius: Nummus Romae pendendus, *Denarius S. Petri*, de quo plura in hac voce, Bromptonus de Offa Rege.

ROMERII, pro *Romani*, ſeu Graeci Byzantini, in Epiſtola Archiepiſcopi Bulgariae, in Geſtis Innocentii III. PP. pag. 57.

ROMERIA, ROMERIVS. Vide *Romeus.*

ROMESCOT, ROMSCOT, cenſus ſpecies, qui alias *Denarius S. Petri*, Romae pendi ab Anglis ſolitus, de quo ſupra egimus. Vox formata ex Saxonico *Scot*, *Shot*, Impoſitio, vectigal, ſymbolum. Matthaeus Weſtmonaſter. an. 794. de Offa Rege: *Ex his omnibus prouinciis dedit Rex praefatas denarium Beati Petri, vt praedictum eſt, quod Anglice Romeſcot appellatur.*

ROMESINA, monetae Romanae ſpecies, qua vtebantur Barenſes in Apulia. Falco Beneuentanus an. 1139. *Panem vnum ſex Romeſinis emebant.* Idem an. 1140. *Monetam ſuam* (Bari) *introduxit, vnam, cui Ducatus nomen impoſuit, octo Romeſinas valentem, quae magis magisque aerea, quam argentea probata tenebatur. Induxit etiam tres Follares aereos Romeſinam vnam appretiatos.*

ROMEVS, qui alias *Romipeta*, qui ad S. Petrum piae peregrinationis gratia pergit. Ita paſſim vſurpat Odo Cluniacenſis in Vita S. Geraldi Comitis lib. 1. cap. 27. 29. lib. 2. cap. 17. 23. lib. 4. cap. 22. *Romei* Italis, *Roumins* Occitanis dicuntur. *Romieus*, in Foris Beneharnenſibus tit. de poenis art. 44. Nec tantum qui Romam peregrinationes inſtituunt, ſed quiuis peregrini ita appellati. Ioann. Villaneus lib. 6. cap. 92. *Arrivo in ſua corte un Romeo, che tornava da ſanto Iacopo. Romerio*, eadem notione, in Legibus Alfonſi IX. Regis Caſtellae 1. part. tit. 24. lege 1. ROMERIA, peregrinatio, tit. 4. leg. 22. et Scriptoribus Hiſpanis paſſim. Hinc ROMEVS CAMINVS, iter quo *Romei* perunt Romam, in Pacto inter Iacobum Aragoniae Regem et Berengarium Magalonae Epiſcopum an. 1272. *Romeorum via*, in Chartulario Eccleſiae Aptenſis fol. 28. *Romea ſtrata*, in Statutis Placentiae lib. 4. fol. 38. etc. V. *Romaeus.*

ROMHONES, pro *Roihones*, Gallice *Rognons.* V. in *Roihones.*

ROMICOLA, qui Romae habitat, Iohanni de Monſteriolo in Epiſtola an. 1405. apud Marten. to. 2. Ampliſſ. Collect. col. 1336.

ROMIPETAE, ROMIPEDAE, qui Romam petunt, vadunt. Matth. Paris an. 1250. *Et ad impetrandum, Magiſtrum Leonardum Clericum ſuum, frequentem Romipedam, non ſine maximae pecuniae effuſione, ad Romanam Curiam deſtinarat.* Maxime porro ita appellati qui Romam piae peregrinationis ergo ad SS. Apoſtolos pergebant. Itinerarium Gregorii XI. PP. *Pedeſter incedis per ſcalento deſerti velut Romipeda.* Vtuntur Ioannes Sarisberienſ. lib. 6. cap. 1. Iacobus Cardinal. de Anno Iubilaeo cap. 6. et alii.

ROMIPETAGIVM, peregrinatio quaeuis fidelium. Libertates Montis-Briſonis conceſſae per D. Iacobum de Roſſilione an. 1376. to. 1. Hiſtor. Dalphin. pag. 83. col. 1. *Si contingeret dictum Dominum et ſucceſſores ſuos ire vltra mare, ſeu in alio longo et prolixo Romipetagio, etc.*

ROMIPETVS, idem qui *Romipeta*, niſi ita legendum ſit. Acta S. Benedicti Auenion. to. 2. Aprilis p. 259.

ROMITORIVM, pro *Eremitorium*, non ſemel occurrit to. 3. Monarch. Luſitanae, pag. 284. vo. et 285.

† ROMPENI, cenſus qui ab epiſcopis metropolitano penſitabatur, deinde latiori ſignif. quilibet cenſus eccleſiaſticus. Benedict. abb. Petroburg. ad a. 1191. V. *Romeſtos.*

ROMPERIVM, idem quod infra *Rupticium*, Terra de nouo proſciſſa. Charta pagi Lugdun. an. 1520. *Iuxta Romperium Domini de Charnay.*

ROMPHVS. Otto Morena in Hiſtoria Rerum Laudenſium pag. 46. *Cremenſes omneſque qui intra caſtrum Cremae erant, ſic infeſtabant* (hoſtes qui obſidebant Cremam) *quod nullus intra ipſum Caſtrum prope murum Caſtri ſe monere poterat, quem ipſi cum Romphis et lapidibus non ſenciarent. Romphi* tela erant miſſilia, quae vna ſimul cum lapidibus iaciebantur, vt patet ex contextu. Haec fere poſt Muratorium ſint, qui *Romphos cum Romphaeis ſeu Rhomphaeis*, de quibus Lexicographi, confundit, non ea quae poſt Iſidorum lib. 18. cap. 6. vulgo exponunt ſictione, ſcilicet pro framea vel altero haſtilis generis; ſed vt eſt apud Gellium to. 25. *Romphea*, vel, vt alii legunt *Rumphis*, *Genus teli eſt Thracicae nationis: pſtrumque hoc vocabulum in Q. Ennii Annalium 14.* Caeterum pro *Romphis*, ex Codice Ambroſiano *Roſis* legit idem Muratorius tom. 6. col. 1031. Malim *Romphis.*

RONA, ſ. pro *Zona.* Vide in hac voce.

RONCALLA, RONCALIENSIS CVRIA. V. *Runcalis* infra.

RONCARE, ſarrire. V. *Runcare 1.*

RONCARIA. V. in *Runcalis.*

RONCATORIVM, idem forte quod *Dormitorium* in Monaſteriis, Locus vbi *roncant* ſeu dormiunt, ab Hiſpanico *Roncar*, ſtertere, Gall. *Ronfler.* Capitulum generale S. Victoris Maſſil. an. 1312. *Camerarius clauis infirmario aſſignentur et portae fabrorum, Roncatorii; et loco portarum ciudae ſunt.*

RONCEA, rubus, ſentis, Gall. *Ronce*, in Otiomaſtico ad calcem tomi 5. Anecdotorum Martenianorum. Vide *Runcalis.*

RONCENVS, RONCENA, RONCHINVS, equi genus. Vide *Runcinus.*

RONCHARE, exſtirpare. Vide *Runcare 1.*

RONCHISMVS, ἐογχίδιον, in Glo-ſis Latino-Graecis et Graeco-Latinis.

RONCHONVS, genus haſtae ſubtilis et ſimilis falcaſtro, aptusque ad arripiendum et detinendum, Italis *Ronchione* et *Roncone.* Chronicon Eſtenſe apud Muratorium to. 15. col. 362. *Rencenis ad ſe XXX. ſunt ſimiliares armatos cum Ronchonis; e ipſe ſolus cum iſtis XXX. pedibus viriliter percuſſit contra inimicos.* Vide *Ranco.*

RONCHVS, rubus, ſentis, Gall. *Ronce*, vel Ruberum, ſenticetum, locus *ronchis* conſitus. Charta Henrici IV. Imp. an. 1115. tom. 2. Bullarii Caſin. pag. 133. col. 2. V. *Runcalis* et *Runchi.*

RONCIA, idem quod *Ronchus*, Gall. *Ronce*, rubus, ſentis. Miracula S. Walarici, tom. 1. Aprilis pag. 27.

RONCILEVS, idem quod *Ronchonus*, Falcis militaris ſpecies. Statuta Ciuitatis Aſtae collat. 11. cap. 92. Vide *Runco*.

† RONCINARI, patrocinari, vnde leg. videtur *Ratiocinari*. Append. ad to. 6. Annal. Bened. p. 703.

RONCINVS, RONCINA. Vide *Runcinus*.

RONCO, RONCONVS, ſpecies falcis militaris. V. *Runco* et *Ronchonus*.

RONCORA, Longobardis idem quod *Ronchus*. V. *Runchora* in *Runcalis*.

RONDA, vigiliarum luſtratio, Gall. *Ronde*, Ital. et Hiſpan. *Ronda*. Vide Hofmannum in Lexico.

† RONDELA, RONDOLA, piſcis genus, al. *Hirundo*, Maſſil. *Rondele*. Tract. mſ. de piſc.

† RONDELLA, circulus, annulus, Gall. *Rondelle*. Ch. Mſ. a. 1366.

RONDELLVM. (1) Tignum rotundum. Extenta iurium Comitis Sabaudiae apud S. Symphorianum de Auzone an. 1309. tom. 1. Hiſt. Dalphin. p. 98. col. 2. *Item vnum fuſtum, quod vocatur Rondellum, quod ponitur in latere raxelli, ſi ſit de duobus teyſis aut plus, debet ſex denarios.* (2) Circulus, orbiculus, Gallice *un Rond, un cercle*. Proceſſus verbalis an. 1447. de vſu pallii conceſſi Epiſcopo Aeduenſi e Chartulario eiusdem Eccleſiae. (3) † Breu[illegible] ligni truncus, in Comput. an. [illegible]03. (4) † Ornamentum capitis, a forma rotunda ſic dictum. Teſtam. Mſ. a. 1361.

RONDELLVS. (1) Capa ſine caputio, veſtis ſpecies in orbem definens, a Gallico *Rond*, Orbis, circulus. Ioannes Andreae ad Clementinam, Ne in agro: *Rondelli, qui nunc in vſu ſunt, non ſunt proprie capae; non enim habent caputium.* Vide *Rotundellus* et *Redondellus*. (2) Fulmentum candelabri, columella ſuſtinendo candelabro, Gallice *Gueridon*. inuentarium Eccleſiae Nouiom. an. 1419. (3) Muſicis Gallicis *Rondeau*, Intercalaris cantilena. Iohannes de Muris Muſicus: *Notulae rubeae allquando ponuntur in elegiis et Rondellis huc et illuc, vt ad inuicem poſſint cum aliis perfectionibus computari.* (4) † Modus agri ſeu vineae, in Ch. an. 1312. (5) † Globus, in Ch. an. 1506.

RONDOLA, V. *Rondela*.

RONFLARE, a Gallico *Ronfler*, ſtertere, ronchiſſare. Proceſſus de B. Petro Luxemburg. tom. 1. Iulii pag. 604. *Puer incipit reſpirare Ronfando ad modum hominis morientis. Dormit et Ronfat*, apud Menotum Serm. Quadrageſim. fol. 176.

RONSA, teli genus, ſi vera lectio eſt, ſed mendoſam puto. V. *Rompheus*.

RONSINVS, RONSSINVS, V. *Runcinus*.

† RONTRINVS, mendoſe pro *Ronchinus* ſ. *Runcinus*, ap. Murat. to. 4. Antiq. p. 544.

RONZARE, reſecare, recidere, Gall. *Roguer*, Ital. *Tagliare*. Statuta Montis-regalis pag. 182.

RONZENVS, RONZINVS, V. *Runcinus*.

† RONZILEA, falcis ſpecies, niſi ſit ab Ital. *Ronciglio*, vncus. Murat. to. 2. Antiq. p. 484.

† RONZINATA, *Roncinae* ſ. equae onus, in Stat. Taurin. an. 1360.

† ROORTA, ſuperior virga, qua ſepes continetur ac vincitur, tortilis ex virgultis laqueus, Gall. *Rouete*. Ch. Mſ. a. 1206.

ROPA, ſupellex quaeuis; vox Hiſpanica. Charta Iacobi Regis Aragon. aerae 1270. apud *Diago* in Hiſtoria Regni Valentiae lib. 7. cap. 24. *Promiſimus vobis . . . quod vos et omnes Mauri, tam viri quam mulieres, qui exire voluerint de Valentia, vadant et exeant ſalui et ſecuri cum ſuis armis, et cum tota ſua Ropa mobili, quam ducere voluerint et portare ſecum, etc.* V. *Roba*.

ROPIAGIVM, ſ. pro *Rippagium*, ripa, littus, ora, Gall. *Rivage*; vel tributum in ripis exſolutum, de quo dictum eſt in *Ripaticum*. Charta Caroli Regis Francorum an. 1366. apud Baluzium tom. 2. Hiſt. Aruern. pag. 446.

† ROQVA, pro *Roca*, rupes, in Ch. an. 1268.

ROQVERIVM, rupes, petra, Gall. *Rocher*. Index MS. Beneficiorum Eccleſiae Conſtant. fol. 10. vo. e Muſaeo D. de Cange. V. *Rocerium* et *Rocherium*.

ROQVETVM, ROQVVS, Vide in *Roccus*.

RORAMENTVM, puluis tenuiſſimus, qui roris inſtar capillis aſpergitur, ſeu, vt habet Laurentius in Amalthea, *Roramenta*, *auri ramenta*, *radiamenta*. Iul. Capitolinus in Aelio Vero: *Dicitur ſane tantum habuiſſe curam flauentium capillorum, vt capiti auri Roramenta reſpergeret.*

RORI, ἀκρόστολον, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Summitas ſeu ora nauis. In MS. Sangermanenſi et Regio legitur *Pori*. Vulcanius ſuſpicatur eſſe legendum *Prora*, Martinius *Roſtra*: Bayfius ἀκρόστολια opinatur *roſtra* Latinis dici.

RORIGENAE, *Rore geniti*, apud Papiam.

RORSVS, Papiae *Inſenſatus*. Ita etiam Gloſſae antiquae MSS. Videtur eſſe pro *Reuerſus* ſeu *Reuerſus*, vt *Rurſus* et *Rurſum* pro *Reuerſum*. Galli dicimus: *Eſprit renverſé*. Martinius legit *Roſcus*, *Inſenſatus*, ex eodem Papia; ſed legendum putat *Ruſcus*, a *Ruſcus*, aut quaſi rutis plenus, inſicetus.

RORTVRA, i. q. *Roorta*, in Stat. Auen. an. 1243.

ROS. (1) Lex Aleman. tit. 65. §. 31. *Si quis in genuculo tranſpunctus fuerit, aut plagatus, ita vt claudus permaneat, vt pes eius Ros tangat, quod Alamanni tandregil dicunt, etc.* Similia habet Lex Bajwar. tit. 3. cap. 12. Adde tit. 5. cap. 17. (2) *Herba, cum qua cordouanum* (ſeu corium) *paratur*; Alexandro Iatroſophiſtae lib. Paſſion. cap. 66. Statuta Maſſil. lib. 1. cap. 38. §. 2. *Addentes etiam quod nullus blanquerius audeat de cetero emere herbas incameratas ſeu mixtas, vel de eis operari, et quiſque qui cordouanum apportauerit ſine adobauerit, teneatur ſacramento, quod mittat ad minus tertium partem.douos* (melius in MS. *de Ros*) *vel de fauſil mixtum; et ſi quis contra praedicta vel aliquid de praedictis fecerit, puniatur in X. lib. Reg.* Haud ſatis ſcio an eadem notione Charta pro Communia Balneoli an. 1208. ex Schedis D. Lancelot: *Modius de Ros 11. denar. et ſumata obol.* V. *Rufus* 1.

ROSA, Chriſti ſanguis in Euchariſtia. S. Ambroſius in Pſalmum 118. initio octonarii 14. alludens ad rubeum colorem, habet: *Cernis Roſam, hoc eſt, Dominici corporis ſanguinem.* ROSA ALBA et ROSA RVBRA, factionum nomina, quae Anglicam diu grauiterque afflixerunt. V. Hofmannum in Lexico, vbi pauca minoris momenti ſubiungit. ROSA AVREA, in Dominica Quadrageſimae, in qua cantatur *Laetare Hieruſalem*, a Romano Pontifice benedici ſolita, quam ille poſt Miſſam in vrbe procedens cum Clero Romano, praefert, ac deinde magno alicui Principi, ſi praeſens adſit in Curia Romana, concedit; vel ad aliquem Regem aut Principem, vt eidem Pontifex cum conſilio ſacri Collegii placuerit, mittit. Ita Ceremoniale Romanum lib. 1. ſect. 7. ROSAS olim in hominis natali praebitas ac datas fuiſſe, docet vetus Inſcriptio 636. 12. Sic et in Vita B. Columbae Reatinae Sacerdos dicitur, celebrato ſacroſancto Miſſae ſacrificio, *ſacerdotalibus ipſius rediiſſe ad Virginem reuerentiis ſacrum Paſcha Domini eique obtuliſſe Roſarum primitias*: quem in locum adnotant Bollandiſtae to. 5. Maii p. 384.°. nota *l* poſt Academicos *de la Cruſca*, Pentecoſten paſſim vocari *Paſcha Roſatum*, quia tunc Roſae floreant, forteſſis et inuicem donari ſoleant; addem quia forteſſis *Roſae* cum *nebulis* in Eccleſiis proiiciantur, de quo ritu in *Nebula* 2. In loco tamen laudato *ſacrum Paſchae* Reſurrectionis diem indicat, vt recte monent iidem viri eruditi. ROSA vice penitentionis annuncia dat Charta Ricardi Comitis an. 24. Henrici VI. Regis Angl. apud Th. Madox Formul. Anglic. p. 126. ROSA CRVCIS, nomen Congregationis, quae ſub initium ſaeculi XVII. in Germania emerſit. Huic qui nomen dant, *Fratres Roſae Crucis* dicti, iactant ſe ſecretum non prolaturos, ſe nigro-

nigmatice ſibi inuicem ſcribunt, et Societatis leges ſe ſeruaturos ſancte pollicentur. Vide Gualterii Chronicon ſaec. XVII. cap. 18. Spondanum ad annum 1623. num. 8. et Mercurium Gallicum tom. 9. vbi quae a variis ſcriptoribus de hac fictitia ſecta dicta ſunt, accurate referuntur. ROSA FATVINA, apud Apuleium lib. de Herbar. propriet. cap. 64. ſic dicta, inquit Humelbergius, quod florem habeat roſeum, ſed inodorum. ROSA GRAECA, λυχνὶς, ἢ ῥοδοδάφνη, in Gloſſ. Lat. Gr. Aliae, Graec. Lat. λυχνὶς, βότάνη, *Roſa Graeca*, *Populia*. Roſa Graeca eſt *Lychnis* Plinio lib. 21. c. 4. ad quod Dalecampius: *Noſtri ob ſimilitudinem, quam is flos habet cum roſa, Lychnidem vocant Paſſeroſe*. V. *Roſalia*. ROSA HIERVNTINA, vel B. MARIAE, Amomum, vel Aſpalathum Geſnero. Vide Voſſium de Vitiis ſerm. lib. 1. cap. 28. et *Roſacetum*. ROSA LAVREA, ῥοδοδάφνη. Apuleius lib. 4. Met. ROSAE LIGNVM. V. *Roſacetum*. ROSA LIQVIDA, oleum roſaceum, apud Antonium Muſam lib. de Vetonica cap. 3. ROSAE PVRGATAE, quibus demtum eſt album, quod ea pars minime tenera ſit ac delicata, apud Spartianum in Aelio Vero cap. 5. ad quem vide Salmaſium et Hofmannum in Lexico. ROSA VINVM CONDITVM ab antiquis. Vide infra *Roſatum*. ROSA VIRGO, Roſa clauſa. Gloſſ. Iatricum MS. Reg. ſign. 1486. *Virgo roſa, exunguiata*. Euodius in Epiſtola ad S. Auguſtinum 258. *Ramos Roſarum virginum, ſic enim clauſae appellari ſolent, de eodem ſepulchro ſurrexiſſe vidit*.

ROSACETVM, ſeu *Roſae lignum*, odoriferi ligni ſpecies eſt, quod in Quantonia Sinenſis Imperii prouincia, Chaokina producit ad capſulas, menſas, ſedes ſimiliaque conficienda aptiſſimum, quoque vix aliud praeſtantius; coloris ex nigro rutilantis, venis quibuſdam interciſum et artificioſa benigne obſtetricantis naturae quaſi manu depictum. Aliud omnino eſt *Lignum roſae* Pharmacopolis, quibus idem ſonat, quod Gall. *Aſpalathe*, Aſpalathum.

ROSALIA, ῥοδιακὰ, in Gloſſis Lat. Graec. Gloſſ. Graec. Lat. MS. Ῥοδισμὸς, *haec Roſalia, hoc Roſalium*, in MS. Regio, *Roxalium*. Perperam in edito *Ros alia*: vbi emendandus locus alter ex eodem MS. Ῥοδοδάφνη, *taxus, lauriendrum, viburna*. Edit. *Taxus, lauria, andrum, viburna, roſa Graeca, herba ſinaria*. Memînit porro Balſamon ad Concil. 6. can. 42. cuiusdam Panegyreos, quam τὰ Ῥωσάλια appellat, et poſt feſtum Paſchatis ex praua conſuetudine, ἐν τοῖς ἔξω χώραις celebrari ſolitam ait. V. *Paſcha Roſata*.

ROSANAGIVM. Charta Fulconis Comit. Andegauenſis ann. 1028. pro fundatione Abbatiae Roncerei, apud Sammarthanos: *Hic autem Hugo dedit filiae ſuae Roſanagium huius vineae et decimam pro veſtitu*.

ROSANALIA, Luſitanis liquor ſuauiſſimus in regnis Iannan ex arboribus ſtillans, cuius meminit Auctor Anonymus Sinae et Europae cap. 34.

† ROSANVM, roſa, Ital. *Roſaio*, in Inuent. a. 1389.

ROSARIA, ſi bene interpretor, Arundinetum, iuncetum, a Gallico *Roſeau*, arundo, iuncus. Chartularium S. Vandregeſili tom. 1. pag. 151. *Controuerſia quae vertabatur . . . . ſuper terra, prato, herba, Roſariis, et omnibus viuario de Reſenchon pertinentibus tali fine ſopita quieuit*. Polyptychus Fiſcamn. an. 1235. *Radulphus de Podio debet ſex ſolidos pro Roſaria ſua*. V. *Roſcheria*, *Roſeria* et *Roſetum*.

ROSARIVM. (1) Gallice *Roſaire*, Series ſacrorum globulorum, maiorum 15. et minorum 150. intermixtorum, quos percurrunt recitando *Pater noſter*, ſi maiores ſint globuli, vel *Ave Maria*, ſi minores; in honorem ſcilicet quindecim Myſteriorum Domini noſtri I. C. quorum conſors fuit B. Virgo Maria: cuiusmodi orationis auctor fuiſſe dicitur S. Dominicus in Bulla Pii V. PP. an. 1596. vbi vſum eius auctoritate ſua confirmauit. (2). Roſarius rubus,

Gall. *Roſer*. Valerius in Epiſt. ad Ruffinum, tom. 9. Operum S. Hieronymi: *Quam illibatum ſeruauerunt vigilae, deflorauit illuſio per ſomnium, vt ſemper omne Roſarium aliquo turbine ſua purpura ſpolietur.* (3) *Pedonati*, in Gloſſis Lat. Graec. et Graec. Lat. Hortus roſarum. (4) † Locus *roſidis* ſ. arundinibus abundans, arundineum, in Ch. an. 1334. (5) † ROSARIVM et ROSARIVS, titulus multorum librorum medii aeui, inter quos celebris eſt tractatus Arnoldi de Villanoua.

ROSARIVS. (1) Qui vendit roſas. Gloſſae Graec. Lat. *Podonάλης, Roſarius*. (2) Monetae adulterinae ſpecies, interdicta in Anglia an. 1299. et 1300. V. in *Crocardus*.

ROSATA, Vide mox in *Roſatus*.

ROSATVM, nude pro *Roſatum vinum*, Roſa condirum. Lampridius in Heliogabalo cap. 19. *Roſatum ab aliis acceptum pinearum etiam attritione odoratius reddidit. Roſati et abſinthiati* rurſum meminit cap. 21. vt et Spartianus in Gordianis cap. 19. ROSATVM PASCHA, dies Pentecoſtes. Vide in *Roſa*.

ROSATVS, roſis diſtinctus, ornatus, vel coccineus. Papias: *Roſata tunica, quam feniceam, nos coccineam dicimus, ad celandum colorem ſanguinis*. Iohannes de Ianua: *Roſata, quaedam veſtis, quam Graeci Feniceam, nos Occinum* (*Coccinum*). *Hac ſub Conſulibus vſi ſunt Romani Milites; vnde Roſati antiqui* (*antiquitus*) *vocabantur*. MS Bituric. *Feniceam veſtem Graeci dicunt, quam nos Coccinum dicimus; ipſa eſt et Ruſata*. ROSVLATVS, eadem notione. Charta donationis Eccleſiae Cornutianenſis, edita a Io. Suareſio.

ROSCELLA, placentae ſpecies, eadem quae inferius *Roſola* et *Ruſeola*. Veteres Conſuetudines Floriacenſis Coenobii cap. 2. *Feria 2. Paſchae ad prandium debemus habere Roſcellas, et per totam hebdomadam pitantiam vini.*

ROSCHERIA, ſ. idem quod *Roſaria* et *Roſeria*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 235. *Dederunt monachis S. Vincentii illam partem Roſcheriarum, quam habebant iuxta fontem Sigream.*

ROSCVLENTVS, a rore, Roſulentus, apud S. Zenonem Epiſc. Veron. ſermone 3. Vide Voſſium lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 43.

ROSCVS, ruſcus myrtifolius, aculeatus, Gall. *Houx-frelon*, *Houſſon*, vel *Petit houx*. Vita Venerab. Idae, to. 2. Aprilis pag. 161. *Tam aſperrimis quoque ſpinarum virgulis aut acuminatis cuiuſpiam, quam vulgus Roſcum nominant, arbuſculae foliis omne corpuſculum . . . flagellabat aſſidue*. V. *Rorſus*.

ROSELLA, *Parua roſa*, Iohanni de Ianua. Gualuaneus Flammeus apud Muratorium to. 12. col. 1044.

† ROSELLVS, arundo, iuncus, Gall. *Roſel*, nunc *Roſeau*. Stat. Auellae a. 1496.

ROSERA, ſpecies anſeris, apud Fridericum II. lib. 1. de Venatione cap. 19.

ROSERIA, arundinetum, vt videtur, iuncetum, a Gall. *Roſeau*, arunda, iuncus. Polyptychus Fiſcamn. ann. 1235. *Tenet vnum bordagium, vnde reddit quatuor ſolidos, duas gallinas, viginti ova, et de Roſeria ſua quatuor capones ad Natale . . . . et ſecat Roſeriam et extrahit, et dominus Abbas habet medietatem*. V. *Roſaria, Roſcheria* et *Roſetum*.

ROSETA. (1) Paxillus ferreus, etc. V. *Roſetus* 1. (2) † Diminut. a Roſa, in Inuent. a. 1363.

ROSETTA, parua roſa, Ital. *Roſetta*. Annales Mediolan. apud Murator. to. 16. col. 807.

ROSETVM, arundinetum, iuncetum, a Gallico *Roſeau*, iuncus, arundo. Literae Thomae Dolenſis Epiſc. an. 1301. ex Archiuo Eccl. Dolenſis. V. *Roſeria*.

ROSETVS. (1) Seu ROSETA, Paxillus ferreus, qui extremo axi infigitur, ne elabatur rota. Anonymus in Vita S. Brigidae num. 47. *Auriga vero illius iungens currum, Roſetas oblitus eſt ponere contra rotas*. Colganus habet *Roſetas*. Vbi Chiliensis Monach. num. 48. *Neglexerat obire currum adformare*. (2) Color roſeus.

ſens. Concilium Budenſe anno 1279. cap. de Praelatis.

ROSEVM, puluis, vt videtur, corticis quernei, quo inficiunt coria. Statuta Ciuitatis Aſtae, vbi de *instratis* portarum: *Regia ad tingendum ſoluit pro quolibet rubo lib. 6. Roſeum ad coreandum coria ſoluit pro quolibet ſomato lib. 6.* Statuta Datiaria Communitatis Riperiae fol. 4. c. 12. *De qualibet ſoma . . . coriorum et pellium confectarum in Roſeo, vel in valonia et etiam maſchariciis pro introitu ſolidi ſex.* V. *Ruchia.*

ROSIA. (1) Chronicon Farfenſe apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 472. *Item pro ſolidis LX. conceſſit caſalem Triblianum cum eius Roſia et terra ad riuum Calentianum.* Ibidem col. 613. *Refutauit res de Aquanina cum podio eius et Roſiis, ab aqua Transuerſa vſque in Canas.* An idem quod *Roſetum, Roſeria,* iuncetum, arundinetum? Riuus et aqua, de quibus hic fit mentio, vtcumque ſeuent huic interpretationi, vt et vox *Rauſus*, de qua ſuo loco. V. *Roſia 1.* (2) † Pro *Roſia* vel *Ruſia*, V. in hac v.

ROSIDVS, *rore plenus*, Iohanni de Ianua. Legendum eſt *Roſcidus*, vt eſt apud Virgilium.

† ROSILLIA, maculae ſcorbuticae vel eresipelatoſae, Ital. *Roſellia, Roſolia.* Lambert. Nerden Mſ.

ROSIM, *mordaciter*, Iohanni de Ianua: *Rongeuſus, mordemus*, in Gloſſis Lat. Gall. Sangermanenſ. MSS.

ROSINOSVS. Excerpta Pithoeana: *Brumalis, Roſinoſa pluuia. Brumoſus, Annus*, (Aanoſus) *Roſinoſus.* Sed legendum eſt, vt in Gloſſis Iſidori, *Roſmoſus*; eſt autem *Roſmoſus* idem quod *Roſeus.* V. ſupra *Brumoſus.*

ROSOLA, ROSSOLA, placentae ſpecies a colore ſubrubido ſic dicta, eadem quae ſuis locis *Rubeola* et *Roſeola.* Sermo apud Apamias ann. 1322. apud Limborch. Sentent. Inquiſit. Toloſ. p. 314. *Ipſe dedit dicto Petro Tort vnum magnum cantellum de placenta et duo fruſta de Roſolas.* ROSOLIA, ROSSOLIE, eadem notione. Vſus Cukurae Cenomannenſis. Quas Galli *Ruſeolas*, ſeu *Roſſolias*, vt hic habetur, vocabant, eas Germani *Cratones* ſeu *Grapfones* appellabant, a Teutonico Krapfen, quae ipſis placentulae ſpecies eſt in altum erectae ex farina et butyro confectae. V. *Cratones, Roſcella* et *Ruſeola.*

ROSOR, qui rodit. *Mures horreorum Roſores*, S. Ambroſio Serm. 81. Iohannes de Ianua in *Roſorius: Dicitur hic Roſor, et hinc Roſorius, corroſorius, vel comprehenſorius; et hoc Roſorium, locus vbi roditur aliquid.*

ROSPVS, bufo, Italis *Roſpo.* Vita S. Petri Coeleſtini PP. tom. 4. Maii p. 453. † Eſt etiam piſcis huius nominis, V. *Erongo.*

ROSSA. Charta Henrici III. Regis Angl. to. 2. Monaſtici Anglic. pag. 911. *Et totum daylum mariſci, tam de Roſſa, quam de prato, etc.* Forte *Moſſa.* Vide *Muſſa.* Erit forte qui credat, *Roſſam* idem eſſe quod *Roſetum*, iuncetum, quod iuncos in *mariſcis* ſeu locis paluſtribus naſci notum ſit omnibus.

† ROSSATINVM ANIMAL, equus minor vel mulus, a *Rauſcinus.* Ch. a. 1476.

† ROSSELLVM, arundo, i. q. *Roſellus*, in Chartul. S. Io. Angeriac.

ROSSINVS, equus minor, V. *Rauſcinus.*

ROSSIS, vel ROSSE, V. *Rauſus.*

ROSSOLIA, placenta. V. *Roſolia.*

ROSSVM. Charta Bernardi Atonis Vicecomitis Nemauſ. ann. 1145. in Probat. nouae Hiſt. Occitan. tom. 2. col. 508. Mendum eſſe ſuſpicor in hac voce, ac forteau pro *ſextarium Roſſi* legendum vnica voce *ſextairalaico*, aut alio ſimili vocabulo, quod ius ſignificet. *Sextariatici.* Mox ibidem habetur, *excepto tamen ſextairalaico, quod nobis ſemper integrum retinemus.* V. *Sextariaticum.*

ROSSVS. (1) Ruber, Italis *Roſſo*, Gallis *Rouge.* Acta S. Antonini Archiep. to. 7. Maii p. 682. (2) Monetae minutioris ſpecies, vt opinor, forteau aereae, vnde dicta *Raſſus*, quaſi Ruber, aut Rufus nummulus. († Mendum eſſe videtur pro *Griſſus.*)

ſus.) Teſtamentum ann. 1199. apud Baluzium to. 2. Hiſt. Aruern. pag. 257. *Legaui . . . a Peyronala de Vila XX.* (*ſolidos*) *a Marieta de Niverno XX. a Bona ſeruꝛa XX. à mon chapella C. W. de Chamvers C. et I. Roſſi, alii clerico XX.*

ROSTA. Hiſtoria Corruſiorum lib. 1. cap. 7. *Iuſſit fieri Roſtam in flumine, et Paduum priuauit aqua, et ſic carnit moleudino.* Italis *Roſta* etiam eſt Aſſer in tabulato, qui annexo funi ducitur et reducitur ad mouentis voluntatem, vt ſunt illi aſſeres mobiles aquis oppoſiti in molendinis. Pro quouis aggere aquis continendis accommodo, Gall. *Ecluſe*, vruntur Rolandinus Patauinus lib. 9. cap. 9. apud Muratorium tom. 8. col. 306. *Milites quidam et pedites die X. exeunte Iulio mane inceperunt, vt Roſtam ſiue cluſum dirumperent.* Regimina Paduae ad ann. 1312. ibidem col. 429. *Patauini . . . euſtauerunt Roſtam. et operuerunt aquam malo velle domini Canis.*

† ROSTAROLVS, dimin. a *Roſtr*, Ital. ſtabellum. Inuent. Mſ. a. 1295.

† ROSTATA, pannī ſpecies videtur, in Inuent. a. 1335.

† ROSTELLVS, pars lanceae rotunda, Gall. *Rouelle*, in Lit. remiſſ. a. 1354.

ROSTER, Ῥύγχος, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Gr. Lat. Ῥύγχος, *Roſtrum.* Et inox: Ῥύγχος, *Riſtus, Ruſtrum, Roſter*, ex variis codicibus MSS.

† ROSTICVM, ager inultus, qui de nouo colendus locatur, Gall. *Roſtis.* Ch. Mſ. a. 1312.

ROSTIDVS, aſſus *Roſti.* V. in *Roſtum.*

ROSTRA CALCEORVM, acumina ſcilicet calceorum, quae ἐμβόλια Mauricio lib. 12. Strateg. pag. 203. ἀξίαι Leoni in Tacticis cap. 6. §. 26. denique Annae Comnenae πτέρνιλλοι πρόχειλματα dicuntur. Ita enim Scriptores vocant prominentes et vltra pedum longitudinem proſilientes extremas calceorum partes, in acumen quoddam deſinentes, vt ad eumdem Annam pluribus obſeruauimus. Adalbero Laudunenſis in Carmine ad Robertum Regem:

Coepit ſummus pedum cum tortis tendere Roſtris.

Boëtius ſeu auctor de Diſciplina Scholarium cap. 2. *Roſtratis tabulotisque calceis vt Regina incedere, etc.*

ROSTRARE, quaſi roſtro quaerere. Gloſſae Lat. Graec. *Roſtrat*, ἐκζητεῖ. Vulcanius corrigit *Raſtrat*; ſed nihil mutandum eſſe contendit Martinius, cui ἐκζητεῖ idem eſt quod Appetere, et *Roſtrare* idem quod Roſtro capere et appetere, vel quaerere. Hanc opinionem firmant Gloſſae Graec. Lat. vbi: ἐκζητεῖ, *Roſtrat, deſiderat, requirit.* Vox docta eſt ab auibus, vt videtur, ac fortaſſis etiam a porcis, qui roſtro querunt eſcam. Apud Plinium lib. 18. cap. 19. legitur: *In collibus transuerſo tantum monte arantur, ſed modo in inferiora, modo in ſuperiora Roſtrante vomere*, alias *Reprimente.* Budaeus *Roſtrante* exponit Roſtrum impingente: cui Harduinus addit: Vel roſtrato forte vomere dixit, hoc eſt, ſimplici, non aurito, quo vruntur in planis, auctore Palladio lib. 1. cap. extremo.

ROSTRATVM PRAESIDIVM, ex munitionibus roſtratis, id eſt, acuminatis ſeptum, apud Marchaeum de Captiu. Piſarum, tom. 19. Muratorii col. 180. V. *Roſtra calceorum.*

ROSTVLVS, perperam pro *Rotulus*, menſurae ſpecies. V. *Rocalus* 2.

ROSTVM, aſſum. Boxhornius in Lexico Priſco-Britannico: *Rhoſt, aſſum, aſſatum.* Ch. tom. 2. Hiſtor. Dalphin. pag. 311. col. 2. *Primum ferculum . . . de quarta parte vnius vitulli de cornibus porcinis recentibus in Roſto inter duos quoslibet cum ſaſſamento prout ſupra.* Charta an. 1348. apud Puricellum in Ambroſiana Baſilica p. 704. *Pullos roſtidos, et lumbulos cum panitio, atque porcellos plenos, etc.*

† ROSVLA, diminut. a Roſa. Inuent. a. 1335.

ROSVLATVS, roſis diſtinctus, V. *Roſatus.*

ROSVLENTVS, roſaceus, roſeus. Vita S. Gudwali, to. 1. Iunii p. 737.

RO-

ROSVM, Ῥόσον, in Gloſſ. Graeco. Lat. pro *Roſa*. *Roſum vnguentum*, pro *Roſeum*, in l. 21. D. de auro, argento, etc. in Cod. Florentino: *Sed et valetudinis, qualia ſunt commagena, crina, Roſa, mura.*

ROSVRA, V. *Raſura.*

† ROSVS, iuncus, arundo, in Inquiſit. a. 1268. V. *Roſellus.*

ROTA. (1) Apud Graecos genus fuit tormenti, vti docemur ex Tullio lib. 5. Tuſcul. et Apuleio lib. 3. et 10. Metamorph. Sed aliud prorſus fuiſſe ſupplicium iure contendit Caiacius lib. 3. Obſerv. cap. 28. ab eo, quod Franciſcus Rex in graſſatores inſtituit, vbi fractis membris ſeminanimes in altum elatis rotis ſupini imponuntur: cum in ſupplicio illo veterum, rei rotis alligati crudeliter torquerentur ac diſtenderentur: de quo quidem veterum ſupplicio egere alii ac inprimis Anton. Gallonius de SS. Martyrum cruciatibus cap. 2. Acta S. Iulianae Virginis et Mart. cap. 3. num. 14. Non aliud tamen fuit ferme Rotae ſupplicium ab hodierno, ſub prima Regum Francicorum ſtirpe, atque adeo poſterioribus ſaeculis, cum rei confractis oſſibus morituri, vel poſt ſuſpendium, vel capitis minutionem, rotae ad ſpectaculum et ludibrium innecterentur. Gregorius Turonenſis lib. 6. Hiſtoriae cap. 35. et Aimoinus lib. 3. cap. 52. vbi de feminis maleficis: *Alias enecat, alias incendio tradit, alias Rotis oſſibus confractis innectit.* Dimarus lib. 4. pag. 48. *Miſer captus eſt, fractisque cruribus Rotae ſuperpoſitus.* (2) Lychnuchus, in formam rotae a fornice pendens in aedibus ſacris, quem alii *Coronam* vocant. Adamnanus de Locis SS. lib. 1. cap. 6. *Cuius* (Eccleſiae) *in ſuperioribus grandis quaedam aerea cum Lampadibus Rota in funibus pendet.* Ita vſurpat S. Bernardus lib. de Vita et moribus Clericorum c. 11. (3) Pallii Eccleſiaſtici ſpecies, in formam rotae efficti, vel pallium rotarum figuris diſtinctum. Anaſtaſius in Leone III. PP. p. 143. *Fecit veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de Tyrio cum hiſtoria Crucifixi. Nec non et Rotas de chryſoclavo ornatas in circuitu de quadrapulo.* (4) In Monaſteriis Sanctimonialium, turricula lignea verſatilis, qua neceſſaria in Monaſterium inducuntur, Gall. *Tour.* Regula Sororum Minorum Monaſterii Humilitatis B. Mariae Pariſienſis dioeceſis ab Vrbano IV. PP. exarata an. 1263. (5) Inſtrumentum Muſicum. V. *Rocta.* (6) Hariulfus lib. 3. Chronici Centulenſis cap. 8. *de libris Iſidori: Etymologias, Rotarum, prooemiorum, et Rotarum et officiorum; Item prooemiorum, item Rotarum, etc.* vbi editur ad marginem, id eſt *Cantuum ſeu Hymnorum.* (7) Menſura Italica. Charta Gregorii IX. PP. apud Vghellum tom. 7. Ital. ſacrae pag. 60. *Caſei Rotarum ducentarum ſexaginta ſex, leguminum modiorum 80. riſi modiorum 19. olei Rotarum 95. ſuccari Rotarum 38. etc. Rotae cerae*, (pro Maſſa circulari, Gall. *Pain de cire*, ni fallor,) in Charta an. 1300. apud eundem tom. 4. pag. 960. (8) ROTA, ROTTA, turba, manipulus, globus hominum, Germanis etiamnum, vt et alias Gallis *Rotte*. Statuta Equitum Teutonic. art. 86. apud Raimundum Duellium tom. 2. Miſcell. pag. 62. Voſſius lib. 2. de Vitiis ſerm. cap. 17. bis habet *Rotta* hac notione ex Willelmo Brittone, pro quo Cangius legit *Rupta*. V. in *Rumpere*. ROTA PISCIVM, multitudo, vt videtur, a Germanico *Rotte*, turba. Charta an. 1087. apud Baluzium Hiſt. Tutel. col. 428. *Si quando autem Rota piſcium ingreſſa fuerit, ex ipſis quoque habebunt partem ſuam.* ROTA APIS, in Tabulario S. Theofredi Velauenſis. ROTA AVRI. Vincentius Beluac. lib. 31. c. 143. *Argentaria de Lebene quotidie valet, vt dicitur, tres Rotes argenti depurati, quae valent tria millia Soldanos, ſolutis operariis.* (9) ROTA BIBLIOTHECAE, ſ. Pluteus; in Bibliothecis enim nonnumquam habentur plutei verſatiles, quos *Rotas*, haud ita inepte, vocare potuerunt. Statuta Monaſterii S. Claudii an. 1448. pag. 52. *Statuimus et ordinamus,*

giſſimis et acutiſſimis et ignitis, et cum illis Rotellis illas animas mittebant in capite ſerpentis, etc. (3) Idem quod infra *Rotulus*, Gall. *Roulean*. V. *Rotulus*.

ROTES, Rotae. Chronicon Briocenſe ad annum 1366. apud Lobinellum to. 2. Hiſtor. Britan. col. 850. *Obſedit baſtillum de B. . . . nondum completam nec inceptam niſi de quadrigarum Rotibus, etc.*

ROTHAGIVM. V. *Rotaginm* in *Rotaticum*.

ROTHARIVS. V. *Ruptarius*.

ROTHERIVM, f. Cratícula, a Belgico *Rooſter*, Gall. *Gril*. Index vtenſilium de Ruminisco e Chartulario S. Cornelii Compendienſis: *Vna calderia et vnum Rotherium, duae forchae a fieno et vna ſecuris.*

ROTHMAGISTER, Praefectus turmae, a Germanico *Rot*, Turma, modo decem, modo centum, modo mille militum. Miracula B. Kingae Virginis, to. 5. Iul. pag. 770. Quonism hic ſermo eſt de adoleſcente magni nominis parentibus orto, *Rothmagiſtrum* Chiliarchum interpretandum putant Editores, ſeu Tribunum militibus mille praefectum, quem vulgo *Colonellum* vocitamus.

ROTHORIVM, ROTORIVM, locus in fluuio, vbi aqua diluitur, maceratur, et ſubigitur cannabis, Gallis *Rouiſſoir*, *Rohoire*, macerare, *Rouir*, *Rohagium*, ipſa maceratio, *Rouiſſement* Areſta Aſcenſionis an. 1260. in 1. Regeſto Parlamenti fol. 18. verſo. Ludewig t. 7. p. 158.

ROTHVS, RHOTVM, Nouale. Charta Germanica an. 799. apud Henſchenium in Commentario praeuio ad Vitam S. Ludgeri Epiſcopi Mimigardeuorenſis §. 4. RODVM, eadem, ni fallor, notione, in alia Charta Germanica an. 801. ibidem §. 4. *Ego Betto tradidi particulam haereditatis meae . . . in pago Nivahaim, in villa quae dicitur . . . . id eſt curtile cum adiacentiis ſuis, vno Rodo, et modico prato, et vno iurnali in terra arabili, etc.*

ROTIA. (1) Idem, vt videtur, quod *Roſia*. Chronicon Farfenſe apud Muratorium to. 2. part. 2. col. 457. (2) Alia notione. Statuta Datiaria Ripariae fol. 4. cap. 12. *De qualibet ſoma luminis feciae ſolidi duo. De qualibet ſoma luminis Rotiae penſilis ſolidi, ſolidi quinque.* Haud ſcio an *Lumen rotiae* ſit Alumen rupeum, Gall. *Alun de Roche*. Alumen lume vocant Itali, et rupem *rocca*, pro quo *rotia* facile dici aut ſcribi potuerit.

ROTIVM, († gren, V. *Roxium*.) Statuta Placentiae fol. 65. verſo: *Pro laboreno vnius paris boum vnam porcham a Rotio cum omnibus porcellis ex ea natis intra annum.*

ROTLIFER, ROTLIGER, V. in *Rotulus*.

ROTLIN, piſcis ſpecies in Actis fundationis Murenſis Monaſterii p. 50.

ROTONGIVM, V. ſupra *Rotaticum*.

ROTOGERII, iidem qui *Ruptarii*, Gall. *Roturiers*, Ignobiles. Otto Morena in Hiſtoria Rerum Laudenſium pag. 42. V. *Ruptarii* in *Rumpere*.

ROTOR, vox ignota. V. *Crebare*.

ROTORIVM, V. ſupra *Rothorium*.

ROTTA, turba, manus ſeu globus hominum. Vide *Rota* 3. et *Ruta* in *Rumpere*.

ROTTARII, ſcriptores, librarii. In Mamotrectus ad Epiſtolam Hieronymi in Prouerbia. Sed videtur legendum *Rotularii*, vel *Rollarii*. V. *Rotulus*.

ROTVLA PANIS, idem quod *Oblata*, Panis ad ſacrificium, de quo dictum eſt in *Oblata*. Laurentius in Amalthea: *Rotulae panis, Oblationes, oblatae*, ex Codice Legum Antiq. Alia notione mox occurrit in *Rotulus* 1. et 2.

ROTVLANA CVRVALICA, ſcripturae genus. V. *Scriptura*.

ROTVLARE, circuire, gyrare. Ioannes Sarisber. lib. 8. Polycratici cap. 12. *In orbem Rotulari quam incudere magis idoneus eſt.* Alia notione mox occurrit in *Rotulus*.

ROTVLARIS, ROTVLIGER, V. *Rotulus*.

† ROTVLARIVS, qui *rotulos* ſ. ſchedas et chartas ſcribit, notarius, ſcriba. Ch. an. 1305.

ROTVLVS. (1) ROTVLA, ſcheda, charta in ſpeciem *rotulae*, ſeu *rotae* con-

connoluta, vnde nomen. Fortunatus lib. 7. Poëm. 18.

An tibi charta parum peregrina merce Rotatur,

nisi quis malit Salmatii sententiam amplecti, qui a voce Latina *Rotulus* Rotulum dictum censet: est autem *Rutulus* baculum rotundum, quo cumulus mensurae demitur et exaequatur: *Rotulus* enim, seu Charta conuoluta, baculi speciem refert. Veteres *volumen*, recentiores Graeci εἱλητάριον appellarunt, Galli *Roolle* et *Rolle*, Germani *Rodel*. Eiusmodi potro chartarum volumina inter Magistratuum insignia in vtriusque Imperii Notitia conspiciuntur, vt inde liceat coniicere, horum vsum ea tempestate obtinuisse, hoc est, circa tempora Theodosii iunioris, in quae Acta iudiciaria referebant, licet etiam codicibus, qui et hic effinguntur, vterentur. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. num. 11. ait, Prophetas et Apostolos depingi solere *cum Rotulis vel libris.* ROTVLVS, ordo, series in *Rotulo* seu albo descripta, iuxta quam vnus post alterum quoddam munus obire debet. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 78. de officio Iuratorum. ROTVLI MAGNAE CANCELLARIAE dicuntur Anglis tabulae publicae, e quibus acta et decreta magnae Cancellariae recitantur. ROTVLVS CVRIAE, regestum Curiae Domini superioris, in quo descripta erant nomina, debita et seruitia vassallorum. Antiquitates Ambrosden. Kennetti ad annum 1525. pag. 396. ROTVLVS PLACITORVM, regestum curiae seu iurisdictionis, in quo referebantur lites, iudicia et decreta illius curiae. Eaedem Antiquit. ad an. 1292. pag. 321. ROTVLVS WINTONIAE, liber *Domesdei*, de quo suo loco, Angliae descriptionem, quae ab Alvredo Rege facta est, continens; sic dictus, quod Wintoniae inter caetera regni scripta et monumenta asseruaretur. Wintoniae autem exstitisse archiuum regium, innuit Giraldus Cambr. lib. 2. c. 6. ROTVLI IVDAEORVM, libri Legis Mosaicae et Talmudium, seu explicationes eiusdem legis iuxta traditiones Hebraeorum. Priuilegia Iudaeis concessa per Iohannem Franc. Regem an. 1360. apud D. Secousse to. 3. Ordinat. Reg. pag. 480. num. 27. PER ROTVLVM SEV CEDVLAM VOCARE, in Praecepto Philippi VI. Franc. Regis ann. 1344. apud de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 218. Idem quod aiunt in Parlamento *Appeller en tour de Rolle*, seu iuxta ordinem causarum discepandarum in codice descriptum. ROTVLA, pro *Rotulus*. Synodus Suessionensis ann. 853. art. 4. ROTELLA, eadem significatione. Vita S. Dunstani Archiep. Cantuar. tom. 4. Maii p. 357. ROTVLARE, in rotulum, seu in acta referre. Iter Camerarii Scotici §. 59. *Si baillini nonsfecerunt Rotulare suas Curias et assisas.* INROTVLARE, in Consuetudine Andegauensi art. 149. *Enrooler*, *Enrotuler*. Robertus Goulet in Compendio iurium et Consuetudinum Vniuersitatis Paris. fol. 12. V. *Inrotulare* suo loco. ROTVLVS, scheda, quam Monachi mittebant ad Monasteria, quibuscum erant societate coniuncti, vt mortem fratrum suorum nunciarent, conuentasque preces pro ipsis flagitarent. Consuetudines MSS. S. Augustini Lemouicens. fol. 18. V. *Brevia mortuorum* in *Brevis*. ROLLVS, idem quod *Rotulus*. Hariulfus lib. 3. c. 9. ROTVLA, eadem notione. Christophorus Sand. Hippolyt. apud Raimundum Duellium to. 1. Miscell. p. 393. Iam vero *Rotulae*, *Rotuli*, *Rollive* dicuntur hi *Breves* defunctorum, vel quod instar Romanorum voluminum voluti mitterentur et non plicati, vt vult Valesius in Notitia Galliarum pag. 430. col. 1. vel quod e *Rotulis*, vbi singula defunctorum nomina descripta erant, excerperentur. ROTVLARIVS, lator *Rotuli* seu *Brevis* defunctorum. Epistola encyclica Sanctimonialium Cadomensium de morte Mathildis primae Parthenonis SS. Trinitatis Cadom. Abbatissae, apud Mabillonium tom. 5. Annal. Benedict. pag. 690. col. 2. ROTVLIGER, eadem notione. Char-

ROYA, Pars agri amplioris in duas vel tres *Royæ* ſeu portiones diuiſi, habita terræ magis minusue feracis ratione, vt eo anno, quo vna pars ſeritur, altera requieſcat, quibuſdam *Roye*, vel *Raye*. Chronicon Bonae Spei pag. 330. *Bonarium terræ, et tres menſuras ad Royam.* Phraſis Gallica in quibuſdam prouinciis, *Trois meſures* (puta *Journaux*) *de terre à la Roye.* V. *Riga* 1.

ROYBA, f. Locus praeruptus. Correctiones Statutorum Cadubrii cap. 115. *de proiicientibus lignamina ex montibus: Volumus, iubemus et ordinamus, quod ſi aliquis ex aliquo monte vel nemore voluerit ligna aliqua proiicere, vel ex lauinali, vel ex Royba apud vias publicas, aut alibi vnde publice tranſitus fieret, teneatur et debeat quinque vicibus vociferare et clamare alta voce, cum intermallo ab vna vice ad aliam, antequam lignum aliquod proiiciat.*

ROYDAE, operae, Pedemontanis. Proſtat Iacobini de S. Georgio tractatus, de *Roydis ſeu operis*, edit. poſt tractatum de Feudis et Homagiis.

ROYSSOLA, placentae genus. Vide *Roiſola.*

ROYVS, ſtriga. Statuta Cadubrii lib. 3. cap. 78. V. *Riga* 1.

† ROZA, rubia, Ital. *Roggia*, in Pact. a. 1281.

ROZETA, idem quod *Roſetta*, parua Roſa. Inuentarium Eccl. Amicienſis an. 1444.

ROZEVGA, vox contemtus aut irriſionis. Capitulum generale S. Victoris Maſſil. an. 1312.

ROZZA, vox Italica, Gallis *Roſſe*, ſtrigoſum iumentum. Chronicon Parri d'Azarii ad an. 1362. apud Muratorium to. 16. col. 394.

RVA, platea, Gall. *Rue*. *Rua S. Germani* et *Vita S. Germani* promiſcue legitur in praecepto Caroli C. de nouo ponte ciuitatis Pariſ. an. 870. apud Baluz. to. 2. Capitularium col. 1491. Charta S. Vincentii Cenoman. *Quidam homo nomine Haimo quendam cubiculum tenebat de S. Vincentio in Ruam Haraldi, de quo duos denarios de cenſu reddebat.*

RVAGIVM, V. ſupra *Rouagium.*

RVALE, vis, plaga, idem quod nox *Ruata. Quodam Ruali intermedio*, in Schedis D. Aubret.

RVARIVS, Officium fuit in Eccleſia Collegiali S. Quintini in Viromanduis, quod et *Ruaria* dicitur in Bulla Clementis IV. PP. apud Hemeraeum in Auguſta Viromand. an. 1260. Illud fuit perpetuum, vt auctor eſt idem Hemeraeus pag. 187. qui addit, *Ruarios inter Canonicos ſortem etiam inueniſſe*, id eſt, in Canonicorum Collegio ſedem habuiſſe. Idem ſub an. 1206. ait, ſententia iudicum, a Sede Apoſtolica datorum, dictum fuiſſe, *Ruarios eſſe Eccleſiæ Clericos, et Capitulo aeque ac Decano fidelitatem iurare debere.* Ex Bulla laudata Clementis conſtat primo *Ruarie* officium a Capitulo ſolitum conferri, ſed ex praedictis vix eruitur, quale illud fuerit, et vnde nomen duxerit; niſi *Ruarius* is fuerit, qui iſtius Eccleſiae partis, quam *Ruam* ſeu *Ruë* vocabant, curam habuerit, de qua copioſe egit Cangius in Deſcriptione aedis Sophianae, vbi docuit, *Ruam* appellari veſtibulum Preſbyterii, ſeu *Bematis*, quod plateae inter Preſbyterium et Chorum formam referret. *Ruyers* enim in aliquot Conſuetudinibus Belgicis idem ſunt, qui aliis *Roiers*, quibus ſcilicet *viarum* ſeu *rugarum* iuriſdictio competit. V. Conſuetud. Seclinenſ. Berbun. Lillerienſ. nec non infra *Rugamius.*

RVATA, platea. Gall. *Ruë*. Teſtamentum an. 1398. apud Guichenonum.

RVBA. Charta Ludouici Pii Imp. (apud Baluzium tom. 3. Miſcell.) pag. 25. *Et in cubando eos, quos Porcarios vocant, et eos, qui in illa Ruba, quae eſt contra orientem, manere noſcuntur.* Videtur legendum *Ruga.* V. in hac voce.

RVBALDI, V. ſupra *Ribaldi*

RVBANVS, virga, taenia, Gall. *Ruban*, a Latino *Rubeus*, vt Menagius ſcribit. Literae patentes Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monſpelienſibus.

RVBARE, RVBATOR. V. in *Ruba.*

RVBEVS, menſurae ſpecies. Vide *Rubus* 2.

† RV-

† RVBEATA, locus rubis consitus, ruberum, in Ch. a. 1365.

RVBECVLA, *Eriphus, auis solitaria*, in Amalthea. V. Gesnerum.

RVBECVM. Rolandinus Patauinus de factis in Marchia Tarusina lib. 10. cap. 5. *Arbores incidere et Rubeca, vineas et segetes omnes.* Sed Muratorius tom. 8. obseruat in Estensi MS. haberi *Rubeta*, loca rubis consita.

RVBEDO, pro *Rubor*, vt barbarum reiicit Vossius lib. 3. de Vitiis serm. cap. 43. Vtitur Firmicus lib. 2. Astrolog. cap. 12. in Leone: *Color croceus et ad Rubedinem declinans.*

RVBELLIO, ἐρυσίη, καὶ ὁ ἐρυθρὸς, in Glossis Lat. Graec. et Graec. Lat. Rubigo.

RVBEOLA, placentae genus. V. *Rubeola.*

RVBER, Cardinalis, sic dictus in Vita S. Petri Coelestini PP. apud Muratorium to. 3. pag. 622. col. 1. quod Cardinales coeperint vti purpura in Concilio Lugdun. an. 1245.

RVBERVS, pro *Rubetum*, locus rubis consitus. Verus Charta in Chronico Laurishamensi p. 57.

RVBETVS, Gallice *Rubis*. Vide *Rubinus.*

RVBEVS, mensurae species. Vide *Rubus* 2.

RVBEVS FERAMVS, RVBEA FERA, Gallis *Beste fauve*. Lex Alamannor. tit. 99. §. 4. *Si Rubeus feramus cum ipso sagittatus est.* §. 9. *Si cum ipsa Rubea fera sagittata fuerit.* V. *Rosia* in *Rusia.*

† RVBICELLA, dimin. a *Rubrica*, articulus, capitulum. Stat. synod. Carcass. a. 1270.

RVBICVLA, Δημαγωγὸς, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Δημαγωγὸς, *Rubicula, popularis.* In Castigationibus ex MSS. *Publicola.* Heraldus, *Rabicula*, vt alibi legendum censebat.

RVBICVLVS, species piscis fluuiatilis. Angelus Rumplerus lib. 1. Hist. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecdot. part. 3. col. 433. *Ante autem omnes (pisces) excellunt, quos Rubiculos vocitant; hi enim singulis Veneris diebus tosti ac sagmine et furfure commixti apponuntur.* Haec Trutis nostris, satis conueniunt; sed nihil definio. Est piscis marinus nomine *Rouget*, Erytrinus vel Rubellio; sed hic agitur de fluuiatili.

RVBICVNDITAS, rubor, in Epistola Friderici II. Imper. apud Marten. tom. 2. Collect. Amplissim. col. 1172.

RVBIES, idem quod mox *Rubinus*, Anglis *Ruby*, Carbunculus, apud Rymer. to. 8. pag. 569. col. 1.

RVBIFACERE, rubore inficere vel Rubefacere, in Glossis MSS. a Vossio laudatis lib. 4. de Vitiis serm. cap. 22. V. *Rubricare.*

RVBIGINARE, RVBIGINARI, rubiginem contrahere, apud Marten. tom. 8. Collect. Amplissim. col. 454.

RVBINA, Canalis species. V. *Robina.*

† RVBINARE, rubefacere, in Gloss. Prouinc. Lat.

† RVBINELLVS, dimin. a *Rubinus*, Carbunculus, in Inuent. Mss. thes. Sed. Apost.

RVBINOLENTVS, rubicundus. Acta S. Francisci de Paula, to. 1. Aprilis pag. 161.

RVBINVS, ROBINVS, Carbunculus, ἀνθραξ, Gallis *Rubis*, Italis *Robino. Dedit etiam decem et septem annulos auri . . . vnum cum Carbunculo, qui vulgo dicitur Rubi*, in Gestis Gaufredi Lodun. Episcopi apud Mabillon. to. 3. Analect. pag. 390. Chronicon Mogunt. 16. *annulis Pontificales boni et magni, de Robino vnus, . . . de smaragdo vnus.* RVBETVS, eadem notione. Sugerius lib. de Administratione sua cap. 31. Salmasius contendit *Rubinum* esse *Hyacinthum* veterum, ex eorum genere quos Graeci ἑρυθρους vocant, vnde a nostris *Rubinos* dictos eiusmodi lapillos putat.

RVBISCA, auis species, eadem, vt videtur, quae *Rubecula* Gesnero. Vita S. Kentigerni Episcopi Glascuensis to. 1. Ianuarii: *Quandam auiculam, ob ruborem corpusculi Rubistam vocatam, de manu S. Seruani alimoniam accipere . . . . solitam . . . . extinguns, etc.*

† RVBISVS, i. q. *Rubinus*, in Inuent. a. 1335.

RVBIVM. (1) Annales Genuenses Georgii Stellae ad an. 1318. apud Muratorium to. 17. col. 1032. *Gulbellini quippe cerussus ob actum praemissum*

missum eum turrim habere non posse, ligneizationem et fossas mirabiles cum lapidum fractione fecerunt sub ipsa versus partem Occidentis, sub terra videlicet, in medium duarum Rubium; scilicet *viarum*, Latino-barbara locutione, vt ibi habetur in notis. (2) † Idem quod *Rubinus*, in Litt. remiss. a. 1351. (3) † Mensurae frumentariae in Italia species, Ital. *Rubbio*. Ch. a. 1352.

† RVBIVS. (1) i. q. *Rubinus*, in Testam. a. 1376. (2) Ruber, Annal. Victor. Mss.

RVBLVM, mensurae frumentariae species apud Italos. Locus exstat in *Tublium*. V. *Rubus*.

RVBOROSVM, rubor, verecundia, apud Marten. to. 1. Ampliss. Collect. p. 1508.

RVBRA MANVS, flagrans delictum, manifestum. Vide *Manus rubra* in *Manus*.

RVBRANS, rubens, ruber. *Rubranti profundo*, id est, Mari rubro, apud Alcimum Avitum, lib. 5. v. 525. Activae sumitur pro Rubrum efficiens, in Vita S. Petri Coelestini PP. ap. Muratorium to. 3. p. 637. col. 1.

RVBRICA, terra rubra, *sinopica*. Vitruuio, *Μίλτος*, in Gloss. Latin. Graec. *Rubrische*, in Glossis Latin. Gall. Sangerm. MSS. et alibi apud veteres Gallos. Vox nota Plinio et aliis hac significatione, hinque ad varias res translata. Ac primo quidem (1) RVBRICAE, tituli, seu inscriptiones, librorum et indices, legumque capita passim dicuntur Iurisconsultis, quod *rubrica*, seu terra sinopica, vel minio, solerent exarari; διὰ μίλτου ἐπιγεγραφή, in Glossis Lat. Graec. Hac notione Sidonius lib. 8. Epist. 6. etiam dixit: *Per ipsum fere tempus, vt decemuiraliter loquar, lex de praescriptione tricennii erat perquirata, cuius peremptoriis abolita Rubricis lis omnis in sextum tracta quinquennium terminabatur*. Vbi Sauaro: *Rubricis, id est, titulis, qui Rubrica minimbantur*. Hinc *Rubricati libri*, quorum capita et tituli *rubrica*, seu minio, notati sunt, apud Petronium Fragm. pag. 18. (2) RVBRICA quoque aliquando dicta est Lex ipsa integra per Synecdochen, scilicet pars pro toto, quod initium Legis rubrica vulgo notaretur. Quintilianus lib. 12. cap. 3. *Quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt, et Formularii, ac, vt Cicero ait, Legulei esse maluerunt*. (3) RVBRICA, pro Regula, in Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis, tom. 2. Ianuarii pag. 206. col. 1. Neque hic omittendum est, licet omnibus notum sit, *Rubricas* etiam dici Missalium, Breuiariorum aliorumque librorum ecclesiasticorum regulas seu leges, modum, rationem ac ritus diuini Officii celebrandi continentes: quod hae *rubricae* seu minio alias notarentur, atque etiamnum notari soleant. Vnicum refero de re notiori testimonium. Modi, seu Ritus, in coronatione Regis Hungariae obseruandi apud Ludewig. tom. 6. Reliqu. MSS. pag. 345. *Coronandus in throno, sue a sede sibi facta, flectet genua; Litanie cantantur, quibus peractis, reliqua exquiruntur iuxta Pontificalis Rubricam*. Hoc est, iuxta ritum in Pontificali descriptum. Minus noti vsus est, hoc eiusdem originis, (4) RVBRICA, pro Commentarium, memorialis liber, seu scheda, in qua quid notatu dignum refertur. Hac notione Humbertus II. Dalphinus in Ordinatione an. 1340. to. 2. Hist. Dalphin. p. 400. col. 1. Peculiarem et bene longam de variis vocis *Rubricae* significationibus adnotationem edidit Pignorius ad Historiam Albertini Mussati, in plures *Rubricas*, velut in totidem capitula, distributam. (5) RVBRICAE, verbera sanguinea. Ioannes Diaconus in Vita S. Gregorii PP. l. 4. num. 97.

RVBRICANS, rubens, rubicundus. Vita S. Catharinae Senensis tom. 3. April. p. 900.

RVBRICARE, rubrum facere, Catullo et aliis recentioribus. *Rubricare ensem*, Claudiano. Petrus Blesensis Epist. 5. *Ecclesiae dignitatem, quae gloriosus Martyr Rubricauit sanguine suo*. Ioannes de Ianua: *Rubricare, Dirigere cum rubrica et rectum facere, vel cum rubrica designare, vel rubrum facere; vnde in constructione Tabernaculi praecipitur Moysi fieri pelles Rubricatas*. Est autem Rubri-

ca,

es, eidem de Ianua, *Regula vel filum rubro tinctum, quo aliquid dirigitur; ipsa tinctio, vel terra illa rubra, vel quod fit de illa tinctura. Rubricari de cinabrio*, in Chronico Parmensi ad an. 1287. apud Murator. to. 9. col. 810.

RVBRICELLA, parua *Rubrica*, praesertim apud Iurisperitos, Capitulum libri, articulus aut paragraphus. Iohannes Berberius in Indice Viatorii vtriusque iuris: *Quartae partis vna est generalis Rubrica, scilicet de Iudiciis, sub qua continentur plures Rubricellae.* V. *Rubrica.*

† RVBRICIVS, titulus, index, capitulum, in Instr. an. 1383. V. in *Rubrica.*

RVBRICONDVS, pro Rubicundus, ruber. Chronicon Augl. Thomae Otterbourne p. 5.

RVBRICVS, πυῤῥός, in Glossis Lat. Graec. Glossae Graec. Lat. πυῤῥός, *Rufus, Rubricus, rufus, burus, burrus, rufus, fuluus, flauus.* Columella lib. 5. cap. 10. *Rubricam amurcam diluere.* Vbi tamen quidam legunt *Rubricam amurca diluere.* Idem lib. 2. cap. 10. *Exilem amat terram et Rubricam praecipue.*

RVBRVM. (1) Mensura frumentaria apud Italos. Theodorici de Niem de Vita et fatis Constantiensibus Iohannis XXIII. PP. cap. 25. *Et granum tam caro vendebatur (Romae) ita quod pro pecunia, etiam Rubrum pro vnum florenis Romanis, absque partium importunitate vix reperiebatur venale: qualem mensuram vidi pro vno floreno in eadem vrbe diuersis temporibus venundari.* V. *Rubus* 2. † Legendum videtur *Rubbum* vel *Rubium.* (2) V. *Nigrum.*

RVBTARIVS. V. *Raptarius.*

RVBVM, *Bouton*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. vbi *Rubum*, vel *Bouton* Gallicum, est Fructus rubi, Ouidio *Morum*, vt satis liquet ex voce subsequenti: *Rubus*, *Buisson Boutonnier.*

RVBVS. (1) Charta Guelphonis Ducis Spoleti ann. 1160. apud Vghellum to. 3. pag. 465. *Item largimur praefatis Canonicis 100. solidos de ripa, et Rubum de tota ciuitate, vt nemo sine eorum voluntate praesumat appendere, vel librare.* Habentur similia pag. 481. Idem esse puto quod Pondus, seu ius ponderis. Italis *Rubo* pondus est 25. librarum. Statuta Saluciarum Collat. 4. cap. 117. *Mensurae autem omnes adiustentur ad iustam mensuram Saluciarum, ita quod sextarium frumenti puri et mensurati semper reperiatur ponderis Rubborum quatuor.* (2) Mensurae frumentariae in Italia species. Aegidius Calabrigensis de S. Gregorio Episcopo Ostiensi tom. 2. Maii pag. 466. *Quotannis octo tritici Rubos Ecclesiae S. Gregorii offerunt.* Statuta Vercell. fol. 73. recto: *Si receperis molinarius sine conductor ad macinandum quartaronos sex vasos frumenti communalis et bene cribiati, sine vallati, quae fuerint Rubi decem, etc.* RVBVS, eadem notione. Acta S. Franciscae Rom. to. 2. Martii pag. 93*. RVBEVS, eodem significatu. Miracula S. Mariae Magdalenae de Pazzis num. 94. to. 6. Maii pag. 328. (3) Idem, nisi me fallo, quod Rubetum, locus rubis consitus, dumosus. Charta Bolconis Ducis Siciliae ann. 1337. apud Ludewig. to. 6. Reliqu. MSS. pag. 42. *Donamus etiam praefatae Ciuitati (Friburg.) liberum officium quod Bierschirott Amacht dicitur, et vnum Rubum liberum in omnibus messis, gadibus et greniciis, sicut iacet et iacuit ab antiquo, ad vsus proprios, sicut placet, conuertendo, eorumque pecora in dictum Rubum pellendo, sine impedimento.* (4) Raia, Gall. *Raie*, piscis notus. Vossius lib. 1. de Vitiis serm. cap. 28. eos arguit, qui Graecorum βάτον, seu βατίδα, *Rubum* cum B. Ambrosio, quam cum Plinio *raiam*, reddere maluerunt, et merito quidem.

RVCA, idem, vt videtur, quod *Ruga* 1. Platea, via, Gall. *Rue*. Praeceptum Pipini Regis an. 754. apud Mabillonium lib. 6. Diplom. p. 493.

RVCANA. V. *Racana* 2.

† RVCCHA, RVCHA, colus, Ital. *Rocca.* Tract. Ms. de re milit.

RVCENGIA. Charta Gaufredi Archiep. Burdegalensis in Tabulario S. Hilarii Pictauensis: *Clamabas . . . quod inante de Benais habere debebas talliatam suam, quantum vellet, aue-*

nas quoque, gallinas, et caseos cosdanales, chenagium, et etiam Rucengiam, canalcatam quoque et biennium quotiescumque vellet. An *Fricengia*, quod idem sit ac *Frisengagium*, de quo dictum est in *Frisinga*.

RVCEVS, *sordidus, et dicitur a Rus*, apud Ioann. de Ianua.

RVCHARIVM, vestiarium, Macris fratribus in Hierolexico, et ex iis apud Hofmannum, ex Graeco recentiori ῥοῦχον, Pannus quiuis vel quaeuis vestis. Occurrit vox ῥουχαρεῖον in Actis Concilii Florentini pag. 528. edit. Labbei et apud Codinum de Officiis Aulae Constantinopolitanae c. 5. n. 14. V. Glossarium mediae Graecitatis in Ροῦχον.

RVCHIA, cortex querneus, seu corticis quernei puluis ad inficiendum coria, Gall. *Tan*, Prouincialibus *Rasque*. Charta an 1309. to. 1. Hist. Dalph. pag. 98. col. 2.

RVCINVS, equus minor. Vide *Rucinus*.

RVCLATVM. Marcellus Empiricus c. 22. *Rasum, id est, Ruclatum, cum vino austero dabis.*

RVCLVARI, pro *Ructuari:* quod vide.

RVCTA, *vel frumen in homine, rumen in bestia, pars gutturis gurguliοni proxima*, in Glossis Isidori. *Ructa est eminens pars gutturis*, in veteri Vocabulario apud Martinium, qui suspicatur pro *Ructa* forte legendum esse *Tractus*, ex hoc Donati loco in Terentii Phormionem 2, 2. *Frumen dicitur Tractus gulae, qua cibus in alvum demittitur.* Retinet tamen *Ructa*, eiusdemque originis esse putat, cuius est *Rumere*. Quidsi a Graeco ἕκτασις, Tractus?

RVCTAMEN, idem quod Ructus. Prudentius Hamartig. v. 466.

RVCTARE, ructus emittere, proprie; improprie vero, dicere, narrare, proferre. Vita S. Petri Coelestini PP. apud Muratorium tom. 3. pag. 665. col. 2. et to. 4. SS. Maii pag. 481. Perperam in MSS. *Ruptare*, vt obseruant Bollandistae. *Ructari* dixit Horatius in arte Poetica v. 457. simili significatione. Eadem quoque notione *Ructantes decurias* et *Ructare sapientiam* habet Tertullianus. *Eructare verbum* Psalm. 18. 3. et 44. 1. *Eructabunt labia mea hymnum*, Psalm. 118. 171.

† RVCTERIVS, f. ab Ital. *Ruggire*, rugire, quod leonis est, apud Ludewig. to. 9. Reliq. p. 378.

RVCTEVS, ἐρυγή, in Glossis Latino-Graec. Aliae Graec. Lat. Ἐρυγή, *Eructatio*, *Ructeus*. Legendum et *Ructus*.

RVCTORIVM. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbae Reatinae, to. 5. Maii p. 348. *Observauit ipsam rotam in extasi, et caute supra cavillam pedis aliquid casterium casupisinatis, Ructorium dicunt;* vel potius *Ruptorium*, a rumpendo, quia curem rumpit, inquiunt Editores doctissimi, quos consule.

RVCTVARI, idem quod *Ructari*. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Ructuatur*, ἐρεύγεται. Legendum *Ructuatur*, vt est apud Martinium. Perperam in Supplemento Antiquarii, *Ructubatur*.

RVCTVRA. (1) Tabularium S. Cypriani Pictau. apud Besliun p. 359. *Tetaudus Clericus et filii eius . . . . dederunt Monachis S. Cypriani vnam Ructuram, id est, piscatoriam in pago Pictauo, etc.* Forte *Rupturam* a *Rumpere*. (2) † Clades, Ital. *Rottura*. Tract. Ms. de re milit.

RVCTVS, arbitrium, nutus. S. Cyprianus Epist. 62. *Nec patiamur errare fratres nostros et pro arbitrio et Ructu suo viuere.* V. notam Baluzii in hunc locum.

RVCVLVM, Σκυτάλη, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graeco-Lat. Σκυτάλη, *Scutula*, *Tabia*, *Reculum*, *Scutica*.

RVCVS, vestis suprema, V. *Roccus*.

RVDA. (1) Gallice *Rue*, Platea. Charta Morlanensis, apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 21. V. *Ruga*. (2) † Quarta pars aerae, pro *Roda*. Ch. a. 1153.

RVDESCOLVM, Σχοινίον, in Glossis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Σχοινίον, *Funis*, *Restis*, *Rudescolum*, *Rudens*. In MS. Sangermau. *Rudes, colum*, in Regio, *Funes, Restis, Rudes*, pro *Rudens*, vt omnino videtur; vnde et pro *Rudescolum*, legendum puto *Rudens*, quod vocabulum notum est, et *Colum*, quod hic sit Rete piscatorium funiculis con-

contextum, vt interdum ſonat a libi.

RVDIA, frutex roſas producens. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Rudiae*, ῥόδαι.

RVDIBILIS, *proprie aſinorum*, inquit Iohannes de Ianua, a *Rudere* ſcilicet, quod proprie dicitur de aſinis clamantibus; vnde *Rudibilitas* et *Rudibiliter* apud eumdem de Ianua.

RVDIBVLA, idem, opinor, quod Habena. Thwroczius in Carolo Rege Hungarorum cap. 99. *Vniuerſa namque ferramenta ſtreparum et habenarum, ſeu Rudibularum, et alia ad ipſum ſpectantia de argento inaurato . . . . exiſtebant.*

RVDICITAS, ruſticitas, inurbanitas. Iohannes de Cermenate Hiſt. Mediolan. cap. 5. apud Murator. tom. 9. col. 1231. Dicitur a *Rudis*, Imperitus, ignarus.

RVDIMEN. Gloſſae Iſidori: *Tironatum, Rudimen.* Melius in Excerptis Pithoeanis: *Tironatum, Rudimen.* Eſt autem *Rudimen* pro *Rudimentum*, vt *Tironatum* pro *Tirocinium*.

RVDIRE, erudire, docere. Gloſſae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Rudio*, Ἐκπαιδεύω. Legitur in primis editionibus Calepini, et aliquando obtinuiſſe vox *rudimentum* arguere videtur Voſſio lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 22.

† RVDIS, nouus, recens, in Act. SS. to. 5. Sept. p. 86.

RVDISTA, *Qui vel quae rudera demumo eiicis*, apud Iohannem de Ianua.

RVDITAS, inſcitia, ruſticitas. *Literatoris Ruditatem eximere*, apud Apuleium lib. 4. Floridorum.

RVELLA. (1) Parua *rua*, ſeu via, vel platea, Gallice *Ruelle*, viculus, angiportum. Charta an. 1206. tom. 2. Hiſt. Eccleſ. Meldenſ. pag. 97. *Ruella* legitur in Charta an. 1282. to. 1. Chartularii S. Vandregeſili pag. 938. ſecunda manu, vbi prima legebatur *Ruella*. (2) † Rotula, apud Guid. de Vigeu. Mſ.

RVENO, riuulus canalisue. *Ruenone intermedio*, in Schedis D. Aubret.

RVERE. (1) Proiicere, ex Gallico *Ruer*, hac notione. Tudebodus lib. 5. *Vexilla quoque, quae ſurſum erant, perforabant cum ſagittis, et aliis ludibus, et alii Ruebant Graecos ignes ſuper Caſtrum, eo quod putabant illud ardere.* (2) Euertere, Gall. *Renverſer*. Aimoinus lib. 2. de Miraculis S. Benedicti num. 25. ſaec. 4. Benedict. part. 2. pag. 382.

RVES, *Ruina*, in Gloſſ. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. et Iſidori. Gloſſ. Graec. Lat. πτῶσις, ἐπὶ ἀκοδομῆς, *Ruina, Ruïs.*

RVETA, i. q. *Ruella 1.* parua *rua*, viculus. Ch. Mſ. a. 1287.

RVFARIA. Guibertus lib. 1. de Vita ſua c 20. agens de famulo, cui Monachus quidam pecuniam, inſcio Abbate, commiſerat, ait: *Depoſita illa Rufaria apud ſe repoſita dicit.* Non video ſatis, quid proprie ſignificet haec vox *Rufaria*, niſi ſit monetae genus ex auro, quod a *rufo* ſeu flauo dictum fuerit *rufarium*.

RVFATVS, *Sanguine cruentatus*, Papias.

RVFEOLA, RVFELLA, panis ſeu placentae ſpecies, *Rougeolle* Picardis, quod colore ſubrubido ſit. Vdalricus lib. 2. Conſuetud. Cluniac. cap. 4. *Pro ſigno Rufeolarum, vel, vt Theutonici loquuntur, Cratonum, praemiſſo ſigno generali panis, ſimula cum duobus digitis illas minutas inuolutiones, quae in eis ſunt factae, ex ea parte, qua ſunt complicatae, et quaſi rotundae.* (Eadem habet Bernardus Monachus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 17. Sed S. Wilhelmus lib. 1. Conſtitut. Hirſaug. cap. 9. pro *Rufeolarum* habet *Raſeolarum*.) vbi Liber Ordinis S. Victoris Pariſienſis MS. habet *Ruſſellarum*. V. *Roſeolus*, *Roſcella* et *Roſola*.

RVFFIANI, vox Italica, *Lenones*, apud Mamotrectum ad Legendam S. Luciae, qui *inſtitores libidinis* Valerio Maximo lib. 6. cap. 1. num. 6. *Vitiorum inſtitores* Quintiliano decl. 260. *Productores*, *conciliatores*, aliis: *Ruffarum* ſcilicet, ſeu meretricum, quibus capilli flaui ſeu rufi, cum matronarum nigri eſſent, vt obſeruarum a Fr. Pithoeo et Wouereno ad Petronium, et aliis criticorum filiis. Aliter tamen de vocis origine cenſent Iacobus Bourgoing de Origine et vſu vulgarium vocum pag. 57. vt et Ferrarius in Origin. Italicis, quos conſule, ſi tanti eſt.

RVFELVRA, plagæ leuis. V. *Rifflura.*

RVFIA. Charta Alamannica 58. ex Goldastinis: *Hoc est aure et argento solidos 70. et camalles 5. cum saumas, et Rufias, et filtres cum stradura sua ad nostrum iter ad Romam ad ambulendum.* Idem videtur quod *Volsura*: sic autem, si bene coniicio, vocat hæc Charta pelles, a quibus euulsi sunt animalis pili. Est enim *volsura*, τίλμα, in Gloss. Graec. Lat. alibi exponitur ἔγκαυμα. ROFIA, in Tabulis fundationis Monasterii B. Mariæ Santonensis an. 1047. in Regesto 114. Tabul. Regii Ch. 239. et apud Marcam lib. 1. Hist. Beneharn. cap. 12. *Damus . . . decimas decimarum totius Insulæ Olarionis, exceptis parochiis S. Georgii ad luminaria altaris, et, decimam Rosiarum, cervorum, cervarumque, quae in ipsa Insula capta fuerint ad librorum vel suras.* Vbi *rusiae* et *rosiae* videntur sumi pro pellibus *rufearum* seu *rubearum ferarum*, scilicet cervorum et cervarum, ad libros tegendos et compingendos. Edita porro eadem Charta apud Sammarthanos in Abbatiis pag. 598. pro *Rufiarum* perperam *Rosiarum* praefert, (vt et noua Gall. Christiana to. 2. Instrum. col. 480. obseruato tamen in Onomastico a Cangio emendari *Rosiarum.*) V. *Rubeus feramus.*

RVFVS. (1) Herba inficiendis rubro colore vestibus, in veteri Charta apud Columbum, quae *Roux* dicitur in alia Guidonis Fulcodii, apud eumdem lib. 3. de Episcopis Vasion. num. 5. Glossae MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam lib. Passion. cap. 66. ad haec verba: *Rore, quo Gotti utuntur: Ros, quo utuntur Gasti, sit de herba, quae vulgo vocatur Rufus, quae crescit in terra Gothorum.* Infra: *Ros quo Goti* (sic in MS.) *utuntur, est herba cum qua cordeanum paratur.* Vbi per *Gothos* Occitani intelliguntur. Herbam hanc esse *Cotinum* Plinii quidam volunt, de qua ille lib. 16. cap. 18. Sabaudi *Rufiet* vocant, alii *Rhu*, propter vsum in tinctura, Itali *Rosa*, et *Scotano*, atque *Rosolo*, in Apennino, quia Corticis vsus conchylii vice, ramorum vero, quia ligni interioris aureus color, ad lanei tinctorem. Haud satis scio qua notione Charta ann. 1252. apud Columbum in Genealogia Siminianea pag. 592. *Habent capam olei et eminam bladi et salis et Rufi et ius puniendi eos, qui in praedictis falsitatem commiserint.* (2) Wilelmus Tyrius lib. 14. cap. 1. de Fulcone Rege Hierosol. *Erat autem idem Fulco vir Rufus, . . . fidelis, mansuetus, et contra legati illius coloris, affabilis, benignus et misericors.* V. Gen. 25. v. 25. et Martialem lib. 12. Epigrammate 54. in Zoilum. (3) † Piscis genus, to. 6. Iul. p. 481.

RVGA. (1) Platea, vicus, Gallis *Rue.* Papias: *Rugae, Romae, semitulae.* Vbi pro *Rompe* legendum *Rumae*, ex Graec. ἑύμη. Vetus Glossar. Lat. Gr. cap. de Ciuitatib. *Platea, ἀγυια. Ruga, ἑυμὴ* Charta Roberti Regis Francise apud Doublerum pag. 826. Erymon a *Rugis* seu sulcis in fronte quidam accersunt, quod id efficiant in vrbibus, quod rugae in fronte. Octauius Ferrarius a *Corrivio*, in voce *Corrobio.* (2) Vox frequens in Ordine Romano, et apud Anastasium in Vitis summorum Pontificum, tametsi de genuina eius notione vix constet. Caesar Bullengerus *in marmore vel metallo striae, canaliculae, sulcos Rugarum instar, quae in senum fronte contrahuntur, vel tabulas ex auro et argento rugosas et striatas* interpretatur. Vide Salmasium ad Tertulliani Pallium pag. 335. sed procul a vero abesse virum erudirum, plus satis ostendunt horum verba, ac primo Ordinis Romani, quo loco enarrans, vt Pontifex finita sacra Liturgia in Secretarium redit, haec subdit: *Tunc septem cereostatae praecedunt Pontificem, Sub-Diaconus Regionarius cum thuribulo ad Secretarium; . . . post eos Bajuli, post eos Cereostatarii, post quos Acolythi, qui Rugam conservant, post eos extra Presbyterium Cruces portantes, deinde Mansionarii iuniores, et intrat in Secretarium.* Anastasius in Stephano IV. *Fecit et Regulares argenteas super Rugas, per quas ingrediuntur ad altare.* Locos alios ex pag. 108. 112. 121. et 124. dedit Cangius in Descriptione sedis Sophianae num. 73. vbi

ubi dixit, per *Rugam* videri intelligi viam in ipsa aede sacra ante Presbyterium, qua in illud pergit Pontifex, sacra facturus. Videat lector, an coniecturam hanc probet ex his, quae ibi obseruauit. Vide *Ruarius*. Occurrit eadem vox *Ruga*, incerta notione, in Chronico Cremonensi apud Muratorium to. 7. col. 633. vbi gesta quaedam strictim omnino referuntur. Sic ad annum MCXCVII. *Quando tempus Rugarum fuit*, nihil prorsus addito, vnde lux affulgeat.

RVGADIVM, RVGADICVM, tributi species apud Dertonenses in Italia. Charta ann. 1183. apud Vghellum tom. 4. pag. 862. *Vt habeatur Rugadium in omnibus in supradictis locis, et de eorum curtibus Rugadicum est duo solid. de vno quoque pari boum, et de illis, qui habent vnum, et eorum qui laborant cum sapa 12. denarii per singulum annum, etc.* V. *Plateaticum* et *Ruga* 1.

RVGARE, denunciare, a Germanico *Rugen:* quod idem significat. Butchius de Reformatione Monasteriorum cap. 19. apud Leibnit. to. 2. Scriptor. Brunsuic. pag. 814. sq.

RVGATVRA, plicatura, qua pannus seu vestis in rugas conuoluitur. Papias: *Supera Rugaturae dicuntur panni.*

RVGATVS, in rugas contractus. Vox nota Plinio aliisque.

† RVGERIA, canalis, riuulus, in Ch. a. 1466.

RVGETVS, rubicundus, Gallice *Rouge*. Miracula S. Antonii de Padua, tom. 2. Iunii pagina 738.

RVGHA, idem quod *Ruga* 1. Plateae. Constitutiones Frederici Regis Siciliae cap. 116.

RVGIA. (1) Canalis, riuus, riuulus. Statuta Mediolanensia 2. part. cap. 245. (2) Pro platea vox eadem occurrit lib. 7. Statutorum Vercell. fol. 150. recto. (3) Forte Rubia, Ital. *Roggia*, Gall. *Garence*. Modus exigendi gabellam ponderis ad calcem Statutorum Saonae: *Pro quibuscumque generibus specierum, seu aromatum et dragariarum, videlicet saccorum, Rugiae, teste, vichiellarum, gallarum, corallorum, cardeghi, ischae elefantis . . . soldum vnum.*

RVGINOSVS. (1) Ferruginus. Vita B. Aegidii, to. 3. Aprilis pag. 224. (2) In rugas contractus. Coel. Aurelianus lib. 1. de Morbis acutis c. 11.

RVGIRE cerui dicuntur. Gloss., Gr. Lat. Ἔλαφος κράζει, *Bardit, Rugit.* Lex Longob. lib. 1. tit. 19. §. 13. Sic etiam forrean legendum in Lege Alamannorum tit. 99. §. 1. *Si quis bisontem, bubalum, vel cervum, qui grugit, fraueris, etc.* Vbi MSS. alii habent *brugit*, editio vero Tilana, *gringit.* Est autem ceruorum RVGITVS, qui vulgo Gallis *Rut*, Aristoteli ὄχευσις, qui per duos fere menses durat, et incipit a festo S. Catharinae. Idem ait, rugitum ceruorum incipere mense Boedromione, ac desinere Maemacterione, ac per totum Pyanepsionem, qui inter eos menses medius est, durare. Id tempus ipsa voce *Rugitus* designat Fulbertus Carnot. Epist. 102. RVGIRE praeterea dicuntur animalia, cum ruminant et remandunt, in quibus sunt etiam cerui, vt refertur Plinius lib. 10. cap. 73. Fleta lib. 2. cap. 76. §. 8.

RVGNARIVS, idem forte qui supra *Ruarius*. Ordinarium Laudunense apud Marten. de antiqua Disciplina in diuinis Officiis pag. 95. Vt *Ruarius* a *Rua*, sic *Rugnarius* a *Ruga* fingi potuit.

RVGOSITAS, rugarum contractio proprie, et per metaphoram austeritas, Tertulliano de Patientia cap. 15.

RVGVLA, parua ruga, seu plica, Iohanni de Ianua. Vide alia notione in *Ruga* 2.

† RVGVLVS, modulus, exemplar, in Stat. Pistor. an. 1107.

RVHA, idem quod *Rua*, Platea, vicus, Gallice *Rue*. Tabularium S. Vincentii Cenoman.

RVIBRIS, qui rubra facie est, Gall. *Face rouge*. Cognomen fuit Alani Ducis Aremoricae, in Instrumento an. 1558. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 305.

RVINARE. (1) Ruere, labi, cadere. Acta Franciscae Rom. to. 2. Martii p. 170*. (2) Actiua significatione, demoliri, destruere, disturbare, Gall. *Ruiner*, Ital. *Ruinare* et *Ruinare*. Acta B. Gerardi, to. 1. Iunii p. 769.

RVINATIO, ruina, deſtructio. Vitae Patriarcharum Aquileienſium apud Muratorium to. 3. Anecdot. p. 246.

RVINOSVS, Rolandinus Patau. de factis in Marchia Tarviſina lib. 6. c. 5. apud Muratorium tom. 8. col. 257. *Sciebant enim ſe omni anno, in die de Coena Domini, anathematizatum Romae coram multitudine Ruinoſa, quae illic tali die colligitur de diverſis regionibus mundi.* Sed videtur omnino legendum *numeroſa.*

RVISELLVS, riuulus, Gall. *Ruiſſeau.* Ch. a. 1257. to. 4. Hiſt. Harcur. p. 1654. V. *Ruiſſellus.*

RVISETVM, pro *Ruſſetum*; quod videſis.

RVISSELLVS, idem quod *Ruiſellus*, Riuulus, in Charta an. 1467. ex Schedis D. Aubret.

RVLLA, Plinio, et RVLLVM Columellae, vt plures volunt, Inſtrumentum ferreum quo vomis detergitur, Gall. *Curette.* Gloſſae Lat. Graec. *Rullam*, χωρικὴ, ἀγροικος. Aliae Graec. Lat. χωρικὴ, *Rullam.* Et alibi ex variis MSS. Αγροικος, *Rullam*, *ruſticus*, *ruſticanus*, *agrarius*, *a*, *um*, *villanus*, *ruſticus*, *ruſticae.* Haec indigent medica manu. V. Voſſium in Etymologico v. *Rullus.*

RVLLVS, Αγύρτης, in Gloſſis Lat. Gr. Aliae Gr. Lat. Αγύρτης, *Circulator*, *Rullus*, *mendicus*, *praeſtigiator.* Vulcanius mallet *Medicus* quam *Mendicus*; non male: nam Medici circumforanei ſunt ἀγύρται, vt habet Voſſius in Etymologico; vbi tamen addit: Sed quid haec ad *Rullum?* Quare ei videtur pro *Mendicus* ſcribendum *Ruſticus*, pro Αγύρτης vero ſcribendum Αγρότης, quod Heſychio idem eſt atque Αγροικος, *Ruſticus.*

RVMANIA, V. *Romania.*

RVMARE. (1) Ruma ſeu mamma alere. Gloſſae Lat. Graec. et Gr. Lat. *Rumat*, ἐμβρωματίζει, dat cibum. Et alibi: *Rumo*, Θηλιάζω. Martinius emendat Θηλάζω, quod in iisdem Gloſſis exponitur *Lacto*, *fugo*, *lacteo.* Θηλάζειν modo de nutrice mammam praebente dicitur, vt Luc. 11, 27. et 23, 29. modo de infante lac ſugente, vt Romulus et Remus Θηλάζοντες τὸ θηρίον, apud Plutarchum in Romulo. (2) *Rumores facere vel afferre*, Iohanni de Ianua; V. *Adrumare.* (3) † Pacte, in Stat. Taurin. a. 1360.

RVMBARE, cum ſtrepitu, dirumpere, euertere, ſi bene interpretor, ab Italico *Rombare*, crepare, ſtrepere. Chronicon Tarviſinum apud Murator. tom. 19. col. 765.

RVMBOLVS, funda, Gall. *Fronde*, Italis *Rombola.* Agnellus in Vita S. Demiani Epiſcopi, ap. Muratorium tom. 2. p. 155. col. 1. Vide mox *Rumbula.*

RVMBVLA. Caeſarius Heiſterbacenſis lib. 7. c. 45. *Ipſam iconam* (Deiparae) *reſpiciens . . . indignans ait, Vt quid hic ſtat vetus haec Rumbula?* Et mox: *Quia Domina illa vocavit me veterem Rumbulam.* Qua voce deſignari putant verulam, putidam aut infamem foeminam. Carolus Macer in additionibus ad Hierolexicon Dominici fratris Veneficam intelligit, quod veneficae mulieres rhombis vterentur ad deducendum Lunam tortis filis confectis. Vel *Rumbulam* intelligit Mulierem, quia rhombum tractat, machinulam nempe, quam vertendo feminae tractant et lanificium nent. Ideo *Rumbulo* Meliſſenſibus Turbo dicitur, quia filo involuitur ad inſtar rhombi textrini; vnde *Rumbulos* etiam vocant houncriones puerosue, cum inſtar turbinum quaſi verticoſe ſeſe agunt praeſtantia et praeſumtione.

RVMRVS, pro *Rhombus*, vt puto, piſcis marinus, Gall. *Turbot.* Codex MS. Conſuetudinum Eccleſiae Coloc. *Quando Rumbus datur, tunc Celerarius et Pincerna dant Dominis prae plures Domini ſunt in domibus.*

RVMENIA, V. *Romania.*

RVMENTA, fem. gen. Purgamenta, Gall. *Ordures*, *Balieures.* Statut. Placentiae lib. 4. fol. 45. recto.

RVMENTVM, eadem notione. Statut. Maſſil. lib. 4. cap. 2. §. 1. Feſtus *Rumentum* reddit *Abruptio.*

RVMICA, Κόκκυξ, in Gloſſis Lat. Graec. et Gr. Lat. Coccyx, cuculus.

RVMICESTRI, V. *Rumigeſtri.*

RVMIFER, qui fert rumores et bona. Epiſtola an. circiter 1220. apud Baluzium tom. 2. Miſcell. p. 262.

RVMIGARE, ruminare, Gall. *Ruminer.* Papias: *Ruma*, *gula*, *vnde Rumigare.* Apuleius lib. 4. Metamorph.

Tum

Tunc ventri tam profundo ſeruienti; ſam ferme tertium qualum Rumigabam. Licet ἀναλογίως nitatur, vt et *Ruminare*, eo nollet vti Voſſius, vt ipſe ait lib. 4. de Vitiis ſerm. cap. 22.

RVMIGER, idem quod *Rumifer. Rumigera loquela*, in Epiſtola Caroli M. ad Offam Regem Merciorum apud Baluzium tom. 1. Capitul. col. 276.

RVMIGERARE, *rumores gerere*, Iohanni de Ianua. Feſtus habet, *Rumiſans*, *Rumigeratur*. *Rumiferare* dixit Plautus Amphitr. act. 2. ſc. 2.

RVMIGERATIO, latio rumorum, fama. *Infamis Rumigeratio* apud Lampridium in Heliogabalo cap. 10.

RVMIGERVLVS, *gerens rumores*, Iohanni de Ianua.

RVMIGESTRI. Gellius lib. 10. cap. 25. *Lanceo*, *ſpari*, *Rumigeſtri*, *falces*, *tragulae*, *frameae*. Scaliger lib. 4. Coniectan. ad Varr. ſuſpicatur reponendum eſſe *Runcaſtri*, vel *Rumiceſtri*; Turnebus vero, *Rumae*, *ceſtri*; felicius, vt puto, Lipſius lib. 1. Elect. cap. 7. *Spari*, *Rumices*, *trifaces*, obſeruato in veteribus MSS. legi *faces*, non *falces*. Sunt autem *Rumices*, iacula, de quibus meminit Lucilius. Feſtus: *Rumex*, *genus teli*, *ſimile ſpari Gallici*.

RVMINARE, cibos in rumen reuocare, Columellae, Plinio aliisque; vnde per translationem Repetere, in memoriam reuocare, mente reuoluere, Gallis *Ruminer*. Hac metaphorica notione legitur apud Nonium ex Varrone, Terrullianum de Reſurr. carnis cap. 37.

RVMINVM, Ἱμάτιον κάτω ἔχον πορφύρεον, in Gloſſis Lat. Graec. Veſtis ſubtus habens purpuram. Eadem habentur in Gloſſis Graec. Lat.

RVMONIARE, idem quod *Ruminare*, improprie tamen; canes enim, vnde ſequens ſimilitudo ducitur, non ruminant proprie, ſed euomunt et repetunt vomitum. Chronicon Modoetiae apud Muratorium tom. 12. col. 1184.

RVMOR. (1) Pro *Rheuma*, fluxio, vt videtur viris doctis. Vita B. Godehardi Epiſc. tom. 1. Maii p. 515. num. 43. Forte legendum eſt *humorem*, vt ſuſpicatur Mabillonius ſaec. 6. Benedict. part. 1. p. 419. (2) Auctor incertus inter Agrimenſores: *Secundum loci Rumorem*, *quod interpretatur*, *ſecundum loci obſeruationem*. (3) Turba, tumultus, iurgium, Gall. *Bruit*, *tumulte*, *trouble*. Chronicon Parmenſe apud Muratorium tom. 9. col. 847. 851. RVMORIZARE, *rumorem* ſeu tumultum excitare; vnde *Rumorizatus*, turbatus, tumultuoſus. Annales Caeſenates ad an. 1326. apud Muratorium tom. 14. col. 1145. RVMORIZATOR, qui *rumorem* ſeu tumultus excitat. Iidem Annales ad annum 1309. ibidem col. 1131. (4) † Clamor ad perſequendum crimine reos, in Stat. ant. Florent.

RVMPERE, terram, agrum proſcindere, arare. Chronicon ann. 1196. ex paruo Chartulario S. Victoris Maſſil. fol. 188. *Item ſuper gaſto*, *quod Ruperat W. Bernardi*, *etc.* Et infra: *Ita quod defenſum ibi nullum ſit*, *excepto eo*, *quod ibi Ruptum vel excultum eſt. Rupta terra*, in Charta an. 993. e magno Chartulario eiusdem S. Victoris fol. 23. vo. V. *Ruptura*.

RVMPIA, romphaea. V. *Romphus*.

RVNA. (1) Papias: *Runa*, *pugna*, *Runata*, *pugnata*. Vguitio: *Runa*, *i. ſtipula*, *vel pugna*, *vnde runatus*, *procliatus*. Adde Gloſſas Iſidori. Vide Feſtum, qui habet: *Runa genus teli ſignificat. Ennius: Runata recidit*, *id eſt pilata*. Hinc Martinius legendum cenſet apud Papiam: *Runa*, *pilum*. *Runata*, *pilata*; ſcilicet, vel a ῥύω, tueor, quod eo ſe defenderent: vel a *ruo*, quod *Runa* aliquid ruatur, ſeu ſternatur, in ruinam detur. Certe pila muralia erant, quibus quatiebant muros, vt ruerent. (2) RVNAE, literae, ſeu characteres antiqui Gothici, quos quidam Odino, alii Fimbulo, plures alii tribuunt Vlfilae Epiſcopo Ariano. Sed antiquiores ſunt, vt euincit Olaus Wormius, qui monumenta Runica vulgauit a primis Chriſti ſaeculis lapidibus inſculpta, longe ante Vlfilam, quem circa tempora Valentiniani et Valentis Imperatorum vixiſſe teſtantur Socrates l. 4. cap. 33. Sozomenus lib. 6. c. 37. aliique. Gothicum alphabetum cum Runico contulit Franciſcus Iunius in praefatione ad librum argenteum, in quo liber Euangeliorum Gothicis

literis aegeneris deſcriptus eſt. De literis Runicis conſulendi Scriptores iam ſupra laudati in voce *Alyrunnae*.

RVNCA, idem quod mox *Runcalis*. Charta Conradi Imper. ann. 1027. apud Vghellum to. 4. p. 1484. Macris fratribus in Hierolexico *Runca* dicitur ferreum inſtrumentum, ſeu farculum, quo ſentes et herbae *runcantur* aut euelluntur.

RVNCALIS, RONCALIS, RONCARIA, ager incultus, *runcandus* a noxiis et inutilibus herbis et ſentibus: *Runcare* enim Latinis eſt purgare agrum a ſentibus, quas inde *Roncer* vocant Galli. Vide Edwardum Cokum ad Littletonem ſect. 1. Diploma Ayſtulphi Regis Longobard. ann. 753. apud Vghellum in Epiſcopis Mutinenſibus: *Quod ſi in ipſis ſiluis aliquis Roncare fecerit, aut ſi peculia pabulauerit, etc.* RONCALIA, locus et planities porrectior circa Padum, non procul ab vrbe Placentia, ſeu *inter Placentiam et Cremonam*, vt habet Otto Morena in Hiſtor. Rer. Laudenſium, vbi Imperatores Occidentis Curiam ſuam generalem cogere ſolebant, cum *transalpinabant*, ſeu in Italiam proficiſcebantur. *Roncalienſis Curiae* mentio eſt paſſim apud Scriptores, ex quibus docemur. Conuentum fuiſſe generalem indictum *pro iuſtitia ac pace regni componenda*, vt eſt in Legibus Longob. lib. 3. tit. 9. §. 9. Conradus Vſperg. in Friderico 1. Glaber Rodulphus in Praefat. ad l. 4. Hiſt. *Roncaliam*, quaſi *Curiam Gallorum* corrupte dictam vult, eamque *in deſcenſu Alpium* ſtatuit, id eſt, ad Padum, iuxta Placentiam, vbi exſtitit Roncalienſis campus, qui eam appellationem accepit, quod *Roncalis* eſſet, id eſt, inultus et ſentibus obſitus, quae vis eſt vocis, vt ſupra obſeruatum. Ita etiam de eodem vocis etymo Conſtitutio Caroli Craſſi Imp. an. 884. *Cuicumque ſecundum hanc legem expeditio imperetur, ſi ad Curiam Gallorum. hoc eſt in campum, qui vulgo Runcalle dicitur, dominum ſuum non comitetur, etc* Vide Diſſertationem Andreae Riuini de Majumis, Maicampis et Roncaliis, quas cum aliquot aliis Diſſertationibus rariis edidit Graeuius ann. 1716. Vltraiecti. RVNCORA, RONCORA, in Chartis Longobardicis, paſſim. Charta Deſiderii Regis in Bullario Caſinenſi tom. 2. pag. 14. *Terra, ſilua, Roncora, et prata inſimul ad menſura inſta, etc.*

RVNCARE. (1) *A terra herbas diu innatas vel arbores euellere*, apud Papiam. Rurſus apud eumdem: *Runcare, a riure aliquid innatum occare, id eſt, exſtirpare, vnde etiam Runciuare.* Habet Iſidorus lib. 17. Orig. cap. 1. *Runcatio eſt a terra herbas euellere; nam rus terra eſt.* A *riure* deducunt Perottus et Marinius. Ille ſcribit: *Runco eſt erua, euello; vnde Runcatio, euulſio inutilium herbarum et veprium.* Gloſſae Graec. Lat. Βοτανίζω, *runco, eruuco.* Βοτανίζει, *ſarit.* Βοτανίζειν, *herbare.* Adde Latino-Graec. Scriptores de re ruſtica vocem hanc vſurpantes non ſemel. RONCARE, eodem intellectu. Statuta Caſtri Redaldi fol. 20. verſo. RONCHARE, eadem ſignificatione. Statuta Cadubrii lib. 2. cap. 126. (2) *Sonitum de naribus emittere*, in Gloſſis Arabico-Latinis; Rhonchos edere, *Ronchiſare.* Plauro, ſterrere, Hiſpan. *Roncar*, Italis *Ronfare*, Gall. *Ronfler*, Graec. Ῥέγχειν. Gloſſae Gr. Lat. Ῥογχάζω, *Runcino*; Ῥογχάζει, *Runcinat*: vbi legendum videtur *Ronco*, *Roncat*. Ῥόγχος, *Ronchus*, ibidem. Male in Gloſſis Lat. Graec. *Runcino*, ξογχύλω, pro ξογχάζω. Acta S. Bardonis Archiep. to. 2. Iunii p. 316. V. *Rhonchare.*

RVNCARIVS. (1) Idem quod *Runcalis*, ager incultus, *runcis* ſeu rubis plenus. Charta an. 837. apud Meichelbeck tom. 2. Hiſt. Friſing. p. 309. (2) RVNCARII, Haeretici, Valdenſium et Paterinorum aſſeclae, de quibus Reinerus contra Valdenſes cap. 4. et 6. vbi de eorum opinionibus, et Pilichdorffius lib. contra Valdenſes c. 12. Dictos videri a *Runcalia* opinatur Gretzerus in Prolegom. cap. 4. forte quod in *Runcalia* primum viſi. A *Runcaria*, villa ſic dicta, vult Reinerus c. 6. ſed malim ſic appellatos, quod in agris incultis et *Runcariis* vt plurimum degerent.

RVN-

RVNCI, sentes, Gallis *Ronces*, spinae, vel sentes, quae *runcari* solent. Charta ann. 1235. apud Vghellum tom. 7. p. 1449. V. *Ronchus* et *Runcus*.

RVNCIARE, idem quod *Ronchi*. Relatio S. Walarici.

RVNCIARE, pro *Runcinare*, V. *Runcina* 1.

RVNCILVS. Domesdei tit. Essex: *Silua 20. perc. 10. agrarum prati, 2. Runcili, 4. aralia, 23. porci, 50. oues, etc.* Spelmannus idem cum *runcino* seu equo putat: ego vero malim *Runcilum* idem esse quod *Runcalis*.

RVNCINA. (1) *Instrumentum fabrorum*, Papiae. Idem: *Runcina, remota rura*. Varro lib. 5. de Lat. Lingua cap. 10. *Runcinare a Runcina, cuius origo Graeca ξύγχος*. Glossae Lat. Graec. *Runcina, ξυκάνη. Runcinae, σκέπαρνα*. Aliae Graec. Lat. Ρυκάνη, *Tribula, Roncina, Runcina*. Ρυκανίζω, *Runcio*, male pro *Runcino*. Ρυκανίζει, *Runcinas*, ibidem. Et alibi: Σκέπαρνον, *Ascia; σκεπάρνα, Runcinae*. Iohannes de Ianua: *Runcina est quoddam instrumentum lignarii gracile et recuruum, quo carpuntur tabulae domus, vt vna alteri connectatur; de quo Esaiae XIV. Artifex lignarius extendit normam, formauit illud in Runcina, etc.* Miracula S. Amelbergae Virg. tom. 3. Iulii p. 111. *Pater eius tanto tempore cum Runcina sua vellens auenam, etc.* Id est, cum sua falce messoria. S. Augustino lib. 4. de Ciu. Dei cap. 8, *Runcina* dicitur Dea Paganorum, quae frumentis *runcandis* praesidebat. *Runcinatus* legitur supra in voce *Incastraturae*. (2) Equa. V. mox *Runcinus*.

RVNCINELLVS, diabolus. V. *Runciae*.

RVNCINVS, equus minor, gregarius, Gall. *Roncin*, *Roucin* vel *Roussin*, Cambro-Britannis *Rhwnsi*. Quidam vocem ab Teutonico *Ross*, equus, deducunt; alii a Theutonico *Ruyn*, et *Ruynen*, castrare, runcinos dictos volunt, quasi runcini fuerint cantherii. Domesdei, in Monastico Anglic. tom. 3. p. 306. *Nouem auersii, 2. Runcini, 27. porci*, 100. *oues*, etc. Occurrit ibi pluries. Interdum accipitur pro equo nobili ad vsum militarem, quod optime aduertit Alexander Tassonus Annot. sopra la Crusca Boccace Theseid. l. 6.

ROCINVS. Charta Aldegastri, filii Sylonis Regis Ouetensis ann 781. apud Sandouallium. ROSSINVS, apud Gariellum in Episcopis Magalon. p. 221. et in sententia Nauarri Episc. Conseran. ann. 1208. apud Marten. tom. 7. Amplissi. Collect. col. 95. RONCENVS, eadem notione, Nicolao de Iamsilla de Gestis Friderici II. Imp. apud Murator. to. 8. col. 514. et in Statutis Montisregalis p. 268. RONZENVS, in Statutis Narnienfibus, inter Acta SS. Maii tom. 1. p. 396. RONCHINVS, apud Lambertum Ardenfera p. 158. et Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 70. RONSINVS, in Statutis Arelat. MSS. art. 37. in Charta ann. 1380. ex Archiuo S. Victoris Massil. et alibi passim. RONZINVS, in Bulla Alexandri III. PP. apud Franciscum Mariam in Machiki lib. 3. p. 122. ex Italico *Ronzino*. RONSSINVS, in curia generali Catalaniae an. 1359 ROVCINVS, in Statutis Humberti Belliioci ann. 1333. apud Acherium tom. 9. p. 185. ROVSSINVS, in Testamento ann. 1397. ap. Marten. tom. 1. Anecd. col. 1633. SERVICIVM DE RVNCINO, V. *Seruitium*. RONCINA, RONCENA, equa, femina *runcini*. Litterae Humberti Dalphini apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. p. 280. num. 32. *Videlicet a quolibet tenente boues aratorios, roncinos et Roncinas, vel asinos vel asinas, mulos et equos, etc.* In Statutis Montis-Regalis p. 268. habetur *Roncena*.

RVNCO, RONCO, Papiae, et Ioanni de Ianua, Falcis militaris species, ex Italico *Runchione* vel *Roncone*. Academici Cruscani: *Roncone, arme d'asta corta e adunca per isterpare*. Lego in Edit. an. 1691. *Ronca, Arme in asta adunca, e tagliente, Lat. Sparus, Runcina*. Et mox: *Roncone, strumento rusticale di ferro, maggior della ronca, e senz' asta*. Sanutus l. 2. part. 4. c. 8. *Dictum nauigium Ronconibus et longis lanceis, atque lanceis cum rampiconibus, sine vncis in capitibus, optime fulciatur.*

Vbi

Vbi *lanceae cum ronconibus*, videntur eae, quas *lanceas falcatas* vocat Fulbertus Carnot. Epist. 45. Vide *Falcastrum*, *Ronchonus*, *Runcora* in *Runcalis* et *Villani* initio. RONCONVS, eadem notione. Statuta Castri Redaldi fol. 39. verso.

RVNCORA, ager dumosus, V. *Runcalis*.

RVNCVLEVM, γένος δρεπάνου, in Glossis Lat. Gr. et Graec. Lat. Falcis genus. V. *Runco*.

RVNCVS, sentis, rubus, Gall. *Ronce*, vel potius Senticetum, rubetum, locus rubis plenus. Testamentum ann. 1184. apud Murator. delle Antic. Estensi p. 326. V. *Runchi*.

RVNDVLA, piscis species, Rumplero lib. 1. Histor. Monasterii Formbac. apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 433.

RVNIA. V. *Runa*.

RVNIAE LITERAE. V. *Runae*.

† RVNSATVS, inutilibus herbis et sentibus obsitus, i. q. *Runculis*, in Ch. a. 1120.

RVODA. Lex Saxonum et Angliorum tit. 2. §. 1. *Qui nobilem occideris, 840. sol. componas, Ruoda quod dicitur apud Saxones 120. sol. et interpremium 120. sol.* Vbi observat Lindenbrogius, *Ruod* et *Rod* Saxon. crucem significare. Sed quid ad compositionem 840. sol. nisi ea compositione eiusmodi criminum rei se a crucis poena redemerint? Neque enim coniecturam Spelmanni quisquam probet.

RVPA. (1) *Ex utraque parte acuta*, in Glossis Isidori. Pro *acuta* legitur *cauata* in Constantiensi. Martinius coniicit scriptum fuisse *Rupta*, ἀπόξεσμις, Praeruptae petrae: qua significatione saepius occurrunt *Abrupta* et *Praerupta*. V. *Rupina*. (2) Forte idem quod supra *Roba*, vestis talaris, Gall. *Robe*. Acta S. Bernardi, tom. 1. Iunii p. 792. *Et quod per tactum vnius petiae Rupae bonae memoriae domini Bertrandi . . . erat fanata*. (3) Piscis albus paulo maior gordione, Belgis *Roche*. S. Willelmus lib. 1. Constitut. Hirsaug. cap. 8. *Pro signo Rupae, generali signo praemisso, saxi signum adde*.

RVPARE, idem quod supra *Robare*, praedari, spoliare, Italis *Rubare*, Gall. *Dérober*, *Piller*. Apud Muratori tom. 8. col. 1109.

RVPASTES, *flagellum*, apud Vguticnem.

RVPER, ligni genus. Statuta dativa Riperiae fol. 5. vo. *De quolibet vase doarum laresi, castaneae, Ruperis, albarae et cuiuslibet alterius ligaminis, de septem quartis pro introitu den. 8.*

RVPES, idem quod *Mota*, de qua voce supra egimus, castrum, castellum, domus praecipua domini feudalis. Vetus Charta in Tabulario S. Nicolai Andegauensis: *Geraldus Monachus, qui mecum habitat in Rupe mea*. V. *Rocca*.

RVPEX, rusticus, Lucilio apud Festum in *Squarrosi*, a rupis asperitate propter impolitiam et duritiem sic dictus, vt *Petro* a petra. Vtuntur Gellius lib. 13. cap. 9. Tertullianus de Pallio cap. 5. de Anima cap. 6. et Apolog. cap. 21. *Rupico* dixit Apuleius lib. 1. Florid. eadem notione. Vide infra *Rupix*.

RVPIA, sutor. Glossae Lat. Gr. et Gr. Lat. *Rupiam*, ῥαπεύς. Emendo *Rupia*; Salmasius vero *Rupiam* ad Historiam Augusti pag. 511. sed, vt mox *Rupiare*, pro fuere, sic *Rupia*, pro sutor, dici potest. *Rupiare*, fuere. Glossae Lat. Gr. *Rupiit*, ἔραπτε ὑπηνίῳ, hoc est, fuit subula. Adde Glossas Graeco-Latinas.

RVPICO, rusticus, Vide in *Rupex*.

RVPINA, loca montana. Glossae Isidori: *Rupina, abrupta montium*. Charta Alrici Episc. Astensis an. 1029. apud La Chieza in Historia Ecclesiae Pedemontensis: *Cum . . . . pascuis, silvis maioribus, cum areis, molendinis, piscationibus, alpibus, rupis, Rupinis et paludibus, terris cultis et incultis*. V. Vossii Etymologicon in *Rupes*.

RVPITANI, dicti *Domusiuae*, qui Romae morabantur, quod in rupibus et in montibus conuentus suos agerent: vnde et *Montenses* appellati, apud S. Augustinum lib. de Vnitate Ecclesiae cap. 3. de Haeresibus c. 69.

RVPIX. Saluianus lib. 1. de Gubern. Dei: *Adde . . . loquentem cum Mose dominum, legem diuino ore resonantem, incisas Dei digito litteras, Rupices paginas, saxeum volumen*, etc.

ere. Hoc eſt, lapideas tabulas, vt ſatis patet; ſed malim a recto *Rupex*, quam a *Rupix* deriuare. V. *Rupex.*

RVPLVS, Στρογγὺς γαλεάγρας καὶ ἀποψήκτιον, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Στρογγὺς γαλεάγρας, *Ruplas.* Et alibi: Ἀποψήκτιον, *Ruplus.* In Supplemento Antiquarii legitur *Rupus*; ſed legendum eſt *Rutulus*, pro *Rutulus*, vt in Caſtigationibus habetur. Vide Salmaſium ad Hiſtoriam Auguſti p. 437. et Martinii Lexicon in *Ruplus.*

RVPPO, V. *Ruſco.*

RVPS, *Rupis*, Κρημνὸς, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Κρημνὸς, *Praeceps rupes*, *rupes*, *Rups*, *rupis*, *praeceps.*

RVPTA. (1) Terra culta, ager nuper proſciſſus, i. q. *Ruptura* 1. Ch. a. 1009. (2) Ruptariorum cohors, apud Wilh. Brit. V. *Ruptarius.* (3) Clades, Ital. *Rotta*, Gall. *Deroute.* Bonincontrus lib. 3. cap. 28. (4) Foſſa. Chronicon Eſtenſe ad annum 1309. apud Murator. tom. 15. col. 367. (5) † Via in ſiluis, i. q. *Rotta.* Ch. Mſ. a. 1334. (6) † Platea, vicus, Gall. *Rue.* Inquiſit. a. 1351.

RVPTARE, pro *Ruſtare.* Ibi vide.

RVPTARIVS. (1) Idem q. *Rupturarius*, in Ch. a. 1220. (2) *Ruptarii* poſtmodum dicti praedones ſub XI. ſecul. ex ruſticis potiſſimum collecti. Matth. Par. 1250. RVPTARII apud Marten. t. 1. Anecd. p. 967. V. *Rupta* 2.

RVPTICIVM, terra de nouo proſciſſa, nouale, in Ch. a. 1183. V. *Rumpere* et *Ruptura.*

RVPTIO, diruptio. Vlpianus leg. 27. Dig. ad Leg. Aquiliam §. 17. *Lex Aquilia eas Ruptiones, quae damna dant, perſequitur.*

RVPTVRA. (1) Ager recens proſciſſus, i. q. *Rupticium.* Ch. a. 819. (2) Cenſus qui ex *Rupturis* his percipitur, in Notit. a. 1072. (3) Tenerurae ſpecies, Gall. *Roture*, vox quae feudo opponitur. Lib. Chirographor. Abſiae. V. *Rumpere* et *Rupturarius.* (4) Diruptio; hinc *Ruptura caſtri*, *curtis* dicitur, cum quis effringit domum in caſtro ſitam vel curtem, in easque violenter ingreditur, vt aliquid diripiat contra leges. Literae Bartholomaei de Roya Camerarii Franciae ann. 1220. ex Archiuo Sangermanenſi. (5) Argentariae diſſolutio, inopiae facta creditoribus denuntiatio, Gall. *Banqueroute*, Ital. *Bancarotta*, quaſi *Banca rupta.* Statuta Genuae lib. 1. cap. 8. *Magiſtratus Ruptorum ſit iudex omnium et ſingularum cauſarum Ruptorum ſeu rumpentium, tam in dominio quam extra occaſione Rupturae et dependentium ab ea, et inter Ruptos et creditores ac debitores . . . et in omnibus dependentibus, annexis et connexis, comprehenſis vxoribus, participibus rationum, ſeu ſocietatum, et aliis quibuscumque, etiam hypothecariis ac priuilegiatis, et occaſione eiusdem, vsque ad illud completum excluſiue.* V. *Ruptus* 1. (6) Hernia. Bulla Innocentii III. PP. an. 1204. apud Vghellum tom. 1. part. 1. p. 233. Galli *Rupture* dicunt eadem notione. V. mox *Ruptus.* (7) † Actio perrumpendi aciem. Tract. Mſ. de re milit. (8) † Via in ſiluis, Gall. *Route.* Ch. a. 1301.

RVPTVRARIVS, colonus qui agrum ſ. terram *rumpit*, colit. Ch. a. 1180.

RVPTVS. (1) Creditorum fraudator, aut decoctor, qui diſſoluit argentariam et foro credit, Gall. *Banqueroutier.* Conuentiones Ciuitatis Saonae ann. 1334. p. 40. V. *Ruptura* 3. (2) Hernioſus et ramicoſus, Graecis κηλήτης, apud Apuleium de Virtutibus herbarum cap. 24. V. *Ruptura* 6.

RVPVS, V. *Ruplus.*

RVPVTATIO, mendoſe, V. *Reputatio* 2.

RVRAE, *rupes*, *vel petrae*, in Gloſſis Lat. MSS. Bibliothecae Regiae Cod. 1013.

† RVRALITAS, ruſticitas, inſcitia, in Ch. a. 1363.

† RVRALITER, rure, in campis, in 4. Collect. Hiſt. Franc. p. 449.

RVRASTER, V. *Rureſter.*

RVRENSIS. (1) Campeſtris, ruſticanus. Miracula S. Dympnae, tom. 3. Maii p. 487. (2) Qui ruri habitat, ruſticus. Georgius Chriſtianus tom. 1. Rerum Mogunt. p. 681. col. 1. ex Miſcellis.

RVRE-

RVRESTER, Ἀγροικικὸς, in Glossis Lat. Gr. Alias Graec. Lat. Ἀγροικικὸς, *Rusticola*, *Rurester*. In MS. Regio habetur *Rurester*. RVRISTVS, Ἀγροῖκος, in iisdem Glossis Lat. Gr. Alias Gr. Lat. Ἀγροῖκος, *Rullam*, *Ruresius*, *rusticanus*, *agrarius*, *a*, *um*, *villanus*, *rusticius*, *rusticus*, *rusticae*, e variis Codicibus.

RVRICALIS, rusticanus, campestris, in Charta ann. 1351. apud Rymer. tom. 5. p. 729. col. 2.

RVRICOLA, praediolum, in Historia Translationis S. Guthlaci num. 17. V. *Casalis* in *Casale*.

RVRICOLANS, ruricola. Guibertus Monachus in Miraculis S. Rictrudis, tom. 3. Maii pag. 127. col. 1.

RVRICVLVM, paruum praedium, *Ruscalum* Gellio lib. 19. cap. 9. Monasticum Anglic. tom. 1. p. 20. col. 1.

† RVRICVS, ruricola, t. 6. Aug. p. 612.

RVRINA vel RVSINA, dea paganorum, cui rura commicti somniabant. Vide S. Augustinum lib. 4. de ciuitate Dei cap. 8.

RVRITIA, idem, vt videtur, quod Rus, ager, seu territorium. Chartularium S. Vandregesili to. 1. p. 409.

RVRIZ, species siliginis, apud Saxones. *Tres mensurae siliginis, qui dicitur Rurix*, in Charta Henrici Ducis Saxoniae, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. p. 237.

RVRLIATVM. Compertus an. 1202. apud D. Brussel ad calcem tom. 2. de Vsu Feudorum pag. CCVII. *Pro Rurliato vinarii Gornaci reparando XXVII. s. et dim. Pro relaxo et pro nane Gornaci paranda*, etc.

RVRSCVS, Μυξοπάχυδερμος, in Glossis Lat. Graec. et Graec. Lat. Legendum est *Ruscus* vel *Bruscus*.

RVS, pagus, regio, territorium, Gregorio Turonensi, vt obseruat Valesius in Praefatione ad Notitiam Galliarum p. X. qua etiam notione, ni fallor, Acta S. Cassiani Confess. apud Illustr. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortae p. 352.

Coepit iter gaudens, et amore Dei proficiscens,
Linquens Aegyptum, petiturus Rus Eduorum.

Posset intelligi ipsa ciuitas Eduensis, ad quam venisse S. Cassianum narratur infra. Pro vico sumitur in Vita S. Gerii, tom. 6. Maii pag. 160. *Venientesque ad locum, qui dicebatur Columbario, vbi Rus sine villa aliquantum habitantium sub pakariis seu casinis*, etc.

RVSANTE, *pallio Roseo*. Papias MS. et editus. Putat Martinius, g Gallico more pronunciatum in fibilum abiisse, proindeque *Rusante* scriptum esse pro *Rugante*, vt apud Plautum *Rugae pallium*.

† RVSARE, remouere, amandare, Gall. ol. *Ruiser*. Litt. remiss. Mss. a 1361.

RVSATVS, V. *Rosatus* et *Bugus*.

RVSCA. (1) Cortex Italis, praecipue pomorum. Scriptor vetus Vitae S. Lupicini Abbat. Iurensis n. 2. *Si vero vis frigoris sese ingessisset asperior, habebat ad propriae staturae mensuram in modum cunae decorticatam ex arbore Ruscam, atque vtrique capiti ex eodem cortice assuta closeria: Hac paruula ad prunas secrete diuque tosta, aut imbi participato aliquantisper tepore, quietis aut cubitum illico sub ascella, in oratorium quietus astrexit.* Chronicon Modoetiense apud Murator. tom. 12. col. 1147. *Deo dante, et meritis S. Iohannis adiuuantibus, faciam eis, quod illa terra fiet arbor coopertа de bona Rusca, ferens fructum.* Statuta Ciuitatis Astae de intratis portarum: *Rusca solvat pro quolibet modio sol. 1.* Intelligo puluerem quernei corticis ad inficienda coria, Gall. *Tan*, vt et in Consilio Massiliensi an. 1329. MS. *Rusca e Massilia et eius districtu non extrahatur.* Armorici corticem vocant *Rusk*, et Cambro-Britanni *Risg*. V. *Ruscatium* et *Ruchia*. (2) Alia significatione. Synodus Exoniensis an. 1287. *Et quia decimae debentur de . . . herbis hortorum, apibus, iumentis . . . pannagiis, aliis caeduis, Ruscis, foeno, herba*, etc. Gall. *Ruscher* vocant aluearia, apiarium, qua notione *Rusca* sumi videtur in hac Synodo, vt RVSCIA, in Monastico Anglic. tom. 2. p. 986. *Decimam de agnis, de caseis et velleribus, de porcellis, et de pannagio, et de*

de vitulis, et de Ruſchis et de ſaldranis, etc. Habetur in Charta alia, quam profert Spelmannus. Apium cubile voce *Ruſca* reuera intelligendum eſſe, confirmant Charta an. circiter 1080. e Tabulario S. Albini Andegau. *De tabula aut e ruello cerae, vnum obolum. De Ruſca, vnum obolum.* Aliae ex eodem Tabulario: *Sanaricum ortulanum diſtrinxerunt pedagiarii Ebardus et Caluinus propter Ruſcam de apibus, quam portabas ad Salum-murum.* Chartularium Kemperleg. *In loco Thadei menſura mellis, quam vulgo Ruſcam vocant.* Vide Thomam Blount in Nomolexico Anglicano, et ſupra vocem *Heſtba*, vbi *Ruſca butyri* memoratur pro certa butyri quantitate ſeu maſſa *ruſcam* apium forteam referente. RVSCARIA. Vide Edwardum Cokum ad Littletonem ſect. 1. pag. 5.

RVSCARE, Italis, abradere, auferre, hic exſtirpare, diruere. Petrus Azarius de Bello Canepiciano, apud Muratorium tom. 16. col. 433.

RVSCARIA, Vide in *Ruſta 2.*

RVSCATIVM, puluis corticis quernei, quo inficiuntur coria, Gall. *Tan.* Statuta Saluciarum collat. 3. cap. 92. V. *Ruſca 1.*

RVSCHA, alueare, *Ruche.* V. *Ruſca 2.*

RVSCHVM, aleae iactus. Telomonius apud Leibnitium tom. 2. Scriptorum Brunſuic. pag. 91. *Quam ciso itaque luſer Ruſchum aequale, quod eſt, quando omnes tres decii aequalem oculorum numerum reportant, ex fortuna proieceris, mox rem capitem lucrabitur.*

RVSCINIVS, Μυλάκινος, in Gloſſis Latino-Graecis et Graeco-Latinis.

RVSCO, Κάσκγος, κάβαγος. *Ruſco, raporaſco, κάσκγος, κάβαγος*, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graec. Lat. Κάσκγος, *Ruſco, ruppo, raporaſco.* Et alibi: Κάβαγος, *Ruſco, ruppo, raporaſco.* An ſcriptum fuit *Rupex, Ruſco*, Αγροικος, κάφης, ἄγριος, vt ſignificetur homo ruſticus, iners, ferus et incultus? inquit Martinius, qui et aliud diuinat in has voces perobſcuras, vt videre potes in eius Lexico. V. *Ruſcus.*

RVSCOSVS, ruſco plenus, V. *Ruſculum.*

RVSCVBARDVM. Charta Ioannis Archiepiſcopi Cantuarienſis; *Et ſpecialiter decimas arundinis, Ruſcubardi, et ſiluae caeduae quandocumque exciſae intra fines et limites ſeu decimationes Capellae de Northborue, etc. Ruſk* Anglis eſt iuncus.

RVSCVLVM, *parum rus*, Iohanni de Ianua. Gellii eſt. V. *Ruriculum.* Habet idem de Ianua: *Ruſcus, a Rus, Quoddam ſpinoſum genus fruticis; vnde hic Ruſculus: et hinc Ruſcum vel Ruſculum dicitur, quod colligitur vel congregatur immundum in terra, vel ad damnum* (*dandum*, vt in alio Vocabulario) *pullis vel igni. Vel dicitur a Rus; inde Ruſcoſus, ſpinoſus, immundus, ruſco plenus.* Nota ſunt Latinis *Ruſcus* vel *Ruſcum* pro myrto ſilueſtri.

RVSCVM, quoduis immundum, vt videtur, e *ruſco* ſimilibusue fruticibus collectum. Statuta Mutinae fol. 52. cap. 36. in Additionibus: *Prohibemus etiam, quod aliquis poſſit proiicere immunditias, Ruſcum, vel aliquod terrenum in dicto canali.* V. ſupra *Ruſculum.*

RVSCVS, *ſordidus*, apud Papiam et in antiquo Lexico, quod laudat Martinius in hac voce. Suſpicatur hic Lexicographus, *Ruſco*, de quo paulo ante dictum eſt, pro inerte, fero et incúlto fumtum ex *Ruſcus* dici potuiſſe, ſiue hoc deduxeris a *Ruſcus*, myrtus ſilueſtris, quae planta eſt ſpinoſa, aſpera et rudis, ſiue a *Rus*, quod incultum eſt.

RVSELLVS, apud Spelmannum ex Willelmo Armorico lib. 1. Philippidos p. 108.

Arbitrio Comitiſſa ſuo punire Ruſellum.

Vbi fruſtra quaerit, quid ſit *Ruſellus*, cum codex a Ducheſnio editus habeat *Miſellum.*

RVSEVS, Vide ſupra in *Rubricus.*

RVSINA, dea ruris. V. *Rurina.*

RVSMA, metallicum pſilothrum Turcis maxime vſitatum: de quo plura Martinius in hac voce, ex Bellonio lib. 3. Obſeruat. cap. 33. Incertum eſt etymon.

RVSPARE, V. mox in *Ruſpaticum.*

RVSPATICVM. Bulla Honorii III. PP. an. 1217. apud Vghellum tom. 1.

part. 1. p. 298. in Alban. Episcop. *Tam in Comitatu, castellania, et moneta, quam fidelitatibus hominum fuouris, bannis, placitis, plateatico, guerra, pace, hoste, caualcada, glandatico, herbatico, Ruspatico, pratis, vineis, nemoribus, etc. Ruspare* pro *Rustare*, quod est rubos et sentes, seu rusta vellere, dixit Terrullianus lib. de Pallio cap. 2. *Itaque cogitans omnia sibi domum, intelligens alibi stipantem copiam, alibi deferentem, runcare atque Ruspare consuluit.* Pro *Ruspare* quidam legunt *Rustare*: quod vide infra. Glossae Isidori: *Ruspantur, perquirunt anxie.* Hac notione *Raspari* dixerunt Accius apud Nonium et alius Poeta apud Festum. V. *Raspare*.

RVSPIDVS, impolitus minimeque laeuigatus. V. locum in *Limpidare*.

RVSPINARE, manibus fricare, terere. Glossae Lat. Graec. et Graec. Lat. *Ruspinat*, χειρότριβει.

RVSPVS, ruber, Ital. *Rosso*, Gall. *Rouge*, si bene coniecto. Modus exigendi gabellam ponderis ad calcem Statutorum Saonae: *Pro quibuscumque generibus specierum, seu aromatum et drogoriarum, videlicet zuccarorum . . . masticis, granae pulueris, granae cremexilis, verdeti, brazilis, sinapis, argenti viui, olei linoſae, gummae bianchae et Ruspae, a ciuibus Saonae ſoldum vnum et denarios nouem, a forenſibus vero ſolidos et denarios tres pro centenario.*

RVSQVEIARE, *ruscum* seu corticem de arbore detrahere, decorticare. Sententia arbitralis inter dominos et incolas Calliani an. 1497. V. *Ruſca* 1.

RVSQVETVM, idem forte quod *Ruſculum*, paruum rus, vel locus *ruſcis* seu myrtis plenus. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. p. 681. *Quinque virgas in campo de Angulo . . . in Ruſqueto Guilleberti Rouſſel dimidiam virgam, in Ruſqueto Roberti Benart, etc.* Haec vox etiam duci posset a *Ruſca*, Gall. *Ruche*, apium aluus, et si vera esset haec origo, *Ruſquetum* idem esset quod aluearium; sed haec notio non videtur conuenire loco citato.

RVSSATVS, ruber, coccineus. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 22. *Ruſſata* (vestis) *quam Graeci Phoenicean vocant, nos Coccineam, reperta eſt a Lacedaemoniis ad celandum cruoris ſimilitudine ſanguinem, quotiens quis in acie vulneraretur*, (ne) *contemplanti aduerſario animus augeſceret. Hac ſub Conſulibus Romani vſi ſunt milites, vnde etiam Ruſſati vocabantur. Solebat enim* (f. etiam) *pridie quam dimicandum eſſet, ante principia poni, quaſi admonitio et indicium futurae pugnae.* Hunc militarem habitum respexit Tertullianus de Corona cap. 1. vbi de Christiano milite scribit: *Sanguine ſuo Ruſſatus, ſpe calceatus.*

† RVSSELLATA, mensurae annonariae species, eadem quae Gall. d. *Ruche*. Ch. a. 1254.

† RVSSELLVS, riuulus. Ch. a. 1319.

RVSSETVM, pannus vilior, rufei seu rufei coloris, quem Galli *Roux*, Angli *Ruſſet* dicunt. Statuta Hospitalis S. Ioannis de Noringham in Anglia: *Regularem gerant habitum, ſcilicet de Ruſſeto, et de nigro panno.* Hinc emendanda Charta Henrici Regis Angl. an. 1155. apud D. Bruſſel to. 2. de Feudorum vsu pag. V. ad calcem, vbi legitur, *Vna latitudo pannorum cunctorum et Ruiſetorum*, etc. Legendum est *Ruſſetorum*, vt *supra* habetur in *Hambergetus*.

RVSSIVM, V. *Reſſium*.

RVSSOLEMBVS, muliebre vestimentum. Miracula S. Seruatii Episcopi Traiectenſ. tom. 3. Maii p. 220. *Vnus autem eiusdem Ducis ſericum quoddam permirandae pretioſitatis de Sancti armario, cum curioſa theſaurum templi contemplaretur, tulit; muliebrique lenitate Ruſſolembum ad ſui corporis modum ſibi fieri iuſſit.*

RVSTARE, rubos et sentes euellere, caedere. Tertullianus Apolog. cap. 4. *Securibus Raſtatis et caeditis.* Quidam legunt *Truncatis*. Sed *Raſtare* dici potuit a *Raſtum*, rubi genus apud Festum, nisi tamen et hic legendum sit *Raſcum*. V. *Ruſpare*.

RVSTICA. Statuta criminalia Saonae cap. 32. *De aſſaſſinis et eorum receptatoribus puniendis: Condemnentur duplicatis poenis conſtitutis per Statutum, ſub Ruſtica de vulneribus et percuſſionibus.* Procul dubio legendum est *Rubrica*. V. in hac voce.

RVSTICALITER, ruſtice, Gall. *Ruſtiquement.* Hiſtoria Monaſterii S. Laurentii Leod. apud Marrenium tom. 4. Ampliſſ. Collect. col. 1130. *Reſpondit, ſe non curare, ſati: Ruſticaliter.*

RVSTICARIVS, Ἐπάρχης, in Gloſſis Lat. Graec. et Gr. Lat. Agricola. *Ruſticariae falces*, apud Varronem de Re ruſtica lib. 1. cap. 22.

RVSTICE, *ruſtica lingua*, ſeu vulgari idiomate, non Latino. Charta an. 1038. e Chartulario Gemetic. pag. 1. *Eſt igitur michi quaedam ſilua ſupra Sequanae fluuium, quae Ruſtice Brosunh vocatur.* De *Ruſtica* ſeu vulgari lingua, eiusque a Latina diſtinctione ſatis dixit Cangius in Praefatione ad hoc Gloſſarium num. XIII.

RVSTICI, coloni, glebae adſcriptitii, qui proinde in commercio erant. Will. Brito in Vocab. MS. *Ruſticus dicitur operarius, qui rus vel terram operatur.* Ebrardus in Graeciſmo:

Ruſticus a rure, quoniam rus eſt ſibi curae:
Villicus a villa, quia res diſponit in illa:
Dicitur Agreſtis ab agro, ſit litera teſtis.

Ruſtica Familia, eadem notione apud Anaſtaſium Bibl. in Paſchali PP. p. 152.

RVSTICVM, quaeuis poſſeſſio campeſtris, ruſtica. Notitia rerum Monaſterii Gellon. MS. *Lupus preſbiter et frater eius Gerardus ad S. Saluatoris Eccleſiam . . . quartam partem de manſo . . . tam inquiſitam quam ad inquirendum; tam diuiſum quam ad diuidendum, tam Ruſtica quam ſuburbana, concedunt ann. XXVIII. regnante Loterio Rege.*

RVSTIS, idem, vt videtur viris doctis, qui *Ruſticus*, ſeruus glebae. In Vita S. Tygris Virg. tom. 5. Iunii pag. 75. *Rex Gunthramnus dicitur conceſſiſſe S. Iohanni de Mauriana vallem Cottianam in gyrum Muriuae ſtructam, et Ruſtes et finum, quae muris et tectis Eccleſiae miniſtrarunt.*

RVSTRVM, Ῥύγχος, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Graeco-Lat. Ῥύγχος, *Roſtrum*, Ῥύγχος, *Riſtus, Ruſtrum, Roſter.*

RVSVM, pro *Rurſum*, a veteribus dictum fuiſſe, docet Scaliger ad Catullum pag. 58.

RVSVS, Ἄγχιστος, in Gloſſis Lat. Graec. Aliae Gr. Lat. Ἄγχιστος, *Fuſum, Fuſus, Ruſus.* Puto mendoſe ſcriptum fuiſſe *Ruſus* pro *Fuſus.*

RVTA. (1) Platea. *Ruga mercatoria*, in veteri Charta apud Paradinum lib. 2. Hiſtoriae Lugdun. c. 104. V. *Ruga.* Haud ſatis ſcio qua notione Statuta Vercell. fol. 146. recto: *Item domini Vbertus Lanfranchus et Bertholinus fratres de Pectenatis debent Communi Vercellarum annuatim ſolidos viginti Pap. pro una Ruta balbacane, quae eſt poſt domos illorum de Pectenatis.* (2) Rythmi veteres de fundatione Abbatiae Pratenſis in Flandria, apud Buzelinum:

Iuxta villam, quam praedico,
Virgini deſeruierunt,
Quae protulit Saluatorem, virgo tamen incorrupta,
Quae caelitus dat ſplendorem, magis quam oculis Ruta.

Vim vocis non percipio, niſi legendum ſit *Vuta*, i. e. viſa, ex Gallico *Veuë.* (3) Praedonum cohors, cohors *Rutariorum*, i. q. *Rupta*, Germ. Rotte. Wilh. Neubrig. l. 2. RVTTA, apud Caeſar. l. 2. ROVTA, apud Rymer. t. 7. p. 27.

RVTARE. Anonymus Salernitanus in Chronico cap. 78. *Princeps Siconulfus omnes auticipat, eamque (aprum) forti ictu percuſſit, atque in terram videlicet protinus mortuum Rutauit.* An pro *Vrtauit* Italica et Gallica voce, inquit Cl. Muratorius tom. 2. part. 2. col. 231. Retineri poſſe *Rutauit* ſuadent Gloſſae Lat. Graec. in quibus *Ruta* exponitur Καταβάλλω, deicio, proſterno; quae notio bene conuenit loco citato. Sic eriam Graeco-Latinae: Καταβάλλω, *Deicio, Ruto, as, Proſterno, ſterno.*

RVTARII, praedones, milites, i. q. *Ruptarii*, ap. Iac. de Vitriaco et alios. RVTHARII, in Chron. Laudun. ROTHARII, ap. Catell. in Comit. Toloſ. ROTARII, ap. Monach. Autiſſ. RVTHERI, apud Marten. t. 7. p. 800.

RVTEFOLIVM. Ioan. Sarisberienſis Epiſt. 196. *Neque hoc ille impediet veſter Collega Batonienſis, qui vtinam ſubmergatur in termis* (thermis) *qui-*

bus dignus est, quas meruit, vt conficiatur in Rutefolium, cuius Pectonus (an Pictonus?) *in poenam delinquentium meminit, aut sepelietur in Salinario Hedaorum.*

RVTELING. Chronicon Magdeb. apud Haltaufium in Calendario German. pag. 83. *Quo facto inuentus est, cultellum exaginatum, qui Ruteling dicitur, sub toga habere.* V. *Rutellus.*

RVTELLIVS, *fornicator*, Iohanni de Ianua.

RVTELLVS, teli genus, rutabulum. Historia Australis ann. 1296. *In lecto suo sagittatus, postea gladiis et Rutellis confossus demum capite truncatus . . . . vitam finiuit.* V. *Ruteling.*

RVTERI, V. in *Rutarii* et *Ritteri.*

RVTHARII, RVTHERI, praedones. V. supra *Rutarii.*

RVTERVM, *spina peregrina*, apud Iosephum Laurentium in Amalthea.

RVTICA, Κάμαξ, in Glossis Lat. Graec. Aliae Gr. Lat. Κάμαξ, *Rustica, pertica, fudes, longurius, fuscina.* Legendum est vt in MS. Sangerman. Κάμαξ, *Rustica pertica.*

RVTICILIA, Ἀγροῖνα, in Glossis Lat. Gr. Aliae Gr. Lat. Ἀγροῖνα, *Ruticilia, Proscla*, pro *Proficiae*, vt apud Festum, ad quem Scaliger consulendus est.

† RVTRIFER, ruricola, ap. Ludewig. to. 9. Reliq. p. 373.

RVTTA. (1) Platea, Gall. *Rue.* V. *Ruta* 1. (2) Cohors praedonum vel militum; *Ruttarii, Milites* vel praedones. V. *Ruta.*

† RVTTORIA, i. q. *Ruptura*, ager proscissus. Ch. Mf. a. 1143.

RVTVBARI, mendose, V. *Ruttuarii.*

RVVARDVS, defensor, patronus, vel idem qui supra *Rebbardus.* Amelgardus lib. 2. de Gestis Ludouici XI. Regis Franc. c. 31. apud Marten. to. 4. Ampliss. Collect. col. 815.

RVVINARE, Gall. *Ruiner.* Vide *Ruinare.*

RVVOR, species arboris, eadem quae supra *Rouer*, robur, Gall. *Rouure.* Statuta Montis-regalis pag. 229.

RVXEVRLONGA, modus agri vel campi, de quo vide in *Furlongus.*

RVZIA, pulvis, vt puto, quemei corticis ad inficiendum corium. Statuta Datiaria Riperiae fol. 4. recto: *De qualibet soma Ruziae pensum duodecim, soldi tres.* V. *Rosenum, Ruchia* et *Rusca* 1.

RYTHMICI VERSVS. Marius Victorinus lib. 1. Artis Grammaticae: *Rythmus est pedum temporumque inuentura velox, diuisa in arsi vel thesi, vel tempus, quo syllabas metimur . . . . Differt autem Rythmus a metro, quod metrum in verbis, Rythmus in modulatione ac motu corporis sit*, etc. Isidorus lib. 1. cap. 38. *Rythmus* versus *qui non est certo fine moderatus, sed tamen rationabiliter ordinatus pedibus currit.* Statuta Ordinis Praemonstratensis dittinctione 3. cap. 6. *Quicumque etiam Rythmis vel versibus, aut libello famoso proiecto per compita, patres suos aut fratres infamauerit de aliquo crimine*, etc. At rythmicos versus vocarunt Scriptores aeui inferioris, quos alii Leoninos, seu ὁμοιοτελεύτους. Alvarus in Vita S. Eulogii num 3. *Epistolarium in inuicem egimus, et Rythmicis versibus non laudibus mulcebamus. Epist.* 4. inter eas, quae S. Bonifacio Moguntino adscribuntur: *Obsecro, vt mihi Aldhelmi Episcopi aliqua opuscula, seu prosarum, seu metrorum, aut Rythmicorum mittere digneris.*

RYTHMVS. Monachus S. Audoeni Rotomag. in Historia Iohannis Abrinc. ad calcem Gestorum Archiepisc. Rotom. *Finitis itaque* Kyrie eleyson *cum duobus Rythmis, exacto* Gloria in excelsis, *quod inceptum ab Abbate Ricardo Sigiensi* (Sagiensi) *chorus celeberrime fuerat executus cum laudibus.* Versiculos intelligo vocibus *Kyrie eleyson* interferros, de quibus iam dictum est in *Farsa* 2. *Tropes* intelligit Iohannes Preuotius in notis ad Iohannem Abrincensem pag. 146. Quid autem sint *Tropi* in cantu, dicitur suo loco.

BIBLIOTHECA BODLEIANA